VARIORUM OPERU
R O B E R T
BELLARMIN
S. R. E. CARDINALI
AD FIDEI CONTROVERSIAS SPECTAN
COLLECTIO
IN QUA EXHIBENTU

Recognitio ejusdem Bellarmini omnium Librorum suorum.
Tractatus de Potestate Summi Pontificis adversus Gulielmum
& Responsio ad Librum, cui titulus est, *Triplici nodo Triplex cuneus*,
Apologia pro eadem Responsione, &
Epitome Vitæ ejusdem Auctoris.


ADJICIUNTUR ETIAM

VINDICIÆ BELLARMINI.

R. P. VITI ERBERMANNI

Opus ad Quatuor Controversiarum Tomos sequens

Tomus Quintus.



VENETIIS, MDCCX

Apud Joannem Malachinum, sub Signo S. Ignatii

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVI

TYPOGRAPHU
AD
LECTOREN


ONENDUS ES, Amice Lector, Quatu
larmini Tomos de Controversiis
è Typis meis egressos communem
sorum plausum ita sortitos fuisse, ut si totide
plures extarent, ad omnium editionem simil
gerer. Ita placuere, ut mecum ipse animo ev
an alia opera ejusdem Auctoris ad eandem ma
attinentia invenirentur, de eorum perquisitio
prout quamplurium desiderium mihi significa
pressione non parùm sollicitus fuerim. Inve
dem quædam Opuscula, quorum Indicem pa
frà videbis; sed ne quis forsan, cui nondu
satisfactum, quereretur, adjeci Vindicias B
nianas R. P. Viti Erbermanni; & de his o
formavi Tomum Quintum. Igitur pro conat
bitu inserviendi Opus integrum ac perfectu
exhibeo, quamvis ita, ut, sicubi quidam fu
rint errores, venia propterea sit roganda. Le
libenter pervolves; sed errata mea meliùs, b
tamen, corriges. Vale.

INDEX OPERUM,

Quæ in hoc Tomo Quinto continentur.

EPITO-

EPITOME VIT

S I V E

ELOGIUM ROBERTI S. R. E. CARDINALIS BELL

Exscriptum è Bibliotheca Scriptorum Societatis impressa Romæ anno 1676. Auctoribus Patri Philippo Alegambe, & Nathanaele Sotuello ejusdem Societatis.



Obertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis natione Ita Politianus, Marcelli II. Pontificis Maximi soror Cervinæ filius, adolescentulus se Deo in nostra Sc secravit die 20. Septembris anno salutis 1560. ætati que excellenti ingenio, magno judicio, improbo studio liberales artes didicit, docuit, & professus sacra eloquentia plurimùm, & summa cum admi nium, atque insigni fructu celeberrimis in locis concionatus est, per ætatem Sacerdos esse posset. Eo sacro Ordine Gandavi à Corne illius Urbis Antistite inauguratus est anno 1569. & postero sacram Lovanii explicare exorsus est, primus qui de Societate id ea in I tit; fausto principio, etiamsi quæstiones adhuc non ita multas ex tùm, Tertiaque Parte S. Thomæ audivisset. Rumor autem, quei in tradenda Theologia, auditus est adeò latè, ut ferè fidem exced primus in Academia honores obtinuit, habitus semper ab omnibu Hanc tantam sapientiæ laudem cùm ornaret paribus incrementis jussus est die 6. Julii anni 1572. quartum Societatis solemne votum addere, quæ ex Pii Quinti decreto in Sacerdotii susceptione priù Post septennium, quàm in Belgium venerat, repetivit Italiam, & mus Sociorum prælectionem de controversiis fidei suscepit anno præstantia, ut famam per se celeberrimam longè etiam superarit. missus à Sixto V. Pont. Max. in Gallias est cum Henrico Cardina Legato, ut si quid de rebus ad fidem spectantibus, tractari oportei set in promptu. Inde post 10. menses redux, jubente Gregor. XIV. unus è paucis ad id designatis liberavit erratis, quæ in primam E Sixto imperatam irrepserant, & Præfationem ipse composuit, qu hodieque prælegitur, & castigaverat antea jam Biblia Regia imp gorio XIII. quorum Chaldæa Paraphrasis Rabbinicis scatebat erro no 1597. Romani Collegii Rector, & nondum circumacto triennic næ Provinciæ Præpositus est appellatus. Utramque Præfecturam sociorum bono administravit, donec vita functo Francisco Cardin Clemente VIII. Pont. Maximo anno ineunte 1597. Romam accitus locum impleret. Adscriptus paulò post inter eos est, qui sacræ sunt à Consiliis, examini Episcoporum præpositus. Cumque Rector tiario Collegio factus esset, vix lapso bimestri die 3. Martii anno 1 dem Clemente Cardinalis nominatus est, cum hoc elogio; *Hunc el non habet parem Ecclesia Dei, quoad doctrinam, & quia est nepos optimi, Pontificis*. Cùm autem se subtrahere moliretur sub anathemate veti

gnare, sic publicæ utilitati serviendo inducta sunt Cardinalis insignia lachrymanti. Hinc factum, ut quamvis esset sacra Purpura donatus, nihil tamen de pristina modestia mutaverit, suique omnino similis, & pauper Societatis Jesu presbyter, & Ecclesiæ Romanæ Princeps idem semper fuerit, in unum religiosæ vitæ, & sacræ dignitatis munia conjungens. Triennio post acceptam Purpuram, Ecclesiæ Capuanæ Archiepiscopus ab ipso Clemente Pont. die 21. Aprilis anno 1602. inauguratus est, acclamante Sacro Collegio, uti testatur Card. Baronius ad annum Christi 968. *Dignus Digna*. Qualis fuerit ejus administratio in ea Ecclesia, tum maximè patuit cum per obitum Clementis VIII. anno 1605. ad nova Comitia Romam abire debuit. Cùm enim populo de suggestu valediceret, ominareturque se minimè reversurum, lachrymæ omnibus obortæ sunt, quas clamor excepit, & luctus publicus, cùm dicerent universi: *Ne derelinquas nos, Pastor bone, ne deseras nos, nos orphanos, sub te, quæ peccavimus, Pater, filii, emendabimus*. Postridie adfuit mœsta Civitas, & cùm primùm Cardinalis in conspectu fuit, repentè cum fletu clamor exortus est, Pastorem, Parentem, Tutorem, confusis vocibus appellantium, suamque orbitatem lamentantium: vestis laciniam exosculabantur nonnulli; alii rosariis piè contingebant, omnes benedictionem flagitabant. Novus Pontifex Paulus V. mox ut electus est, vetuit Bellarminum abire ab suo latere, cujus vellet consiliis plurimum uti. Ea causa ipsi fuit Ecclesiæ Capuanæ renunciandi, quod nollet gregi præesse, cui non se posset exhibere præsentem. Procuravit tamen charitatis officio Politianam tantisper Ecclesiam, dum abest in Gallias Legatus Antistes ejus Ubaldinus; & Cœlestini Ordinis, ac Monasterii S. Marthæ Germanicique Collegii patrocinium admisit. Vixit in purpura Robertus, summis Ecclesiæ negotiis admotus, usque ad annum salutis 1621. quo propter ingravescentem annis, & ægritudinis ætatem, impetrata ab occupationibus publicis missione die 16. Augusti ex Vaticano secessit in Domum nostram Probationis S. Andreæ, & paulò post febri tentari cœpit, quo tempore mortem sibi ominatus, canere auditus est: *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace*. Exprimi non potest, quàm fuerit illi jucunda cogitatio propinquæ mortis. Omnino in hoc argumento multus erat, ut ostenderet vivendi fastidium, & incredibilem sitim æternitatis. Invisit eum decumbentem Gregorius XV. Pont. Max. ac bis peramanter amplexus, Sacrum se pro ejus valetudine facturum promisit. Ipse Christi Vicarium obsequiosissimè reveritus, usurpavit illud Centurionis: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum*. Postquam Sacramentis munitus est, mandavit P. Andreæ Eudæmonianni intimo suo, ut testaretur litteris se per Dei misericordiam in Ecclesia Catholica, atque in fide decedere, quam ad eam diem & sincero coluisset animo, & suis voluminibus defendisset; ac ne de divinis quidem auxiliis aliter morientem sentire, vel unquam sensisse, quàm in Controversiarum libris docuisset. Ubi imminere fœlicissimi transitus horam sensit, Apostolicum Symbolum, Psalmum 50. Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam sæpiùs recitavit, interponens subinde suavissima Jesu ac Mariæ nomina, tum sacram Christi cruci affixi effigiem, detracto sibi pileolo, capiti venerabundus imposuit, & reductis brachiis ad pectus strinxit, ac demum inter nostrorum preces leniter anhelans spiritum Conditori suo placidissimè tradidit die 17. Septembris anno salutis 1621. & 79. ætatis. Funus illi jubente Pontifice, comparatum est eo splendore, quo Cardinalibus fieri consuevit, sed adversus undam populi concursantis ad osculum, tactumque sacri pignoris, adhibere oportuit Helveticos è stipatoribus Pontificiis. Decimo post die parentavit illi Societas, Tarquinio Galluccio perorante. Quidquid rerum in usu habuit, raptum distractumque in postulantes est ad venerationem. Anno vertente, in vacuum S. Ignatii Parentis nostri tumulum corpus

ejus

ejus illatum est, cui honorarium è lapidibus versicoloribus, ac f
tis monumentum Odoardus Cardinalis Farnesius addidit cum hac

ROBERTO
CARDINALI BELLARMI
POLITIANO E SOCIETATE JESU
MARCELLI II. P. M.
SORORIS FILIO
ODOARDUS
CARDINALIS FARNESIU
SUI ERGA VIRUM, QUEM
PATRIS LOCO SEMPER COLUIT,
AMORIS NUMQUAM MORITURI
MONUMENTUM POS.
OBDORMIVIT IN DOMINO
ANNO SAL. MDCXXI.
ÆTATIS SUÆ LXXIX.

De Religione porrò Roberti Bellarmini, pietate, demissione anim
cæterisque virtutibus, de miraculis etiam, & propheticis prædic
liisque ornamentis, tacere melius puto, ut illa de Carthagine ait
ca dicere, omnia verò complecti voluminis justi est opus; est in
vita luculenter descripta, quæ sitim possit extinguere, minutiùs
cognoscere cupientis. Ego satis habuero, pauca de ipso clarissim
num suffragia præsentare.

Maphæus Barberinus Cardinalis, qui jam Urbanus VIII. est, di
minum etiam tum viventem ab se tam æstimari Sanctum, atque
tiquitatis etiam adjuncta commendatione publicam habent vener
dubitavit illum in quodam carmine S. Carolo Borromæo virtute gem

Cardinalis à Monte, Deum ajebat commodare usibus Ecclesiæ e
perfectissimum voluisse, ut sacer Senatus, ac sæculum nostrum ab
perius sæculum à S. Carolo, illustraretur.

Cardinalis Bandinus adsimilem dicit Sanctis Ecclesiæ Doctori
doctrina, tum in moribus, semper verò visum exemplar excog
Præsulum Ecclesiasticorum, & sacri Collegii singulare lumen.

Cardinalis Estensis vocat singulare exemplar nostrorum tempo
non honoraret ut Cardinalem, sed adoraret ut Sanctum, in cuju
gnum acceperat damnum Ecclesia Dei.

Cardinalis Verallus ipsum ait ita vixisse, ut exemplar, unde
tutem Cardinales possent, & Ecclesiastici omnes; ita scripsisse, ut
sæculi Augustinus haberi possit.

Cardinalis Cobellutius ait excedente illo, cecidisse coronam c
Senatui, qui fuerit Ecclesiæ sanctæ lumen grande.

Cardinalis Ubaldinus existimat hoc sæculo neminem fuisse il
sanctæ Fidei defensorem, ut meritò possit appellari Athanasius,
stinus ætatis nostræ; denique Doctrina sanctis Ecclesiæ Doctori
virtute speculum sanctimoniæ, Purpura formam fuisse Ecclesiastic

Cardinalis Centinus appellat Hæreticorum malleum, sanctæ Ecc
gnaculum, Christianæ Fidei columen, Catholicæ veritatis assertorem

Cardinalis Valerius ait se haud reperisse tot virtutes in multis, quos noverat, viris laudatissimis simul omnibus, quot repererat gradu quodam excellente in uno hoc magno Christi athleta, in hoc magno Apostolo sæculi nostri.

Cardinalis Ursinus celebrat in eo castitatem etiam in florenti ævo, quo perinde atque in Josepho; paupertatem inter divitias, sicut in Davide; liberalitatem in egestate, uti in Tobia; solitudinem interiorem inter aulæ occupationes, tamquam in Gregorio; humilem opinionem de se in conferta multitudine virtutum excellentissimarum, ut in Paulo; denique liberam vocem erga Dominantes, ut in Joanne Baptista.

Cardinalis à Sabaudia eum in honore à se habitum ait, propter doctrinæ miraculum, qua Hæreticos religionis propugnator afflixit, atque adeò propter integritatis, sanctimoniæque ejus laudem.

Cardinalis de Sourdis vocat sidus, malleum Hæreticorum, verticem Theologorum hujus sæculi.

Atque ut velut per saturam colligam ex cæteris aliqua, dictus est vitæ cœlestis ac perfectæ Magister, & Dux, qui intra limites ævi sui neminem habuerit majorem se, validus Ecclesiæ Dei colossus; piissimus fidei athleta, & Hæreticorum hostis acerrimus; novus Antoninus in sublevandis pauperibus; in vitæ perfectione Basilius, in confutandis Hæreticis Irenæus à Divina providentia destinatus; numquam satis laudatus nostro sæculo, & posterioribus semper laudandus: Tutor, Præses, Consiliarius, Senator Christianæ Reipubl. magnus: magnum Ecclesiæ columen: lucerna lucens in caliginoso loco, tenebrasque omnes discutiens; rerum divinarum consultissimus; amplissimi Ordinis, suique sæculi ornamentum: hæresum debellator, novus Alcides Aquilonis; eximium pietatis Christianæ, & eruditionis omnimodæ nostri ævi sidus, Romanæ sacræ Purpuræ decus immortale; in medio Ecclesiæ à Deo positus, tamquam lucerna lucens & ardens; sacræ militiæ Princeps, ingens gloria temporum suorum, & sexcenta in hanc sententiam elogia, quæ brevitati condono. Hinc continuata semper per annos amplius 50. atque etiam aucta de sanctitate hujus celebratissimi Cardinalis fama, jussu Sanctissimi D. N. Clementis X. denuò institutus est hoc anno 1674. à S. Congregatione Rituum processus, de Vita, & miraculis ejusdem, ut in Beatorum album, si legitimè de requisitis ad id constiterit, referatur. Scripsit porrò Robertus Bellarminus

De Controversiis Christianæ fidei adversus sui temporis Hæreticos. Opus spissum sanè, atque operosum, & omnibus numeris absolutum in Tomos 3. distinctum, & 64. libris comprehensum, cujus Tomus 1. primùm prodiit anno 1581. Tomus 2. anno 1583. Tomus 3. anno 1592. Sed exinde in solo Septentrione vigesimam habuit editionem: & quanti sit factum in Ecclesia Dei, declarant Scriptores celeberrimi. Cardinalis Perronius pluris asserit à se illud fieri, quàm ullum opus aliud, quod vel ab annis mille sit editum pro Ecclesiæ defensione. Cardinalis Baronius censet esse propugnaculum, & Turrim David, ex qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortium, ut Hierusalem nostra adversus oppugnationes hostium defensa sit. Vocarunt alii contra hujus sæculi hæreses primarium antidotum, murumque & antemurale Domus Dei. Nec ipsi hostes ausi sunt diffiteri, ex quibus Theodorus Beza. Unus hic liber, ajebat, nos omnes humi proturbat. Igitur in Angliæ Academia Cantabrigiensi primùm, mox etiam in Oxoniensi nova prælectio instituta est, ad Controversias Bellarmini, si possent, refellendas. Hujus autem operis generalis divisio hæc est.

Tomus I. in septem generales controversias divisus.

De verbo Dei scripto, & non scripto. Lib. 4.

De Christo capite totius Ecclesiæ. Lib. 5.

De

De Summo Pontifice capite militantis Ecclesiæ. Lib. 5.
De Ecclesia tum in Conciliis congregata, tum sparsa toto Orbe terra
De membris Ecclesiæ militantis, Clericis, Monachis, & Laicis. I
De Ecclesia, quæ est in Purgatorio. Lib. 2.
De Ecclesia, quæ triumphat in Cælis. Lib. 3.

Est autem hic Tomus in editione Coloniensi ab Gymnico, & I anno 1615. ex recensione Auctoris, divisus in duos Tomos, ita u neat tres primas controversias, posterior reliquas quatuor cum 7. Opusculorum, quæ sunt ista:

Appendix ad libros de Summo Pontifice.
De Translatione Romani Imperii. Lib. 3.
Appendix ad Disputationem, de Cultu imaginum.
De Indulgentiis. Lib. 2.
Judicium de Concordia Lutheranorum.
Apologia brevis pro eodem libello.
Recognitio Auctoris omnium suorum Librorum.

Tomus II. seu juxta aliam editionem III. in 4. Controversias ge

De *Sacramentis in genere*. Lib. 2.
De *Baptismo, & Confirmatione*. Lib. 1.
De *Eucharistia, & Sacrificio Missæ*. Lib. 6.
De *Pœnitentia*. Lib. 4.
De *Extrema Unctione, Ordine, & Matrimonio*. Lib. 3.

Tomus III. vel ex alia editione 4. in tres Controversias generale

De *gratia primi hominis, & statu innocentiæ*. Lib. 1.
De *Gratiæ amissione*. Lib. 6.
De *Gratia reparatione, & statu Justificatorum per Christum*. Lib. 1

Controversiarum autem Epitomen ediderunt Antuerpiæ *Balduin* dinis Minorum, & Fr. Joannes Baptista des Bois Gallus Ordinis M risiis apud Calderium 1602. & novissimè *Andreas* Coppestain Ordi torum. Eas autem Gallicè reddidit jussu Cardinalis Perronii *Cha* dem Cardinalis Secretarius. Scripsit etiam Bellarminus alia, q prodierunt typis Bernardi Gualteri 1617. Tomis 3. comprehensa p tiones, quibus ea seorsim vulgata sunt, ea sunt Tomo 4. seu malis

Explanatio in Psalmos. *Tom*. 5. *seu* 6.
Conciones Sacræ. *Tom*. 6. *seu* 7.
Opuscula 18. *varii argumenti*. Nimirum præter sex priora, qu mo I. & II. recensui.
De Scriptoribus Ecclesiasticis. Lib. 1. *cum brevi Chronologia ab orbe ad annum Domini* 1612. & postea usque ad annum 1622. Coloni
Responsio ad librum inscriptum, Triplici nodo, triplex cuneus *a bum Regem Angliæ*. Prodiit primò sub nomine Matthæi T Tosti, ut in Bibliotheca legitur) Presbyteri, & Theologi I
Apologia pro eadem responsione, in qua ejusdem Regis Præfatio monito
De Potestate Summi Pontificis in Temporalibus contra Gulielmum Barc
Responsio ad duos libros in favorem Reipublicæ Venetæ conscriptos adv ctum Pauli V. Pont. Max.
Responsio ad Tractatum septem Theologorum pro causa ejusdem Reip
Responsio ad oppositiones F. Pauli Servitæ, necnon Joannis Marsilii I
Explicatio Symboli Apostolici, &
Christiana Doctrina pro iis, qui erudiunt alios, copiosior explicatio. I licè conscripta fuerunt.

* (Advertendum hic non solùm hæc duo Opuscula, sed etiam tres prædictas Responsiones ad libros, seu tractatus pro causa Reipublicæ Venetæ à Cardinali Bellarmino conscriptas esse, atque impressas Romæ, & Mediolani lingua Italica: namque eadem editi erant libri, quos oppugnabat, & patet ex Præfatione Responsionis ad Tractatum septem Theologorum, in cujus initio Cardinalis testatur se quibusdam libellis vulgaribus vulgariter, idest, Italicis Italicè, non Latinè, ob rationes ibi positas, coactum esse respondere.)

De Ascensione mentis in Deum. Lib. 1.

De Æterna Fœlicitate Sanctorum. Lib. 5.

De gemitu Columbæ, sive de bono lachrymarum. Lib. 3.

Accessit huic postremo Tomo supplementum typis ejusdem Gualteri anno 1619. in quo sunt

De septem Verbis Domini in Cruce prolatis. Lib. 2.

De Officio Principis Christiani. Lib. 3.

Admonitio ad Nepotem Episc. Theanensem de Officio Episcopi.

Institutiones linguæ Hebraicæ.

De Arte bene moriendi. Lib. 2.

Denique ut nullum tanti Doctoris, quamvis exiguum, fragmentum omittam, ejus est

Hymnus de Spiritu Sancto, hoc initio: *Spiritus celsi, dominator axis*, qui tacito ejus nomine extat inter selecta carmina Virorum Illustrium. Item

Hymnus de S. Maria Magdalena brevissimus, qui à Clem. VIII. Pont. Max. positus est in Breviario Romano, & incipit: *Pater superni luminis*.

Liturgia Apostolica.

In Hæreticum carptorem fulminis Sixti V.

Correctorium Errorum, qui Typographorum negligentia in Libros Roberti Bellarmini S. R. E. Card. Editionis Venetæ irrepserunt. Prodierunt demum ex ipsius Bibliotheca depromptæ

Nova declarationes S. R. E. Cardinalium ad Decreta Sacri Concilii Tridentini. Lugduni per Laurentium Durand 1634.

Concio, quam de B. Aloysio Gonzaga ad Socios habuit Italicè anno 1608. relata ad calcem ejusdem B. Vitæ à Virgilio Cepario recusæ anno 1629. Prodiit demum ejus

Oratio de Passione Domini habita ad Gregorium XIII. anno 1577. cum aliis ejusdem argumenti.

Recognitio librorum omnium Cardin. Bellarmini ab ipso Auctore edita, in fol.

Epistolas varias Bellarmini, collegit in unum volumen, & typis vulgavit noster Jacobus Fuligattus. Romæ apud Manelphum anno 1650. in 12.

Decora Roberti Cardinalis Bellarmini, collegit, & edidit Sebastianus Badus, Genuæ typis Antonii Georgii Franchelli 1671. in 4.

RECO-

RECOGNITI

LIBRORUM OMNIUM

ROBERT

BELLARMIN

SANCTÆ ROMANÆ ECCLE

CARDINALIS AMPLIS

Ab ipso Reverendissimo, & Illustrissim
Auctore edita.



RECOGNITI
LIBRORUM OMNIUM
ROBERTI BELLARN
S. R. E. CARDINAL
AB IPSO AUCTORE EDITA.

Præfatio ad Lectorem.

SCRIPSI, Deo teste, quod verum esse existimav
tiam hominum, vel propriam utilitatem, sed h
& Ecclesiæ commodum respiciens. Neque in l
aliquid à divinis literis, aut Sanctorum Patrum
num sciens posui. Quia tamen scriptum est, *in*
deerit peccatum, quod etiam de multa scription
non dubito: Ego ipse jam senex, & morti proxi
gustinum imitatus libros meos recognoscere, & dijudicare volui
Deo adjuvante aggressus, nunc demum eodem adjuvante perfe
obscurè dicta explicavi, quædam etiam nimis breviter indica
cis additis locupletavi, paucis denique, quæ minus placebant
tremam manum omnibus libris à me conscriptis imposui. P
Typographos omnes, si qui fortè libros meos iterum excuder
textum librorum non mutent, sed hanc recognitionem, vel ad
ad finem operis addere non graventur.

RECOGNITIO LIBRORUM

De Verbo Dei.

PRINCIPIUM operum meorum sunt libri de Verbo Dei, in quibus ea quæ sequuntur annotanda esse censui.

Lib. 1. cap. 3. in ipso titulo ponitur D. Pauli pro B. Pauli. Ego enim numquam probavi vocem, Divus, vel Diva, cùm de Sanctis agitur, tum quòd eam vocem apud veteres latinos Patres non inveniam, tum quòd apud Ethnicos Divi nomen, Diis tantùm tribui soleat. Itaque ubicumque in libris meis lector inveniet, Divum, sciat vel mihi imprudenter excidisse, vel quod sæpiùs accidit, me scripsisse Beatum. Sed Typographi ubi legerunt B. quod Beatum significat, illud in D. mutarunt, & sic ex Beato Divum effecerunt.

Lib. 2. cap. 12. in ultimis verbis
tradictionem, quæ videtur esse in
phetam, & Matthæum Evangel
Michææ: *Et tu Bethlehem parvula es*
interrogatione, & hoc modo non
bis Matthæi: *Et tu Bethlehem non*
responsio, ut brevis, & expedita
sit: ita non est solida & firma, s
Et quidem non satis video, unde
neque in codice Hebraico, ne
neque in interpretatione LXX. I
in versione S. Hieronymi ullum i
terrogationis apud Michæam. Q
cunt à S. Matthæo fideliter relata
dotum, & scribarum; sed ab illis
relata verba Michææ, incredibile
Nam neque verisimile est, face
quos Herodes convocaverat, no
satis aperta Michææ; Neque ulla
fuerint Prophetæ verba studiosè
mo igitur S. Evangelistam non ver
sed sententiam adducere, atque

Quamvis autem Michæas dixerit, Bethlehem parvulam fuisse in millibus Juda, idest, tam exiguam quoad numerum domorum, ut vix digna esset, quæ in millibus oppidorum Tribus Juda numeraretur: tamen ipse idem satis indicavit, eandem Bethlehem privilegio nativitatis Christi fuisse maximam, & dignam numerari inter principales Urbes Juda, cùm addidit, *ex te mihi egredietur qui regat populum meum Israel*. Ad hoc igitur privilegium respexit sanctus Matthæus, & non ad numerum domorum, vel frequentiam incolarum, & ideò ait, *non minima es in principibus Juda*: & adjungit particulam, *enim*, dicens, *ex te enim mihi exiet Dux, qui regat populum meum Israel*, ut reddat rationem cur dixerit non esse minimam. Itaque non negavit Matthæus, quod Michæas expresse posuerat, sed expressit quod ille obscurè significaverat. Nulla igitur discordia est inter Prophetam, & Evangelistam, cùm ille minimam dixerit Bethlehem propter exiguum numerum domorum, iste non minimam dixerit propter maximam gloriam Nativitatis Christi.

Libro 2. cap. 16. propè finem objicitur exemplum quorundam populorum, qui linguis suis vulgaribus sacra celebrant; & respondetur eorum exemplum non esse magnifaciendum cùm sint Hæretici, vel Schismatici. Non omnino approbo hanc solutionem. Nam sunt etiam inter Ruthenos, & Armenos Catholici, ut etiam inter Syros sunt Maronitæ Catholici, qui tamen Divina officia non celebrant græcè, vel hebraicè, vel latinè. Dicendum igitur est, in iis Regionibus desiisse planè usum harum trium linguarum, ut nulli, aut penè nulli sint, qui eas intelligant. Proinde necessitas ipsa cogit, ut Divina officia aliqua alia lingua apud eos celebrentur, qualem necessitatem Germani, & Galli non patiuntur. Addendum est præterea apud eas nationes non esse omnino vulgarem linguam, qua Divina officia celebrantur; sed esse linguam aliam, quæ non magis intelligitur à plebe ipsarum nationum, quàm intelligatur ab Italica plebe lingua latina. Certè quidem Maronitæ vulgo loquuntur Arabicè juxta morem totius Orientis, & tamen in sacris utuntur lingua Chaldaica. Quod idem de aliis nationibus dici potest. Nam ipsa lingua Arabica, & etiam Græca, & Syriaca, alia est Popularis, alia Erudita: & quemadmodum Græci vulgo utuntur lingua Græca populari, in sacris verò lingua Græca erudita, qua libri sacri scripti sunt: sic etiam ipsi utuntur in sacris lingua Arabica, vel Syriaca, non vulgari, sed erudita utuntur.

Libro 3. cap. 3. §. *De ipso autem sensu literali*. Ubi dicitur in illo Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes*, illud, *omnes*, est ambiguum: nescitur enim an omnes homines absolutè significet, an omnes fideles tantùm, an omnes Apostolos. Ista verba non sic accipienda sunt, quasi dicere voluerim absolutè, dubium esse sensum hujus loci Evangelici, sed esse dubium, si sola ista verba Evangelii inspiciantur, alioqui enim jam supra diximus sensum esse clarissimum ex verbis Marci cap. 14. qui addidit, *& biberunt ex eo omnes*, Apostoli videlicet. Proinde perperam colligunt Hæretici ex illis verbis, *Bibite ex hoc omnes*, teneri omnes fideles ad communicandum Eucharistiam sub utraque specie.

Eodem lib. cap. 5. §. *Octavum testimonium*. Ubi dicitur: *Porrò Ecclesia non aliter loquitur, quàm per os Pastorum, ac Doctorum, ac præcipuè in generali Concilio congregatorum*. Hæc intelligo de Concilio, quod vel summum Pontificem habuerit præsentem, & præsidentem, vel ab eo confirmationem, atque approbationem meruerit obtinere.

Eodem lib. cap. 8. §. *Gregorius Nazianzenus*, citatur oratio Gregorii Nazianzeni ad cives timore perculsos, & Imperatorem irascentem. Sed animadverti ex eadem oratione diligentius perlecta, non ad Imperatorem, sed ad Præsidem esse habitam. Fefellerat me nomen Principis à Billio Interprete in inscriptione positum. Siquidem Principis nomine Imperator eo tempore intelligi solebat. Quamvis autem erratum sit in nomine, non est erratum in re. Nam ex sententia S. Gregorii apertè colligitur Principes terrenos, sive minores, sive majores, sive etiam summos, quia oviculæ Christi sunt, subjectos esse Pastoribus à Christo ovili suo præpositis, atque ab iis doctrinæ pabula percipere, non iis tradere debere.

Lib. 4. cap. 3. §. *Octavum est*, quod dixi, sanctum Sylvestrum auctorem fuisse consecrationis altarium: debet intelligi de altari lapideo, & plena, atque solemni consecratione. Nam ante Sylvestri tempora, S. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarchia cap. 5. part. 1. scripsit altaria oleo inungi debere, cùm ab Episcopo consecrantur.

Eodem lib. 4. cap. 4. §. *Quod autem scriptura*. Ubi sic legitur: *Non potest dici, quòd singuli libri sint sufficientes; nam tunc falsum esset quod dicit Kemnitius*, id tantùm significare volui, non posse Kemnitium dicere, singulos libros sufficientes esse, quia tunc falsum esset quod ipse alibi dicit, sibique ipse nimis apertè contradiceret.

Eodem capite, §. *Præterea Esdras*. Non probo, quod dixi, certum esse, periisse Epistolam Pauli ad Laodicenses. Nam probabile quidem est Apostolum in epist. ad Coloss. extrema, loqui de epistola sua scripta ad Laodicenses, ut Anselmus, & aliqui alii in Commentario ejus loci docent, tamen non est omnino certum, quia S. Chrysostomus in commentario ejus loci scribit, aliquos existimasse Apostolum loqui de epistola scripta à Laodicensibus ad ipsum, non de epistola scripta ad Laodicenses ab ipso, & ponderat verba græca, ubi legitur, *& eam, quæ est ex Laodicea*, non autem, *& ea quæ est ad Laodicenses*. Verba latina sunt ambigua; quod enim nos legimus: *& ea quæ Laodicensium est*, potest significare epistolam scriptam ad Laodicenses, & epistolam scriptam à Laodicensibus. Certius est epistolam unam scriptam ad Corinthios periisse, ut Anselmus, Cajetanus, & alii colligunt ex illis verbis 1. Corinth. 5. *Scripsi vobis in Epistola &c.*

RECOGNITIO LIBRORUM

De Christo.

LIB. 1. cap. 3. in fine, consulendus est S. Anselmus in lib. de Incarnatione, qui ex professo disputat adversus quendam, qui docuerat, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse tres res separatas, ut tres Angelos, vel tres animas.

Lib. 2 cap. 5. §. ult. Mirantur nonnulli cur Calvinum defenderim adversus ea, quæ illi Genebrardus objecerat. Ego verè non Calvinum defendere volui, qui se indignum reddidit, qui à Catholicis defenderetur, & quem in omnibus meis scriptis in primis oppugno. Sed lectores admonui, in ea controversia, quæ est inter duos hæreticos, Valentinum Gentilem, & Joannem Calvinum, non esse ita Calvinum accusandum, ut Gentilis excusati videatur, cùm in ea re Gentilis, isque solus erraverit, quod Genebrardus vir Catholicus & pius non advertit, cùm libros Gentilis in fonte fortasse non legerit.

Eodem lib. cap. 8. §. *Caterùm Catechismi*, quod scripsi haberi in Symbolo Apostolico Christum esse unicum Dominum nostrum: verum quidem est, sed etiam est verum, Christum esse unicum filium Dei. Rectè

enim

A enim annotavit Ruffinus in expositione symboli, vo-
cem, *Unicum*, quæ legitur in secundo articulo sym-
boli: *Et in Jesum Christum filium ejus unicum Dominum*
nostrum, posse referri, tum ad filium, tum ad Do-
minum. Verè siquidem Jesus Christus est filius uni-
cus Dei, naturalis videlicet, cùm cæteri sint adopti-
vi: & verè est unicus Dominus noster, principalis,
& summus, cùm cæteri sint Domini minus principa-
les, fateor tamen communiorem lectionem apud Ec-
clesiasticos eam esse, quæ vocem, *Unicum*, refert ad
filium; quam lectionem Ego quoque sequutus sum,
tum in Catechismo, tum in Symboli explicatione
Italica.

Libro 3. capite 2. §. ultimo, modum loquendi, quo
B dixi, naturam Divinam, & humanam in Verbo sub-
sistere, inveni in auctoribus non malis: tamen quia
subsistere ad personam non ad naturam propriè perti-
net; rectius cum S. Leone dixissem, naturam divi-
nam & humanam in unam Verbi convenisse perso-
nam, vel cum S. Thoma 3. part. quæst. 2. art. 4. Ver-
bi personam in natura divina, & humana subsistere.
Sic etiam non probo modum loquendi, quo dixi,
naturam divinam non esse natam, neque passam,
sed solùm humanam: nasci enim, & pati, & simi-
lia, quæ actionem, vel passionem significant, sup-
positorum sunt, non naturarum. Itaque magis pro-
priè dixissem naturam divinam non esse natam, ne-
que passam, sed Deum in natura humana natum
C ex Virgine, & passum in Cruce, quo modo San-
ctus Petrus loquitur, cùm ait, Christo igitur in car-
ne passo, &c. 1. Petri 4.

Libro 4. cap. 16. §. *At probabile*. Re melius consi-
derata sequendam esse existimo sententiam S. Tho-
mæ, quæ est & aliorum Scholasticorum in 3. sent.
dist. 22. præsertim cùm testimonium Ecclesiastici, &
sanctorum Patrum, qui videntur affirmare, Chri-
stum descendisse ad loca omnia inferni, verificari pos-
sint, etiamsi dicamus Christi animam non descendis-
se ultra limbum sanctorum Patrum; nam ex eo loco
potuit apparere omnibus spiritibus, qui in variis in-
ferni locis degebant, & alios terrere, alios consola-
ri, prout expedire ipsi videbatur. Si enim dives ille
D Epulo ex loco damnatorum videre potuit Lazarum
in sinu Abrahæ, idest, in limbo Patrum commo-
rantem, & cum ipso Abraham sermones miscere:
quanto facilius potuit Christus ex eodem Abrahæ sinu
inspicere omnes partes inferni, & ab omnibus spiriti-
bus, sive purgatorii, sive gehennæ conspici? Sic igi-
tur penetravit omnes inferiores partes, usque ad se-
dem magnæ illius mentis, quæ dicitur Diabolus, non
substantiam animæ suæ in omnibus partibus constitu-
endo, sed ex limbo præsentem se, & conspicuum om-
nibus partibus exhibendo.

RECOGNITIO LIBRORUM

E
De summo Pontifice.

LIB. 1. cap. 6. Dum hæc scripta recognoscerem,
anno videlicet 1606. fortè accidit, ut quidam
scriptor librum Italicum ederet, in quo, præter a-
lia, probare conatus est, Episcopos S. Cypriani tem-
pore à plebe judicari consuevisse, cujus contrarium
in hoc sexto capitulo nos docuimus. Adduxit autem
locum S. Cypriani ex lib. 1. Epist. 4. ubi hæc haben-
tur: *Quando ipsa plebs maximè habeat potestatem, vel*
eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi. Sed
fallitur, nam in hoc loco non agitur de potestate ju-
dicandi Episcopos electos, sed de potestate admitten-
di, vel recusandi, cum eliguntur, quando nondum
Episcopi sunt. Neque vult S. Cyprianus ad plebem

A spectare propriè electionem Episco[
tùm consentire in electionem præbe[
de bona vita, & sanctis moribus e[
dissentire præbendo testimonium de n[
ditis moribus eorundem. Hæc enim
post verba superius recitata: *Quod,*
de divina auctoritate descendere, ut S[
sente, sub omnium oculis deligatur, &
neus publico judicio, ac testimonio comp[
Coram omni Synagoga jubet Deus con[
idest, instruit, & ostendit ordinationes
nonnisi sub populi assistentis conscientia
plebe præsente, vel detegantur malo[
bonorum merita prædicentur, & sit o[
B *legitima, quæ omnium suffragio, &*
minata.

Eodem libro cap. 8. §. 2. Video [
esse loquutum, cùm dixi: *Si enim*
optimatibus, ut habet secundus error: c[
sunt optimates: vel si Ppresbyteri sunt
sia non regitur ab optimatibus, &c. S[
quod eo loco scripsi. Calvinus du[
siam regi à cœtu seniorum, quos
lat; & Episcopos, & Presbyteros
esse: harum duarum sententiarum [
altera. Sic enim disputo. Si Eccl[
tu seniorum, idest, ab optimatibu[
niorum includuntur soli Episcopi,
C clesiæ optimates, vel includuntur [
si includuntur soli Episcopi, seq[
non esse pares Episcopis, neque e[
tunc refellitur ille Calvini error,
presbyteros divino jure pares facie[
tur etiam presbyteri, sequitur, E[
gi à cœtu seniorum, sive ab optu[
alter error ejusdem Calvini. Con[
ciliis generalibus, in quibus de adm[
Ecclesiæ agitur, & ubi leges, qu[
tur, feruntur, vel abrogantur, n[
se presbyteros, cum auctoritate d[
sent legati, & locum tenerent abs[
Episcoporum, id quod non opus e[
D quàm ex actis Conciliorum, quæ a[

Lib. 2. cap. 4. §. *In Concilio 5. act[*
co vocamus Concilium quintum,
mos Conciliorum, id non est verè
tum generale, sed est Concilium q[
re, quod ipsam quintam Synodum [
sit, de qua re vide quod scripsimus
liis cap. 5. ubi diligentius Concilior[
sideravimus.

Eodem lib. cap. 6. ubi explicatu[
telligendum, quod scribit S. Igna[
ptizatum fuisse eùm explesset tres [
cum tamen communis sententia fu[
zatum anno trigesimo inchoato, n[
set facilius responderi, si diceretu[
E decades rectissimè dici posse exple[
ventum est ad annum trigesimum,
le non sit finitus. Complementum
cadum, hoc solùm requirit, ut
poni annus trigesimus, sive comple[
tus. Quomodo loquitur S. Lucas
Evangelii: *Postquam consummati sun[*
circumcideretur puer. Significat enim p[
merando ad octavum diem, non
fuisse diem octavum. Sic etiam L[
cas Actor. 2. dum ait: *Cùm comp[*
esset; non enim significat comp[
quinquagesimum, sed inchoatum.
to complebatur numerus quinquag[
poterat, hodie est dies quinquag[

completæ ſunt tres annorum decades, quando dici poteſt, jam agitur annus trigeſimus.

Eodem lib. cap. 13. §. 1. Ubi dicitur, *ex quibus novem ita generalia fuerunt, ut in eis Græci, & Latini interfuerint*, vox illa, *novem*, omitti potuiſſet, nam in Concilio 2. generali, nulli fuerunt Latini; & Synodus Conſtantinopolitana, quæ in cauſa Anthimi celebrata eſt, non fuit propriè generalis.

Eodem libro cap. 28. §. ultimo. Non ſine cauſa dixi, ſanctum Gregorium partim ex humilitate, partim ex neceſſitate ſe Imperatori Mauritio ſubjeciſſe. Siquidem Mauritius Imperator uſque adeò tyrannicè Romanam Eccleſiam premebat, ut ipſe S. Gregorius quamvis mitiſſimus eſſet, eum cum Diocletiano, & Nerone comparaverit. Sic enim loquitur in explicatione Pſalm. 101. qui eſt unus ex pœnitentialibus: *Sunt*, inquit, *portæ inferi quædam poteſtates hujus mundi. Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid denique iſte, qui hoc tempore Eccleſiam perſequitur, numquid non omnes portæ inferi?* Et paulò ante de eodem Imperatore loquens: *Contra Catholicam veritatem ſuæ furore tyrannidis efferatur: in tantum autem ſuæ temeritatem extendit vaſaniæ, ut caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vendicet, & in Dominam gentium terrenæ jus poteſtatis uſurpet*. Quare idem S. Gregorius lib. 11. epiſtol. 43. & 44. indict. 6. ſcribens ad Phocam Mauritii ſucceſſorem, & ad Leontiam Auguſtam, deplorat jugum duriſſimum, quod longo tempore ſub Mauritio ferre coactus fuerat. Ex quo ſequitur, ut obedientia quam S. Gregorius Mauritio exhibebat, non debita fuerit, ſed coacta.

Eodem lib. cap. 29. §. *Secundò dici poteſt*. Non probo, quod eo loco dixi cum Alberto Pighio S. Paulum appellaſſe ad Cæſarem, tamquam ad ſuum legitimum Principem. Nam ſi ratio exemptionis Eccleſiaſticorum eſt, quia ſunt miniſtri Chriſti, qui eſt Princeps Regum terræ, & Rex Regum, certè ſunt exempti de jure, non ſolùm à poteſtate principum Chriſtianorum, ſed etiam principum Ethnicorum. Permanendum igitur eſt in prima ſolutione, quod Apoſtolus Paulus fuerit ſubjectus Cæſari de facto, non de jure, & appellaverit ad ipſum, non tamquam ad ſuperiorem ſuum, ſed tamquam ad ſuperiorem Præſidis Judææ, & Judæorum, à quibus injuriam patiebatur. Non enim potuit aliter liberare ſe ab injuſto illo judicio, & periculo injuſtiſſimæ mortis, niſi recurrendo ad ipſorum Principem, & Judicem, quod ipſe idem ſignificavit Actor. 28. cùm ait: *Coactus ſum appellare Cæſarem*.

Eodem libro & cap. §. *Ab Othone*: Sciendum eſt, quòd Otho non propria authoritate Joannem Pontificem depoſuit, ſed auctoritate Concilii deponendum curavit. Quod Concilium in multis erravit, nec tam Concilium, quàm Conciliabulum fuit, & ideò paulò poſt abrogatum, vide Card. Baronium tom. 10. annalium ad annum Domini 963.

Eodem lib. & cap. §. *Reſpondeo illud Gregorii*. Admiſi duos Canones ex Gratiano, diſt. 63. videlicet, can. Adrianus, & can. in Synodo. Sed Card. Baronius tomo 9. annalium, ad annum Domini 774. Probat, hos Canones non videri legitimos, tum quòd eos Gratianus non aliunde collegerit, niſi ex Chronico Sigeberti, qui Pontificibus fuit infenſus, tum quòd contrarium ex aliis auctoribus colligatur.

Eodem lib. cap. 31. §. *Secundum nomen*. Addi poteſt teſtimonium Tertulliani, qui in lib. de pudicitia, in principio, Romanum Pontificem vocat Epiſcopum Epiſcoporum, qui titulus ſatis apertè docet Pontificis primatum ſemper in Eccleſia agnitum fuiſſe.

Libro 3. cap. 9. §. ultimo. Dixi de Antichriſto, *non apparebit, nec regnare incipiet niſi tribus annis cum dimidio ante mundi finem*. Quod ideò dixi, quia quod intercedet inter mortem Antichriſti, & finem mundi, tam erit modicum, ut pro nihilo reputari poſſit. Alioqui enim non eram oblitus, à nobis paulo ante demonſtratum eſſe, inter mortem Antichriſti, & finem mundi interceſſuros dies quadragintaquinque ex cap. 12. Danielis.

Eodem libro cap. 21. §. *Denique ſi ad ſanctos*. Ubi dicitur: *Omitto cæteros Patres, vereor enim ne ſi eos excutiamus, nullum inveniamus, qui non negaverit Jeſum eſſe Chriſtum*. Non loquimur abſolutè, ſed ex hypotheſi, videlicet ſi vera ſit Illyrici doctrina, non enim id nos affirmamus, quod eſſet omnino blaſphemum, ſed ex doctrina Illyrici hoc abſurdum ſequi dicimus.

Libro 4. cap. 2. §. *Quarta ſententia*. Ubi dicitur: *hæc eſt communiſſima opinio ferè omnium Catholicorum*; Rectius dictum fuiſſet: *Hæc eſt communiſſima ſententia*. Opinio enim incertitudinem habet, eam verò ſententiam certam eſſe credimus, atque ut talem in ſequenti capite defendimus.

Eodem lib. & cap. §. ult. Ubi dicimus ſententiam illorum, qui docent infallibilitatem judicii non eſſe penes Papam, ſed penes Concilium generale, non eſſe planè hæreticam, ſed erroneam, & hæreſi proximam: Rectius diceemus, nos non audere eam ſententiam, plane hæreticam judicare, quoniam qui ſententiam illam ſequuntur, neque ab Eccleſia ipſi damnati, neque libri eorum prohibiti unquam fuerunt. Videri tamen nobis ita manifeſtè erroneam, ut merito poſſit Eccleſiæ judicio hæretica declarari.

Eodem lib. cap. 5. §. ult. Ubi diximus, quòd ſi Papa præciperet vitium, aut prohiberet virtutem, Eccleſia teneretur credere virtutem eſſe malam, & vitium eſſe bonum: loquuti ſumus de actibus dubiis virtutum, aut vitiorum, nam ſi præciperet manifeſtum vitium, aut prohiberet manifeſtam virtutem, dicendum eſſet cum Petro, *obedire oportet magis Deo quàm hominibus*. Loquimur enim de actibus virtutum neceſſariis; alioqui enim non ignoramus, poſſe Pontificem juſta de cauſa jubere, ut tali die non jejunetur, tali loco divina officia non celebrentur, & ſimilia. Neque enim neceſſarium eſt, omni die jejunare, aut in omni loco divina officia celebrare: non poterit autem jubere, ut non colatur Deus, ut non diligatur proximus, & alia id genus.

Eodem lib. cap. 8. §. ult. Conceſſimus S. Marcellinum Idolis ſacrificaſſe. Sed non videtur id eſſe omnino certum. Siquidem S. Auguſtinus lib. de unico baptiſmo cap. 16. ſcribit, id objectum fuiſſe à Donatiſtis, ſed minimè probatum, & addit S. Marcellinum innocentem fuiſſe, quod etiam confirmari videtur ex eo quòd Euſebius nec in hiſtoria, neque in Chronico, neque alii veteres hujus rei meminerunt, immò Theodoretus lib. 1. cap. 3. laudat Marcellinum, quòd præclariſſimè in perſecutione ſe geſſerit.

Eodem lib. cap. 10. §. *Reſpondeo ad primum*. Admonemus hoc loco, ſententiam Gelaſii, quicumque tandem is Gelaſius fuerit, in lib. de duabus naturis Chriſti, quæ videtur aſſerere in Sacramento Euchariſtiæ, ſubſtantiam panis adeſſe cum corpore Chriſti, explicatam eſſe à nobis lib. 2. de Euchariſtia cap. 27.

Eodem libro cap. 14. §. ultimo. Indicavimus uno verbo, narrationem Volaterrani, quòd Norvegi ex permiſſione Innocentii VIII. ſine vino ſacrificium Euchariſtiæ habuerint, videri falſam; ſed poſtea quo magis de hac cogitavimus, eo magis falſa, aut certè valde ſuſpecta falſitatis ea narratio nobis viſa eſt, tum quia nemo alius eam rem prodidit, niſi ex ipſius Volaterrani auctoritate, tum quia nullum extat ejus rei veſtigium, tum quia non eſt verum tantam inopiam vini unquam in Norvegia fuiſſe, ut ad ſacrificium deeſſe potuerit, tum denique quia verba Vola-

terrani fecum ipfa pugnare videntur. Ait enim permiffum fuiffe Norvegis calicem fine vino facrificare; quafi calicem vacuum, aut aliquo alio liquore plenum facrificaverint.

Eodem lib. cap. 16. §. *Tertius locus*. Hoc loco breviffimè indicatum eft, ex illis verbis Joan. 21. *Pafce oves meas*, colligi auctoritatem imperandi regio more, quia de hac re fatis copiosè fcriptum fuerat lib. 1. de Pontifice cap. 15. Itaque fi cui locus hic obfcurus videatur, confulat locum fuperiorem citatum.

Eodem libro cap. 21. §. *Refpondet Joannes*. Ubi dicitur de S. Joanne Chryfoftomo, quod Homil. 83. in Matthæum alloquatur Presbyteros, cùm dicit: *Si Dux quifpiam, fi Conful, fi ipfe denique, qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, & coerce*. Rectius dicemus, illis verbis alloquutum effe Diaconos, fed parum refert.

Eodem lib. cap. 22. §. 2. Ubi dixi poteftatem ordinis, & poteftatem jurifdictionis internæ pertinere ad materiam de clavibus Ecclefiæ, & eam materiam eo loco non difputari: non volui fignificare, poteftatem jurifdictionis exterioris, de qua eo loco difputabatur, non pertinere ad claves Ecclefiæ. Sed hoc folum dicere volui, poteftatem ordinis, & jurifdictionis interioris, tractandam effe in libris de Sacramentis, ubi tractatur integra materia, de clavibus: nam in libris de fummo Pontifice non fufceperam difputationem de clavibus in genere, fed folùm de poteftate jurifdictionis externæ, feu forenfi fummi Pontificis.

Libro 5. cap. 2. §. ult. Quod attinet ad Bullam Alexandri VI. de divifione orbis nuper inventi, & debellatione Indorum Occidentalium, cum ea fcriberem, Bullam non videram, & ideò fequutus fum doctrinam Cardinalis Cajetani in 2. 2. quæft. 66. artic. 8. Francifci Victoriæ in 2. relectione de jure belli, & Dominici à Soto in quartum fententiarum dift. 5. qu. unica art. 10. ad 5. Argumentum, tum propter eorum rationes, tum quia Cajetanus vixit tempore Alexandri VI. & ei fupervixit, proinde facilè fcire potuit, quid fibi voluerit Alexander Pontifex, cùm Orbem recens inventum divifit.

Eodem libro cap. 3. §. *Item fi Papa*. Quod dixi, id effe Epifcopum in Ecclefia particulari, quod eft Papa in univerfali, ita accipiendum eft, ut ficut Papa eft verus Paftor & Princeps Ecclefiæ univerfæ: ita fit Epifcopus verus Paftor & Princeps Ecclefiæ particularis, non Vicarius, aut adminiftrator ad certum aliquod tempus, alioqui enim non ignoramus, neque negamus eum majori poteftate præeffe Papam Ecclefiæ univerfæ, quàm præfit Epifcopus Ecclefiæ fuæ.

Eodem lib. cap. 4. §. 1. Diftinctio illa de jurifdictione temporali fummi Pontificis directè, vel indirectè; non folùm habetur apud auctores ibi citatos, fed etiam apud gloffam in cap. novit. de Judiciis §. de feudo, quam etiam fequitur Innocentius IV. ibidem, ubi dicitur, Papam non judicare de feudo directè, fecus indirectè ratione peccati. Intelligimus autem per jurifdictionem indirectè, jurifdictionem quam fummus Pontifex habet fuper temporalia in ordine ad fpiritualia, quæ fpiritualia propriè, & per fe refpicit ejus jurifdictio, ut declaramus cap. 6.

Libro 5. cap. 4. §. *Ceterùm hoc etiam*. De regno Chrifti fcripfi, quæ vera effe credidi, atque etiam nunc credo. Sed quia dum hæc recognofcerem, acriter de hac re inter fcriptores difceptabatur, operæpretium effe duxi paulò clarius, & fufius meam fententiam aperire. Igitur cavendum effe cenfeo piis hominibus, ne fic regnum Chrifti temporale defendant, ut veram ejus paupertatem negare videantur, atque eo modo ingrati fint magnæ illi gratiæ, de qua di-

A cit Apoftolus ad Corinthios: *Scit*
noftri Jefu Chrifti, qui propter nos ege
effet dives, ut illius inopia vos divit
rinth. 8. Et contra ne fic paupertate
gnent, ut verum ejus Regnum o
modo definant in ipfius Regno pa
Scripturis fanctis Chrifti Regnum e
dicatur, neque unum tantùm, fed
proprium Chrifti Regnum eft illud
Angelus ad Virginem Lucæ 1. *Dab*
fedem David patris ejus, & regnabit i
ternum, & Regni ejus non erit finis,
tur defumpta, ex cap. 9. Ifaiæ, ubi
lium David & fuper Regnum ejus fede
B *lud, & confirmet in juftitia, & judic*
que in fempiternum, quibus locis eo
ta alia, ut illud Pfalm. 2. *Ego autem*
ab eo fuper Sion montem fanctum eju
ptum ejus. Et Pfalm. 131. *De fructu*
fuper fedem tuam, &c. Et Daniel. 9
eum illorum fufcitabit Deus regnum,
Ecce Rex tuus veniet tibi, &c. Et Mic
hem Efrata parvulus es in millibus Juda
dietur, qui fit dominator in Ifrael. E
fcitabo David germen juftum, & regna
erit, &c. Et Ezech. 37. *Et faciam eo*
in terra, in montibus Ifrael, & Rex
imperans, &c. Hoc autem Regnum
C non temporale, fed fpirituale futu
Ambrofium, Hieronymum, Aug
nardum, qui paulò poft citabuntu
terpretes fcripturarum accuratiffim
fenius, & Adamus Sasbout. Ille,
cet, fic fcribit in cap. 3. concordiæ
Evangelii, Lucæ 1. *Dicitur*, inquit
feder, & Regnum David, non quod te
fibile, & terrenum, fed quod in Regno
tum fuit. Et Davidi in proprio femine
Regni ejus. Ita & domus Jacob hic non
milia Jacob carnalis, fed pro fpirituali
fidelium congregatio.

Adamus Sasbout in comment. c
D clarans illud; *fuper folium David*,
ejus fedebit: Ad hæc verba, inquit
Gabriel apud Lucam, ubi ait, Dabit
David patris ejus. Et quemadmodum
Lucam malè intelligunt illi, qui mille
tantes Chriftum in terra mille annos r
dai præfentem locum interpretantur d
quale eft Regnum Principum hujus mu
ma fcriptura fint in Teftamento veteri
Chrifti hujufmodi non futurum. Dicit
chariam 9. & ipfe erit pauper, &c. D
ftus fuper folium David federe, & R
biturum finem, quoniam in Ecclefia,
cujus typus erat Regnum David, ipfe
& imperium amodo ufque in fempite
E & confirmantur hæc omnia ex Ev
ftolis B. Pauli. Nam Princeps eum q
ftus, ut Regnum fibi acquireret, n
aut Cæfar, fed Diabolus, & ficu
ceps erat hujus mundi, quia invi
in cordibus hominum per infidelita
dientiam: fic Diabolo per Chrift
triumphato, cœpit Chriftus regna
delium per fidem, & obedientiam n
Luc. 11. *Si in digito Dei ejicio dæm*
venit in vos Regnum Dei. Cùm fort
atrium fuum, in pace funt omnia qua
fortior eo fuperveniens vicerit eum,
auferet in quibus confidebat, & fpol
Et clarius Joan. 12. *Nunc judicium*

Princeps hujus mundi ejicietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Et Coloss. 1. *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filii dilectionis suæ.* Et cap. 2. *Et expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam, triumphans illos in semetipso.* De qua re S. Augustinus tractat. in Psalm. 54. *Attende gloriam Crucis ipsius: Jam in fronte regum Crux illa fixa est, cui inimici insultaverunt. Effectus probavit virtutem, domuit orbem, non ferro, sed ligno.* Et sanctus Leo sermon. 8. de passione Domini: *O admirabilis potentia Crucis, ò ineffabilis gloria passionis, in qua, & tribunal Domini, & judicium mundi & potestas est crucifixi.* Nec sine magno mysterio in titulo Crucis, scriptum fuit literis, Hebraicis, Græcis, & Latinis *Rex Judæorum*, ut totus mundus agnosceret Christum per passionem suam de Diabolo triumphasse, & Regnum sibi peperisse. Quamvis autem hoc Regnum propriè spirituale sit, & per fidem ad illud pertinere incipiamus, tamen negari non potest, quin etiam ad temporalia se extendat, quatenus ad spiritualia ordinantur, ut omnes Theologi confitentur. Neque hoc Regnum veræ paupertati Christi repugnat, quia aliud est habere potestatem disponendi de temporalibus in ordine ad spiritualia, aliud habere proprietatem, & dominium particulare rerum temporalium. Prælati enim Ecclesiastici, ac præsertim ii, qui sunt Præpositi ordinum Religiosorum, habent potestatem disponendi de rebus temporalibus suæ Ecclesiæ, vel Religionis, & tamen non habent dominium, vel proprietatem rerum temporalium. Sic igitur Christus, ut Rex Ecclesiæ, disponere potuit de temporalibus rebus Ecclesiæ, immò etiam de rebus totius mundi, & tamen verè dicere potuit, *filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet.* Luc. 9. & verbo & exemplo docuit statum Religiosæ vitæ, quæ abdicat omne dominium in particulari, ut definierunt summi Pontifices, Nicolaus IV. Clemens V. & Joannes XXII. qui Joannes definivit quidem in extravaganti, *Quia quorundam*, Christum habuisse dominium in communi cum Apostolis earum pecuniarum, quas ex eleemosynis collectas in loculis Judas ferebat: sed admisit Christum verè fuisse pauperem, ut sunt omnes veri Religiosi, sive habeant dominium in communi, sive non habeant.

Alterum Christi Regnum est Regnum divinum universale, quod Christo convenit, ratione unionis hypostaticæ, sed rectè Cajetanus admonet in Commentario primi capitis Epistolæ ad Hebræos, hoc dominium convenire Christo homini ratione divinæ filiationis, non ratione humanæ, ille enim homo Christus, quia verè est filius Dei naturalis, est hæres universorum sine ulla exceptione, quamvis autem Christus non habeat ex humana filiatione dominium universale, habet tamen Christi humanitas ex donatione Patris, ratione hypostaticæ unionis, dominium quoddam universale, simile dominio divino, quod non tollit dominia particularia, sed ea conservat, & in hoc dominio fundatur jus illud, quo potuisset Christus, si voluisset, regna omnia sibi assumere, ut etiam in libro nostro diximus. De hoc Regno intelligimus illa verba Matth. 11. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Et Joan. 13. *Omnia dedit ei Pater in manus.* Et Joan. 18. *Omnia tua mea sunt, & sicut dedisti ei potestatem omnis carnis.* Et Hebr. 1. *Quem constituit hæredem universorum.* Et Apocal. 3. *Habet in vestimento & in femore suo scriptum, Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Hoc Regnum accepit Christus ab initio conceptionis: & est illi commune cum Patre, sed non potest communicari cum ulla pura creatura, neque repugnat veræ paupertati, quam Christus elegit, pro tempore mortalitatis suæ, nam ipse idem Christus homo ratione dominii universalis ditissimus erat, ratione particularis, pauperrimus. Ipse idem verè in propria venit, ut dicitur Joan. 1. quia Domini est terra, & plenitudo ejus, & simul verè non erat ei locus in diversorio, ut dicitur Luc. 2. & in alieno natus est, ut dicit Gregorius hom. 8. in Evangelia, neque enim privare voluit ullum hominem dominio rerum suarum. Neque Regnum hoc temporale dici potest, quale est Regnum hujus mundi, nam neque opibus, neque militibus, neque armis, neque arcibus, neque aliis ejusmodi præsidiis indiget, sine quibus Regna temporalia conservari non possunt: neque tollit hoc Regnum Regna hominum, qui justè illis possident, sed illis præest potestate quadam altiore, & sublimiore, quam sit potestas ullius Regis, aut Monarchæ temporalis. Et potuisset quidem Christus ex hac potestate sua eminentissima privare Regnis temporalibus quoscumque Reges terræ, neque fecisset illis injuriam, si hoc fecisset: sed maluit Regna temporalia iis dimittere, qui ea possidebant, ut humilitatis, & paupertatis, patientiæ, & obedientiæ exemplum daret.

Tertium Regnum, est Regnum gloriæ, quod in perfecta corporis, & animæ beatitudine, & fœlicitate consistit, ex qua sequitur exemptio, & libertas ab omni subjectione creaturarum, & potestas, seu potestatis exequutio super omnes creaturas. Hoc Regnum adeptus est Christus in ipsa resurrectione, & ascensione, quamvis ei destinatum fuisset ab initio conceptionis. Sicut enim *David*, qui figura Christi fuit, in pueritia Rex inunctus est à Samuele, & tamen Regni possessionem, non nisi post multos labores, & dolores obtinuit: sic etiam Christus ab initio conceptionis Dominus gloriæ esse cœpit: sed tamen oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Luc. ult. De hoc Regno dicitur Luc. 19. *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi Regnum, & reverti.* Ubi apertè loquitur de Passione sua, per quam abiturus erat accipere sibi Regnum gloriæ cœlestis, & reversurus tandem in die Judicii. De hoc etiam dicitur Marci 9. *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant Regnum Dei in virtute veniens*, & paulò post describitur transfiguratio Domini, per quam viderunt tres Apostoli gloriam claritatis Christi, quam Regnum Dei paulò ante nominaverat. De hoc quoque Regno intelligitur illud Lucæ 22. *Non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat.* Et Luc. 23. *Memento mei dum veneris in Regnum tuum*, de hoc Regno intelligimus illud Matth. ult. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Nam tunc demum datum est Christo homini, ut non amplius subjectus esset ulli creaturæ, non solùm de jure, quomodo numquam fuit, sed neque de facto, idest, neque hominibus, neque fami, neque siti, neque laboribus, aut doloribus, aut ipsi morti: sed contra omnibus omnino dominaretur: *In hoc*, inquit Apostolus Rom. 4. *Christus mortuus est, & resurrexit, ut vivorum, & mortuorum dominaretur.*

De hoc etiam dicitur Danielis 7. *Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum pervenit, & in conspectu ejus obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ei servient, potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur, & Regnum ejus quod non corrumpetur.* Et Beatus Petrus cap. 3. prioris Epistolæ dicit de Christo: *Profectus in cælum, subjectis sibi Angelis, potestatibus, & virtutibus.* Et in Epistola 2. cap. 1. *Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum Regnum Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi.* Et Beatus Paulus Philipp. 2. *Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine*

Jesu

Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et Beatus Joannes cap. 1. Apocalyp. *Primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ*. Hoc Regnum nunc est invisibile, & sola fide percipitur, sed in die Judicii visibile fiet, ut ipse Dominus ait Matth. 26. *Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli*. De quo etiam Apostolus dicit 2. Timoth. 4. *Testificor coram Deo, & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos, & mortuos, & per adventum ipsius, & Regnum ejus*. Hoc Regnum comminabitur à Christo suis electis, ut dicit Apostolus Philippens. 3. *Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*. Et Roman. 8. *Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat*. Et Colossens. 3. *Cùm apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*. Et Beatus Joannes Apocal. 3. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo*. Et clarius Matth. 19. *In regeneratione cùm sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel*. De hoc Regno non oportet quærere, an repugnet paupertati Christi, quia paupertas illa non erat duratura, nisi pro tempore mortalitatis. Neque dici potest hoc Regnum temporale, cùm sit alterius rationis, & longè eminentius omni Regno temporali, & tandem in die Judicii, ut prædixit Daniel. cap. 2. consumere, & destruere debet omnia Regna temporalia, & ipsum in æternum permanere. Sunt igitur tria Christi Regna, unum proprium ipsius, alterum commune cum Patre, tertium commune cum electis. Illud primum incipit à Prædicatione, secundum à Conceptione, tertium à Resurrectione.

Præter ista Regna, quartum Regnum, quod propriè temporale dici debet, qualia sunt Regna principum terrenorum, nos quidem in Scripturis, & in Patribus non invenimus; immò existimamus repugnare Christi paupertati, & sapere errorem Judæorum, & Hæreticorum, quo nomine refutatur ab Adriano Fino in flagello Judæorum, & Adamo Sasbout in cap. 9. Isaiæ, Augustino de Ancona de potestate Ecclesiæ quæst. 1. art. 9. & fusissimè à Thoma Valdensi lib. 2. doctrinalis fidei antiquæ. At, inquies, Christus figuratus fuit per Mosem, & per Melchisedech, ut Apostolus docet ad Hebr. 3. & 7. proinde non debuit habere minorem potestatem, quàm habuerint, Moses, & Melchisedech: sed illi fuerunt simul Pontifices, & Reges temporales: igitur Christus etiam debuit simul esse Pontifex summus, & Rex maximus temporalis. Respondeo, Christum ob hoc ipsum, quòd figuratus fuit per Mosem, & Melchisedech, non debuisse esse Regem temporalem, ut illi fuerunt, sed Regem altioris ordinis, nam figura semper est inferior, & imperfectior figurato, & hoc manifestum est ex figura sacerdotii. Moses enim sacrificabat oves & boves: Christus autem sacrificavit se ipsum Agnum rationalem, & divinum: Melchisedech obtulit panem & vinum, Christus obtulit corpus & sanguinem suum. Sicut igitur sacerdotium Christi fuit longè sublimius sacerdotio Mosis, & Melchisedech: sic etiam Regnum Christi debuit esse multò excellentius, idest, non temporale, ut illorum, sed æternum, spirituale, & cœleste, nam etiam Regnum Davidis fuit figura Regni Christi, & tamen Patres apertè dicunt Christum non regnasse in Hierusalem terrena, ubi regnavit David, sed in Hierusalem spirituali, quæ est Ecclesia. Quòd autem Christus non habuerit Regnum temporale, non fuit in causa, quia non potuerit illud habere: sed, quia indignum erat Christo, qui est Rex Angelorum, ut fieret quasi unus de Regibus terræ, & sederet ad judicandas lites terre-

nas, ut sederunt Moses, Melchisec
Quòd si ii, qui Regnum temporale
per Regnum temporale, nihil aliud
dominium universale, quod non to
& eminentem potestatem disponendi
ralibus, in sententia convenimus, &
disceptamus. Et ego quidem libros
ea qua potui diligentia, evolvi, &
tres negantes Christi Regnum temp
num; affirmantes autem idipsum n
autem aliquot testimonia hic adscrib

Egesippus apud Eusebium in Ecc
versione Ruffini lib. 3. cap. 20. scrib
interrogatos affines Christi, quale
sti Regnum, ita respondisse: *Respo
quod non hujus mundi Regnum, neque
gnetur imperium: sed quia cœleste ei
lorum ministeria in consummatione s
quando scilicet adveniens in gloria de
judicabit*,

S. Irenæus lib. 4. cap. 37. describe
liæ, & accommodans ad Regnum
*Ostendebatur autem, & Regni ejus mit
quietio, post enim Spiritum, qui conter
terræmotum, & ignem, tranquilla,
jus adveniunt tempora, in quibus cum
spiritus Dei vivificat, & auget hominem*
satis apertè describit Regnum spiritu
stus per spiritum gratiæ regnat in eor

Tertullianus in lib. adversus Juda
vitate Christi exponit verba Isaiæ,
intelligit Christum ubique regnaturum
cis, inquit, *Christi nomen regnat, u
nium civitatum portæ sunt apertæ, &
sæ, quamquam & ista spiritualiter sunt
præcordia singulorum variis modis à D
Christi sint reserata: attamen perspicuè
utpote in quibus omnibus locis populus
bitat, quis enim omnibus regnare po
Dei, qui omnibus in æternum regnaturus*
milia vide capite sequenti, quod est
sti æterno.

S. Cyprianus in 2. libro adversus
tus Tertullianum, multa scribit de
sed potissimum loquitur de Regno gl
cepit post Resurrectionem, sic enim
*Quòd cùm resurrexisset, acciperet à Pa
tem, ac potestas ejus æterna sit apud Da
in visu noctè, & ecce in nubibus cœli qua
niens, venit usque ad veterem dierum,
ctu ejus, & qui assistebant ei obtulerunt
et potestas regia, & omnes Reges terræ
nis claritas serviens ei, & potestas ejus a
feretur, & Regnum ejus non corrumpetur*
rum probat Christum in æternum re
tis testimoniis, & nusquam meminit
lis, seu contra potius allegat verba
Regnum meum non est de hoc sæculo.

Eusebius Cæsariensis lib. 7. de de
vangelica de Regno Christi sic loqui
*minus & Salvator noster Jesus Christus,
vid ortus est, in totum orbem Rex denu
quam ea quæ de terra, & ruina instaura
des David, per divinum Salvatoris nos
ta est, & permanebit in æternum, velu
Dei, illius lucis radiis, quam doctrina
totum orbem terrarum illustrans*, hæc ille
mè demonstrat Christi Regnum esse sp
leste, dicit enim sedem David fuisse
gnum destructum: sed per Christum
se sedem illam David, & Regnum e
certum autem est non fuisse instau

temporale Davidis, sed illud quod eo figurabatur. Idem patet ex eo, quòd Eusebius hoc Christi novum Regnum divinum appellat: item quia dicit per doctrinam Christi, quæ in toto orbe fulget, hoc Regnum ubique dilatari.

Hilarius in Psal. 2. exponens illa verba: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super montem sanctum ejus*, sic ait: *Non super illum utique terrena civitatis montem, comp{l}orata scilicet, & homicida & parricida Hierusalem, sed Hierusalem ejus, qua in cœlis est, qua est mater nostra, qua civitas magni Regis est.*

Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 13. Regnum Christi gloriosum docet, neque de temporali unquam meminit: *Regnat*, inquit, *Christus in sæcula, qui judicat vivos, & mortuos, qui pro vivis & mortuis mortuus est, ut Paulus dicit.*

S. Ambrosius lib. 3. in Lucam non longè à fine tractat quæstionem, quomodo apud Lucam legatur Christus habiturus sedem David patris ejus, cùm apud Hieremiam dicatur, nullum de semine David post Jechoniam sessurum in illa sede: & concludit Prophetam loqui de Regno temporali, Evangelistam de regno spirituali: *Ipsum*, inquit, *Regem secundùm honorem sæculi non accepimus Christum*. Et infrà: *Quòd regnavit Christus, non contra prophetiam est, non enim sæculi honore regnavit, nec in Jechonia sedibus sedit, & ibidem regnare se dixit, qui non regnavit in terris.*

S. Epiphanius hæresi 29. quæ est Nazaræorum, quærit quomodo impletum sit, quod dicitur in Psalmo 131. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Qua ratione*, inquit, *super sedem David non sedit? Venerunt, inquit Evangelium, ut ungerent eum Regem, quo cognito secessit &c. qua ratione carnaliter impletum non est in Salvatore, ut sedeat super thronum David*, & paulò post, *Thronus igitur David, & regia sedes ejus, est sacerdotium in Sancta Ecclesia, quam dignitatem regiam, simulque Pontificiam simul conjunctam largitus est Dominus Sanctæ Ecclesiæ translato in ipsam throno David non deficiente in æternum*, hæc ille, qui per Regiam dignitatem, cum sacerdotio conjunctam, non intelligit Regnum aliquod temporale, sed potestatem Ecclesiasticam, quæ non consistit solùm in officio sacerdotali sacrificandi, & orandi, sed etiam in vera jurisdictione gubernandi, & regendi fideles secundùm leges Evangelii. Ideò enim Pontifices nostri dicuntur etiam Pastores, & Doctores, & ut sæpè retulimus, Gregorius Nazianzenus in oratione ad Populum timore perculsum, & Præsidem irascentem, dicit: *Imperamus & nos, addo etiam imperio altiore & sublimiore, &c.*

Nam Epiphanius sequitur Eusebium, & alios, qui docuerunt, Regnum David fuisse typum Regni Christi spiritualis, quo regnat in Ecclesia, cujus Regni participes sunt omnes Episcopi, sed præcipuè summus Pontifex, qui in universam Ecclesiam potestatem habet. Satis enim clarè dixit antea idem Epiphanius, Christum non sedisse carnaliter in throno David.

S. Hieronymus lib. 4. in Hieremiam, exponens verba capitis 22. *Non sedebit*, inquit, *super thronum David vir, & homo, sed sedebit Deus, Regnumque ejus non erit terrenum, & breve, ut fuit David, sed perpetuum, & cæleste, dicente scriptura, regnabit super domum Jacob in æternum, & Regni ejus non erit finis*. Ubi S. Hieronymus solvit quæstionem de contradictione, quæ videtur esse inter Hieremiam, & Lucam, eo modo quo Ambrosius, & alii Patres, videlicet, quòd Propheta, qui dicit neminem post Jechoniam ex stirpe David sessurum in throno David, loquatur de Regno terreno, Lucas autem, qui dicit, Christum sessurum in throno David, loquatur de Regno spirituali.

S. Joannes Chrysostomus homil. 82. in Joan. explicans verba illa: *Regnum meum non est de hoc mundo*, dicit, *Christi Regnum esse divinum & cæleste, non autem tale, quale putaverat Pilatus. At non est*, inquit, *mundi hujus Christi Regnum? quid ni? quomodo dicit non esse? Non quòd hoc etiam non possideat, sed quod in cœlo habeat Imperium non humanum, sed longè majus, atque præstantius*. Et infrà: *Regnum suum dicit, non esse hinc, non quòd Mundum providentia sua, & protectione privet, sed ut dixi, ut neque humanum, neque caducum esse demonstret.*

S. Augustinus tractat. 115. in Joan. Super verba: Regnum meum non est de hoc mundo, *Audite*, inquit, *Judæi, & Gentes, audi circumcisio, audi præputium, audite omnia regna terrena, non impedio dominationem vestram in hoc mundo. Regnum meum non est de hoc mundo. Nolite timere timore vanissimo*; & paulò post: *Venite ad Regnum quod non est de hoc mundo, venite credendo & nolite sævire metuendo. Dicit quidem Propheta de Deo Patre: Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus. Sed Sion ille, & Mons ille non est de hoc mundo: quod est enim Regnum, nisi credentes in eum?* Et lib. 17. de Civit. Dei cap. 7. exponens illud: *Dirumpet Dominus Regnum Israel de manu tua*, sic ait: *Populi ergo Israel personam figuratè gerebat homo iste, qui populus Regnum fuerat amissurus, Christo Jesu Domino nostro, per novum testamentum, non carnaliter regnaturo*. Idem tract. 50. in Joannem, *Rex Israel Christus est, quòd mentes regat, quòd in æternum consulat, quòd in Regnum cælorum credentes, sperantes, amantesque perducat.*

S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Joan. cap. 10. explicans illud: *Regnum meum non est de hoc mundo, Liberavit*, inquit, *à formidine Pilatum, qui dignitatem Cæsaris in Judæa servare debebat*. Et infrà: *Christus Pilato respondens, Regem se esse non negat, mentiri enim non poterat, sed Regno Cæsaris non esse hostem ostendit, quia principatus suus mundanus non est, sed cæli, terræ, cæterarumque omnium rerum*. Vide etiam cap. 11. & cap. 12. ubi rursus docet, Christi Regnum non esse mundanum, quale suspicabatur Pilatus, sed divinum & cœleste.

S. Gregorius Papa lib. 1. in primum Regum, propè finem, explicans illa verba: *Sublimabit cornu Christi sui*, per *cornu*, intelligit Regnum Christi, & Regnum Christi Ecclesiam credentium esse dicit: *Per Regnum Christi*, inquit, *Sancta Ecclesia designatur, quod profectò cornu sublimabitur, quia ima nostra ad Angelorum æqualitatem perducentur*; & infrà, *sublimabitur ergo cornu Christi, quia Sancta Ecclesia in æterna contemplatione sui Redemptoris extollitur.*

S. Isidorus in cap. 12. Genesis: *Nomen*, inquit, *Melchisedech Rex pacis, vel Rex justitiæ interpretatur, quod bene refertur ad Christum, ipse enim est Rex pacis, quia per ipsum reconciliamur Deo, ipse est Rex justitiæ, quia ipse venit, ut discerneret justos ab impiis.*

S. Joannes Damascenus orat. 2. de nativitate Virginis, sic de Rege Christo loquitur: *Ut autem Rex pacis, ac Princeps, & Dux in Israel, non partis in oculorum sensum cadentis ratione, in Davidis Patris sui solio sedere ostenditur, verùm spiritualiter in domo Jacob in æternum regnasse, nec Regni finem unquam accepisse.*

Beda in Psalmum quintum, *Christus*, inquit, *Deus noster Rex secundùm humanitatem; secundùm quam nos doctrina & vita exemplo rexit*. Idem in caput primum Lucæ, super illud: *Regnabit in Domo Jacob in æternum. Non dicit*, inquit, *in acquisitione gloriæ, gazarumque terrenarum, non in acquisitione gentium plurimarum, urbiumque debellatione superbarum: sed in judicio, & justitia, per hæc enim Regnum Christi, & in singulis quibusque fidelibus, & in universa pariter multiplicatur, & confirmatur Ecclesia.*

S. Ber-

S. Bernardus homil. 4. super Missus est: *Quæro, inquit, quomodo dederit ei Dominus sedem David, cùm ipse in Hierusalem non regnaverit, quin imò turbis volentibus eum constituere Regem, non acquieverit; sed & ante faciem Pilati protestatus sit: Regnum meum non est de hoc mundo; denique quid magnum promittitur ei, qui sedet super Cherubim, quem Propheta vidit sedentem super solium excelsum, & elevatum, sedere in throno David Patris sui? Sed novimus quandam aliam Hierusalem multo ista nobiliorem, multo ditiorem. Hanc igitur puto hic significatam;* & infrà: *Dabit ergo ei Dominus sedem David Patris ejus, non typicam, sed veram, non temporalem, sed æternam, non terrenam, sed cœlestem.*

S. Thomas in Commentar. ad cap. 18. Joan. *Sciendum est*, inquit, *quòd Dominus ad quæstionem respondens de Regno, ita responsionem temperavit, ut nec manifestè confiteretur se esse Regem, cùm Rex non esset eo modo, quo intelligebat Pilatus, nec negaret, cùm spiritualiter esset Rex Regum; dicit ergo, tu dicis, quia Rex sum ego, scilicet carnaliter, secundùm quem modum Rex non sum: sed alio modo Rex sum ego.*

S. Bonaventura collat. 85. in Evangelium Joannis, declarans illud: *Regnum meum non est de hoc mundo*, sic loquitur, *Ait ergo Regnum meum, ad differentiam aliorum Regnorum. Est enim Regnum Satanicum quo regnat Diabolus. Item est Regnum mundanum, quod est infimum ordine, quia de hoc mundo, & est Regnum Divinum, quod est sublime majestate, quia Regnum cœlorum.* Hæc ille, qui Regnum Christi dicit non esse mundanum, sed divinum. Et paulò infra: *Credentes*, inquit, *sunt Regnum ejus, qui non sunt de hoc mundo.* Vide eundem in Postilla super cap. 12. & 18. Joannis.

Eodem 5. lib. cap. 8. §. *Probatur hujus argumenti propositio.* Non approbo quod dixi, non posse Principes infideles privari per Ecclesiam dominio, quod habent super fideles, nisi avertere conentur fideles sibi subjectos à fide. Quamvis enim durandus, quem ego secutus sum, in 2. sent. dist. 44. quæst. 3. probabiliter disputet contra Sanctum Thomam docentem in 2. 2. quæst. 10. art. 10. posse Ecclesiam privare infideles dominio, quod habent super fideles: tamen auctoritas S. Thomæ meritò prævalere debet. Itaque si tales Principes non conantur fideles à fide avertere, possent quidem per Ecclesiam privari dominio: tamen Ecclesia non semper id facit, vel quia vires non habet, vel quia non judicat expedire. At si isti iidem Principes conentur avertere populum à fide, possunt, & debent privari suo dominio.

Eodem lib. cap. 9. §. *Jam verò quod jure.* Probavi ex Adone, & Leone Hostiensi principatum temporalem Apostolicæ sedis: sed inveni postea auctorem utroque antiquiorem. Paulus Diaconus lib. 6. cap. 28. de gestis Longobardorum sic ait, *Aripertus Rex Longobardorum donationem patrimonii alpium Cottiarum, quæ ad jus pertinuerant Apost. sedis; sed à Longobardis multo tempore fuerant ablata, restituit, & hanc donationem aureis literis exaratam, Romam direxit.* Ejusdem rei meminit Beda in lib. de sex ætatibus. Videmus autem hoc loco, Aripertum Regem non fuisse primum, qui donavit Alpes Cottias Apostolicæ sedi, sed fuisse primum ex Longobardis, qui eas restituit, cùm antea ad jus ejusdem sedis pertinuissent, quod est diligenter notandum

Eodem lib. cap. ult. §. *Dico secundò.* Ubi dixi, Reges ignorantes Deum, idest, infideles, Tyrannos potius esse quàm Reges; non volui significare omnes Reges infideles esse Tyrannos, quo ad jus dominandi, ac per hoc illegitimos Principes, sed esse Tyrannos quoad modum dominandi, sive quoad usum potestatis: neque de omnibus omnino intellexi, sed de plerisque. Nam & ipse Dominus cùm ait, *Reges gentium dominantur eorum*, de plerisque loquitur, non de

A omnibus, certè Augustus, & T
æquissimi Principes fuerunt.

RECOGNITIO LI

Quatuor de Conciliis, E

LIB. 1. cap. 5. §. *Est verò ani*
cap. 13. probavi ex epistola C
nopolitani ad Damasum, quæ hab
retum lib. 5. hist. cap. 9. secundam
lem fuisse congregatam jussu Dama
& eandem haberi debere cum syn
B dem tempore celebrata. Sed po
eam Epistolam non esse secundæ
sed Episcoporum, qui in ea synod
sequenti anno iterum Constantino
quamvis autem ex ea Epistola n
dam synodum indictam fuisse jus
men satis probatur ex Concilio s
ibidem annotavimus, quod autem
& Synodus Romana sub Damaso
tiam convenerint, & pro una &
sint, in materia fidei, ex Epistola
ut etiam ex Epistola Damasi,
Theodoretum lib. 5. cap. 10

Cap. 13. §. *Quarta ratio est.* Quo
C dicimus, Pontificem olim subjecti
ribus, ut Dominis suis temporalib
facto, non de jure, cùm enim po
perior temporali sit, nulla ratio p
supremus spiritualis jure subjiciatur
li, quamvis supremo, sed auctor
cis paulatim magis ac magis decla

Libro eodem cap. 19. §. *Quarti*
hoc loco, judices seculi, qui in
terfuerunt, non tulisse sententiam
bi usurpasse in negotio Ecclesiastic
est. Quamvis enim in fine primæ
judices sæculares sententiam tulisse
& alios Episcopos: tamen non fi
D tentia judicialis, sed exposuerunt
bi videretur de causa, quæ tracta
integrum Episcopis reliquerunt.
actione dicunt Episcopi, judices
contra Dioscorum, si ita sanctissi
retur, quibus hanc inferre à Don
est. Itaque synodus in illa tertia
tari jubet Dioscorum, & non eo
Papæ Romani, ut veri Præsides e
eorum sententiam tota synodus ap

Lib. 3. cap. 6. §. *Chrysostomus.* A
ctorum Patrum, quibus probatu
non esse in Ecclesia, addi potest t
gorii, qui in expositione primi ver
E pœnitentialis sic ait, *De hoc spirit.*
non vivit schismaticus, non vivit ex
non sunt de corpore.

Eodem cap. §. *Probatur ultimò.* C
ta ratione, non posse excommun
ces, & incorrigibiles, intelligi del
catione ab homine, quæ cùm trin
quirat ex jure Canonico, rectè di
rigibiles, cùm in eos feratur, qu
niti corrigi non potuerunt. At exc
re contumaciam quidem requirit,
bilitatem.

Cap. 7. §. 1. Ubi dicitur, *ex pa*
ctus dicetur, ex parabolis Evang
illa parabola de area, tritico, &
rabola Domini, sed Joannis Bap

Lib. 4. cap. 6. §. *Sed nec Zuvinglius*. Scripsi Calvini sectam diminui cœpisse per Puritanos in Anglia. Sed Puritani, ut postea didici, puri Calviniani sunt.

Cap. 9. §. 4. *Pepuziani*. Ubi dixi, Calvinianis in Anglia mulierem esse summum Pontificem, rectius dixissem, Protestantibus in Anglia mulierem esse caput Ecclesiæ. Calviniani enim abhorrent à regimine unius capitis, & in cœtu seniorum regimen Ecclesiæ ponunt.

Et §. 18. *Xenaias*. Citavi Paulinum in vita S. Fœlicis, & Athanasium in quæstionibus ad Antiochum. Sed per vitam S. Fœlicis intellexi, Natales S. Fœlicis carmine scriptos. Quod autem dixi haberi in vita S. Fœlicis, habetur natali decimo.

Librum quæstionum ad Antiochum, non existimo esse S. Athanasii Alexandrini Episcopi: quippe qui in ipso libro alicubi citatur, & refellitur, nisi fortè inserta sint multa ab aliquo posteriore auctore. Certè liber auctoris veteris est, & inter opera S. Athanasii excudi solet. Et fortasse libri auctor Athanasius est, sed ab illo priore, & celebriore diversus.

Cap. 14. §. *Decimoquarto sæculo*. Non rectè positus est S. Bernardinus sæculo quartodecimo, cùm ponendus fuerit sæculo sequenti cum S. Vincentio.

Cap. 17. §. 2. In fine paragraphi desunt hæc: *Maxentius denique Imperator in decipulam conjectus, quam Constantino paraverat, miserè periit, & incruentam victoriam Constantino reliquit, ut scribit Eusebius lib. 9. hist. cap. 9. ex versione Ruffini.*

RECOGNITIO LIBRORUM

De membris Ecclesiæ, idest, Clericis, Monachis, Laicis.

LIB. 1. qui est de Clericis, cap. 5. §. 1. ad tertiam propositionem, quæ est hæc; *Electio ministrorum Ecclesiæ non fit à solo Deo*. Animadvertendum est, non negari à nobis, posse electionem fieri à solo Deo, quomodo scimus electos fuisse Mosem, Petrum, & alios. Sed quod volumus dicere, est, non fieri ordinariè electionem ministrorum à solo Deo, ratione Prædestinationis, idest, quia ipse solus novit, qui sint Prædestinati. Est enim propositio adversus Wiclefum, qui solos Prædestinatos admittit ad Ecclesiæ ministerium.

Eodem cap. §. 3. *ex Patribus*. Non approbo quod dixi, fuisse Caipham verissimum Pontificem, quia dignitatis illius gratia Prophetaverit: Nam potuit Deus dono illo Prophetiæ ornare Caipham, quia de facto Pontifex erat etiamsi fortasse de jure non erat. Constat enim ex Josephi historia Pontificatum ab Herode Rege delatum ad homines, qui non erant ex familia Pontificia, factumque annuum & vendibilem, aliisque modis degenerasse à divina institutione. Sed placuit Deo honorare nomen ipsum, ac fortè umbram solum Pontificatus.

Cap. 9. §. *Quartus modus*. Animadverti posteaquam hæc scripseram, & prælo commiseram: non esse omnino certos Canones illos duos, qui hoc loco citantur ex Gratiano dist. 63. can. Adrianus, & can. In Synodo; ut supra diximus in recognitione libri 2. de Pontifice cap. 29. & infrà dicemus in recognitione lib. 1. de translatione imperii cap. 13.

Cap. 16. §. *Hæc Onufrii*. Ubi probatur ex Synodo S. Gregorii plures presbyteros Cardinales fuisse in eodem titulo, potest addi aliud argumentum simile ex prima Synodo sub Symmacho, in qua subscribunt sexaginta septem presbyteri, & tamen non inveniuntur tituli Cardinalium tempore Symmachi, nisi viginti octo, quia videlicet plures erant Cardinales ejusdem tituli, ut ex illis ipsis subscriptionibus apparet. Potest etiam addi insigne testimonium ex epistola Joannis III. Papæ, quam refert Cardinal. Baronius in appendice ad tomum nonum annalium. Nam in ea epistola dedicat Joannes Papa Ecclesiam Apostolorum, eamque titulum Cardinalem declarat. Atque in eo titulo non unum, sed plures Cardinales constituit, ut ex initio epistolæ intelligi potest. Sic enim incipit epistola: *Joannes Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Cardinalibus, & Clericis Ecclesiæ Apostolorum.*

Eodem cap. §. *Postea tamen*. Ubi dicitur, Pontifices solitos fuisse eligi aliquando ab Imperatoribus. Potest & fortè debet nomen Imperatorum deleri. Id enim scripseram sequutus Canones illos, Adrianus, & In Synodo dist. 63. Sed eos Canones didici postea non esse satis probatos, & quamvis aliquando Imperatores nominaverint viros aliquos ad Pontificatum, tamen irrita censebatur electio, nisi Clerus Romanus eosdem iterum elegisset. Itaque Leo IX. cùm ab Imperatore nominatus, purpura indutus Pontificia Romam veniret, occurrit ei Hildebrandus, qui postea fuit Papa Gregorius VII. eique persuasit, ut privato habitu urbem ingrederetur, quod Imperatoris nominatio non satis esset ad Pontificem ritè creandum, nisi Cleri Romani accessisset electio. Vide Othonem Frisingensem in historia.

Cap. 26. §. 2. in fine paragraphi, verba illa: *At certè discipuli Christi, clerici omnes esse debent*, ambigua sunt. Posset enim his verbis significari, debere omnes qui discipuli Christi esse volunt, ad clericatum transire. Sed vera interpretatio est omnino contraria, volumus enim significare, Clericis omnibus convenire, ut discipuli Christi sint.

Cap. 27. §. ult. in ultimis verbis: *Vide quæ scripsimus in 3. tomo lib. ult. cap. 7.* rectius dictum fuisset: *Vide quæ scripsimus in lib. 3. de bonis operibus, qui est de eleemosyna cap. 7.* Nam in editione Veneta hi libri sunt in quarto tomo: in prioribus editionibus in tertio.

Cap. 28. §. *Tertia propositio*. Ad Concilia citata pro exemptione clericorum à jurisdictione Principum sæcularium, addi possent Concilium Milevitanum canon. 19. & Concilium Constantiense Sess. 31. cujus verba sunt hæc: *Laici in Clericos nullam habent jurisdictionem, & potestatem*. Vide etiam quæ allegantur paulò infra pro quinta propositione.

RECOGNITIO LIBRI SECUNDI,

Qui est de Monachis.

CAP. 14. §. 2. Ubi dixi, *apud Græcos, & Latinos non erat ulla vera pietas*. Rectius dixissem, *vix erat ulla vera pietas*. Quamvis enim regnaret eo tempore apud omnes ferè nationes Idololatria, tamen non certò scimus, non fuisse etiam tunc aliquos verè pios, qualis fuit Job, & amici ejus; & posteriore tempore Cornelius Centurio, & alii.

Cap. 22. §. *Sed primum, si sola conjectura*. Non approbo quod hoc loco dixi, B. Virginem non statim cogitasse se fore matrem Messiæ, cùm Angelus ei dixit: *Ecce concipies in utero, & paries filium*, & quod addidi, probabile esse, tunc eam non scivisse, Matrem Messiæ Virginem futuram. Hæc inquam non approbo, quia satis apertè Angelus loquutus est, & Virgo prudentissima facilè intelligebat quod dicebatur. Quod autem sciverit Matrem Messiæ Virginem futuram, scribit B. Ambrosius hunc ipsum locum exponens. Nam cùm probasset Matrem Messiæ debuisse Virginem esse, ex illis verbis Isaiæ: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*, addidit, *legerat hoc Maria, & ideò credidit futurum, sed quomodo fieret, ante non legerat*, hæc ille.

At,

At, inquies, si noverat B. Maria Christum ex Virgine nasciturum, & se Christi matrem futuram, Angelo id nuncianti credidit, cur timuit Virginitati suæ? timuisse enim verba illa declarant, *quoniam virum non cognosco*, quæ sic exponuntur à S. Bernardo, *si oportuerit me frangere votum, ut pariam filium, & gaudeo de filio, & doleo de voto*. Et à S. Athanasio in sermon. de Sancta Deipara, qui ait: *Hic hæsitat Virgo, utpote ad naturam respiciens, & de Josepho cogitans, cui nupta erat*. Respondeo, fortasse non venisse tunc statim illi in mentem quod antea legerat, de virginitate matris Messiæ, & ideò virginitati suæ timuisse, atque hoc videtur dicendum, secundùm S. Bernardi, & S. Athanasii expositionem. Addo, fortasse non timuisse virginitati suæ, sed cupivisse discere modum, quo futurum erat, ut virgo pareret ac si dicere voluisset, quoniam virum non cognosco, sine dubio non pariam filium naturali ordine, & modo, sed si paritura sum, certè Virgo paritura sum: quomodo autem res tam nova, & insolita fiet? Atque hæc videtur esse sententia B. Ambrosii, qui dicit B. Mariam credidisse se Virginem parituram, sed interrogasse de modo, quo id futurum esset. Et quadrat huic expositioni responsio Angeli dicentis, *Spiritus Sanctus superveniet in te &c.* idest, ideò Virgo paries, quia Spiritus Sancti, non viri alicujus opera, paries.

Cap. 27. §. 3. Epistolæ Martialis Apostoli, & liber Abdiæ de rebus gestis Apostolorum citantur à nobis, tum hoc loco, tum etiam alibi, quoniam ab aliquibus recipiuntur: quamvis non ignoremus eos libros non esse tantæ auctoritatis, ut in iis dogmata fundari possint.

Cap. 38. §. *Quintum est*, quæ adducuntur ex S. Augustino, potuissent omitti, valdè enim probabile est in illis locis per sponsas intelligi eas, quæ promissæ fuerant, non quæ per verba de præsenti matrimonium contraxerant.

RECOGNITIO LIBRI TERTII

Qui est de Laicis.

CAP. 3. §. *Ad primum ergo*. Quod hoc loco scripsi, illud: *ergo liberi sunt filii*. Matth. 17. ad literam de solo Christo intelligi, verum est. Sed non ideò excluduntur Ecclesiastici ab exemptione tributorum, imò includuntur, quia cùm filius Regis liber est à tributo, consequenter liberi sunt ejus famuli, & familiares, ut suprà diximus in lib. de Clericis cap. 28.

Cap. 6. §. *Quintò nota*. Docuimus hoc loco, potestatem politicam in Regibus, aliisque Principibus non esse immediatè à Deo, sed mediante consilio & consensu hominum. Et quoniam hæc communis sententia est, non curavimus ullis argumentis eam communire. Quia verò dum hunc locum recognosceremus, nonnulli scripserant, Regum Potestatem politicam, non minus immediatè esse à Deo, quàm sit potestas summi Pontificis: necessarium esse duxi aliquid hoc loco addere. Primùm igitur adfero auctores hujus sententiæ, ex Theologis antiquis S. Thomam 2. 2. quæst. 10. artic. 10. ex recentioribus, Dominicum à Soto, lib. 4. de Just. & Jure quæst. 4. art. 1. ex Canonistis Navarrum in cap. Novit, de Judic. notab. 3. num. 41. & 85. quibus plurimi alii adjungi possent, secundò Addo experientiam, nam Romana civitas primò Reges habuit: deinde populus ipse Reges sustulit, & Magistratus annuos creavit, & quemadmodum Regum Imperium justum habebatur: ita postea justum habitum est, imperium consulare, quia Populo ita placuit, & hoc regimen Romanorum laudatur lib. 1. Machab. cap. 8. sed rursus eadem civitas ad unius ab-

A soluti Principis regimen rediit, q
stum habitum fuit, cùm scriptura
cipibus obediri, Rom. 13. & alib.
dit Justinianus in institut. de jure
li, §. *sed & quod Principi*, ubi si
placuit, legis habet vigorem, quia P
de ejus imperio lata est ei, & in eum
ritatem, & jurisdictionem transtulit,
tè fatetur, potestatem Principis à
Addidit autem Seneca in epist. 108
gibus provocationem ad populum
lib. 1. confirmat exemplo Tullii H
autem diximus de Romana civitat
dici posset, quæ regimen unius in
B Democraticum aliquando mutave
regimen unius Principis redierunt.
co notato non dubitat affirmare,
ita potestatem suam in Regem tra
sibi in habitu retineat, ut in certis
recipere possit. Addo postremò test
scripturæ. Deuter. 12. habemus, a
te constituere super se Regem; qua
eum eligi in Populo suo, quem ipse
docent exempla Scripturæ divinæ,
ipsos, quos Deus immediatè ad P
videtur, consensu populi opus hab
gnum obtinerent, pacificeque reg
gum cap. 10. Samuel Propheta De
C xit in Regem, tamen hæc unctio f
quædam, quàm traditio Regiæ pot
post Samuel sorte Regem elegit,
cecidit, & quia non pauci non acc
ctioni: capite sequenti dixit San
Venite & eamus in Galgala, & inno
Et perrexit, inquit Scriptura, *omn*
runt ibi Regem Saul coram Domino in
tur Saulem secreto designavit Reg
sua fecit ut sors in eum caderet, &
populi voluntatem, ut eundem Re
proinde non sine consensu populi,
Deo Saul Rex factus est. Idem m
vide perspicitur. Nam lib. 1. Reg.
D Samueli: *Imple cornu tuum oleo, &*
ad Isai Bethleemitam, providi enim i
gem. Et paulò post unxit Samuel
super Israel, sed quòd hæc desig
prædictio fuerit, & non propriè R
latio, perspicuum est ex eo, quò
donec vixit, pro vero Rege, & D
neque etiam Saule defuncto ausus
vindicare, nisi à populo regiam pot
Sic enim legimus lib. 2. Reg. cap.
Juda, & unxerunt ibi David, ut reg
Juda. Et paulò post, dicit ipse D
sit Dominus vester Saul, tamen me u
Regem sibi. Et cùm aliquandiu fu
E David, quem sequebatur domus Ju
lium Saul, quem ut hæredem Reg
mus Israel, tandem post annos se
boseth, venit etiam domus Israel
cum Davide, eumque unxit in Re
Israel, ut scribitur lib. 2. Regum c
Deus Davidem Regem, sicut tant
miserat, sed fecit mediante consen
providentia sua inclinavit, ut Dav
Regemque constituerent. Sic etia
capite 11. per Ahiam Silonitem
Deus Hieroboam in Regem Israel
opus suum cap. 12. mediante cons
rebellavit à Rege Roboam, & con
Hieroboam. Si ergo illos quos De
cit, non sine consensu populi fecit

nus ulli alii rectè dici possunt immediatè à Deo regiam potestatem accepisse.

Cap. 11. §. 7. & ult. septima illa ratio ducta ex doctrina Apostolorum, ad probandum, legem humanam obligare in conscientia, nimis obscurè, & breviter posita est. Ideò suppleatur hoc modo. *Hæc loca divina Scriptura satis demonstrant quod volumus. Nam si Principes habent à Deo potestatem imperandi, certè, qui eis non parent, non solùm Principes, sed ipsum etiam Deum offendunt, & si qui Principi resistunt, Dei ordinationi resistunt; certè peccant in conscientia, non secus ac si divinas leges prævaricarentur, & si qui resistunt, damnationem sibi acquirunt, certè culpam in conscientia dignam ea pœna incurrunt, & si ex necessitate subditi sunt homines privati Principibus, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam, quomodo non peccant in conscientia, qui eis justa imperantibus non obediunt? Denique si Principes, Dei sunt ministri, & eis propter Deum parendum est, certè Dei majestatem lædunt, qui Principum leges non servant.*

Cap. 13. §. ult. Tractatur locus Evangelii Matth. 5. *Dictum est antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico vobis, non resistere malo, &c.* Adhibitæ sunt autem duæ explicationes, sed adhiberi potest alia tertia, quæ nobis magis literalis esse videtur. Igitur Christus non reprehendit legem talionis, quæ sancta, & justa erat, data enim est judicibus publicis, non personis privatis, & ipsi Judici datur lex servanda inter æquales, nam inter inæquales lex talionis injusta esset, gravius enim est peccatum filii in parentem, quam parentis in filium, & ideò in ipsa lege præcipitur, ut qui maledixerit Patri, morte moriatur, ubi non servatur forma talionis, cum maledictioni non maledictio, sed mortis pœna rependitur. Neque solùm pœna talionis inter æquales justissima est, ut etiam Philosophus docet in libro 5. de moribus, sed etiam clemens. Semper enim læsus pluris æstimat suam læsionem, quàm revera sit, & qui vulnus accepit, mortem pro vulnere referret, si posset. Deus autem hunc affectum temperavit, & voluit læsos contentos esse simili pœna. Addit autem Josephus lib. 4. antiq. cap. ult. licuisse reo pœnam illam pecunia redimere, si læsus consensisset. Itaque Dominus, ut diximus, legem veterem non reprehendit; sed jubet tolli discordiarum initia, ut non sit opus, ut Judex usque ad pœnam talionis desæviat: quasi dicat, lex jubet puniri crimina gravium offensionum per talionem; ego autem jubeo tolli occasiones gravium offensionum, ne talionis pœna sit opus, quod fiet, si initio contentionum non resistatis malo, sed patienter feratis initium offensionis. Omnis enim magna contentio initio fuit levissima, sicut magna incendia à modica scintilla, & maxima flumina ab exiguo fonte incipiunt. Rectè igitur S. Hilarius in commentario hujus loci scribit, legem veterem excidere ramos vitiorum, Evangelium securim ponere ad radices. Et clarius S. Hieronymus in hunc ipsum locum: *Ibi*, inquit, *idest, in lege, emendatur culpa; hic peccatorum auferuntur exordia.* Et potest id cognosci ex superioribus. Lex enim, ut ipse Dominus ait, prohibuit homicidium, ipse autem prohibuit iracundiam, quia iracundia semen est homicidii. Lex prohibuit perjurium, ipse prohibuit juramentum, sine necessitate susceptum. Lex prohibuit adulterium, ipse prohibuit aspectum lascivum, & sic de cæteris.

Cap. 20. §. *Ad illud*. Adde, quòd ex libris Pelagii nihil extat sub nomine Pelagii, sed solùm sub nomine sancti Hieronymi, qualia sunt commentaria in omnes Epistolas sancti Pauli, Epistola quædam ad Demetriadem, & symbolum falsò inscriptum ad Damasum.

Cap. 22. §. *Respondeo, & si nunc*. Non probo quod dixi incertum esse, quæ sit lectio verior in Epistola ad Titum cap. 3. *post unam correptionem*, vel, *post unam, & alteram correptionem*. Nam etiamsi prior lectio sit apud Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, & Hieronymum: tamen in editione vulgata, quam sequi debemus, nulla est varietas lectionis, sed omnes codices tum impressi, tum manuscripti legunt *post unam, & alteram*, & S. Hieronymus in comment. hujus loci affirmat in latinis exemplaribus haberi, *post unam, & alteram*, ut nos modo legimus, eamque lectionem magis placuisse S. Athanasio, quàm aliam, ex quo etiam colligitur lectionem illam priorem, non fuisse in omnibus codicibus græcis, sed in aliquibus tantùm. Itaque non debet in dubium revocari, lectionem quam nunc habemus in latinis, & græcis codicibus, esse verissimam.

RECOGN. DUORUM LIBRORUM

De Purgatorio.

LIB. 1. cap. 7. §. *Eusebius Emissenus*. Citatur hoc loco Eusebius Emissenus in homilia de Epiphania, quia sub tali nomine circumferuntur homiliæ illæ. Sed re vera Eusebius Emissenus non potuit esse auctor, tum quia ille Græcus fuit, & Arianus, ut scribit S. Hieronymus in Chronico: homiliæ autem illæ Latinum, & Catholicum auctorem; quod attinet ad fidem substantialitatis filii, sine dubio habuerunt, tum quia auctor homiliarum illarum significat variis in locis se Monachum fuisse in Monasterio Litinensi, quod erat in Gallia. Eusebius autem Episcopus fuit Emissenus in Græcia. Verus auctor creditur fuisse à nonnullis Faustus Episcopus Regiensis, ab aliis Cæsarius Arelatensis, uterque enim ex monasterio Lirinensi assumptus est ad Episcopatum.

Cap. 10. §. 1. Citatur Athanasius in quæstionibus ad Antiochum. Sed ut supra diximus, verus auctor ignoratur.

Lib. 2. cap. 3. §. *Ad tertium dico*. Dixi B. Joannem cùm ait 1. epist. 4. *perfecta charitas foras mittit timorem*, non loqui de timore pœnæ, sed de timore culpæ præcipuè propter pœnam, quibus verbis volui significare, Joannem non loqui de timore naturali, vel filiali, qui cum perfecta charitate consistunt; sed de timore servili tantum, quo timemus culpam propter pœnam, ac per hoc præcipuè timemus pœnam. Sed facilius dici posset, Joannem loqui propriè de timore rei amatæ, qui omninò charitati repugnat. Dicit enim, timorem non esse in charitate, quia charitas non gignit timorem, sed desiderium rei amatæ; immò, ut ipse addit, *perfecta charitas foras mittit timorem*, quia, qui diligit, non timet, sed cupit præsentiam ejus quem diligit, & addit rationem, quia timor pœnam habet, & contra charitas gaudium habet. Loquitur enim de adventu Christi ad judicium, & docet, eos qui non diligunt Christum, timere adventum ejus, & refugere apparere ante conspectum ejus: eos autem, qui perfectè diligunt, non timere, sed desiderare adventum ejus, neque reformidare conspectum ipsius, sed ad illum inhiare, ac dicere cum Propheta in Psal. 41. *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Et cum sponsa in Apocalypsi cap. ultim. *Veni Domine Jesu*. De quibus dicit Apostolus 2. Timoth. 4. *Non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt*, idest, desiderant, *adventum ejus*. Atque hæc expositio nihil juvat intentionem Lutheri, qui ex hoc loco probari existimabat, Animas in Purgatorio non esse perfectas in charitate, quia timent pœnas. Nam ex hoc loco probatur potius eas esse perfectas in charita-

te,

re, quia timent sive horrent pœnas illas, propter quas differtur visio Dei, ad quam vehementer anhelant, & ex altera parte libenter tolerant easdem pœnas, quia vident per eas se purgari & disponi ad videndum Deum, quem toto corde diligunt.

Cap. 8. §. *De damnatis similiter.* Dixi orari pro obstinatis in malo, ut Deus det illis gratiam efficacem, quæ certè non datur nisi ex privilegio, quo loco non volui dicere gratiam efficacem non dari absolutè nisi ex privilegio; sed non dari obstinatis in malo, peccantibus, videlicet, in spiritum, nisi ex privilegio, horum enim peccatum dicitur irremissibile, quia nonnisi rarissimè, & difficillimè remittitur, quomodo morbus dicitur incurabilis, quia non curatur nisi miraculo.

RECOGN. TRIUM LIBRORUM

De gloria & cultu Sanctorum.

LIB. 1. cap. 8. §. ult. Quod diximus sanctos veteres cœpisse coli in Ecclesia universali, non tam lege aliqua, quàm consuetudine, consensu summorum Pontificum, saltem tacito, approbata: non ita intelligimus, quasi in sua etiam Provincia sancti illi absque ullo Episcopali decreto coli cœperint. Scimus enim semper in Ecclesia Catholica morem fuisse, ut sine examine, & judicio Episcoporum, ne Martyres quidem publicè colerentur, ut ex Cypriano lib. 3. epist. 6. Optato lib. 1. adversus Parmenianum ex Augustino in Breviculo collationis tertiæ diei cap. 13. agnosci potest. Sed quod dicere volumus, est, sanctos, qui colebantur in certis Provinciis ex decreto particularium Episcoporum, paulatim cœpisse coli in aliis Provinciis, & in ipsa universali Ecclesia, non tam lege aliqua summi Pontificis, qui solus potest toti Ecclesiæ leges dare, quàm consuetudine ubique recepta, & ab ipso Pontifice consensu saltem tacito approbata. Quibus autem id non placet, ii proferant certius aliquod fundamentum unde probetur sanctos plurimos, ut Hilarium, Martinum, Nicolaum, & similes in Ecclesia universa rectè coli, cùm nulla extent summorum Pontificum de eorum canonizatione diplomata: neque ullæ historiæ de ipsorum canonizatione aliquid testentur.

Eodem lib. cap. 10. §. *Quoad septimum.* Ad eos honores, qui exhiberi possint sanctis nondum canonizatis, addi potuisset pia devotione frequentare sepulchra illorum, & tabellas indices gratiarum per eorum intercessionem adeptarum appendere. Nam id fieri videmus passim in tota Ecclesia, & inter alia, quæ investigantur cùm agitur de canonizatione alicujus, quæri solet, utrum sepulchrum ejus frequentari soleat. Scribitur etiam in historia de vita & rebus gestis S. Antonini Archiepiscopi Florentini, ipsum sanctum virum ante ipsius canonizationem per visum apparuisse cuidam feminæ, comitiali morbo gravissimè laboranti, atque eam sanitati perfectæ restitutam admonuisse, ut ad sepulchrum suum ceream imaginem, & tabellam sanitatis testem appendere non negligeret.

Lib. 2. cap. 3. §. *Eusebius Emissenus.* Jam supra monuimus nos non ignorare auctorem homiliarum, quæ sub nomine Eusebii Emisseni circumferuntur, non esse illum Eusebium Emissenum Græcum, cujus meminit S. Hieronymus in Chronico, & in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, sed esse Faustum Regiensem, vel Cæsarium Arelatensem, vel alium aliquem: sed citamus sæpè sub eo nomine quo vulgo inscribi solent.

Eodem lib. cap. 11. §. *Tertiò adducunt*, Diximus non esse credibile extare librum Ludovici Pii Imperatoris adversus Imagines Christi & Sanctorum, ut Centuria-

A tores scribunt. Sed posteaquam i
dit liber inscriptus *Synodus Parisien*
no Christi 824. atque hunc esse lib
quo Centuriatores loquebantur.
nuo refutari, & refutatio edita fui
quibusdam opusculis, quæ addita
mo controversiarum.

Eodem lib. cap. 27. §. *Jam ver*
Dixi S. Andream clavis fuisse cr
nibus alligatum, eo quod omnes
rant, solerent crucem suam gest
cruci clavis affigi. Sed non recolu
geram in libello de passione S. A
geam Proconsulem, ut S. Andre
B rum modum, ad longiorem cr
vis figeretur, sed funibus quasi i
alligaretur. Modum autem ordin
dixi, cognosci potest ex eodem
Andreæ, loquitur enim Ægeas i
dream dicens: *In ipsa cruce, quan*
tum affigi præcipiam. Cæterùm po
illum jussit, sed clavis affigi nolu
inquit auctor libri, *quæstionariis*,
pedibus, quasi in equuleo tenderetur,
deficeret.

Lib. 3. cap. 7. §. *De benedictione*
diximus ex Pontificali patere Zoz
tionem fecisse cerei paschalis; per
C ligimus librum de Romanis Pontif
in primo tomo Conciliorum, qu
est, non fuisse auctorem Zozimun
rei paschalis, cùm de eodem cer
conscripserit Prudentius, qui Zozi
sed Zozimum concessisse, ut in fi
reus paschalis accenderetur, cùm
joribus Ecclesiis ejus cerei usus fuis

RECOGN. DUORUM

De Sacramentis in

D LIB. 1. cap. 18. §. *Probatur hæc*
ba consecrationis Eucharisti
rentino non esse formam Sacram
consecrationis. Quo loco non ren
sum Concilii: neque negare volui
corpus meum, posse dici formam Sa
stiæ, sed solùm admonere volui,
formam ex qua Sacramentum consi
ficiatur, ac per hoc non esse in Sa
stiæ materiam, & formam ita prop
sito Physico. Verba Concilii hæc
Sacramenti sunt verba Salvatoris, quib
mentum. Ubi vides, verba Domin
cramenti, quia per illa conficitur
E Lib. 2. cap. 15. Citatur Eusebiu
Græcos auctores. Sed revera hon
buntur Eusebio Emisseno, Latinum
runt quamvis non omnino certum.

Eodem lib. 2. post caput 17. Ad
lectorem, in tota præcedenti dispu
me negare voluisse in circumcisio
peccatum originale, sed solùm ipsa
non remisisse peccatum vi sua, &
ut facit baptismus, nam paulò infra
§. *Sed hæc levia sunt*, apertè circum
quando dixi, Sacramenta vetera
ad remittenda peccata. Quamvis e
Patres, quos adduxi ad probandum
ta vetera gratiam contulisse ex oper
tur aliquando significare, circumcisi

valuisse ad peccati remissionem, tamen non ignorabam S. Augustinum & Patres, ac Doctores, qui S. Augustini tempore floruerunt, magno consensu tradidisse, in circumcisione, peccatum originale remissum fuisse, videlicet S. Gregorium lib. 4. moralium cap. 2. Auctorem sermonum de operibus Cardinalibus Christi, serm. de circumcisione, qui falsò inscribitur S. Cypriano. Bedam lib. variarum quæstionum quæst. 15. & in comment. ad cap. 2. Lucæ S. Bernardum epist. 77. denique Magistrum sentent. lib. 4. dist. 1. Quem omnes Theologi Scholastici sequuntur, & ipse etiam Innocentius Pontifex III. cap. Majores, de baptismo, & ejus effectu. Quem Doctorum consensum, præsertim accedente sententia summi Pontificis, neque ego contemnere ausus fuissem, neque ullus pius Doctor unquam me auctore contemnet.

Eodem lib. cap. 27. §. *Paschasius in libro de cœna*. Dixi Cyprianum, sive auctorem de operibus Cardinalibus Christi, in sermonibus de cœna Domini, de ablutione pedum, & de Chrismate, explicasse tria Sacramenta, quæ Dominus instituit in cœna, quæ sunt Eucharistia, Chrisma, & Ordinatio. Sed non rectè dictum est auctorem illum explicasse Sacramenta, quæ Christus instituit in cœna: cùm potius dicendum fuisset, ab auctore illo explicari mysteria, quæ Ecclesia celebrat in die cœnæ Domini, quæ sunt Eucharistiæ institutio, ablutio pedum, reconciliatio pœnitentium, & confectio Chrismatis.

RECOGNITIO LIBRI

De Baptismo.

CAP. 7. §. *Tertiò probatur exemplis*. Dixi Ananiam cum apud Damascum baptizavit Apostolum Paulum, non fuisse Sacerdotem, neque Diaconum, sed merè laicum. Quod satis probari existimavi ex eo quòd conversio & baptismus S. Pauli inciderit in primum annum à passione Domini. Animadverti postea non deesse qui conversionem S. Pauli ponant anno secundo à passione Domini, & qui velint Ananiam illum Diaconum fuisse. Sed nos in assignando tempore conversionis S. Pauli sequuti sumus Eusebium, qui in Chronico, tum necem S. Stephani, tum conversionem S. Pauli ponit anno trigesimoquarto à Nativitate Domini, & decimonono Tiberii Imperatoris, & hoc tempus satis cohæret cum iis, quæ scribit Apostolus in epist. ad Galatas cap. 1. & 2. videlicet post annos tres à sua conversione venisse Hierosolymam videre Petrum, & rursum post annos quatuordecim iterum Hierosolymam rediisse, & cum Apostolis cæteris Evangelium contulisse. Id enim communiter accidisse creditur anno decimooctavo à passione Domini, quando primum Concilium Hierosolymis celebratum est, de quo agitur Act. 15. Nam si ad annos tres, & quatuordecim addas annum unum, qui fluxit à passione Domini, licèt non integrum, fient anni decem & octo. Neque obstat quod quidam dicunt non potuisse martyrium S. Stephani, & conversionem S. Pauli incidere in eundem annum, cùm post mortem S. Stephani narrentur in actis Apostolorum multæ res gestæ ante conversionem S. Pauli, quæ non potuerunt brevi tempore compleri. Hoc, inquam, non obstat, nam quæ narrantur de rebus gestis à Philippo Diacono, non est necesse, ut omnia contigerint ante conversionem S. Pauli. Potuerunt enim eodem tempore & Philippus prædicare in Samaria & Paulus proficisci in Damascum. Sed S. Lucas non potuit omnia simul narrare. An autem Ananias fuerit eo tempore Diaconus, necne, incertum esse arbitror: & quod scripsi ex conjectura, non ex certa scientia, scripsi. Oecumenius quidem affirmat Ananiam fuisse tunc Diaconum, id quod ex canone Clementis probat. Sed, Clemens in constit. Apostolicarum lib. 8. contrarium significare videtur. Cùm enim de Philippo, & Anania loquitur, Philippum Diaconum, Ananiam fidelem fratrem appellat.

RECOGNITIO LIBRI

De Confirmatione.

CAP. 4. Propè finem citatur Concilium Constantinopolitanum tertium, can. 7. Sciendum autem est, hunc Canonem esse unum ex illis novem, qui adscribuntur sextæ Synodo generali, quæ fuit tertia Constantinopolitana, in quodam codice reperto in Monasterio S. Bavonis apud Gandavum; ut annotatur in secundo tomo Conciliorum, quod admonere volui; ne quis putaret citatos esse canones Synodi Trullanæ.

Cap. 10. §. 1. Dixi formam Sacramenti Confirmationis esse; *Consigno te signo Crucis*, &c. Et quidem verbum, *Consigno*, habetur apud S. Thomam loco citato, 3. part. qu. 72. art. 4. Tamen in Concilio Florentino, & in Pontificali Romano non habetur, *Consigno*, sed, *Signo*. Et quamvis idem sensus sit: tamen retinendum est, *Signo*, quod etiam habetur in ordine Romano antiquissimo, & apud Ambrosium de iis, qui initiantur mysteriis cap. 7. & apud Apostolum 2. Corinth. 1.

RECOGNITIO LIBRORUM

De Eucharistia.

LIB. 1. cap. 8. §. *Quantum ad primum*. Dicuntur novem esse explicationes hæreticorum ad illa verba: *Hoc est corpus meum*, & ex iis tres dicuntur fundari in pronomine, *hoc*, postea tamen capite decimo refutantur quatuor explicationes ad pronomen, *hoc*, sed nulla est contradictio, nam capite octavo dicuntur tres esse expositiones, quæ per tropum exponunt pronomen, *hoc*, quibus additur quarta in capite decimo, quæ est sine tropo, falsa tamen. Si libeat tamen decem explicationes numerare, facile erit mutare numeros.

Cap. 10. §. *Secundò omissa ista inepta*. Cùm dicitur, *Ergo ineptus est etiam, qui dicit, Panis Eucharistia est ipsum corpus Domini, non nudum Symbolum*; Non infertur conclusio absolutè, sed ex hypothesi, idest, si vera sit Calvini sententia.

Lib. 2. cap. 18. §. *Aliud testimonium*. Quod scripsi, Gorgoniam ante altare coram Venerabili Sacramento orasse, posset alicui videri falsum, cùm illis temporibus non soleret asservari Sacramentum super altare, sed solùm per certa momenta ibi esse, ut scribit Optatus lib. 6. advers. Parmen. Sed ego cùm dixi orasse illam coram Venerabili Sacramento, non volui significare Sacramentum super Altare tunc fuisse asservatum, sed referre volui breviter, quod fusissimè in ea oratione Gregorius narrat. Scribit enim Gregorius, Gorgoniam ante altare procubuisse ac deinde particulam Eucharistiæ, quam apud se recondiderat, pro more illius temporis, protulisse, & quomodo Maria Magdalena olim Christi pedes lachrymis rigaverat, ita Gorgoniam super Eucharistiam, idest, super Christum in specie illa panis delitescentem lachrymas orando fudisse, & impetrasse sanitatem, quam postulabat. Sed fortè dicet aliquis, per signacula pretiosi corporis, non significari eo loco Eucharistiam, sed

panem

panem benedictum, ex quo Eucharistia confici solebat. Videtur enim Gorgonia tunc adhuc catechumena fuisse, ex illa ipsa oratione Gregorii extrema: Catechumenis autem non licebat Eucharistiam cernere, ne dum apud se habere. At non admitto Gorgoniam tunc fuisse adhuc catechumenam, Gregorius enim scribit quidem illam non longè ante mortem baptizatam fuisse, sed indicat, non tam exiguum tempus inter baptismum, & mortem intercessisse, cùm dicat, illam orasse Deum, ut maritum quoque ad baptismum pervenire concederet sicut ipsa jam per Dei gratiam ad baptismum pervenerat, idque impetrasse. Itaque fieri potest, ut miraculum illud per Eucharistiæ venerationem contigerit in ultima ejus ætate, cùm jam baptizata non longè abesset ab ultima die.

Lib. 3. cap. 11. §. *Quinta sententia*. Dixi, Rupertum Tuitiensem Abbatem fuisse auctorem erroris eorum, qui docent verbum assumpsisse panem ad unionem hypostaticam, & addidi hunc errorem à Dominico à Soto non rectè expositum fuisse. Reprehendit utrumque dictum meum Franciscus Suarez in 3. tomo super tertiam partem S. Thomæ, disput. 49. sect. 2. his verbis: *Robertus Bellarminus Sotum reprehendit quòd Rupertum excusare voluerit ab errore. Non solùm enim putat non posse excusari ab errore, sed etiam fuisse primum auctorem erroris de impanatione per hypostaticam unionem. Ego verò nec invenio, ubi Sotus eum excusaverit: nam potiùs in eo loco, quem ipse citat, scilicet in 4. dist. 9. quæst. 2. artic. 4. illi tribuit hunc errorem. Deinde censeo non fore reprehensione dignum eum, qui varia hujus auctoris dicta observando eum piè interpretari studuerit. Sunt enim in prædictis ejus locis multa, quæ indicare possunt illum non habuisse erroneum sensum*, hæc ille. Quæ, fateor, non sine magna admiratione legi. Ego enim nusquam Sotum reprehendi, quòd excusare voluerit Rupertum ab errore: sed quòd eam sententiam, quam ipse tribuit Valerano, quæ tamen revera Ruperti est, perperam exposuerit. Sic enim eam exponit loco notato in 4. dist. 9. quæst. 2. art. 2. *Posuit*, inquit, *cum corpore Christi manere substantiam panis, non quòd aliquo pacto unirentur, sed taliter existerent, ut essent duo supposita omninò distincta*. Hanc Soti expositionem, dixi non esse bonam, sicut re vera non est, ut patet legenti opera Ruperti in locis à me notatis. Neque verum est, quod addit Suarez, Sotum tribuere Ruperto errorem impanationis: quia error Ruperti, non est error impanationis, ut paulò ante demonstravi. Ea enim causa fuit, cur dixerim sententiam Valerani, sive potiùs Ruperti perperam fuisse à Soto expositam. Quod denique Suarez dicit, ex dictis Ruperti colligi posse, eum non habuisse erroneum sensum: repugnat iis, quæ idem Suarez ante duas pagellas de Ruperto scripserat: Hæc enim sunt verba Suarez pag. 612. col. 1. *Ubi sentit*, Rupertus, *panem, & carnem Christi uniri inter se, medio verbo. Idem lib. 5. in Joannem circa illa verba; Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita; sicut Verbum caro factum est, non mutatum in carnem; ita Verbum caro factum, panis visibilis fit, non mutatum in panem, sed assumendo, & in unitatem personæ suæ transferendo panem*, hæc ille. Jam igitur si teste Suarez Rupertus sentit, panem, & carnem Christi uniri inter se medio Verbo, quia videlicet Verbum assumpsit panem ad unitatem suæ personæ, & hæc sententia erronea est in fide, eodem teste Suarez in eadem pagina columna sequenti: quomodo idem Suarez paulo post, idest, pag. 616. affirmat, Rupertum non habuisse erroneum sensum? Num sentire contra fidem, non est habere erroneum sensum, *At*, inquit Suarez. *Rupertus aliquando dicit panem converti in corpus Christi*. Ita est, sed intelligit consequenter ad suum errorem, nimirum; converti in corpus Christi, quia fit corpus Christi per unionem hypostati-

cam. Sed ut ipse Rupertus scripsit
officiis cap. 2. & citat etiam Suarez
corpus de Virgine sumptum, non sun
unum & idem Verbum utrumque assum
carne, in altari est in pane. Sed de

Eodem lib. 3. cap. 18. §. *Ex his co*
versionem panis in corpus Christi,
vam, sed adductivam. Quod dic
nullis perperam esse acceptum, q
hanc non esse verè conversionem,
tiationem, sed translocationem.
apertè falluntur, sicut enim conve
stantiatio ad panem pertinent, no
sti: Sic etiam translocatio, si cui
conveniret, non corpori Christi.
do convenit, cùm non mutet locu
corpus Christi. Sed neque corpus C
sionem adductivam translocari dici
que deserat locum suum in cœlo,
sub speciebus, ut in loco, sed ut s
dentibus, remota tamen inhærentia
vam conversionem appellavimus,
corpus Christi per consecrationem
produci de novo, sed præexistere &
panis in ipsum incipere esse sub spe
inquiunt, aliqui Patres dicunt, co
vel etiam creari per verba consecr
ex Ambrosio lib. 4. de Sacramentis
nymo in epist. 1. ad Heliodorum. R
Patrum dicit, corpus Christi fieri,
tè, per verba consecrationis: sed s
per consecrationem, idest, fieri ut
nis non sit amplius panis, sed corp
desunt alii Patres, qui quoad mod
dentur probare adductionem, ut pa
mo lib. 3. de Sacerdotio, & Gregori
rum cap. 58. & S. Bonaventura in
p. 2. art. 1. quæst. 1. expressè dicit, in
ne fieri, ut quod erat alicubi, sine
alibi, & quæst. 2. dicit, per transubst
pus Christi non fieri, quia factum e
Sed quicquid sit de modis loquendi
est, conversionem panis, & vini in c
nem Christi esse substantialem, sed a
fabilem, & nullis naturalibus conver
nia similem, & quam solus Deus fa
solus in totam entis naturam, ut S.
3. part. quæst. 75. art. 4. absolutam po

Lib. 4. cap. 27. §. *Respondeo si proprie*
Evangelio Lucæ cap. 22. *Cœnantibus ill*
nem &c. Et postmodum multis inte
& calicem postquam cœnavit. Ut pro
panis datam esse inter cœnandum, s
ni, post cœnam. Sed non adverti v
tibus illis, non esse apud Lucam, sed
cap. 26. illa autem: *Similiter & cali*
navit, esse apud Lucam loco citato.
tum quod feci, non habet eam vim,
si omnia illa verba essent apud eunde
Tamen non videtur carere mysterio
cap. 22. & S. Paulus 1. Cor. 11. prop
cant, *similiter & calicem, postquam c*
enim eadem facilitate dicere, *postquam*
panem &c. Quod etiam servat Ecclesia
cratione solius calicis dicit, *postquam c*
re non est improbabile, Sacramentum
datum esse statim post lotionem pedu
messio esset media inter esum Agni p
gura erat Eucharistiæ in specie panis,
ristiam in specie panis, quæ erat res f
vocari cœnam ab Evangelista, qui scr
illis accepit Jesus panem. Deinde post ea

ducato ab omnibus agno cœlesti, ultimo loco consecratum fuisse, & præbitum calicem sanguinis in specie vini. Illud certè negari non potest, discrimen esse inter cœnam Domini, & nostram, quòd Dominus primo consecravit, & dedit manducandum corpus suum in specie panis, ut impleret figuram Agni Paschalis: & alimentum spirituale præberet. Deinde repetita gratiarum actione, consecravit, & dedit bibendum sanguinem suum in specie vini, tum ut impleret sacrificium secundùm ordinem Melchisedech, tum ut mœstos discipulos consolaretur: Nos autem nemini damus edendum Christi corpus, nisi prius utramque speciem consecraverimus. Franciscus Suarez disput. 41. De Sacramento Eucharistiæ, sect. 4. videtur reprehendere Joannem à Lovanio, & me, quòd scripserimus, Sacramentum in specie panis datum esse à Domino inter cœnandum legali cœna: in specie autem vini, post finitam omnino cœnam, multis interpositis aliis tebus vel actionibus. Sed quicquid sit de sententia Joannis à Lovanio, mihi numquam venit in mentem dicere, vel sentire, Sacramentum Eucharistiæ datum fuisse inter cœnandum cœna legali, ac per hoc ante lotionem pedum: neque inter consecrationem panis, & calicis à Domino factam, aliam actionem interpositam fuisse, præter ipsam manducationem Sacramenti in specie panis, & de hac intellexi, cùm dixi, multis interjectis, *id est, manducatione à multis facta, quæ sine aliqua mora fieri non potuit*.

RECOGNITIO LIBRORUM

De Missa.

LIB. 1. cap. ult. §. *Denique manducatio*. Mirantur aliqui cur dixerim, feria sexta majoris hebdomadæ non celebrari sacrificium Missæ; cùm tamen in actione illa Sacerdos dicat: *Orate fratres, ut meum, ac vestrum sacrificium, &c.* Et paulò ante: *In spiritu humilitatis & animo contrito suscipiamur à te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, ut placeat tibi Domine Deus*. Sed in his duobus locis vox *sacrificium*, non videtur propriè accipienda, sed largo modo pro tota illa sacra actione, quomodo in Sabbatho sancto vocatur sacrificium, incensi, & cerei Paschalis oblatio. Cùm dicitur: *Suscipe sancte Pater incensi hujus sacrificium vespertinum, quod tibi in hac cerei oblatione solemni reddit Ecclesia*. Nam quod in sexta feria majoris hebdomadæ Missa propriè non celebretur, legimus in Ordine Romano antiquissimo. Item in lib. Alcuini de divinis officiis cap. de feria sexta, quæ & Parasceve, ubi etiam citatur epistola decretalis Innocentii I. Item in 1. lib. de Eccles. officiis Amalarii cap. 13. & lib. 2. Rabani de institut. cleric. cap. 37. & apud Thomam Waldensem de Sacrament. cap. 88. & 89. Quod idem docent multi Scholastici Theologi lib. 4. sentent. dist. 13. & S. Thom. 3. part. qu. 83. art. 2. & multi alii ex Canonistis super can. *Visum præterea*, de consec. dist. 1. & can. *Sabbatho*, de consec. dist. 3. & cum his Navarrus in Enchir. cap. 25. num. 68. Et ratio est, tum quia in illa actione omittitur totus Canon in quo præcipuè sacrificium Missæ consistit. Tum quia non sumitur Sacramentum nisi in specie panis: Cùm tamen sacrificium Christi, quod est secundùm ordinem Melchisedech, necessario in specie panis, & vini celebretur. Denique quia Sacramentum Eucharistiæ non ponitur illo die in altari, nisi ad communionem. Omnes enim ea die sub silentio communicabant, ut dicitur in Ordine Romano, & eo modo ut scribit S. Thomas loco notato ad 2. participabant fideles fructum Passionis Domini, quæ potissimum in die illa recolitur.

RECOGNITIO LIBRORUM

De Sacramento Pœnitentiæ.

LIB. 1. cap. 1. §. *Propriè autem*. Posui inter libros Catholicos, tum hoc loco, tum in præfatione libri de Matrimonio, Enchiridion Joannis Gropperi, quod scripsisse fertur sub nomine Concilii Coloniensis. Sed quamquam Gropperus ipse vir Catholicus semper habitus est, tamen in eo Enchiridio non leves errores inveniuntur, ut nos indicavimus lib. 3. de Justificat. cap. 3. ut non sine causa is liber in Indicem librorum prohibitorum redactus sit, anno Domini 1596.

Cap. 4. §. 2. habentur hæc verba. *His autem omnibus de numero illo detractis, ad exiguum sanè reducetur cumulum ille ingens acervus errorum*. Ex quibus verbis fortè suspicabitur aliquis nos admittere ex numero octoginta trium errorum, quos Heshusius Catholicis tribuit, saltem paucos aliquos verè esse Catholicorum errores. Sed ego id solùm significare volui, detractis illis tribus generibus, quæ nullam habent speciem errorum, paucissimas remanere sententias, quæ nonnullis errores videri possent, antequam eas disputando veras esse, & ab omni errore liberas demonstraremus. Cæterùm quia revera nulli sunt errores Catholicorum ex iis quos Heshusius eo loco notavit, rectius dixissem: *His autem omnibus de numero illo detractis ad nihilum planè redigetur ille ingens acervus errorum*.

Lib. 4. cap. 11. §. *Verumtamen non erit difficile*. Ubi agitur de satisfactione determinata ad certum numerum annorum, vel mensium, vel dierum, possèt addi ex lib. Num. cap. 12. exemplum Mariæ sororis Mosis, quæ post remissam culpam jussa est à Deo per septem dies morari extra castra.

RECOGNITIO LIBRORUM

De Sacramentis extremæ Unctionis, & Ordinis.

DE Sacramento extremæ unctionis nihil occurrit notandum.

De Sacramento Ordinis cap. 5. §. *Ac primum*. Dixi Cajetanum tomo 1. opusc. 11. admisisse Episcopatum esse Sacramentum. Quamvis autem hic auctor non expressè nominet Sacramentum, sed Ordinem: tamen videtur omninò idem sensisse quod nos diximus. Qui enim negant Episcopatum esse Sacramentum, iidem negant esse Ordinem. Nam cùm Ordo presbyteratus sit Sacramentum, sine dubio Episcopatus, qui est presbyteratu major, aut non est Ordo, aut est etiam Sacramentum, alioqui Ordo superior non esset Sacramentum, & Ordo inferior Sacramentum esset. Et contra, qui docent Episcopatum esse Sacramentum, iidem docent esse Ordinis Sacramentum, ac per hoc Ordinem, alioqui plura numerarentur Sacramenta quàm septem.

In eodem capite, ubi dixi, solos Episcopos posse confirmare, & ordinare, & si inferiores ista attentent nihil prorsus efficere: intellexi per ordinariam potestatem; non enim eo loco negare volui, quod alibi affirmaveram, posse presbyterum ex dispensatione Apostolica confirmare.

In eodem capite, ubi dixi, Episcopatum, & Presbyteratum esse unum Ordinem, sed genere non specie, & paulò infra, Presbyteros, & Episcopos, esse duas species sacerdotum, rectius dixissem esse unum Ordinem, sed gradus diversos, nam tam Episcopus, quàm Presbyter sacerdos & dicitur & est: sed ille

major,

major, iſte minor, quare in libro Pontificali, ubi traditur ritus ordinandi presbyteros, dicuntur presbyteri ſecundi ordinis ſacerdotes.

Eodem modo ubi dixi, cap. 8. extremo, ſeptem ordines eſſe unum Sacramentum, vel genere, vel quia ad unum finem omnes referuntur: potuiſſet omitti illud, *vel genere*; nam ut S. Thomas rectè docet in 4. diſt. 24. quæſt. 2. ſive in additione ad 3. part. qu. 37. art. 1. ad 2. Ordinis Sacramentum non eſt unum univerſale, quod dividatur in ſpecies, neque integrale, quod dividatur in membra; ſed unum poteſtativum, quod plenè reperiatur in ordine ſacerdotii, in aliis per participationem, ut ad ſacerdotium referuntur.

RECOGNITIO LIBRI

De Matrimonio.

CAP. 17. §. *Ad tertiam probationem.* Dixi adverſus Bucerum, qui contendebat, nuptias eſſe neceſſarias omnibus hominibus, Chriſtum, B. Virginem, & S. Joan. Baptiſtam ſine conjuge eſſe voluiſſe, quo loco non volui ſignificare, S. Joſephum non fuiſſe verum conjugem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quorum verum Matrimonium alibi defenderam: ſed probare volui exemplo trium excellentiſſimarum perſonarum, Chriſti, Mariæ & Joannis, non eſſe neceſſarium omnibus adhærere conjugi in ordine ad carnis commiſtionem, de qua ibi cum Bucero diſputabatur.

Cap. 22. §. *Sed intelliguntur.* Quod hoc loco dicitur, non dirimi Matrimonium quando contractum eſt inter virum habentem aliam uxorem, & mulierem ignorantem virum illum eſſe conjugatum; non intelligitur dum vivit prima uxor, ſed poſteaquam ea mortua fuerit, dum enim vivit prima uxor, non poteſt vir ejus aliam ducere, ut ſupradictum eſt in quæſtione de polygamia: ſed ea mortua, ſi tam mulier quàm vir ſciebant, vivere primam illam uxorem, & nihilominus inter ſe Matrimonium contraxerunt, ſecundùm leges Eccleſiæ omninò ſeparandi ſunt. Sed ſi mulier à viro decepta exiſtimabat, illum vel uxorem numquam habuiſſe, vel priorem eſſe defunctam: Matrimonium non dirimitur, niſi ipſa velit: ſi enim nolit, cogitur vir illam in uxorem ducere, & illi ut veræ uxori deinceps cohabitare, atque hic eſt ſenſus capitis primi, de eo qui duxit, &c. & hoc idem nos dicere voluimus, ſed obſcurius loquuti ſumus, dum brevitati nimium ſtudemus.

RECOGNITIO LIBRI

De gratia primi hominis.

CAP. 4. §. *Jam igitur primus homo.* Diximus primum hominem in ſtatu innocentiæ non eguiſſe auxilio excitante, dirigente & protegente. Et quidem ſi agatur de his auxiliis, quatenus nobis neceſſaria ſunt ob ignorantiam, & infirmitatem relictam ex peccato originali, ut S. Thomas dicit 1. 2. qu. 109. art. 9. veriſſimum eſt quod diximus, nam ut S. Auguſtinus ſcribit lib. de corrept. & grat. c. 2. Adam in ſtatu innocentiæ non opus habebat eo adjutorio, quod implorant iſti cùm dicunt: *Video aliam legem in membris meis &c.* Veruntamen quia primi illi homines adhuc tentari à Dæmone, & ſeduci poterant, ideò non videtur abſolutè negandum, eguiſſe homines in ſtatu innocentiæ auxilio excitante, dirigente, & protegente, præſertim cùm dicat ſanctus Auguſtinus lib. 14. de Civitate Dei cap. 27. *Cur non permitteret Deus ut ab illo primus homo tentaretur, quandoquidem ſic erat inſtitutus, ut ſi de adjutorio Dei fideret bonus homo malum ret.*

RECOGNITIO LIBR

De amiſſione gratiæ, & ſta

LIB. 2. cap. 17. Cùm ſolverem ſe
ni argumentum, videor mihi pa
que obſcurius eſſe loquutus. Probare
nus Adamum peccaſſe, quia Deus dec
earet, adducit autem hanc rationem.
naturaliter ut à ſalute exciderent omn
ris culpa: cùm igitur hoc naturæ adſc
admirabili conſilio Dei profectum eſſe
rum eſt, quid ergo prohibet fateri de
quod inviti de toto humano genere c
pondi, falſum eſſe antecedens, atque
liter factum eſſe, ut primo homine
caſu naturam corrumpente, omnes p
tur viriati, & peccatores. Sed conr
non ita eſſe, nam ſi donum juſtitiæ
perſonale, ideſt, ſoli Adamo conceſſ
ſe poterat, cùm ſupernaturale donu
ejus naſcerentur ſine juſtitia originali
catores non eſſent. Quod igitur pecc
tur Adami filii, non debet tribui ſoli
turali, ſed etiam decreto Dei, quo ſt
donum juſtitiæ originalis, tum præva
ſi de ligno vetito veſceretur, transfu
ſteros per naturalem propagationem
ctum eſt, ut peccatores naſcamur,
ne juſtitia, quam in primo parente ac
ex pacto Dei, illo peccante omnes p
pondeo, negari non poſſe, quin pr
originalis præſupponat decretum, ſi
de dono juſtitiæ, & de primo peccat
in poſteros. Sed hoc decreto præſup
naturaliter transfunditur peccatum o
nalem generationem. Et hoc brevite
cùm in noſtro libro diximus, naturam
primus homo vitiavit, cùm juſtitiam
amiſit, quam Deus illi pro ſe, & pr
mano donâverat. Quare cùm paulò
ne alio decreto Dei, per ipſam nat
tionem naſcimur omnes peccatores,
decretum illud de dono juſtitiæ, & d
transfundendo in poſteros, ſed decret
Deus decreverit, ut filii Adam naſc
res; ſicut ex ſententia Calvini, Deus
dam peccaret, multum enim intereſ
Dei, ut juſtitiæ originalis donum,
transfunderetur ad poſteros, quod
bonum, & Deo dignum: & decre
peccaret, & peccato ſuo totam nat
ret, quod ut iniquum, & Deo ind
ſtamur.

Lib. 4. cap. 15. §. *Habemus octavò.* S
nomine Idiotam, vixiſſe paulò poſt
teſimum à Natali Domini, id autem
fidem aliorum. Sed poſtea animadve
verba ſancti Bernardi uſurpari, ex q
vixerit poſt annum Domini 1153. h
Bernardus obiit.

RECOGNITIO LIBRORUM

De gratia, & libero arbitrio.

LIB. 1. cap. 6. §. *Primò Concilium*. Ubi dixi, ex mente Concilii Tridentini unicam esse formalem causam justificationis, eamque in fide, spe, & charitate consistere: magis propriè dixissem, eam in charitate consistere, quamvis enim fides, & spes necessariò requirantur ad justificationem, tamen id quod verissimè propriissimeque justificat tamquam unica formalis causa, charitas est; de qua Concilium loquitur cùm ait, ut ibi citavimus: *Quamquam nemo possit esse justus, nisi cui merita passionis Domini nostri JESU Christi communicantur: id tamen in hac impii justificatione fit, dum ejusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur, atque ipsis inhæret*, neque enim homo incipit vivere, aut justus esse, nisi cùm incipit diligere: dicente Apostolo Joanne, *qui non diligit, manet in morte*, 1. Joan. 3. cui subscribit Augustinus in libro de natura, & gratia cap. ultim. cùm ait, *charitas inchoata, inchoata justitia est; charitas perfecta, perfecta justitia est.*

Eodem libro cap. 12. §. *Rursus idem Augustinus*. Diximus vocationem Dei internam esse moralem inclinationem, & impulsionem, cui liberè consentimus. Et paulò infrà §. *Postremum argumentum*. Iterum diximus, gratiam Dei determinare voluntatem non physicè, sed moraliter, per modum persuasionis. Quo loco per vocem, *determinare*, non intelleximus determinationem propriè dictam, quæ tollit indifferentiam, sed persuasionem, quæ moralis motio quædam est voluntatis, neque enim potest moveri voluntas nisi moraliter, quando movetur mediante intellectu proponente objectum. Sed non ideò negare volumus, voluntatem moveri per gratiam etiam efficienter, & physicè, ut explicavimus in eodem libro cap. 13. ubi diximus, Deum non solùm illustrando intellectum proponere objectum voluntati, sed etiam aspirare voluntati bonum desiderium, & infrà, afflare initium bonæ voluntatis, quæ aspiratio, sive afflatio, physica actio est, & Deo propria, qui novit facere intus operando, ut voluntati placeat objectum propositum, neque tamen illa delectatio à Deo infusa, sive complacentia, sive suavitas, ut eam S. Augustinus vocat, necessitat voluntatem, sed inclinat solùm. Ibidem etiam diximus, Deum per gratiam adjuvantem verè efficienter, & physicè movere voluntatem. Quæ repetere voluimus, ne quis existimaret, nullam nos agnoscere motionem voluntatis per gratiam, nisi moralem.

Ad idem cap. 12. ubi ex Augustini sententia demonstrare conati sumus, gratiam efficacem non consistere in gratia adjuvante, & prædeterminante physicè, sed in gratia congruæ vocationis, sive excitationis, visum est addere alia testimonia ejusdem Augustini, quoniam res gravissima est. Igitur idem Augustinus lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. *Illi*, inquit, *electi, qui congruenter vocati; illi autem, qui non congruebant, nec contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti, quamvis vocati.*

Idem Augustinus lib. de correp. & gratia, cap. 5. *Quare*, inquit, *iste sic, & ille aliter, atque alii aliter diversis, & innumerabilibus modis vocentur, ut reformentur: absit ut dicamus judicium luti esse debere, sed figuli*. Hæc ille. Ubi docet, homines vocari, ut reformentur, non uno modo, qualis est physica prædeterminatio, quæ in omnibus eadem est, sed variis, & innumerabilibus modis, prout sunt varia, & innumerabilia objecta, quæ ad movendas hominum voluntates, per internas inspirationes à Deo repræsentari possunt.

Similis locus est in lib. 1. contra duas epistolas Pelagianor. cap. 19. *Trahitur*, inquit, *miris modis, ut velit, ab illo, qui novit intus in ipsis cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex non volentibus fiant.*

Idem Augustinus in lib. de gratia Christi cap. 13. *Hac gratia*, inquit, *si doctrina dicenda est, certè sic dicatur, ut altius, & interius eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere, non solùm per eos, qui plantant, & rigant extrinsecus, sed etiam per seipsum, qui incrementum suum ministrat occultus, ita ut non ostendat tantummodo veritatem, verùm etiam impendat charitatem*. Hæc ille. Ubi admittit, gratiam efficacem posse dici doctrinam, sed interiorem, & efficacem, ut non solùm suadeat, sed etiam persuadeat, illuminando videlicet intellectum, & inflammando voluntatem.

Denique idem Augustinus in eodem libro de gratia Christi cap. 41. explicat quomodo gratia interius operetur, exemplo conversionis S. Petri, post trinam negationem. *Quod scriptum est*, inquit, *respexit eum Dominus, intus actum est, in mente actum est, in voluntate actum est. Misericordia Dominus latenter subvenit, cor tetigit, memoriam revocavit, interiore gratia visitavit Petrum, interioris hominis usque ad exteriores lachrymas movit, & produxit affectum. Ecce quemadmodum Deus adjuvando adest voluntatibus, & actionibus nostris, ecce quemadmodum & velle, & operari, operatur in nobis*. Hæc ille. Qui non meminit ullius physicæ prædeterminationis, sed illuminationis intellectus, cùm ait, *cor tetigit*; excitationis memoriæ, cùm addit, *memoriam revocavit*, inflammationis voluntatis, cùm ait, *interioris hominis produxit affectum.*

Eodem lib. 1. cap. 13. solvimus argumentum quo probari posse videbatur, internam illuminationem non esse propriè gratiam Christi, quam Pelagiani negabant, sed pertinere ad legem, atque doctrinam, quam iidem Pelagiani gratiæ nomine appellabant. Potest addi aliud argumentum ex testimonio sancti Augustini. Nam in lib. de gratia Christi cap. 7. refert sanctus Augustinus hæc verba Pelagii: *Adjuvat nos Deus per doctrinam, & revelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis ne præsentibus occupemur, futura demonstrat, dum Diaboli pandit insidias, dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ cœlestis, illuminat*. Deinde his recitatis addit Augustinus: *In his omnibus non recessit à commendatione legis, atque doctrinæ*. Ubi videtur sanctus Augustinus cœlestem illuminationem non ad veram Christi gratiam, sed ad legem atque doctrinam referre. Respondeo, Pelagium non agnovisse ullam gratiam interiorem, sed solùm externam doctrinam sanctarum scripturarum, quæ dum legitur, vel auditur, oculos cordis aperit, & futura demonstrat, & Diaboli pandit insidias, & multiformi dono, per promissiones, vel minas, vel exempla, quæ in scripturis continentur, illuminat. Id ita esse ejusdem Augustini testimonia ex eodem lib. petita demonstrant. Nam c. 9. sic ait: *Quid ergo est, quod iste*, Pelagius videlicet, *legem atque doctrinam deputat gratiam, qua juvamur ad operandam justitiam? quæ ut multum adjuvet, ad hoc adjuvat, ut gratia requiratur, nemo enim potest legem implere per legem, plenitudo enim legis charitas, charitas autem Dei non per legem diffusa est in cordibus nostris, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, proinde per legem gratia demonstratur, ut lex per gratiam compleatur. Quid enim juvat Pelagium, quia diversis verbis eandem rem dicit, ut non intelligatur in lege atque doctrina gratiam constituere?* Hæc ille. At lex, quæ impletur per gratiam, lex est scripta in divinis libris.

Idem

Idem auctor in eodem lib. cap. 10. cùm retulisset verba Pelagii, qui dicebat gratiam, qua Deus operatur in nobis velle bonum, consistere in promissione gloriæ, in revelatione sapientiæ, in persuasione omnis boni, ait: *Quid manifestius, nihil aliud eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur, velle quod bonum est, quam legem atque doctrinam? In lege namque, & doctrina sanctarum Scripturarum futuræ gloriæ, atque præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam, quod sapientia revelatur, ad doctrinam pertinet, cùm suadetur omne quod bonum est, & si inter docere, & suadere, vel potius exhortari distare aliquid videtur, etiam hoc doctrina generaliter concluditur, quæ quibuscumque sermonibus, vel literis continetur, nam sanctæ Scripturæ docent, & exhortantur.* Hæc ibi. Ubi vides per legem, & doctrinam nihil significari nisi doctrinam Scripturarum, sermones, & literas.

Idem Augustinus in eodem lib. cap. 24. *Legant*, inquit, *& intelligant, intueantur, non lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna, atque occulta, mirabili, ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solùm veras revelationes, sed etiam bonas voluntates.* Nota illud, *forinsecus insonante.*

Idem Augustinus in eodem lib. cap. 31. cùm dixisset, Pelagium confiteri, liberum arbitrium in omnibus operibus semper divino auxilio adjuvari: addit, per hoc auxilium intellexisse Pellagium more suo legem, atque doctrinam; & dixisse, semper juvari, quia scriptum est: *in lege ejus meditabitur die, ac nocte.*

Idem Augustinus in eodem lib. cap. 41. *Sed hoc adjutorium*, inquit, *legis, atque doctrinæ, etiam propheticis fuisse temporibus: adjutorium autem gratiæ, quæ propriè gratia nuncupatur, in Christi esse arbitratur exemplo, quod nihilominus ad doctrinam pertinere perspicitis, quæ nobis evangelica prædicatur &c.*

Idem Augustinus in epist. 107. ad Vitalem: *Quid est ergo*, inquit, *quod ait Apostolus, Deus in nobis operatur & velle, & perficere? respondeo, per legem suam, per scripturas suas, Deum operari, ut velimus, quas vel legimus, vel audivimus.* Et infrà: *Corrigantur*, inquit, *qui putant gratiam Dei esse naturam liberi arbitrii, cum qua nascimur, aut gratiam Dei esse doctrinam, quamvis utilem, quæ per linguas & literas prædicatur.* Denique ut lib. 1. contra duas epist. Pelagian. cap. 19. idem Augustinus ostendit, nullam internam excitationem bonam Pelagianos confiteri solitos, cùm tamen suggestiones malas Dæmonibus tribuerent. *Vos autem*, inquit, *in bono opere sic putatis adjuvari hominem gratia Dei, ut in excitanda ejus ad ipsum bonum voluntate, nihil eam credatis operari, quod satis tua verba declarant. Cur enim non dixisti hominem Dei gratia in bonum opus excitari, sicut dixisti in malum Diaboli suggestionibus excitari?* Constat igitur ex Augustino, nullam internam gratiam agnovisse Pelagianos. Et certè si interna illuminatio non esset vera gratia, sed lex atque doctrina, quam solam agnoscebant Pelagiani, Concilium Tridentinum non diceret sess. 6. cap. 5. exordium justificationis fieri à præveniente gratia, hoc est, à Dei vocatione: quam declarat cùm ait: *Tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem.* Et cap. 6. *Disponuntur autem ad ipsam justificationem, dum excitati divina gratia & adjuti fidem ex auditu concipientes &c.* Adde quòd idem Concilium separat doctrinam legis, quam Pelagiani agnoscebant, ab interna inspiratione, ut intelligi potest ex can. 1. & 3. Proinde Concilium internas inspirationes non legem, atque doctrinam, sed Christi veram gratiam esse credebat.

Lib. 2. cap. 3. §. *Quartum sumunt.* Quod fides sit donum Dei, probatum est ex illo 1. Corinth. 12. *Alteri datur fides in eodem spiritu.* Sed hoc loco non agitur de fide, quam Christiani omnes habent, quam esse donum Dei probandum erat; sed de excellenti

quadam fide, quæ necessaria est ad r
da. Rectius igitur allatus fuisset loci
Ephes. *Gratia estis salvati per fidem*, c
bis: Dei enim donum est.

Eodem lib. 2. cap. 6. allegantur r
qui docent auxilium sufficiens, non da
mentis ad resurgendum à peccato, i
tempore, ut Abulensis, Adrianus, '
observandum est, auctores istos non
re, quod nos dicimus, sed aliquid eti:
nos non dicimus, videlicet, aliquibus
ob gravitatem, vel ob multitudiner
Deum in reliqua vita certo decreto au
re. Siquidem Episcopus Abulensis qua
Exodi, cùm dixisset, propter certum
catorum damnari interdum aliquos ad
ut non detur eis deinceps gratia nec
versionem, addit hæc verba: *Et qua*
cui infligitur, tantum est ac si actualite
mergatur, vel si tunc in peccato mortali n
nus quæst. 3. de pœnitentia in respo
menta; *Ex his*, inquit, *respondeo, q*
tis nulla est facultas per pœnitentiam rem
ita peccatoribus in via perdita vita meri
facultas, sine qua non sint convertendi.
taculo 8. quæst. 1. *Et quamvis*, inqui
pœnitentiam agerent, venia daretur, dis
na justitia permittere istos impœnitentes
quod sub hac dominica revelatione cadit
tio remissionis, sed negatio doni pœniten
dictum fuerit, quòd peccantibus Spiritu
quam concedetur remissio, quia numquam
pœnitendi, exigente hoc maxima ipsorum
bus Doctoribus tres sancti Patres fa
Ait enim Sanctus Anselmus in comm
sancti Matthæi. *Quidam recognoscunt*
men ex invidia, & pravitate animi co
suam bonitati Dei resistunt. Et paulò p
Diabolicum peccatum cadunt, & Deus
Judam, ita quod non possunt pœnitere,
sed per obstinationem detenti sunt. Sanctu
de summo bono cap. 15. *Nonnulli*, in
ciuntur à Deo, ut deplorare mala sua no
frà: *Ingemiscendum est jugiter, & postp*
gendum, ne Dei secreto, & justo judicio
& perdendus in potestate Dæmonum relin
Augustinus in explicatione quarunda
epistolæ ad Romanos, sententia 62.
tur, inquit, *Pharaoni in peccatum, q*
temperaret, quoniam obdurato corde obed
Ego sicut tantos auctores reprehende
ita pium esse credo sentire de Domin
ut nulli sint, qui pro loco, & te
vunt, divinæ gratiæ respectu non vi
ad hoc tantùm confirmandum aucto
capitis allegavi. Quod admonere volu
stimet, me sententiam illorum, quos
nibus esse sequutum.

In eodem sexto capite explicatur lo
ex 3. p. q. 86. art. 1. Sed paulò obscuri
dum est, cùm S. Thomas dicit, errone
re, aliquod peccatum per pœnitentiam
se: duplicem esse sensum eorum verb
dicit; unum, aliquod peccatum per pœ
leri non posse, quia pœnitentiæ Sacram
ficiat ad illud delendum. Alterum, qu
tum aliquod per pœnitentiam deleri no
non possit qui illud commisit converti
pœnitentiam agere. In utroque sensu
ctus Thomas erroneam esse illam sent
priori quidem, manifestum est esse er
derogat virtuti passionis Christi, unc

omnia Sacramenta. In posteriore verò, dicit esse erroneam, quia præsupponit gratiam Dei in illo, qui dicitur non posse pœnitentiam agere, & ad Deum converti, ac si dictum esset, non posse hominem de aliquo gravissimo peccato pœnitere etiam adjutum gratia Dei. Probat enim S. Thomas illam sententiam esse erroneam, quia repugnat libertati arbitrii, & virtuti gratiæ Dei. Verè autem repugnat libertati arbitrii, qui dicit non posse hominem gratia Dei adjutum pœnitentiam agere: Non autem repugnat, qui dicit, non posse hominem sine auxilio gratiæ pœnitere, & pari ratione repugnat virtuti gratiæ, qui dicit hominem gratia præveniente, & sufficiente adjutum, non posse pœnitere: non autem repugnat, qui dicit hominem gratiæ auxilio destitutum, non posse pœnitere. Atque hinc etiam declaratur sententia Concilii Lateranensis, quæ habet, semper posse hominem per veram pœnitentiam reparari. Est enim sensus ex doctrina S. Thomæ, semper posse hominem, per veram pœnitentiam reparari, & quia Sacramentum pœnitentiæ vim habet ad omnia peccata delenda, & quia potest homo gratia Dei adjutus semper veram pœnitentiam agere. At ex his non sequitur, auxilium gratiæ omnibus momentis cuivis peccatori semper adesse. Quod etiam non sequi ex eodem S. Thoma probari potest, qui in 2. 2. quæst. 2. art. 5. ad primum dicit, hominem non posse sine auxilio gratiæ credere, & diligere: Hoc autem auxilium quibus datur, ex misericordia dari, quibus non datur, ex justitia non dari in pœnam peccatorum præcedentium. Itaque admittit S. Thomas auxilium necessarium aliquando non dari.

Lib. 4. cap. 11. §. *Secundò efficienter*. Ubi diximus, à S. Thoma notari in qu. 22. de verit. art. 8. duos modos quibus potest Deus inclinare voluntatem ad operandum, unum, efficienter & physicè, immediatè illam movendo, & determinando ad unum: alterum efficienter quidem, sed mediante aliqua forma, quam imprimit in voluntate. Non volumus significare, Deum ex mente S. Thomæ reipsa uti illo primo modo, cùm movet homines per gratiam efficacem. Existimamus enim Deum posse quidem uti illo primo modo, si velit, sed tunc tolli omninò libertatem arbitrii, ac per hoc, non putamus Deum uti de facto illo primo modo, neque absolutè, neque ex mente S. Thomæ, ut probamus in hoc eodem lib. c. 14. Itaque hoc loco non diximus quid reipsa faciat Deus, sed quid facere possit, si velit. Sed quia S. Thomas dum explicat primum modum, non utitur illis verbis, quibus nos usi sumus, videlicet efficienter, & physicè immediatè determinando; sed solùm dicit Deum operari in ipsa voluntate, movendo illam sine appositione ullius formæ: Verisimile est, S. Thomam per priorem modum non intellexisse solam physicam determinationem, sed in genere loquutum esse de motione Dei, sine appositione formæ, itaut comprehendat tum physicam determinationem, quæ necessitat, licèt non cogat, tum motionem moralem, quæ neque cogit, neque necessitat. Nam in explicatione posterioris modi, qui est per appositionem formæ, explicat, Deum hoc facere aliquando necessitando, ut cùm apponit formam perfectam, qualis est charitas Beatorum; aliquando non necessitando, ut cùm apponit formam imperfectam, qualis est charitas viatorum.

Eodem libro & capite, §. *Quartò objectivè*. Ubi diximus, Deum aliquando movere voluntatem objectivè, & efficaciter, sed itaut efficacia proveniat non tam ex vehementia persuasionis, quam ex dispositione voluntatis, quam Deus prævidet. Non sumus loquuti de efficacia gratiæ, sed de efficaci motione ad actiones civiles, sive indifferentes, de quibus tantùm eo loco disputabatur. Nam cùm agitur de actibus supernaturalibus ad gratiam pertinentibus, non dubitamus, efficaciæ ipsius gratiæ actionem esse tribuendam: & cùm dicimus, Deum ita vocare, ut videt, voluntatem esse aptam ad sequendum, non volumus significare, voluntatem aptam esse ad sequendum solis suis viribus, sed præparatam & adjutam à gratia.

Cap. 14. §. *Sanctus Thomas*. Attulimus aliqua loca S. Thomæ, in quibus videtur nobis satis apertè indicasse sententiam suam de concursu Dei cum libero arbitrio. Sed possumus addere sequentia loca, adhuc fortassè clariora. Quodlibeto primo art. 7. ad 2. *Deus*, inquit, *movet omnia secundùm modum eorum, & ideò divina motio à quibusdam participatur cum necessitate, à natura autem rationali cum libertate, propter hoc quod virtus rationalis se habet ad opposita. Et ideò sic Deus movet mentem humanam ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere*. Idem in 2. sent. dist. 25. quæst. 1. art. 1. ad 3. *In libero arbitrio hoc modo agit, ut virtutem agendi illi ministret, & illo operante liberum arbitrium agat, sed tamen determinatio actionis, & finis in potestate liberi arbitrii constituitur*. Accedunt ad hæc principia quædam, quasi propria S. Thomæ, cum quibus doctrina de prædeterminatione non videtur posse consistere. Certè S. Thomas in 1. part. quæst. 63. art. 5. & alibi constanter docet, primum actum voluntatis tribuendum esse Deo, reliquos autem ipsi voluntati. Cujus differentiæ non est causa, quòd ad primùm actum voluntas habeat se merè passivè, vel quòd fiat sine judicio rationis; sed solùm quod ad illum prædeterminetur à Deo. Igitur in aliis actibus non prædeterminatur. Alioqui non esset discrimen inter primum, & sequentes.

Deinde idem S. Thomas in 1. part. quæst. 14. art. 13. magno labore inquirit, unde Deus noverit futura contingentia, & recurrit ad coexistentiam omnium temporum cum æternitate, atque addit, in causis suis futura contingentia non posse cognosci, quia causæ contingentium sunt indeterminatæ, & ad opposita se habent. At si Deus prædeterminaret omnes causas, etiam liberas, certè in illis futura contingentia facilè cognosceret.

Adhæc idem S. Doctor quæst. 6. de veritate, artic. 3. in corpore, certitudinem prædestinationis declarat exemplo conservationis speciei per multiplicationem individuorum. Liberum enim arbitrium deficere potest, & excidere à salute: Deus tamen in iis, quos prædestinavit, tot adminicula præparat, ut vel prædestinati non cadant, vel si cadunt omninò resurgant. At profectò si Deus prædeterminaret voluntates ad singulos actus, non esset opus tot adminiculis. Ex ipsa enim prædeterminatione infallibilis esset, & certissima prædestinatio. Denique idem auctor in quæst. 24. de verit. art. 9. scribit, confirmatos in gratia non habere ex solo intrinseco dono, ut numquam peccent mortaliter, sed ex variis adminiculis, & continua Dei custodia. At si prædeterminatio admitteretur, illa sola pro adminiculis omnibus planè sufficeret.

Lib. 5. cap. 27. §. *Deinde nos egemus*. Dixi, Adamum non eguisse auxilio speciali ad superandas tentationes, sed potuisse tentationes omnes liberi arbitrii viribus superare. Rectius dixissem, Adamum in statu innocentiæ non eguisse auxilio speciali ad superandas tentationes; quia carnis rebellio, & concupiscentia in eo non erant. Nam de tentationibus agitur eo loco, quæ ex concupiscentia oriuntur.

Lib. 6. cap. 7. §. *Nos igitur*. Quod scripsi, nullam dilectionem Dei neque perfectam, neque imperfectam haberi posse sine auxilio speciali Dei, intelligo de vera dilectione, quæ sit pius erga Deum affectus, & initium veræ conversionis. Alioquin enim dubitari non potest, quin homo queat propriis viribus elicere quosdam actus, qui videri poterunt actus affectionis. Sed

erunt potius velleitares, quàm voluntates, & imagines dilectionis, quàm veræ dilectionis actus; quales sunt cùm ii, qui in peccatis læthalibus perseverantes aliquando dicunt, volo Deum super omnia diligere, vel cùm hæretici Deum se amare jactant, & fortè in oratione lachrymas fundunt, cùm tamen sine fide, qua hæretici carent, vera dilectio Dei esse non possit. Atque hinc fortasse Concilium Tridentinum, sess. 6. can. 3. cùm docet, non posse hominem sine auxilio gratiæ credere, sperare, diligere, addit, *sicut oportet*, & Theologi docent, unam ex causis, cur non possimus certitudinem habere de nostra justitia, esse similitudinem actuum naturalium & supernaturalium. Vide S. Thomam.

Denique S. Gregorius hom. 30. in Evangelia, scribit, nullum ferè esse, qui interrogatus, an diligat Deum, non respondeat *diligo*: Et tamen multi falluntur, cùm 1. Joan. 4. scriptum sit, *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est.*

Eodem libro cap. 15. §. *Octava sententia*. Ubi dicimus, gratiam excitantem efficacem non tollere arbitrii libertatem, quia nihil est aliud, nisi suasio, quæ non determinat voluntatem, sed inclinat per modum proponentis objectum: non excludimus actionem Dei immediatè in voluntatem, nam in eodem cap. §. *Ad quartum*, paulò ante habentur hæc verba: *Respondeo, ad gratiam excitantem pertinere, ut proponat objectum aliquod congruum menti, per quod homo persuaderi possit; & præterea excitet mentem ad illud considerandum, & ut moveat voluntatem, eamque inclinet ad illud acceptandum.* Quo loco per motionem voluntatis, & inclinationem ad objectum acceptandum, intelligimus complacentiam, sive affectionem erga illud, quam Deus immediatè, & latenter miro modo infundit per actionem verè efficientem, ut alibi diximus. Hoc igitur loco brevissimè indicavimus, quæ paulò ante pluribus verbis docueramus, & cùm diximus, *nihil est aliud nisi suasio*, intelligi debet, cum aliis quæ ad persuadendum infallibiliter requiruntur.

RECOGNITIO LIBRORUM

Quinque de Justificatione.

LIB. 1. cap. 17. §. *Alterum argumentum*. Dixi, fidem esse causam formalem inchoatam justificationis. Quod ex eo colligitur, quia Concilium Tridentinum, & Patres citati dicunt, fidem esse initium, & fundamentum justificationis. Sed hoc loco attentè considerandum est, longè aliter fidem esse initium justificationis, ac justitiam imperfectam, & inchoatam: quam S. Augustinus lib. de natura, & gratia, cap. ult. dicat, charitatem imperfectam, & inchoatam, esse imperfectam, inchoatamque justitiam: Charitas enim verè, & absolutè formalis justitia est, & ideò qui vel unum gradum veræ charitatis habet, absolutè justus est, & vivit vita gratiæ. At fides ita inchoata, & imperfecta justitia est, ut neque ipsa possit absolutè dici justitia, neque qui habet omnem fidem, ut etiam montes transferat, si charitatem non habeat, justus dicatur, aut vivus. *Qui enim non diligit, manet in morte*, 1. Joan. 3. Itaque imperfecta charitas, imperfecta justitia est, quomodo puer est homo imperfectus, qui tamen verè, absolutè, & simpliciter est homo. Fides autem est imperfecta justitia, quomodo embrio nondum animatus, est homo inchoatus, & imperfectus, qui absolutè, & simpliciter non est homo. Qua similitudine utitur S. Augustinus lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. Item charitas imperfecta, est imperfecta justitia, quo domus ex fundamento parietibus, & tecto constans imperfecta dicitur, si desit aliqua vel fenestra, vel

aula, cùm absolutè, & simpliciter
fides inchoata justitia est, quomodo f
ne parietibus, & tecto inchoata dom
pliciter domus non est. Fides igitur p
pliciter justificat per modum dispositi
autem simpliciter & absolutè non justi
mus in libro sequenti, cap. 4.

Lib. 3. cap. 9. Propositum est argum
titudine gratiæ ex verbis Domini Luc.
hac omnia, quæ præcepta sunt vobis, di
sumus, quod debuimus facere fecimus. V
his verbis colligi, posse hominem ag
curè affirmare, se fecisse omnia, qua
ac per hoc, se implevisse omnia ma
justum esse, quia factores legis justi
hoc argumentum respondimus quidem
vitati studuimus, obscuritatem vitare
Addendum igitur est, verba illa, (*q*
cere fecimus) non significare, implevi
mandata; sed quod fecimus, si quid f
bito fecimus, quia facere tenebamu
inutiles sumus, quia nihil fecimus an
beremus. Ideò enim Dominus non d
ritis omnia quæ præcepta sunt vobis,
omnia, quæ præcepisti nobis, sed *q*
cere fecimus, idest, si quid fecimus, r
bis magna laus quia debuimus facere
apertè colligitur ex parabola præceden
dominica admonitio processit. Ait e
Quis vestrum habens servum arantem,
qui regresso de agro dicat illi: Statim tra
non dicat ei: para quod cœnem, & præc
stra mihi, donec manducem, & bibam
manducabis, & bibes? numquid gratiam
quia fecit quod ei imperaverat? Non puto
feceritis omnia &c. Itaque non colligitu
hominem justum posse, aut debere se
se mandata omnia implevisse: sed agno
nem suam servilem, seque facere debu
graviter puniendum nisi fecisset. Huc
rur S. Hieronymus in epistola ad Ctesip
sus Pelagianos cùm ait, *Hac hominibus*
perfectos esse se noverint. Et vos, inqui
omnia, dicite, servi inutiles sumus, qu
cere fecimus. Hinc etiam S. Cyprianu
rinum, cap. 51. scribit, verba Domin
omnia, &c. dicta esse ad docendum
ex opere suo extolli debeat.

Et S. Bernardus serm. 4. in Psal. *Qu*
debuimus, inquit, *facere, fecimus; va e*
fecissemus. Hæc est utique magna virtus
ritas, quando & piè vivis, & tamen pl
desunt tibi, quàm quæ obtinuisse videris.
tem ex his verbis non colligatur, m
servationem non mereri ex condigno
plicatur infra suo loco. Sed interim d
rabolæ præmissa satis apertè colligi,
co de mercede debita operi, sed de
no, quod debetur beneficio præcedenti
quitur Dominus de servo faciente quo
quid gratiam habet servo illi, qui fecit
vit? non puto. Non ait Dominus, non
bitam mercedem pro labore, sed nc
gratiam, quasi ab eo beneficium acce
iam dicitur Luc. 6. *Si diligitis eos, q*
quod vobis est gratia? Et tamen diligere
nos diligunt, virtus est, & digna me
est aliquid eximium, pro quo gratiæ
& beneficia rependenda. Sic etiam le
lus 1. Corinth. 9. *Nam & si evangeli*
mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbi
gat sibi deberi mercedem pro labore

sed negat sibi deberi aliquid peculiare, & egregium pro opere supererogationis, quale sibi debebatur ex eo quòd sine sumptibus, ut ipse loquitur, poneret Evangelium, idest, sumptus necessarios non acciperet à populis, quibus Evangelium prædicabat. Sic denique intellexit S. Ambrosius in libro de Viduis, ubi cum posuisset verba illa Domini: *Dicite servi inutiles sumus*, addit, *hoc Virgo non dicit, hoc non dicit ille, qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat præmia, sicut S. Apostolus ait, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Non enim quasi inutilis servus quod debuit facere, fecisse se dicit, sed quasi utilis Domino*, &c.

RECOGN. LIBRORUM TRIUM

De bonis operibus, ideſt, oratione, jejunio, & eleemoſyna.

NIHIL occurrit notandum in his libris.

RECOGNITIO OPUSCULI

De Translatione Imperii.

LIB. 1. cap. 7. §. 1. Dixi, Mosem, Aaronem, Saulem, Davidem, & Petrum singulari Dei vocatione Principatum, vel Ecclesiasticum, vel Politicum accepisse. Id quidem verum est, sed non eodem modo per omnia accipiendum. Moses enim, & Petrus immediatè à Deo sine ulla hominum electione, vel consecratione, vel requisito consensu, Principatum adepti sunt. Aaron à Deo quidem vocatus, sed à Mose consecratus fuit. Saul, & David à Deo designati Reges fuerunt, sed à Populis facti dicuntur in lib. 1. Regum cap. 11. & lib. 2. Regum cap. 2. & 5. de qua re plura scripsimus in Recognitione libri de Laicis, qui est tertius de membris Ecclesiæ.

Eodem lib. 1. cap. 13. §. *Multa sunt hoc loco*. Admisi tamquam legitimos canones, qui habentur apud Gratianum dist. 63. can. *Adrianus*, & can. *In Synodo*. Sed postea animadverti, canones illos esse vel falsos, vel certè dubiæ fidei, ut etiam admonui in recognitione libri secundi de summo Pontifice cap. 29. & lib. de Clericis cap. 9. & cap. 16. quia non nituntur auctoritate ulla, nisi Sigeberti, qui suspectus haberi potest ob nimiam propensionem erga Imperatores, qui suo tempore cum Romanis Pontificibus de investituris Episcoporum contendebant. Neque responderi potest, hos duos canones niti etiam auctoritate Ivonis Carnotensis, qui Sigeberto antiquior fuit, extant enim in Panormia, sive Pannomia, ut rectius scribi deberet, Ivonis lib. 8. cap. 135. & 136. Hoc, inquam, responderi non potest, quoniam auctor Panormiæ Ivonis non fuit Ivo, sed alius recentior, qui canones collegit magna ex parte ex Ivone, sed addidit etiam aliquos ex decretis, quæ facta sunt post obitum Ivonis. Itaque vocatur Panormia Ivonis, quia est quasi compendium Decreti Ivonis, non quòd auctor compendii fuerit Ivo. Quòd enim auctor Panormiæ fuerit Ivone posterior, colligitur ex lib. 8. ubi ponuntur multa Decreta Innocentii II. qui sedit post obitum Ivonis. Vide lib. 8. cap. 141. 142. 143. 149. 152. quemadmodum igitur in Panormia inveniuntur canones Innocentii II. qui fuit Ivone posterior, ita potest fieri ut canones illi duo, *Adrianus*, & *In Synodo*, desumpti sint ex auctore qui vixerit post Ivonem. Certè canones isti in Decreto Ivonis, cujus Panormiæ dicitur esse compendium, nullo loco inveniuntur.

Lib. 3. cap. 2. Dixi, Electores Imperii constitutos fuisse à Gregorio V. Sed Decretum ejus Pontificis fuisse quidem continuo executioni mandatum, quatenus constituebat, ut Rex eligeretur à Principibus Imperii, sed non fuisse nisi post ducentos annos, & amplius usu receptum quoad restrictionem ad numerum septenarium. Sed postea Cardinalis Baronius, cui multum omnino Ecclesia debet ob immensos labores, quos pertulit, toto ferè vitæ suæ tempore, in historia Ecclesiastica undique colligenda & literis commendanda, invenit librum cujusdam Matthæi Parisiensis Monachi S. Albani in Anglia, qui Anglicanam historiam scripsit ab anno Domini 166. usque ad annum 1250. atque ex eo auctore haberi scripsit ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi Generali, quod celebratum est anno Domini 1245. restrictum fuisse numerum Electorum Imperialium ad septem; videlicet, ad Ducem Austriæ, Ducem Bavariæ, Ducem Saxoniæ, Ducem Brabantiæ, Archiepiscopum Coloniensem, Archiepiscopum Moguntiuum, & Archiepiscopum Salsburgensem. Sed videtur omnino vel in eodem Concilio, vel paulò post in locum Salsburgensis substitutus fuisse Archiepiscopus Trevirensis, & in locum Ducum Austriæ, Bavariæ, & Brabantiæ, substituti, Rex Bohemiæ, Marchio Brandeburgensis, & Comes Palatinus Rheni: Hos enim septem nominat Martinus Polonus, qui fuit Pœnitentiarius ejusdem Innocentii IV. Pontificis, S. Thomas, Augustinus Triumphus, & Henricus Ostiensis, qui eodem ferè tempore floruerunt, & omnes alii posteriores. Et quamvis nemo historicus tradat, quis auctor fuerit, ut illa mutatio, & substitutio fieret: tamen certum omnino haberi debet, factam esse vel ab eodem Innocentio, vel ab aliquo ejus successore. Non enim Decretum summi Pontificis Innocentii in Concilio generali factum, ullus Pontifice maximo inferior mutare ausus fuisset, vel jure potuisset.

In aliis opusculis nihil notandum occurrit, sicut nec in libris lingua Italica scriptis.

Finis Recognitionum.

TRA-

TRACTATUS
DE POTESTATE
SUMMI PONTIFI
IN REBUS TEMPORALIBU

ADVERSUS

GULIELMUM BARCLAJ

AUCTORE

ROBERTO BELLARMI
S. R. E. CARDINAL

DE POTESTATE
SUMMI PONTIFI
IN TEMPORALIBU
ADVERSUS
GULIELMUM BARCLA

PRÆFATIO.



QUI librum Gulielmi Barclaji de Potestate Papæ nuper emisit in lucem, neque nomen suum, neque Typographi, ac ne loci quidem ubi liber excusus sit, prodere ausus est. Quamvis enim in quibusdam codicibus editus dicatur is liber Musiponti: id tamen confictum fuisse, exploratum habeo. Timuit videlicet, nec sine causa, pœnam, aut vituperationem; non præmium, aut laudem expectavit. Nomen tantùm auctoris, quod ipse auctor, si viveret, libenter fortasse texisset, liberè detexit; quòd sciret eum ad Judicem supremum avocatum & raptum, nihil negotii cum mortalibus jam habere. Hæc sanè non boni operis argumenta sunt; qui enim malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta, Joan. 3. Ipse etiam Barclajus veritus fortasse, ne incredibilis arrogantiæ, ac temeritatis argueretur, si quasi alter Goliath, adversus acies omnium Catholicorum scriptorum unus procederet; dissimulata multitudine adversariorum, mea solius scripta ex proposito oppugnanda suscepit. Sed ego non tanti sum, ut causam Ecclesiæ universæ à me uno pendere existimem: novi imperfectum meum; scio me unum esse de multis, neque committam, ut communi causæ præjudicetur, sive disputando stem, sive cadam. Ea de causa primùm adferam in medium sententias clarissimorum Scriptorum ex omni natione orbis Christiani, ut omnes intelligant Barclaji sententiam singularem esse, & Scriptoribus Catholicis omnibus tum Theologis, tum Sacrorum Canonum, ac civilium legum professoribus repugnare. Mirum autem esset si Barclajus nunc viveret, & in theatrum tot Virorum doctissimorum, Italorum, Gallorum, Hispanorum, Germanorum, atque Anglorum introductus, tot adversa lumina intueri, vel os aperire, aut omnino mutire auderet. Deinde, ut de sententia Catholicæ Ecclesiæ nemo dubitare possit, plurium conciliorum Patres in unum quasi maximum concilium cogam; ubi aliquot Summi Pontifices, non pauci Patriarchæ, plurimi Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, aliique viri doctissimi, qui variis locis, & temporibus olim congregati sederunt; nunc iterum simul omnes conveniant, & unum Barclajum in medium vocatum sententiis suis obruant. Postremò cùm satis constiterit, tum ex singulis Scriptoribus, tum ex Conciliis generalibus, quis sit Ecclesiæ Catholicæ sensus de summi Pontificis potestate in temporalibus: tum demum ad Barclaji objectiones solvendas, atque ejus argumenta examinanda deveniam. Et quoniam Barclajus potestatem Summi Pontificis in temporalibus

univesè negat; ego quoque potes
versè astruam, non multum labo
sit absoluta, vel in ordine tantùm
tendat. Relaturus igitur sententia
rum Occidentalis Ecclesiæ de Pot
poralibus, visum est ab Italica na
idem observatum esse video in Co
si sess. 41.

Sententia illustrium Scrip
Italica.

PRimus igitur ex Italica nation
rius VII. Papa, qui lib. 8. R
ad Episcopum Metensem, copiosè
mano Pontifice Principes Christia
ri, & principatu privari, eorumq
dientia eorum absolvi: *Quod autem*
te nostris scriptis juvari, & præmuniri
niam, qui nefando ore garriunt, non
sancta, & Apostolica Sedis Regem I
care, nec quemquam à sacramento fa
re, &c.

S. Thomas Aquinas, qui non f
ctrina floruit, sed ea sanctitatis gl
ab omni adulatione erga Pontificem
se, dubitari non possit, in 2. 2. qu
siderandum est, inquit, *quòd domini*
traducta sunt ex jure humano: distinc
vel infidelium est de jure divino: jus
est ex gratia, non tollit jus humanum
li ratione: ideò distinctio fidelium, &
se considerata, non tollit dominium, &
lium supra fideles. Potest tamen justè
ordinationem Ecclesiæ, auctoritatem D
dominii, vel prælationis tolli: quia inf
fidelitatis merentur potestatem amitter
transferuntur in filios Dei, sed hoc quo
que facit, quandoque non facit. Hæc
duo dicit adversus Barclajum: unum
& prælationem introductam esse e
non ex jure divino, ut Barclajus fre
alterum est, auctoritate Ecclesiæ
tione plenissimè residet in Papa, p
cipes infideles dominio, quod habe
Neque per infideles intelligit S. Th
cos, ut videtur existimare Barclajus
deles, sive Pagani, sive Judæi, si
nam art. 6. ejusdem quæstionis enum
rat inter se species infidelitatis, ac d
infideles Paganis, & Judæis absolute,
riores: deinde artic. 10. de omnibus
pronunciat, *posse eos privari dominio*

fideles, si Ecclesia judicet expedire. Idem repetit qu. 12. art. 2. & addit, *propter alia etiam crimina, posse ab Ecclesia privari Dominos dominio, quod habent super alios*. Idem in eadem 2. 2. quæst. 60. art. 6. *ad tertium Potestas*, inquit, *sæcularis subditur spirituali, sicut corpus animæ; & ideò non est usurpatum judicium, si spiritualis Prælatus se intromittat de temporalibus*. Idem S. Thomas in 2. sent. dist. 44. in fine, dicit, in Papa esse apicem utriusque potestatis spiritualis, & temporalis. Idem, si tamen idem lib. 3. de Regimine Principum cap. 19. *Quod si dicatur*, inquit, *ad solam referri spiritualem potestatem* (plenitudinem videlicet potestatis Pontificiæ) *hoc esse non potest, quia corporale, & temporale ex spirituali, & perpetuo dependet*. Et cap. 19. *Simile contingit in Principe totius Regni, quia pro conservatione regiminis super subditos ampliatur ejus potestas imponendo taleas, destruendo civitates, & castra pro conservatione totius Regni. Multo igitur magis conveniet summo, & supremo Principi, idest, Papæ ad bonum totius Christianitatis*, hæc ille. De quo etsi non nihil dubium est, an sit S. Thomas, cùm cap. 20. sequenti, mentionem faciat Alberti Imperatoris, cujus tempora S. Thomas vivendo non attigit: & quia cap. 10. citato, S. Petrum Christi successorem non semel appellat; qua voce successoris videlicet, uti non solent, qui propriè loquuntur, ut S. Thomas in primis solet; tamen auctor est antiquus, & doctus, quem Barclajus spernere non potest.

Sanctus Bonaventura, vir doctissimus, & Sanctissimus Episcopus Card. Albanensis, tantum abfuit ab adulatione Pontificis, ut ne lèvis quidem suspicio tanti criminis in eo unquam adhæserit. Is nihilominus, in lib. de Ecclesiastica hierarchia, part. 2. cap. 1. sic loquitur, *Jam verò possunt Sacerdotes, & Pontifices ex causa amovere Reges, & deponere Imperatores, sicut sæpius accidit, & visum est, quando scilicet eorum malitia hoc exigit, & Reipublicæ necessitas sic requirit. Summus verò Pontifex penes quem in terris prima residet auctoritas non à Rege, non à Principe sæculari, non ab homine judicatur, sed solius Dei judicio reservatur.*

Ægidius Romanus Ordinis Sancti Augustini, Archiepiscopus Bituricensis, in tract. de Potestate Ecclesiastica, part. 1. cap. 30. *Sed*, inquit, *diceret aliquis, quod Reges & Principes spiritualiter non temporaliter subsint Ecclesiæ, sed hæc dicentes vim argumenti non capiunt: nam si solùm spiritualiter Reges & Principes subessent Ecclesiæ, non esset gladius sub gladio; non essent temporalia sub spiritualibus; non esset ordo in potestatibus; non reducerentur infima in suprema per media, hæc ille, qui toto illo tractatu hoc probat potestatem Ecclesiæ, quæ plenissima est in Summo Pontifice, non ad sola spiritualia, sed etiam ad temporalia se extendere.*

Beatus Augustinus Triumphus, alias de Ancona, vir adeò pius, & doctus fuit, ut in ejus sepulchro, beati titulum incisum videamus. Is in lib. de Potestate Ecclesiæ quæst. 22. artic. 3. *Imperatorem*, inquit, *à Papa posse deponi quis ibit inficias? ejus enim est deponere Imperatorem, cujus est eundem constituere, id quod exempla ipsa declarant*. Vide plurima alia in tota quadragesimæ quæstione.

Beatus Joannes de Capistrano, qui doctrina, & miraculis Ecclesiam Catholicam illustravit, in lib. de Potestate Papæ, part. 2. secundæ partis principalis, in argumento octavodecimo pag. 54. editionis Venetæ anni 1588. *Papa*, inquit, *Princeps in spiritualibus, debet similiter in temporalibus eminere, ut tamquam dignior propter eminentiam, supremus in omnibus habeatur.*

Sanctus Antoninus Florentiæ Archiepiscopus, Vir æquè sanctus, ac doctus, atque ab omni adulandi specie alienissimus in Summa sua part. 3. tit. 22. cap. 3. §. 7. *Talis*, inquit, *est potestas Imperatorum, Regum, & Principum, quia per Papam habet institui, regulari, & confirmari, si bona est; & per ipsum habet judicari, & condemnari, si bona non est*. Item cap. 5. §. 7. *Potest*, inquit, *ipsos Reges ex causa rationabili deponere.*

Isidorus Mediolanensis Ordin. Prædicat. lib. 2. de Imperii militantis Ecclesiæ dignitate, tit. 8. concl. 3. *Papa*, inquit, *potest eorum demeritis exigentibus Imperatorem ac Regem deponere.*

Gabriel Biel insignis Theologus, lect. 23. in Canone Missæ, *Ille*, inquit, *regit, & custodit, qui propter ipsius Ecclesiæ regimen, unum* (Papam videlicet) *præposuit universis, ut omnes ab uno, sicut corpus à capite gubernentur*. Et propè finem, *Papa transfert potestatem supremam sæcularem de gente in gentem, & Imperatorem deponere potest &c.*

Thomas Cajetanus Ordin. Prædic. S. R. E. Card. doctrina, & vitæ integritate insignis, in Apologia, de comparata auctoritate Papæ, & Concilii, part. 2. cap. 13. ad octavum, idem docet: nam proposito argumento octavo adversarii his verbis, *Octavo, quia nonnulli summi Pontifices inveniuntur definivisse, se in temporalibus habere supremam potestatem: cæteri verò in oppositum; Respondet his verbis, Ad octavum dicitur, quod quia potestas Papæ directè est respectu spiritualium ad supremum simpliciter finem humani generis; ideò suæ potestati duo conveniunt: primo, quod non est directè respectu temporalium: secundo, quod est respectu temporalium in ordine ad spiritualia: hoc enim habet ex eo quòd ad supremum finem omnia ordinari debent, etiam temporalia, ab eo procul dubio, cujus interest ad illum finem omnes dirigere, ut est Christi Vicarius: primum autem ex natura suæ potestatis consequitur. Ex his autem sequitur, quod utrumque verè potest determinare, ut Papa: & quod habet supremam potestatem in temporalibus; & quod non habet supremam potestatem in temporalibus: quoniam utrumque verum est ad sanum intellectum, affirmatio namque est vera in ordine ad spiritualia: negatio verò est vera directè, secundùm se ipsa temporalia. Unde nihil ex utraque decisione erroris accidit.*

Alexander de S. Elpidio Ordin. Eremitarum S. Augustini in lib. de auctoritate summi Pontificis, & jurisdictione Imperii, cap. 9. *Deo*, inquit, *non subditur, qui subjectus non est Dei Vicario, & Ecclesiastica potestati: nullus ergo Rex, nullus temporalis Princeps, cujuscumque conditionis existat, excipi potest, si Christianum se fateri vult nomine, & re: quia etiam in temporalibus potestati supremæ spirituali subjici debent.*

Petrus de Monte Venetus, & Episcopus Brixiensis, in Monarchia, part. 2. quæst. 4. in fine, *Magnam*, inquit, *habet potestatem Papa super Imperatorem, quia ex delicto eum deponit.*

Petrus Ancharanus in cap. Canonum statuta, n. 6. de constitut. *Papa*, inquit, *habet utrumque gladium, & superioritatem ad imperium, & hinc est, quod imperatorem coronat, & inungit, & quandoque deponit.*

Sylvester Prieras Ordin. Præd. Theologus, & Canonista doctissimus, in Summa, verbo, Papa, n. 10. *Papa*, inquit, *potest eligere Imperatorem per se ipsum immediatè, quando ex justa, & rationabili causa expediret: quia principalis agentis habentis dirigere omnes fideles ad pacem, & finem spiritualem, est eligere ministros*. Et infrà, *potest* (*Papa Imperatorem*) *dignum excommunicatione excommunicare, & dignum depositione deponere*, & num. 11. Habet (*Papa in Reges, & Principes Christianos omnes*) *universalem spiritualium, & temporalium jurisdictionem*. Et infra, *potest ex rationabili causa deponere.*

Astensis in Summa, 1. part. lib. 2. tit. 64. art. 4. pag. 101. *Ex prædictis*, inquit, *collige, quod Principes sæculi, & Domini temporales, non tantùm propter hæresim suam, sed etiam propter negligentiam exstirpandi hæresim aliorum, sunt excommunicandi, ab Ecclesia deponendi, de terris suis expellendi, & terra eorum occupanda Catholicis possunt exponi, & idem, si Princeps circa Regnum, & justitiam faciendam, inventus fuerit negligens, insuffi-*

Nico-

ciens, & ineptus: Unde Zacharias deposuit Childericum, & Innocentius Othonem.

Nicolaus Abbas Panormitanus, in cap. solitæ, de major. & obed. num. 7. *Papa*, inquit, *potest rationabiliter increpare Imperatorem, & alios Principes sæculares, & non mirum, nam potest eos ex causa deponere*, idem docet in cap. Per venerabilem, Qui filii sint legitimi.

Joannes de Anania, Archidiaconus Bononiensis in cap. licet, de voto, num. 10. *Papa*, inquit, *privat laicum ordine genitura, quia habet potestatem super Reges, & Regna. Unde deponit Imperatorem.*

Bartholus in l. si Imperator. C. de legibus, nu. 4. *Jus*, inquit, *eligendi Imperatorem habent Principes de Alemania, & jus privandi solus Papa habet.*

Baldus in procemio ff. vet. *Solus*, inquit, *Papa privat Imperatorem.*

Petrus Andreas Gambara, in tract. de officio, & potestate Legati lib. 2. tit. de Variis ordinariorum nominibus, num. 220. *Solus*, inquit, *Papa deponit Imperatorem, & Reges, demeritis suadentibus.*

Restaurus Castaldus, in lib. de Imperatore qu. 81. *Solus*, inquit, *Papa sine Concilio deponit Imperatorem, quia Papa, & Christi unum est tribunal.* Et infrà, *Papa Principem quantumcumque exemptum, si expedit, punit, & deponit.*

Dominicus Cardinalis Tuscus vir doctissimus, qui adhuc vivit, & magnum opus ante paucos annos edidit, in sexto tomo Practicarum conclusionum, verbo, Papa, multos auctores citat ad hoc ipsum propositum: ad eum, si quis plures auctores velit, lectorem remitto.

Sententia illustrium Scriptorum nationis Gallicæ.

SAnctus Bernardus lib. 4. de Consideratione cap. 4. *Quid tu*, inquit, *denuo usurpare gladium tentes, quem semel jussus es ponere in vaginam: quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic, Converte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo & ipse tuo forsitan nutu, & si non tua manu evaginandus, alioquin si nullo modo ad te pertineret, & iis, dicentibus Apostolis, ecce duo gladii hic, non respondisset Dominus, satis est, sed nimis est. Uterque ergo Ecclesiæ, & spiritualis scilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille verò & ab Ecclesia exerendus est, ille Sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutum Sacerdotis, & jussum Imperatoris, hæc Sanctus Bernardus; qui certè non diceret, gladium materialem Ecclesiæ esse, & non solùm pro Ecclesia exerendum, sed etiam ad nutum Sacerdotis exerendum, si cum Barclajo, existimaret, potestatem in temporalibus nullo modo ad Ecclesiam, ejusque Præsidem pertinere.* Sed de hac sententia suo loco plura dicemus.

Petrus de Palude Patriarcha Hierosolymitanus, vir doctissimus, in tract. De causa immediata Ecclesiasticæ potestatis artic. 4. qui est de potestate Papæ, sic loquitur, *licet Papa non habeat confirmare quemlibet Regem, qui consensu populi à principio Regnum assumpsit: tamen potest deponere omnem talem, non solum propter hæresim, aut schisma, aut aliud crimen intolerabile in populo; sed etiam propter insufficientiam, utpotè, si quis idiota sensu, vel impotens viribus in Regno præesset, & propter ejus insufficientiam Regnum fidelium periclitaretur.* Et infrà reddens rationem ait: *Quia Papa est superior in spiritualibus, & per consequens in temporalibus, quantum necesse est pro bono spirituali.*

Durandus Episcopus Meldensis Theologus insignis, in lib. de Origine jurisdictionum, quæst. 3. *Quia*, inquit, *utraque potestas temporalis, & spiritualis est necessaria, ideò utramque potestatem (Christus) contulit Petro.* Et infrà, *Isti sunt veri termini jurisdictionis spiritualis, &*
temporalis à fundatione Ecclesiæ, q
quia jurisdictio temporalis nullo mod
lia, de quibus nihil novit: jurisd
extendit primo, & principaliter ad
verò, & per quandam consequentiam
nes hominum circa temporalia, qua
lia tamquam ad finem.

Erveus Brito Ordin. Prædic. M
Theologus acutissimus, tract. de P
evidentiam secundi, sic loquitur
corrigere omnem abusum tam potesta
terrena in quocumque existente de pap

Jacobus Almain in tract. de Su
clesiastica, & temporali, quæst
est de suprema potestate laica, c
legationem, *Papa*, inquit, *potest*
in duobus casibus: primus, pro crim
est hæresis: secundus, quando illi, ad
nario, sunt negligentes ipsum depon
tam allegationem, sic ait, Si gens I
tica, vel transferret se ad aliam sect
Christianam: posset propter hoc Papa
dignitate Imperiali, & sic transferre

Henricus Card. Ostiensis in Su
cis. paragr. Qua pœna puniantu
quit, *quod Domini temporales, non j*
resim, sed etiam aliorum, quod cin
terminare negligunt, excommunicari
sorum exponi Catholicis occupanda. Ia
gens inveniretur circa regimen, & inf
de Zacharias Papa deposuit Childericu

Petrus Bertrandus Cardin. & .
in tractat. de Origine jurisdict. qu
stus, inquit, *spiritualis debet d*
creatura: & quemadmodum Jesus C.
mundo, & etiam ab æterno naturali
jure naturali in Imperatores, & quoj
nis, & damnationis sententias ferrè
ratione ejus Vicarius.

Joannes de Sylva, tract. de Be
Et Papa, inquit, *potest deponere R.*

Stephanus Aufrerius, in tract.
larium, num. 5. & 6. *Papa*, inqu
rem tamquam inferiorem destituit,
in omnibus arduis negotiis, & maxim
rantibus scandalum in Christianitate,
majoritatis ratione se intromittere, e
exercere hujusmodi potestatem sibi à I

Gulielmus Durandus Episcopus
lator vulgo dictus, in speculo lib.
Nunc ostendendum, num. 17. *Pa*
Imperatorem propter ipsius iniquitates,
curatores, ubi ipsi sint inutiles ad regen

Joannes Faber in legem prima
summa Trinit. & fid. Catholica. S
pa non est dubium, quin sit superior
& in temporalibus, & in spiritualib
agitur de præjudicio animæ, vel pop
debet providere, & si necesse sit, ... ſcu.

Ægidius Bellamera Episcop. Av
Alius. 15. quæst. 6. num. 2. sic a
ponere Imperatorem, qui ab eo tem o
Et infrà, *Etiam alios Reges, licèt*
teneant in feudum, nec temporalitates su
nec juramentum fidelitatis ei præstent,
& negligentiis. Et infrà, *Depositio a*
da per Papam, non ex illa ordinaria
prema, & absoluta potestate procedit:
mam, & absolutam potestatem Papa
tum æquum, & Reipublicæ valdè exp
aliquis supremus Monarcha, qui Regu
possit corrigere, & de ipsis justitiam m

dem, in cap. Novit, de Judic. & in cap. Solitæ, de majorit. & obed.

Joannes Quintinus Hæduus in repetitione ad c. Novit de Judic. num. 64. *Quare*, inquit, *ponimus utrumque gladium Eccleſiæ datum eſſe; hoc eſt, Eccleſiæ Pontificem habere jus, & poteſtatem in ſpiritualia ſimul, & omnia temporalia, atque de his ſtatuere, & decernere ex cauſa poſſe, cujus decretis ſtandum: nam quamvis homo ſit mortalis, tamen cœleſti poteſtate pollet*. Et infrà num. 127. *Hoc*, inquit, *jure Papa Zacharias anno Chriſti nati 753. Childericum longa majorum ſerie legitimum Galliæ Regem, & poſſeſſorem Regno avito deſtituit, & in ejus locum Pipinum Belgam ſubſtituit, cauſatus peccatum eſſe, hominem tantæ imparem poteſtati, inertem, & nihil agentem reipublicæ gubernacula moderari*. Et infrà: *Hinc & Leo, ut Pontifex Romanus, eadem fultus auctoritate Carolum pariter Gallorum Regem, Romanum creavit Imperatorem*.

Remundus Ruffus, contra Molineum c. 6. pag. 106. *Non ignoramus*, inquit, Leonem III. *Pontificem Græcis ademptum Imperium in Carolum Magnum contuliſſe: id cum cum noſtri Annales, tum Græcorum libri teſtantur: quod jure ſibi quæſitum, & Carolus Magnus, & poſteri Francæ, Germaniæque putarunt. Omitto Pipinum à Stephano II. vel ut nonnulli, à Zacharia Regem factum, detruſo in Monaſterium Childerico ignavo, ſtupido, & bardo Rege*.

Sententia illuſtrium Scriptorum nationis Hiſpanicæ.

SAnctus Raymundus, in Summa lib. 1. tit. de Hæreticis, §. 7. Ex præmiſſis, inquit, inter alia collige notabiliter, quod Judex, vel poteſtas ſæcularis, non ſolùm propter hæreſim ſuam; ſed etiam propter negligentiam contra hæreſim extirpandam, poteſt non ſolùm excommunicari ab Eccleſia; ſed etiam deponi: & extende hanc pœnam, & Eccleſiæ poteſtatem quandocumque Princeps aliquis ſæcularis fuerit inutilis, diſſolutus, & negligens circa regimen, & juſtitiam obſervandam. 17. quæſt. 4. §. Si quis princeps.

Pelagius Alvarus Epiſc. Sylvenſis ex Ordine Minorum aſſumption. in tractat. de Planctu Eccleſiæ lib. 1. art. 21. Papa, inquit, transfert Imperium, & confirmat Imperatorem, electum canonicè inungit, & coronat; & contumacem, & perſecutorem Eccleſiæ Imperio privat.

Joannes de Turrecremata S. R. E. Card. doctiſſimus, in Summa de Eccleſia lib. 2. cap. 113. propoſitione 4. docet, Papam jure papatus non habere extra principatum ſuum Eccleſiaſticum poteſtatem in temporalibus directè: ſed cap. 114. docet per ſexdecim concluſiones, Papam in ordine ad ſpiritualia habere poteſtatem ampliſſimam in temporalibus. Referam hoc loco unam tantùm concluſionem. Quarta propoſitio, Romanus Pontifex videtur juriſdictionem etiam in temporalibus habere, quia non ſolùm Principes ſæculares circa uſum ſuæ juriſdictionis delinquentes poteſt per cenſuram Eccleſiaſticam coercere; verùm etiam notabiliter negligentes à dignitate deponere. Videat lector totum caput, & commentarium ejuſdem auctoris in cap. Alius. 15. quæſt. 6.

Cyprianus Benetus Aragonenſis Ordin. Prædic. in libro de prima orbis ſede, in reſp. ad ſextum pro 2. parte concluſionis primæ. In traditione, inquit, clavium includitur etiam collatio terrenarum poteſtatum pro conſervatione bonorum ſpiritualium.

Franciſcus Victoria Ord. Prædic. de Poteſtate Eccleſiæ Relectione 1. quæſt. 5. prop. 8. In ordine, inquit, ad finem ſpiritualem Papa habet ampliſſimam poteſtatem temporalem ſuper omnes Principes, & Reges, & Imperatorem, & infrà. Quando neceſſe eſt ad finem ſpiritualem poteſt, non ſolùm omnia, quæ Principes ſæculares poſſunt; ſed & facere novos Principes, & tollere alios, & Imperia dividere.

Dominicus à Soto Ordin. Prædic. in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1. concl. 5. Poteſtas, inquit, quæcumque civilis eatenus eſt Eccleſiaſticæ ſubjecta in ordine ad ſpiritualia, ut Papa poſſit per ſuam ſpiritualem poteſtatem, quoties ratio fidei, & religionis exegerit, non ſolùm Eccleſiaſticarum cenſurarum fulminibus adverſus Reges agere, eoſque cogere; verùm & cunctos Chriſtianos Principes temporalibus bonis privare, & uſque ad eorum privationem procedere.

Alphonſus de Caſtro Ordin. Minor. lib. 2. cap. 7. De juſta hæreticorum punitione, ſic ait. Nec mirari debet aliquis, quòd Papa propter hæreſis crimen Regem à regia dignitate deponat, & Regno privet; quoniam in negotio fidei, etiam Reges, ſicut & alii inferiores ſubduntur ſummo Pontifici.

Jacobus Simanca Pacenſis Epiſc. in lib. de Catholicis inſtitutionibus tit. 45. num. 25. Quamvis, inquit, Eccleſiaſtica poteſtas diſtincta ſit à ſæculari, & Papa juriſdictionem civilem non habeat in ſæcularium Principum Regna: nihilominus tamen in ordine ad finem ſpiritualem habet Pontifex Maximus ampliſſimam poteſtatem in omnes Principes Orthodoxos. Unde ſi Princeps aliquis inutilis eſſet, aut iniquas leges contra Religionem, aut contra bonos mores conderet, aut quidpiam ſimile faceret in detrimentum rerum ſpiritualium, poſſet Papa ſervatis juſtis circumſtantiis, congruum remedium adhibere, privando etiam talem Principem adminiſtratione, & juriſdictione.

Dominicus Bannes, in 2. 2. quæſt. 10. art. 10. in fine commentarii, paragr. Quarta concl. Ita etiam, inquit, à jure divino poſitivo eſt poteſtas, quam habet Pontifex ad auferendum dominium, & juriſdictionem ab infidelibus ſuprà fideles: quando autem utendum ſit hac poteſtate, relinquitur ejus dominio, vel judicio, & quæſt. 12. art. 2. in comment. paragr. Circa ultimam concluſ. Eccleſia, inquit, non tantùm privat dominio in ſubditos, Principes apoſtatas perfectè, verùm etiam illos, qui lapſi ſunt aliquo pacto in hæreſim.

Martinus Ledeſmius in ſecunda quartæ quæſt. 20. art. 4. concl. 8. In ordine, inquit, ad finem ſpiritualem Papa habet ampliſſimam poteſtatem temporalem ſuper omnes Principes, & Reges, & Imperatores.

Gregorius de Valentia, in 2. 2. diſput. 1. quæſt. 12. punct. 2. aſſer. 2. Jure, inquit, Eccleſiaſtico per ſummi Pontificis auctoritatem, atque ſententiam, omnino poteſt quis dominio, & prælatione erga ſubditos privari propter peccatum Apoſtaſiæ à fide, neque eſt de hac aſſertione dubium ullum apud verè Orthodoxos.

Gulielmus de Monſerat Catalanus, in tractat. de Succeſſione Regum, num. 30. Papa, inquit, Vicarius Chriſti cum cauſa poteſt quemcumque Chriſtianum Principem privare, prout privavit, & depoſuit Childericum Regem Franciæ, & in ejus locum Pipinum inſtituit, & Romanum Imperium à Græcis tranſtulit in Germanos.

Alphonſus Alvarez, in Speculo cap. 16. Hinc, inquit, eſt, quòd (Papa) Imperium transferre poteſt de certo genere perſonarum, cum maxima cauſa ad aliud genus: & infrà. Et ipſum Imperatorem, tamquam inferiorem deſtituit exigentibus cauſis maximis, & arduis.

Antonius Cordubenſis Ord. Minor. lib. 1. Quæſtionarii, quæſt. 57. dub. 3. Poteſtas, inquit, civilis ſubjecta eſt, non quidem poteſtati temporali Papæ; ſed ſpirituali aliquo modo, in caſu neceſſitatis, vel magnæ utilitatis ſpiritualium. Et Eccleſia, & maximè Papa, habet poteſtatem, & auctoritatem, vel juriſdictionem aliquam temporalem in ordine ad finem

ſpiri-

spiritualem super omnes homines, & Principes, & res omnes, & Regna totius Mundi.

Ludovicus Molina, tom. 1. de Justit. & jure, tract. 2. disp. 29. concl. 3. *Potestas*, inquit, *spiritualis summi Pontificis ad finem supernaturalem adjunctam quasi ex consequenti habet supremam, & amplissimam potestatem jurisdictionis temporalis super omnes Reges, & reliquos, qui sunt de Ecclesia; præcisè tamen quantum postulat finis supernaturalis, ad quem spiritualis potestas ordinatur. Quare si id exigat finis supernaturalis, potest summus Pontifex deponere Reges, eosque Regnis suis privare.*

Didacus Covatruvias, in tract. de Restitutione super Regulam, Peccatum, part. 2. §. 9. num. 7. *Hæc*, inquit, *sententia vera est in hoc sensu, ut Papa verè habeat potestatem temporalem etiam super Imperatorem, quatenus ea utilis, & necessaria sit ad Ecclesiæ Catholicæ regimen, & spiritualis potestatis usum.*

Fernandus Vasquius, lib. 1. Illustrium controversiarum cap. 21. *Cæterùm*, inquit, *Papa habet etiam jurisdictionem in temporalibus, quatenus necessaria sunt ad spiritualium expeditionem*. Et infrà: *Id quod admittunt communiter utriusque partis fautores.*

Michael de Aninyon, in tract. de Unitate Ovilis, & Pastoris, num. 12. *Penes Papam*, inquit, *est utraque suprema potestas, licèt non habeat usum gladii temporalis: & quia potestas Papæ immediatè à D o emanavit, & ipsi soli Deo subest: potestas verò Imperatoris à Vicario Christi, cui est subordinata, ideò Papa potest Imperium de certo genere personarum transferre ad aliud, & Imperatorem ungit, & coronat, confirmat, approbat, & reprobat, ac etiam deponit causis exigentibus.*

Martinus Navarrus, in Comment. ad cap. Novit, de Judiciis Notab. 3. num. 41. *Potestas*, inquit, *Ecclesiastica, est species potestatis, distincta à laica, & longe nobilior ea: ut aurum est species metalli distincta à specie plumbi, & nobilior ea; quæque directè solùm amplectitur supernaturalia: indirectè verò eatenus naturalia, quatenus sunt necessaria ad consecutionem finis supernaturalis*, & infrà, num. 99. *Colligitur*, inquit, *ratio quare Papa deponere potest Reges adeò negligentes in regendis Regnis suis, ut ob id populus Dei subditus illis retrahatur à consequenda vita æterna*. Porrò hic auctor plurimos citat in eandem sententiam.

Sententia illustrium Scriptorum nationis Germanicæ.

STephanus Episc. Alberstatensis, in epist. quæ extat in Appendice Mariani Scoti, loquens de Henrico IV. Imperatore: *Dominus*, inquit, *Henricus hæreticus est, & pro nefandis malis à Sede Apostolica, excommunicatus, nec Regnum nec potestatem aliquam super nos, quia Catholici sumus, potest obtinere.*

Hugo de S. Victore, natione Saxo, vir doctrina, & sanctitate celeberrimus lib. 2. de Sacrament. part. 2. cap. 41. *Spiritualis*, inquit, *potestas terrenam potestatem, & instituere habet ut sit, & judicare habet, si bona non fuerit. Ipsa verò à Deo primùm instituta est, & cùm deviat, à solo Deo judicari potest.*

Henricus de Gandavo, Quodlibeto 6. quæst. 33. *Iste*, inquit, *Hierarcha primus post Christum super universalem Ecclesiam Petrus erat, cui ambas claves tradidit, & duos gladios commisit; sic, ut regimen universalis Ecclesiæ, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus ad ipsum pertineret:*

Ulricus in sua Summa, sic ait: *Si Rex esset manifestè hæreticus, vel si interpellatus ab Ecclesia negligeret nihilominus regimen Regni sui, quantum ad ea quæ sunt fidei, scilicet si non intenderet extirpationi hæreticorum, posset ab Ecclesia deponi à regia dignitate*. Hunc auctorem allegat Joan. de Turrecremata loco supra citato.

Dionysius Carthusianus, in l
litiæ, art. 19. *In Ecclesia*, inquit,
fex summus, videlicet Dominus Pap
quæ potestatis, atque Domini plenit
est, tam spiritualis, quàm sæcularis
risdictionem, & dispositionem habet
& Principatus fidelium non solum
etiam in temporalibus, dum ratio
Nam & Imperatorem potest deponer
eorum id mereatur, Regnis suis priv

Joannes Driedo libro 1. de l
cap. 14. *Verùm*, inquit, *hic non*
dum, quod Papa ex plenitudine po
sos Principes Christianos, potest Reg
pter hæresis crimen privare suis Reg
& in temporalibus prorsus eximere p
obedientia, & subjectione eorum.
ubi demonstrat auctor in ordine
turalem, subjectam esse potestate
testati spirituali.

Albertus Pighius lib. 5. de Eccl
cap. 2. *Quare*, inquit, *hi omnes (*
videlicet Christiani) ut pars, & m
necessariò etiam subsunt Ecclesiastica
qui sui Imperii habena moderetur eo
tuo, & totius corporis utilitatem co
nes, contineat in officio, prævaricant
exigat totius necessitas; administratio
amoveat, & in locum eorum constit
tuendos præcipiat per eos, ad quos
aut consuetudine pertinet. Vide eund
quartodecimo, ubi idipsum repet
latis probat.

Jacobus Latomus, in lib. de E
ejusdem, inquit, *principiis conficitur*
quemcumque terrenum Principem Chr
Principatu jure privari posse per Eccle
& Principatus cum personis, ut supr
elesia corpus, & jus transit per sacr
Christianæ Religionis liberam acception
sa ejus dedicatum, & consecratum,
ne irrevocabili. Hæc ille, qui potest
nissimè residere in summo Pontifi
alio libro, quem de Primatu Ro
scripsit.

Conradus Brunus lib. 3. de L
Hæc, inquit, *jurisdictio judicia civi*
denunciationes, & inquisitiones, accus
& censuras Ecclesiasticas complectitur
Ecclesiasticas: multis etiam casibus in
pro rebus temporalibus datur. In his
habet jurisdictionem summus Pontifex
tem, & certis limitibus conclusam A
pi, &c.

Sententia illustrium Scripto
Anglicæ, & Scot

ALexander Alensis Anglus Or
ctissimus, & Sanctorum T
venturæ Præceptor part. 4. quæst. 1
Canonis Missæ in illud, Et pro Re
inquit, *potestas terrenam habet instr*
bona fuerit: ipsa verò à Deo primù
cùm deviat, à solo Deo judicari potest
part. 4. quæst. 79. membr. 5. & 6. *Vo*
quosdam in alios plures habere potesta
illos alios pauciores; & sic semper d
unum, scilicet Papam, qui sub Deo
loco docet Alexander, Papam ita
potestatibus, ut ipse solus sub Deo

Robertus Olkot Anglus, in lib. Sapientiæ lect. 200. *Hic autem*, inquit, *est Rex Regum, cui omnes subsunt nationes, & populi, qui temporalia ab eo recipiunt: Sacerdotio tamen, ac summo Pontifici debet subesse*. Et infrà: *Samuel unxit David in Regem, in figura quod Vicarius Christi, & Prælatus Ecclesiæ confert principatum, & regiam potestatem ad utilitatem Ecclesiæ, unde jus, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendi ad Imperium, ad Papam pertinet*.

Franciscus Maironus Scotus, in 4. sent. distinct. 19. quæst. 4. *Plenitudo*, inquit, *potestatis secundùm utramque jurisdictionem concurrit in eandem personam: hoc patet auctoritate Christi dicentis, Quodcumque ligaveris &c.*

Joannes Bachonus Anglus Ord. Carmelitarum, in Prologo super 4. sent. quæst. 11. art. 4. *Papa*, inquit, *habet judicare de Regnis, & de Regibus in causa belli, & pacis: potest enim compellere Principes temporales, ut pacem, & justitiam sibi invicem servent*. Et infrà: *Habet Regem deponere, ut alteri Regnum tribuatur, ratione iniquitatis, vel inutilitatis suæ personæ. Item habet Imperatorem deponere, & Imperium alteri dare, si non defendat Ecclesiam*.

Thomas Valdensis Ordin. ejusdem, in lib. 2. Doctrinalis fidei antiquæ, art. 3. cap. 75. explicans quo sensu S. Gregorius servum se Imperatoris dixerit: *Profectò*, inquit, *nec Beatus Papa Gregorius eminentiæ sui status super statum Imperatoris præjudicavit in aliquo, cùm Regem sibi verbo tenus præposuit, negotio quoque, quod tunc tractabatur attento: quod tunc aptè videbimus, si posteriora ejus facta, & scripta quæramus. Vide an se Magistrum & Imperatorum, & Regum non arbitratur, cùm post privilegia quædam Senatori presbytero, & Abbati Xenodochii Francorum directa sub interminatione dignitatis, & honoris omni ejus violatori conclusit*, hæc ille, qui continuò subjungit duo privilegia Sancti Gregorii, quibus minatur Regibus Regnorum amissionem, si privilegia illa violare præsumerent.

Reginaldus Polus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, in lib. de summo Pontifice cap. 8. *Ex quo*, inquit, *id quod paulò ante diximus, ita concludi potest, Christi Vicarium, cui singulare, & maximum omnium ministerium commissum est, illud nimirum, quod ultimum spectat hominis finem, in orbe terrarum, Ecclesiaque gubernanda, obtinere summam, ac præcipuam potestatem inter cæteros omnes Dei Ministros, seu Imprratores, seu Reges, seu Principes, aut quocumque alio nomine nuncupentur*.

Nicolaus Sanderus, in lib. 2. de Visibili Monarchia Ecclesiæ cap. 4. *Ex his igitur*, inquit, *quæ tum divinum jus, tum ipsius naturæ lumen revelat, abundè apparet, quantoperè aberrent à veritate, qui putant Reges Christianos in suis Regnis supremam semper potestatem habere, nec unquam Episcopis ita subesse, ut cùm in fidem obstinatè peccant, à Regno removeri queant, & suprà, Pontifex igitur non minus dabit operam, ut Regem, qui populum Christianum falsa doctrina imbuit, à regimine populi removeat, quàm Pastor operam dat, ut malè affectum Arietem de medio tollat*.

Habemus igitur: quæ doctrina viguerit in Ecclesia antequam Barclajus, & Ego litigare inciperemus. Et si S. Augustinus, in lib. 2. cap. ultim. adversus Julianum, adductis testimoniis undecim Scriptorum, quorum aliqui ante ducentos annos, aliqui ante centum, aliqui ipsius ætate vixerant; affirmat, in nullo concilio Ecclesiastico tot illustres Scriptores, & Magistros unquam simul convenisse; & miratur, si Julianus in illum conventum introductus os aperire, & tot viris gravissimis, & doctissimis resistere ausus fuisset: quantò majore ratione possumus nos affirmare, in nulla Synodo quantumvis numerosa convenisse unquam Scriptores eximios supra septuaginta, quorum aliqui ante quingentos annos floruerunt, quique diversis sæculis in diversis Christiani Orbis partibus, non solùm doctrina, sed etiam sanctitate, & miraculis Ecclesiam illustrarunt? Et quamvis affirmare non possum, an Barclajus in coronam tot insignium Scriptorum introductus, si nunc viveret, resistendum, an credendum sibi esse censeret: hoc tamen securus affirmo, vel omnium istorum libros, quibus Ecclesia tot jam sæculis usa est, exterminandos esse; vel Barclaji libellum, ut scandalosum, temerarium, seditiosum, & erroneum flammis ultricibus esse tradendum.

Sententia Conciliorum de potestate summi Pontificis in temporalibus.

SED si fortè alicui fidem non faciunt testes singulares, quamvis plurimi, & omni exceptione majores: veniam ad testes contestes, eosque penè innumerabiles, qui adversus Barclajum testimonium dicent. Ante annos 900. à Gregorio II. Romano Pontifice excommunicatum fuisse Leonem Isauricum Imperatorem, propter crimen hæreseos, & vectigalibus Italiæ, ac per hoc parte Imperii mulctatum, testantur Historici Græci Glycas, Theophanes, Cedrenus, & Zonaras, in Leone Isaurico; & Latini Sigebertus anno 727. Paulus Diaconus lib. 21. & Platina in Gregorio III. Latini enim tribuunt Gregorio III. hoc factum, quoniam is Gregorii II. sententiam confirmavit. Porrò sententiam Gregorii II. in Synodo Episcoporum latam fuisse, testatur Joannes Zonaras Græcus auctor, in vita Leonis Isaurici, cujus hæc sunt verba, tom. 3. Annalium, Gregorius, qui tum Romæ veteris Ecclesiam gubernabat, illos unà cum Imperatore synodico anathemate obstrinxit, & vectigalia, quæ ad id usque tempus Imperio inde pendebantur, inhibuit, inito cum Francis fœdere. Itaque tota illa Synodus Gregorio Pontifici assensit, totque sunt ejus rei testes, quot in eandem Synodum Episcopi convenerunt.

Deinde post annos circiter trecentos, cùm Gregorius VII. Pontifex, Henricum IV. Imperatorem sæpiùs admonitum excommunicavit, & Imperio, Regnoque privavit; non id occultè, & solo suo arbitratu, sed in Synodo Romana, ad quam plurimi Episcopi undique convenerant, omnibus consentientibus, & laudantibus, publicè, & solemni ritu, ac cæremonia fecit: de hac Synodo scribitur in lib. 7. Registri Gregorii VII. actam esse anno Domini 1080. anno septimo ejusdem Gregorii, atque ad eam Synodum convenisse Archiepiscopos, & Episcopos, nec non Abbates, & diversorum ordinum Clericorum, & Laicorum innumerabilem multitudinem.

His addi debent alia quinque Concilia habita à successoribus Gregorii VII. videlicet Beneventanum à Victore III. Placentinum ab Urbano II. Romanum à Paschale II. Coloniense à Gelasio II. Remense à Callisto II. in quibus confirmata est sententia Gregorii VII. Vide de his Conciliis infrà cap. 9.

Præterea cùm Urbanus II. Pontifex Philippum I. Francorum Regem, ob repudiatam legitimam uxorem, & adulteram in matrimonium acceptam, & admonitum obedire recusantem, excommunicaret, & corona Regni privaret; id fecit in Concilio frequentissimo Claramontano, ut testis est Sigebertus, in Chronico anni 1095. & clarius idem refert Matthæus Paris in Villielmo II. ad annum 1095. Sed quòd cum excommunicatione intelligeretur privatio regiæ dignitatis, intelligi potest ex Ivone Episcopo Carnotense, qui in epist. 28. ad Urbanum II. Papam, sic loquitur: *Qui ad vos venturi sunt in calliditate ingenioli sui, & venustate linguæ impunitatem flagitii se impetraturos Regi à sede Apostolica promiserunt, hac ratione ex parte usuri, Regem cum Regno ab obedientia vestra discessurum, nisi coronam*

nam

nam restituatis, cumque ab anathemate absolvatis. Intelligi potest etiam ex historicis, qui testantur, vetitum fuisse ab Urbano Pontifice, ne diadema regnum Philippo excommunicato imponeretur. Vide Chronicum Joan. Naucleri, Genet. 37. Paulum Æmilium lib. 3. in Rege 38. Papirium Massonium, Annal. lib. 3. Adde etiam quod scribitur in Summario, sive Compendio historiarum Francicarum Nicolai Vignerii, toto tempore quo Philippus sub anathemate vixit, in publicis scripturis non fuisse positum de more, regnante Philippo, sed, regnante Christo; quia videlicet Regem excommunicatum pro Rege populus non habebat.

Adhæc, Innocentius III. Pontifex anno 1215. Concilium generale Lateranense, quod jure maximum dici solet, convocavit: adfuerunt enim cum ipso summo Pontifice Patriarchæ Orientales duo per se, Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus: duo per Legatos, Alexandrinus, & Antiochenus, Archiepiscopi septuaginta, Episcopi quadringentiduodecim, Abbates, Priores conventuales octingenti, Legati Imperatorum Occidentis, & Orientis, Regum verò, Hierosolymæ, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri. In hoc igitur Orbis Christiani celeberrimo conventu editus est Canon, qui est ordine tertius, adversus hæreticos in hæc verba: *Excommunicamus, & anathematizamus omnem hæresim extollentem se adversus hanc sanctam Orthodoxam Catholicam fidem, quam superius exposuimus &c.* Et infrà: *Si verò Dominus temporalis admonitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & Comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et si satisfacere contempserit infrà annum, significetur hoc summo Pontifici, ut ex tunc ipse Vassallos ab ejus fidelitate denunciet absolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis sine ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvo jure Domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege servata circa eos, qui non habent Dominos principales.* Quid hic Barclajus diceret? si hæc non est Ecclesiæ Catholicæ vox, ubi obsecro eam inveniemus? & si est (ut verissimè est) qui eam audire contemnit, ut Barclajus fecit, an non ut Ethnicus, & Publicanus, & nullo modo Christianus, & pius habendus erit? si non habet summus Pontifex potestatem in terris, disponendi de temporalibus usque ad depositionem Principum eorum, qui vel ipsi hæretici sunt, vel hæreticis quoquo modo favent, cur in editione hujus Canonis nullus ex tanto numero reclamavit? cur ne unus quidem ex tot Imperatorum, & Regum Oratoribus mutire ausus est? Nondum videlicet parasiti Principum temporalium exorti fuerant, qui, ut Regna temporalia stabilire videantur, Regnum æternum iis, quibus adulantur, eripiunt.

Sed addamus & Lugdunense Concilium. Ergo Innocentius IV. Pontifex anno salutis 1245. Lugduni generale Concilium celebravit, in quo præter Archiepiscopos & Episcopos undique evocatos, interfuerunt etiam Balduinus Imperator Orientis cum aliis multis Principibus. Sanctum quoque Ludovicum Francorum Regem eo tempore Lugduni fuisse, & Pontifici adfuisse, testantur Æmilius, & Naucleris. Atque in conventu illo, Ecclesiam universam sine dubio repræsentante, lata est sententia in Fridericum II. Imperatorem in hæc verba: *Nos itaque super præmissis, & quamplurimis aliis ejus nefandis excessibus, cum fratribus nostris, & sancto Concilio deliberatione præhabita diligenti, cùm Jesu Christi vices, licèt immeriti, teneamus in terris, nobisque in B. Petri persona dictum sit, Quodcumque ligaveris super terram, ligatum erit & in cælis, memoratum Principem, qui se Imperio, & Regnis, omnique honore,*

& dignitate reddidit indignum, quiq
tates, à Deo ne regnet, vel imperet
gatum peccatis, & abjectum, omniqu
te privatum à Domino ostendimus, &
bilominus sententiando privamus; om
juramento tenentur adstricti, à juram
tuo absolventes, auctoritate Apostolic
ne quisquam de cætero sibi tamquam i
intendat: decernendo quoslibet, qui e
peratori, vel Regi consilium, vel aux
favorem, ipso facto excommunicationi
Illi autem ad quos in eodem Imperio
electio, eligant liberè successorem. L
gno providere curabimus, cum eorund
consilio, sicut viderimus expedire. Ha
mi Pontificis toto approbante Con
ta consentiente, & laudante Chri
universitate: & tamen audet unu
disputare, & librum suum in lucem
peritorum oculos fascinare. Quò
Concilia Catholicæ Ecclesiæ, pr
præsidet summus Pontifex, fider
ciunt, ut nemini fas sit contra sen
ritas esset, si quis decem Concil
simul junctis, contradicere auder
Concilia ista diversis locis, & temp
tamen facilè possunt ante oculos i
constitui, & ex omnibus unum t
merosissimum fieri, ubi simul co
rius VII. Victor III. Urbanus II.
sius II. Callixtus II. Innocentius III.
Sanctissimi omnes, doctissimique P
lica potestate, Reges hæreticos, v
tronos excommunicantes, atque à
nentes; & simul omnes Præsules
Legatis omnium ferè Principum se
Pontificum, ut justissimas approbar
tes. Certè si Barclajus, aut quicum
in ejusmodi conventum introducere
loqui auderet, immò si non contin
Sanctus Augustinus lib. 1. in Julian
lium Palæstinum Episcoporum qu
magnæ auctoritatis futurum existin
liani audaciam comprimendam; cu
magis valeant ad unius Barclaji ten
dam Episcopi suprà mille, qui in
convenerunt? Hanc igitur senten
tholicæ, quam in meis Disputati
Pontifice, cùm juvenis adhuc esse
ram, cogor nunc adversus Gulielm
nex defendere: quem sanè laboren
se Catholicum profiteretur, mihi adse
tus numquam fuissem. Nam eos,
assiduè contra me scribunt, nihil m

CAPUT PRIM

De Excusatione Bar

HIS ergo quasi prolegomenis
ad librum Barclaji. Is in p
est in se excusando, & purgando,
stione de potestate Papæ scripserit,
primùm probat, licuisse sibi sentent
quia multi alii Catholici id fecerunt.
Si complures, inquit, *tum Theologi*
alii post alios in eandem hanc quæstione
imbuerunt, nec peiorum de ea judicium
rum sententiis præjudicavit; cur non &

ganda veritatis locum (quandoquidem in eo ſtudio ætatem conſumpſi) meo mihi quodammodo jure vindicem ?)

At quanti momenti ſit hæc ratio, vel ex eo poteſt intelligi, quòd ne ſuo quidem hæredi, aut amico ſingulari perſuaſit. Cur enim hæres ipſius, aut quicumque fuit, qui librum ejus edidit, qui certè amiciſſimus fuit, & nomen ſuum, & Typographi, & loci, in quo liber editus eſt, ſilentio involvendum cenſuit, niſi quia non ſine cauſa exiſtimavit, non licuiſſe auctori impunè ſcribere quod ſcripſit ? Nam alioqui hæreticorum omnium errores excuſari poſſent. Ergo licuit Catholicis ſcriptoribus, qui conſentiunt in re, diſputare de modo: non licuit Barclajo adverſus omnes alios Scriptores, atque adverſus omnes Conciliorum etiam generalium ſententiam, negare omnino poteſtatem Summi Pontificis in temporalibus: quemadmodum licuit, & licet Scholaſticis Doctoribus, qui confitentur in Deo unitatem eſſentiæ cum Trinitate perſonarum, multa diſputare de attributis eſſentiæ divinæ, & perſonarum conſtitutione: ſed non licuit Arianis veteribus, & novis, vel eſſentias Dei ſcribendo multiplicare, vel Trinitatem confundere. Pari ratione, licuit, & licet Catholicis Doctoribus, qui conſentiunt de ſubſtantia ſeptem Sacramentorum, diſputare de multis, quæ ad fidei fundamenta non pertinent; non tamen licet, nec licuit ſectariis Lutheranis, & Calviniſtis tam multa ſcribere, contra ſubſtantiam, & numerum Sacramentorum: quod idem de aliis Fidei dogmatibus dici poteſt, ſubjungit Barclajus.

Monendus in primis Lector eſt, omni me reverentia, & benevolentia Sedem illam proſequi: nec id aut hic, aut alibi agere, ut debitæ poteſtatis, & dignitatis aliquid decedat Vicario Chriſti, & ſucceſſori Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli.

At hoc videtur ſimile eſſe ei, quod ſcribit S. Marcus cap. 15. Percutiebant caput ejus arundine, & ponentes genua adorabant eum: & quod ſcribit S. Joan. cap. 19. Veniebant ad eum, & dicebant, Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas. Sic enim Barclajus omni reverentia, & benevolentia proſequitur Apoſtolicam Sedem, ſed interim poteſtatem ejus ferè dimidiat, & addit poſtea:

Eos itaque obſecro qui ante me bono, ut opinor, animo ſcripſerunt, ne indignentur, aut ſuccenſeant, ſi ab illorum opinione receſſero: neque enim (ut cum ſancto Auguſtino loquar epiſt. 111.) quorumlibet diſputationes, quamvis Catholicorum, & laudatorum hominum, veluti ſcripturas canonicas habere debemus, &c.

At ego non indignor, neque ſuccenſeo, quòd à mea opinione, vel Barclajus, vel alius quicumque receſſerit: ſed illud æquo animo ferrè non poſſum, quòd à communi Scriptorum ſententia in re tam gravi, imò etiam Conciliorum univerſalium ſenſu, & conſenſu ullus recedat. Et quamvis non debeamus libris doctorum, quantumvis Catholicorum, & laudatorum hominum eam reverentiam, quam Scripturis ſanctis debemus: tamen negari non poteſt, quin communi Scriptorum ſententiæ multum omnino tribui debeat, ut à temeritate excuſari non poſſit, qui contra torrentem Doctorum, ut dici ſolet, ſcribendo nititur. Nam ipſe idem ſanctus Auguſtinus, qui ſcripſerat, diſputationes quorumlibet hominum nullo modo æquandas eſſe auctoritati ſcripturarum divinarum; Juliani temeritatem arguit, quòd ſe auderet opponere undecim ſcriptoribus Catholicis, quorum verba, & ſententias diligenter expendit lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. ult. adverſus Julianum.

Deinde Barclajus ad rem propius accedens refert duas Catholicorum ſententias. Alteram, quam plerique Canoniſtarum ſequuntur, quòd in ſummo Pontifice ſit poteſtas utraque ſpiritualis, & temporalis, ut Chriſti Vicarius eſt. Alteram, quæ Theologis ferè communis eſt, quòd Poteſtas ſummi Pontificis, ut Chriſti Vicarius eſt, ſpiritualis propriè, ac per ſe ſit, ſed tamen per eam diſponere poſſit de temporibus, ut ad ſpiritualia ordinantur. Tum ſententiam ſuam, pro qua nullum Catholicum ſcriptorem citat, ita proponit.

Mihi verò, inquit, *neutra iſtarum opinionum, quantum ad temporalem poteſtatem, ſatis firma viſa eſt*; & paulò infra, *Theologi itaque iſti Canoniſtarum opinionem probiſſime refellunt, ſed pace ipſorum dicam, nec ipſi melius ſentiunt.*

Hæc ille, qui ſatis apertè ſe prodit, tamquam alterum Iſmaelem è regione univerſorum fratrum ſuorum fixiſſe tabernaculum, ut manus ejus contra omnes eſſent. Geneſ. 16. Extremam partem primi capitis totam conſumit in refutatione, vel potiùs irriſione Bozii, qui cùm ſe Theologum profiteatur, Canoniſtarum opinioni adhærere maluit. De qua re nihil habeo quod dicam: nam Bozii opinionem, neque refutare, neque defendere ſtatui; ſed id tantùm, in quo Catholici omnes conveniunt, & in quo à Barclajo omnes diſſidemus, meque ipſe ab ejuſdem Barclaji objectionibus propugnare decrevi.

CAPUT II.

Excutitur Principium ſive fundamentum doctrinæ Barclaji.

IN ſecundo capite Barclajus fundamenta jacere aggreditur doctrinæ ſuæ: quorum unum, ac fortè primarium eſt, Poteſtatem Eccleſiaſticam, & Politicam jure divino diſtinctas, & ſeparatas eſſe, ut, quamvis ambæ à Deo ſint, utraque ſuis terminis concluſa in alterius fines invadere ſuo jure nequeat, neutrique in alteram imperium ſit. Ad probandum hoc principium adducit Can. Duo ſunt, &, Cùm ad verum, diſt. 96. cap. Novit, de Judiciis, cap. Per venerabilem, Qui filii ſint legitimi, Sanctum Bernardum lib. 1. de Conſideratione, Joann. Driedonem lib. 2. de Libertate Chriſtiana, cap. 2. & Hoſium Cordubenſem Epiſcopum, apud Athanaſium in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

At qui hoc principium, ſive fundamentum in ultima particula falſum omnino eſſe contendimus, in illis videlicet ultimis verbis, Neutrique in alteram imperium ſit. Siquidem affirmamus, Eccleſiaſticam poteſtatem, diſtinctam quidem eſſe à Politica, ſed ea non modo longè nobiliorem, verùm etiam ita ſuperiorem eſſe, ut eam dirigere, & corrigere, & in certis caſibus, in ordine videlicet ad finem ſpiritualem, & vitam æternam, eidem imperare poſſit.

Neque ultima illa particula, videlicet: Neutrique in alteram imperium ſit, invenitur in teſtimoniis allegatis ſive ex Canonibus, ſive ex Doctoribus. In Can. Duo ſunt, qui deſumptus eſt ex epiſt. Gelaſii Papæ primi, ad Anaſtaſium Imperatorem, hæc habentur, Duo ſunt quippè Imperator Auguſte, quibus principaliter Mundus hic regitur, auctoritas ſacra Pontificum, & regalis Poteſtas: in quibus tanto gravius eſt pondus Sacerdotum, quanto etiam pro ipſis regiminibus hominum in divino ſunt reddituri examine rationem, & infrà, Noſti itaque ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam poſſe redigi voluntatem.

Hæc ibi: ubi non ſolùm non habetur, quod Barclajus dicit, Neutri in alteram imperium eſſe; ſed habetur omnino contrarium: nam ſi Pontifex redditurus eſt Deo rationem pro regiminibus hominum, certè dirigere debet ea regimina, & ſi fortè deviant, corrigere, atque in viam reducere. Quomodo autem poteſt dirigere, & corrigere humana regimina, ſi nullum in ea imperium habet?

Pari

Pari ratione in canone, Cùm ad verum, qui ex epist. Nicolai Papæ primi, ad Michaelem Imperatorem, sumptus est, non habentur illa verba, Neutri in alteram imperium esse. Hæc enim sunt verba Pontificis Nicolai, Cùm ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator jura pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium usurpavit: quoniam mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit.

Hic quoque nullo verbo indicatur, Neutram potestatem in alteram habere imperium, sed solùm discretas esse actibus, dignitatibus, & officiis. Et quoniam idem Nicolaus, paulò post subjungit, Christianos Imperatores egere Pontificum ministerio pro æterna vita; & contra Pontifices uti legibus imperialibus pro cursu tantùm vitæ temporalis: apertissimè indicatur finem potestatis pontificiæ, superiorem esse fini potestatis politicæ, ac per hoc potestatem Pontificum, imperium habere super politicam potestatem, quatenus opus est ut potestas politica non impediat adeptionem vitæ æternæ, ad quam à pontificia potestate dirigenda est. Sic etiam in cap. Novit, de judic. & in cap. Per venerabilem, Qui filii sint legitimi, quæ sunt Innocentii III. Pontificis, nihil omnino habetur, unde colligi possit, politicam potestatem spirituali, sive Ecclesiasticæ potestati non esse subjectam: alioqui non decrevisset idem Pontifex in Concilio Lateranensi generali cap. 3. posse Principes sæculi per Apostolicam Sedem Principatu privari, si negligentes essent in purgandis terris suis ab hæretica labe, & admoniti ab Episcopis, non obedirent. Neque idem ipse Othonem IV. Imperatorem deposuisset, si existimasset, potestati Ecclesiasticæ nullum imperium esse in politicam potestatem. S. quoque Bernardus in 1. lib. de Consid. dicit quidem, Pontificis potestatem esse in peccata, & spiritualem; sed idem S. Bernardus lib. 4. de Consid. c. 4. utrumque gladium spiritualem, & materialem dicit esse Ecclesiæ, & materialem ad nutum Pontificis evaginandum esse: quæ sanè non diceret, nisi crederet gladium materialem gladio spirituali esse subjectum. Porrò de sententia Joan. Driedonis, nulla dubitatio esse potest: nam dicit quidem, potestates ecclesiasticam, & politicam esse discretas; sed dicit etiam politicam ecclesiasticæ adeò esse debere subjectam, ut possit Pontifex in certis casibus in ordine ad vitam æternam Reges, & Principes Regnis suis, dominiisque privare, ut nos suprà allatis verbis ipsius indicavimus. Denique Hosii Episc. Cordubensis verba, à S. Athanasio commemorata, distinctionem officiorum utriusque potestatis demonstrant, æqualitatem non demonstrant: *Tibi Deus*, inquit, *Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concredidit: & quemadmodum, qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ; ita & tu cave, ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias: date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo. Neque igitur fas est nobis in terris Imperium tenere, neque tu thimiamatum, & sacrorum potestatem habes Imperator.* Hæc ille, qui non repugnat S. Gregorio Nazianzeno, qui Oratione ad populum timore perculsum, & Præsidem irascentem apertissimè docet, Ecclesiasticam potestatem ita se habere ad politicam, ut anima se habet ad corpus: animam autem præesse corpori, illudque regere, eique imperare nemo unquam in dubium revocavit.

Pergit deinde Barclajus, & Bozium exagitat, ejusque responsiones, & disputationes refellit: quæ ipsi Bozio integra relinquo; non enim defendenda suscepi, nisi ea, quæ causam communem, vel meam particularem attingunt: quale est illud quod in extremo capite Barclajus dicit, non posse unam potestatem alteri subordinari, & subjectam esse, nisi dignitas, & officium, quod est in subordinato, sit etiam in subordi-

nante. Nam subjectionem, & subord
statis politicæ ad Ecclesiasticam, omr
cemus: sed non omnes admittimus qu
de colligit. Hæc enim subordinatio d
test intelligi: uno modo, ut potestas c
dinato, derivetur à subordinante, qu
Vicarii, quæ derivatur ab eo, cujus
Legati, quæ derivatur à Principe, q
& Judicis, sive Præsidis, quæ deriva
tunc sine dubio potestas subordinantis
tem subordinati: altero modo, ut un
ab altera, sed ob id solum subjecta
sit alteri, quia finis unius subjicitur,
fini alterius, qualis est subordinatio, &
rum artium ad artem regendi populos
ci potest. Verè enim dixit Poeta.

Excudent alii spirantia mollius æra,
Credo equidem vivos ducent de mar
Orabunt causas melius, cælique mea
Describent radio, & surgentia syder.
Tu regere Imperio populos Romane
Hæ tibi erunt artes.

Ars enim regendi populos distincta
sculptoria, oratoria, astronomica, &
neque una derivatur ab alia, neque u
ram includit; & tamen omnes subord
jectæ sunt arti regendi populos, ut p
dirigere ad communem populi utilita
reant, exterminare de Regno suo, ve
libet artifices, & alios substituere, q
Regiæ subjiciuntur, & subordinantur
terarum. Jam igitur si subjectio & su
statis politicæ ad ecclesiasticam intelli
do, utique sequitur, ut potestas polit
ecclesiasticæ; neque video quo modo
verbis Gelasii, Nicolai, & Innoce
Pontificum; necnon Hosii, Bernardi
si intelligatur posteriore modo, ut n
mus, tùm ratio, & exempla Barcla
concludunt: quemadmodum enim ar
cludit artem sculptoriam, neque scul
à Regia; & tamen ars Regia imperat
que subjectam, & subordinatam hab
debet Rex Sculptori jubere, ut non sc
scœnas, ne corrumpatur juventus; nec
argento, ut ea metalla serventur ad
cessarium; neque statuas suas nimis m
dat, ad coercendam avaritiam: sic
regendi animas, quæ est ars artium,
det in Papa, non includit necessariò
neque necesse est, ut omnia Regna d
clesia; & tamen quia finis ejus est
quam subordinantur omnes alii fines;
ordinata est illi ars politica regendi
test, ac debet Summus Pontifex Regi
non abutantur potestate Regia ad Ec
dam, ad hæreses, & schismata fovend
denique æternam animæ suæ, & pop
jectorum; & si non obtemperent, cù
rint, potest eos de Ecclesia per censur
cationis ejicere, & populos à juran
absolvere, denique etiam eos Regno
gia potestate privare.

CAPUT I

Potestatem Summi Pontificis in non esse rem dubiam, neque Doctorum solùm pendere.

IN tertio capite contendit Barclaj
Summi Pontificis in temporalibu

beri, ſed rem totam inter Theologos, & Canoniſtas liberè diſputari.

Ingens, inquit, *Theologos inter, & Canoniſtas, & utrorumque inter ſe de hac re diſſenſio, dum hi directam, alii indirectam poteſtatem aſtruunt, facit, ut quæſtio hæc de temporali poteſtate Papæ dubia, & incerta, ac tota in hominum opinione poſita videatur: ac proinde ſolutionis ejus veritatem lumine rationis, & differendi ſubtilitate eſſe pervestigandam*. Hæc ille.

At magnum eſt diſcrimen inter quæſtionem An ſit, & quid ſit, vel, quomodo ſit. Deum eſſe ne Pagani quidem in dubium revocare ſolebant; tamen de natura Deorum plurimæ erant apud Philoſophos opiniones. Deum eſſe Trinum, & unum, nullus Catholicus negat, ſed omnes firmiſſima fide tenent: & tamen, quot ſunt inter Scholaſticos Theologos de conſtitutione perſonarum, de relationibus, de notionibus opiniones? Sic igitur de poteſtate in temporalibus, quod ea ſit in Papa, non opinio, ſed certitudo apud Catholicos eſt: quamvis non deſint altercationes, quid ſit, & qualis ea poteſtas, ideſt, an ſit per ſe, & propriè temporalis: an potius ipſa quidem ſpiritualis ſit, ſed per quandam neceſſariam conſequentiam, & in ordine ad ſpiritualia de temporalibus diſponat. Quare non rectè colligit Barclajus dum ſic ratiocinatur:

Diſſenſio eſt inter Theologos, & Canoniſtas, dum hi directam, illi indirectam poteſtatem aſtruunt, ergo quæſtio de temporali poteſtate Papæ dubia & incerta, ac tota in opinione hominum poſita eſt.

Eſſe autem rem certam, & exploratam, poſſe Pontificem Maximum juſtis de cauſis de temporalibus judicare, atque ipſos temporales Principes aliquando deponere; probamus.

1 Primùm ex communi conſenſu Scriptorum, quorum verba initio diſputationis attulimus: quod enim communi conſenſu Doctores variis in locis, & temporibus docent, in Eccleſia univerſa ſentire, & docere cenſetur: ideò enim poſuit Deus in Eccleſia Paſtores, & Doctores, ut dicitur ad Epheſ. 4. ut eos populi tamquam duces ſequantur, neque ab eis recedant, niſi fortè videant unum aliquem novi aliquid contra doctrinam communem invehere, ut hoc tempore Barclajus fecit.

2 Secundò probamus per Extravagantem, Unam ſanctam, de majorit. & obedientia, ubi docemur, gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubjici poteſtati: & quòd ſi deviat terrena poteſtas, judicabitur à ſpirituali; ſi deviat ſpiritualis minor, à ſuo ſuperiore; ſi verò ſuprema, à ſolo Deo poterit judicari. Neque obſtat quòd definitio hujus decretalis videtur eſſe revocata à Clemente V. in Extravaganti, Meruit, de privilegiis. Neque enim Clemens V. Extravagantem Bonifacii revocavit, ſed admonuit, eam nihil novi definiviſſe, ſed antiquam obligationem declaraſſe, quam habent homines ad obediendum, & ſubjacendum Apoſtolicæ Sedi.

3 Tertiò probamus ex Conciliis ſupra allatis, quorum duo poſtrema generalia fuerunt: quomodo enim poteſt in dubium revocari, & à ſola hominum opinione pendere, quod generalia, catholica, legitimaque Concilia probant? Poſſe autem per Summum Pontificem deponi Principes temporales, quando Eccleſiæ neceſſitas id poſtulat, ac per hoc temporalem Principum poteſtatem ſpirituali poteſtati Pontificum ſubjectam, & ſubordinatam eſſe, concilia illa decem, ac præſertim duo poſtrema Lateranenſe, & Lugdunenſe apertiſſimè docent.

4 Quartò, probamus ex divinis literis, quemadmodum id probat Gregorius VII. in epiſt. 21. libri octavi. Nam in Scripturis, & traditione manifeſtiſſimè reperimus fundatum Primatum Eccleſiaſticum Romani Pontificis, quo primatu ampliſſima poteſtas continetur regendi, ligandi, & ſolvendi quoſcumque etiam Reges & Imperatores: id quod neque Barclajus, neque ullus Catholicus negat. Ex hoc autem principio ſatis apertè colligitur, eſſe in Romano Pontifice poteſtatem temporalia diſponendi, uſque ad ipſorum Regum, & Imperatorum depoſitionem: nam per ipſam ſpiritualem poteſtatem poteſt ſummus Pontifex ligare Principes ſæculares vinculo excommunicationis; poteſt per eandem ſolvere populos à juramento fidelitatis, & obedientiæ, poteſt obligare eoſdem populos ſub excommunicationis pœna, ut Regi excommunicato non pareant, atque ut alium ſibi eligant Regem. Præterea cùm finis ſpiritualis regiminis ſit adeptio æternæ vitæ, qui eſt finis ſupremus, & ultimus, cui omnes alii ſubordinantur fines; certè neceſſe eſt, ut ſpirituali poteſtati ſupremi Hierarchiæ Eccleſiaſtici ſubjiciatur, & ſubordinetur omnis ſæcularis poteſtas quam ille dirigere debet, & ſi deviat corrigere, & judicare, ac demum efficere ne impediat ſalutem populi Chriſtiani. Atque hæc eſt ratio cur, & Gregorius VII. & Innocentius IV. in depoſitione Imperatorum, ut oſtenderent jure ſe id facere, verba Domini allegaverint: *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis*: & *Quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*, Matt. 16. &, *Paſce oves meas*, Joan. 21. nimirum ut ſignificarent poteſtatem ſuam diſponendi de temporalibus, quando id requirit ſalus animarum, Religionis incolumitas, Eccleſiæ conſervatio; non pendere ad incertis hominum opinionibus, ſed ab ordinatione divina Chriſti Regis æterni, & Pontificis Maximi, qui & ſuper omnia Deus eſt benedictus in ſæcula, teſte Apoſtolo ad Roman. 11.

Sed videamus, quid contra hæc Barclajus objiciat.

1 Primum argumentum ejus hoc eſt: *Abſurdum, & iniquum eſt dicere, Principes Ethnicos duriore, & deteriore conditione ad Eccleſiam eſſe receptos, quàm homines privatos: vel Papam habere majorem nunc poteſtatem in Principes politicos Chriſtianos, quàm olim B. Petrus, & cæteri Apoſtoli in quemlibet privatum hominem Eccleſiæ filium: At hi nullum jus, & poteſtatem temporalem habuerunt tunc temporis in Chriſtianos laicos: ergo nec Papa in Principes ſæculares poteſtatem ullam temporalem nunc habet.*

Reſpondeo. Aſſumptio argumenti falſa eſt, & Scripturis ſanctis omnino contraria: primum enim jus habebant Apoſtoli percipiendi ex bonis temporalibus laicorum. Id probat Apoſtolus 1. ad Cor. cap. 9. dicens: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? ſi alii poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare non potius nos? ſed non uſi ſumus hac poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Chriſti: neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſerviunt, cum altari participant?* Ita, & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annunciant de Evangelio vivere. Deinde, potuerunt Apoſtoli jubere, ut Chriſtiani in cauſis civilibus judices Chriſtianos conſtituerent, nec ad judicia gentilium magiſtratuum accederent: ſic enim mandat Apoſtolus 1. ad Cor. 6. dicens: *Audet aliquis veſtrum habens negotium adverſus alterum, judicari apud iniquos, & non apud Sanctos? neſcitis quia Angelos judicabimus? quanto magis ſæcularia? ſæcularia igitur judicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad judicandum*. Quare ſi poterant Apoſtoli ordinare judicia in cauſis civilibus; & mandare laicis, ut miniſtros Evangelii ſuis facultatibus ſuſtentarent: quomodo nullum jus habebant in bona temporalia laicorum?

2 At inquit Barclajus: *Certo certius eſt, Eccleſiaſticam poteſtatem fuiſſe omnino ſeparatam à politica tempore Apoſtolorum, & hanc totam penes Ethnicos Principes extra Eccleſiam fuiſſe, adeò ut ipſi Apoſtoli in poteſtate temporali Ethnicorum fuerint; idque Albertus Pighius, & Robertus Bellarminus, aliique Theologi inſignes ingenuè fatentur.*

Reſpondeo. Eccleſiaſtica poteſtas nunc etiam ſeparata eſt à politica: non enim eadem, ſed diverſa eſt

pote-

potestas Pontificum, & Regum. Sed quoniam, ut suprà diximus, potestas Ecclesiastica, quæ spiritualis est, præest potestati politicæ temporali, & eam dirigere debet ad finem supremum æternæ vitæ: ideò potest in ordine ad spiritualia disponere de bonis temporalibus. Verum autem est Apostolorum tempore, politicam potestatem, non quamcumque, sed Regiam, sive Imperatoriam, fuisse apud Ethnicos totam, quia nulli tunc erant Reges, aut Imperatores Christiani; sed ex hoc nihil aliud sequitur, nisi potestatem Ecclesiasticam eo tempore non habuisse paratam executionem, præsertim in temporalibus, ut hoc tempore habet: ipsos verò Apostolos fuisse in potestate temporali Principum Ethnicorum scripsi olim cum Alberto Pighio, & aliis nonnullis: sed postea recognoscens, & expendens diligentius libros meos, censui, Apostolos de facto subjectos fuisse Principibus illis, non de jure; ut in Recognitione mea posui.

3 At inquit Barclajus: *Non venit Christus solvere legem, sed adimplere, nec natura, & gentium jura tollere, aut quemquam temporali rerum suarum dominio excludere. Itaque sicut ante eum Reges politica potestate subditis præerant, ita etiam posteaquam advenit, & à nobis deinde in cælos recessit, eam ipsam potestatem apostolica doctrina confirmatam, nullaque ex parte debilitatam retinuerunt. Si itaque Petrus, cæterique Apostoli, antequam Christum sequerentur, temporali Principum Ethnicorum ditioni, & jurisdictioni subjiciebantur, quod negari non potest, nec Dominus ullibi disertè, & nominatim juris obligatione liberavit; consequitur necessariò, mansisse eos sub eodem jugo, etiam post Apostolatum.*

Respondeo. Christus non venit legem solvere, sed adimplere: ideò non sustulit jura gentium, & naturæ, sed perfecit: non privavit Reges & Principes dominio, aut jurisdictione; sed eorum jurisdictionem, & dominia ordinavit: nam & in ipsa Ecclesia Reges & Principes sunt non minore præditi potestate politica, quàm Ethnici essent: hoc solum accessit, quòd præposuit illis Pastorem magnum, qui vice sua fungeretur in terris, à quo dirigerentur, si fortè à via, quæ ducit ad Regnum cœlorum, eos aberrare contingeret: quod beneficium Dei inter potissima debet agnosci à fidelibus omnibus; sed à nullis magis, quàm à Regibus, & Principibus, qui quò sunt in loco sublimiore, eò magis obnoxii sunt casui graviori, & tanto magis egent Episcopo, & Pastore animarum suarum, ut eleganter, & copiosè admonuit Reginaldus Polus Cardinalis, in dialogo de Pontifice Maximo: quòd autem Christus non liberaverit nominatim & expressè Petrum, & Apostolos ab obligatione, qua tenebantur Ethnicis Principibus, videtur omnino Evangelio repugnare: siquidem Matth. 17. Christus solvit didrachma pro se, & Petro, ob scandalum vitandum: nam alioqui neque se, neque Petrum ad id vectigal solvendum obligatos fuisse demonstravit illis verbis: *Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filiis suis, an ab alienis?* & respondente Petro, *ab alienis*, dixit illi Jesus: *ergo liberi sunt filii*: quibus verbis declaravit, se, quòd filius esset Regis omnium Regum, immunem esse ab omni tributo, & censu: & quoniam cùm filius Regis immunis est, ipsa quoque ejus familia censetur immunis; ideò Petrus, & Apostoli, qui ad familiam Christi, ipsius beneficio, pertinebant, immunes quoque esse debebant: sed de hac re alibi scripsimus copiosius.

4 Sed non quiescit Barclajus, addit enim: *Sed & eos aliorum civium instar Principibus subditos extitisse, ex ipsorum doctrina, & factis apparet: quippè id illis exprobrari non potest, quod Christus Scribis, & Pharisæis improperat, aliud eos fecisse, aliud docuisse. Docuerunt autem Christianos subjectionem, & obedientiam, de qua loquimur, Regibus & Principibus exhibendam: qua de causa Paulus ipse ad Cæsarem appellavit, & jussit Christianos omnes subjectos esse temporali potestati Ethnicorum, non s[...] sed etiam propter conscientiam.*

Respondeo: Apostoli sine dubio no[...]
Pharisæorum, qui aliud docebant, ali[...]
non ideò de jure subjecti erant instar[...]
temporalibus potestatibus, cùm essen[...]
Deo Principes super omnem terran[...]
Psal. 44. quamvis enim Principatus ill[...]
non temporalis; tamen verus Princip[...]
porali Principatu longè nobilior. Po[...]
pellavit ad Cæsarem, ut ad Judicem [...]
& Hebræorum, qui injustè illum opp[...]
enim causa illa, quæ spiritualis erat, [...]
surrectione Christi, & cæremoniis le[...]
Principem Ethnicum jure pertinere n[...]
Acta Apostolorum c. 21. 22. 23. 24. 2[...]
rò Paulus ad Rom. 13. universalem d[...]
de obedientia inferiorum ad superiores[...]
anima potestatibus sublimioribus subdita sit[...]
ctrinam applicavit in particulari ad ob[...]
debent subditi Principibus temporalibu[...]
cludit, *Reddite ergo omnibus debita, cui t*[...]
cui vectigal, vectigal; cui timorem, [...]
rem, honorem. Quare si quis probet [...]
subditum alicui potestati, non tenebi[...]
ca sententia, etiam si fortè de facto[...]
lum vitandum subditum illum esse op[...]

5 Subjungit Barclajus: *Nam quod qua*[...]
lum non de potestate temporali sæcularium[...]
qui, sed de potestate in genere, ut quisque [...]
laicus laico, ecclesiasticus ecclesiastico; me[...]
responsum viris doctis, ac Theologis ind[...]
dem tunc temporis alia, quàm politica, [...]
stas vulgo ab hominibus agnoscebatur.

Respondeo. In verbis Apostoli, u[...]
mus, quædam sunt sententiæ generale[...]
culares. Quis enim inficiari potest, illa[...]
generalem, Omnis anima potestati[...]
subdita sit? Item illam, Non est pote[...]
illam, Qui potestati resistit, Dei ordi[...]
Apostolus subjungens, *Nam Principes*[...]
operis, sed mali; Et infrà, *Si malè eger*[...]
sine causa gladium portat: videtur omn[...]
res potestates, intelligi voluisse Princ[...]
est, per sublimiores potestates, politic[...]
gi voluit, sed non solos: maluit enim d[...]
postolus generalibus verbis concipere [...]
pluribus prodesset, unde alibi monet, [...]
obediant; uxores viris, servi dominis [...]
sitis suis Ecclesiasticis. Nam quod Ba[...]
lam tunc temporis agnitam fuisse vulg[...]
statem, nisi politicam, & tempora[...]
prorsus indigna homine docto, & Ju[...]
dem notissima semper fuit potestas pa[...]
lis, potestas maritalis, potestas mag[...]
potestas denique ecclesiastica: quæ c[...]
politica (si propriè loqui velimus) [...]
guuntur. Ac de potestate ecclesiastic[...]
postolus frequentissimè meminit? Ce[...]
Cor. 10. *Nam & si amplius gloriatus fuer*[...]
quam dedit nobis Dominus in ædificatione[...]
ctionem, non erubescam, & c. 13. *Hæc* [...]
præsens durius agam secundùm potestatem,[...]
mihi, & ad Hebr. 13. *Obedite Præpositis v*[...]

6 Addit Barclajus testimonium S. [...]
positione quarundam propositionum [...]
Ex quo testimonio colligit Barclajus [...]
næ Religionis professionem non exin[...]
temporalis potestatis subjectione. S[...]
los, & ipsum sanctum Petrum, et[...]
subjectos fuisse. Tertiò, non licuisse[...]
stianis ab ethnicorum Principum im[...]

alios ſibi Principes conſtituere, etiam ſi vires illis ad perficiendum ſuppetiſſent. Quartò, Auguſtinum intellexiſſe verba Apoſtoli de poteſtate temporali tantùm. Quintò, Auguſtinum ſeipſum includere in numero eorum, quos Apoſtolus jubet ſubjectos eſſe debere poteſtatibus temporalibus: Ex quo ſequitur, ut etiam Epiſcopi, & Clerici omnes ſubditi eſſe debeant iiſdem temporalibus poteſtatibus. Sextò, duplex eſſe officium ſubditorum: unum, ut obediant Regi, quando nihil jubet contra Deum: alterum, ut non obediant Regi, quando contrarium jubet Deus.

Reſpondeo. S. Auguſtinus verè docet Chriſtianæ Religionis profeſſionem non eximere quemquam à temporalis poteſtatis ſubjectione: idque rectiſſimè colligit ex verbis Apoſtoli, neque nos contradicimus. Sed ex hoc non ſequitur S. Petrum, & Apoſtolos cæteros ſubjectos fuiſſe de jure temporalibus poteſtatibus; neque hoc S. Auguſtinus dicit: nam etiamſi non eximebat Apoſtolos ab illa ſubjectione profeſſio Chriſtianæ Religionis; eximebat tamen Principatus apoſtolicus, qui ſublimior eſt omni Principatu temporali. An autem licuerit Chriſtianis deficere ab Ethnicis Imperatoribus, infrà ſuo loco tractabimus: interim hoc ſolùm dicimus, id non colligi ex verbis Auguſtini, vel Apoſtoli: docet enim S. Auguſtinus ex Apoſtolo, Chriſtianos debere obedientiam temporalibus Principibus, dum videlicet, cum poteſtate imperant: non autem ſi à Principatu excidant. Utrum autem licuerit Chriſtianis Imperium ethnicis abrogare, neque Apoſtolus, neque Auguſtinus hoc loco definit. Illud verò falſum eſt, S. Auguſtinum intelligere hunc locum Apoſtoli de temporali poteſtate tantùm: nuſquam enim habetur apud Auguſtinum, neque apud Apoſtolum particula, tantùm, & nos habemus S. Joannem Chryſoſtomum cum Theodoreto, & Theophylacto, qui exponunt de poteſtate in genere: & S. Anſelmum, qui exponit de poteſtate Eccleſiaſtica, & temporali, & S. Bernardum epiſt. 42. & 183. qui exponit etiam de utraque. Quòd autem S. Auguſtinus ſe ipſe numeret inter eos, qui jubentur obedire temporalibus poteſtatibus; non cogit, ut indè colligamus, Epiſcopos, & Clericos non eſſe exemptos à poteſtate ſæculari: nam cùm dicit, Cùm conſtemus ex anima, & corpore, quamdiu in hac vita temporali ſumus, etiam rebus temporalibus ad ſubſidium degendæ hujus vitæ utamur; oportet, nos ex ea parte, quæ ad hanc vitam pertinet ſubditos eſſe poteſtatibus, ideſt, hominibus res humanas cum aliquo honore adminiſtrantibus: oſtendit, omnes homines egere legibus, & magiſtratibus politicis, ſine quibus hæc vita tranquillè duci non poteſt. Quemadmodum etiam Nicolaus Papa, in epiſt. ad Michaelem, ſcribit, ipſos etiam Pontifices uti legibus Imperialibus pro curſu rerum temporalium: omnes enim obſervare debent hujuſmodi leges, ſed non omnes vi legum ipſarum, ſed aliqui vi legum, aliqui vi rationis.

7. Pergit Barclajus, & ait: *Quid indignius, & iniquius dici poteſt, quàm Principes Chriſti fidem profitentes duriori jugo preſſum iri, quàm ſingulos de multitudine? At privati homines quando in ſpiritualem Eccleſiæ ditionem concedebant, nihil patrimonii, aut juris temporalis amittebant, exceptis rebus illis, quas ſpontè obtulerant, ut ex Actis Apoſtolorum patet: ſimiliter ergo, & Principes, ubi Chriſto nomen dabant, jus ſuum temporale, imperium dico, & poteſtatem politicam, integram, & intactam retinebant.*

Reſpondeo. Privati homines cùm in Eccleſiam admittuntur, non amittunt quidem patrimonia, aut alia temporalia jura: poſſunt tamen per Eccleſiam cogi, ut Parochos ſuos alant, &, ut Apoſtolus loquitur, ſeminantibus ſpiritualia, concedant, ut carnalia metant; ad quæ ante fidem ſuſceptam minimè tenebantur: poſſunt quoque in pœnam variorum criminum, non ſolùm cogi in foro interiore à confeſſariis, ut eleemoſynis rediment peccata ſua: ſed etiam ab Epiſcopis in foro exteriore mulctari pœna pecuniaria, vel etiam carceribus mancipari, ut ex Concilio Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. perſpicuum eſt. Pari ratione Principes temporales cùm ad familiam Chriſti veniunt, neque Principatum, neque juriſdictionem ſuam amittunt; ſed ſubjiciuntur ei, quem Chriſtus ſuper familiam ſuam conſtituit, ut ab eo regantur, & dirigantur in ea via, quæ ducit ad vitam.

8 *Nec juvat*, addit Barclajus, *adverſariorum cauſam dicere, Apoſtolos ideò non habuiſſe temporalem poteſtatem in ſui ſæculi Principes, quia nondum facti erant Chriſtiani: ſecundùm illud, Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt judicare?* 1. Corinth. 5. *Papam verò nunc illam poteſtatem habere, quia facti ſunt Chriſtiani, & filii Eccleſiæ, cujus ipſe ſupremus Princeps, & caput in terris eſt, atque omnium Chriſtianorum Pater: & rectum naturæ, & rationis ordinem poſtulare, ut filius Patri, non Pater filio ſubjiciatur. Hæc, inquam, adeò nihil ratio eſt, ut mirum ſit, locum ei aliquem à viris doctis datum eſſe: nam illa ſubjectio ſpiritualis, per quam Principes facti ſunt filii Papæ, penitus diſtincta, & ſeparata eſt à ſubjectione temporali, ita ut altera alteram non ſequatur. Sed quemadmodum Præſes, vel Conſul interea dum magiſtratum gerit, poteſt ſe in adoptionem alio dare, atque ita in familiam Patris adoptivi, & patriam poteſtatem tranſire, cum tamen per illum actum legitimum nec faſces conſulares, nec aliud quicquam jure magiſtratus ſibi competens in adoptantem transferat.*

Reſpondeo. Mirum eſt quam facilè Barclajus de ſcriptis hominum doctorum pronunciet: cùm optimo jure in ipſum retorqueri poſſit, ejus reſponſiones atque ſimilitudines, adeò nihili eſſe, ut vix credibile ſit eas auctori ſuo ſatisfacere potuiſſe. Siquidem illa ſimilitudo de filio adoptivo, qua tota ejus reſponſio nititur, nihil omnino facit ad rem: poteſtas enim Patris ad filium adoptivum, & poteſtas Præſidis, ſive Conſulis, non ſolùm diſtinctæ, & ſeparatæ ſunt; ſed etiam prior poſteriore inferior eſt; & ſi Pater poteſtate patria abutatur, poteſt per Præſidem, ſive Conſulem ac multò magis per Regem, & Principem corrigi, & in certis caſibus poteſtate ſua privari: cùm è contrario ſi Præſes, aut Conſul, aut Princeps poteſtate ſua politica abutatur, non poſſit à Patre adoptivo, vel etiam naturali pro imperio corrigi, & multò minus poteſtate ſua privari. Jam verò poteſtas ſummi Pontificis ſpiritualis, & ſupernaturalis, & Regia temporali, & terrena poteſtate ſublimior, atque major non debuit conferri cum poteſtate humana Patris adoptivi erga filium Præſidem, aut Conſulem, ideſt, cum poteſtate inferiore erga ſuperiorem: ſed cum poteſtate Principis, aut Præſidis erga poteſtatem patriam civium privatorum, ideſt, cum poteſtate ſuperiore erga inferiorem. Ex quo ſequitur, ut quamvis poteſtas Papæ, & Regis diſtinctæ ſint, & ſeparatæ, & non neceſſario alia aliam ſequatur: tamen cùm in eodem Eccleſiæ corpore inveniuntur, poteſtas Papæ ita eminet, ut Regiam poteſtatem dirigere, & corrigere; non ab illa dirigi, vel corrigi debeat, aut poſſit. Itaque tota deceptio Barclaji in eo poſita eſt, quòd ſpiritualem, & ſupernaturalem paternitatem ſummi Pontificis erga Reges, & Principes Chriſtianos, nihilo ſublimiorem eſſe cenſuit paternitate humana, & civili hominis privati erga filium adoptivum; quæ manifeſta, & puerilis hallucinatio eſt.

9. *Huc accedit*, inquit Barclajus, *quòd florente plurimùm Republica Chriſtiana tum multitudine credentium, tum ſanctimonia Pontificum, tum eruditione, & exemplis Doctorum, atque à malis interim Principibus Chriſtianis vexata, atque jactata, nulla de hoc Principatu, & juriſdictione temporali in Principes ſæculares, non dicam expreſſa, & manifeſta declaratio, ſed ne leviſſima quidem mentio facta ſit.*

Reſpon-

Respondeo, quærere possem à Barclajo, unde factum sit, quod in testamento veteri tot sæcula transierint, antequam Pontifex Regem deponi, & alium substitui jusserit: quod factum est cùm Jojada Pontifex Athaliam Reginam, non solùm deponi, sed & interfici mandavit, & Joas Regem substituit 4. Reg. 11. Item cùm post divisionem Regni Salomonis in Regnum Israel, & Regnum Juda, Inter Reges Israel nullus fuerit pius, sed omnes impii, & idololatræ; cur aliis multis toleratis Propheta Domini unxerit Jehu in Regem, & jusserit, ut Regem Joram, cui fidelitatem juraverat, interficeret: quod ille continuò fecit, & laudatus à Deo fuit, ut habemus 4. Reg. 9. & 10. Respondebit opinor, sic placuisse Deo, cujus judicia inscrutabilia sunt. Eodem igitur modo Ecclesia, quæ spiritu Dei regitur, non semper exerit potestatem suam, sed pro loco, & tempore, ut à spiritu Christi admonetur, & ducitur. Et quidem primis trecentis annis Ecclesia Christiana, non habuit Reges Christianos, nisi paucissimos, ut Lucium in Britannia, & Donaldum in Scotia, qui cùm pii essent, non erant causa, cur Ecclesia potestatem suam in illos exerceret. Successerunt postea Reges, aut valdè pii, & religiosi, ut Constantinus magnus. Constans, ejus filius, Jovianus, Valentinianus, Gratianus, Theodosius, Honorius, & alii: aut valdè impii, & blasphemi, ut Constantinus, Julianus, Valens, Theodoricus, Totila, Gensericus, Hunericus, & alii. Erga priores Ecclesia benevolentiam ostendere debuit, non severitatem: erga posteriores, quoniam potentissimi erant, severitatem ostendere nihil profuisset, ideò patientia potius adhibenda fuit, quàm auctoritas. Sed cùm temporibus Gregorii II. Pontificis, Italici populi egrè ferrent Imperium Leonis Isaurici, hæretici, & persecutoris; & prompti essent ad jugum nefarii Principis excutiendum, si Pontifex juberet, vel annueret, tum demùm opportunum visum est Apostolicæ sedi auctoritatem suam exerere; quando videlicet non frustrà exereret. Sic etiam non ante Pontifex Zacharias de Childerico Rege deponendo, & Pipino ad Regnum evehendo cogitavit, quam populus, & Proceres Franci id expeterent: neque enim prudens consilium Pontificis fuisset, si invito populo, & Proceribus, Regem illorum quamvis ineptum, & ignavum exauthorare tentasset. Quod si Barclajus tanti facit silentium annorum septingentorum, cur non majoris facere debemus nos verba, & exempla annorum nongentorum? nam Pontifices, & Scriptores Ecclesiæ prioris temporis, ut non affirmarunt, ita etiam non negarunt, esse in Apostolica sede potestatem aliquam disponendi de temporalibus, in ordine saltem ad spiritualia: Pontifices autem, & scriptores posterioris temporis, disertè pronunciarunt, eam potestatem Ecclesiæ non deesse. Ecclesia certè eadem est, neque adversus eam portæ inferi unquam prævalebunt; neque desunt Ecclesiæ temporis posterioris homines doctrina, & sanctitate illustres. Quare non rectè de Ecclesia Christi sentit, qui nihil admittit, nisi quod expressè in veteri Ecclesia scriptum, aut factum esse legit, quasi Ecclesia temporis posterioris, aut desierit esse Ecclesia, aut facultatem non habeat explicandi, & declarandi, constituendi etiam, & jubendi, quæ ad fidem, & mores Christianos pertinent.

10. Adducit Barclajus S. Gregorium, qui in ep. 61. lib. 2. vocat se famulum indignum Imperatoris, & dicit, Imperatori cœlitus datam esse potestatem super omnes homines: ubi notat illud, omnes, comprehendere etiam Papam, si Papa est homo, & ne quis fortè respondeat, S. Gregorium ex humilitate ita esse locutum, citat illud ex S. Augustino serm. 29. de verbis Apostoli: *Cùm humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod evitaveras.* Denique addit verba S. Gregorii, in fine illius

epistolæ: *Utrobique ergo quæ debui exolvi,*
obedientiam præbui, & pro Deo, quod se

Respondeo. S. Gregorius non solu
sed omnium fidelium servum se nomin
tio epistolarum suarum adscriberet, C
servorum Dei. Et Joannes Diaconus
Gregorii cap. 58. testatur, à S. Gregori
fratres, omnes Sacerdotes, filios, o
Dominos, omnes laicos; nec tamen
clajus concedet, S. Gregorium omni
subjectum. Porrò quod scribit S. G
fuisse potestatem Imperatori cœlitus,
Imperatoriam potestatem esse immedi
esse à Deo in eo sensu, quo dicit Ap
man. 13. *non est potestas nisi à Deo*. Om
stas à Deo est; sed aliqua immediatè
S. Petri, ut S. Pauli: aliqua mediant
minum, ut potestas Regum, Consu
rum: nam (ut S. Thomas docet in 2.
tic. 10. & quæst. 12. art. 2. dominia, &
mani de jure humano sunt, non de jur
addit S. Gregorius, super omnes hom
tur super omnes homines Romano Im
alioqui potestas Mauritii Imperatoris
per Antipodas, super Garamantas,
men non fuit super vicinos Persas, vel
per Germanos, aut Francos, aut Hisp
innumerabiles: proindè poterat Barcl
lam consecutionem, ergo super Papa
Neque mentitus est ex humilitate B. C
servum, se dixit eorum, quibus subje
servus enim dicitur, qui servit aliorum
faciat obediendo, sive imperando: nan
servum se fuisse scribit Corinthiorum,
men potestatem à Christo accepisse se
& 13. Denique quod attinet ad obedie
exhibuisse scribit S. Gregorius Impera
fuisse coactam, & de facto, non de
nam idem S. Gregorius in explicatior
Mauritio Imperatore scribit hæc verba
tem suæ temeritatis extendit vesaniam
nium Ecclesiarum Romanam Ecclesia
& in Domina gentium terrenæ jus pc

Pergit Barclajus, & exclamat: *O*
tem, & sententiam nullis non sequentium
scribus inculcandam. Sed proh numen; q
& humilis confessio à nostris seculis exula
succrevit hæc minax, & fastuosa adversu
peratores oratio. Nos in supremo justitia
supremum in omnes Reges, & Principes
cunctosque populos, gentes, & nationes
sed divina institutione nobis traditam p
tes, declaramus, jubemus, præcipimus &
sa, & inania, vel ex eo esse patet, quò
pes, & populos infideles, qui multitudine
rant, neque temporalem, neque spiritual
beat, ut Bellarminus in libris de Romano
ma ratione ostendit.

Respondeo. Hanc inanem exclama
milis confessionis laudationem S. ipse
lit in eo privilegio, quod Monasterio
cessit, quodque subscriptum ab ipso
tisque Episcopis legitur lib. 12. Episto
stol. 31. in eo siquidem privilegio
quis autem Regum, Antistitum, Ju
rumcumque sæcularium personarum,
cæ auctoritatis, & nostræ præception
verit, aut contradixerit, vel fratres n
conturbaverit, aut aliter ordinaverit,
gnitatis, vel sublimitatis sit, honore
ut Catholicæ fidei depravator, vel sa
siæ destructor, à consortio Christian

re, & sanguine Domini nostri Jesu Christi sequestretur. Et supra dixerat, auctoritate divina, vice B. Petri Apostolorum Principis se statuere. Iisdem verbis utitur S. Gregorius in alio simili privilegio, quod habetur lib. 11. epist. 10. quæ est ad Senatorem Abbatem. Itaque humilis ille servus servorum Dei eminentiam suæ dignitatis non ignoravit, cùm divina auctoritate, vice Principis Apostolorum, omnibus Regibus cujuscumque dignitatis, & sublimitatis essent, sub interminatione privationis proprii honoris imperare non timuit, ut præceptionis suæ decreta violare non auderent. Quid igitur est in Bullis Pii V. & Sixti V. (has enim bullas notat in margine) quas minaces, & fastuosas appellat Barclajus, quod non sit in privilegio illo ab humili Gregorio dato? Pius, & Sixtus dicunt, potestatem divina institutione sibi traditam: & Gregorius dicit, auctoritate divina se præcipere. Illi dicunt, super omnes Reges se potestatem habere: iste dicit, si quis Regum, vel quarumcumque sæcularium personarum, &c. Illi dicunt, jubemus, præcipimus: Iste dicit, si quis Regum &c. hujus Apostolicæ auctoritatis, & nostræ præceptionis decreta violaverit. At, inquit, verba illa Pii V. & Sixti V. falsa, & inania esse, vel ex eo patet, quòd Papa in Principes infideles, neque temporalem, neque spiritualem potestatem habet. Respondeo. Si falsa & inania sunt ista verba, multò magis falsa, & inania erunt verba S. Gregorii, in epist. 61. lib. 2. à Barclajo suprà citata, & laudata, ubi S. Gregorius dicit, Mauritio Imperatori, datam esse à Deo super omnes homines potestatem: constat enim Imperatoris Mauritii potestatem non fuisse super omnes homines, cùm non fuerit nisi super homines Romano Imperio subditos, quod Imperium eo tempore ne tertiam quidem hominum partem continebat; quemadmodum igitur verba S. Gregorii de potestate Mauritii super omnes homines, intelligi debent de omnibus hominibus, qui Romano Imperio subjecti erant: sic etiam verba Pontificum de potestate super omnes Reges, & populos, intelligi debent de omnibus Regibus, & populis, qui sunt in Ecclesia Catholica, quæ toto terrarum orbe diffusa est: sic enim debere intelligi verba illa, docent verba præcedentia. Pius enim V. initio Bullæ scribit, unicam esse veram Ecclesiam Dei, eamque totam S. Petro ejusque successoribus esse commissam, atque inde colligit, summum Pontificem potestatem habere super omnes Reges, & populos, qui videlicet ad Ecclesiam pertinent, quæ in universo Mundo est. Sixtus verò V. dicit, sibi curam incumbere Ecclesiarum omnium populorum, & gentium; ubi non dicit, se habere potestatem in omnes populos, & gentes; sed in Ecclesias, quæ sunt in omnibus populis, & gentibus. Similis locutio invenitur apud S. Bernardum in lib. 3. de Consid. cap. 1. ubi dicit, totum orbem terrarum ad curam summi Pontificis pertinere: *Ita*, inquit, *tu heres, & orbis hereditas*, &, *orbe illi exeundum est, qui fortè voluerit explorare, quæ non ad tuam pertinent curam*; & tamen ibidem dicit, Papam non esse dominum orbis; sed orbem totum ad eum pertinere, quia debet fideles pascere, eisque cum potestate præesse, & infidelium conversioni studium, & diligentiam adhibere, ut Apostoli faciebant. S. quoque Thomas in 2. 2. quæst. 12. art. 2. dicit, Papam habere potestatem super fideles, & infideles, qui fidem aliquando susceperunt; non autem super eos, qui fidem numquam susceperunt, juxta illud Apostoli 1. Corinth. 5. *Quid ad me de his qui foris sunt judicare?* quos auctores, & multos alios ego secutus sum in loco quem Barclajus notavit, videlicet lib. 5. de Pontifice cap. 2. Neque his repugnat quod suprà documus cum S. Thoma, posse à Summo Pontifice privari quoscumque infideles à dominio quod habent super fideles: nam etiam si absolutè non pertineat ad Pontificem de his qui foris sunt judicare, neque habeat Pontifex in illos ordinariam potestatem, cùm ad gregem sibi commendatum non pertineant, nisi in potentia; tamen in ordine ad conservationem fidelium habet à Deo, auctoritatem privandi Principes infideles dominio, quod habent super fideles, ut idem S. Thomas docet 2. 2. quæst. 10. art. 10.

Addo postremò, verba Pii V. non esse ita fastuosa, & minacia, ut Barclajus dicit: hæc enim sunt ipsius verba in Bulla excommunicationis Elizabethæ prætensæ Angliæ Reginæ. *Regnans in excelsis, cui data est omnis in cœlo, & in terra potestas, unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, extra quam nulla est salus, uni soli in terris, videlicet Apostolorum Principi Petro, Petrique successori Romano Pontifici, in potestatis plenitudine tradidit gubernandam. Hunc unum super omnes gentes, & omnia Regna Principem constituit, qui evellat, destruat, dissipet, disperdat, & plantet, & ædificet, ut fidelem populum mutuæ charitatis nexu constrictum in unitate spiritus contineat, salvumque, & incolumem suo exhibeat Salvatori: quo quidem in munere obeundo, nos ad prædicta Ecclesiæ gubernacula, Dei benignitate vocati, nullum laborem intermittimus &c.* Et infrà: *Illius itaque auctoritate suffulti, qui nos in hoc supremo justitiæ throno (licèt tanto oneri impares) voluit collocare, de Apostolica potestatis plenitudine declaramus, prædictam Elizabetham hæreticam, & hæreticorum fautricem, eique adhærentes in prædicti anathematis sententiam incurrisse, esseque à Christi corporis unitate præcisos: quin etiam ipsam prætenso Regni prædicti jure, necnon omni, & quocumque dominio, dignitate, privilegioque privatam &c.* Porrò Bulla Sixti V. ita incipit: *Ab immensa æterni Regis potentia, B. Petro, ejusque successoribus tradita auctoritas omnes terrenorum Regum, & Principum supereminet potestates, stabilique in petra consistens, nec ullis adversitatibus, vel etiam secundis flatibus à recto deflexa inconcussa profert in omnes judicia.* Et infrà: *Itaque in præexcelso hoc solio, & in plenitudine potestatis, quam ipse Rex Regum, & Dominus Dominantium, nobis licèt indignis, tribuit, constituti, auctoritate Dei omnipotentis, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, & nostra, ac de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, pronunciamus, & declaramus &c.* Quare sententia quam Barclajus recitat, non habetur ad verbum in Bullis Pii V. vel Sixti V. Sed eam ipse variis ex locis ita construxit, ut ad invidiam conflandam aptissimum esse judicavit. Omitto cætera, quæ sunt in hoc tertio capite: quia non argumenta, vel rationes; sed maledicta sunt, & convicia adversus Pontifices: illum enim imitari volumus, qui cùm malediceretur, non maledicebat; cùm pateretur, non comminabatur, 1. Petri 2.

CAPUT IV.

De falsa causa originis temporalis potestatis Pontificiæ à Barclajo assignata.

IN quarto capite differit Barclajus de origine temporalis potestatis pontificiæ: quasi jam exploratum esset, divino jure sola spiritualia ad Summum Pontificem pertinere. Sed quoniam id neque exploratum, neque verum est, facilè potuissem totum hoc caput silentio præterire, ut quod ad rem non faciat, vel certè solido fundamento careat. Videamus tamen quid sit, quod hoc loco adfert Barclajus.

Duas res, inquit, *potissimùm invenio, quæ ansam Pontificibus tantam potestatem arrogandi videntur præbuisse. Una est ingens ille honor, qui ut par erat à Principibus, & populis Christianis summo animarum Pastori deferebatur, & deferri adhuc debet, atque etiam præjudicata sanctitatis opinio de Sede illa Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli,* &

& infrà: *Alteram tanta jurisdictionis temporalis captandæ ansam præbuit gladius excommunicationis.*

Respondeo. Frustrà quærit Barclajus unde tanta potestas Summis Pontificibus accesserit, cùm ratio sit in promptu; quam & Doctores communi consensu, & ipsa generalia Concilia tradiderunt, summa videlicet spiritualis potestas divinitus collata Apostolo Petro, ejusque successoribus super omnem Ecclesiam, ex ea siquidem manifestè sequitur, ut in ordine ad spiritualia, & vitam æternam, possit Summus Pontifex de temporalibus quoque disponere, ut capite superiore explicatum est. Quod autem Barclajus dicit, ex honore maximo, qui Summis Pontificibus deferebatur, & præjudicata sanctitate illius Sedis, captasse ansam Pontifices arrogandi sibi potestatem temporalem super Reges & Principes; falsum esse constat ex iis, quæ suprà Barclajus ipse scripsit: siquidem honor maximus, & præjudicata sanctitas non defuit primis mille annis, immò tunc maximè viguit: & tamen Barclajus contendit, primum fuisse Gregorium VII. qui sibi potestatem temporalem in Reges, & Principes usurpavit, post annum millesimum, & septuagesimum ab adventu Salvatoris. Dicet fortasse, primis illis annis fuisse Pontifices optimos, sed postea factos deteriores ad gloriam temporalis Imperii aspirare cœpisse. At Gregorius VII. vir sanctissimus fuit, nec solum innocentia vitæ, sed etiam miraculis clarus; cujus rei tot sunt testes, quot scriptores illius temporis, exceptis schismaticis, vel hæreticis: quemadmodum etiam Innocentius III. & IV. qui hac potestate præter cæteros usi esse videntur, Pontifices laudatissimi habiti sunt. Neque verum est Gregorium VII. fuisse primum, qui de temporali Regno disponere cœpit: nam & Gregorius primus, & secundus, & alii Pontifices optimi, & laudatissimi ante Gregorium VII. hanc potestatem habere se testati sunt, ut paulò infra docebimus. Porrò excommunicatio est quidem instrumentum, quo Pontifices plerumque uti solent ad coercendas hujus sæculi potestates; sed etiam sine isto instrumento non semel Pontifices Maximi de temporalibus dignitatibus pro Ecclesiæ utilitate, & animarum salute disposuerunt; ut cùm Zacharias Childericum Regem Francorum deponi mandavit, & Pipinum inungi, atque in solium exaltari jussit, & populos ab obedientia, & fidelitate Childerico præstita liberavit: & cùm Hadrianus primus Carolo Magno Regi Francorum dignitatem Patritiatus Romani contulit: & cùm Leo III. eundem Carolum, Imperatorem Occidentis dixit. Quare verum non est, excommunicationis censuram ansam dedisse Pontificibus, ut potestatem temporalem sibi arrogarent.

Sed placet notare nonnulla, quæ in hoc capite Barclajus non sine magna temeritate effutiit.

1. Primum est illud: *Sed hic Lector monendus est, sententiam illam omnium vocibus celebratam, excommunicationem omnem esse timendam; cum hac exceptione intelligi debere, extra quam si manifestè constet esse injustam; tunc enim nec curanda, nec timenda est, modò absit ab excommunicato contemptus, & præsumptio.*

Hanc Barclaji doctrinam damnant omnes boni Scriptores, qui distinguunt inter excommunicationem injustam, & nullam: & injustam quidem docent cum S. Gregorio esse timendam; nullam autem, non esse timendam, nisi aliquando ob scandalum, quando videlicet nullitas excommunicationis nota non est. Ac ne singulos Doctores afferre necesse sit, audiamus Martinum Navarrum, qui communem doctrinam hanc esse testatur. In Enchiridio cap. 27. num. 3. sic Navarrus loquitur, Sententia excommunicationis, quantumvis injusta, valet regulariter, & ob id Gregorius in cap. 1. 11. quæst. 3. dixit, timendam esse sive justa sit, sive injusta, & infrà: Ubi glossa, & ubique

Doctores apertè dicunt valere, & l
cationem injustam, & differre ab e

2 Alterum est in illis verbis: *Cu*
nicationis illa videtur, quæ in subditos p
gi, vel Principi suo excommunicato par
poralis sunt jurisdictionis, & Dei man

Hujus doctrinæ temeritatem, v
demonstrare, quòd per eam damna
centii IV. lata in Lugdunensi Co
enim major esse temeritas, quàm
injustitiæ sententiam Summi Pont
Concilio latam, & omnium conse

3 Tertium est in illis verbis: *Et*
partim publica offensa Henrici IV. Imp
vata injuria permotus, id juris dandi,
apertè sibi primus omnium asseruit.

Atqui falsum omnino est, qu
primus omnium sibi asseruerit jus da
Regna: jam enim supra numeravim
qui ante Gregorium VII. idem fecer
gorium primum, Gregorium secun
Leonem tertium, Gregorium quart
secundum. Nam Gregorius prim
citato apposuit illa verba, *Si quis a*
tæstitum, &c. honore suo privetur. G
Imperatorem Leonem Isauricum v
privavit, teste Zonora, Cedreno, &
Childericum à Regno deposuit, & Pi
exaltavit, testibus Annalibus Franco
ubi sic legimus: *Data auctoritate sua*
Pipinum Regem constitui. Et infra:
Pontificis sanctionem Pipinus Rex Franc
Idem dicit Aimoinus, Eginarthus, La
no, Sigebertus, Hermannus Cont
Scotus, Abbas Urspergensis, Otho F
bertus Chrantzius, quorum verba inf
tertius à Græcis ad Francos Imperiu
stulit, quod testimoniis historicorum
peratorum, & ipsorum Principum
vimus in lib. 1. de translatione Imper
decretorum Francorum, quo Ludovi
auferebatur, auctoritate sua rescidit,
dovico restituit, ut refert Marianus Sc
nici, his verbis, *Ludovicus Reginam*
nientem jubente Papa Gregorio accepit: s
ei non solùm Imperium patri abrogavera
dictam uxorem ei ademerant; sed utrumq
recepit. Et Paulus Æmilius lib. 2. de
corum: *Lugduni,* inquit, *Concilium*
Ludovici Imperatoris filii contraxerant, h
que patri abrogatum, quod decretum mox
fice maximo rescissum est. Denique Ha
plus ducentis annis Gregorio septimo
accepisset, Imperium Ludovici junio
Carolo Calvo Rege armis tentari,
lum minaces literas, teste Aimoino l
sic ait, *In epistolis Papæ continebatur,*
dam Lotharii, quod Ludovico Imperatori
hæreditario ei jure debebatur, & quod ad
ejusdem Lotharii redit, vel homines in e
lmus nullus invaderet, nullus commoveret
naretur inflectere: quod si quis præsumer
sue auctoritatis ministerium infirmaretur,
culis anathematis obligatus nomine Christi
cum Diabolo omnino locaretur.

4 *Quartum est in verbis sequentibus:*
aliud Gregorius eo facto quàm cruentas,
dias excitavit, nec infœliciter destinata
bibitus perfecit.

Hoc quoque falsum esse notissimu
cruentas, & furiosas tragœdias non
tum, sed Henrici inobedientia peper

tissimum optavit Gregorius, ut videlicet investituras Episcoporum de manibus laicorum eriperet, partim per se, partim per successores omnino perfecit. Siquidem Gregorii sententiam, & decretum confirmarunt omnes ejus successores, Victor tertius, Urbanus secundus, Paschalis secundus, Gelasius secundus, & Callixtus secundus, cujus tempore Imperatoribus cedentibus pax inter Sacerdotium, & Regnum facta est: sic enim scribit Abbas Urspergensis in Chronico anni 1122. *Ipse, in cujus manu cor Regis est, omnem animositatem Augusti sub Apostolica reverentia obedientiam, causa matris Ecclesiæ etiam ultra spem plurimorum inflexit*, &c. vide totum locum.

5 Quintum, & ultimum est in illis verbis, ubi magnificè laudat Hosium Episcopum Cordubensem, quem vocat virum magnum, & nobilissimum Confessorem: atque ex ejus sententia constare dicit, Ecclesiam primis temporibus, neque temporalem potestatem in Principes habuisse, neque habere se credidisse: ac ne quidem ob hæresim, quod crimen gravissimum & perniciosissimum est.

Sed nos Hosium virum magnum aliquando fuisse scimus, sed turpissimè postea lapsum in Arianam hæresim non ignoramus. Id enim tradit Athanasius in epist. ad solitariam vitam agentes, & in Apologia secunda; Hilarius in lib. de Synodis; Epiphanius hæresi 73. Sebadius in libro contra Arianos: Sulpitius lib. 2. Sacræ historiæ; Socrates lib. 2. cap. 26. Sozomenus lib. 4. cap. 5. Vigilius Martyr, in lib. 5. adversus Eutychetem; denique Isidorus de Viris illustribus in Gregorio Betico. Deinde Hosius quantumvis numquam lapsus fuisset, tamen non tanti faciendus est ab hominibus Catholicis, ut anteponatur Conciliis generalibus, non uni, sed multis, & Doctoribus omnibus initio à nobis citatis, qui communi consensu docent, propter hæresim posse à Summo Pontifice Principes deponi, ac principatu privari. Addo postremò verba Hosii nihil omnino adversus communem sententiam facere. Quid enim ille dixit? non licere Pontifici Imperium gerere, ut neque Imperatoribus Pontificatum. Sed etiam si Pontifex Imperium non gerat, potest tamen per ipsam pontificalem potestatem Imperatorem hæreticum ab Ecclesia arcere, ac ne Ecclesiæ noceat, Imperium illi abrogare. Neque enim Zacharias Rex erat, & potuit tamen Regem deponere: Neque Leo III. Imperator erat, & tamen Imperium ab una gente ad aliam transferre potuit. Imò si Papa Rex aut Imperator esset, non posset Imperiali, aut Regia potestate Imperatorem aut Regem deponere, quia par in parem non habet imperium: proinde quod facit Papa, facit Apostolica, idest, suprema spirituali potestate, ut Christi Vicarius, non ut Princeps terrenus. Ex his apparet quantum officiat lumini mentis pravus propriæ opinionis affectus: Barclajus enim amore captus opinionis suæ in verbis Hosii perspicuè se id videre existimavit, cujus nos ne vestigium quidem cernimus.

CAPUT V.

De Potestate in temporalia, quam indirectè Theologi summo Pontifici tribuunt.

IN quinto Capite Barclajus explosa (ut ipse dicit) Canonistarum, & Bozii sententia, aggreditur refutare sententiam Theologorum, qui dicunt Papam habere potestatem in temporalia indirectè. Sed antequam ad ejus argumenta refellenda accedam, explicabo breviter quid intelligamus per voces illas directè & indirectè; & quis sit auctor earum vocum. Igitur per voces directè, & indirectè, non intelligimus, ut aliqui per jocum dicunt, potestatem spiritualem esse in Pontifice directè, idest, justè, & legitimè; temporalem autem indirectè, idest, injustè, & usurpativè; sed potestatem Pontificiam per se, & propriè spiritualem esse, & ideò directè respicere, ut objectum suum primarium, spiritualia negotia; sed indirectè, idest, per ordinem ad spiritualia, reductivè, & per necessariam consequentiam, ut sic loquamur, respicere temporalia, ut objectum secundarium, ad quod non convertitur hæc spiritualis potestas, nisi in casu, ut loquitur Innocentius tertius, in cap. Per venerabilem, Qui filii sint legitimi, *In aliis*, inquit, *regionibus, certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercemus*: quomodo etiam loquitur sanctus Bernardus, in lib. 1. de Consideratione, cap. 5. *Sed*, inquit, *aliud est incidenter excurrere in ista (temporalia negotia) causa quidem urgente; aliud verò ultrò incumbere istis, tamquam magnis, dignisque tali*. Porrò auctorem harum vocum habemus Innocentium IV. Pontificem doctissimum. Is enim explicans, cap. Novit, de Judiciis, Paragr., de feudo, dicit, Pontificem directè non judicare de feudis, secus autem indirectè, ratione peccati. Eadem distinctione utitur Joannes de Turrecremata, Thomas Cajetanus, Petrus de Palude, Durandus, Franciscus Victoria, Dominicus à Soto, Martinus Ledesmius, Jacobus Simanca, Antonius Cordubensis, Martinus Navarrus, Ludovicus Molina, & alii.

Venio nunc ad argumenta Barclaji. Primùm affert argumentum, quo ego fueram usus adversus eos, qui potestatem Pontificis, simul pontificiam, & Regiam, spiritualem, & temporalem esse volebant, Reges autem temporales, non tam esse Reges, quàm executores pontificiæ potestatis, & voluntatis. Argumentum meum hoc fuit, Potestas Regum terrenorum est à Deo, ut confitentur ipsimet Pontifices; S. Leo, epist. 38. ad Martianum; sanctus Gelasius, in epist. ad Anastasium; sanctus Gregorius, lib. 2. epist. 61. Nicolaus, in epist. ad Michaelem: ergo vel potest summus Pontifex tollere exequutionem administrationis à Regibus, & Imperatoribus tamquam summus ipse Rex, & Imperator, vel non potest; si potest ergo est major Rex Christo, eùm possit auferre, quod Christus dedit; si non potest, ergo non habet verè potestatem Regiam in ipsos Reges, & Imperatores. Hoc argumentum ita retorquet Barclajus adversus meam, & Theologorum cæterorum sententiam.

1. *Aut potest summus Pontifex aliquo modo, hoc est, directè, vel indirectè auferre Regibus, & Imperatoribus Regna, atque Imperia, aliisque conferre; aut non potest: si potest, ergo est aliquo modo major Deo, quia quod Deus dedit, ipse aufert: minor enim vel par auferre non potest, quod à majore, vel æquali concessum est; at ne Vicarius quidem ejus, qui concessit sine expresso Domini mandato: (ne quis nobis reponat, Papam tamquam Christi Vicarium id facere, cùm ipse nullum de ea re mandatum neque expressum, neque tacitum accepisse inveniatur) si non potest, ergo falsum est, quod dicunt, eum habere summam potestatem indirectè dispenendi de omnibus rebus temporalibus Christianorum, & deponendi de Solio Reges, & Imperatores, aliosque in eorum locum sufficiendi.* Hæc Barclajus.

Respondeo. Cùm dicimus ex Pontificum sententia Regum terrenorum potestatem esse à Deo: non intelligimus, esse à Deo immediatè, quomodo est à Deo potestas summi Pontificis; sed esse à Deo, quia Deus voluit esse in genere humano politicum regimen; & ideò instinctum quendam naturalem dedit hominibus, ut eligant sibi Magistratus à quibus regantur: & præterea voluit Deus regimen politicum esse distinctum ab Ecclesiastico, ut expressè docuit Nicolaus Papa, in epist. ad Michaelem; & post eum Innocentius, in cap. Solitæ, de majorit. & obedient. & ante utrum-

que

que Gelasius, in epist. ad Anastasium. Ex his perspicuum est argumentum meum solidum esse, & argumentum Barclaji omnino infirmum: nam si in summo Pontifice esset potestas spiritualis, & temporalis directè, & esset Pontifex Rex Mundi, ut est Pontifex Ecclesiæ universæ, & Reges cæteri essent meri executores temporalis jurisdictionis; certè posset Pontifex pro arbitrio suo privare quoslibet Reges administratione, & executione jurisdictionis temporalis; & hoc modo posset tollere regimen politicum, vel confundere cum Ecclesiastico: & esset major Christo, cùm posset tollere, vel confundere potestates, quas ille voluit esse, & esse distinctas. At si in summo Pontifice ponatur potestas spiritualis tantùm directè, & temporalis indirectè, idest, in ordine solùm ad spiritualia; non sequitur, posse Pontificem tollere, vel confundere politicum regimen; sed solùm sequitur, posse Pontificem per spiritualem, atque Apostolicam eminentissimam suam potestatem dirigere, & corrigere potestatem politicam, eamque, si opus sit ad finem spiritualem, uni Principi adimere, & alteri conferre. Atque ut respondeamus in forma ad argumentum: cùm ille dicit, Aut potest Summus Pontifex aliquo modo, hoc est, directè, vel indirectè auferre Regibus, & Imperatoribus Regna, atque Imperia aliisque conferre, aut non potest. Respondeo, potest; cum ille colligit, si potest, ergo est aliquo modo major Deo, quia quod Deus dedit, ipse aufert: nego consecutionem, nam Deus non dedit immediatè Regnum huic aut illi; sed dicitur potestas Regum esse à Deo, quia Deus voluit esse inter homines potestatem politicam, eamque distinctam ab Ecclesiastica; proinde cùm Summus Pontifex transfert Regnum ab uno ad alium, non tollit quod Deus dedit, sed ordinat, & dirigit; & quemadmodum Deus dat Regna hominibus mediante consensu, & consilio hominum; & potest, ac solet ea mutare & transferre de gente in gentem, mediante consilio & consensu eorundem hominum: ita potest majore ratione ea mutare, & transferre propter finem spiritualem per Vicarium suum generalem, quem constituit super totam familiam suam. At, inquit Barclajus, iste Vicarius non habet mandatum Domini, neque expressum, neque tacitum. Immò habet expressum, sed in genere: eo siquidem ipso quod factus est Pastor gregis totius, & Præpositus toti familiæ, & caput vice Christi totius corporis Ecclesiæ, intelligitur habere mandatum regendi, & dirigendi, & corrigendi omnes oves totius gregis; omnes conservos, qui sunt in familia; & omnia membra, quæ sunt in corpore: neque excipiuntur Imperatores, & Reges, nisi velint excipi à numero ovium Christi, & servorum Christi, & membrorum corporis Christi.

2 Adfert deinde Barclajus alterum argumentum, quod ego proposui adversus eorum sententiam, qui tribuunt Summo Pontifici potestatem temporalem directè in omnia Regna mundi: illudque retorquere conatur adversus meam, & aliorum Theologorum sententiam de potestate temporali indirectè, idest, in ordine ad spiritualia, sic autem loquitur.

Sed aliud longè efficacissimum, quod ex eodem Bellarmini libro, & capite supra retulimus, hoc loco ad institutum nostrum optimo jure in hunc modum adaptabimus. Si verum est, Papam habere potestatem indirectè disponendi de rebus temporalibus omnium Christianorum, aut eam habet jure divino, aut jure humano; si jure divino, deberet id constare ex Scripturis, aut certè ex Apostolorum traditione: ex Scripturis nihil habemus, nisi datas Pontifici claves Regni cælorum: de clavibus Regni terrarum nulla mentio fit: traditionem Apostolorum nullam adversarii proferunt.

Respondeo; Habèt Summus Pontifex jure divino

potestatem disponendi de rebus tem
norum in ordine ad finem spirituale
ex Scripturis; nam in clavibus Re
stolo Petro, pro se, & successori
th. 16. non intelliguntur quidem c
rum, de quibus nulla mentio facta
quia non erat necessarium, ut Sum
clesiæ simul esset Monarcha tempor
sed intelligitur potestas disponendi
quatenus ea juvant ad aperiendum
cœlorum, vel impediunt atque ob
aperiatur Regnum cœlorum.

3 *At, objicit Barclajus, (Quod si
presso Dei verbo, neque traditione A
potestatis confirmationem opus esse; cùn
& ex quadam sequela Pontifici competat
rabilis quadam accessio, & appendix
tualis, qua supremus animarum Pastor
gregis oves traditus est. Nos rursus ab
ejus accessionis, & conjunctionis testimo
vel traditione Apostolorum.*

Respondeo. Jam dixi, potestate
mur, haberi expressè in Scripturis
non in particulari; in illo videlicet
Tibi dabo claves Regni cælorum, & J
meas: atque ex iisdem istis testimo
particularem illam accessionem, &
potestatis disponendi de temporali
spiritualia, ut non semel explicatu
rum est quod Barclajus subjungit,
testatem tum à Christo, tum ab
successoribus alto silentio in Ecclesi
prætermissam. Nam à Christo satis
est in locis citatis: & ab Apostolo
1. Corinth. 6. cùm ait, *Nescitis, q
cabimus? quanto magis sæcularia?* & à
postolorum Petri, & Pauli, Roma
tificibus, re ipsa demonstrata est in
gum, & Imperatorum, jam inde
septingentesimo nam ante illud temp
cessitas, vel opportunitas.

4 *Objicit rursus Barclajus, (Si utra
tera: spiritualis scilicet à temporali, &
ri possit, locus erit sententia, qua quo
permittitur, id nec indirectè fieri statuit
tes definierunt, quoties aliquid directè
nec indirectè quidem, sive per consequ
nisi id quod prohibitum est, sequatur nec
re permissum, ita ut permissum sine pro
cedere, & nisi (ut cum Jure consulto d
raliter, de donatione inter vir. & uxor.)
commixta sit, ut separari non possit. L
lus rem alienare non potest, ne credere q
per ea mota concluditur, juxta Panorm.
de elect. & cap. cùm pridem, de pact.
què, & indirectè hoc modo rem alienaret
quatenus Papa nullam temporalem jurisdic
bet in Christianos, quod illi concedunt,
tentia effici videtur, eum ne indirectè qui
Quapropter ut suam hominibus sententiam
bent ex Scripturis, aut Apostolorum tra
nium proferre, vel saltem docere, te
tem de qua loquuntur ita conjunctam es
ut ab ea divelli, & separari, ut, in
sine ea consistere nullo modo possit: quod
re nequiverunt, nihil nisi opiniones incer
& rationes qua non satis videntur co
sumunt.*

Respondeo, De conjunctione & sep
siasticæ potestatis, & politicæ, du
quæstio; una, An possit Ecclesiastica
ne Politica, ita ut nullus in Ecclesia

litieus; & contra, An possit potestas politica inveniri in aliqua gente, ubi nullus sit Prælatus Ecclesiasticus; & hoc modo concedimus posse inveniri has potestates omnino separatas: primis enim temporibus Ecclesiæ fuit in terris Ecclesia sine ullo Principe temporali Christiano, & fuerunt eodem tempore, & sunt etiam nunc aliqua Regna infidelium, ubi nulli sunt Prælati Ecclesiastici. Altera quæstio esse potest, An possit dari summa potestas Ecclesiastica, sive spiritualis, quæ non habeat aliquo modo annexam potestatem disponendi de temporalibus in ordine ad spiritualia: & hoc modo negamus posse dari potestatem summam Ecclesiasticam, sive spiritualem, quæ non habeat annexam potestatem temporalem aliquo modo, idest, in ordine ad spiritualia. Nam etiam illo tempore, quo nulli erant in Ecclesia Principes temporales, potuit Princeps Ecclesiasticus jubere fidelibus, ut de bonis temporalibus alerent ministros Sacramentorum: item, ut fideles dirimerent inter se lites civiles, & non adirent pro his rebus tribunalia infidelium: quorum utrumque docet Apostolus in priore ad Corinth. cap. 6. & 9. Potuit quoque Ecclesia non tolerare super se Principem infidelem, si is avertere conaretur fideles à cultu veri Dei, ut S. Thomas docet in 2. 2. q. 10. art. 10. Denique illo tempore deerat usus potestatis hujus in Principes, quia nulli erant: sed potestas ipsa non deerat: aliud enim est potestas, aliud usus potestatis. Itaque fundamentum Barclaji de separatione harum potestatum omnino corruit, & eo ruente ruit totum ædificium argumentorum ipsius. Nam quod adducit ex jure civili, & canonico non facit ad rem, quia non admittimus separari posse omnino potestatem spiritualem à temporali; & contrarium pro comperto habemus; idque ex testimonio Scripturæ, & praxi Ecclesiæ. Barclajus autem assumit tamquam certa, & concessa, nos destitui testimonio scripturæ, & potestates illas nullo modo esse conjunctas: quæ nemo nostrum concedit; imò etiam falsa esse contendimus. Accedit præterea, quod quando in Ecclesia sunt Principes temporales, ut post primos ducentos, vel trecentos annos semper fuerunt: tunc potestas Ecclesiastica, & politica conjunctæ sunt adhuc strictiore vinculo; quoniam Princeps politicus subjectus est Principi spirituali, ut filius patri, & membrum capiti. Siquidem Respublica politica, & spiritualis unam Ecclesiam faciunt, non duas: & illius unius Ecclesiæ caput est Vicarius Christi, Petrique successor. Quare si quid valerent argumenta Barclaji pro Principibus qui fidem Christi numquam susceperunt, quod tamen non admittimus; certè pro Principibus Christianis, aut qui Christiani aliquando fuerunt, nihil prorsus valent. Sed de hac re plura suo loco dicenda sunt.

CAPUT VI.

Cur Primis septingentis annis Summi Pontifices non deposuerunt Reges hæreticos, vel Apostatas.

IN 6. Cap. Barclajus producit tamquam argumentum insolubile, quod neque usus, neque exemplum, neque mentio ulla talis Pontificiæ potestatis annis circiter mille in Ecclesia fuerit: cùm multi interea Principes Christiani impiè, crudeliter, perversè, & magno Ecclesiæ detrimento Regnis, atque Imperiis abuterentur. Deindè affert solutionem ad hoc suum argumentum, quam ante annos viginti ad argumentum simile dedit Franciscus Romulus in Responsione ad Apologiam, quæ falsò Catholica inscribebatur: & eam solutionem in toto capite, & sequentibus usque ad duodecimum prolixè admodum, & magnis clamoribus odiosissimè refellere nititur, ut in his sex capitibus non Jureconsultum, aut Theologum disputatorem: sed tragicum declamatorem agere voluerit. Quare adscribam hoc loco responsionem integram Francisci Romuli, ut eam Barclajus refert, deindè respondebo ad singulas partes Barclajanæ confutationis. Sic igitur loquitur Franciscus Romulus in Apologia cap. 8.

Jam verò quod quarto loco adversarius objicit de majorum nostrorum consuetudine, qui Principes multos hæreticos passi sunt, ut Constantium, & Valantem, Arianos; Anastasium Euthychianum; Heraclium Monothelitam, & si qui sunt alii, ad rem nihil facit; neque enim Ecclesia temerè, & inconsideratè potestate sua debet abuti. Porrò non rarò accidit, ut tanta sit quorundam Regum cum improbitate, ac sævitia juncta potentia, ut Ecclesiastica censura, neque ad eos coercendos quicquam prosit, & Catholicis populis, in quos Principes irritati magis sæviunt, plurimùm obsit. Quid enim quæso profuisset quondam Ecclesiæ, si tentasset, vel Ostrogothos Reges in Italia, vel in Hispania Visegothos, aut Vvandalos in Africa excommunicare, ac de solio deturbare, quamvis id facere optimo jure potuisset? Quod idem de Constantio, Valente, & aliis supra nominatis intelligi debet. Siquidem ea tunc erant tempora, ut potius ad martyrium subeundum Episcopi, quàm ad Principes coercendos parati esse deberent. At ubi vidit Ecclesia suæ potestati locum aliquem aperiri, vel cum ipsorum Principum spirituali utilitate, vel certè sine detrimento, & pernicie populorum: non sibi defuit, ut exempla paulò ante allata demonstrant. Sic enim Ecclesia Leonem Isauricum Imperii parte, & Henricum quartum toto Imperio, & Childericum Regno Franciæ spoliandos esse judicavit, ut re ipsa deinceps, & Leo parte Imperii, & Henricus Imperio toto, & Childericus Regno caruerit. Itaque veteres illos Imperatores Constantium, Valentem, & cæteros, non ideò toleravit Ecclesia (ut adversarius somniat) quòd legitimè in Imperium successissent; alioqui enim Leonem etiam, & Henricum, & Childericum, qui non minus legitimè successerant, pertulisset; sed quòd illos sine populi detrimento coercere non poterat, istos poterat.

Hæc responsio Francisci Romuli à morsibus Barclaji vindicanda est, tum quia ad rem nostram maximè facit, tum quia est hominis Catholici, & eruditi, cujus librum jam olim vidi non Romæ excusum, ut Barclajus fingit; sed in Galliis; qua urbe non memini. Ergo Barclajus partem illam reprehendendam primo loco sibi desumpsit, ubi dicitur, Ea tunc erant tempora, ut potius ad martyrium subeundum Episcopi, quàm ad Principes coercendos parati esse deberent. Quæ verba Barclajus pro sua modestia dicit, falsa esse, & in meris, mirisque mendaciis fundata. Deindè addit, ea indigna sibi videri, quæ ab ullo Catholico, nedum Theologo in medium adferantur. Denique ita in partem deteriorem ea verba interpretatur, ut exclamet: *Quid enim? an nos incidimus in ea tempora, quibus Episcopi milites potius quàm martyres esse debeant? aut legem Dei, atque Ecclesiam præliis, quàm prædicationibus defendere?* Atque hinc accepta occasione toto illo capite adversus mores Episcoporum, & Cardinalium maximo furore bacchatur. Sed nos conviciis, & maledictis prætermissis, & tota ejus canina eloquentia prætermissa, breviter respondebimus. Primò falsum esse dico, quod initio capitis ipse sumit, annis circiter mille, neque usum, neque exemplum, neque mentionem ullam talis Pontificiæ potestatis in Ecclesia fuisse: siquidem Exempla Gregorii primi, secundi, & quarti, nec non Zachariæ, & Leonis III. supra allata contrarium evidenter ostendunt. Deinde addo, Franciscum Romulum non divisisse responsionem in partes duas, ut iste fingit; una est

enim, & simplex responsio, videlicet non potuisse Ecclesiam illo tempore uti potestate sua; ideò subeundum fuisse martyrium potius, quàm fidem abnegandam. Quemadmodum etiam hoc tempore ubi Ethnici prævalent, ut in Insulis Japonis; vel hæretici, ut in Britannia, plurimi ad martyrium animantur, & reipsa martyrium fortissimo animo suscipiunt potiùs, quàm ad fidei abnegationem perduci se sinant. Adjungo postremò tempus martyrii proprium illud esse, cùm neque fuga, neque justa defensione, sed sola passione abnegatio fidei declinari potest. Neque enim Dominus in Evangelio vim vi repellere unquam prohibuit; fugam autem non modò permisit, sed etiam in certo casu, ut cùm Ecclesiæ necessitas, vel major utilitas id postulat, imperavit dicens: *Cùm vos persequentur in una civitate, fugite in aliam*, Matth. 10. neque in gladios persecutorum irruere, sed mortem pro fidei confessione illatam tolerare æquo animo jussit. Et quidem quod attinet ad fugam tam evidens est mandatum Domini, & testimonia, atque exempla sanctorum Prophetarum, & Apostolorum, quæ copiosè adducit S. Athanasius in Apologia pro fuga sua, ut nulla de hac re dubitatio Catholicis relicta sit, quod autem liceat vim vi repellere, & jure belli persecutionem sive gentilium, sive hæreticorum propulsare, si vires adsint; docent bella Machabæorum adversus Antiochum, qui populum Dei ad idololatriam compellere satagebat, docent bella Catholicorum adversus hæreticos in Africa tempore S. Gregorii, de quibus loquitur idem S. Gregorius, lib. 1. epist. 77. ad Gennadium Exarchum, ubi eum laudat, quòd magno zelo hæreticos armis persequeretur, eumque excitat, & hortatur, ut viriliter pergat, docent bella Catholicorum adversus hæreticos Albigenses, & Tholosanum Comitem Raymundum patronum ipsorum, ubi divina adjuvante gratia plus centum millibus uno prælio à Simone Comite Monfortio cum exigua manu cæsi sunt, ut scribit Paulus Æmilius lib. 6. historiæ Francorum, docent nostro tempore bella Helveticorum Catholicorum adversus Helveticos hæreticos Zuinglianos. Nam ut scribit Joannes Cochleus de Actis Lutheri anno 1531. Helvetii pro fide Catholica pugnantes, cùm numero, & viribus essent inferiores, & sola justitia causæ superiores, quinque præliis hæreticos gloriosè vicerunt, quo tempore autem Catholici à Constantio Ariano Imperatore vexari cœperunt, ad Constantem Principem Orthodoxum, qui in Occidente imperabat S. Athanasius aliique Episcopi Catholici confugientes literas impetrarunt minaces ad Constantium, ut habetur in historia tripartita, lib. 4. cap. 25. quibus literis ad tempus repressa persecutio est; sed paulò post Constante defuncto, & Constantio in toto orbe Romano Imperium obtinente, cùm nemo esset, qui illi resistere auderet; tempus illud advenit, quo Episcopi ad martyrium parari non autem de Imperatore excommunicando, vel deponendo cogitare deberent. Atque hæc est sententia Francisci Romuli, non ea, quam illi Barclajus affingit, quasi voluerit olim Episcopos martyres esse debuisse, nunc milites esse debere.

CAPUT VII.

Cur Ecclesia Constantium hæreticum, & Julianum Apostatam Imperatores non deposuit.

IN septimo capite refutare Barclajus aggreditur verba illa postrema Francisci Romuli. *Itaque veteres illos Imperatores Constantium, Valentem, & cæteros, non ideò toleravit Ecclesia, quòd legitimè*
fuissent: alioqui enim Leonem etiam,
Childericum, qui non minus legitimè fu
set; sed quòd illos sine populi detrimen
rat, istos poterat. Et miratur, hoc
larminum, lib. 5. de Pontifice, ca
miretur, sciat hoc idem sensisse S
quæst. 12. art. 2. ad primum, ubi
lerasse, ut fideles obedirent Julian
in sui novitate, nondum habebat
Principes terrenos. Existimat igitur
siam facilè potuisse, si voluisset,
Arianum, tum Julianum Apostat
bare; sed id non fecisse, quòd scir
Imperium successisse. Argumenta
mùm, quia totus orbis tempore C
nus erat, & ejus pars maxima O
mum, inquit, *esse dico, non potuis*
illos æquè facilè, atque istos, ne dica
detrimento populi, sive id armis tentar
& hominis devoti opera uti voluisset.
sub Constantio Christianus fuit (ut ex
gni ad Ecclesiam, ab Eusebio, & Nice
& ejus pars maxima Orthodoxa: ita
primendum Imperatorem nequaquam de
pium credidissent armis adversus legiti
certare.

Respondeo. Primùm, verum
Constantii totum orbem fuisse C
hoc dicit in ea epistola Constantin
verum, quomodo Simmachus Præ
oratione (quæ extat apud S. Ambr
las ejus vigesimam nonam, & tri
persuadere conatus fuisset Valenti
ut sacra gentilibus Romanis restitue
nes Chrysostomus in orat. de sanct
doretus, in libris de curandis Græc
ram multa disputassent adversus ger
Cur S. Augustinus, & Paulus Orosi
tra querelas gentilium, ille libros
historiam cladium, quas Romani
advenisset acceperant? Denique B
post tempora Constantini ad Orie
trionem Romani assiduè decertaban
Sarmatæ, Gothi, nonne maxim
erant? Deinde etiamsi hoc esset
inde rectè colligi posset, facilè fui
re Constantium, vel Julianum: n
potentissimi erant, & multas legio
bant, adversus quas nihil poterat
fidelium, præsertim cùm Principem
num non haberet, qui vellet, aut
re, & armatam ducere adversus I
certè tempore in Imperium Turc
Christiani, & fortasse plures nume
cæ sint: tamen quia neque Ducem
promptu habent, adversus Turca
possunt; quæ causa fuit olim, cur
Gothorum, neque Africani Wa
Galli Francorum excutere possent.
ratorem Græcum facile fuit Summ
rio excludere ab Imperio Italiæ,
in Italia debilitatæ erant, & Proc
sum maximè expetebant, ut facul
daretur deficiendi ab Imperatore in
Childericum Regem Francorum nu
Zacharias Pontifex Regno privare,
ceres Franci cuperent, & ipse pote
darum ad Magistrum Palatii transl
langueret. Denique Henricum Imp
Gregorius Papa deponendum esse d
vissima ejus crimina vocibus populo

ta justitiam postularent, ut Marianus Scotus aliique ejus temporis historici docent.

Addit Barclajus, temporibus Constantii non defuisse in Ægypto, & Lybia, aliisque locis per Asiam, & Europam Monachos permultos, in quibus non minor zelus erat quàm in illo, qui Henricum tertium Francorum Regem confodit, qui, si licuisset, facilè Constantium de medio tollere potuisset.

Respondeo. Non pertinet ad Monachos, aut alios Ecclesiasticos viros cædes facere, ut habetur 23. q. 8. Can. 1. & seq. multò autem minus per insidias Reges occidere. Neque Summi Pontifices consueverunt ista ratione Principes coercere; Ipsorum mos est, primùm paternè corripere, deinde per censuram Ecclesiasticam Sacramentorum Communione privare; denique subditos eorum à juramento fidelitatis absolvere, eosque dignitate, atque auctoritate Regia, si res ita postulat, privare. Exequutio ad alios pertinet. Quare Innocentius Pontifex cùm in Concilio Lugdunensi Friderico II. Imperium abrogasset, dixisse fertur, *Ego, quod meum est, feci; faciat, & prosequatur super his Deus, quod voluerit*. Id refert Matthæus Paris in Henrico III. referens acta anni Domini 1245.

Pergit deinde, & probare nititur, facile fuisse Ecclesiæ tollere de medio Julianum Apostatam, & Valentem Arianum, quia exercitus eorum magna ex parte Catholici erant, & Episcopis obedientes, quod cùm non fecerit, sequitur, aut Pontifices illius temporis non esse functos officio suo, aut credidisse non sibi licere Principes, quamvis Apostatas, aut hæreticos deponere.

Respondeo. Julianum Apostatam difficillimum fuit deponere, quoniam ipse solus Imperium regebat, neque verum est totum ejus exercitum fuisse Christianum: scribit enim Ruffinus, lib. 2. cap. 1. totum fuisse pollutum sacrilegiis, sacrificiis videlicet idololatricis: Nam, ut scribitur in Historia tripartita, lib. 7. cap. 1. legem tulerat Julianus, ut omnes milites sacrificarent Idolis, aut de militia ejicerentur. Itaque plenus erat exercitus Paganis, aut iis, qui à Christo defecerant. Neque his repugnat, quod adversarius citat ex Ruffino, Socrate, & Theodoreto; Joviano recusante Imperium sumere, quod ipse Christianus cùm esset, Paganis imperare nolebat, exercitum una voce clamasse, & nos Christiani sumus. Siquidem ea vox significabat, plerosque illorum corde, ac voto Christianos fuisse, non manifesta professione: alioqui Jovianus, non eis objecisset paganismum, neque dixisset, se nolle imperare Paganis. Itaque ii qui erant in exercitu Juliani Christiani, occulti erant, & communicatione sacrilegorum maculati, Pagani habebantur. De valente idem omnino dici potest: quamvis enim paucos quosdam in exercitu suo Catholicos haberet, tamen multitudo, Principis sequebatur errores. Neque alia causa est, cur Valentinianus Catholicus Imperator fratrem Valentem hæreticum toleraret, nisi quia non facile erat sine periculoso, & ambiguo bello de Imperatorio solio illum dejicere.

Subjungit postremò Barclajus duo Patrum testimonia, unum S. Gregorii Nazianzeni, orat. 1. in Julianum, cujus verba sunt, *Coercitus est Dei clementia, & lachrymis Christianorum, quæ multæ sunt, & à multis erant effusæ, cùm solum hoc contra persecutorem haberent remedium*. Alterum, S. Augustini, tract. in Psal. 124. qui sic loquitur. *Julianus extitit infidelis Imperator, nonne extitit Apostata, iniquus, idololatra? Milites Christiani servierunt infideli Imperatori: ubi veniebant ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum, qui in cælo erat; quando volebat ut Idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deum: quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant, distinguebant Dominum æternum à Domino temporali, & tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali*.

Respondeo. S. Gregorius dicit, nullum adversus Juliani persecutionem fuisse remedium præter lachrymas; quoniam non habebat Ecclesia vires, quibus illius tyrannidi resistere posset. Ideò enim lachrymis Dei benignitas imploranda erat; quoniam aliunde auxilium expectari non poterat. Neque negavisset S. Gregorius, potestatem politicam jure subjectam esse debere spirituali Pontificum potestati, cùm hoc ipsum disertis verbis scriptum reliquerit, in Oratione ad populum pertimescentem, & Præsidem iratum: quare hoc loco de facto loquitur non de jure. Sanctus Augustinus rectè dicit, Milites Christianos servivisse Juliano Imperatori infideli, quoniam initio Imperii sui tolerabat Christianos; nec solos milites Christianos esse patiebatur; sed etiam Episcopos Catholicos, quos Constantius Arianus relegaverat, ad sedes suas reverti permisit, ut refert Ruffinus, lib. 1. cap. 27. postea tamen, ut ex Tripartita citavimus, cogebat omnes, aut idolis sacrificare, aut militia excedere: quo tempore Jovianus, & Valentinianus cingulum militiæ abjicere, quàm idolis sacrificare maluerunt; propter quod Deus, qui reddit centuplum in hac vita, utrique paulò post, pro cingulo militiæ Regium diadema donavit. Porrò Barclajus perperam interpretatur illa verba; *Ubi veniebant ad causam Christi*: dicit enim, causam Ecclesiæ esse causam Christi; & ideò si licitum esset Imperatorem Apostatam deponere, debuissent milites Christiani, jubente Ecclesia, in ipsum Julianum arma convertere. At S. Augustinus verba sua ipse interpretatur, cùm ait: *Quando volebat Julianus, ut Idola colerent, præponebant illi Deum*. Hanc igitur vocat causam Christi S. Augustinus: quamvis autem sit etiam Christi causa, Ecclesiæ causa, tamen non tenebantur milites Christiani in Imperatorem suum, quamvis Apostatam, & persecutorem arma convertere, nisi antea hostis judicatus esset: Ecclesia verò tolerandum potius censuit, quàm irritandum, cùm satis virium ad eum deponendum non haberet, ut sanctus Thomas ad hoc ipsum Argumentum respondet in 2. 2. qu. 12. artic. 2.

CAPUT VIII.

Cur Ecclesia non deposuit Valentinianum Juniorem Arianum.

IN cap. 8. Barclajus probat, non defuisse vires Ecclesiæ, quibus Valentinianum Juniorem hæreticum ab Imperio deponeret: sed frustra laborat; non enim Franciscus Romulus, cujus disputationem Barclajus refellendam suscepit, de isto Valentiniano ullam mentionem fecit: sciebat enim facile fuisse S. Ambrosio illum dejicere, præsertim cum Maximus Princeps Catholicus jam esset in armis, ut Valentinianum hæreticum coerceret, & tota civitas Mediolanensis, & ipsi etiam milites ab Ambrosio starent. Cur igitur, inquies, S. Ambrosius Valentinianum hæreticum toleravit? Causa est in promptu, quia Valentinianus puer erat, & non proprio judicio, sed matris auctoritatem sequutus Ecclesiam persequi cœpit. Sperabat verò S. Ambrosius facilè posse adduci eundem Valentinianum, ut Parentis sui Valentiniani senioris, & fratris Gratiani, necnon collegæ Theodosii Catholicorum Imperatorum fidem, & pietatem sequeretur. Quod etiam brevi contigit: resipuit enim Valentinianus, & S. Ambrosium ita colere cœpit, ut nullum haberet, cui magis fideret, neque quem magis observaret: denique parentis loco illum deinceps semper habuit, quæ omnia vera esse intelliget, qui

oratio-

orationem ejusdem S. Ambrosii in funere Valentiniani Imperatoris habitam legere voluerit. Ex quo etiam respondetur ad id quod Barclajus objicit de Theodosio Imperatore, qui Valentinianum ad se confugientem complexus est, eumque fugato Maximo in Imperium restituit.

Res notatu digna, inquit Barclajus, *hæreticus à Catholico fugatur, ad Catholicum auxilii causa fugit: à quo & reprehensus est propter hæresim, & propter reverentiam Majestatis humaniter exceptus, atque in Regnum restitutus: & quia Ecclesia rebellionem, Religionis ergo, adversus legitimum Principem non laudavit; Maximus neque reformator Imperii dictus est, neque restaurator Ecclesiæ, sed rebellis, & tyrannus.*

Respondeo. Theodosius optimo jure Valentinianum adjuvandum suscepit adversus Maximum, tum quia animadvertit, illum à matre seductum facilè posse ad Fidem Catholicam reduci, quod ut (diximus) continuò factum est; tum quia Theodosius à Gratiano Valentiniani fratre ad Imperii societatem vocatus fuerat, proinde æquum erat, ut benefactoris sui fratrem, & Imperii collegam in tanto periculo non desereret; tum denique quia Maximus non præcipuè propter Religionem, sed propter dominandi cupiditatem Imperium usurpaverat, & Gratianum legitimum Principem interfecerat. Itaque Theodosius non adversus defensorem Catholicæ Fidei, sed adversus parricidam Imperatoris, & injustum Imperii usurpatorem arma suscepit.

His explicatis Barclajus, quasi parta victoria exultans, ait: *Hæc cùm ita sint, desinant nunc velim adversarii commento suo nobis imponere, aut saltem dicant, unde id hauserint?*

Respondeo. Commentum dici non potest, quod omnes Doctores, & ipsa Concilia generalia tradiderunt. Unde autem id hauserimus, non semel ostendimus, & paulò post clarius ostendemus.

Subjicit Barclajus: *Constat omnes ea ætate sensisse, nullam vel Episcopo Romano, vel Ecclesiæ universæ temporalem potestatem ullo modo, ullave ex causa in eos competere, sed solius Dei judicio, quantum ad pœnas temporales relinquendos*, & paulò post, *Hujus*, inquit, *rei testem in primis Tertullianum produco, qui de Imperatoribus loquens in Apologetico, Sentiunt*, inquit, *Deum esse solum, in cujus solius potestate sunt, à quo solo sunt secundi, post quem primi, ante omnes Deos, & super omnes homines, & in libro ad Scapulam, Colimus, inquit, Imperatorem sic, quomodo, & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem à Deo secundum, & quicquid est à Deo consecutum, solo Deo minorem: hoc & ipse volet; sic enim omnibus major est, dum solo vero Deo minor est.*

Respondeo. Falsum est, constare, omnes Doctores ea ætate sensisse, nullam vel Episcopo Romano, vel Ecclesiæ universæ temporalem potestatem ullo modo, ullave ex causa in Principes Christianos competere. Auctores enim, quos Barclajus adducit, & paucissimi sunt, & non dicunt quod ipse affirmat. Tertullianus, qui primo loco citatur, de Principibus Ethnicis loquitur, qui toti Orbi Romano imperabant, & nondum sceptra sua Christo subjecerant. Itaque secundi à Deo in rerum temporalium administratione de facto dici poterant; *At*, inquit Barclajus, *lex Christi jure suo neminem privat, proinde Reges, & Imperatores accedendo ad Ecclesiam, nihil juris sui temporalis amittunt*. Verum est, nihil amittunt, sed multa lucrantur potius, cùm & Reges temporales sint, ut antea erant, & Regni cœlestis hæredes fiant, quod antea non erant. Sed si ad Regnum cœleste adipiscendum, oporteat eos Vicario Christi subesse, ut jam non liceat illis temporali potestate abuti ad suam, & aliorum perditionem, molestè ferre non debent.

Secundo loco Barclajus Ambrosi
in Apologia David sic loquitur: *Re*
vid) nullis ipse legibus tenebatur, qui
à vinculis delictorum: neque enim ulli
tur legibus, tuti Imperii potestate.
Respondeo. Liberi sunt Reges à
tum suis, tum prædecessorum Regi
parem non habet potestatem: non
ri à legibus Dei, & Ecclesiæ; & h
commune fuisse cum Regibus testan
lis erat David. Siquidem cùm Re
lere vellet in templo Domini, qu
summi Sacerdotis, & repulsus à
acquiesceret, continuò lepra percu
dicium Sacerdotum coactus est ha
à Regni administratione cessare; u
Paralip. cap. 26. Addit Josephus li
cap. 11. ab eo tempore Oziam pri
longo mœrore consumptum. Simil
Principem Christianum lepra hær
nit Summus Pontifex, segregat illu
per sententiam excommunicationis,
ficiat, solvit ejus subditos à jurar
atque si opus sit, jubet etiam sub
nicationis pœna, ne illum pro Re
ve illi ut Regi pareant.
Tertiò Barclajus Gregorium Turo
ducit, qui in lib. 5. hist. Francorum
bis alloquitur Regem: *Si quis de n*
tia tramites transcendere voluerit, à t
verò tu excesseris, quis te corripiet? t
sed si volueris, audis, si autem noluer
nabit, nisi is, qui se pronunciavit esse
Respondeo. Loquitur Gregoriu
quam habent Reges de facto coger
ticulares, & quam non habent ho
ad cogendos Reges: accusaverat e
ricus Prætextatum Episcopum Roth
quam reum Majestatis, apud Parisi
in qua cum aliis multis Gregorius
bat: & quoniam Gregorius Præte
tem esse, & à subornatis falsis testi
ligebat, condemnationi ejus assentir
lebat. Itaque sciens Rex unum Gr
stere, dixit illi, O Episcope justitia
debes; & ecce ego justitiam à te
ut video consentis iniquitati, & in
verbium illud, quòd Corvus oculu
ruet. Tum Gregorius demonstrare
posse, ut aliquis nolit Regi justiti
Rex possit eum cogere, ut justitia
contrariò fieri posse, ut Rex nolit
cùm nemo possit eum cogere, ut
respondit verba superius posita: *Si*
Rex, justitiæ tramitem transcendere v
pi potest: si verò tu excesseris, quis te
hanc esse sententiam horum verbo
perspicuum est ex verbis præcedent
ex eventu illius causæ, nam cùm
bus, & dolis conatus esset extorque
tentiam damnationis contra Prætex
obtinuisset; vi adhibita, conjecit eu
& cùm is elabi voluisset, graviter
missus est, ut eodem loco narrat C
iam Aimoinus, lib. 3. hist. Francor
que hic finis furoris fuit Fredegundi
jus gratiam Rex omnia illa molieb
postea per Guntrannum Regem Præ
sedem restitutus fuisset, dolo ejusde
earium quendam ad altare sacrum
cisus fuit, teste eodem Gregorio lib
Prætextatus inter sanctos Martyre

Hæc igitur est illa potestas, quam Reges in Episcopos habent, ut videlicet vi adhibita contra justitiam in illos, si velint, animadvertant; & quam non habent Episcopi in Reges, ut eos quamvis jure damnatos obtemperare cogant, nisi ab alta temporali potestate majori juventur.

Quarto loco adducit Barclajus testimonium sancti Gregorii Papæ, qui se famulum Imperatoris appellavit, & Imperatori coelitus datam potestatem super omnes homines fassus est. De quo testimonio satis multa dicta sunt capite tertio, neque opus est illa repetere.

Ultimo loco adducit Othonem Frisingensem in epistola ad Fridericum Ænobarbum, cujus hæc sunt verba, *Soli Reges, utpotè constituti supra leges, divino examini reservati, sæculi legibus non cohibentur: unde est illud tam Regis, quàm Prophetæ, Tibi soli peccavi: & mox, Cùm enim juxta Apostolum homini mortali horrendum sit incidere in manus Dei viventis; Regibus tamen, qui nullum præter ipsum supra se habent, quem metuant, eo erit horribilius, quo ipsi possunt cæteris peccare liberius.*

Respondeo. Otho Frisingensis apertè loquitur de legibus sæculi, quibus sine dubio Reges subjecti non sunt, subjectione coactiva: nam non solùm in verbis citatis habetur, sæculi legibus non cohibentur; sed etiam paulò ante sic loquitur Otho: *Præterea cùm nulla inveniatur persona mundialis, quæ Mundi legibus non subjaceat, subjacendo coerceatur, soli Reges, utpotè constituti supra leges &c.* At, addit Barclajus, *Reges ex Othonis sententia nullum habent supra se, quem timeant, nisi Deum; ergo non solùm à legibus sæculi; sed etiam à legibus Ecclesiæ, saltem quoad temporalem pœnam liberi sunt, alioqui haberent supra se Summum Pontificem, quem timerent, & non solum Deum. Præterea ex ejusdem Othonis sententia, Reges divino solius Dei examini reservantur: non igitur judicio subjiciuntur Papæ, saltem in temporalibus.*

Respondeo. Otho Episcopus Catholicus, & pius, non voluit dicere, Reges non teneri legibus Pontificiis, vel non habere super se Christi Vicarium, quem timeant, vel non subjacere summi Pontificis examini saltem in rebus spiritualibus; & quoad pœnas spirituales; si enim id vellet, hæreticus esset. Ergo cùm ait, Reges solius Dei examini reservari, & non habere super se, quem timeant, nisi Deum, & solutos esse legibus, utpotè supra leges constitutos; necesse est restrictionem addere, vel ex parte legum, vel ex parte pœnæ. Barclajus libenter admittet restrictionem ex parte pœnæ; sed nos dicimus restrictionem subintelligendam esse solùm ex parte legum. Id probamus, quia in verbis Othonis invenitur restrictio ex parte legum, cùm dicat, eos non subjacere mundi legibus, & rursum, sæculi legibus non cohiberi: restrictio ex parte pœnæ, temporalis videlicet, in verbis ejus, nusquam legitur. Præterea, non ignorabat Otho Childericum Regem à Summo Pontifice fuisse depositum, & postea Henricum Imperatorem à Gregorio Papa VII. exauthoratum, nam utriusque rei meminit in Historia sua, lib. 5. cap. 23. lib. 6. cap. 34. 35. 36. neque reprehendit factum: immò videtur probare cùm his verbis laudet Gregorium VII. lib. 6. cap. 34. *Forma*, inquit, *gregis factus, quod verbo docuit, exemplo demonstravit, ac fortis per omnia athleta murum se pro domo Domini ponere non timuit*: & cap. 36. *Ecclesia*, inquit, *tanto Pastore, qui inter omnes Sacerdotes, & Romanos Pontifices præcipui zeli, & auctoritatis erat, orbata dolorem non modicum habuit.* Igitur sensus verborum Othonis hic erit, Reges legibus sæculi non teneri, & quantum ad eas leges solius Dei examini reservari, & quantum ad easdem leges, neminem super se habere, quem metuant, nisi Deum.

Propter hæc testimonia triumphat Barclajus dicens: *Si contrariæ opinionis assertores tot antiquorum Patrum testimonia, immò si vel unum proferre possint, quo disertè scriptum sit, Ecclesiam, vel ejus caput summum Pontificem habere temporalem illam potestatem in Reges, & Principes sæculares, & posse eos temporalibus pœnis quoquo modo, directè scilicet, vel indirectè coercere, aut Regno, Regnivè parte mulctare, non equidem recusabo, quo minus lis tota secundum ipsos sine provocatione judicetur.*

Respondeo. Auctores à Barclajo producti, non disertè scripserunt, Reges, & Principes Christianos non posse ab Ecclesia, vel ejus capite Summo Pontifice pœnis temporalibus directè, vel indirectè coerceri, aut Regno, Regnivè parte mulctari: & si hoc disertè scripsissent possemus nos Tertulliano ab ipso allato S. Cyprianum opponere, qui lib. 1. Epistol. 3. jubet cum hæreticis nulla commercia copulari: quod antea S. Irenæus Tertulliano antiquior docuerat, lib. 3. cap. 3. adversus hæreses dicens: *Tantum Apostoli, & horum discipuli timorem habuerunt, ut neque verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem; quemadmodum, & Paulus ait, Hæreticum hominem post unam correptionem devita.* In quam sententiam omnium Patrum testimonia possent adduci. Ex quibus apertè colligitur, hæreticum Regem, si id fieri possit, non esse ab Ecclesia tolerandum, sed excommunicandum; & fidelem populum ab ejus obedientia removendum, ne cogatur ei servire, quem vitare jubetur, neque cum eo commercia copulare, cum quo ne colloquium quidem miscere deberet. S. Ambrosio, S. Gregorium Nazianzenum opponeremus ejus æqualem, qui in oratione ad populum timore perculsum, & Præsidem irascentem, comparavit spiritualem potestatem animæ, temporalem carni, ac docuit, ita subjectam esse debere potestatem temporalem spirituali, ut caro subjecta est animæ. Atque hoc ipsum est fundamentum sententiæ nostræ. S. Gregorio Turonico opponeremus, S. Gregorium Romanum ætatis ejusdem, qui, ut suprà diximus, in duobus privilegiis illa verba apposuit. Si quis autem Regum, Antistitum, aut Judicum, aut quarumcumque sæcularium personarum hujus Apostolicæ auctoritatis, & nostræ præceptionis decreta violaverit, honore suo privetur. Denique Othoni Frisingensi opponeremus Gregorium VII. centum ferè annis antiquiorem, qui disertè scribit, posse Regem sæculi à Sede Apostolica certis de causis Regno privari, vide Epistolam ejus ad Episcopum Metensem. Opponeremus etiam S. Bernardum, & Hugonem de S. Victore, qui Othonis tempore floruerunt, quorum testimonia in præfatione produximus. Opponeremus præterea S. Thomam, & S. Bonaventuram, qui Othone Frisingensi, non multum ætate inferiores; sed doctrina, & sanctitate longè superiores, disertissimè docent, quod Barclajus requirit: vide testimonia ipsorum supra allata. Præterea, quinque testimoniis veterum Scriptorum opponeremus plusquam septuaginta testimonia Scriptorum variarum ætatum.

Denique quinque hominibus à Barclajo in testes adductis opponeremus decem concilia, quorum duo generalia fuisse non dubium est. Neque ideò conciliis, præsertim generalibus minus credendum est, quia posteriora fuerunt: Nam eadem est Ecclesia, & Conciliorum eadem est auctoritas, sive priora sint, sive posteriora: & quemadmodum in Concilio Niceno post annos trecentos ab adventu Domini licitum fuit Ecclesiæ scripturas de filii Dei consubstantialitate declarare, ac illam præcipuè, Ego & Pater unum sumus; sic etiam licitum fuit post annos septingentos eidem Ecclesiæ scripturas de potestate Summi Pontificis explicare, qualis illa est; Quicquid li-

gaveris

gaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quicquid solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Quare si Barclajus pollicitationi suæ stare vellet, lis tota sine provocatione finita esset.

CAPUT IX.

An potuerint posteriores Principes sine detrimento populi per Ecclesiæ auctoritatem Principatu privari: & simul, justa ne, an injusta fuerit Gregorii VII. sententia in Henricum Imperatorem.

IN Cap. 9. Barclajus aggreditur demonstrare falsam esse illam alteram partem sententiæ Francisci Romuli, quòd videlicet Ecclesia sine detrimento populi potuerit Regno, vel parte Regni privare Childericum, Leonem, & Henricum: probat autem id esse falsum, quia Henricum IV. Imperatorem Gregorius VII. Papa non sine magno populi detrimento deposuit, cùm, Othone Frisingensi auctore, inde nata sint bella, schismata, & alia id genus multa. Sed Franciscus Romulus non de uno Henrico loquutus est, sed de Leone quoque & Childerico. Constat autem Leonem Isauricum Imperatorem parte Imperii mulctatum sine ullo populi detrimento: quod idem manifestissimè constat de Childerici Regis depositione, & Pipini exaltatione, ad quæ duo exempla Barclajus nihil habuit quod responderet; ideò silentio illa involvens, in solo Henrico demoratus est. Quid si addamus etiam translationem Imperii à Græcis ad Francos sine populi detrimento à Leone III. Pontifice factam, completus erit numerus ternarius exemplorum, quæ Franciscus Romulus adferre voluit. Quia tamen Barclajo placuit de solius Henrici depositione Franciscum Romulum reprehendere, quasi vel historias ignoraverit, vel alia de causa mentiri voluerit. Respondeo, detrimenta aliqua populum Christianum accepisse ex Henrici excommunicatione & depositione, sed emolumenta majora detrimentis fuisse, ut non immeritò dici possit, sine detrimento populi rem illam esse peractam; neque enim detrimentum pati dici potest, qui jacturam facit frumenti, quod seminando spargit in sulcos, si tempore messis multiplicatum cum exultatione reportet. Vidit Gregorius Pontifex sanctus, & sapiens plenas esse provincias concubinariis, & simoniacis; animadvertit Imperatores contra Canones sacros, ac præcipuè Octavæ Synodi generalis, investituras Episcopatuum, & Monasteriorum sibi vendicasse. Adjecit animum ad Ecclesiam repurgandam, & liberandam, & quamvis per multas molestias, & pericula, partim per se, partim per successores, quod voluit ad fęlicem exitum perduxit, nam & Sacerdotibus abstulit concubinas, & beneficia ecclesiastica, ut gratis darentur & acciperentur, effecit &, quod erat omnium difficillimum, investituras Ecclesiarum Henrico V. Henrici IV. filio, Callixto II. Pontifici liberè renunciante, recuperavit. Id quod sine manifestis signis, & prodigiis cœlestibus factum non fuisse, testatur Abbas Urspergensis in Chronico.

Sed libet jam per partes discutere, quæ Barclajus adversus Gregorium VII. ex Othone Frisingensi, aliisque auctoribus annotavit. Primùm igitur adfert illa verba Othonis Frisingensis lib. 6. cap. 35. *Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum gesta, & nusquam invenio quemquam eorum ante hunc (Henricum IV.) à Romano Pontifice excommunicatum, vel Regno privatum; nisi fortè quis pro anathemate habendum ducit, quod Philippus ad breve tempus à Romano Episcopo inter pœnitentes collocatus, & Theodosius à B. Ambrosio prop*
à liminibus Ecclesiæ sequestratus sit.

Respondeo. Fuit quidem Otho F
na, moribus, & nobilitate insign
gendo, & relegendo non invenit om
dium Imperatorem ab Innocentio I.
ejectionem S. Joannis Chrysostomi,
fuisse testatur Nicephorus lib. 13. ca
tentiam ipsam excommunicationis a
ejusdem excommunicationis memini
in epist. ad Episcopum Metensem.
Isauricum Imperatorem à Gregorio
Gregorio III. excommunicatum pro
nomachorum, & vectigalibus Italia
tur historici Græci, & Latini, ut fu
mus.

Deinde Barclajus ex eodem Otho
mala, quæ ob excommunicationem
peratoris Ecclesiæ acciderunt, bella
mata, exilium Papæ, cædem Rudo
à Gregorio electi, & alia id genus
ratis exclamat: *Hoccine est Principem*
puli coercere?

Respondeo. Quando Evangelium
cœpit ab Apostolis in Hierusalem, e
tio magna in Ecclesiam, Stephanus
bus capite cæsus, Petrus conjectus i
les dispersi per varias regiones: quan
n cœpit idem evangelium inter gen
est Imperium Romanum universum,
ortæ gravissimæ, direpta bona, incen
ges Sanctorum toto orbe terrarum
quæro igitur an Evangelium cum det
salute populorum prædicatum sit? si
consideretur, videbitur Evangelium
perniciem populis attulisse: sed si n
lumine repurgato res eadem spectet
parebit idololatriam fuisse de Mundo
siam propagatam, Martyres corona
na omnia per Evangelium ad nos v
quid (ut paulò ante diximus) accid
Papa Gregorius Henricum Imperato
catione coercuit.

Pergit Barclajus, & factum Grego
prehendit: *Fieri potest, ut bono id an*
rius (Deus de intentione judicet) at fieri
citè, prudenter, & ex officio fecerit; &
verit more, & consilio humano; cùm id
suum sanè non erat; deponendi scilicet,
ratoris munus, inque ejus locum alterius
tem, & infra: *Culpa igitur Gregorii P*
in hoc negotio videtur.

Respondeo. Satis audacter Barcla
Domini, & suum, atque omnium C
dicem sententiam tulit: nec saltem d
picando, vel opinando locutus est;
absolutè quasi de re explorata, & cer
fieri non posse, ut Gregorius in hac
terque se gesserit. At ego sententiam
& temerariam, ne dicam sacrilegam,
his argumentis fuisse demonstro.

Primùm, constat sententiam Greg
Episcopis, qui in Concilio Romano
runt, fuisse probatam. At quis cred
cum universo Concilio tam injustam
tem sententiam tulisse, ut Barclajus

Deinde, judicium Gregorii VII. c
nes ejus successores, Victor III. Urb
lis II. Gelasius II. & Callixtus II. cu
facta est inter Sacerdotium & Regi
omnes isti viderunt bella & schisma
sione sententiæ Papæ Gregorii: qu

certissimum est, justam, & prudentem fuisse sententiam, quam Gregorius tulit, cùm tot prudentissimi, justissimique Pontifices Conciliis Episcoporum cooperantibus, & spreta persecutione schismaticorum, defendendam, confirmandamque susceperint.

De Victore tertio, qui proximè post Gregorium sedit, testis est Leo Ostiensis in Chronico Cassinensi lib. 3. cap. 71. ab eo celebratum fuisse Concilium Beneventanum, atque in eo confirmatam sententiam Gregorii VII. de investituris cum illa clausula, *Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cujusvis potestatis sæcularis Episcopatum, vel quamvis aliam Ecclesiasticam dignitatem dare præsumpserit, ejusdem sententiæ vinculo se adstrictum noverit.*

De Urbano secundo, Victoris tertii proximo successore, Bertoldus Constantiensis ejus temporis historicus scribit, in Synodo Beneventana anno Domini 1091. confirmatam ab Urbano sententiam excommunicationis in Guibertum Antipapam, & omnes ejus complices, quorum præcipuus erat Henricus Imperator. Item anno 1095. eandem sententiam confirmatam ab eodem Urbano in Synodo Placentina, coram innumerabili multitudine, & anno eodem rursus confirmatam in Concilio generali Claramontano.

De Paschali secundo, Urbani secundi proximo successore, testatur Abbas Urspergensis anno 1102. in Concilio Romano generali à Paschali confirmatam fuisse sententiam Gregorii VII. & excommunicatum Henricum, & omnes illi adhærentes. Addit quoque idem Abbas, se præsentem Romæ fuisse, & audivisse feria quinta in Cœna Domini ab ore ipsius Pontificis, cùm Henricus excommunicatus denunciaretur.

De Gelasio secundo, Paschalis secundi proximo successore, testatur idem Abbas Ursupergensis anno 1118. ab eo per Cononem Episcopum Card. Prænestinum, Legatum suum in Concilio Coloniensi, & altero Friteslatensi, confirmatum decretum Paschalis de excommunicatione Imperatoris Henrici.

De Callixto secundo, Gelasii proximo successore, testatur Abbas Urspergensis, in Chronico, nec non Sugerius Abbas in vita Ludovici Regis Francorum, necnon Rogerius in annalibus Anglicanis, à Callixto in Concilio Remensi Patrum quadringentorum iterum confirmata decreta synodalia prædecessorum, Gregorii videlicet, Victoris, Urbani, Paschalis, & Gelasii.

Tertiò, judicium Gregorii septimi approbatum fuit àb omnibus bonis, qui tunc vivebant, quique longè melius scire poterant justitiam, vel injustitiam illius causæ, quam Barclajus, qui plus quingentis annis posterior est. Marianus Scotus, qui tempore Gregorii vixit, in Chronico anni 1075. *Gregorius*, inquit, *querimoniis & clamoribus Catholicorum justis, adversus Henricum, & scelerum ejus immanitatem auditis, zelo Dei accensus jam dictum Regem excommunicatum pronunciavit, maximè propter simoniam: quod factum Catholicis viris beneplacuit; Simoniacis verò, & fautoribus Regis nimirum displicuit*, hæc ille, qui non de uno, aut altero loquitur, sed in commune de multitudine Catholicorum factum Pontificis approbante.

Lambertus Schaphnaburgensis, qui eodem tempore vixit, in historia rerum Germanicarum, *Hildebrandi*, inquit, *constantia, & invictus adversus avaritiam animus omnia excludebat argumenta humanæ fallaciæ*, & infra: *Signa, & prodigia, quæ per orationes Gregorii Papæ frequentius fiebant, & zelus ejus ferventissimus pro Deo, & Ecclesiasticis legibus, eum contra venenatas detractorum linguas communiebant*, hæc ille, qui non solùm detractores sui temporis, sed etiam Barclajum detractorem confundit: neque enim Gregorius tam charus Deo fuisset, neque per eum tot miracula Deus patrasset, si sententiam tulisset tam injustam, & tam imprudentem, & tot malorum causa extitisset, ut Barclajus dicit. Idem Lambertus refert ibidem horribilem mortem Gulielmi Episcopi Trajectensis, qui Gregorio detrahebat, ut Barclajus postea detraxit: *Repente*, inquit, *gravissima ægritudine correptus, miserabili ejulatu coram omnibus vociferabatur, justo Dei judicio se & præsentem vitam amisisse, & æternam: quòd Regi ad omnia quæ perperam intendisset, operam suam summo annisu præbuisset, atque in spem gratiæ ejus Romano Pontifici sanctissimo, & Apostolicarum virtutum viro graves contumelias sciens, & prudens innocenti irrogasset.* S. Anselmus Cantuariensis, qui eodem tempore vixit, initio libri de fermentato & azymo ad Vvaleramum: *Scienti*, inquit, *breviter loquor. Si certus essem prudentiam vestram non favere successori Julii Cæsaris, & Neronis, & Juliani, contra successorem, & Vicarium Petri Apostoli, libentissimè vos ut amicissimum, & reverendum Episcopum salutarem*, hæc ille, qui Henricum Imperatorem comparat cum Julio Cæsare oppressore Reip. cum Nerone persecutore Ecclesiæ, & cum Juliano Apostata, & persecutore, & Vvaleramum Episcopum, quem favere existimabat Henrico contra Gregorium, ne salutare quidem audebat: quod certè non faceret, si Gregorii sententiam adversus Imperatorem injustam esse crederet. Idem Anselmus, in epist. 8. ad Gulielmum, sententiam Gregorii defendit, & apertè justam esse pronunciat. Sanctus Anselmus Episcopus Lucensis ejusdem temporis auctor vir Sanctissimus, & miraculis clarus scripsit Epistolam ad Guibertum Antipapam, quem Henricus Imperator Gregorio Papæ opposuerat; in qua Epistola Gregorium mirificè laudat. Scripsit quoque Apologeticum pro Gregorio adversus eundem Guibertum, ubi inter cætera refellit argumentum, quo utitur hoc tempore Barclajus, & quo tunc utebantur Antipapa, & ejus complices; quòd videlicet fuerit Gregorius causa turbarum, & sanguinis effusi, præsertim in Saxonia, quem sanguinem clamare dicebat adversus Gregorium, & ejus sectatores, quorum unum erat hic sanctus Anselmus: sic autem loquitur, lib. 1. Apologetici, *Non adversus nos clamat sanguis Saxonum, sed contra vos cum universo Mundo, qui sceleris vestri tabe inhorruit, clamat cœlum, clamat terra, clamat omnis Ecclesia justorum, & quæ adhuc peregrinatur, & quæ jam cum Christo regnat; clamat Christus, clamat Pater pro sponsa filii sui, clamat Spiritus Sanctus, qui quotidiè postulat pro ea gemitibus inenarrabilibus*, &c. Ubi rectissimè dicit, turbas illas, & bella non esse tribuenda Gregorio, qui pro officio suo pastorali arcere conatus est Lupos à grege; sed inobedientiæ, & obstinationi eorum, qui in Pastorem, & gregem ipsum tanto ferocius sævierunt, quanto humilius Deo ejusque Vicario obedire salubriter admonentibus, & consulentibus debuerunt.

Nam quam horrenda, & non toleranda fuerint Henrici scelera ex sequenti testimonio intelligitur. Sanctus Gebehardus Archiepiscopus Salsburgensis, qui obiit tribus annis post mortem Gregorii VII. idest, anno 1088. disputans cum Vvecilone Archiepiscopo Maguntino, apertè pronunciavit, Imperatorem non injusto judicio tam Regno, quàm communione, Apostolica sententia, privatum: cujus sententia ita probata est à Concilio quodam, ut contraria sententia Vvecilonis hæresis sit appellata, vide Abbatem Urspergensem in Chronico anni 1085. Stephanus Halberstatensis ejusdem temporis auctor in Epistola ad Vvaleramum, quam refert Dodechinus continuator Mariani Scoti ad annum Domini 1090. *Dominus*, inquit, *Henricus, quem Regem dicunt, Episcopatus, & Abbatias vendit: etenim Constantiensem, Bambergensem, Maguntinensem, & plures alios pro pecunia: Ratisponensem, Augustensem, Strassburgensem, pro gladio; Abbatiam*

tiam Fuldensem pro adulterio; Monasteriensem Episcopatum (quod dicere, & audire nefas est) pro sodomitica immunditia vendidit, & infrà: *Pro quibus nefandis malis ab Apostolica Sede excommunicatus, nec Regnum, nec potestatem aliquam super nos, quia Catholici sumus, poterit obtinere*. Leo Ostiensis Episcopus, ejusdem temporis auctor, in Chronico Cassinensi multa scribit de Gregorii VII. justitia, sapientia, zelo aliisque virtutibus. Sed lib. 3. cap. 53. refert etiam cœlestem visionem, qua Deus ipse testatus est placere sibi facta Gregorii, quæ nunc Barclajus cum veteribus schismaticis vituperare ausus est. Vidit igitur, quidam candidissimam columbam super Gregorium sacrum Missæ mysterium celebrantem: quod visum cùm is, qui vidit patefacere cunctaretur, his verbis aperire divinitus jussus est: *Vade celeriter, & hoc ipsum auribus Papæ intimato, ut constanter vigore sancti Spiritus, quod cœpit exequatur*. Bertholdus ejusdem temporis auctor, presbyter Constantiensis in Chronico suo plurima scribit pro justitia causæ Gregorii VII. sed inter cætera de Imbricone Episcopo Augustano hæc refert: *Imbrico Augustensis Episcopus, qui in præterito pascha Rudolpho Regi fidelitatem juravit, nil e perjurio curans, Henrico advenienti adhæsit, & apud illum quadam die Missam faciens, hanc sibi conditionem miser imposuit, ut sacra oblationis perceptio in Judicium ei proveniret, si Dominus ejus Henricus Regnum sibi injustè usurparet. Post hanc temerariam perceptionem, parvo quod supervixit tempore usque ad mortem nunquam se sanum de lecto levavit: nam circa Kal. Julii absque Ecclesiastica communione defunctus est*. Isti sunt auctores septem, qui ipso tempore Gregorii vixerunt, quibus addam quatuor alios, qui non diu postea floruerunt. Gulielmus Episcopus Tyrensis in lib. 1. de bello sacro cap. 13. de Henrici Imperatoris perversis moribus loquens: *quod*, inquit, *Dominus Papa contra omnem fieri honestatem considerans, & jura in eo facto conculcari Ecclesiastica perpendens, semel, secundò, ac tertiò eumdem Imperatorem commonuit, ut à tam detestabili desisteret præsumptione: quem præceptis salutaribus commonitum, cùm revocare non posset, vinculo anathematis innodavit*. Otho Frisingensis, ut supra notavimus, Gregorium VII. virum sanctissimum fuisse confessus est, lib. 6. cap. 34. & 36. & lib. 7. cap. 1. neque fieri potest ut vir tam sanctus injustam sententiam publicè ferret, neque eam unquam retractaret, sicut revera non retractavit, ut perspicuum est ex verbis illis, quæ eodem Othone teste lib. 6. cap. 36. moriens Gregorius pronunciavit, *Dilexi justitiam & odi iniquitatem, propterea morior in exilio*. Dodechinus Mariani Scoti continuator in chronico anni 1106. *Henricum*, inquit, *hominem perversum, & justo judicio ab Ecclesia electum constat manifestè. Vendidit enim omnia spiritualia, & ad annum* 1090. & 1093. tam multa, & tam horribilia scelera Henrici refert, ut mirum sit, si ullus audeat eum injustè damnatum affirmare, quod tamen Barclajus audacter affirmat. Abbas Urspergensis in Chronico anni 1106. narrat, obitum Henrici repentinum, & tam miserabilem ipsi, quàm lætum omnibus aliis; *Miserabile*, inquit, *dictu est, tanti nominis, tantæ dignitatis, tantique animi virum, sub professione Christiana mundum tantopere lucratum, nec ad instar cujuslibet pauperis defuncti, pium, vel compassivum luctum, à quovis inter tot Christianos persona promeruisse, sed potius universorum tam ibidem, quàm ubivis verè Christianorum corda simul & ora infinito nimis tripudio, sui oblitos, rumore replesse. Non altius concinebat Israel Domino, Pharaone demerso, nec Augustiori ipsi Octaviano, sive ullo Augustorum applaudebat Roma triumpho. Frænum enim quod erat in maxillis populorum, versum est illis in canticum, sicut vox sanctificatæ solemnitatis*; Hæc ille, qui certè sufficere deberet, ut os Barclaji iniqua loquentis opprimeret. Quo modo enim Henricus injusta Gregorii sententia op-

pressus est, & nullus in toto orbe Ch
est, qui mortem ejus defleret, imò q
tissimè gauderet, ut olim Israel Pha
vel Romanus populus Principe triump
toto orbe repertus est, qui justitiam I
rit? nullus qui Gregorii injustitiam vi
mus quid paulò infra idem scriptor di
finis, hic interitus, hæc sors ultima He
quarti Romanorum Imperatoris à suis app
verò, idest, cunctis B. Petro, suisque su
& obedientiam lege Christiana conservant
simul, & hæresiarcha, necnon & apostata,
animarum, quàm corporum competenter
qui nec naturalibus, nec consuetudinariis c
nova, & à sæculis inaudita, ideoque no
excogitasse, & exercuisse infamabatur.
nam si vellem auctores posteriores ac
tia, & sanctitate Gregorii, nullus e
Lector, quæ scripsimus lib. 4. de Pon

Pergit Barclajus, & probare nititu
à Gregorio Henricum excommunicat
tatem sceleris Henrici tantus hominu
rit: adducit autem ad hoc probandu
Augustini ex lib. 3. cont. epist. Parme
relata est in decretum Gratiani 23. q
potest. Verba S. Augustini hæc sun
salubris à multis correptio, nisi cùm ille
habet sociam multitudinem: cùm verò ide
occupaverit, nihil aliud bonis restat, quà
tus, ut per illud signum quod Ezechieli
lasi evadere ab eorum vastatione mereant
rint colligere zizania, eradicent simul &
diligentiam segetem Domini purgent, sed
ipsi potius inter purgamenta numerentur.
stolus cùm jam multos comperisset & imm
fornicationibus inquinatos, ad eosdem Co
epistola scribens, non itidem præcepit, u
bum sumerent: multi enim erant, nec
si quis frater nominatur fornicator, aut
avarus, aut aliquid tale, cum ejusmodi
sumere: sed ait, ne iterum cùm venero
Deus, & lugeam multos ex iis, qui an
non egerunt pœnitentiam super immundit
fornicatione, quam gesserunt: per luctu
divino flagello coercendos minans, quàm
nem, ut cæteri ab eorum conjunctione ab
post: *Revera si contagio peccandi mult*
divinæ disciplinæ severa misericordia n
consilia separationis (hoc est excommunic
sunt, & perniciosa, atque sacrilega,
superba fiunt, & plus perturbant infirmos
rigant animosos malos.

Hæc cùm ita sint, inquit Barclaju
tror, ex collatione doctrinæ S. Augustini
est, cùm gestis à Gregorio in Henricum,
net, Papam magnopere errasse, &c.

Respondeo. Barclaji temeritas unc
dit, cùm ob unum S. Augustini loci
tellectum, synodalem sententiam Po
à multis aliis Pontificibus, & Conci
ita damnare audeat, ut dicat, Papa
rasse. Sed ostendamus non Papam u
Barclajum in intelligendo vehementer

Primùm, sanctus Augustinus loqui
ne, sive excommunicatione illius,
socios in eodem crimine; ut perspic
verbis; *Cùm verò idem morbus plurimos*
& ex illis; *Ideò Apostolus cùm jam mu*
immundos luxuria, & fornicationibus in
Gregorius unum Henricum excomm
crimina illi uni propria, quòd videlic
copatus, & Abbatias, & admonitus

non ergo facit ad rem locus ex Augustino, vel ex Gratiano citatus.

Deinde loquitur S. Augustinus adversus Parmenianum, aliosque Donatistas, qui separaverant se ab Ecclesia universa, & se solos esse dicebant Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam. Ideoque docet S. Augustinus propter multitudinem peccatorum non esse faciendam separationem, cùm semper futuri sint mali cum bonis usque ad Mundi consummationem. Tunc enim (ut dicitur Matth. 13. *exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum*: atque hæc est causa, cur S. Augustinus dixerit, consilia ejusmodi separationis non solùm esse inania, & periculosa, sed etiam sacrilega, & superba; quoniam qui ita separantur, assumunt sibi officium Dei, qui solus potest separare omnes bonos ab omnibus malis, quod fiet in novissimo die: atque interim oportet pisces bonos esse in eodem rete cum piscibus malis, & triticum cum paleis in eadem area, & zizania cum frumento in eodem agro. Porrò Gregorius nihil tale sibi desumpsit, sed solùm Ecclesiastica censura coercere voluit hominem, qui publicè multorum, & intolerabilem criminum reus erat.

Tertiò, quòd Dominus ait Matth. 23. *Sinite utraque crescere usque ad messem*, non sic intelligitur, quasi prohibitum sit, purgare zizaniis, excommunicando incorrigibiles, necando maleficos, comburendo hæreticos, persequendo latrones, aliasque Ecclesiæ, vel Reipub. pestes: alioqui graviter peccasset David, qui in Psal. 100. dicit: *Interficiebam omnes peccatores terræ*: peccarent Principes omnes, qui quotidie suspendunt fures, & latrones, ac viarum grassatores, & quo plures esse cognoverint, eo majori diligentia, gravioribusque suppliciis delere, atque extirpare conantur: peccasset Innocentius III. Pontifex cum Lateranensi Concilio excommunicans omnes hæreticos, quamvis plurimos esse non ignoraret: peccassent Principes Catholici, qui hæreticos Albigenses, penè innumerabiles armis domuerunt, & usque ad internecionem deleverunt. Igitur cùm Dominus ait, Sinite utraque crescere usque ad messem, potest fieri, ut Dominus noster non tam imperando quàm prædicendo quod futurum erat, loquutus sit. Significavit enim semper fore malos cum bonis, neque ulla diligentia effecturos homines, ut omnes mali ab omnibus bonis separentur, qualis est etiam illa loquutio, Isaiæ 6. *Audite audientes, & nolite intelligere; videte visionem, & nolite cognoscere: excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava*; quod explicat Dominus Matth. 13. *Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis: incrassatum enim est cor populi hujus*, &c. Et Apostolus Act. 28. citans eundem locum Isaiæ: Aure, inquit, audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum enim est cor populi hujus, &c. Itaque verba Isaiæ, Audite & nolite intelligere; hoc significant, audietis, & non intelligetis: & illud, excæca cor populi hujus; significat, excæcabitur cor populi hujus, sive, ut explicat S. Joan. cap. 12. *Excæcatum est cor populi hujus*. Hoc modo S. Augustinus in Psalmorum explicatione omnes imprecationes malas, quæ exprimuntur per modum imperandi, ut, Effunde iram tuam in gentes, & alias similes, docet esse prædictiones, non imprecationes. Tales etiam locutiones inveniuntur in Evangeliis, ut Joan. 2. *Solvite templum hoc*, idest, solvetis, vel permittam ut solvatis, Matth. 23. *Implete mensuram patrum vestrorum*, idest, implebitis, vel, sinam ut impleatis. Joan. 13. *Quod facis, fac citius*, idest, quod mente agitas ut me tradas, citius implebis quàm putas, idque me permittente. Sic igitur, *Sinite utraque crescere usque ad messem*, hoc videtur significare, Sinetis, sive permittetis, velitis nolitis, utraque crescere usque ad messem: nam omni vestra diligentia numquam perficietis ut mali permulti cum bonis permixti non sint usque ad diem judicii: tunc enim mittam Angelos meos, qui separabunt malos de medio justorum.

Quarto dico, approbare me sententiam eorum, qui dicunt prohiberi in hac parabola, separationem malorum, sive hæreticorum, sive aliorum iniquorum, non absolutè; sed quando periculum est, ne cum zizaniis eradicetur triticum, idest, ne cum impiis involvantur pii; alioquin licitum esse, zizania evellere, quando non est periculum, ut eradicetur triticum, & contra periculum est, ne ex commixtione zizaniorum triticum corrumpatur. Sed hoc judicium non pertinet ad quoscumque; sed ad Patrem familias, sive ad illum, quem Christus constituit super familiam suam. Quare ad Barclajum non pertinebat judicare, an Gregorius VII. rectè fecisset, cùm excommunicando Henricum, partem zizaniorum evellendam curavit; sed ad Pontificem maximum pertineret, si Barclajus adhuc esset in vivis, ejus temeritatem castigare.

Addit ultimo loco Barclajus argumentum ex historia Sigeberti, ut probet, Gregorium Papam valdè errasse in iis, quæ egit adversus Henricum Imperatorem. Hildebrandus Papa (inquit Sigebertus in Chronico anni 1085.) qui & Gregorius VII. apud Salernum exulans moritur; de hoc ita scriptum reperi. *Volumus vos scire, qui Ecclesiasticæ curæ solliciti estis, quod Domnus Apostolicus Hildebrandus, qui & Gregorius, nunc in extremis positus ad se vocavit unum de duodecim Cardinalibus, quem multum diligebat præ cæteris, & confessus est Deo, & S. Petro, & toti Ecclesiæ, se valde peccasse in Pastorali cura, quæ ei ad regendum commissa erat, & suadente Diabolo contra humanum genus iram, & odium concitasse. Tunc demum misit prædictum confessorem ad Imperatorem, & ad totam Ecclesiam, ut optaret illi indulgentiam, quia finem vitæ suæ aspiciebat, & tam citò induebat se angelica veste: & dimisit, ac dissolvit vincula omnium bannorum suorum Imperatori, & omni populo Christiano, vivis, & defunctis, clericis, & laicis, & jussit suos abire de Domo Deoderici, & amicos Imperatoris ascendere.*

Respondeo. Sigebertus, teste Trithemio in Catalogo Scriptorum, unus fuit ex sectatoribus Henrici Imperatoris, propterea nullam fidem meretur, & sine dubio falsum est, quod hoc loco scribit, cum certum auctorem non habeat, aut indicare non audeat. Nos autem habemus auctorem certum fideque dignissimum qui scribit, Gregorium paulò ante mortem dixisse; *Dilexi justitiam, & odivi iniquitatem, propterea morior in exilio*; quæ sunt omnino contraria iis, quæ scribit Sigebertus; nam in his justè se egisse, in illis graviter se peccasse dicit: Habentur autem verba supradicta apud Othonem Frisingensem lib. 6. c. 36. Bertoldus in Chronico ad annum 1085. & Leo Ostiensis in Chronico Cassinensi, lib. 3. c. 64. describunt mortem Gregorii, ac docent eum in eadem constantia permansisse usque ad ultimum spiritum; & miraculis magnis, vivum, & mortuum claruisse. Præterea confirmatio sententiæ Gregorii in Henricum, quam supra demonstravimus factam a quinque successoribus ejus Victore III. Urbano II. Paschali II. Gelasio II. & Callixto II. apertissimè docet, fabulam esse, quam Sigebertus scripsit de pœnitentia ejusdem Gregorii. Denique ipsa sibi narratio Sigeberti contradicit, ac repugnat. Nam si Gregorius graviter peccasse se agnoscebat in pastorali cura, & suadente Diabolo se fecisse, quæ fecerat: quomodo tam audacter ibidem affirmabat, se mox veste angelica induendum? certè ob peccatum tam grave non vestem Angelicam; sed gehennæ, aut purgatorii graves pœnas expectare debuisset.

CAPUT X.

Discutitur sententia Othonis Frisingensis de judicio Gregorii septimi Pontificis.

IN decimo capite actum agit Barclajus. Redit enim ad probandum auctoritate Othonis Frisingensis, non licuisse Gregorio Pontifici Imperatorem Henricum communione, vel Regno privare. Ac primùm repetit, quæ supra citaverat ex Othone, lib. 6. cap. 35. *Lego, & relego Romanorum Regum, & imperatorum gesta, & nusquam invenio quemquam eorum ante hunc à Romano Pontifice excommunicatum, vel Regno privatum.* Deindè addit ex lib. 1. de gestis Friderici Imperatoris, cap. 1. *novum esse visum Othoni Frisingensi, quòd Henricus Imperator à Pontifice Romano, anathematis gladio percussus fuerit.* Sed ad hæc respondimus capite superiore: atque ista non esse nova luculenter ostendimus.

Addit, ex eo posse intelligi sententiam Gregorii fuisse injustam, quod Otho Frisingensis eodem loco, idest, lib. 6. cap. 17. scribit ex decreto Gregorii *inter alia mala illud consecutum esse, ut Papa super Papam, & Rex super Regem poneretur. Quibus verbis*, inquit Barclajus, *ostendit Otho, utrumque pari jure, seu potius pari injuria factum esse, ut sicut injustè Papa super Papam ab Imperatore, ita etiam injustè Rex super Regem à Papa positus sit.*

Respondeo, scribit quidem Otho, occasione decreti Gregorii factum esse, ut Papa super Papam, & Rex super Regem poneretur; sed utrumque pari jure, vel injustitia pari, factum esse Otho non dicit, neque dicere potuit. Nam Regem super Regem posuit auctoritas legitima capitis Ecclesiæ; Papam super Papam posuit inobedientia schismatici Regis: quod enim jure possit Imperator Papam deponere, & alium superponere, nescio an si vel unum Barclajus inveniret virum Catholicum, qui dixerit, aut scripserit: quòd autem possit Papa Imperatorem excommunicare, & deponere justis de causis, scripserunt auctores Catholici plurimi, & idipsum censuerunt concilia multa generalia, quorum testimonia retulimus in prolegomenis hujus libri, & nonnulla attigimus capite superiore. Itaque Otho enumerat mala, quæ nata sunt ex Henrici excommunicatione, & ejusdem inobedientia; sed non determinat, an ea justa fuerint, vel injusta: possunt enim aliqua esse mala, & justa, qualia sunt mala pœnæ; & talis fuit depositio Henrici: possunt quoque alia esse mala, & injusta, qualia sunt mala culpæ, & talis fuit creatio Antipapæ Guiberti ab Imperatore procurata, vel facta.

Pergit Barclajus, & ponderat illa verba ejusdem Othonis Frisingensis ex eodem lib. 6. cap. 36. *Quia ergo in principe suo Regnum ab Ecclesia præcisum graviter percussum fuit, Ecclesia quoque tanto Pastore, qui inter omnes Sacerdotes, & Romanos Pontifices præcipui zeli, & auctoritatis erat, orbata dolorem non modicum habuit. Id*, inquit Barclajus, *quid aliud sonat, quàm propter violatum in Principe Imperium, violatam fuisse in Pontifice Ecclesiam, sive propter percussum Regnum in persona Principis, percussam fuisse Ecclesiam in persona Pontificis; inter quæ cùm nullum juris, aut injuria discrimen faciat, nec possit utrumque justè fieri, consequens est utrumque injustè factum esse existimet.*

Respondeo. Non intellexit Barclajus verba Othonis: non enim loquitur Otho, de depositione Gregorii à Pontificatu; quemadmodum loquitur de depositione Henrici ab Imperio. Sed dicit, percussum fuisse Imperium in persona Principis, quia Princeps excommunicatus, & depositus fuit: percussam autem

fuisse Ecclesiam in persona Pontificis
tem subtractus ab hominibus doloren
siæ reliquit. Quare non benè colligi
in percussione Imperii in persona Pri
percussione Ecclesiæ in persona Pon
intervenisse. Nam Henricus quidei
Ecclesiæ depositus fuit ab Imperio;
justitia, & injustitia locum habere n
constat, sententiam illam fuisse just
rius autem naturali morbo extinctu
cum habet injustitia, Deus injustu
quæ est ingens blasphemia: non en
cisus fuit ab Henrico, quemadmodu
situs fuit à Gregorio; sed, ut diximu
bo, piè, & religiosè obiit: mors
post originale peccatum à Deo est:
tiam illam, & quidem justissimam
& in pulverem reverteris Gen. 2. & de
minus mortificat, & vivificat 1. Reg. 2
es Domine, qui vitæ, & mortis habes
clesiastici 11. *Vita, & mors à Deo est*
test, Gregorium Papam, ex ser
occisum fuisse à Deo in pœnam pec
depositione Imperatoris: nam ipse
tur, Gregorium fuisse hominem pi
etiam si Gregorius in pœnam pecca
Deo, non tamen injusta mors ejus
Deo injustitia tribueretur.

Pergit Barclajus, & ex lib. 1. de
cap. 6. Othonis Frisingensis, probare
fuisse depositionem Imperatoris pe
ctam, quia Otho defectionem Rud
viæ ab Imperatore rebellionem appel
tem dicitur, eùm inferior deficit à I
perator superior non fuisset, si jure
igitur non jure depositus erat ex Ot
Idem probat ex lib. 7. historiæ cap.
singensis Henricum quartum Impe
etiam post depositionem.

Respondeo. Rebellare dicitur no
Principe legitimo deficit; sed etiam
cipe regnante de facto, quamvis nor
admodum etiam Rex dicitur non
regnat; sed etiam qui de facto regn
Scriptores proprietatem illam voc
vant, ut neminem dicant Regem,
gitimè, neque rebellare ullum dicar
gitimo Principe deficit, lib. 4. Reg.
in laudibus Ezechiæ Regis optimi,
contra Regem Assyriorum, ubi rebe
ctio à Rege non legitimo, eodem l
Jehu jussu Dei Rex factus, vivente
ge, dicitur conjurasse contra domin
que occidisse cum omni progenie,
quæ aliquid amplius est, quàm sim
bonam partem accipitur: conjuravit
gem à Deo abdicatum, & damnat
ad Jehu Dominus 4. Reg. 10. *Quia*
rectum erat, & placebat in oculis meis,
in corde meo fecisti contra domum Achab
quartam generationem sedebunt super thr
bemus igitur non esse mirum, si Ot
rebellionem appellat defectionem à
to, cùm eundem ipsum loquendi m
in divinis literis. Idem dicere possi
Regis: nam lib. 2. Reg. cap. 15. cùm
David ejecto Patre regnare cœpisset
neque Rex legitimus, sed Tyrannus
men David ipse Regem ipsum appell
ret ad Ethai Gethæum, *cur venis nob*
& habita cum Rege: sic etiam lib. 3.
Zambri, occiso Rege legitimo Regn

D

mè usurpavit : & tamen scriptura dicit : *Irruens ergo Zambri percussit, & occidit eum* (Regem Ela) *& regnavit pro eo : cumque regnasset, & sedisset super solium ejus percussit omnem domum Baasa, &c.* Ac ne magnum videatur Barclajo, quòd Otho Frisingensis vocet Imperatorem Henricum, etiam post excommunicationem, & depositionem : sciat idem nomen inveniri apud Abbatem Urspergensem, aliosque Scriptores, immò & apud ipsum Leonem Ostiensem, qui addictissimus erat Gregorio VII. Nam lib. 3. Chronici Cassinensis cap. 49. plus quàm decies Henricus Imperator dicitur à Leone Ostiense, & Leone referente, sæpissimè Desiderius Abbas, qui Gregorio in Pontificatu successit, eundem Henricum post abdicationem, Imperatorem appellat, non alia de causa, nisi quia re ipsa, quamvis non jure imperabat.

Pergit Barclajus, & ait : *Est & alius ejusdem auctoris locus* lib. 1. de gestis Friderici cap. 8. *in quo id ipsum manifestius declarat, Papam scilicet per illam excommunicationem, & abdicationem nihil juris Regni Henrico ademisse. Nam postquam narravit, Bertolfum Rudolphi generum (quem, ut dictum est, Papa Regem creaverat) perempto socero, Ducatum Sueviæ, tamquam sibi à socero concessum usurpasse; & ex altera parte Henricum, Papæ judicio depositum, concessisse eundem Ducatum nobili cuidam Sueviæ, cui Friderico nomen : qui Bertolfum ad pacis conditiones, & ad exfestucationem Ducatus adegit, addit, Bertolfus iste, quamvis in hoc negotio Imperio simul, & justitia cesserit, tamen strenuissimus, & fortissimus fuisse traditur. En ut nihil circuitione usus affirmat, Imperium, & justitiam ab Henrico stare, in quem Pontifex sententiam depositionis multò ante tulerat.*

Respondeo. Testem hoc loco Barclajus suspectum adducit : nam ab isto Friderico Fridericus primus Imperator descendit : cujus Imperatoris patruus fuit Otho Frisingensis; nec solùm patruus Friderici Imperatoris; sed etiam Nepos Henrici quarti. Itaque Otho, ne Avum maternum, Henricum quartum Imperatorem, & filium fratris uterini Fridericum primum Imperatorem læderet, scripsit, Bertolfum Imperio, justitiæque cessisse in negotio Ducatus Sueviæ. Quæ etiam causa fuit, cur idem Otho in historia sua mediam viam elegerit. Nam Gregorium VII. eximiè laudat lib. 6. cap. 34. neque enim poterat salva conscientia, reprehendere hominem notissimæ sanctitatis : Henricum autem, non ut cæteri historici, turpissimorum plurimorumque criminum reum facit; sed modestissimè excessum ejus vitamque lascivam notat, lib. 7. c. 11. Quod autem hoc loco dicit, Bertolfum Imperio, justitiæque cessisse : non cogit, ut existimemus, sensisse Othonem, injustè Henricum à Gregorio fuisse depositum : nam, ut idem Otho narrat, post longam disceptationem coegit Fridericus ab Imperatore adjutus Bertolfum ad conditiones pacis, quæ erant, ut Bertolfus retineret Turegum nobilissimum Sueviæ oppidum, reliquam Sueviam Friderico cederet. Cessit ergo Bertolfus Imperio, tamquam potentiori, cui par esse non poterat; cessit etiam justitiæ, quoniam in re dubia justum esse censuit, retento nomine Ducis, & oppido nobilissimo, reliqua cedere fortiori. Nam si Bertolfus existimasset injustè à se possessam fuisse Sueviam, debuisset totum dimittere, & neque partem præcipuam, neque Ducis nomen sibi retinere; ut eodem teste Othone retinuit, ad posterosque transmisit. Quod si Barclajus velit, Othonem sensisse, Henricum à Gregorio injustè fuisse damnatum, repugnabit eidem Othoni, qui lib. 6. histor. cap. 34. dicit, Gregorium fuisse fortem per omnia athletam, murumque se pro domo Domini opponere non timuisse, & cap. 36. dicit, gladio anathematis Imperatorem ferire decuisse : & ibidem refert Gregorium in morte dixisse : Dilexi justitiam, & odi iniquitatem : &, Ecclesiam in obitu tanti Pastoris, qui inter omnes Romanos Pontifices præcipui zeli, & auctoritatis erat, non modicum dolorem habuisse, & lib. 7. cap. 1. ait, Defuncto apud Salernum Beatæ memoriæ Gregorio Summo Pontifice &c. Ista enim nullo modo cohærent cum opinione gravissimæ injustitiæ, qualis fuisset depositio Imperatoris, si eum justè Gregorius deponere non potuisset : hæc enim sola injustitia omnes Gregorii laudes sine dubio corrupisset.

Postremò Barclajus cùm non haberet aliud, quod ex Othone adferret, nec tamen quiescere posset, repetit quod supra dixerat, Reges ex Othonis sententia non habere ullum, præter Deum super se, quem timeant. Repetit quoque quod supra verbosissimè deploraverat, multa mala occasione excommunicationis Henrici Imperatoris in orbem terrarum, ac præcipuè in Ecclesiam irruisse. Ad quæ omnia jam ante respondimus, neque libet eadem frustra repetere.

In extremo capite producit in medium verba Gregorii VII. quibus cùm Henricum deponeret, precatus est Apostolos Petrum, & Paulum, ut sententiam suam ex eorum auctoritate prolatam confirmarent : & judicium cito in Henricum ejusmodi exercerent, ut omnes intelligerent, iniquitatis filium non fortuito, sed ipsorum opera ex Imperio cecidisse. Hanc precationem dicit Barclajus non fuisse ab Apostolis auditam; *cùm nihil non infaustum Pontifici, pontificiæ parti auctoribus, & fautoribus acciderit, triumphante interim, & Imperium tenente Henrico.*

Respondeo. Precationem Gregorii omnino exauditam fuisse, testantur ærumnæ maximæ, quæ Henricum divinitus oppresserunt. Primùm enim à magna parte Germaniæ destitutus ad Pontificis pedes abjectus misericordiam demississimis precibus implorare compulsus est. Deinde, cum duobus æmulis, Rudolpho, & Hermanno diu ambiguo marte certavit. Postea à proprio filio carceri mancipatus, coronam, sceptrum, & reliqua Imperatorum insignia resignare coactus est. Inde elapsus Læodium se recepit, unde miseriam suam incredibilem propriis literis, quæ apud Urspergensem Abbatem extant, testatus est. Denique repentina morte sublatus neminem invenit, qui ejus mortem defleret : cùm è contrario Mundus totus ob ejus infœlicem exitum summo gaudio exultaret, ut supra ex Abbate Urspergensi retulimus. Hic videlicet est triumphus Henrici, quem fingit Barclajus, Porrò pontificiam partem semper in melius profecisse, cooperante Domino signis, & prodigiis, & tandem omnino prævaluisse, constat ex iis, quæ de Callixto secundo, & Henrico quinto omnes historici narrant, ac præsertim Abbas Urspergensis in Chronico anni 1120. & sequentibus.

CAPUT XI.

De comparatione Julii II. & Clementis VIII.

IN Cap. 11. Barclajus multa repetit ex iis, quæ antea dixerat : neque aliquid addit, quod mihi refellendum nova responsione esse videatur, nisi cùm Clementem octavum Pontificem veris laudibus effert, non tam ut eum laudet, quàm ut ex ejus comparatione Julium secundum carpat. *Quis*, inquit, *non paternam Clementis VIII. pietatem, cum summa prudentia conjunctam, qua Reges, & Principes Christianos ad concordiam reducere, & in concordiam retinere annititur, infinitis partibus Ecclesiæ utiliorem judicet, quàm Julii secundi loricati furores martios, quibus Italiam, Galliam, Germaniam, Hispaniam, cæterasque gentes Christianas hostilibus animis inter se committere, impiè, & inhumaniter connitebatur?*

Ad

Ad hæc ego ut respondeam, admonitos Lectores esse volo, Romanos Pontifices, qui simul etiam Principes sunt temporales non contemnendi Imperii, non minus ex officio obligari ad ea conservanda, quæ Sedis Apostolicæ, sive Ecclesiæ Romanæ sunt, quàm Principes cæteros. Quare quemadmodum Reges, & Principes supremi cæteri pro defensione Regnorum suorum, sive ditionum aliarum bella gerere possunt, & debent; & si ad ea defendenda confœderatione cum aliis Principibus opus habent, jure possunt cum sociis Principibus fœdus inire, & conjunctis viribus hostem propulsare, quando justam belli gerendi causam habent: sic etiam Romani Pontifices, qua Principes supremi sunt, omni jure possunt, & debent populos sibi creditos armis protegere, & si res ita postulet, adversus hostes bella gerere, necnon ad auxilium, vel belli societatem Principes alios evocare. Neque primus fuit Julius II. qui pro recuperandis Ecclesiæ Romanæ provinciis bella gessit, vel cum magnis Principibus fœdus percussit. Nam Pius II. multò antea exercitum armatum habuit, & bella cum hostibus cum laude gessit, ut Nauclerus, & Platina referunt: & ante Pii II. tempora Innocentius VI. vir prudentia, & vitæ innocentia clarus per Legatum suum Albernotium Cardinalem, Ecclesiasticam ditionem à Tyrannis diversis occupatam, fœlicissimè armis recuperavit, ut scribunt iidem Nauclerus, & Platina, multique alii historici. Clemens IV. qui Innocentium VI. multis annis præcessit, & Pontifex sanctus est habitus, Carolum Andegavensem Ducem, S. Ludovici Regis Francorum fratrem, è Galliis evocavit, ut Manfredum tyrannum è Regno Neapolitano, quod est Ecclesiæ Romanæ feudum, armis expelleret, ipsumque Carolum Regem instituit, imposita quadraginta millia nummorum aureorum pensione quotannis solvenda in recognitionem feudi: testes sunt auctores iidem & alii, quos ipsi citant. Sed ante hæc tempora Leo IX. Pontifex, non solùm vitæ probitate, sed etiam divinis miraculis clarus, atque adeò in Sanctorum numerum relatus, adversus Northmannos pro Beneventana civitate recuperanda præsens ipse in exercitu armis decertavit, ut Hermannus Contractus in Chronico, & Leo Ostiensis in histor. Cassinensi lib. 2. cap. 88. testes sunt. Ubi illud memorabile accidit, quod cùm Pontifex à Northmannis victus, & captus fuisset, ea submissione, & reverentia victores erga victum usi sunt, ut Pontifex victus, & captus victoribus imperare, ac dominari videretur. Porrò Leo IV. Pontifex plus ducentis annis Leone IX. antiquior, vir sanctissimus, & miraculis clarus, teste Anastasio in ejus vita, exercitum duxit adversus Saracenos, qui ad Ostia Tyberina cum ingenti classe appulsi Romanam urbem capere, & spoliare cupiebant; & oratione præmissa ad Deum, & exercitu Apostolica benedictione munito, memorabilem victoriam reportavit. Omitto confœderationem Zachariæ, Stephani II. Adriani, Leonis III., aliorumque Pontificum cum Regibus Francorum, pro recuperatione, & defensione provinciarum, & civitatum, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinebant adversus Longobardos, & Græcos. Omitto etiam fortissimos Machabæos, qui & Summi Sacerdotes, & Principes erant, & pro patriæ defensione gravissima bella gesserunt. Omitto denique Mosis Pontificis, & Principis sapientissimi, qui adversus Amorræos, aliosque populi sui perturbatores armis decertare non dubitavit. Hos igitur clarissimos, sacrosque viros Julius II. imitatus, eorumque virtutem, & diligentiam æmulatus partim armis propriis, partim auxilio fœderatorum Regum Ecclesiasticam ditionem, ferè totam amissam, magno labore recuperavit. Quod factum qui reprehendere voluerit, oportebit etiam, ut industriam, & virtutem sanctorum

Pontificum, addo etiam Machabæ
Mosis, virtutem bellicam reprehendat
numero Clemens VIII. eximendus es
modum pacem inter Christianos Pri
studuit, ut Barclajus dicit; sic etiam
parare non neglexit cùm ei Ferraria
set: & ad bellum pro Ecclesiastica dit
occasio defuit illi, non animus. Plac
in cujus manu sunt corda Principum
Civitas ante ad Ecclesiam rediret, qu
dii nudarentur. Hanc verò Clement
Barclajus non ignoravit, sed dissimu
liberius Julium reprehenderet.

CAPUT X

Diluuntur argumenta advers
rum sententiam de Potestat
Maximi in temporal

IN Cap. 12. conatur Barclajus ex
mare, ac demonstrare, nullam
cem Maximum potestatem in tempor
ges, aliosque Principes Christianos.

Primum argumentum ejus est, qu
tas Christiana semper censuit, Reges
res esse. Quod argumentum jam ant
cap. 8. ubi & nos illi copiosè respon
habet veluti proprium hic auctor, ut
ta sæpiùs repetat, & inculcet, nesc
grandiorem faciat, an ut importuni
sensum, quem vi rationum extorqu
Hoc igitur primo argumento præter
audiamus.

a *Quid*, inquit, *quod ipsi Pontifice*
non habere superiores in temporalibus?
Qui filii sint legitimi. Habent, & non
ra esse nequeunt. Falsum est ergo Rege
riorem in temporalibus, si alius possit
auferre, alterique conferre.

Respondeo. Sententia Pontificis i
Reges supremos esse Principes tempor
lum habere supra se Principem tem
admodum Duces, aliique Principes
dem Regno superiorem in temporal
bent: sic enim loquitur Ecclesiastes c
celsior est alius, & super hos quoque emin
& insuper universæ terræ Rex imperat ser
trus in priore epist. cap. 2. *Subjecti est*
creaturæ propter Deum, sive Regi quasi
Ducibus, tamquam ab eo missis. Idem
non habere superiorem in temporali
non habere supra se alium Regem,
alium temporalem, alioqui non ess
in ordine principatus temporalis, siv
fortè ratio est, cur idem Innocentius
Per venerabilem, paulò ante dixerit,
pes nullum inter homines, excepto Roma
periorem agnoscere: Addidit enim illa
ut cùm postea dixit, *Regem Francoru*
poralibus superiorem agnoscere, intelliga
fuisse de superioribus temporalibus: n
gnoscit ullum supra se Principem tem
gnoscit Romanum Pontificem, Pri
lem, qui de temporalibus quoque i
ritualia judicare potest. *At*, inquit B
& non habent simul vera esse nequeunt.
bent, & non habent de re eadem, si
queunt: de re diversa, nihil impedit

esse possint. Habet coccineum pallium, & non habet coccineum pallium, simul vera esse nequeunt: sed habet coccineum pallium, & non habet nigrum pallium, vera simul esse queunt; sic igitur, habet Rex in temporalibus superiorem temporalem, & non habet in temporalibus superiorem temporalem, vera esse nequeunt. Sed, habet Rex in temporalibus superiorem spiritualem, & non habet in temporalibus superiorem temporalem, verissima simul esse queunt, & sunt.

3 Sed instat Barclajus. *Quod*, inquit, *in verbis directè, & indirectè discrimen statuunt, id non ad facultatem judicandi, & effectum judicii, sed solùm ad modum, & rationem acquirendi tantam potestatem pertinet*, *Canonistæ enim dicunt Papam directè dominium temporale totius orbis à Christo accepisse. Hi verò negant eum accepisse tale dominium directè, quasi dicas per se, simpliciter & sine alterius rei consideratione, sed tantùm indirectè, hoc est, per consequentiam, ratione illius potestatis spiritualis, quam directè à Domino accepit. Hæc igitur ex verbis istis differentia ad initium, & modum acquirendi temporalem potestatem, non autem ad ejus vim & effectum referri debet.* Hæc ille, qui vult, Pontificem ex sententia Theologorum habere potestatem temporalem super Reges indirectè acquisitam; esseque eorum Judicem in temporalibus: quod repugnare videtur Innocentio, in capite citato, ubi dicit Innocentius, Reges non habere superiorem in temporalibus.

Respondeo. Distinctione opus est, ut planè intelligatur verene, an falsò Barclajus colligat, Pontificem habere potestatem temporalem super Reges, esseque eorum Judicem potestas disponendi de temporalibus, sive ipsa potestas in se sit spiritualis; sive temporalis, verè colligit, Pontificem habere potestatem temporalem in Reges: si verò per temporalem potestatem intelligatur potestas quæ sit in se temporalis, ut est potestas Regum, & aliorum Principum politicorum, falsò colligit, Pontificem habere potestatem temporalem in Reges ex Theologorum sententia. Theologi enim tribuunt Summo Pontifici temporalem, & spiritualem potestatem in Ecclesiastica ditione tantùm, quam potestatem plenam in patrimonio S. Petri appellat Innocentius, in cap. Per venerabilem: in reliquas Provincias Christianas, & Principes Christianos, tribuunt Pontifici potestatem solùm spiritualem, quæ per se, & propriè respicit spiritualia; temporalia verò respicit, ut subordinantur spiritualibus. Et ideò quando propriè loquimur, dicimus Pontificem habere potestatem in temporalibus, non autem habere potestatem temporalem, qua Pontifex est. Ex quo sequitur, ut discrimen vocum, directè & indirectè, non referatur propriè loquendo, ad modum acquirendi potestatem, ut Barclajus falsò dicit; sed ad explicandum objectum secundarium, & consectaneum supremæ spiritualis potestatis, quæ ut supra diximus, primario, & directè respicit spiritualia, secundario & indirectè, idest, in ordine ad spiritualia, respicit temporalia: quæ sententia Theologorum nullo modo repugnat verbis Innocentii in cap. Per venerabilem, ut ex dictis perspicuum est.

4 Addit præterea Barclajus hoc argumentum. *Quòd si adversariorum sententiæ locus sit, Reges, Principes Christiani, non erunt solùm Vassalli, & Clientes Papæ in temporalibus; sed (quod vitius est) quasi precario Regna, & Principatus ab eo possidebunt. Id facilè ex ipsis adversariorum principiis, sic ostendo: Summus Pontifex potest alicui Regnum auferre, & alteri conferre, si id necessarium sit ad animarum salutem; Atqui judicare, & decernere, an sit necessarium, pertinet ad eundem Pontificem, de cujus judicio, æquum ne sit, an iniquum nemo potest judicare: ergo ubi visum ei erit, poterit quemlibet Regno privare, & illud alteri conferre.*

Respondeo. Reges Christiani, aliique Principes, iis exceptis, qui feudatarii sunt Ecclesiæ, neque Vassalli, neque clientes Pontificis Maximi dici debent, quamvis ita eos ad conflandam Ecclesiæ invidiam, Barclajo appellare libuerit: multo minus precario Regna, & Principatus ab eo possident: sed sunt veri Reges, verique Principes, tantoque Ethnicis Regibus, & Principibus nobiliores, & fœliciores; quanto non solùm in terris ad tempus regnant; sed etiam post hanc vitam, si justè, pieque regnaverint, ad Regnum cœleste, & sempiternum transferuntur. Argumentum verò Barclaji ab omni parte vitiosum est: illa enim propositio, Summus Pontifex potest alicui Regnum auferre, & alteri conferre, si id necessarium sit ad animarum salutem: explicatione indiget; nam & benè, & secus intelligi, & vera, & falsa esse potest. Potest quidem Pontifex, si necessarium ad salutem animarum sit, alicui Regnum auferre; sed si antea admonuerit, si spatium resipiscendi dederit, si perniciosum, & incorrigibilem esse perspexerit. Potest quoque alteri Regnum conferre, non pro arbitrio tamen cui libuerit; sic enim verè precario Reges regnarent; sed cui jure debetur, sive successio, sive electio locum habeat. Et si fortè nemini debeatur, cui ratio dictaverit, esse tribuendum. Sic enim Innocentius quartus in Concilio Lugdunensi cùm Fridericum Imperatorem deposuisset, electionem successoris Electoribus, quibus jure competit, liberam reliquit: sic etiam Gregorius VII. post depositionem Henrici Rudolphum à Principibus electum confirmavit. Sic etiam Zacharias Regnum Francorum Pipino adjudicavit, quoniam ille re ipsa Regnum administrabat, & Proceres eundem expetebant. Leo quoque tertius Imperium Occidentale à Græcis ad Francos transtulit, quoniam ipsi in Occidente potentissimi erant, & soli poterant eam dignitatem sustinere, & eosdem Romanus populus maximè cupiebat. Sic etiam in testamento veteri Joiada Pontifex posteaquam Athaliam Reginam, quæ Regnum invaserat, interfici jussit, Regnum contulit Regis demortui filio, cui jure hæreditario debebatur. 4. Reg. 11. & Azarias Pontifex Rege Ozia ob lepram divinitus immissam ab hominum commercio segregato, Regni administrationem non cui voluit; sed cui debebatur, idest, Regis filio dereliquit. 2. Paralip. 26. illa igitur propositio Barclaji, aut malè intellecta falsa est, aut rectè explicata non efficit, ut Reges precario regnent. Jam verò assumptio illa, Atqui judicare, & decernere an sit necessarium, pertinet ad eundem Pontificem, de cujus judicio æquum ne sit, an iniquum nemo potest judicare, similis est propositioni: nam perperam intellecta, falsa est; rectè explicata, vera quidem est; sed non inde concluditur, precario Regna à Summo Pontifice data possideri, quæ est Barclaji conclusio. Pertinet quidem ad Pontificem judicare an sit necessarium ad salutem animarum, Regem aliquem Regno privare; sed non pertinet ad eundem necessitates pro libito fingere, vel sub colore necessitatis cupiditati servire. Et quoniam res hæc gravissima est, & necessitas manifesta, & explorata esse debet, idcirco Pontifices ordinariè in Synodis Episcoporum, vel Consistoriis S. R. E. Cardinalium, expositis rationibus, & consentientibus Patribus, ista gesserunt, ut suprà ostendimus.

5 Pergit Barclajus, & posteaquam rationem superiorem multis verbis more suo amplificavit, & repetivit, subjungit hæc verba: *Sed & omnis potestas, omneque dominium, & jurisdictio, aut jure divino acquiritur, aut jure humano. & qui aliquid possidet, seu tenet, si neutro horum possideat, injustè possidet, ut præclarè in Donatistas ratiocinatur Augustinus tract. 6. ad cap. 1. Joannis*, Canon. *Quo jure, dist. 8. Fieri igitur non potest, ut Papa Imperium aliquod temporale in Reges, & Principes sæculares justè exerceat, nisi constet id ei jure divino, vel humano esse tributum.*

Respon-

Respondeo. Jure divino potestas in Reges, & Principes Christianos, non propriè temporalis sed quæ se ad temporalia extendat, Summo Pontifici Christi Vicario attributa est. Unde enim Barclajus ipse deducit, potestatem spiritualem amplissimam jure divino Romano Pontifici in omnes Reges, Principesque competere: inde nos colligimus, eodem divino jure Pontifici Romano competere potestatem, quæ ad temporalia pertingat; quoniam id requirit ordo potestatis superioris ad inferiorem, spiritualis ad temporalem. At, inquit adversarius, nullus neque in divinis, neque in humanis legibus locus reperitur, qui talem illi potestatem conferat. Respondeo, Immò locus invenitur in divina lege, qui potestatem illi conferat, & locus invenitur in humana lege, qui locum divinæ legis exponat. Quod enim scriptum est Matth. 16. *Tibi dabo claves Regni cælorum, &c.* & Joan. 21. *Pasce oves meas*; explicatum invenimus in multis Conciliis, ac potissimum in Romano sub Gregorio VII. In Lateranensi sub Innocentio III. & in Lugdunensi sub Innocentio IV. in eum sensum, ut potestas ligandi, atque solvendi, nec non pascendi, atque regendi Ecclesiam universam, non ad sola spiritualia; sed etiam ad temporalia ratione spiritualium porrigatur: quod idem communis doctorum Catholicorum sententia, & ipsa praxis, atque experientia confirmat.

6 *At*, inquit, *Regum dominatio, & auctoritas multis sacrarum literarum testimoniis apertè commendatur, & probatur, ut cùm dicitur, Per me reges regnant. Data est à Domino potestas vobis. Reges gentium dominantur eorum. Cor Regis in manu Dei. Dabo illis Regem in furore meo. Time Dominum fili mi, & Regem. Regem honorificate, & passim id genus similia.*

Respondeo. Primus locus non demonstrat potestatem datam à Deo Regibus; sed sapientiam Regibus esse necessariam, ut regnent, sicut oportet. Verba enim illa sapientiæ sunt, quæ Reges hortatur ad ipsius sapientiæ studium, si volunt verè regnare, & leges ferendo justa decernere. Secundus locus dicit quidem, potestatem Regiam esse à Domino: sed hoc dicit, ut Reges non superbiant; sed intelligant habere supra se Dominum, à quo graviter punientur, si potestate abutantur. Tertius locus non potestatem tribuit; sed abusum potestatis reprehendit, Reges enim gentium, qui vera Dei cognitione carent, non contenti administratione Regia, plerumque dominari populis, quasi mancipiis affectant, & politicum imperium in despoticum transmutant, ac de Regibus Tyranni fiunt: quem abusum Græca vox κατακυριεύουσιν, quæ violentam dominationem significat, magis apertè demonstrat. Quartus locus potestatem Dei in Reges, non potestatem datam à Deo Regibus ostendit: ea enim est omnipotentia Dei, ut non solùm corpora Regum; sed etiam corda in potestate habeat, eaque vertat, & convertat, ut sibi libuerit. Quintus locus non potestatem Regiam commendat; sed minatur se permissurum, ut populus ob sua peccata in Regem iniquum, & crudelem incidat, à quo non tam regatur, quàm devoretur. Sextus, & septimus locus, timorem populi erga Regem; non potestatem Regis erga populum docet. Sed quicquid de his locis sit, ut non negamus Regiam potestatem esse à Deo; sic etiam negari non debet, Apostolicam potestatem esse à Deo; immò omnem potestatem esse à Deo, juxta illud Apostoli Roman. 13. *Non est potestas nisi à Deo*. Quòd autem potestas Regia subjecta non sit Apostolicæ potestati, vel quòd subjecta sit in spiritualibus tantùm, non etiam in temporalibus; in his locis, neque apertè, neque obscurè habetur, atque hoc est non quæritur.

Postremò adducit Barclajus argumentum, quod etiam supra non semel adduxit. *Postremò*, inquit, *quan-*

doquidem potestas, & jurisdictio ista ten
qua nobis sermo, neque expresso Dei
comprehensa, neque ex traditione Apost
manus recepta, neque usu, & consuetu
totos mille annos, & amplius observata.
tifice occupata, neque ab antiquis Ecc
data, & probata, immò ne memora
tur: quæ nos obsecro credendi necessitas
tere? aut qua nobis eam auctoritate pers

Respondeo. Multa sunt quæ ex v
clesiam explicata credimus, quamv
expressè non habeantur. Filium De
substantialem, expressè in scripturis n
dimus tamen, quia sic docet Ecclesi
se verba Domini Joan. 10. *Ego & Pa*
Spiritum à Filio procedere expressè i
legimus; credimus tamen, quia sic d
telligenda esse verba Domini Joan. 1
bit, quia de meo accipiet, & annunciabi
habet Pater mea sunt, ideò dixi vobis,
piet. Baptismum parvulorum expressè
legimus; credimus tamen, quia sic c
telligenda esse verba illa Joan. 3. *Nisi*
ex aqua, & Spiritu sancto, &c. & Ma
vulos venite ad me. Sic ergo potestate
cis extendere se ad temporalia, ac
gna, & Imperia expressè in Scriptu
credimus tamen, quia Ecclesia in con
sic docet intelligenda esse illa verba D
Tibi dabo claves &c. Falsum verò est,
non fuisse in usu apud Ecclesiam per t
& amplius. Jam enim supra docuim
post annum septingentesimum tempo
di, & Zachariæ Pontificum. Item p
gentesimum tempore Leonis tertii, &
Falsum quoque est ab antiquis Patrib
datam, vel commemoratam; cùm
zianzeno paulò obscurius; sed à G
apertè commemorata, ac deindè
culis ab omnibus scriptoribus, quo
album sanctum relati sunt, aperti
ra, & celebrata fuerit. Quod in
Barclajus dicit, rationes nostras non
tiones, sed dialecticos syllogismos:
certam fidem facere; id quale sit,
deris, & momenti habeat, in sequ
cabimus.

CAPUT X

Defenditur prima ratio Bella
testate Pontificis in temp

IN Cap. 13. aggreditur Barclajus
tiones, quas ego in lib. 5. de Pon
xi ad probandam Pontificis Maxim
temporalibus. Et quoniam ille præ
Bellarmino diligentius rationes pro h
legisse, vel argutius proposuisse, vel
tilius conclusisse; ut videlicet lecto
Bellarmino superato, rem totam esse
quoque præfari debeo, me non adm
clajus de mea diligentia, argutia, &
Scio enim multos esse me longè doct
tiores, ac subtiliores, qui in eodem
me versati sunt, & quorum ego dili
dum pro ingenii mei tenuitate æmul
indè non in me superando stat summ
Barclajus persuadere lectoribus nititur
quoque lectorem esse duxi, me in ha
da rationes tantùm, & exempla,

Concilia, & Patres adduxisse: quoniam ista in libris superioribus copiosissimè persecutus fueram in confirmando primatu spirituali Summi Pontificis; quo confirmato, & firmiter stabilito facillimum esse censui, ex eo tamquam ex fonte deducere rivulos rationum ad potestatem in temporalibus comprobandam.

Prima igitur ratio mea, quam Barclajus ad verbum refert, hæc fuit.

Potestas civilis subjecta est potestati spirituali, quando utraque pars est ejusdem Reipub. Christianæ: ergo potest Princeps spiritualis imperare Principibus temporalibus, & disponere de temporalibus rebus in ordine ad bonum spirituale: omnis enim superior imperare potest inferiori suo.

Quòd autem potestas politica, non solùm ut Christiana; sed etiam ut politica, sit subjecta Ecclesiasticæ, ut talis est: Primò demonstratur ex finibus utriusque. Nam finis temporalis subordinatur fini spirituali, ut patet, quia fœlicitas temporalis, non est absolutè ultimus finis; & ideò referri debet in fœlicitatem æternam. Constat autem ex Aristotele lib. 1. Ethic. c. 1. ita subordinari facultates, ut subordinantur fines.

Secundò, Reges, & Pontifices, Clerici, & Laici non faciunt duas Respublicas, sed unam, idest, unam Ecclesiam. Sumus enim omnes unum corpus Rom. 12. & 1. Corinth. 12. At in omni corpore membra sunt connexa, & dependentia unum ab alio: non autem rectè asseritur, spiritualia pendere à temporalibus: ergo temporalia a spiritualibus pendent, illisque subjiciuntur.

Tertiò, si temporalis administratio impedit spirituale bonum, omnium judicio tenetur Princeps temporalis mutare illum modum administrandi, etiam cum detrimento temporalis boni: ergo signum est, subjectam esse temporalem potestatem spirituali. Hæc est mea ratio prima satis fideliter à Barclajo relata.

Huic rationi respondet ipse, falsum esse, quod ego assumpsi, civilem potestatem subjectam esse spirituali, quando utraque pars est ejusdem Reipub. Christianæ. Id autem falsum esse probare conatur his verbis:

Siquidem hæ duæ potestates ita sunt partes Reipublicæ Christianæ, ut neutri in alteram Imperium sit, utpotè cùm liberè, & sui juris essent, mutuo amore coierunt. Utraque erga alteram in suo ordine, & munere recognoscit, & veneratur, & suam utraque functionem arbitratu suo exercet; tantùm inter eas conspirans quidam consensus, & societas est, ad Christianam Rempub. conservandam.

Respondeo. In his verbis affirmari video, non probari, politicam, & Ecclesiasticam potestates in eadem Ecclesia Christiana conjunctas esse vinculo benevolentiæ, non autem subjectione unius ad alteram. Sed hoc rectè diceretur, si politica, & Ecclesiastica potestas ejusdem ordinis essent, & quasi duas separatas Respublicas facerent, ut sunt pagi Helvetiorum. At ex scripturis divinis Pontifices, & Reges, clerici, & laici in Christo regenerati unam Remp. imò unam civitatem, imò unam domum, imò unum corpus efficiunt. Neque potestas spiritualis, & temporalis in Ecclesia conveniunt, ut duæ Resp. in unam confœderationem, sed ut spiritus, & caro in unum hominem, ut Gregorius Nazianzenus præclarè docuit in oratione ad populum timore perculsum: certum autem est, spiritum in carnem imperium habere debere, non contra: neque sunt in Ecclesia Christi Pontifices, & Reges, ut principales Arietes in Ovili, sed ut Pastores, & oves: neque in dubium revocari potest, an Pastores ovibus, vel oves Pastoribus cum imperio præsint.

Subjungit Barclajus: *Utraque potestate, sive ut Genebrardi verbis utar, utroque magistratu Ecclesia continetur, munitur, & viget: ad quam protegendam, & sartam tectam conservandam alterius sic*

Altera poscit opem res, & conjurat amicè,

ut quamdiù societatem retinent, Respublica Christiana innumeris concordiæ, & pacis commodis efflorescat. At ubi coitam dissolvunt, spiritualis quidem potestas, licèt divina virtute præstans, imbecillior tamen in oculis hominum, & corporalibus auxiliis destituta plerumque contemnitur: temporalis verò, quantumvis potens, atque fortis in suam ipsius perniciem per omne scelus, & insaniam properat, nimirum cœlesti gratia destituta, qua per spiritualis potestatis coitionem fruebatur.

Respondeo. Hæc omnia contra suum auctorem, non contra Bellarminum pugnant. Fatetur enim Bellarminus, optimum esse, ut duæ istæ potestates concordes sint, & valdè perniciosum si inter se pugnent: sed non inde sequitur unam alteri non esse jure subjectam. Nam & in homine optimum est, ut spiritus, & caro concordes sint, & perniciosum si diffideant, ut sæpè carne reluctante imperio spiritus, & spiritu carnem in servitutem redigere conante, discordant: nec tamen ullus sapiens ex hac discordia colliget, non debere esse spiritui in carnem suam imperium; cùm contrarium apertissimè inde colligatur. Igitur eodem modo ex eo quòd ex discordia duarum potestatum, spiritualis, & politicæ in eadem Christiana Republica tam multa incommoda sequuntur, & utrique valdè necessaria concordia est: colligi debet, pertinuisse ad sapientiam Christi Christianæ Reipublicæ Conditoris, ut unam potestatem alteri subjiceret, quò facilius pacem, & concordiam inter se retinerent, & colerent.

Addit Barclajus testimonium Hosii Cordubensis, & S. Bernardi: sed quoniam ad testimonium Hosii non semel supra respondimus; audiamus verba S. Bernardi lib. 1. de Consideratione cap. 5. *Habent*, inquit, *hæc infima, & terrena Judices suos, Reges, & Principes terræ, quid fines alienos invaditis? quid falcem vestram in alienam messem extenditis?*

Respondeo. Sanctus Bernardus ipse se declarat, cùm in eodem loco subjungit: *Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippè potioribus occupatis: denique ubi necessitas exigit, audi quid censeat, non ego, sed Apostolus. Si enim in vobis judicabitur hic mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? Sed aliud est incidenter incurrere in ista, causa quidem urgente, aliud verò incumbere istis, tamquam magnis, dignisque tali, & talium intentione rebus.* Ubi demonstrat Pontifices maximos, ut plurimum debere in rebus majoribus occupari, & infima ista, ac terrena relinquere Judicibus minoribus, Regibus videlicet, & Principibus terræ. Quemadmodum Apostolus 1. Corinth. 6. dixit, *Judicia sæcularia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, hos constituite ad judicandum.* Itaque S. Bernardus eo loco fines alienos, & messem alienam, judicia terrena vocavit, non quòd non possit Pontifex, sed quòd ut plurimum non debeat, dimissis rebus gravioribus, istis terrenis, & vilibus implicari. Et Barclajus non satis prudenter, ne dicam fraudulenter, verba citat, quæ secum adferunt explicationem, si locus integer adferatur.

Pari astutia Joan. Driedonem allegat ex lib. 2. de libert. Christiana cap. 2. cujus hæc sunt verba: *Christus utriusque potestatis officia discrevit, ut una divinis, & spiritualibus rebus, atque personis, altera profanis, atque mundanis præsideret*; & mox: *En planè vides Christum discrevisse utriusque potestatis officia, distinctio igitur Ecclesiasticæ potestatis Papalis è potestate sæculari, ac Imperiali est de jure divino facta.*

Respondeo. Scribit Joannes Driedo, potestates illas duas distinctas esse; sed unam alteri subjectam esse, temporalem videlicet spirituali hoc loco non negat, & pauló infra in eodem capite disertis verbis affirmat, dicens: *Unde Papa, & Imperator sunt in Ecclesia, non tamquam duo Rectores summi inter se divisi,*

quorum

quorum neuter alterum cognoscit, & veneratur, tamquam superiorem: quia Regnum sic contra se desolabitur, hæc ille: nec valet glossa Barclaji, quod Imperator in spiritualibus Papam, Papa in temporalibus Imperatorem cognoscere debeat, & venerari tamquam superiorem. Nam Ioan. Driedo explicuit sententiam suam lib. 1. ejusdem operis, cap. 9. ubi docuit, in ordine ad finem supernaturalem, subjectam esse potestatem temporalem potestati spirituali, & cap. 14. docuit, Papam habere plenitudinem potestatis super omnes Reges, & Principes Christianos, & posse eos Regnis privare, & in temporalibus prorsus eximere plebem Christianam ab eorum obedientia, & subjectione: & nusquam docuit, potestatem spiritualem subjectam esse temporali, aut posse à Regibus privari Pontificem Papatu, aut ab ejus obedientia, & subjectione populos liberari. Allegat Barclajus antiquam glossam in can. Hadrianus, dist. 63. sic dicentem, *Quemadmodum ille huic in spiritualibus: ita hic illi in temporalibus pater est*. Sed ego istam glossam neque in novis, neque in antiquis editionibus invenire potui. Fortasse tamquam delira Anus antiquata est, aut præ nimio senio jam dudum excessit è vivis.

Postremò addit Barclajus testimonium Bellarmini, ut Bellarminum cum Bellarmino committat, eumque proprio gladio vulneratum prosternat. *Nota*, inquit *Bellarminus lib. 5. de Pontifice cap. 3. quemadmodum non est idem sydus Sol, & Luna, & sicut Lunam non instituit Sol, sed Deus: ita quoque non esse idem Pontificatum & Imperium, neque unum ab alio absolutè pendere*. His verbis recitatis, *subjungit Barclajus: Sunt quidem Sol, & Luna duo luminaria magna, quæ Pontifex Innocentius, cap. solitæ, de majorit. & obed. per allegoriam interpretatur duas dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas, & illam Soli, hanc Lunæ comparat. Unde hoc modo disputo. Quemadmodum Luna non minus Luna est, nec minus per se consistit, tunc cùm à Sole recedit, & mutuatum ab eo lumen errans amittit, quàm cùm ejus radiis pleno orbe, atque aspectu illustratur, & neutro casu hæc ab illo, aut ille ab hac dependet; sed ambo institutionis suæ ordinem, & modum tenentes Deo, Mundoque deserviunt: sic etiam potestas Regalis, sive politica propriis subnixa viribus per se semper consistit: & licet magnum quidem lumen ad benè, beateque vivendum à Pontificali, spiritualique potestate accipiat: tamen ejus, neque accessu, neque recessu ulla ex parte in sua vi ria, sive essentia mutatur, minuitur, vel augetur, multoque minus advenienti subjicitur*.

Respondeo. Similitudines non in omnibus locum habent, sed in ea tantùm re, ad quam explicandam adhibentur. Ideò frustra quæritur accommodatio in omnibus. Christus agnus Dei dictus est propter mansuetudinem, & leo propter fortitudinem, & petra propter firmitatem, & vitis propter fœcunditatem: nec tamen licet Christo tribuere stoliditatem ovis, aut sævitiam leonis, aut duritiem lapidis, aut fragilitatem vitis. Rectè igitur comparavit Innocentius III. potestatem Pontificiam Soli, & potestatem Regiam Lunæ, quòd illa præsit spiritualibus, ista temporalibus, illa sit major, ista minor. Nec malè ego notavi, Pontificatum, & Imperium instar Solis, & Lunæ esse distincta, & à Deo; & Imperium absolutè non pendere à Pontificatu: quia videlicet Imperium Romanum fuit ante Pontificatum Christianum, ac per hoc institutum non fuit à Pontifice: neque Pontifex Imperium sustulit unquam, sed solùm transtulit ab uno homine ad alium, vel ab una gente ad aliam. Concedimus autem Barclajo potestates Pontificiam, & Regiam instar Solis, & Lunæ non pendere ab invicem quoad essentiam. Sed non concedimus, quod Barclajus in fine addidit, Lunam Soli non subjici. Subjicitur enim Luna Soli, cùm ab
eo lumen recipiat, & non subjicitu
nihil recipit à Luna. Nec solùm L
etiam stellæ subjiciuntur Soli, quoni
recipiunt: & rectè Marcus Tullius
nis de Sole dicit, Dux est & Pri
rator luminum reliquorum. Itaqu
Soli subjicitur Luna, & Lunæ no
ita quoque Pontifici subjicitur Re
subjicitur Pontifex.

CAPUT .

Defenditur confirmatio pr
nis Bellarmini

IN Cap. 14. Barclajus examinat
ta, quibus ego probavi assump
tionis, sive antecedens primi enthym
larum verbis utamur. Primum a
fuit: Finis temporalis subordinatur
facultates subordinantur, ut subordi
tur facultas, sive potestas tempora
facultati, sive potestati spirituali.
tum respondet Barclajus his verbis.

*Nego constanter talem ordinationem
nem finium harum potestatum esse, qu
testates sunt. Nam finis politica, se
quatenus politica est, nihil aliud absolute
fælicitatem temporalem, commune scili
degenda ordinatam tranquillitatem, ut
larminus fatetur. Politica potestas, i
Principes, leges, judicia, &c. & s
suos Episcopos, Canones, judicia. Illa
poralem pacem, ista salutem æternam*
qui postea rem eandem confirmat e
Timoth. 2. qui jubet nos orare pro
quillam vitam agamus in omni pieta
Item ex Navarro, qui in cap. Novit.
dicit, finem potestatis laicæ esse vi
tam, & quietam temporalem mo
finis est legum ab ipsa emanantium
Ecclesiasticæ, finem esse vitam
turalem, eundemque esse finem
manantium.

Respondeo. Negat Barclajus ren
nium consensione Doctorum; nec
radoxa sua defendere, nisi audact
do, quæ illi objiciuntur. Quid en
gos, & Philosophos notius, quàm
efficientes, tum finales ordinem e
superioribus subordinari? Certè Deu
efficiens omnium rerum, eique sul
secundæ, sive universales, quale
particulares, quales sunt res istæ i
unaquæque producit effectus sibi si
actione cœlorum, & cooperatione
delicet, atque altissimæ causæ. E
finis ultimus absolutè Deus est, a
ne quodam referuntur, & subordi
fines. Finis quidem immediatus po
est pax Reip. temporalis, sed hæc
paci supernaturali hominis cum De
beatæ, quæ est in superna Hieru
dem subordinatur gloriæ Dei Cond
mum principium, & ultimus finis
Atque hoc ipsum docent auctores,
jus citat. Bellarminus enim, quer
minat, lib. 5. de Pontif. cap. 6. u
politicæ potestatis esse pacem temp
potestatis Ecclesiasticæ esse salutem
post addit hæc verba: *Quando istæ*

juncta, unum corpus efficiunt, ideoque debent esse connexa, & inferior superiori subjecta, & subordinata: cujus rei rationem reddit cap. 7. *quia finis temporalis potestatis subordinatur fini potestatis spiritualis*. Sanctus quoque Apostolus 1. ad Timoth. cap. 2. quem Barclajus secundo loco citavit, cùm jussit orari pro Regibus, ut tranquillam vitam agamus; adjunxit, *in omni pietate, & castitate*; ut ostenderet tranquillitatem vitæ, quæ est finis politicæ potestatis, subordinari pietati, & castitati, quæ finis est potestatis spiritualis, per quem ad finem ultimum pervenitur, qui est fœlicitas sempiterna. Denique Navarrus, quem tertio loco Barclajus attulit, in cap. Novit, de Judic. num. 90. scribit, finem potestatis temporalis esse vitam bonam, & beatam mortalium temporalem; finem spiritualis potestatis esse vitam æternam in cœlis. Sed idem auctor eodem loco, num. 97. demonstrat, finem temporalis potestatis subordinari fini potestatis spiritualis, cùm docet ex S. Thoma lib. 3. de Regimine Principum cap. 12. *Christi dominium ordinari ad salutem animæ & spiritualia bona, licèt à temporalibus non excludatur, eo modo quo ad spiritualia ordinantur. Expende, inquit, Navarrus, illa verba, eo modo, quo ad spiritualia ordinantur: nam illo & non alio modo suprema hæc Papæ Patria Patris potestas extenditur ad illa, idest, ad temporalia*. Ibidem Navarrus adducit alium locum S. Thomæ ex 2. 2. q. 40. art. 2. ad tertium. *Omnis persona, inquit S. Thomas, vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de his, quæ sunt ad finem: bella autem carnalia in populo fideli sunt referenda ad spirituale bonum divinum, cui Clerici deputantur: & ideò ad Clericos pertinet disponere, & inducere alios ad bellandum bella justa*. Ubi S. Thomas docet bella carnalia ordinari ad bonum spirituale, ut ad finem non immediatum, sed mediatum: finis enim belli carnalis immediatus est victoria, & pax temporalis: sed quia hæc ordinatur ad bonum spirituale, ut alia omnia temporalia, ideò dicitur bellum carnale ordinari ut ad finem, mediatum videlicet, ad bonum spirituale: & ea de causa disponere de bellis justis agendis pertinet aliquo modo ad Clericos, idest, ad Ecclesiasticam potestatem, cujus finis immediatus est bonum spirituale. Multa similia habet idem S. Thomas, de subordinatione finium in 1. 2. q. 1. art. 4. & lib. 3. cont. gent. cap. 17. 18. & seq.

Aggreditur deinde Barclajus secundum argumentum meum, quod erat hujusmodi: Reges, & Pontifices, Clerici & laici non faciunt duas Respublicas, sed unam idest, unam Ecclesiam: sumus enim unum corpus Rom. 12. & 1. Cor. 12. At in omni corpore membra sunt connexa, & dependentia unum ab alio: non autem rectè asseritur spiritualia pendere à temporalibus, ergo temporalia à spiritualibus pendent, illisque subjiciuntur.

De hoc secundo argumento ita loquitur Barclajus, *Secundum verò argumentum usque adeò frivolum est, & fallax, ut nihil inscitius dici, aut vitiosius colligi possit, quàm quod eo concluditur: ecqua enim Anus tam excors est, ut nesciat non valere hanc consecutionem, sunt membra unius corporis, ergo unum ab alio pendet: nam neque pes à pede, neque brachium à brachio, neque humerus ab humero pendet, sed ab uno tertio*.

Respondeo. Oblitus erat Barclajus, cùm hæc scriberet, eorum, quæ paulò ante dixerat, neminem Bellarmino argutius argumenta proponere, neminem brevius, subtiliusque concludere, ista siquidem non benè cohærent argumenta proposita argutissimè, subtilissimeque conclusa à qualibet excorde Anu posse nullo labore dissolvi. Sed omitto Barclaji inconstantiam, qui Bellarminum nunc laudibus evehit in cœlum, nunc conviciis deprimit in abyssum: parum enim Bellarmino est, ut à Barclajo judicetur, aut ab aliis ei similibus, qui Judices ejus legitimi non sunt: omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & ab illo justè vereque, ac sine omni animi perturbatione judicabimur. Quod ergo dixi, membra ejusdem corporis esse connexa, & unum pendere ab alio; de membris diversi generis intelleχi, qualia sunt digitus, manus, brachium, humerus, & caput: non de membris ejusdem generis, qualia sunt duæ manus, duo pedes, duo oculi, duæ aures: potestas enim politica, & Ecclesiastica, de quibus loquebamur, diversi generis sunt, ut notum est: & secundùm post materiam verba intelligenda sunt; alioqui nulla esset tam certa demonstratio, quæ calumniam pati non posset. Itaque potestas Regia, quæ in suo genere principalis est, si cum potestate Pontificia, quæ etiam in suo genere principalis est, in unum corpus coalescat, necessariò debet, aut subesse, aut præesse, ne sint in uno corpore duo capita: & cùm satis constet Pontificem esse caput Ecclesiæ vice Christi, apertè sequitur, ut debeat Rex, aut non esse membrum hujus corporis, aut Pontifici subesse; & eodem modo potestas politica, quæ præcipuè residet in Rege, aut debet subjecta esse spirituali, quæ præcipuè residet in Pontifice, aut extra Ecclesiam remanere: quemadmodum non potest esse digitus in corpore, qui non pendeat à manu; neque manus, quæ non pendeat à brachio; neque brachium quod non pendeat ab humero: neque humerus, qui non pendeat à capite. Quod autem Barclajus dicit paulò post, potestatem spiritualem, & politicam, esse veluti duos humeros in corpore, quorum neuter alteri subjicitur; sed uterque subjicitur uni capiti Christo: non solùm est falsum, quia potestates illæ non sunt ejusdem generis, ut duobus humeris comparari possint, quo modo rectè compararentur duobus humeris duæ Regiæ potestates: sed etiam ad hæresim pertinet, quæ hoc tempore maximè viget: quid enim hæretici hujus temporis majori conatu populis persuadere conantur, quàm non esse Summum Pontificem caput visibile corporis Ecclesiæ, cui omnes Christiani, quantumvis magni necessariò subjici debeant, si salvi esse velint; Atqui hoc illis ultro concedit Barclajus, qui tamen in toto libro Catholicum se facit. Itaque potestas spiritualis, & politica non rectè comparantur duobus humeris; sed vel spiritui, & carni comparari debent, ut facit S. Gregorius Nazianzenus in oratione sæpè citata ad populum timore percussum, & Præsidem irascentem: vel brachio, & capiti, membris videlicet principalibus, quorum tamen unum, quamvis in se valdè potens, & robustum ab altero superiore dirigi debeat, & gubernari.

Sed instat Barclajus, atque objicit mihi mea ipsius scripta, lib. 3. de Pontifice cap. 19. ubi admitto Reges terræ non habere in terris judicem, quantum ad res politicas pertinet: & contendit, me contraria loqui, cùm uno in loco doceo, Reges non habere judicem in terris, quo ad res politicas: in alio loco admitto, Pontificem Judicem esse Regum, ut etiam eos per sententiam Regno privare possit.

Respondeo. Innocentius III. in cap. Per venerabilem, Qui filii sint legit. scribit Reges in temporalibus, non habere superiorem: & tamen ipse idem Othonem quartum Imperatorem deposuit. Audeat ergo Barclajus Innocentium, tamquam secum ipsum pugnantem arguere: & ego cum tanto Pontifice reprehendi non molestè feram. Sed defensio in promptu est: Reges enim non habent Judicem in terris, quo ad res politicas, sive in temporalibus, dum eorum regimen ita intra res politicas, & temporalia se continet, ut spiritualibus non officiat. Præterea dicuntur Reges non habere Judicem in politicis, & temporalibus, quia non habent super se Judicem politicum, sive temporalem, quamvis habeant Judicem spiritualem, à quo dirigi, & judicari possunt etiam in temporalibus per ordinem ad spiritualia.

Quod

Quod verò Barclajus addit, discrimen vocum directè, & indirectè ad formam, & modum pertinere, non ad vim, & effectum judicii: jam supra refutatum est in capite duodecimo, ubi de his vocibus ex proposito disputavimus.

Restat argumentum meum tertium, quod tale erat: Si temporalis administratio impedit spirituale bonum, omnium judicio tenetur Princeps temporalis mutare illum modum administrationis, etiam cum detrimento temporalis boni, ergo signum est, subjectam esse temporalem potestatem spirituali.

Huic argumento duobus modis Barclajus occurrit: primùm enim notat quod cùm rem demonstrandam susceperim, signum tantùm protulerim: deindè negat consecutionem argumenti: nam ex eo quòd tenetur Princeps temporalis mutare formam regiminis, si per eam bonum spirituale impediatur: dicit Barclajus sequi, spiritualia esse digniora temporalibus, non autem potestatem temporalem spirituali esse subjectam.

Respondeo. Non est novum, neque insolitum post demonstrationes adferre quoque argumenta à signo. Quod autem attinet ad consecutionem fallitur Barclajus. Nam ex illo antecedente, Tenetur Princeps Politicus mutare administrationem suam, si obsit bono spirituali; non sequitur absolutè, ergo bonum spirituale est nobilius, ac dignius temporali: sed sequitur, ergo ad bonum spirituale ordinatur, ut ad suum finem bonum temporale, ac per hoc potestas temporalis subjecta est potestati spirituali: necessitas enim mutandi administrationem in eo casu non oritur ex dignitate, vel nobilitate boni spiritualis præcisè, sed ex subordinatione unius ad alterum: quod perspicuè ostendi in meo lib. 5. de Pontifice cap. 7. in explicatione hujus argumenti tertii, ad quæ Barclajus nihil respondit.

CAPUT XV.

Refutatur digressio Barclaji.

IN capite quintodecimo Barclajus non contentus iis, quæ dixerat in responsione ad primam rationem meam: antequam transeat ad secundam examinandam, & refellendam, iterum repetit sententiam suam de potestate Ecclesiastica, ac politica, quòd videlicet, Principes temporales subjecti esse debeant Episcopis, quo ad spiritualia, & contra Episcopi subjecti esse debeant Principibus, quo ad temporalia: & quemadmodum Episcopi cogere possunt spiritualibus pœnis Principes temporales ad obediendum in iis, quæ ad animam pertinent: sic possint Principes temporales cogere Episcopos corporalibus pœnis ad obediendum in iis, quæ pertinent ad temporalia, modo fidei Catholicæ, & bonis moribus non sint contraria. Excipit tamen summum Pontificem, quem dicit non esse subjectum ulli Principi temporali, quoniam ipse quoque est Princeps supremus temporalis in provinciis ditionis Ecclesiasticæ. In summa tollit Barclajus de medio omnem exemptionem Ecclesiasticorum à potestate Principum sæcularium. Ac primùm ad hanc sententiam stabiliendam producit testimonium Francisci Romuli in responsione ad certa capita Apologiæ, &c. qui disertis verbis affirmat, Episcopos Regibus in temporalibus rebus, & Reges Episcopis in rebus spiritualibus debere esse subjectos. Sed facilis est responsio. Loquitur enim Franciscus Romulus eo loco de subjectione, quam habent Episcopi, & reliqui Clerici ad observandas leges politicas, & non perturbandum ordinem politicum a Regibus constitutum; ut etiam docent Gelasius, & Nicolaus Pontifex, ille in epist. ad Anastasium Imperatorem, hic in epistol. ad

Imperatorem Michaelem, quos
Romulus allegavit. Sed hinc non
gi Episcopum à Rege ad obediendi
non obediat, cùm Rex nullam ha
vel Clericos potestatem, quod ap
Concilio Constantiensi, sess. 31.

Secundò producit testimonium ip
lib. de Clericis cap. 28. ubi docet
ves, esse partes, & membra Re
per hoc obligari ad leges politicas
quoniam idem Bellarminus in eode
testatem coactivam à qua liberos e
Barclajus reclamat, ac dicit: *Veri*
sequium legum, ubi causa postulat, à
posse, ut nec in ea re exemptionis sua
quod ab Imperatorum, & Principum
satis constat. Frustrà enim legum au
contra eas committit.

At hic Barclajus more suo cont
tholicorum omnium loquitur: qu
tent Theologi, & Canonistæ de jur
men esse Clericos aliquo jure exem
se cogi à laica potestate omnes doce
verius sit existimandum, quod unus
sitas docet, aliis judicandum relinq
Inferius plura dicemus, & multa e
ricis diximus.

Tertiò Barclajus producit testimo
in epist. 15. lib. 4. ubi S. Gregorius
bens, sic loquitur: *Sacerdotibus non*
Dominus noster citius indignetur; sed
tione propter eum, cujus servi sunt, e
etiam debitam reverentiam impendat.

Dominetur nimirum, addit Barcla
sunt, & partes Respub. reverentiam n
Sacerdotes, & Patres spirituales, quib
ut Ecclesiæ filius subjicitur.

Respondeo. Possent verba S. Gr
sum exponi, ut significare voluerit,
minari posse Sacerdotibus constituen
quas ipsi quoque vi rationis, sed non
tenentur; sed eis reverentiam illam
re, ut non eos ipse puniat, si leges
prælatis ipsorum puniendos relinqua
ex ipso Gregorio in Commentario
mus, Mauritium Tyrannicè impera
perii sui annis, ac potissimùm in Sace
pisse: mirum non est, si S. Gregor
ut jugum Tyrannicum si auferre non
re saltem, & moderari niteretur.

Quartò producit testimonium Scri
cap. 2. Ubi Salomon Rex sacerdote
um mortis pronunciavit, quòd co
consensisset: & ejecit eum, ne sacer

Responsio. Non est improbabile i
teri Regem absolutè majorem fuisse
quòd ita doceat S. Thomas in lib. 1. d
cipum cap. 14. tum quòd in testamen
siones essent temporales, & sacrific
quoniam probabilius est, in ipso etia
teri, majorem fuisse Pontificem Reg
lib. 2. de Pontif. cap. 29. ideò persistin
sione, quam in eo loco scripsimus,
ut Regem, sed ut Prophetam divino
se Abiatharem mortis reum, & ei
gasse, aliumque ei substituisse. Nam
ra 3. Reg. 2. legimus: *Ut impleretur ser*
locutus est super domum Heli in Silo: ta
lomon hoc fecerit. At inquit Barc
impleretur sermo Domini, nihil aliud
impletionem fuisse, quod Dominus prædixe
admodum Matth. 27. *cum dicitur, im*

inter se vestimenta Christi, ut impleretur illud Psalmi, Diviserunt sibi vestimenta mea.

Respondeo. Illud, ut impleretur verbum Domini, aliquando significat solùm, illud fuisse prædictum, & postea impletum, ut in loco allegato ab Adversario. Aliquando significat id factum esse eo animo, eaque intentione, ut obedientia præstaretur Deo, qui voluit per eum id fieri, ut lib. 4. Reg. cap. 9. Jehu jussit, Joram Regem occisum projici de curru in agrum Jezrael, ut impleretur verbum Domini, quod locutus fuerat per Eliam Prophetam, Tolle, inquit, eum, & projice de curru in terram, juxta verbum Domini. Quod autem locus allatus ex lib. 3. Reg. cap. 2. debeat intelligi hoc secundo modo, probari potest ex voce hebraica: nam ubi nos habemus in textu latino, Ejecit ergo Salomon Abjathar, ut non esset Sacerdos Domini; ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo: in hebræo est verbum activæ significationis למלא adimplendum, sive ut ipse impleret sermonem Domini. Quare verba textus latini debent sic intelligi, ut impleretur, supple, ab ipso Salomone sermo Domini &c. Adde, quòd ex sententia Barclaji, Rex non potest punire Sacerdotem pœna spirituali, neque miscere se in negotiis spiritualibus, sed solùm in temporalibus: Salomon autem privavit Abjathar munere sacerdotali, & alium ejus loco substituit; ergo vel excessit modum potestatis suæ, vel hoc fecit non ut Rex, sed ut Propheta, ex peculiari instinctu Dei, ut nos supra diximus. Denique si hæc Lectori non satisfaciunt; dicere possumus, in Scriptura sacra narrari factum Salomonis, sed non definiri, jure ne, an injuria id fecerit: quemadmodum etiam in eo loco narrantur cædes Adoniæ fratris Salomonis, jussu ejusdem Salomonis patrata, ob id, quòd Adonias petierit sibi dari in uxorem Abisag Sunamitidem, quod rectè ne, an secus factum fuerit, disputari potest. Itaque non benè colligeret, qui diceret, Rex Salomon privavit sacerdotem functione sua, & occidit fratrem suum, quia petierat in uxorem illam puellam, quæ fuerat ancilla patris sui: ergo possunt Reges privare functione sua Sacerdotes, aliosque in eorum locum substituere: & possunt fratres suos interficere, si speciosam aliquam puellam, quam Rex ipse fortasse amat, sibi dari postulent in uxorem. Iste, inquam, non bene colligeret, quia Reges multa sæpè faciunt ex potestate, non ex justitia: & videndum est non tam quid possint, quàm quid debeant, sive quid jure possint: non enim verum est, quod Imperatori Antonino Caracallæ dictum fuit, Regibus quod libet licet.

Addit Barclajus: (Æquè fallitur vir idem doctissimus, cùm ait eodem lib. 2. de Summo Pontif. cap. 29. non mirum esse, si in Testamento veteri summa potestas fuisset temporalis, in novo spiritualis, quia in veteri Testamento promissiones tantùm temporales fuerunt, & in novo spirituales, & æternæ.)

Respondeo. Eam ego sententiam ut probabilem posui, propter auctoritatem S. Thomæ in lib. 1. de Regimine Principum, sive auctoris illius libri, quicumque fuerit, & propter non contemnendam rationem ab eodem auctore allatam. Barclajus autem dicit quidem in utroque testamento potestatem Regiam fuisse solùm temporalem; potestatem pontificiam, solùm spiritualem, sed nulla vel auctoritate, vel ratione probat. Quare nemo mirari debet si veterem auctorem cum ratione loquentem anteponamus Barclajo, auctori recenti, & sine ratione veteres carpenti.

His expeditis percenset, ac numerat Barclajus ordine privilegia exemptionum, quæ data sunt à Regibus, vel Imperatoribus ordini Ecclesiastico; ex quibus colligit, Ecclesiasticos ex se subjectos esse in temporalibus politicæ potestati: nisi enim subjecti essent, non egerent privilegiis, neque illa vel quæsivissent, vel etiam oblata accepissent.

Ad hæc breviter respondeo, nos hoc loco non suscepisse disputationem de potestate Regum in Ecclesiasticos, sed de potestate Summi Pontificis in temporalibus: neque æquum est de una disputatione ad aliam transire. Quare Lectorem remittimus ad ea quæ in Controversiis de exemptione Ecclesiasticorum disputavimus, præsertim in editionibus post annum Domini 1598. in quibus paulò planius & plenius sententiam nostram explicuimus, quàm in editionibus prioribus. Accedit etiam, quòd Barclajus infrà iterum de hac re, & fusius tractat, capite videlicet trigesimosecundo, & trigesimotertio, ubi se in materia exemptionis novam doctrinam contra Scriptores omnes invenisse gloriatur.

CAPUT XVI.

Refellitur alia digressio Barclaji.

IN capite sextodecimo Barclajus intermissa responsione ad rationes meas, pro potestate Pontificis in temporalibus, iterum digreditur ad potestatem Regum in Pontifices. Et quoniam ego in lib. 2. de Pontif. cap. 29. dixeram, discrimen esse agnoscendum inter Reges Ethnicos & Christianos, quòd illi non subjecissent se per Baptismum Summo Pontifici, ut Christi Vicario, isti autem subjecissent: & ideò probabiliter dici potuisse, Summos Pontifices olim subjectos fuisse Imperatoribus Ethnicis quoad temporalia; Imperatoribus autem Christianis, numquam fuisse de jure subjectos: aggreditur hoc discrimen impugnare, seque demonstraturum pollicetur, Pontifices Summos non minus subjectos esse de jure Regibus Christianis, quàm Ethnicis quod attinet ad temporalia. Excipit tamen eos Pontifices, qui post adeptam temporalem ditionem in certis provinciis cœperunt esse supremi Principes politici, ut sunt Reges aliique Principes absoluti. Utitur autem hac ratiocinatione: Principes temporales per baptismum subjecerunt se potestati spirituali Summi Pontificis, ut Christi Vicarii: ex hac autem subjectione non sequitur Summum Pontificem, non esse subjectum potestati temporali Principum Christianorum; ergo Bellarminus vitiosè argumentatur.

Respondeo. Quod dixeram in loco citato de subjectione temporali Summorum Pontificum ad Ethnicos Imperatores, in Recognitione operum meorum ante duos annos edita mutavi: secutus enim fueram auctoritatem Alberti Pighii: sed animadverti postea, rationem ejus sententiæ, non esse satis firmam. Sed nihil ad Barclajum: sive enim Pontifices subjecti fuerint temporali potestati Imperatorum Ethnicorum, sive non fuerint, Barclaji ratiocinatio vitiosa est, & Bellarmini argumentum vitio caret. Per hoc enim quòd Reges per Baptismum potestati spirituali Pontificis se subjecerunt, censentur etiam eidem potestati spirituali Regna sua subjecisse, & politicam potestatem; ut videlicet à Pontifice dirigi, & corrigi vellent, si quo modo circa temporalia à via salutis deflecterent. Vana sunt autem omnia quæ Barclajus subjungit de Constantino Imperatore, Clodoveo, & Donaldo Regibus, qui per baptismum Imperio, & Regnis non exciderunt. Nam neque nos dicimus, Reges per baptismum Regnis excidere, aut quicquam sui juris amittere; sed contra potius affirmamus, Reges post baptismum fœlicius, verniusque regnare. Neque enim Christi Vicarius Regna filiorum suorum spiritualium affectat, aut jurisdictionem illorum temporalem imminuere, aut perturbare cupit, ut apertè scripsit

ſcripſit Innocentius III. in capite ſæpè citato, Per venerabilem, Qui filii ſint legitimi; ſed providere nititur, ut ita regnent in terris, ut Regnum cœleſte non amittant, & ut Regna terrena Regno cœleſti famulentur, ut præclarè ſcribit S. Gregorius in lib. 2. epiſt. 61.

Subjungit poſtea Barclajus ſimilitudinem, qua explicari aptiſſimè, & confirmari efficaciſſimè ſententiam ſuam cenſet, hæc eſt autem ſimilitudo. *Si quis filius familias patre ſuo adhuc ſuperſtite magiſtratum publicum gerat: debebit patri parere in iis, quæ ad res domeſticas pertinent, & poterit ſi malè ſe geſſerit erga patrem, à patre puniri per exhæredationem, aliaſque pœnas ad quas patria poteſtas ſe extendit: non tamen parere tenebitur in iis, quæ ad publicam adminiſtrationem pertinent, neque poterit à patre privari Magiſtratu, aliiſve pœnis coerceri, quæ à publico Magiſtratu infligi ſolent. Contra verò pater tenebitur filio Magiſtratum gerenti aſſurgere, eique parere in rebus publicis, & politicis; non autem in domeſticis: & poterit in patrem animadvertere, atque in eum lege agere, ut in alios homines privatos, ſi contra publicas leges aliquid forte peccaverit. Sic igitur Pontifex, qui pater eſt omnium Chriſtianorum, etiam Regum, & Principum, poterit Regibus imperare in iis, quæ ad res domeſticas, ideſt, Eccleſiaſticas pertinent, eoſque punire pœna graviſſima exhæredationis, ideſt, excommunicationis: ſed non poterit aliquid eis jubere circa regimen politicum, neque eos Regnis privare: contra, Reges poterunt Pontifici imperare in iis, quæ ſpectant ad regimen politicum, non autem in rebus Eccleſiaſticis & ſpiritualibus.*

Reſpondeo. Jam ſupra admonui, Barclajum eadem ſæpius repetendo librum ſuum augere, ut ex parvo libello, liber juſtæ ſtaturæ efficiatur. Hanc enim ſimilitudinem jam antea propoſuerat cap. 3. eo excepto, quòd eo loco Patri adoptivo Pontificem comparaverat, hoc loco Patri ſimpliciter comparat: ſed quod attinet ad rem præſentem, eadem ſimilitudo eſt. Atque ut cap. 3. admonuimus, ſimilitudo illa tam eſt inepta, & puerilis, ut mirum ſit, Barclajus ipſum non animadvertiſſe vitia ſimilitudinis à ſe allatæ. Nam poteſtas publici Magiſtratus major eſt poteſtate patria civium privatorum, & poteſt eam dirigere, & corrigere, &, ſi juſtitia poſtulet, poteſt Patrem patria poteſtate privare: contra verò, Pater, cum civis privatus ſit, non poteſt Magiſtratum publicum dirigere, vel corrigere, multò minus illum poteſtate privare. Poteſtas autem Summi Pontificis, patria quidem poteſtas eſt; ſed haud ſimilis poteſtati patriæ civium privatorum; ſed poteſtati Dei, cujus Pontifex vices gerit in terris; proindè poteſtas eſt ſupernaturalis, ſpiritualis, publica, & omni poteſtate politica, atque humana longè ſublimior. Itaque duo ſunt in hac ſimilitudine peccata Barclaji: unum quòd poteſtatem politicam magiſtratus, & poteſtatem civium privatorum pares facit; cùm tamen prior, ut ſuperior, poſterior ut inferiori ſubjiciatur: alterum, quòd poteſtatem Pontificiam ſimilem fecerit poteſtati patriæ humanæ, & privatæ; cùm ſit poteſtas publica, & divina, qua neque major, neque par in terris inveniri poteſt. Vide quæ diximus de hac re cap. 3.

Addit poſtremò Barclajus teſtimonium Nicolai Cardinalis de Cuſa, qui in lib. 3. de Concordia Catholica cap. 3. ſcribit, fuiſſe in antiqua quadam gloſſa ad Canonem Hadrianus, diſt. 63. *Papam eſſe Patrem Patricii in ſpiritualibus, & Patricium eſſe Patrem Papæ in temporalibus*, & cap. 4. ſcribit, *non eſſe in manu Romani Pontificis dare cuicumque provinciæ per Mundum Regem, vel Imperatorem, ipſa non conſentiente.*

Ad primum teſtimonium jam ſupra reſpondi, gloſſam illam antiquam meritò fuiſſe antiquatam, & exploſam. Ad ſecundum, reſpondeo, Pontificem Ro-

manum poſſe, præſertim in caſu ha
res, ac Reges excommunicare, atq
rumque ſubditos ab obedientia libe
in locum ipſorum ſuccedere debeat
quere illis ad quos de jure pertinet
trudit Imperatores, aut Reges prc
invitis, neque jura hæreditariæ ſucc
ctionis tollit; atque hoc eſt ſolum
lis ille requirit.

CAPUT X

Defenditur ſecunda ratio, Summi Pontificis in temp

IN capite ſeptimodecimo Barclaj
expeditis, redit ad examinandas
Bellarmini rationes: & quoniam de
tis multa dicta ſunt de cap. 14. ag
cundam, quam fideliter tranſcripſit

Secunda ratio, inquit, eſt: Re
ſtica debet eſſe perfecta, & ſibi ſu
ad finem ſuum: tales enim ſunt o
benè inſtitutæ: ergo debet habere
tem neceſſariam ad finem ſuum co
neceſſaria eſt ad finem ſpiritualem
& diſponendi de temporalibus rebu
poſſent mali Principes impunè fo
evertere Religionem; igitur, & I
habet. Item poteſt quælibet Reſpub
& ſibi ſufficiens eſſe debet, impera
non ſibi ſubjectæ, & eam cogere a
miniſtrationem, imò etiam depon
pem, & alium inſtituere, quando
ſe defendere ab ejus injuriis: ergo
terit ſpiritualis Reſpub. imperare te
ſibi ſubjectæ, & cogere ad mutan
tionem, & deponere Principes,
tuere, quando aliter non poteſt b
rituale tueri.

Hanc rationem ſatis fideliter allata
pite Barclajus reprehendit. Primùm
eſſe Reſpublicas in Eccleſia, una
rum, alteram laicorum, ſive, un
alteram temporalem; unam ſacram
ticam: & probat ex prima mea rati
xi, poteſtatem politicam, & ſpiri
tes ejuſdem Reipub. Chriſtianæ,
laicos non facere in Eccleſia duas R

Deindè negat, poteſtatem diſpone
poralibus neceſſariam eſſe ad finem ſp
ex eo probat, quòd Apoſtolus Petr
ſe non habuiſſe poteſtatem diſponen
poralibus Ananiæ, cui dixit, *A*
manebat, & venundatum erat in tua po

Ad primum caput faciliima reſpon
blica enim ſpiritualis, ſive Eccleſiaſ
blica temporalis, ſive politica, &
una: duæ partiales, una totalis:
ſpiritus, & caro ſimul juncta unu
ciunt, imò unus homo ſunt, ut
ſius in Symbolo fidei loquitur:
2. cap. Geneſeos, ubi legimus, *For*
nem de limo terræ, & inſpiravit in fa
iem vitæ, & factus eſt homo in anima
tamen ita diſtinctæ ſunt potentiis, &
tibus, ut Apoſtolus ad Rom. 7. dica
legem in membris meis repugnantem leg
ad Gal. 5. *Caro concupiſcit adverſus ſpi*
tem adverſus carnem; & quod magis e
2. Corinth. 4. vocatur ſpiritus, homo

ro homo exterior, cùm dicitur, *Licèt is, qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem*, & Rom. 7. *Condelector legi Dei secundùm interiorem hominem*. Itaque spiritus, & caro sunt unus homo, & duo homines: neque Spiritus sanctus, qui utrumque dicit, sibi ipse contradicit: quare nec Bellarminus secum pugnat, cùm Rempublicam Ecclesiasticam, & politicam in Ecclesia nunc considerat, ut partes unius Reipublicæ Christianæ, nunc ut duas Respublicas inter se distinctas: nam simillimam esse Rempublicam Ecclesiasticam spiritui, & politicam carni, non Bellarminus solus, aut primus docuit; sed ante eum Thomas Valdensis, & ante Valdensem S. Thomas, & ante S. Thomam, Alexander Alensis, & ante Alensem, Hugo de S. Victore, & ante Hugonem, S. Gregorius Nazianzenus, ut suprà non semel admonuimus.

Ad secundum caput Respondeo, Verba S. Petri ad Ananiam, non significare, non fuisse in Apostolorum Principe potestatem disponendi de rebus temporalibus Ananiæ, si ea necessaria fuissent ad finem spiritualem: sed indicare solùm, non usum fuisse S. Petrum ea potestate, neque uti voluisse, cùm necessitas nulla esset: & certè si argumentum Barclaji aliquid valeret, efficeret etiam, nullum Regem posse disponere de bonis temporalibus subditorum suorum, in casu quo necessaria essent ad Rempublicam conservandam. Omnis enim Rex dicere potest subditis suis, Ager tuus nonne tibi manebat, & venundatus in tua erat potestate? quis te illum Reipub. donare coegit? & si donasse integrum profiteris, cur parte retenta integrum te donasse mentiris? Itaque quemadmodum jus, quod habent Reges disponendi de rebus temporalibus civium, non est, ut pro arbitrio spolient cives dominio rerum suarum; sed ut possint cives cogere ad bona sua exponenda pro communi bono conservando: sic etiam potestas Apostoli Petri in bona temporalia Christianorum, non erat (ut Barclajus dicere nos fingit) ut posset Apostolus sine ulla causa privare dominio rerum suarum omnes Christianos, neque eis aliquid proprium relinquere: sed tantum ut posset providere, ne Christiani bonis temporalibus abuterentur contra legem Dei; & contrà, ut eis rectè uterentur ad vitam æternam consequendam. Habuisse autem Apostolos potestatem aliquam disponendi de temporalibus in ordine ad spiritualia, vel ex eo constat, quòd statuerunt, ut populi Christiani Prædicatores Evangelii ex facultatibus suis alerent, idque juxta ordinationem Domini, ut patet ex Apostolo in priore ad Corinth. cap. 9.

At, inquit Barclajus, *primis trecentis annis non fuit in Ecclesia potestas disponendi de rebus temporalibus Christianorum, invitis Dominis; ergo vel Respublica Christiana tunc fuit imperfecta, vel non est necessaria ista potestas ad finem spiritualem consequendum*. Atque hic multa verba Barclajus frustra profundit, ut ostendat, ad providentiam Dei pertinuisse, ut Ecclesia illa prima instructa esset omnibus iis rebus, quæ ad ejus conservationem necessaria essent.

Respondeo. Ecclesia illa prima instructa fuit omni potestate, atque omnibus præsidiis, quæ ad perfectam Remp. constituendam necessaria erant: primis autem trecentis annis non fuerunt in Ecclesia multi Principes politici: fuerunt tamen aliqui, ut Philippus Imperator, & Rex Lucius, ac Rex Donaldus. Sed fingamus, nullos fuisse: non ideò defuit Ecclesiæ potestas disponendi de bonis temporalibus Principum, & dirigendi potestatem eorum politicam, quando illi Ecclesiæ membra, vel filii effici vellent. Præterea, ut paulò ante dixi, in ipso principio Ecclesiæ, quamquam nulli fuerint Principes Christiani, Apostolis ipsis Ecclesiam regentibus; fuerunt tamen multi homines divites, de quorum divitiis Apostoli disposuerunt, statuentes ut ex iis ministros Evangelii sustentarent.

Adducit postea Barclajus verba S. Bernardi, ex lib. 4. de Consider. cap. 3. *Petrus hic est, qui nescitur processisse aliquando vel gemmis ornatus, vel sericis, non tectus auro, non vectus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus ministris: absque his tamen crediant satis posse impleri salutare mandatum, si amas me, pasce oves meas: in his successisti non Petro, sed Constantino*, hæc Bernardus: quibus subjungit Barclajus: *Quamvis itaque potestas temporalis, de qua nobis sermo hominibus videri potuerit Ecclesiæ necessaria; Deo tamen neque necessaria, neque utilis visa est*.

Respondeo. Posset hoc loco Barclajo dici, quod in libro Job cap. 38. Deus ipse dicit: *Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?* S. Bernardus scribit, Apostolum Petrum pauperem fuisse divitiarum hujus Mundi, & potuisse sine auro, & argento proprio, sine equo albo, & sine satellitibus implere salutare mandatum pascendi oves: non tamen S. Bernardus dicit, non fuisse in Apostolo Petro potestatem disponendi de temporalibus bonis Christianorum, & de ipsis Regnis, & Imperiis, si necessitas spiritualis id requireret; imò contrarium dicit, cùm Pontifici, qua Pontifex est, & Christi Vicarius, ac Petri successor, applicat illa verba Hierem. 1. *Ecce constitui te super gentes, & super Regna, ut evellas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes*: non enim pugnat paupertas propria cum potestate disponendi de divitiis, & judicandi Reges, & Principes terræ. Sic enim Prælati ordinum religiosorum, cùm sint ipsi voto paupertatis obstricti, potestatem habent de opibus amplissimis sui ordinis disponendi. Et apud veteres Romanos multi cives inopes, ut Fabricius, Curius, Cincinnatus, & alii Consules, vel Dictatores effecti, disponebant de Regnis, & Regum opibus, cùm ipsi tamen in pristina sua egestate remanerent. Ergo non debuit Barclajus divitias cum potestate confundere, quasi non possit idem homo & pauper esse pecuniis, & dives potestate. Deinde S. Bernardus dicit, Pontificem in divitiis, & temporali principatu non successisse Petro, sed Constantino: quid inde colligit Barclajus? potuisse Pontificem sine temporali principatu fungi munere Apostolico, Quid tum? non enim quæstio nostra est de principatu temporali Summi Pontificis, sed de potestate spirituali, & Apostolica, quam nos dicimus extendi ad disponendum de rebus temporalibus, & de ipsis Regnis, & Imperiis in ordine ad finem spiritualem. Barclajus autem ut hoc refellat, disputationem transfert ad principatum temporalem, quo Apostolus actu caruit, ut omnia confundendo, & permiscendo aliquid dixisse videatur. Denique Barclajus, quasi raptus ad tertium cœlum in consilio Dei fuerit, absolutè pronunciat, Deo neque necessariam, neque utilem Ecclesiæ visam esse potestatem temporalem, de qua nobis sermo. Ego verò à Barclajo quæro, de qua potestate temporali loqueris? Nam si de potestate illa loqueris, quæ in se spiritualis cum sit, extenditur ad temporalia, non obscurè Deo falsum imponis. Illam enim potestatem Deus Ecclesiastico Principi necessariam esse duxit, ideoque eam illi tribuit, cùm ait: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis*. Sic enim ista verba intelligi debere docuerunt Concilia generalia, quæ supra citavimus; quæque verissimè dicere poterant, Visum est Spiritui Sancto, & nobis. Sin autem loqueris de potestate temporalis principatus, quem Ecclesia nunc possidet, & ante

annos

annos octingentos possedit: omnino temerè affirmas hanc potestatem Ecclesiæ, neque necessariam, neque utilem Deo esse visam. Nam (ut alia nunc omittam) si Deo visum esset, non esse utilem Ecclesiæ hunc Principatum, certè Summi Pontifices Zacharias, Hadrianus, Nicolaus primus, & secundus, Leo tertius, & quartus, & nonus, & alii, qui communi omnium Scriptorum sententia optimi, & sanctissimi, & Deo gratissimi fuerunt, cum principatum non retinuissent, & multò minus pro eo conservando decertassent. Utrum autem de judicio divino magis credendum sit tot sanctis Pontificibus, quàm uni Barclajo, in dubium certè revocari non potest.

At rursus instat Barclajus, & argumentum in nos retorquet his verbis: *Omisso quòd si ratio illorum bona esset, sequeretur econtrariò, Rempub. temporalem habere potestatem disponendi de rebus spiritualibus, & deponendi supremum Republica Ecclesiastica Principem, quia debet esse perfecta, & sibi sufficiens in ordine ad finem suum, & habere omnem potestatem necessariam ad finem consequendum. Sed necessaria est ad finem temporalem potestas disponendi de rebus spiritualibus, & deponendi Principem Ecclesiasticum, quia alioqui possent mali Principes Ecclesiastici turbare statum, & quietem Reip. temporalis, & impedire finem civilis gubernationis, ut de facto aliquando nonnulli Summi Pontifices perturbarunt: Igitur hanc potestatem habet Respublica temporalis. Consequens planè falsum est, & absurdum (nam Princeps temporalis quatenus talis est, nullam habet potestatem spiritualem) proinde, & illud quoque falsum est, cui hoc est consequens.*

Respondeo. Tantum interest inter argumentum quod nos fecimus, & illud quod nunc Barclajus retorquendo facit, quantum distat verum à falso, & bonum à malo: illa enim propositio nostra, Necessaria est ad finem spiritualem potestas disponendi de rebus temporalibus, verissima est, quoniam temporalia ordinantur ad spiritualia, & bona est consecutio, ergo Respub. spiritualis potest disponere de temporalibus in ordine ad spiritualia, quoniam qui potest consequi finem, potest etiam ordinare media ad illum finem. At propositio Barclaji, Necessaria est ad finem temporalem potestas disponendi de spiritualibus, falsa est, quoniam spiritualia non ordinantur ad temporalia, & potestas ordinandi spiritualia ad temporalia non est vera potestas, sed abusio potestatis, & perversio ordinis: fieri autem non potest, ut alicui Reipub. sit necessaria abusio potestatis, vel ordinis perversio: & cùm necessaria non sit ad finem temporalem consequendum potestas disponendi de rebus spiritualibus; non potest bona esse consecutio, ergo Respub. temporalis potest disponere de spiritualibus in ordine ad temporalia. Hoc totum facilè potest intelligi ex similitudine jam sæpius repetita, spiritus, & carnis in homine: potest enim spiritus disponere de sensibus, & membris corporis in ordine ad vitam æternam, indicendo illis continentiam, abstinentiam, flagella, jejunia, vigilias, labores; & quod maximum est, jubendo carni, ut mortem patiatur pro confessione Fidei: non tamen potest caro disponere de intelligentia, & voluntate, neque prohibere actiones orandi, & laudandi Deum, & multò minus potest spiritui jubere, ut mortem spiritualem, atque æternam patiatur, pro quocumque temporali bono: quòd si fortè spiritus indiscretis laboribus mentis, ut nimis orando, vel meditando lædat corporis sanitatem, peccabit quidem spiritus, sed non ideò poterit caro in spiritum imperium sumere; sed gemendo, & satiscendo faciet, ut spiritus remittat aliquid de nimio fervore suo. Sic etiam si fortè Princeps spiritualis abutatur

potestate sua injustè excommunic
Principem, vel ejus subditos sine
bedientia ejus absolvendo, & eo
statum Reipub. temporalis peccal
tualis; sed non poterit tamen Pr
judicium sibi sumere de spiritualibu
ritualem Principem judicare, & m
de sua spirituali deponere. Anim.
infirmitatem argumenti sui; propte
priorem solutionem, dicens:

Sed, ut dici solet, dare absurdum
gumentum. Respondeo igitur aliter ad
jus secunda rationis, non esse scilicet
ille retur, sed unam tantum, in qu
tes, sive duo magistratus Ecclesiasticus,
rum uterque habet ea, quibus necessari
finem obtinendum, alter nempè spiritua
ralem jurisdictionem: & neque hanc po
testati, neque illam huic esse necessaria
dum esset, utramque potestatem medi
destitutam tunc, cùm separata, ut olim

Respondeo. Hæc non est alia so
repetita; quam solutionem refutavi p
ostendi, Rempub. Ecclesiasticam, &
se dici duas, & unam; quoniam di
separatæ inveniri possunt; tamen ci
pus Ecclesiæ conveniunt, ita una s
ti, ut sint duæ partiales, & una to
quitur, ut quo tempore separatæ
scentis Ecclesiæ, medius necessarius
nam Resp. politica non poterat al
timere à potestate spirituali, cùm
censurarum Ecclesiasticarum, quæ
nos vim habent: & Resp. spiritual.
statem disponendi actu de rebus tem
qui ad ipsam accesserant, & in pot
accessuri erant. Denique non est
tem spiritualem, & politicam ess
Magistratibus, quorum neuter ind
alterius. Nam duo Magistratus pend
jus potestas supereminet utrique Ma
test operam dare, ut neuter alteru
spiritualis, & politica potestas, ne
tertiam potestatem in Ecclesia, cu
& quæ utramque in officio contine
se est, ut una subordinetur alteri,
superiori, temporalis spirituali. A
ponsione soluta manent omnia, quæ
capitis Barclajus disputat de officio
Comestabuli amplissimorum Magistr
Rex solus imperat. Quod autem I
Principem spiritualem, & Politicum
se, quemadmodum Cancellarius, &
subsunt Regi: salva fide Catholica
test. Ecclesia siquidem, quæ Regn
non solùm Christum pro Domino,
gnoscit, sed etiam ex Scripturis sanc
ne Apostolica, & declaratione gener
rum, & communi Patrum, & Doc
novit, unicum esse in terris Christi
ralem, qui caput sit visibile visibilis
autem Christi Vicarium, Romanum
in toto suo libro Barclajus admitti
Catholicus dici velit) admittere eti
tificem, & Regem, non esse duos
mediatè sub Christo: sed Regem C
fici, Pontificem soli Christo subject

CAPUT XVIII.

Defenditur secunda pars rationis secundæ pro potestate Summi Pontificis in temporalibus.

IN Cap. 18. Barclajus refutare nititur secundam partem secundæ rationis, quæ initio capitis superioris proposita fuit. Argumenti summa hæc est, Potest una Respublica, si ab alia Republica injuriam accipiat, & per ejus malam administrationem perturbetur, ac vexetur; armis cogere Rempub. illam, quamvis alia non sibi subjectam, ut mutet formam administrationis suæ; &, si opus sit, potest ejus Principem deponere: igitur majori ratione poterit Respublica spiritualis, si à temporali injuriam accipiat, atque ab ea perturbetur, & vexetur, imperare Reipublicæ temporali sibi subjectæ, ut mutet formam administrationis, &, si opus sit, poterit etiam Principem temporalem doponere.

Ad hoc argumentum Barclajus respondet, quod jam ante responderat, non esse duas Respublicas, spiritualem, & temporalem, sed unam eum duabus potestatibus, quarum neutra pendet ab altera. Sed quoniam hanc solutionem videbat non esse solidam: admittit cœtum Ecclesiasticorum, quorum Princeps est Papa, & cœtum laicorum, quorum Princeps est Rex, posse dici duas Respublicas intra ejusdem Ecclesiæ sinum constitutas: & hoc admisso respondet, priorem Rempublicam, idest, Ecclesiasticorum, non habere arma nisi spiritualia; posteriorem, laicorum, non habere arma nisi corporalia, & ideò non esse similes duabus Rebuspublicis, quæ armis corporalibus se defendunt, & una alteram cogit, & subjicit.

Sed hæc solutio non est priore solidior, quamvis enim arma Reipublicæ spiritualis, quibus ipsa per se utitur, sint spiritualia; tamen arma corporalia sunt etiam in ejus potestate, quia gladius est sub gladio; & potest Ecclesia invocare brachium sæculare, & per illud uti gladio corporali. Sed præterea arma ipsa spiritualia possunt cogere Remp. temporalem, & ejus Principem, quia potest Princeps spiritualis excommunicare Principem temporalem, & ejus subditos à subjectione liberare, & ipsis sub excommunicationis pœna mandare, ut Principem excommunicatum pro Principe non agnoscant, sed alium sibi eligant, vel legitimo successori adhærcant.

Addit postremò Barclajus, *Quid multis? licet illis suam comparationem, conclusionemque concedamus, nihil inde effici potest, nisi Papam habere talem potestatem disponendi de rebus temporalibus Christianorum, & eorum Principes deponendi, qualem vel Rex Franciæ in Anglos, Hispanos, aliosve populos vicinos sibi injurios, vel horum singuli, in res, Regesque Francorum ipsis infestos habere dignoscuntur: quæ qualis, quantaque sit, ferro tantùm cerni potest.*

Respondeo, Comparatio, & ratiocinatio, qua nos usi sumus in comprobanda Pontificis potestate, non procedit à simili, sed à majori, hoc enim est quod diximus, si potest ratione solius injuriæ una Respublica, aliam non sibi subjectam cogere, & ejus Principem deponere: quantò magis poterit Respublica spiritualis cogere temporalem sibi subjectam, ejusque Principem deponere, si ab illa tale detrimentum accipiat, ut non possit alia ratione sibi prospicere, nisi Principem illum removendo, atque alium substituendo? Itaque non est similis potestas, quam habet Resp. spiritualis in temporalem, potestati Francorum in Anglos, vel Anglorum in Francos: sed potestati, quam habet spiritus in carnem sibi conjunctam, vel caput in membra sibi adhærentia.

CAPUT XIX.

De sententia S. Bernardi circa potestatem Pontificis Maximi in temporalibus.

IN Cap. 19. Barclajus respondere nititur ad testimonium S. Bernardi ex lib. 4. de Consid. cap. 4. quod testimonium ad confirmandam rationem meam secundam ego adduxeram. Id quoniam S. Bernardus loco notato scribit, *gladium materialem exerendum esse manu militis, ad jussum Imperatoris, sed ad nutum Summi Sacerdotis*: Barclajus affirmat, per nutum non debere intelligi imperium, vel potestatem, sed assensum: fœlicius enim bella geruntur, cùm ad potestatem Regum accedit assensus Sacerdotum, quorum est judicare, an bellum sit justum, vel injustum. Probat autem per nutum non intelligi potestatem, quoniam si fortè Imperator Pontifice dissentiente bellum gerere velit, sanctus Bernardus non tribuit Pontifici potestatem ullam in Imperatorem, immò apertè docet, nullam ei potestatem competere, cùm dicat materialem gladium ab Ecclesia exerceri non posse, sed tantùm manu militis, & jussu Imperatoris: & confirmat hanc sententiam suam testimonio Gratiani, 23. qu. 8. in principio, qui scribit, *Pontificibus interdictum esse gladium materialem, & solùm spiritualem esse concessum.*

Respondeo. Vox illa, nutus, significare potest assensum, præsertim quando alicui petenti aliquid, annuendo respondemus: sed quando nutus præcedit alias causas, imperium significare solet, vel potius imperium ita potens, & efficax, ut sine alio expresso mandato solus nutus ad rem efficiendam sit satis: sic accipitur Genes. 42. ubi dicitur: *Et Joseph erat Princeps in terra Ægypti, & ad nutum ejus frumenta populis vendebantur*, & clarius lib. 2. Reg. cap. 17. *Domini nutu dissipatum est consilium Achitophel utile*, ubi ridiculum esset, per nutum intelligere assensum, cùm Scriptura loquatur de nutu Dei, qui solus potest corda Regum vertere quocumque voluerit, & 2. Machab. 8. eadem Scriptura de Deo dicit, *Potest universum Mundum uno nutu delere*, & Job 26. *Columnæ cœli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus*: cui simile est illud Poetæ.

Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.

Quod autem hoc loco per nutum intelligat S. Bernardus imperium, & non simplicem assensum, perspicuum est ex eo quòd primo loco inter causas efficientes ponit nutum Pontificis, deindè jussum Imperatoris, ultimo executionem militis; proindè quemadmodum miles ex sententia S. Bernardi exequitur jussum Imperatoris, ita Imperator movetur ad jubendum militi ex nutu, idest, jussu Pontificis. Deindè si nutus ille Pontificis esset simplex assensus, non diceret S. Bernardus utrumque gladium esse Pontificis; sed unum esse Pontificis, alterum Imperatoris. Cùm ergo dicit, *Uterque tuus est; sed non uterque tua manu exerendus*; manifestè docet utrumque esse in potestate Pontificis; sed unum ab ipso immediatè, alterum mediatè, idest, per alium; sed nutu sive jussu ipsius exerendum.

Sed quid si Imperator (inquit Barclajus) *nolit ad nutum Sacerdotis gladium stringere? immò quid si planè contra nutum Sacerdotis strinxerit? numquid aliquam S. Bernardus hoc casu potestatem temporalem sacerdoti tribuit in Imperatorem?*

Respondeo. Si nolit Imperator ad nutum sacerdotis gladium stringere, vel si contra nutum ejus strinxerit, & res sit ad bonum spirituale necessaria, coget illum Pontifex gladio spirituali, idest, censuris Ecclesiasticis, gladium materialem stringere, aut in vaginam reconde-

dere: & si censuris non movebitur, & Ecclesiæ necessitas id requirat, liberabit subditos ejus ab obedientia, eique Imperium abrogabit. Ita ostendet gladium esse sub gladio, & utrumque gladium ad potestatem Ecclesiæ pertinere, quamvis non eodem modo.

At, inquit Barclajus; *Sanctus Bernardus nullam temporalem potestatem Pontifici competere posse docet, cùm dicat, materialem gladium (quo verbo summa potestas temporalis significatur) ab Ecclesia exerceri non posse; sed tantùm manu militis, & jussu Imperatoris: quod idem apertius tradit Gratianus Bernardi ferè coætaneus*, 23. *quæst*. 8. *in principio*.

Respondeo. S. Bernardus solùm docet, gladium materialem non esse exerendum manu Sacerdotali, quod nos libenter fatemur; sed non negat, immò potius affirmat, gladium materialem subesse gladio spirituali, & nutu Pontificis exerendum, vel in vaginam esse condendum. Gratianus quoque nihil aliud docet, nisi non licere clericis materiali gladio uti, & homines interficere, quod multis canonibus Pontificum, & conciliorum confirmat, quæ vera sunt; sed non potest indè colligi, non habere Pontificem potestatem ullam in temporalibus.

Adducit postea Barclajus verba sancti Ambrosii ex lib. 10. Commentariorum in Lucam, ubi hæc leguntur: *Lex ferire non vetat: & ideò fortasse Petro duos gladios offerenti, sat est, dicit Christus, quasi licuerit usque ad Evangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio*. Ex quo loco colligit Barclajus, materialem gladium Sacerdotibus, usque ad Evangelium fuisse concessum.

Respondeo. Non negamus, ut paulò ante diximus, Sacerdotibus post Evangelium, non licere propria manu gladium materialem stringere: nisi fortè in defensionem propriam, aut ob aliam causam dispensante Pontifice: usus enim ordinarius materialis gladii militum est, non sacerdotum. Nec tamen eo loco sanctus Ambrosius de solis Sacerdotibus; sed de Christianis omnibus loquitur: & ideò Erasmus hoc loco abusus est ad probandum prohibitum esse bellum Christianis. Cæterùm S. Ambrosius, neque Erasmo, neque Barclajo favet: docet enim in lege fuisse licitam non solùm defensionem, sed etiam vindictam, in Evangelio defensionem licitam esse; non vindictam: hæc enim sunt ejus verba: *O Domine cur emere me jubes gladium, qui ferire me prohibes? nisi fortè ut sit parata defensio, non ultio necessaria, & videar potuisse vindicari; sed noluisse. Lex tamen referire* (sic enim legendum est, non ferire, ut Barclajus falsò citavit) *non vetat; & ideò fortasse Petro duos gladios offerenti, sat est, dicit, quasi licuerit usque ad Evangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in Evangelio bonitatis perfectio*, hæc ille, qui non defensionem in Evangelio prohiberi dicit, sed vindictam: & referire, non ferire vetitum. Cùm autem S. Ambrosius dicit: *Lex referire non vetat*, respicere videtur ad illa verba Domini Matth. 5. *Audistis quia dictum est antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico vobis non resistere malo &c.* Ubi non significatur, licitam fuisse vindictam antiquis auctoritate propria; sed auctoritate Magistratus publici, eamque non vindictæ cupiditate; sed amore justitiæ: quod idem Christianis licet. Sed Magister bonus hortatur suos ad vitæ perfectionem, ut Ambrosius dicit; *quæ perfectio in eo consistit, ut radices contentionum exstirpent, & supportantes invicem in charitate non dent occasiones gravioribus malis, ut vulneribus, & cædibus, ob quæ necesse sit, ut publici Magistratus vindictam de malefactoribus sumant*.

Addit rursus Barclajus, verba Evangelii de duobus gladiis in sensu literali non significare duas potestates, Ecclesiasticam, & politicam: sed ideò nos non facimus argumentum ex verbis Evangelii; sed ex verbis S. Bernardi, & Bonifacii VIII. qui mysticè Evangelii
verba exponentes per duos gladios du
telligi docuerunt. S. enim Bernardus
cius secutus est, duo loca Evangelii
num ex cap. 18. Joannis: *Mitte gladiu
nam*: alterum ex cap. 22. Lucæ: *Ecc*
& quidem prior locus ad literam sign
Christum à Petro defendi gladio ma
diri passionem suam: ideò enim subj
quem dedit mihi Pater, non vis ut biba
rior locus dependet à verbis superiori
nus dixerat, *Qui non habet, vendat tu
gladium*, existimantes enim Discipuli,
ea verba jussisse gladios parari, dixe
gladii hic. Dominus autem ait, *satis e*
ut exponit Theophilactus, quasi dic
duo gladii adversus cohortem militum
ut alii volunt, videns eos non intelle
eis silentium dicens, Satis est, satis l
cere de hac re. Verè enim cùm dixit,
gladium, vendat tunicam, & emat e
ut emerent gladios; sed significavit a
eos esse venturos, in qua sunt, qui
num esse vendere tunicam, & emere
que cùm Apostoli non emerint gladi
cis, signum est, hoc non fuisse illis à
tum. Sed quidquid sit de expositione
mi loci; S. Bernardus, & Pontifex B
cè, sed appositè, & eleganter, quæ d
bus gladiis ad duas potestates, Eccles
liticam transtulerunt.

Rursus Barclajus objicit, admissa
positione, *non potest colligi gladium ess
utrumque in manu Pontificis esse. S. eni
non dicit, Nec potuit sine calumnia dicere.*

Respondeo. Gladium esse sub gla
apertè dicit: Sanctus autem Bernard
Sed aliis verbis: nam cùm affirmat utr
ad Pontificem pertinere, immò utr
se, & unum manu ejus, alterum nut
dum, satis ostendit, unum esse sub al
videlicet sub spirituali, & utrumque e
est, in potestate Pontificis.

Ad extremum Barclajus gloriatur
quid in verbis S. Bernardi notasse, qu
lus alius antea animadverterit; cur vid
dus dixerit, Tuo forsitan nutu, & si
evaginandus: ac paulò post eadem r
illud, forsitan. Scribit ergo Barclajus
*esse inter Pontificem, ut Pontifex est, &
Pontifex enim, ut Pontifex, non absolutè
nuit, ut gladius evaginetur, idest, tunc fo
clesia utile est, cùm sano, & sobrio consilio
pedire. Pontifex autem, ut talis homo est
alio gerens, vel ambitiosam dominandi cu
cupiens, absolutè gladium evaginari manda*

Sed istam subtilitatem demonstravi
acumen ingenii, neque studium script
dium in Pontifices; certè ea subtilit
numquam venisset in mentem: neque
opponitur, absolutè; neque accipi pote
do, vel pro, quando verè expedit;
qui perversus ipse cùm sit, vocabula q
vertit. Cur ergo initio dixit, forsitan,
tens omisit? responsio est in promptu:
posuerat nisi duo quædam, videlicet
cutionem: & quoniam dubitavit, an
ficem annuere militi, ut gladium vi
xit, Tuo forsitan nutu, non tua man
postea verò tria posuit, nutum Pontifi
peratoris, & executionem militis, &
se non poterat, an deceret Pontifice
peratori, ut ejus jussu miles gladio ut

forsitan, & substituit, sanè: ac de sententia S. Bernardi satis multa dicta sunt.

CAPUT XX.

Defenditur tertia ratio Bellarmini.

IN capite vigesimo aggreditur Barclajus tertiam rationem principalem Bellarmini, pro confirmanda potestate summi Pontificis in temporalibus, excutere, atque refellere. Ratio hæc erat, Non licet Christianis tolerare Regem infidelem, aut hæreticum, si ille conetur pertrahere subditos ad suam hæresim, vel infidelitatem: at judicare, an Rex pertrahat ad hæresim, nec ne, pertinet ad Pontificem, cui est commissa cura Religionis: ergo Pontificis est judicare, Regem esse deponendum, vel non deponendum. Hujus rationis propositionem tribus argumentis confirmavi; sed Barclajus eandem refellit his verbis.

Quòd non liceat Christianis tolerare Regem hæreticum, vel infidelem, id adeò falsum est, quàm quod falsissimum; alioqui damnanda tota antiquitas, quæ Reges hæreticos, & infideles Ecclesiam Dei destruere conantes submissè pertulit, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam, hoc est, non quòd deficerentur viribus ad impios Principes exigendos, sed quòd id sibi per Dei legem non licere judicarent.

Respondeo: Ubi veritas quæritur inter cordatos, & serios disputatores, non vincit ille, qui majore exaggeratione sententiam suam affirmat; sed qui fortioribus argumentis eam confirmat. Barclajus dicit quidem, Propositionem argumenti mei, tam esse falsam, quam id quod falsissimum est; sed quod dicit non probat nisi ex eo, quòd antiquitas tota Reges hæreticos, vel infideles Ecclesiam destruere conantes pertulit, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam. At hoc ipsum probare debuisset, videlicet Reges hæreticos, vel infideles Ecclesiam destruere conantes non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam toleratos ab Antiquitate fuisse. Nos enim contra dicimus, eos fuisse toleratos propterea, quòd ad eos dejiciendos vires Ecclesiæ non suppetebant: potuisse autem Ecclesiam, si vires adfuissent, immò etiam debuisse Regibus illis imperium super fideles abrogare, nisi causa aliqua esset, cur hæc abrogatio in tempus commodius differenda videretur probamus hoc argumento, quod est prima confirmatio propositionis meæ. Prohibiti sunt Judæi constituere super se Regem non Judæum Deuteron. 17. & quia lex illa moralis est, eodem jure prohibentur Christiani constituere super se Regem non Christianum, ne ab illo pertrahantur ad infidelitatem: at ejusdem periculi, & damni est tolerare super se Regem hæreticum, vel infidelem conantem avertere populum à fide: ergo, si vires adsint, tenentur eum non tolerare, sed deponere.

Ad hoc argumentum ita respondet Barclajus, ut admissa propositione, & assumptione, quas negare non potuit, solam neget consecutionem: dicit enim non rectè colligi ex paritate periculi, & damni ita jus esse populo Regem dejicere, quemadmodum jus illi fuit eum non admittere. Id autem non rectè colligi probat tribus argumentis ductis à simili: *Nam qui plagas accipit, aut fortunis spoliatur, idem periculum, & damnum accipit, sive id à Latrone per vim, sive à Judice per iniquam sententiam patiatur: & tamen Latroni armis resistere potest, Judici non potest. Rursus, ejusdem periculi, & damni est in navim cogitato conscendere, cujus carinam scis esse quassatam, & illud intrare, quod putas esse bonum, cum revera rimosum, ac dissolutum sit: & tamen non est ejusdem peccati ex industria, & ex ignoratione periculo naufragii se committere. Denique ejusdem periculi, & damni est, uxorem ducere valdè morosam, & rixosam, sive id consultò propter fortunas, aut formam; sive ex errore, & imprudentia fiat: & tamen neque par peccatum est, ejusmodi matrimonio studiosè, vel ignoranter implicari: neque licitum est uxorem repudiare, etiam si licitum fuit eam initio non ducere.*

Ad hæc argumenta respondeo, ea non à simili, sed à dissimili duci, ac per hoc non impedire, quo minus consecutio rationis meæ optima sit. Primum argumentum non ducitur à simili; quoniam populus ad quem pertinet Regem eligere, non solùm potest, sed debet Regem eligere de fratribus suis, ut lex jubet, idest, Christianum, atque Catholicum, & gravissimè peccat, si secus fecerit: qui autem incidit in latrones, potest, si velit, vim vi repellere; sed potest etiam injuriam illam æquo animo tolerare, & magis apud Deum meretur, si malit injustè à latrone occidi, quàm justè se defendendo latronem occidere.

Alterum exemplum de ascendente navim rimosam, cum periculo naufragii faciendi, nullam habet cum re, de qua nos agimus, similitudinem: non enim ignoramus non esse idem peccatum, si quis ex industria, vel ex imprudentia eidem periculo se exponat: sed quod dicimus est, idem esse peccatum consulto eligere Regem hæreticum, & consulto tolerare Regem hæreticum, si is conetur populum à veritate Fidei avocare, & ad eum removendum vires non desint: nam sicut numquam licet adire periculum salutis æternæ amittendæ, ita numquam licet perseverare in simili periculo, modò possit illud vitari: qui enim amat periculum, in illo peribit, Eccles. 3. Tertium exemplum de uxore rixosa, non est etiam multum ad rem, tum quia ut modò diximus, disputamus de eo, qui studiosè adit periculum, & studiosè in periculo perseverat: Adversarius autem ponit exemplum de eo, qui per ignorantiam, aut imprudentiam ducit uxorem rixosam, & de altero, qui sciens, & prudens id facit. Deinde qui ducit uxorem more Christiano, sive prudens, sive imprudens id faciat, non potest post matrimonium consummatum ulla ratione ab eo vinculo solvi: quod enim Deus conjunxit, non potest homo separare: populus autem, qui Regem eligit, potest per Pontificiam auctoritatem ab ejus obedientia, & juramento fidelitatis liberari. Itaque si exemplum aptum, & simile per omnia Barclajus à Matrimonio ducere velit, accipiat matrimonium fidelis cum infideli: quemadmodum enim non licet fideli uxorem ducere infidelem, quoniam periculum est, ne illum à fide avertat: sic etiam non licet cum uxore infideli perseverare, non solùm quia matrimonium illud non est legitimum, sed quia idem est periculum uxorem infidelem ducere, & cum infideli perseverare. Nam etiam si matrimonium legitimum esset, ut est matrimonium infidelis cum infideli: tamen si alter conjugum convertatur ad fidem; & altera nolit sine injuria Creatoris viro cohabitare, potest matrimonium ritè contractum ritè dissolvi, ex Apostolo in priore ad Cor. c. 7. & usus Ecclesiæ nunc habet, ut propter ingens periculum Fidei, non solùm liceat ejusmodi conjugium solvi, sed etiam non liceat viro ad Fidem converso cum infideli conjuge cohabitare.

CAPUT XXI.

Defenditur confirmatio rationis tertiæ principalis.

IN capite vigesimoprimo Barclajus magno studio, nec minore dicendi vi refutare conatur alteram confirmationem rationis meæ tertiæ principalis. Confirmatio hæc erat, Quòd si Christiani olim non deposuerunt Neronem, & Diocletianum, & Julianum aposta-

apostatam, ac Valentem Arianum; & similes: id fuit, quia deerant vires temporales Christiani, nam quòd alioqui jure potuissent id facere, patet ex Apostolo 1. Corinth. 6. ubi jubet constitui novos Judices Christianis temporalium causarum, ne cogerentur Christiani causam dicere coram Judice Christi persecutore. Sicut enim novi Judices constitui potuerunt, ita, & novi Principes & Reges, propter eandem causam, si vires adfuissent.

Hanc confirmationem multis modis reprehendi posse Barclajus dicit: ac primùm reprehendit, quòd dixerim defectionem virium in causa fuisse, cur Christiani olim non deposuerint Neronem, Diocletianum, Julianum, & Valentem, ac Lectorem remittit ad ea, quæ supra scripsit de hac re cap. 6. 7. & 8.

Nos quoque Lectorem remittimus ad ea, quæ scripsimus cap. 6. 7. & 8. Id solùm hoc loco admoneo, quod ego hoc loco dixi, dictum antea fuisse à S. Thoma in 2. 2. quæst. 12. art. 2. ad primum. Itaque non me solum, sed S. quoque Thomam Barclajus reprehendit: sed qui legere voluerit loca paulò ante notata, facilè judicabit à qua parte stet veritas.

Deinde refellere nititur quod dixi, Apostolum jussisse, ut Christiani constituerent sibi Judices Christianos civilium controversiarum; ex quo deduxi, potuisse eodem modo jubere, ut Principes Christianos sibi Christiani populi eligerent, infidelibus & persecutoribus abrogatis, si vires ad id efficiendum præsto fuissent. Dicit autem Barclajus, Judices illos de quibus Apostolus loquitur, fuisse meros Arbitros, sive judices voluntarios, sine imperio; ex quorum constitutione nihil jurisdictionis detrahebatur Principibus Ethnicis, sub quibus tunc Christiani vivebant. Atque ad hunc sensum confirmandum allegat S. Thomam & Nicolaum Liranum in commentario ad hunc locum Apostoli.

Ego verò fateor quidem, non habuisse judices illos Christianos jussu Apostoli constitutos vim coactivam in foro exteriore, & si Christiani vocati fuissent, sive ab Ethnicis, sive à Christianis ad tribunalia Judicum Ethnicorum, debuisse omnino parere: & hoc est solùm quod S. Thomas, & Liranus docent: tamen nego, eos fuisse meros Arbitros, sive Judices voluntarios: Arbitri enim eliguntur à personis litigantibus, neque aliam habent judicandi potestatem, nisi eam, quam litigantes ex pacto inter se inito illis attribuunt. Isti verò constituebantur auctoritate publica multitudinis; & obligabantur, qui causas civiles habebant, ad istos adire, & prohibebantur ad tribunalia Gentilium accedere. Id ex verbis Apostoli facilè probari potest: *Audet*, inquit, *aliquis vestrum negotium habens adversus alterum judicari apud iniquos, & non apud Sanctos?* Ubi ostendit, non esse bonum adire tribunalia Judicum Gentilium, quos iniquos vocat: & sicut loquitur de vero judicio, non de solo arbitrio, cùm prohibet judicari apud iniquos; ita loquitur de vero judicio, cùm jubet judicari apud sanctos, idest, Christianos. Addit Apostolus: *An nescitis quia sancti de hoc mundo judicabunt? & si in vobis judicabitur Mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? nescitis quoniam Angelos judicabimus? quanto magis secularia?* Ubi demonstrat auctoritatem Ecclesiæ, quæ jure suo potest de sæcularibus rebus judicare, cùm sit judicatura cum Christo totum Mundum, & ipsos Angelos apostatas in die ultimi judicii: & certè Christus, & Ecclesia non judicabunt ut arbitri, sine imperio, & jurisdictione Mundum. Sequitur: Sæcularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum. Ubi concludit ex dictis, ut quoniam malum est judicari apud iniquos Gentiles, & Ecclesia auctoritatem habet judicandi, communi consensu constituant aliquos de Ecclesia, qui sint Judices ejusmodi

sæcularium controversiarum, & non
que eligat sibi arbitros: sed vos cong
constituite Judices. Monet (inquit C
in hunc locum) ut sapiens aliquis co
multitudinis fratrum, adjungit, Ad
stram dico, sic non est inter vos sap
qui possit judicare inter fratrem suum.
fratre judicio contendit, & hoc apu
declarat, quod dixerat, contemptibi
Ecclesia, illos constituite ad judicanc
xisse, ut re vera sapientibus relictis,
stituerent ad judicandum: sed ut eos
sic adibant tribunalia infidelium, qua
Ecclesia vir sapiens, qui Judex consti
contra deberent contemptibiles, ides
stiani aptiores esse ad judicandum, q
sapientissimi infideles. Jam verò ex
quòd videlicet Apostolo teste, habeat
auctoritatem constituendi sibi Judices;
Theologi, atque in primis S. Thoma
art. 10. habere eandem Ecclesiam au
gandi Principibus infidelibus imperiu
Neque obstat, quod S. Joannes Chr
locum exponens, mentionem faciat A
que ipse, neque alius interpres, qu
Apostolum hic loqui de Arbitris ele
sed solùm Chrysostomus dicit, non
magnam sapientiam arbitro controve
Ubi vocat Judicem, arbitrum contro
publicam haberet judicandi potestat
Justinus initio historiæ scribit, arbitri
legibus erant: quamvis enim Princi
essent, tamen eorum judicia vocat
quia non judicabant ex præscripto le
turali suo judicio: sic etiam Judices
stituti in causis civilibus Christianor
erant, sed non tenebantur legum c
qui, ideò à Chrysostomo Arbitri dict

Sed contradicit Barclajus, atque a
postolus eo loco, quod judicium infideliu
& imperium in Christianos aut tollat, a
aliquo modo præjudicet. Immò verò nih
subjectionem justè jubere potuit, cùm sit j
auctoritate confirmati, ut teste S. Ambr
stolus docet ad Rom. 13.

Respondeo. Non præjudicat Apo
Judicum Christianorum constitutione
& Imperio Principum infidelium; qu
Christianis, ut non compareant cora
li, si vocentur: sed tantùm præcipi
accedant. Sed quòd non potuerit A
Christianos à subjectione Principum
utile, vel necessarium censuisset, &
ciendum habuisset: id sine gravi erro
arbitror: & ratio, quam pro sua sen
profert, omnino infirma est. Nam
Deo confirmati, & ab Apostolo decl
nis anima potestatibus sublimioribus
non est juris naturalis à Deo confirm
stolo declarati, ut non possit sublim
aliam sublimiorem tolli de medio, &
ut ei subjectio, & obedientia non ar
Siquidem Magistratuum quoque inf
jure divino parendum est non solùm
etiam propter conscientiam: & tan
stratus inferior per Principem tolli,
tunc personæ illi, cui Magistratus abr
jam subjectionem, aut obedientiam
cùm Rex, vel à spirituali suprema pot
resis, vel ab alio Rege in casu victor
nitur, non amplius ad illum pertinet
ait, Omnis anima potestatibus sublimi

Idem dici potest de patria, & despotica potestate: nam juris naturalis à Deo confirmati, & ab Apostolo declarati ad Ephes. 6. est, ut filii obediant parentibus, & servi Dominis, & tamen filii emancipari, & servi libertate donari possunt, & per hoc fieri potest, ut nec illi parentibus, nec isti Dominis suis obedire teneantur. Itaque nisi Barclajus naturalis juris, à Deo confirmati, & ab Apostolo declarati esse demonstret, ut Principes sæculares, sive fideles, sive infideles in certis casibus, per Ecclesiasticam auctoritatem deponi non possint; nihil quod ad rem faciat, adhuc dixit, quantumvis multis verbis sæpè, ac sæpiùs repetitis sententiam suam in hoc capite persuadere conatus sit.

Addit postea Barclajus aliam solutionem nihilo priore solidiorem: *Præterea*, inquit, *si quis locum illum Apostoli non lenis oculis percurrerit, animadvertet cum id sibi negotii dare, ut ad Evangelicam perfectionem, quæ consilii magis, quàm præcepti est, Christianos animos erudiat, cùm eos hortetur, ut potius injuriam ferant, & fraudem patiantur, quàm ut judicia inter se habeant &c.*

Respondeo. Cùm Apostolus hortatur ut Christiani judicia inter se non habeant, sed mansuetudine, & patientia occasione judiciorum præveniant, consilium perfectionis, non præceptum justitiæ docet: sed cùm jubet, ut si judicia inter se habuerint, ad Judices Christianos, non ad infideles causas suas deferant: tum verò non consilium, sed præceptum dare se luculenter ostendit, cùm ait: *Audet aliquis vestrum negotium habens adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* &, *Contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, hos constituite ad judicandum.*

Pergit Barclajus, & omisso Bellarmino S. Thomam aggreditur, dicens: *Quoniam autem singula persequimur, admonere oportet D. Thomam in 2.2. quæst. 10. art. 10. in ea opinione esse, ut existimet jus dominii, & prælationis Ethnicorum Principum justè illis auferri posse per sententiam, vel ordinationem Ecclesiæ auctoritatem Dei habentis, ut ille ait. D. Thomæ magna apud me auctoritas est, sed non tanta ut omnes ejus disputationes pro canonicis scripturis habeam, vel ut rationem vincat, aut legem. Ejus ergo manes veneror, & suspicio: sed non est tamen, cur illa ejus opinione aliquis moveatur: tum quia nullam suæ sententiæ, vel rationem idoneam & efficacem, vel auctoritatem profert: tum etiam quia in explicatione Epistolæ Pauli ad Corinth. contrarium planè sentit: tum denique quia neminem secum antiquorum Patrum consentientem habet, & rationes multæ, auctoritatesque in contrarium suppetunt. Ratio autem quam adfert, est, quia infideles merito suæ infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei. Mala ratio, & tanto viro indigna: quasi verò si quis meretur privari officio, beneficio, dignitate, auctoritate, aliove jure, quod possidet, idcircò statim spoliari possit ab alio, quàm ab eo à quo id accepit, retinetque, vel ab alio expressum mandatum, & potestatem ab ipso habente.*

Respondeo. Admiranda est hujus Aristarchi importunitas, qui tam liberè Principem Theologorum reprehendit, ut dicat, Mala ratio, & tanto viro indigna; cùm ipse Jureconsultum se profiteatur, & sacræ Theologiæ adyta, ne à limine quidem salutaverit. Illud autem non miror, quod manes S. Thomæ se venerari dicat: nam liber ejus vocabulis impropriis plenissimus est: neque enim spiritus hujus sanctissimi Doctoris cum Diis manibus apud inferos, sed cum Angelis apud superos ævo sempiterno fruitur. Quod verò Barclajus dicit S. Thomæ sententiam nulla efficaci ratione esse munitam, falsum est; quamvis sit verum, vim rationis S. Thomæ ab ingenio Barclaji penetrari minimè potuisse. Quod autem addit, eundem S. Thomam in Commentario Epistol. ad Corinth. contraria scripsisse; manifestæ ignorantiæ Barclajum arguit. Siquidem in eo Commentario scribit quidem S. Thomas, esse contra jus divinum prohibere, quod judicio Principis infidelis non stetur, &, subjectionem deberi Principibus etiam infidelibus: quæ verissima sunt; sed ex iis non sequitur, non esse in Ecclesia auctoritatem privandi Principes infideles dominio, quod habent super fideles: proindè ista non sunt contraria, Debetur subjectio Principi infideli, dum Princeps est; &, potest Princeps infidelis privari dominio, quod habet super fideles per auctoritatem Ecclesiæ: Et Barclajus, quia ea contraria esse judicat, vel dialecticam non didicit, vel ejus regulas oblivioni tradidit: quemadmodum etiam paulò infra cùm idem Barclajus dicit:

Et verò sanctus Thomas in expositione Epistolæ Pauli superius hoc capite relata, satis apertè indicat, Ecclesiam non habere eam auctoritatem, qua possit Ethnicos deponere: ait enim esse contra jus divinum prohibere, ne Principum infidelium judicio stetur à subditis. Manifestè hallucinatur, & fallitur: tametsi enim contra jus divinum est, negari Principi obedientiam, dum Princeps est, non tamen est contra jus divinum, quod Ecclesia potestatem habeat Principem deponendi: nam est etiam contra jus divinum prohibere filios ne parentibus obediant, dum sub patria potestate sunt; nec tamen est contra jus divinum, quod aliquando filii eximantur à patria potestate, ut re ipsa eximitur filius familias cum ad Episcopale fastigium evehitur. Porrò illa sancti Thomæ ratio: *Infideles merentur ratione suæ infidelitatis potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei: ergo potest Ecclesia privare Principes infideles dominio, quod habent super fideles:* non est adeò debilis ratio, ut Barclajus dicit: sed verè debile argumentum est, quo sancti Thomæ rationem Barclajus oppugnat: hoc est enim argumentum Barclaji: *Merentur infideles amittere potestatem super fideles, sed non potest eos potestate privare, nisi qui dedit eam potestatem, aut qui mandatum expressum ab illo habeat. At Principes à Deo potestatem habent, & solo Deo sunt minores: ergo à solo Deo privari potestate possunt: non autem, ab Ecclesia, quæ neque dedit potestatem infidelibus, neque habet expressum mandatum Dei, quo illam auferre debeat, aut possit.*

Hoc, inquam, argumentum nullas vires habet: nam falsum est, Principes politicos à solo Deo potestatem habere: habent enim illam à Deo, quatenus Deus instinctum naturalem in animis hominum insevit, ut ab aliquo gubernari velint. Ut autem gubernentur homines à Regibus, vel à consulibus; ab uno, vel à multis; à magistratu perpetuo, vel temporario, ab hominum voluntate dependet: quemadmodum etiam quod iste sit Rex potius, quàm ille, non Dei specialis jussio, sed hominum voluntas fecit: quare idem S. Thomas loco citato, 2.2. qu. 10. art. 10. & qu. 12. art. 2. tanquam rem certam, & exploratam ponit, dominia, & Principatus politicos, non esse de jure divino; sed de jure humano: cui nemo doctus contradicit, neque Barclajus contradiceret, si rationem non passionem in consilium adhiberet.

Præterea etiamsi concederemus, Regem esse immediatè constitutum à Deo, & ab illo solo potestatem habere, quod tamen non concedimus, adhuc argumentum Barclaji nihil efficeret adversus rationem sancti Thomæ: responderet enim sanctus Thomas, Ecclesiam habere auctoritatem à Deo per suum Rectorem, & Pastorem auferendi potestatem, in certis casibus, illis, quibus Deus eam dedit: Summus enim Pontifex Vicarius Dei est, ac per hoc potestatem habet à Deo dispensandi, & mutandi in multis, secundùm voluntatem Dei, cujus ipse interpres est: hoc enim modo dispensat Pontifex in votis, & juramentis, quæ Deus ipse jussit reddi, & quorum solutio de

jure

jure divino est: dispensat autem non quòd sit ipse super jus divinum: sed quia interpretatur Deo placere, ut in tali, vel tali casu, juramentum, aut votum relaxetur: quemadmodum & Apostolus ait in posteriore ad Corinth. cap. 2. *Nam & ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi.* Ubi dicit se in persona Christi condonasse Corinthio incestuoso pœnam, quam divino jure, vel in hac vita, vel in Purgatorio luere debuisset: atque hoc est, quod sanctus Thomas in loco notato dicit, Ecclesiam habere auctoritatem Dei, qua Principes infideles privare possit dominio, quod habent super fideles.

Deinde Barclajus, ut nihil intactum relinquat: carpit etiam illud, quod S. Thomas in eodem artic. 10. quæst. 10. in 2. 2. dicit, Ecclesiam non semper uti jure suo in deponendis Principibus infidelibus, ad vitandum scandalum: quemadmodum Dominus solvit didrachma, ad quod non tenebatur, ne scandalizaret eos, qui censum illum colligebant; & Apostolus admonet servos obedire Dominis carnalibus, ne doctrina Domini blasphemetur.

Non solùm, inquit Barclajus, *propter scandalum abstinuit, ut putat Thomas eo loco, sed propter defectum potestatis, quia non erat judex infidelium, secundum illud Apostoli.* 1. Corinth. 5. *Quid mihi de iis, qui foris sunt judicare? & quia Principes à Deo constituti solum Deum supra se Judicem habent, à quo solo deponi possunt. Nec ad rem pertinet, quod Paulus dum jubet servos Christianos Dominis suis infidelibus omnem honorem exhibere, illud solùm addit, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur.*

Respondeo. Intolerabilis est hujus morosi censoris carpendi, & vellicandi libido: S. enim Thomas cùm ait Ecclesiam non uti suo jure propter scandalum: non addit particulam, solùm: quare si sint etiam aliæ causæ, non ideò reprehendi debet sanctus Doctor, qui unam causam, eamque verissimam attigit, & illam ipsam, quam in simili causa Christus ipse, & ejus Apostolus attigerunt: nam neque Dominus dixit propter solum scandalum à se solutum fuisse didrachma, neque Apostolus jussit honorandos esse Dominos servis, ea solùm de causa, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur. Quod autem addit Barclajus, Ecclesiam non habuisse potestatem ullam in Principes infideles, quia scribit Apostolus, quid ad me de his, qui foris sunt judicare? non est contra S. Thomam, qui in 2. 2. quæst. 12. art. 2. declarat hunc locum Apostoli intelligi de infidelibus, qui numquam fidem receperunt, quatenus infideles sunt, non quatenus dominantur fidelibus: ob solam enim infidelitatem Ecclesia non potest infideles judicare; quia ad ejus regimen non pertinent. Sed quando dominantur fidelibus, & præsertim quando subditos fideles avertere conantur à fide: tunc Ecclesia jus habet illos privandi dominio, quod habent super fideles. Sed non semper utitur jure suo, vel quia vires non adsunt, vel ob scandalum evitandum. Quod verò dicit, Principes à Deo esse constitutos, & nullum præter Deum super se judicem habere, antiqua est cantilena Barclaji usque ad nauseam repetita, & in ipso capite, atque in superioribus refutata.

In extremo capite Barclajus S. Thoma dimisso revertitur ad Bellarminum, quem ex propriis scriptis convincere se posse dicit; producit autem verba quædam ex lib. 2. cap. 29. de Summo Pontifice, ubi cum Alberto Pighio admittit, Apostolos subjectos fuisse de jure, & de facto Principibus infidelibus in civilibus omnibus causis: & Principes infideles non fuisse Apostolis subjectos, neque de jure, neque de facto. Ex quo loco deducit Barclajus, Bellarminum sensisse, non habuisse illis temporibus Ecclesiam jus ullum ad deponendos Principes infideles.

Respondeo. Jam in recognitione scriptorum meo-

rum admonui, improbabilem esse sen
quam ego quoque olim sequutus fuera
lioribus Doctoribus sentiendum esse,
exemptos fuisse ab omni subjectione P
norum. Sed quamvis etiam vera esse
ghii, non tamen sequeretur, non ha
clesiam jus privandi Principes infideles
habebant super fideles. Diceret enim
siam, & ipsos Apostolos subjectos fu
infidelibus, quamdiu Principes erant
clesia auctoritatem Dei habente, priva
demum non fuisse amplius de jure subj
populus subjectus est Regi, quamdiu r
alio Rege victus in prælio, regnare de
plius illi subjectus erit.

Adducit postremò Barclajus aliud
ctum in eodem lib. 2. de Pontif. cap. 2
cet, judicare, punire, deponere ad
tùm pertinet. Quod quidem dictum
sed tamen ex eo Barclajus secundùm di
hunc syllogismum texit.

Subjecti non possunt jure judicare, pun
periorem: Atqui omnes Christiani erant
Diocletiano, & cæteris Imperatoribus, &
ergo non poterant ejusmodi Imperatores &
Propositio concessa est, itemque subsumpt
veritate nititur: conclusio autem ex antec
tione pendet, atque ex diametro opponitu
Bellarminus, Christianos olim jure potuiss
nem, Diocletianum &c. sed quia viribus
ciebantur, eo consilio abstinuisse: Falsum
& reprehensione dignum: siquidem asserti
mul vera esse nequeunt. Hinc etiam pate
D. Thoma, quam supra hoc capite refuta

Respondeo. Magnus omnino Magi
lectica Barclajus est, qui unico syllo
lum Bellarminum prostravit, sed S. T
qui Doctoris Angelici cognomento
pientiæ splendorem meritò celebratur
mum ejus in forma sic respondeo, Prop
jecti non possunt jure deponere superi
sed deberet esse universalis, ut syllog
esset: & præterea intelligi debet form
subjectus, ut subjectus, sive quamdiu
non potest deponere superiorem, ut su
quamdiu superior est. Assumptio aute
Christiani erant subjecti Neroni, Dio
falsa est, quoniam Apostoli, eorumq
qui Principes erant spirituales, non era
Regibus terrenis. Deinde populus Chr
si alioqui subjectus esset Regibus, &
infidelibus, tamen in casu periculi a
divinæ, poterat jure justæ defensionis
Principis infidelis: præsertim si Eccles
Pontifices, ita faciendum esse censuiss
quitur conclusionem Barclaji esse mani
doctrinam S. Thomæ, ac Bellarmini,
sequutus est, esse verissimam.

CAPUT X

Defenditur altera confirmatio r principalis.

IN capite vigesimosecundo Barclajus
firmationem secundam rationis ter
quam in meo libro posui ad probanda
tificis potestatem in temporalibus. H
confirmatio. Tolerare Regem hæreti
delem conantem pertrahere homine
ctam, est exponere Religionem evid

culo. At non tenentur Chriſtiani, immò nec debent cum evidenti periculo Religionis Regem infidelem tolerare: nam quando jus divinum & humanum pugnant, debet ſervari jus divinum omiſſo humano: de jure autem divino eſt ſervare veram fidem, & Religionem, quæ una tantùm eſt, non multæ: de jure autem humano eſt, quòd hunc, aut illum habeamus Regem.

Ad hanc confirmationem reſpondet primò Barclajus argumentum non eſſe in forma ſyllogiſmi, ſed hoc cavillari eſt: nam neque ego volui, nec cogitavi redigere argumentum ad formam ſyllogiſmi, quod vel ex eo poteſt intelligi, quòd non expreſsè poſui concluſionem, & multa inſerui ex Scriptura ſacra, ex prophanis auctoribus, & ex experimentis veteribus & novis, quæ Barclajus omiſit. Deinde omiſſa cavillatione de forma ſyllogiſmi, vim ipſam argumenti retundere conatur, dicens;

Demus eum optima forma ratiocinationem confeciſse, & ad vim argumenti reſpondeamus. Dico igitur propoſitionem ejus falſam eſse, dico, inquam, non verum eſse, quod tolerare Regem hæreticum, vel infidelem conantem pertrahere homines ad ſectam ſuam, eſt exponere Religionem evidentiſſimo periculo, ſed eſt tantùm pati Religionem verſari in periculo, in quod incidit vitio Regis hæretici, aut infidelis, & cui jam ſine culpa populi expoſita eſt: cùm nullum ejus liberandæ juſtum, & legitimum remedium, præter conſtantiam, & tolerantiam, populo ſuperſit.

Reſpondeo. Quando non ſuppetunt vires Eccleſiæ excutiendi jugum infidelium Tyrannorum, ut verè temporibus Neronis, Diocletiani, Conſtantii, Juliani, & Valentis non ſupperebant: tùm verum eſt, tolerare Regem hæreticum, vel infidelem conantem pertrahere populum ad ſectam ſuam, non eſſe Religionem exponere periculo, ſed pati eam in periculo verſari; ſed quando vires ſuppetunt, & poteſt Eccleſia, ſi velit, per auctoritatem Vicarii Chriſti privare Regem hæreticum, vel infidelem dominio, quod habet ſuper fideles: tum ſi non faciat, verè, propriequè exponit Religionem evidentiſſimo periculo, cùm nolit adhibere remedium, quod in promptu habet, niſi fortè ratio ſuadeat, hoc remedium ad tempus differre, & alia leniora interim experiri.

Quod autem hic ſubjungit Barclajus, facillimum fuiſſe Chriſtianis olim deponere Julianum, Conſtantium, & Valentem; jam ſuprà copioſè refutatum eſt cap. 6. 7. & 8. neque libet Barclajum imitari in iiſdem rebus ſæpiùs repetendis.

Pergit Barclajus, & ait: *Jam verò ad illud, quod deducit ex pugna juris divini, & humani, reſpondeo breviter, illum valde falli in eo, quòd putet eſſe ibi concurſum, & conflictum divini juris, & humani: non ſunt enim pugnantia, ſervare veram fidem, & Religionem; & tolerare Regem hæreticum, vel infidelem, neque alterum de jure divino eſt, alterum de jure humano, ut ille putat; ſed ſunt duo præcepta juris divini, colere Deum vera Religione, & ſervire, atque obedire Regi, quæ ſimul ſervari, & expleri poſſunt, ut ipſimet Jeſuitæ docent.*

Reſpondeo. Non ignorabam, ſervire, & obedire Regi eſſe juris divini; & ideò non hoc negavi in meo libro: ſed dixi, juris humani eſſe, ut hunc, aut illum habeamus Regem, juris autem divini ſervare veram fidem, ac Religionem: quamvis enim jure divino teneamur Regi parere, dum Rex eſt; non tamen jure divino cavetur, ut Regi nullis de cauſis Regnum abrogari poſſit: alioqui quotquot ab exordio Mundi Regnis exuti ſunt, omnes per injuriam exuti fuiſſent: neque ulla eſſet Reſpublica, aut penè nulla jure inſtituta: Reſpublicæ ſiquidem ut plurimum exactis Regibus conſtituuntur. Hoc eſt igitur quod dicimus, ut jus divinum ſervetur de conſervanda vera Religione, fas eſſe aliquando mutari jus humanum, & transferri Regnum ab infideli ad fidelem, quando vel non poſſit, aut vix poſſit alia ratione vera conſervari Religio.

At rurſum excipit Barclajus. *Id quidem*, inquit, *totum verum eſt, jure videlicet humano fieri, ut hic aut ille ſit Rex. Sed cave lector, ne capiaris. Omiſit Bellarminus, quod eſt præcipuum: addere enim debuit; At ubi hunc aut illum Regem ſemel habemus, de jure divino eſt, ut illi in civilibus cauſis cum omni honore, & reverentia pareamus; Hac adjectione, quam nemo Catholicus negare poteſt, illud ejus argumentum prorſus eliditur.*

Reſpondeo. Jam ante docui, Ubi hunc, vel illum Regem ſemel habemus, jure divino illi parendum eſſe, dum in ſolio præſidet. Sed non eſſe de jure divino, ut ſemper, dum vivit, in ſolio regali præſideat: nam fieri poteſt, ut vel ipſe ſe abdicet poteſtate, vel ab alio Rege ſuperatus cadat à Regno, vel hæreſis cauſa deponatur, & quocumque modo Rex eſſe deſinat, obedientia quoque ei deberi deſinit.

At, inquit Barclajus: *Ex Bellarmini ſententia lib. 2. de Pontif. cap. 29. non licet Concilio judicare, punire, vel deponere Papam nitentem turbare, & deſtruere Eccleſiam Dei; ſed tantùm ei reſiſtere non faciendo, quod jubet, & impediendo ne exequatur voluntatem ſuam. Cur non ſimiliter, & potiore etiam ratione idem de Regibus etiam cenſeamus? cum & ipſi ſint populis (teſte eodem auctore lib. 1. de Pontif. cap. 9. & lib. 3. cap. 19.) ſuperiores, & Judicem in terris nullum habeant? cumque præterea nonnullis magni nominis Theologis viſum ſit, Concilium Oecumenicum majore ſupra Papam auctoritate præditum eſſe, quàm habeat populus in Principem?*

Reſpondeo. Si Pontifex Maximus hæreticus fieret, & Eccleſiam deſtruere, abducendo eam à fide Catholica, niteretur; ſine dubio deponi, aut certè depoſitus declarari à Concilio poſſet, ut colligitur ex Can. Si Papa, diſt. 40. & hoc neque Bellarminus, neque ullus Catholicus negat, quare ex hoc ipſo potuiſſet Barclajus intelligere, non eſſe mirum, ſi Reges propter hæreſim deponi poſſint, quamvis non habeant in temporalibus ſuperiores, cùm Papa propter ſimilem cauſam deponi poſſit, qui neque in temporalibus, neque in ſpiritualibus ſuperiorem habet in terris. Quod autem ſcripſi in lib. 2. cap. 29. Pontificem non poſſe judicari, aut deponi à Concilio, intelligitur extra cauſam hæreſis, ſi vita ſolùm, & moribus Eccleſiam perturbare, atque deſtruere velle videretur. Eſt autem diſcrimen inter Pontificem & Regem; quòd Pontifex nullum omnino in terris ſuperiorem habet, cùm ſit ille ſervus principalis, quem poſuit Dominus ſuper omnem familiam ſuam Luc. 12. de quo idem Dominus eodem loco dicit, quòd ſi ſervus ille malè ſe geſſerit, & cœperit percutere ſervos, & ancillas, manducare, & bibere cum ebrioſis; veniet Dominus in die, qua non ſperat, eumque ſeveriſſimè puniet: proindè non vult Dominus, ut à familia, vel aliquo de familia puniatur; ſed ipſe Dominus judicium de ſervo illo ſibi reſervat. Rex autem, qui non immediatè à Deo Regnum accepit; ſed populus in eum poteſtatem ſuam tranſtulit: & præterea ſi Chriſtianus eſt, aut fuit, Pontifici, ut ovis Paſtori, ſubjectus eſt, & quamvis non habeat in temporalibus ſuperiorem aliquem temporalem; habet tamen ſuperiorem ſpiritualem, cujus poteſtas ad temporalia etiam ſe extendit: ideò deponi à Summo Pontifice, ut Chriſti Vicario poteſt. Quòd ſi aliqui viri docti ſenſerunt, Concilium eſſe ſupra Papam, magis quam Regnum ſupra Regem: non multum de eorum ſententia laboramus, cum ex ſcripturis, & conciliorum etiam generalium decretis contrarium colligatur: de qua re ſatis multa ſcripſimus in ſecundo libro de conciliis.

Sed fortè quæret aliquis, ſi Papa nullum omnino ſuperiorem habet in terris: quo jure deponi poteſt à concilio, vel Eccleſia propter hæreſim? Reſponſio

eſt

est in promptu, quoniam cùm propter alia crimina ejiciantur homines per excommunicationem ab Ecclesia, hæretici per se exeunt, & recedunt, & ipsi se quodam modo excommunicant; ut sanctus Hieronymus notavit explicans illa verba Apostoli ad Titum cap. 3. *hæreticum esse proprio judicio condemnatum*. Itaque si Pontifex, quod fieri non posse arbitror, hæreticus, vel infidelis, vel Apostata fieret, non tam deponendus, quàm declarandus depositus à concilio esset.

CAPUT XXIII.

Defenditur tertia confirmatio tertiæ rationis principalis.

IN capite vigesimotertio Barclajus refellere nititur confirmationem tertiam rationis meæ tertiæ principalis: hæc autem est confirmatio: Denique cur non potest liberari populus fidelis à jugo Regis infidelis, & pertrahentis ad infidelitatem; si conjux fidelis liber est ab obligatione manendi cum conjuge infideli, quando ille non vult manere cum conjuge Christiana, sine injuria fidei, ut apertè deducit ex Paulo. 1. Corinth. 7. Innocentius III. in cap. Gaudemus, extra de divortiis? non enim minor est potestas conjugis in conjugem, quàm Regis in subditos, sed aliquanto etiam major.

Ad hanc confirmationem Barclajus ita respondet, ut videatur de industria intelligere noluisse, in quo vis rationis consistat: idque ea de causa facit, ut occasionem habeat, multa scribendo, vel doctrinam suam ostentandi, vel librum suum locupletandi. Sed prudens lector facilè animadvertet eum extra rem vagari. Initio enim fingit me loqui de conjugio inter fideles contracto, quorum alter postea in hæresim labitur: quod matrimonium omnino insolubile est, & non rectè comparari potest cum vinculo, quod est inter Regem, & populum.

Sed mihi numquam venit in mentem de matrimonio ejusmodi loqui. Igitur locutus sum de matrimonio contracto inter infideles, quorum alter cùm ad fidem convertitur, liber est à cohabitatione, & à jugo conjugis infidelis. Quòd autem de hoc matrimonio locutus sim, planum est ex Apostolo, & Innocentio, quos citavi; non enim Apostolus, aut Innocentius liberum pronunciant à conjugio eum, qui contraxit post baptismum cum fideli, sed eum qui contraxerat ante Baptismum cum infideli, & postea conversus est ad fidem conjuge in infidelitate permanente.

At, inquit Barclajus, *tu non dixisti, conjugem fidelem liberum esse à jugo, aut vinculo, sed ab obligatione manendi cum conjuge infideli.*

Respondeo. Me dixisse, quod Apostolus dixit, & intellexisse, quod Apostolus intellexit. Apostoli verba hæc sunt: *Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: quòd si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi*. Ubi loquitur de obligatione cohabitandi, quemadmodum, & ego loquutus sum; sed non intellexit Apostolus per libertatem ab obligatione cohabitandi, solam libertatem ab obligatione cohabitandi, manente vinculo, & jugo conjugii; sed plenam libertatem cum potestate ineundi aliud conjugium, soluto vinculo, & jugo conjugii prioris: & hoc eodem modo verba mea intelligi volui, quo modo verba Apostoli intelligunt omnes Theologi. Itaque poterat Barclajus omittere plus quàm partem dimidiam hujus capitis 23.

Accedit deinde propius ad rem,
tum solvat, implicat se gravissimo
loquitur.
Quòd si de posterioribus conjugibus argu
in promptu responsio est ex eadem Innoce
tali: nimirum inter tales conjuges, non
monium, quantum ad indissolubile conj
attinet: & ideò ejusmodi conjuges plenar
trimonii libertatem habent, ut vel mutuo
gratia, vel cum ira sui animi, & offensa
ter invito altero, ubi ei libitum sit, nex
per repudium, & divortium dissolvat, 8
rum ergo si conjux ad fidem perductus à
tate permanentis consortio, & potestate
iamsi ambo in infidelitate mansissent, aq
tri eorum fuisset ab altero recedere, & r
dio dissolvere; quia nullum initio inter eos
obligationis vinculum intercessit, & infrà
lum inter istos ratum conjugium existat: &
& regalis dominatio inter omnes gentes, &
jure divino, quàm humano rata, & pro
surdius, aut ineptius dici potest, quàm i
nere, & argumentum aliquod ab infideli
tate, & jugo, quod excuti pro arbitrio p
imperii jugum repellendum deducere, &
quasi de planè similibus judicare?
Respondeo. Mirum est, cur tant
ex uno verbo Innocentii malè intel
errorem se præcipitaverit, nam quo
in cap. Quanto, de divort. matrim
non esse ratum, non significat, esse
tum; sed non esse insolubile omnin
nium fidelium: solùm enim solubile
stoli, ipso Apostolo declarante in e
Dei. Quod autem matrimonium in
contractum sit firmum, & insolubil
casu, perspicuum est, primò ex ips
cap. Quanto, jam citato: Ubi dicit
infidelium esse verum: matrimoniu
definitur, Conjunctio viri, & fœm
vitæ consuetudinem retinens, cap. Il
ptionibus. Ubi canonistæ communite
nem approbant, ut etiam Theologi.
in 4. sent. distinct. 27. Secundò idem
cap. Gaudemus, de divort. expressè
etiam apud infideles non esse licitum
betur in Canon. Si quis judaicæ 28.
tur apud infideles valere repudium le
ge poli. Tertiò Concilium Tridenti
principio: *Matrimonii*, inquit, *perp*
lemque nexum primus humani generis p
tus instinctu pronunciavit, cùm dixit:
ossibus meis, & caro de carne mea,
quet homo patrem, & matrem, & adh
& erunt duo in carne una. Et certè Ad
trimonio tantùm Christianorum, se
in genere locutus est: proinde omne
nium perpetuum insolubilemque nex
cedit quartò, communis Doctorum
dem Magister sententiarum lib. 4. dist
eo sanctus Bonaventura, Richardus
Soto, & alii plurimi docent, repu
fuisse Judæis à Deo per Mosem, ut
sed numquam fuisse licitum neque ap
que apud Gentiles. Alii verò non p
Thomas, Scotus, Durandus, Pal
quidem cum Judæis ita dispensatum
dium ad duritiam cordis eorum, ut
repudium: sed tamen à Christo subl
dispensationem, ut postea non fuerit
Judæis, neque gentibus licitum: su
verba satis aperta, Marci 5. *Qui dim*

chatur, & cap. 10. *Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si uxor dimiserit virum, & alii nupserit, mœchatur.* Itaque excusari non potest Barclajus, qui turcarum errorem sequutus, voluit licitum esse infidelibus pro arbitrio matrimonia separare. Tametsi enim Turcæ id faciunt, tamen cum errore manifesto faciunt. Ex quibus argumentum nostrum, quod frustra Barclajus solvere tentavit, omnino insolubile demonstratur. Nam si licet conjugi fideli propter fidem, & religionem disrumpere vinculum, alioqui insolubile, quo alligatus erat conjugi infideli ante conversionem suam ad fidem; quanto magis licebit populo fideli disrumpere vinculum propter fidem, & religionem, quo alligatus erat Principi infideli, præsertim si is populum fidelem pervertere satagat? Debilius enim esse vinculum quo adstringitur populus Principi suo, quàm sit illud, quo adstringitur uxor viro suo, perspicuum est, cùm vinculum populi ad principem multis de causis solvi potuerit, & adhuc possit: vinculum autem uxoris ad virum, apud Christianos in nullo casu solvi possit, si ratum, & consummatum fuerit: apud infideles autem jure solvi non possit, nisi per conversionem alterius eorum ad fidem, altero perseverante in infidelitate.

CAPUT XXIV.

Defenditur ratio quarta Bellarmini pro potestate Pontificis in temporalibus.

IN Cap. 24. proponit Barclajus rationem quartam, qua ego usus fueram ad stabiliendam potestatem Summi Pontificis in temporalibus usque ad ipsos Principes in certis casibus abdicandos. Hæc est autem ratio. Quando Reges, & Principes ad Ecclesiam veniunt, ut Christiani fiant, recipiuntur cum pacto expresso, vel tacito, ut sceptra sua subjiciant Christo, & polliceantur, se Christi fidem servaturos, & defensuros etiam sub pœna Regni perdendi: ergo quando fiunt hæretici, aut Religioni obsunt, possunt ab Ecclesia judicari, & etiam deponi à Principatu, nec ulla fiet eis injuria si deponantur. Hucusque recitat Barclajus, quamvis in meo libro plura addantur ad confirmationem hujus rationis.

Respondet autem admittendo antecedens, & negando consequentiam. *Nam*, inquit, *licèt verum sit Principes ad Ecclesiam venientes se sceptraque sua Christo subjicere, & vel ultrò ea promissa seu tacitè seu expressè facere, quæ Bellarminus commemorat: non tamen verum est, nec inde sequitur, eos judicari, & deponi posse ab Ecclesia, vel Summo Pontifice, si fidem fallant, & pactum, ad jusjurandum negligant: quia suprema illa Christi jurisdictio, & potestas temporalis in Reges omnes, & Mundum universum, quam habet, ut Dei filius, non competit Ecclesiæ, vel Pontifici, sed tantùm illa potestas, quam Christus sibi assumpsit, dum inter homines humano more versaretur: at Christus nullum temporale dominium, & potestatem usurpavit, dum in terris, ut homo inter homines ageret, ac proinde neque Ecclesia, ut Ecclesia, neque Papa, ut caput Ecclesiæ, & Vicarius Christi ullam temporalem potestatem, ut pluribus explicat, & probat idem vir doctissimus lib. 2. de Pontif. cap. 4.*

Respondeo. Argumentum Barclaji, quo mei argumenti consequentia oppugnatur, malam habet consequentiam, & falsum antecedens; quare sine viribus ullis solo strepitu verborum pugnat. Consequentia, inquam, ejus argumenti mala est, quoniam etiamsi Ecclesia, vel Papa non haberet ex se potestatem Principes hæreticos deponendi, haberet tamen ex ipsa promissione jurata, & ex pacto inito cum ipsis Principibus, quando ad Ecclesiam Christianam admissi sunt: id quod exemplo illustrari potest: quando enim Reges cum Romano Imperio societatem inibant, & fidelitatem illi jurabant; si postea Rex socius ad hostes Romanorum deficiebat, non existimabant Romani injuriam se illi Regi facturos, si eum Regno privarent: quoniam tametsi ante initam societatem, nullam haberent Romani potestatem in eum Regem: tamen fides data, & juramento firmata potestatem illis dabat. Deinde falsum est antecedens argumenti Barclajani, ut hucusque satis ostendimus disputatione tam prolixa, & ex iis, quæ Barclajus hoc loco admittit, nullo negotio demonstrari potest: admittit enim habere Summum Pontificem, ut Christi Vicarium, eam potestatem, quam Christus habuit, dum ut homo inter homines vixit. Christus autem, quamvis noluerit, ullum temporale Regnum eripere iis, qui ea possidebant, idque vel sibi assumere, vel aliis tradere; tamen qui negat potuisse Christum id facere, Evangelium ipsum negat: quid enim est quod idem Christus dicit Ioan. 13. *Dedit ei omnia Pater in manus*? Si habuit omnia in manus, certè super omnia potestatem habuit: si super omnia potestatem habuit, cur non potuit de temporalibus rebus omnium hominum disponere? Item Ioan. 17. Idem Dominus ait Patri, *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis*. Ubi per omnem carnem omnes homines intelliguntur. Habuit igitur Christus homo in terris potestatem super omnes homines, ac per hoc super Imperatores etiam, & Reges, potuitque eos, si voluisset, judicare, punire, Regnis, Imperiisque privare: cujus potestatis exemplum aliquod ostendit, cùm dæmonibus concessit, ut in ingentem porcorum multitudinem irruerent, eosque omnes in mare suffocandos præcipitarent: neque timuit ne fortè injuria afficeret eos, qui ex interitu tam numerosi gregis, qui ad duo millia ascendebat, teste S.Marco cap.5. non levem jacturam, patiebantur. Judicavit enim Dominus expedire ad gloriam Dei, ut de re illa temporali disponeret etiam cum detrimento Dominorum, ut sciretur quanta multitudo spirituum immundorum hominem obsedisset, & quanta facilitate ipse tantum numerum dæmonum solo imperio ejecisset.

Quod addit Barclajus, me docuisse, Ecclesiam, ut Ecclesiam, vel Pontificem, ut caput Ecclesiæ, & Christi Vicarium, nullam temporalem potestatem habere posse; mera impostura est. Ego enim solùm docui, Pontificis potestatem directè spiritualem esse, sed indirectè extendi ad temporalia, atque ad ipsam etiam Principum terrenorum depositionem. Et cur, obsecro, tantum laborat Barclajus in examinandis, & refellendis Bellarmini rationibus pro confirmanda Pontificia potestate in temporalibus, si Bellarminus cum Barclajo convenit in abneganda Pontificia potestate in temporalibus? Sed libri sæpius recusi extant, & facilè poterit Lector judicare, utrum ego in eodem libro mecum ipse pugnem, an potius Barclajus impostorem agat, ea sententia nobilis Poetæ fretus.

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Addit postea Barclajus aliam responsionem, quoniam non erat tam stupidus, ut non videret priorem solutionem nullas vires habere, ait igitur: *Quæ omnia promittunt quidem Principes Christo, acceptante promissionem Ecclesia, tamquam ejus Sponsa, in cujus sinu regenerantur, aut ipso Pontifice, non ut homine, sed ut Christi Dei ministro vicariam operam præbente, ac proinde ipsi Christo per Ecclesiam, vel Papam obligatio principaliter acquiritur*, & infrà: *Si pactum conventum postea neglexerint, aut prorsus contempserint, ab eo solo puniri possunt, in cujus verba jurarunt, quique omnium rerum temporalium Dominus est, & quem supra se Judicem in temporalibus solum habent; non autem ab eo, cui rerum*

tan-

tantummodo spiritualium, & recipiendæ promissionis cura commissa est.

Respondeo. Promissio, qua principes infideles, cùm ad Ecclesiam veniunt, pollicentur se fideles futuros, & Ecclesiam defensuros, neque ab ea unquam recessuros, aut eam oppugnaturos, sub pœna privationis Regni; promissio, inquam, ejusmodi principaliter quidem ad Christum dirigitur; sed tamen transgressores non solus Christus immediatè, & per se punire potest: sed postea etiam Christi Vicarius, qui auctoritate à Christo accepta Ecclesiam regit, transgressores pacti, & juramenti punire, quemadmodum quotidie videmus, eos qui absenti Regi coram Prorege fidelitatem jurant, si fortè defectionem moliantur ab ipso Prorege continuò puniri; & Clericos, qui absenti Episcopo, coram ejus Vicario generali obedientiam spondent, si fortè contumaces efficiantur, ab eodem Vicario carceribus mancipari, & plecti.

At, inquit Barclajus, *Rarò Rex ipse fidelitatis jusjurandum acceptat, sed ut plurimum per Cancellarium id opus exequitur. Cancellarius itaque cùm Magnates in verba Regis jurantes ad feuda, & dignitates admittit, eas in civili administratione, & jurisdictione temporali sub Rege partes obit, quas Pontifex sub Christo in spirituali gubernatione Ecclesiæ, cùm Principes ad eam venientes interposito fidelitatis, & pietatis erga Deum Sacramento, recipit. Et ut ille quidem clienti semel recepto (licèt postea fidem frangat, crimenque committat, quod felloniam vocant) ex nulla causa feudum auferre potest, quod solius Regis sit, minimeque Cancellario concessum. Ita neque hic receptos in Ecclesiam Principes, quantumvis graviter postea delinquant, fideique desertores fiant, Regnis, & dignitatibus privare, aut alio modo temporaliter punire potest.*

Respondeo. Hæc tota ratio deceptionis Barclaji, quòd Summum Pontificem Cancellario similem esse ducit, in quo nulla est jurisdictio. Quæ similitudo longissimè abest à veritate: siquidem Scripturæ divinæ veram potestatem, & jurisdictionem, eamque amplissimam, & supremam Pontifici tribuunt: nam quod dicitur Matth. 16. *Quodcumque ligaveris, & quodcumque solveris, non officium Cancellarii, sed officium Præsidis jurisdictionem habentis sonat,* Et illud, *Pasce oves meas*, Ioan. ult. *non officium Cancellarii in Regno, sed potestatem illam Pontifici tribuit in Christianos, quam habet Pastor in oves, qui eas utique regere, & ligare, & baculo ferire, & ad omnem obedientiam cogere potest.* Illud etiam quod Apostolus in Actis cap. 20. dicit, *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei: non officium Cancellarii, sed officium Rectoris, & Præpositi significat. Denique illud* Matth. 24. *Quis putas est fidelis servus, quem constituit Dominus super familiam suam?* non officium Cancellarii nobis ostendit, sed officium Magistri domus, qui toti familiæ cum potestate præest. Quare Summus Pontifex non Cancellario, sed Proregi in Regno, vel Vicario in Episcopatu, vel Rectori in civitate, vel Præposito in familia, vel capiti in corpore comparari debuit: & hæc quidem à nobis dicta sunt, si admittenda esset sententia illa Barclaji, quòd Principes cùm ad Ecclesiam veniunt, soli Christo fidelitatem, & obedientiam spondeant: sed ea sententia falsa est, neque eam admittere ulla ratione possumus, spondent enim Principes obedientiam, & fidelitatem expressè vel tacitè, non Christo solùm, sed etiam iis, qui Christi locum in terris gerunt. Atque huc pertinet illa confirmatio argumenti, quam ego rationi meæ quartæ subjeci, & quam Barclajus in extremo cap. 24. refert, & quorsum pertineat, ignorare se dicit, aut fingit.

Quod autem, inquit, *huic quartæ ra*
non est idoneus Sacramento Baptismi,
Christo servire, & propter ipsum amitte
ait enim Dominus Luc. 14. Si quis veni
odit patrem, & matrem, & uxorem,
animam suam, non potest meus esse di
sum spectet, non video: nemo cert
quid inde? talis ratio non magis ad i
quàm quod remotissimum est: ut nec il
sequitur. (Preterea Ecclesia graviter err
ret aliquem Regem, qui vellet impunè f
clam, & defendere hæreticos, & evert
est hoc verissimum, sed ut dixi, nihil a
net: non enim de ea re hic quæstio est
temporali Ecclesiæ, sive Summi Pontific

Respondeo. Quorsum ista pertine
rem propositam maximè faciant, it
gamus Regem aliquem infidelem ac
re, & à Barclajo institutum ita lo
Sanctorum per Baptismum effici c
promitto, sceptrum meum Christo
Ecclesiam ejus pro viribus defendere
sancto proposito deficere: protestor
fortè fidem fregero, si hæreticus, si
ganus evasero, si Religionem Cath
& funditus evertere conatus fuero
sia, vel ejus Præside, sed à solo Cl
porali puniri: & si fortè Præses Ecc
tiam excommunicationis me de cœ
lerit; volo ut nihilominus fideles Ec
ut Regi servire, & obedire teneantu
jus obedientiæ vinculo absolvi ullo
Quæro nunc à Barclajo, an ejusmo
sia, ut idoneus, ad Baptismum p
firmabit opinor; sed à prudentibus i
si quis civitate terrena donari vellet
tur, si proditor civitatis fieret, n
civitatis, sed à solo Rege in longin
nente, immediatè posse puniri: q
Certè qui paratus esse debet, juxta
tam propriam exponere pro Christ
magis paratus esse debet Regnum
re? ridiculum autem est, dicere,
gno privari, si Fidem fregero; sed
sententiam hominum, volo per A
sententiam pronunciari. Certè eti
dè esset imprudens, si in gremium
eum, qui vellet impunè grassari in
bra, & nollet fidelem populum
hominum mortalium auctoritatem
liberari.

CAPUT X

Defenditur quinta ratio Bel
potestate Summi Pont
in temporalibus.

IN Cap. 25. Barclajus excutit ration
tam, ac primùm eam refert his
& postrema ratio est ex cura, & of
Cùm Petro dictum est, inquit, *P*
Ioan. ult. Data est illi facultas omn
necessaria ad gregem tuendum: at P
est potestas triplex, una circa lupos
omni ratione, qua poterit: altera c
si quando cornibus lædant gregem,
dere: tertia circa oves reliquas, ut
convenientia pabula; ergo hanc tripl
habet Summus Pontifex.

His recitatis subjungit Barclajus: *Ex hoc principio, & fundamento tria, ut illi videtur, argumenta argentia deducuntur. Sed ne longius abeat, respondeo in primis ad istud ipsum fundamentum, totum verum esse, ac pro me stare, atque inde contrarium ejus, quod ipse asserit bellissimè colligi.* Hæc ille, qui post multa inania verba rexit hunc syllogismum: *Christus commendando suas oves Petro dedit omnem potestatem necessariam ad tuendum gregem. Atqui non dedit ei potestatem temporalem: Ergo potestas temporalis, non est necessaria ad tuendum gregem.*

Respondeo. Si per potestatem temporalem velit intelligi Barclajus potestatem, quæ sit in se propriè, & formaliter temporalis; admitti potest argumentum: sed nego inde sequi, non esse necessariam Summo Pontifici potestatem, quæ licèt sit in se spiritualis, tamen extendi possit ad temporalia, prout ad spiritualia referuntur, eisque subordinantur. Sin autem per potestatem temporalem intelligat potestatem disponendi de temporalibus in ordine ad spiritualia: tum dico, falsam esse assumptionem: & addo syllogismum Barclaji eo vitio laborare, quo nullum est in arte disserendi notius, id enim assumit, & sibi concedi petit, quod vertitur in quæstionem. Assumit enim S. Petro non fuisse datam temporalem potestatem, quasi hoc ipsum non esset quod in toto libro suo probare contendit. Et certè si isto modo disputare liceret, possem ego quoque ita ratiocinari: Christus Petro dedit eam solùm potestatem, quæ necessaria est ad tuendum, & pascendum gregem: Atqui dedit potestatem spiritualem, quæ extenditur ad temporalia, ut ad spiritualia referuntur; ergo ejusmodi potestas necessaria est ad gregem tuendum, atque pascendum. Sed audiamus alium syllogismum Barclaji, priori non dissimilem.

Deinde, inquit, *progredimur hoc modo, Absurdum est Summum Pontificem, quatenus successor est B. Petri, habere plus potestatis, quàm habuit Petrus. At Petrus nullam habuit potestatem temporalem in Christianos: ergo nec Summus nunc Pontifex, quatenus successor ejus est.*

Ac ne hic quoque objiciatur, eum assumere, quod erat probandum: probat assumptionem ex Bellarmino lib. 5. de Pontif. cap. 6. Ubi dicit, potestatem spiritualem, & temporalem esse similes spiritui, & carni: & quemadmodum spiritus, & caro possunt esse conjuncta, ut in homine: & separata, ut in Angelis, & Bestiis: sic etiam potestas spiritualis, & temporalis possunt esse conjunctæ, ut nunc sunt inter Christianos; & separatæ, ut erant tempore Apostolorum, quando nullus erat in Ecclesia Princeps politicus. Ex his ita colligit Barclajus.

Si separatæ erant hæ potestates tempore Apostolorum, ut erant revera de jure, & de facto: consequitur necessariò, Divum Petrum nullam habuisse temporalem potestatem: alioqui falsum esset eas fuisse separatas.

Hoc argumentum tanti facit Barclajus, ut paulò infra dicat.

Et verò hæ rationes apertiores sunt, quam quibus aliquis sine fraude reniti, & repugnare possit; ut mirum sit homines eruditos, cæterosque pios, ita zelo quodam inconsiderata occæcari, ut dubia præ certis, pro perspicuis obscura, pro rectis contorta, pro expeditis denique involuta, & implicata multis controversiis, & contradictionibus amplecti, & sequi non dubitent: Hæc ille, qui usque ad finem capitis pergit reverentiam suam erga Sedem Apostolicam prædicare, nostram cæcitatem redarguere, & multa ex iis, quæ antea dixerat, more suo repetere.

Respondeo. Verissimè dictum est à Bellarmino simillimam esse potestatem spiritualem, sive Ecclesiasticam spiritui, & temporalem, sive politicam carni: quam similitudinem ante Bellarminum ad hanc rem explicandam adhibuerunt S. Gregorius Nazianzenus, Hugo de S. Victore, S. Thomas, Alexander Alensis, Thomas Waldensis, & alii. Nec minus verè dictum est, eas potestates tempore Apostolorum fuisse separatas, quo modo spiritus Angelicus separatus est à carne: & caro brutorum separata est à spiritu: nunc autem conjunctas esse, quo modo spiritus, & caro conjunguntur in homines. Ex his autem rectè colligitur, S. Petrum habuisse potestatem Apostolicam, idest, spiritualem, & Ecclesiasticam, supremam, & amplissimam, & non habuisse potestatem Regiam, sive Imperatoriam, aliamvè merè temporalem, atque politicam: sed non rectè colligitur, potestatem spiritualem S. Petri non se potuisse extendere ad omnia temporalia, & ad ipsa Regna, & Imperia dirigenda, & corrigenda, si Reges, & Imperatores Christiani fierent. Itaque discrimen inter tempus Apostolicum, & nostrum, non est circa potestatem, quæ semper eadem fuit in S. Petro, & in successoribus; sed circa materiam subjectam, sive circa usum potestatis: tunc enim potestas Apostolica non exercebatur in Regibus dirigendis, quia nulli erant Reges in Ecclesia Christiana, cujus Ecclesiæ Pastor, & Rector est Christi Vicarius: nunc autem eadem illa potestas exercetur in Regibus dirigendis, & corrigendis, quoniam non desunt in Ecclesia Reges, & Principes politici.

Ac ut exemplis rem illustremus, certè spiritus humani à corporibus separati, iidem sunt, qui antea erant cum corpora animarent, & eandem ipsam potestatem habent, quam antea habebant: & tamen nunc separati non regunt corpora, ut antea regebant, & iterum post resurrectionem regent, sic etiam spiritus Angelici sive boni, sive mali, dum corpora nulla assumunt, non exercent potestatem in membra corporis: cum autem vel corpora aerea sibi adjungunt, vel in corpora humana ingrediuntur, corpora illa nutu movent, eisque imperant, & moderantur: nec tamen ullus erit tam imprudens, qui existimet Angelos acquirere potestatem novam, cùm corpora assumunt: pari ratione cùm in corpore humano membrum aliquod abscinditur, & à reliquo corpore separatur, non potest spiritus membrum illud movere, eique dominari; non quòd potestas spiritui desit, sed quia deest membrum, in quo movendo spiritus exerceatur. Denique initio Ecclesiæ Christianæ antequam Apostoli Diaconos ordinarent, non poterant Apostoli Diaconis uti, eisque imperare: postea quam autem ordinari sunt, iis Apostoli utebantur, eisque imperabant. Num igitur concedemus, defuisse Apostolis aliquam potestatem Ecclesiasticam antequam Diaconi esse cœpissent in Ecclesia? concedemus omnino, si cum Barclajo desipiamus, qui ex defectu materiæ defectum colligit potestatis. Ex his apparet, quàm levia sint argumenta Barclaji, quæ ipsius judicio demonstrationes indissolubiles videbantur.

CAPUT XXVI.

Defenditur prima pars rationis quintæ pro potestate summi Pontificis in temporalibus.

IN Cap. 26. aggreditur Barclajus refutare primam partem rationis meæ quintæ: erat autem hæc ratiocinatio. Pastori necessaria est potestas circa lupos, ut eos arceat omni ratione qua poterit ab ovili: lupi autem, qui Ecclesiam vastant, sunt hæretici: Ergo si Princeps aliquis ex ove, aut ariete lupus fiat, idest, ex Christiano fiat hæreticus, poterit Pastor Ecclesiæ eum arcere per excommunicationem, & simul jubere populo

populo ne eum sequatur, ac proindè privare dominio, quod habet in subditos.

Ad hanc ratiocinationem Barclajus respondens admittit omnia, excepta illa extrema parte conclusionis, qua diximus, posse Pastorem jubere populo, ut non sequatur amplius Regem suum: distinguit enim hanc partem, ac dicit, Posse quidem Pastorem jubere fidelibus, ut non sequantur Regem hæreticum in hæresibus, sed non posse jubere, ut non sequantur eum in rebus politicis.

Addit autem posse quidem Regem hæreticum privari communione fidelium in rebus sacris, sed neque hoc esse faciendum, si periculum sit schismatis, & scandali, & graviorum malorum, ex Augustino lib. 3. cap. 2. contra Epist. Parmeniani: de qua re diximus, cap. 9. Ubi hæc eadem Barclajus fusius tractavit: jam enim admonui, Barclajum in repetitione rerum earundem magnam partem libri sui consumere voluisse.

His igitur omissis, tota ratio, ob quam negat Barclajus posse à summo Pastore prohiberi fidelibus, ut Regi hæretico obedientiam etiam in rebus politicis præstent, ea est, quoniam jure divino debetur Regibus obedientia: & non potest ullus homo, ac ne ipse quidem Summus Pontifex dispensare in jure divino; & ad hoc probandum adducit rescriptum Innocentii III. qui cap. Cùm ad monasterium, de statu Monach. dicit: *Non posse dispensari cum Monacho, ut uxorem ducat, vel rerum proprietatem habeat*: & hoc loco multa disputat de jure divino, & humano, & de matrimonio Constantiæ Rogerii Regis filiæ, quæ cùm esset sanctimonialis ex dispensatione Clementis III. Pontificis nupsisse dicitur Henrico VI. Imperatori.

At nos supra, rationem Barclaji nullius roboris esse demonstravimus: quoniam de jure divino est, ut inferior obediat superiori, quamdiu superior est; sed si desierit esse superior, desinet etiam præceptum de obedientia illi exhibenda. Id quod ostendimus ex multis similibus: siquidem juris divini est, non solùm, ut populus obediat Regi; sed etiam ut filii obediant Patri, servi Domino, uxores Maritis: & tamen si filius emancipetur, & servus libertate donetur, & uxor per divortium, aut repudium à marito separetur, non amplius tenentur lege illa divina: quemadmodum etiam promissio jurata jure divino servanda est & tamen si is, cui promissio facta est, eam relaxet, non tenebitur eam implere qui promisit. Restitutio jure divino sancita est, & tamen si creditor debitum remittat, restitutionis obligatio nulla restat: atque exempla similia plurima possent adduci. Sic igitur, jure divino tenetur populus Regi servire, dum Rex est: sed si Rex desinat esse, quod multis modis fieri potest; nulla remanet obligatio servitutis, aut obedientiæ, non est autem de jure divino, ut Rex justis de causis deponi non possit: multoque minus juris divini est, ut Summus Pontifex declarare non possit, Regem hæreticum non esse legitimum Regem, nullamque ei deberi à fideli populo obedientiam.

Quod autem attinet ad cap. Cùm ad monasterium, de statu monachorum, res facilis est: id enim solùm Innocentius docet, non posse consistere matrimonium, & proprietatem rerum cum statu Monachorum; cùm ad essentiam vitæ monasticæ pertineant continentia, & paupertas. Itaque non poterit Summus Pontifex facere, ut idem Monachus sit, & conjugatus: idem Monachus, & dives opum in particulari. Aliud autem est, utrum possit Summus Pontifex dispensare cum Monacho, ut transeat a vita monastica ad vitam sæcularem, & sæcularis effectus matrimonium inire possit, & opes proprias retinere, de hoc enim variè sentiunt Doctores. De Constantia verò Rogerii Regis filiæ fabulam esse existimamus, quod sanctimonialis, & vetula cùm esset, dispensatione

Clementis III. nupserit Henrico V
Viterbiensis, qui Henricum VI. in
instituebat, scribit, nuptias Henr
celebratas Mediolani anno salutis 1
postolica Sede Urbano III. & ipsa
trigesimum agente, ex quo sequitu
pensasse cum ea in votis monastic
vel, ut alii dicunt, Celestinum II
drum III. nam hic jam obierat, .
cœperant: falsum quoque sit, ean
vetula annorum supra quinquagint
fuisse antea sanctimonialem, cùm
iis, qui eo tempore vixerunt. Vic
tom. 12. Annalium ad annum 118

CAPUT X

Utrum votum, an juram obliget.

IN Cap. 27. Barclajus, ut causæ
menta conquirat, confert vo
cum juramento illo, quo populi Re
& obedientiam pollicentur. Ac dic
aliquorum Doctorum sententia disp
tis Monachorum, sed etiam si ho
admittendum, ut dispensare possit
populi ad Regis obedientiam se ad
igitur sentire Barclajus majus vincul
quàm voti, cujus tamen contrarium
ctus Thomas in 2. 2. qu. 89. art. 8.
la Theologorum in 3. Sent. dist. 39
promissio facta Deo; juramentu
promissionis homini factæ: magis a
mo implere promissionem factam I
ni, deinde qui votum violat, infi
juramentum frangit, crimen irrev
committit: gravius autem crimen
quàm irreverentiæ: cùm infidelitas
riorem irreverentiam conjunctam h
irreverentia infidelitatem. Igitur g
fragus, quam juramenti violator; p
gat votum, quàm juramentum.
est absolutè bona; juramentum bo
cogente: alioqui Dominus Matth.5
dico vobis non jurare omnino. Et Jaco
cap. 5. *Ante omnia*, inquit, *fratre*
nusquam autem legimus, nolite vo
Rex & Propheta David hortatur,
Vovete, & reddite Domino Deo vestro.
bilius juramento est, ac per hoc
votum frangit, quàm qui juramentu
magis obligat votum, quàm jura
Summus Pontifex dispensare potes
magis poterit in juramento.

Sed Barclajus resistit hac ratione
chalis, alique in Ecclesia, ut quidam
constitutionibus, & jure positivo profec
circò plena, & omnimoda potestas Po
*rius paulò diximus: at submissio, & *
ac Principibus, atque omnibus omnino
rioribus debita, est juris naturalis, &
mento confirmata. Nam licet de human
aut illa Reip. forma utamur, vel hunc
pem habeamus; tamen ut eum, quem
vereamur, eique in omnibus, quæ Dei
gnant, submisse pareamus, non humana
iis, & divina est ordinationis.

Respondeo. Hoc argumentum
tat: nihil enim solidi, nihil firmi
totus ordo monachalis ab humanis

& jure positivo profectus sit, non modò falsum, sed etiam hæreticum est, siquidem consilia Evangelica, in quibus ordo monasticus fundatur, non ex humana constitutione, sed ex ipso ore Domini, ac Dei nostri Jesu Christi profecta sunt: de qua re fusè tractavi in lib. de Monachis, neque id ullus Catholicus negat. Deinde vota ipsa monastica, in quibus essentia Monasticæ vitæ consistit, juris esse divini, non modò Catholici omnes docent, sed & ipse Barclajus paulò ante confessus est. Unde ergo nunc totum ordinem Monasticum ab humanis constitutionibus, & jure positivo profectum esse dicit? Præterea si, ut ipse in hoc suo argumento assumit, submissio Regibus, ac Principibus, atque omnibus Præpositis, & superioribus debita, est juris naturalis, & divini in utroque testamento confirmata; ergo submissio Monachorum suis Præpositis, & superioribus debita, est juris naturalis, & divini, in utroque testamento confirmata. Unde igitur Barclajus colligit, posse Pontificem dispensare in obedientia, & submissione Monachorum erga suos Præpositos, & superiores; & non posse in obedientia, & submissione populorum erga Reges, & Principes, cùm utraque sit juris naturalis, & divini in utroque testamento confirmata? quin etiam cùm obedientia Monachorum habeat votum, idque solemne adjunctum; & obedientia populorum simplici juramento confirmata sit: videtur omnino facilius posse dispensari per Summum Pontificem, in obedientia populorum, quàm Monachorum, cùm voti vinculum majus sit, quàm juramenti, ut Theologi docent. Denique quemadmodum Barclajo teste juris humani est, qua forma Reip. utamur, & hunc aut illum Principem habeamus; sed postquam aliquem accepimus in Principem ut ei pareamus, juris divini est: sic etiam juris humani est quo ritu, & forma vivendi Monachi utantur, & hunc aut illum Præpositum habeant; & tamen ut ei, quem in Præpositum semel susceperunt, submissè pareant, juris divini est. Ergo omnia paria sunt, neque ulla est ratio cur possit Summus Pontifex in uno dispensare, & non in altero, idest, cur possit Monachos à vinculo obedientiæ Præposito suo promissæ absolvere, & non possit absolvere subditum à vinculo obedientiæ Regi suo promissæ.

Pergit Barclajus, & aliud argumentum texit ex natura voti, & juramenti: quod argumentum, quia non multum ad rem facit, & tamen verbosissimè ab ipso proponitur, ego in pauca contraham, ut vis argumenti quanta sit appareat: sic igitur ille ratiocinatur: Votum, est promissio facta Deo, & Ecclesiæ, proindè creditor principalis est Deus: potest autem Pontifex, qui Vicarius Dei est, & caput Ecclesiæ loco Christi, declarare non displicere Deo, & Ecclesiæ, ut promissio illa ob justam aliquam causam, & magis Deo gratam, quàm sit promissionis illius adimpletio, remittatur, & condonetur ei, qui voverat. At juramentum quo pactum aliquod, vel sponsio obsignatur, non facit Deum propriè creditorem, sed hominem, cum quo pactum initum, & cui promissio jurata facta est: quod ex eo perspicuum est, quòd homo creditor potest etiam sine ulla causa liberare debitorem, & juramento solvere, si illi promissionem sibi factam liberè remittere velit: neque hic habet locum interpretatio, aut declaratio summi Pontificis, cùm homo ipse creditor per se loquatur. Ergo non potest summus Pontifex homines à juramento solvere, quoniam privaret creditorem invitum obligatione sibi optimo jure quæsita, & omni jure divino, & humano licita.

Respondeo. Quando summus Pontifex solvit homines juramento, non tollit jus quæsitum ex justa, & licita obligatione: sed vel declarat obligationem, & promissionem fuisse, vel factam esse illicitam, ut cùm absolvit populos à juramento fidelitatis præstito Principi hæretico, vel qui postea in hæresim lapsus est: aut tollit vinculum juramenti, relicta promissione in suo vigore, ad eum finem tantùm, ut possit, qui promiserat, sine periculo sacrilegii prosequi jus suum coram legitimis Judicibus.

Sed hæc Barclajo non erant incognita, ut qui juris prudentiam præcipuè profiteretur: ideò subjungit: *Sed esto auferre ex causa possit, & promissionem jurisjurandi vinculo liberare (ne de hac re amplius cum Canonistis hic contendam) auferat igitur; quid ei deinde facto consequens in nostro hoc negotio videtur? liberum fore populum, dices, ab Imperio, & subjectione Principis, statim atque jurisjurandi nexu solutus est. Ita ne verò? an non perspicis, jusjurandum hoc non esse nisi accessionem tantùm confirmatricem illius obligationis, qua fides, & obedientia Principi promissa est, an ignoras accessiones tolli, & liberari posse sine interitu principalis obligationis? Manet ergo adhuc obligatio, cui jusjurandum accesserat: quæ quoniam juris naturalis, & divini est, non minus tenet hominum mentes, & conscientias apud Deum, quàm si esset juramento sustentata.*

Respondeo. Potest quidem, ut supra dixi, tolli vinculum juramenti, etiamsi non tollatur promissionis obligatio. Sed quando summus Pontifex propter hæresim, aut aliam justam causam, solvit populos à juramento fidelitatis, simul etiam solvere solet à vinculo promissionis, ac jubere, ut populi non amplius obediant ei, cui promissionem obedientiæ fecerant: posse autem id Pontificem, ut Christi Vicarium, præstare, nos supra ex Doctoribus, & Conciliis, & ex ipsis etiam divinis literis ostendimus, & ante multos annos idipsum quinque rationibus Theologicis ostendimus: neque Barclajus omnibus suis argumentis, & cavillationibus eas rationes refellere potuit. Nam quod hoc loco iterum repetit, & inculcat, obligationem parendi Regibus esse juris naturalis, & divini: non semel à nobis explicatum est, id esse intelligendum de obligatione parendi Regibus, dum Reges sunt: non esse autem juris naturalis, & divini, ut Rex non possit Regno privari, si hæreticus efficiatur, & ratio manifesta, & usus frequens apertissimè demonstravit.

At, inquit Barclajus, *hoc axiomate Bellarminus præcipuè nititur, dum vult ostendere, Papam non posse subjicere se ipsum sententiæ coactivæ conciliorum: quoniam (inquit lib. 2. de Conciliis, cap. 18.) Papæ potestas super omnes est de jure divino: non autem potest Papa dispensare in jure divino.*

Respondeo. Si Papa se ipse subjiceret sententiæ coactivæ Conciliorum, aut Principum quorumcumque, verè subjiceret superiorem inferioribus, ac per hoc cum divino, & naturali jure pugnaret: nam jure divino Papa est Pastor, & Pater, & Præpositus omnium Christianorum, ac per hoc superior omnibus, qui oves, & filii, & subditi ipsius sunt: & jure etiam divino superior ab inferiore judicari non potest judicio saltem coactivo. At verò cùm Papa judicat Regem, vel etiam deponit, nihil agit contra jus divinum, quoniam superior inferiorem judicat, Pastor ovem, Pater filium, Præpositus subditum, quod est juri divino, & naturali rationi maximè consentaneum. Quamvis enim Reges in temporalibus non agnoscant superiorem temporalem, vel etiam nullum agnoscant directè nisi Deum: tamen agnoscere debent superiorem spiritualem, cujus potestas ad temporalia se extendit, quatenus ea spiritualibus subordinantur, ut supra non semel dictum est.

Ad extremum sic loquitur Barclajus. *Ne qua erremus, tenendum est, Apostolica potestatis plenitudinem eam tantùm potestatem complecti, quam Dominus Jesus Dei filius, cùm in hoc Mundo versaretur, ut homo inter homines habere voluit: & eatenus Papam nobis Christum referre, & ejus esse Vicarium; non autem potestatem illam, quam ut Dei filius, Deus ipse Patri æqualis ab æterno habuit,*

buit,

buit, & divinitati suæ omnipotentia reservavit, de qua ait, Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.

Respondeo. Non admitto solùm, quod Barclajus hic postulat, plenitudinem Apostolicæ potestatis, non esse parem omnipotentiæ divinitatis Christi: sed addo etiam, non esse omnino æqualem illi potestati, quam in terris habere voluit, & habuit Christus, ut homo. Christus enim etiam dum mortalis cum mortalibus versaretur, habuit potestatem, quam Theologi vocant excellentiæ, per quam sacramenta instituere poterat, & sine Sacramentis peccata remittere, & alia id genus, ad quæ plenitudo potestatis Pontificiæ non pertingit. Itaque non sum de numero eorum de quibus ait, Joan. de Turrecremata scripsisse, in Can. Conjunctiones 35. quæst. 2. Mirum est, quòd summi Pontifices loquantur moderatè de potestate eis data, & quidam Doctorculi sine aliquo vero fundamento volunt adulando eos quasi æquiparare Deo. Nihilominus tamen securus affirmo, potuisse Dominum nostrum Jesum Christum tempore mortalitatis suæ, disponere de temporalibus omnibus, & Reges, ac Principes Regnis dominiisque privare, & hanc potestatem Vicario suo sine dubio concessisse, ut ea utatur, quando necessarium judicaverit ad animarum salutem, quæ illi præcipuè curæ esse debet.

CAPUT XXVIII.

Digressio circa sententiam cap. Inter corporalia, de translatione Episcopi.

IN Cap. 28. invehitur Barclajus in Canonistas, quos dicit potestatem omnem divinam, & humanam Pontifici attribuere, ex ignoratione veræ sententiæ verborum Innocentii III. Pontificis, quæ habentur cap. inter corporalia, de translatione Episcopi. Ibi enim Innocentius dicit, fortius esse vinculum conjugii spiritualis, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, quàm sit vinculum conjugii carnalis inter virum, & mulierem. Et quoniam vinculum conjugii carnalis homo solvere non potest, juxta illud Matth. 19. *Quos Deus conjunxit, homo non separet*: Vinculum autem conjugii spiritualis non raró Papa dissolvit: videtur sequi, ut, aut falsum scripserit Innocentius, aut Papam Deo æquare voluerit.

Sed quoniam hæc disputatio ad institutum nostrum non pertinet, & Barclajus, ideò solùm hanc digressionem libro suo inseruit, ut occasionem haberet Canonistas carpendi: nam, & in hoc capite audacter scribit, nihil esse meris Canonistis imperitius; & in cap. sequenti non veretur dicere, Innocentium IV. & Joannem Andream Canonistarum facilè Principes ineptissimè hunc locum Innocentii III. explicavisse: propterea non ero in hoc capite confutando prolixior. Nam neque Canonistæ, inter quos multi viri doctissimi inveniuntur, defensione mea indigent; neque ego scientiam Canonum ita calleo, ut audeam me patronum Canonistarum profiteri. Illud unum annotare placuit, Barclajum calumniatorem videri, dum dicit Canonistas summo Pontifici divinam auctoritatem ex verbis Innocentii perperam intellectis, tribuere. Id enim tantum abest à vero, ut contra potius nonnulli eorum propter istum canonem Pontifici detrahere, aut illum colligere, non vereantur. Glossa certè, ubi Innocentius dicit, Fortius esse vinculum spirituale, corrigit, dicens, dignius, non fortius: & Ostiensis in Summa, de Elect. num. 21. ut ipse hoc loco Barclajus refert, Illa, inquit, ratio non est sufficiens, salva auctoritate, & reverentia reddentis. Denique neque Innocentius IV. neque Jo. Andreas, neque Abbas Panormitanus, neque Ancaranus, neque ullus
alius ex iis quos videre potui, ex ve[r]
divinam potestatem summo Pontific
clajus calumniatur.

CAPUT X

De vero sensu cap. Inter co
translatione Episc

IN Cap. 29. Barclajus rejectis al
nibus, profert sententiam suam d
Inter corporalia, de translatione Epi
ma dicit, verba hujus capituli pugna
gislatoris, ut aliud Pontifex senserit
Hoc autem, quid aliud est, nisi Pon
ignorantem, qui nescierit mentem
vel malignum, qui voluerit mentie
cipere? At fuit Innocentius omnium
fex optimus, & sapientissimus, ut
fuerit tum ignorantia, tum malignit
quid mihi videatur Pontifex in hoc
docere voluisse; &, nisi fallor, oste
pituli non tantùm in se esse verissim
mentem Pontificis explicandam apti
se dicit Pontifex vinculum conjugii
carnalis. Id esse verum probatur ha
niam vinculum conjugii spiritualis no
solvi, ne per mortem quidem, sen
impressus character Episcopalis, q
potest: vinculum autem conjugii car
ita solvitur, ut si maritus defunctus
non posset uxorem repetere, quam
doctrina est Apostoli ad Roman. 7.
conjugii spiritualis à solo Pontifice
test, non quidem omnino, ut dixim
ad Ecclesiam particularem cui juncti
num Christi Vicarius Episcopos trans
ponendo, vel facultatem renunciand
vit à vinculo, quo Ecclesiæ suæ tene
vinculum autem conjugii carnalis no
ipsi etiam contrahentes aliquando lic
solvunt. Siquidem matrimonium ratu
matum potest alter conjugum jure so
religiosum profiteri velit, ex Conc
can. 7. neque in hac re ullam à Sum
cultatem petere debet. Item matrim
deles contractum, & consummatum,
rum matrimonium est, potest dissolv
gum, si ad Fidem Christianam conver
juge in infidelitate remanente, ex A
Item in testamento veteri, matrimoni
mata passim ipsi conjuges per libellu
vebant, neque Pontificis auctoritate
ex Deuteronom. cap. 24. Denique m
& consummata fidelium solvi possunt
& cohabitationem certis de causis ab
cularibus; matrimonium spirituale,
bitationem quidem ab alio, quàm à
ce solvi potest. Ex his igitur manife
culum spiritualis conjugii, quod à sol
potest, firmius ac fortius esse, quàm
jugii carnalis, quod ab ipsis conjugib
rioribus Sacerdotibus solvitur. Atqu
videtur Innocentius Pontifex, cujus p
capitulo erat docere, translationes E
Pontificis Maximi consensu fieri non

CAPUT XXX.

Respondetur ad objectiones contra primam partem rationis quintæ pro potestate Summi Pontificis in temporalibus.

IN Cap. 30. Barclajus post longas digressiones revertitur ad primam partem rationis quintæ Bellarmini, quam in cap. 25. sibi refutandam susceperat. Ait igitur.

Admittimus quidem ejus propositionem, Pastori scilicet necessariam esse potestatem circa lupos, ut eos arceat omni ratione qua potest. Admittimus & assumptionem, lupos videlicet, qui Ecclesiam Dei vastant, esse hæreticos. Ex quibus concludit hoc modo, Ergo si Princeps aliquis ex ove, aut ariete fiat lupus, idest, ex Christiano fiat hæreticus, poterit Pastor Ecclesiæ eum arcere per excommunicationem, & simul jubere populo ne eum sequatur, ac proinde privare eum dominio in subditos. Vitiosa collectio, cujus loco in bona dialectica reponenda est, Ergo si Princeps aliquis ex ove, aut ariete fiat lupus, poterit Princeps Ecclesiæ eum arcere omni ratione qua potest.

Respondeo. Nullum hic est vitium, sed compendio dictum est, quod longiori circuitu dici potuisset: nam ratio, qua potest, & solet Pastor Ecclesiæ hæreticos, quasi lupos ab ovili suo arcere, illa est, ut per sententiam excommunicationis eos removeat à commercio Catholicorum, & per absolutionem à vinculo subjectionis efficiat, ne populus Catholicus Principem hæreticum deinceps sequatur. Neque propositum mihi fuit in libris scribendis, syllogismos propriè formare secundùm figuras & modos, ut in scholis faciunt, qui de proposita quæstione, exercendi ingenii gratia disputant: sed vim rationum explicare, atque ostendere, ut alii faciunt, qui libros theologicos scribunt.

At, inquit Barclajus, *Potest quidem Pastor Ecclesiæ jure suo excommunicare Regem hæreticum: sed absolvere populum à juramento fidelitatis, aut jubere ne populus Catholicus Regem hæreticum in rebus politicis sequatur, jure non potest, cùm hoc juri divino, & naturali repugnet.*

Ac ne illi fortassè objiciamus, quòd non servaverit formam argumentandi, format hunc syllogismum.

Summus Pontifex nihil præcipere, vel dispensare potest contra jus naturale, & divinum: Atqui subjectio, & obedientia Principibus, & superioribus debita, est de jure naturali, & divino: Ergo Summus Pontifex nihil contra eam præcipere, vel dispensare potest: & per consequens non potest præcipere subditis, ne Principi suo temporali obediant in eo, in quo Princeps est, & superior: & si de facto præceperit, licebit subditis, tamquam extra territorium jus dicenti, impunè non parere. Utrumque propositum est certo certius, ex quibus conclusio necessaria consecutione inducitur. Qui hujus argumenti vim enervaverit, is magnam mecum gratiam inibit. Ego mehercle, ut ingenii mei tenuitatem ingenuè fatear, non satis perspicio, qua possit solida ratione elidi.

Respondeo. Hæc sunt omnia refutata in cap. 26. neque aliquid novi Barclajus attulit hoc loco, sed aliis, & aliis verbis more suo eadem repetivit. Sed ne quietatur nihil nos ad insolubilem ejus demonstrationem in forma respondisse, distinguo assumptionem: nam cùm assumit, Atqui subjectio, & obedientia Principibus, & superioribus debita de jure naturali, & divino; si intelligat de Principibus, & superioribus, pro tempore quo Principes, & superiores legitimi sunt; verum assumit, sed nihil inde concludere potest: nam Principes hæretici post sententiam Summi Pontificis declarantis illos excommunicatos, & depositos, non sunt amplius legitimi Principes, vel superiores: sin autem intelligat de Principibus, & superioribus, pro quocumque tempore, etiam post abrogatum illis imperium; falsum assumit, neque de hac re ullum esse dubium potest. Nam jure divino tenentur subditi non solùm obedire Regi tamquam præcellenti, sed etiam Ducibus, tamquam ab eo missis, ut scribit S. Petrus in priore epist. cap. 2. & tamen posteaquam Rex abrogavit Duci potestatem, non tenentur amplius illi obedire, quemadmodum neque ipsi Regi obedire tenentur, quando jure à Regni solio dejectus est. Quare Barclajus si aliquid solidi adferre voluisset, debuisset probare, Principes terræ cùm semel Principatum adepti sunt, jure divino in Principatu ita stabilitos esse, ut nulla vi, nulloque jure dejici possint à Principatu: hoc autem, in quo totius vertitur cardo quæstionis, nunquam probare potuit.

Sed dicet, esto Principes deponi possint, non tamen deponi possunt, nisi a superiore.

Respondeo. Papam omninò superiorem esse cùm sit Vicarius Jesu Christi, non puri hominis, sed Dei & hominis, ac per hoc sit vice Christi Pastor, & Pater, & Rector, & Caput omnium Christianorum, etiam Principum, Regum, & Imperatorum, ut sæpè dictum est, & ex ipsis divinis literis manifestè deducitur.

At, inquit Barclajus, *Papa quidem superior est, sed non in eadem specie superioritatis: superior enim est Regibus, & Principibus in rebus divinis, & spiritualibus: in temporalibus autem fatentur ipsi Pontifices, se Regibus superiores non esse, ut notum est ex cap. Per Venerab. Qui filii sint legitimi, Ubi Pontifex dicit, Regem non habere superiorem in temporalibus.*

Respondeo. Jam hæc omnia supra esse tractata, & discussa: ostendimus enim Pontificem superiorem esse Regibus etiam in temporalibus, quando propter spiritualia necesse est disponere de temporalibus, quæ spiritualibus subordinata esse debent: idque ostendimus ex communi sententia Doctorum, allatis testimoniis supra septuaginta; item ex Conciliis Ecclesiæ generalibus non paucis, denique ex ratione in divinis literis fundata: adversus quæ nihil attulit Barclajus, nisi clamores tragicos, & verba turgida, sed inania. Quod autem Innocentius scribit, Reges non habere superiorem in temporalibus, verissimum est in eo sensu, in quo id Innocentius dicit, quòd videlicet sint Reges, supremi Principes temporales, neque habeant super se alios Reges, vel Imperatores, excepto Deo, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium: sed hoc non prohibet, quo minus habeant Reges superiorem spiritualem tanta præditum potestate, ut possit temporalia dirigere ad spiritualia, cùm ordinis ratio postulet, ut potestas temporalis subjecta sit spirituali, quando in unum conveniunt, & unam Ecclesiam faciunt, quomodo corpus in homine subjicitur spiritui, & ab eo regitur, &, ubi opus est, corrigitur, & castigatur.

Subjungit postea Barclajus longissimam apostrophem populorum ad Pontificem, in qua quod ipse millies repetivit, iterum repetendo tribuit populis; quæ imperitos, & leves permovere fortasse possint: sed homines cordati, & prudentes facilè intelligent, hæc esse refugia miserorum, qui quod viribus obtinere non valent, ea gemitibus, & importunitate extorquere conantur. Verumtamen, ne lector existimet, nos laborem respondendi subterfugere velle, aut quæ Barclajus in persona populi dicit, majora esse, quàm re vera sint, instituam responsionem per modum dialogi, & populum verbis Barclaji loquentem, & Pontificem verbis meis respondentem inducam.

CA-

CAPUT XXXI.

Dialogismus inter Populum nimis addictum Regi terreno, & Pontificem Populo salubriter consulentem.

Pop. PAter sancte, nequaquam es Rege nostro in temporalibus superior: ideoque non potes obsequium temporale, quod illi præstamus, impedire.

Pont. Quando salus tua æterna in periculum adducitur propter obsequium temporale, quod Regi præstas; tunc omnino superior sum Rege tuo etiam in temporalibus: nam & illum, & te ad vitam æternam dirigere debeo; & omnia impedimenta de medio tollere, quæ hoc iter impediunt.

Pop. Cur nos facere prohibes, quod Deus nos facere imperat?

Pont. Absit; non hoc prohibeo, sed contra potius impero, ne facias, quod Deus te facere prohibet. Ego pastor sum à Christo, qui Dominus gregis est, constitutus. Vos populi, oviculæ estis, Reges vestri arietes sunt. Itaque dum Reges vestri arietes esse perseverant, sino ut vos regant, & ducant: sed si vertantur in lupos; æquum ne erit, ut patiar duci oves Domini mei à lupis? Itaque jure vero, ne illos sequamini: nam & hoc Dominus vetat, quoniam eum nimis grandi periculo oviculæ reguntur à lupis.

Pop. An quia tuum est, voluntatem Dei in lege divina, & scripturis comprehensam interpretari?

Pont. Tu dixisti.

Pop. At non est tamen illa interpretatio adhibenda, quæ legem penitus evacuet, & mandatum omnioo destruat, ac dissolvat.

Pont. Quam legem Dei interpretando destruximus, aut dissolvimus unquam, vel prædecessores mei, vel ego?

Pop. Si quid dubii, aut obscuri est in lege divina, ad sedem Petri, idest, ad sedem, quam tu ounc tenes, interpretationis veritatem accepturi confugimus: quod autem per se clarum est, & perspicuum, id nulla interpretationis luce indiget.

Pont. Quid tum?

Pop. Cùm Dominus, & Salvator noster jubeat, nos reddere Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo: & deinde per Apostolum Principibus, & potestatibus subditos esse, & dicto obedire: tuum est nobis declarare, quæ sunt Cæsaris, idest, quæ à nobis Regi nostro debentur, & quæ sunt Dei, ut sua utrique reddamus: & in ea distinctione vocem tuam libenter audiemus. At cùm dicis, nolite quidquam Cæsari, sive Principi vestro reddere, contradicis Christo, ae proinde vocem tuam non audimus.

Pont. Quando Dominus dixit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, jussit censum dari ei, qui tunc imperabat, neque Judæos ad idololatriam cogebat, neque adhuc erat ab ulla legitima potestate depositus: quod idem jussit multò antea per Hieremiam Prophetam Deus fieri erga Nabuchodonosor Regem Babylonis propter eandem causam, sed cùm tempore Machabæorum Antiochus Rex populum avertebat a fide, & Religione divina, non jussit Deus, ut eum pro Rege habere pergerent, sed inspiravit Matathiæ, & filiis ejus, viris fortissimis, & religiosissimis, ut exercitu congregato bellum cum Antiocho tamquam cum hoste gererent, & populum in libertatem vindicarent. Sic igitur & tu popule Christiane Regi legitimo, & qui à lege Dei, & Catholica Religiooe te non avertit, quique propterea à

me Christi Vicario amatur ut f
dientiam debitam, in iis, quæ e
& fidem Catholicam non jubebit
qui te sive minis, sive blanditiis,
via, quæ ducit ad vitam, revoca
sententiam meam à cœtu piorum
privatus est, pro Rege non habeb
civilem Regi debitam alteri exhil
locum legitimè successerit. Porr
sunt reddes, quando fide, spe, &
coles, neque ullius hominis tunc
Dei timore, vel amore separari
numquam ex me audies, nolite c
aut Principi vestro reddere; sed f
seduci; ut etiam pro Cæsare, aut I
beatis, qui re vera Cæsar, & Pri

Pop. Fatemur quidem, & profiten
expositioni atque interpretationi i
servatione locum esse: sed eam r
mus, quæ facit ut jus naturale,
dibrio, & penitus contemnatur,
qua agitur, aberremus: jubemu
potestatibus obedire: tuas in huj
vatione explicationes, & restrict
mandatum ipsum non extinguun
obedientes libenter amplectimur
lam inde obligatiooem parendi R
nisi in iis, quæ ad temporalem ij
nem pertinent, spiritualia omnia
atque Ecclesiæ reservanda esse. I
non esse Regi obediendum in eo
divinum, vel naturale imperat,
bonis moribus adversatur. At qu
& absolutè præcipis, ne Princip
ejusve monitis, mandatis, & leg
bediamus: præcepto tuo parere n
hoc non est mandata Dei interp
ctitati tuæ conceditur: sed penit
abrogare, quod nullo modo pote

Pont. In multiloquio non deerit p
enim ex Barclaji alicujus schola p
verba sine ratione multiplicas: g
cas dum Doctorem tuum docere,
gem dare præsumis: sed gravissim
ras, dum Christi Vicario impon
naturale, & divinum ludibrio
mandatum Dei de obedientia Prin
tiquare, & abrogare velit, nusqua
prædecessores mei simpliciter, & a
queris) præcepimus, ne Princip
monitis, mandatis, & legibus ullo
Istæ calumniæ, & imposturæ sunt
claji: quod enim dicimus, & d
ut Principi ab Ecclesia, publica a
municato, & deposito, qui proin
ceps esse desiit, nulla deinceps obe
Id verò cum nullo divino manda
num enim mandatum non hoc h
Princeps legitimus esse desiit, obe
Tu verò diligenter attende, & exp
jorem fidem habere debeas Patri
cario, & Matri tuæ Ecclesiæ; an
qui te seducit, ac facit, ut contra
Patri, & Matri non obedias: du
giæ zelum sine scientia vis habere

Pop. Christus cùm claves Regni cœ
dit, non dedit ei potestatem fac
non peccatum.

Pont. Nescis quid loquaris: siquide
dedit Christus Petro potestatem f
to non peccatum, & de non pe
peccatum est inire matrimonium

bito, non jejunare in quadragesima, die festo laborare serviliter: & tamen hæc omnia, & alia id genus plurima, dispensante Petto auctotitate clavium sibi datarum peccata esse desinunt, contra verò potest Petrus addere novum gradum consanguinitatis, & affinitatis, addere novum diem jejunii, addere novum diem festum, & hinc fient peccata, si quis in gradu illo addito conjugium contrahat, aut diebus additis non jejunet, aut ab opere servili non se abstineat, quæ tamen antea peccata non fuissent. Sic igitur peccatum fuisset Regi tali, vel tali non obedire, & tamen si per claves Petri ille talis Rex hæreticus declaretur, excommunicetur, & deponatur, jam non erit peccatum illi non obedire. Verum est tamen claves Petri ad id non se extendere, ut possit summus Pontifex declarare, non esse peccatum, quod est peccatum, aut esse peccatum, quod peccatum non est: id enim esset dicere malum bonum, & bonum malum: quod longissimè abest, & sempet abfuit, & aberit a doctrina illius, qui Ecclesiæ præest, quæ est columoa: & firmamentum veritatis.

Pop. Nos igitur communem Canonistarum doctrinam in hac parte sequemur, qui tradunt, mandato Papæ non esse parendum, si vel injustum sit: vel ex eo multa mala, seu scandalum verisimiliter est futurum, aut turbatio status Ecclesiæ, & Reipub. Christianæ oritura: & ideò si Papa mandaret Religiosis aliquid, quod esset contra substantiam ordinis, idest, quod repugnaret regulæ ah iis professæ, ut interpretatur Felinus, in cap. Accepimus, de fid. instrum. & cap. Si quando, de rescrip. non tenentur ei obedire: ut idem Innocentius docet in cap. Ne Dei, de Simonia, quem refert, & sequitur Martinus de Corazzis, in tract. de Principibus quæst. 498. & Felinus dicto cap. Si quando, & dicto cap. Accepimus: quanto igitur minus debent Regum subditi Pontificem, eos ab obedientia jure divino, & naturali Regi suo debita, & arctissimo juris jurandi fœdere sancita, retrahere conantem audire?

Pont. Quæ sit communis sententia non solùm Canonistarum, sed etiam Theologorum, & juris civilis peritorum, imò & ipsorum sacrorum Conciliorum discere poteris ex prolegomenis hujus libri, ubi communi consensu affirmatur jure posse à Summo Pontifice justis de causis Regem excommunicari, & deponi, & subditos ab omni obedientiæ, & fidelitatis vinculo liberari. Non est autem credibile. Canonistas omnes secum ipsos pugnare. Cùm ergo dicunt aliqui Canonistarum non esse obediendum Pontifici quando mandatum ipsius injustum est, aut scandalorum, & perturbationis causa; primum, non loquuntur de Pontifice ex Cathedra docente Ecclesiam universam: deinde non loquuntur absolutè, sed conditionaliter, idest, si id fieret, si fortè contingeret, ut Pontifex alicui particulari homini mandaret aliquid contra legem Dei: tunc enim nota est S. Petri doctrina, Act. 5. Obediendum est Deo magis, quàm hominibus. Sed quando Pontifices prædecessores mei, ut Gregorius VII. Innocentius IV. & alii Principes magnos excommunicare, ac deponere, & subditos eorum ab obedientia liberare voluerunt: id fecerunt ex Cathedra, in Concilio, publica cæremonia, ex auctoritate Dei, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli sibi divinitus communicata: proindè, qui dicit, non esse obediendum Vicario Christi, ita præcipienti, is universam condemnat Ecclesiam, & non tam Canonista, quàm Canonum depravator dici debet, & quamquam non existimamus ullum bonum Canonistam in hunc errorem incidisse: tamen si quis esset, securè posset fidelis Christianus, & prudens uni, vel alteri Canonistæ conditores Canonum anteponere: quod autem dicis, jure divino, & naturali deberi obedientiam Regibus: verum est de Regibus legitimis, & nondum per sententiam Judicis depositis: & quoniam ab horum, non ab illorum obedientia te retrahimus; propterea vel falsum nobis imponis, vel frustra de nobis quereris.

Pop. Si ob eam causam nos jubes Regis nostri jugum abjicere, quòd per obedientiam illi exhibitam, spirituale bonum impediatur; respondemus, id quicquid est mali, ex quodam accidente evenire, sive per accidens fieri: malum enim ex bono, aut bonum ex malo per se oriri non potest: accidens autem illud dolenter ferimus, sed impedire non possumus. Nos officium Regis debitum Dei jussu persolvimus, & secundùm patientiam boni operis gloriam, honorem, & incorruptionem quærimus, ille si debito sibi obsequio, & tanto Dei beneficio abutatur, Deum supra se Judicem, & vindicem acerrimum sentiet: nobis non licet officium deserere, & Dei mandatum præterire, ut bonum inde, quantumvis magnum consequatur, ne eam, quam Apostolus nunciat, damnationem nobis ipsis acquiramus.

Pont. Videtur tibi satis aptè convenire, quod Spiritus sanctus per os David Prophetæ, & Regis ait, Noluit intelligere, ut benè ageret: siquidem detrimentum spirituale, idest, periculum subversionis animarum, quod est annexum obedientiæ ad Regem hæreticum, præsertim quando is Rex fidem Catholicam molitur evertere, sufficiens causa est Vicario Christi, qui super totam Christi familiam constitutus est, ut Regem illum excommunicationis sententia feriat, & dominio illo privet, quod super fideles habebat. Ubi verò Rex, alioqui legitimus, ob detrimentum spirituale Regno privatus est, per sententiam ejus, qui Ecclesiam universam regit, non solùm non tenetur populus illi parere, sed tenetur non parere; ac per hoc eum illi jure deposito obedientiam præbet, non per accidens, sed per se causa est mali, & inobedientiæ peccatum incurrit, ut inobedientiæ peccatum evitet. Neque officium Regi debitum Dei jussu persolvit; sed officium Regi, indebitum Deo prohibente persolvit, qui verò Regi, ut dictum est, jure deposito obedientiam denegat, non facit malum, ut bonum inde sequatur: sed facit bonum, ut malum gravissimum evitetur: neque damnationem sibi ipse acquirit, sed à damnatione, quam alioqui incurreret liberatur. Quòd si hæc non intelligis popule stulte, & insipiens: cur non audis me Pastorem tuum? cur judicio tuo fidis? cur seduceris ab alieno? *Oves certè Pastorem proprium sequuntur, quia sciunt vocem ejus: alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum*, inquit Veritas, Joan. 10.

Pop. Qui jubet nos Regibus obedire, & reddere Cæsari quæ sunt Cæsaris, nullam bonos inter & malos Principes distinctionem facit, ac per hoc nec nos distinguere debemus.

Pont. Addo etiam cum Apostolo Petro, obediendum esse non tantùm bonis, & modestis, sed etiam dyscolis, 1. Petr. 2. Itaque non distinguimus inter bonos & malos, dum superiores sunt: sed quæstio nostra est, An sit obediendum Regi per sententiam rejecto, ac deposito; huic enim obedientiam exhiberi Christus non jubet, & Vicarius Christi prohibet, vel potius per Vicarium suum Christus ipse prohibet: proinde qui obedientiam illi exhibet, Christo non obsequitur, & Vicarium Christi lædit.

Pop. Si, ut docet B. Augustinus, is qui continentiam Deo voverit, nullo modo debet ista compensatione

ne

ne peccare, ut ideò credat uxorem ſibi eſſe ducendam, quia promiſit quæ nuptias ejus appetit, futuram ſe eſſe Chriſtianam: atque ita acquirat Chriſto animam in morte infidelitatis poſitæ fœminæ, quæ parata eſt, ſi huic nupſerit fieri Chriſtiana: qua nos apud Deum excuſatione utemur, ſi ut ſperatum aliquod bonum eveniat, jurisjurandi religionem, & fidem violemus Deo, Regique noſtro datam? nihil enim anima pretioſius, pro qua Dominus, & Salvator mori dignatus eſt: ſi ergo ut eam Chriſto lucremur, peccare non liceret, eccujus rei cauſa peccandum?

Pont. Non ſunt facienda mala, ut veniant bona, hæc doctrina Apoſtolica eſt, ac per hoc & noſtra: hinc non licet votum caſtitatis violare, ut animas Chriſto lucremur: neque licet contra jurisjurandi religionem aliquid facere, ut Mundum univerſum ſalvum faciamus: ſed non ideò non licet mihi, cui Chriſtus dixit in perſona S. Petri, Quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, & in votis diſpenſare, & à juramenti vinculo ſolvere; qui autem Apoſtolica auctoritate, vel voto, vel juramento ſolutus eſt, jam non peccat contra votum, vel juramentum, ſi ea faciat, quæ antea ligatus voto, vel juramento facere non poterat: quemadmodum enim inter homines, qui debet alteri pecunias, peccat, ſi non reſtituat: ſed ſi creditor ſolverit debitorem obligatione reddendi, jam non peccabit etiam ſi numquam reſtituat: ſic etiam dum votum, aut juramentum viget, & ligat: peccat qui illa non ſervat; ſed ſi Vicarius Dei, accepta à Deo auctoritate, & ipſius Dei nomine relaxat obligationem voti, vel juramenti, jam non peccat qui ea non ſervat: ſtulta igitur eſt illa interrogatio tua, eccujus gratia peccandum? quaſi hoc à populo Sacerdos diſcere opus habeat.

Pop. Quod autem præterea dicis, te nos ab hujus officii vinculo abſolvere, atque abſolutos declarare: id non omnem conſcientiis noſtris ſcrupulum adimit; ſed animo pendere, ac dubitare magis de tua poteſtate facit: quòd ſciamus præceptum, cujus tu nobis gratiam te facturum promittis, Dei & naturæ lege eſſe ſancitum: ſanctitatem verò tuam non poſſe, ne quidem de plenitudine poteſtatis, legis naturalis, & divinæ gratiam cuiquam facere.

Pont. Jam indocilem omnino te præbes, cùm ad eadem ſemper revolveris. Non ego tibi gratiam facio præcepti naturalis, vel divini, cùm ab obedientiæ vinculo te abſolvo, non enim permitto ut Regi non pareas, quod eſſet contra jus divinum; ſed facio, ut ille qui tibi Rex erat, non ſit tibi deinceps Rex: quemadmodum, qui donat ſervum libertate, non concedit, ut ſervus non teneatur obedire Domino, quod eſſet etiam contra jus divinum: ſed facit ut Dominum non habeat, cui obediat, & qui filium emancipando eximit à poteſtate patria, non docet liberum eſſe filiis, parentibus non obedire, ſed facit ut ille, qui filius erat, jam non cenſeatur filius. Et qui votum, aut juramentum relaxat, non dat facultatem violandi vota, vel juramenta, ſed facit, ut non habeat votum, vel juramentum.

Pop. Tibi igitur in ſpiritualibus, Regi in temporalibus obſequemur: utrumque Deus jubet, utrumque præſtabimus.

Pont. Si (ut paulò ante dicebas) pendebas animo, & dubitabas; cur in re dubia te ipſe Judicem conſtituiſti, & tam audacter concluſiſti? Deus certè in Deuter. cap. 17. in rebus dubiis, & obſcuris remittit homines ad Sacerdotem, nec vult ut unuſquiſque ſit judex. Et tu ipſe paulò ante dixiſti, in rebus dubiis ad Sedem Petri eſſe confugiendum; cur igitur in dubitatione tam gravi ad locum, quem elegit

Dominus, ideſt, ad Sedem Petri n
Ac ut intelligas te tua concluſione
attende primùm, Deum quidem ju
tifici obedias in ſpiritualibus, ſed no
ſpiritualibus tantùm; imò jubere, u
etiam obedias in temporalibus, ſed
mè regnat, non Regi, qui ob hær
juſta de cauſa Regno privatus eſt: na
tifici obedire non deberes in ſpiritual
(quod fieri non poſſe piè credimus
lapſus ab Eccleſia Pontificatu privat
ciaretur. Attende poſtremò, dubita
teſtate Papæ, an ad temporalia ſe
eſſe dubitationem de re temporali,
tuali, & ſupernaturali, quæque n
vel judicio hominum; ſed ab intelli
rarum & interpretatione voluntatis
det, quare non tuo judicio, ſed E
gravi dubitatione ſtare debuiſti. Ecc
per caput ſuum Chriſti Vicarium,
lia, ideſt, per principalia membr
Doctores Theologos, & Canoniſta
linguas ſuas, non obſcurè docuit,
tuali ſubiectam eſſe poteſtatem tem
corpus animæ, & ideò poteſtatem te
iam Regiam, à poteſtate ſpirituali
mè reperitur in Papa, dirigi, & c
ri, & mutari poſſe, cùm deviat.

Pop. Minas denique, quas mandato i
quidem, & ex parte metuimus: ſed
meticuloſi tamen, ut plus eas, qu
meamus; aut iis ita terreamur, ut m
communicationis, juſtum, ac jure
quium Regi noſtro denegemus. Lic
jactetur, omnem excommunication
dam: ſcire tamen oportet injuſtam
tionem, non lædere eum in quem ſe
potius à quo fertur: ſi ideò nos ana
erone ferias, quia nolumus mandat
bente, prætergredi, & malum facer
vertetur in benedictionem, ut quam
rius videamur, interius ſoluti, atq
maneamus.

Pont. Hoc nimirum eſt quod Sapiens
cùm in profundum venerit, contemn
foveam præcipitem egit ſuperbia, qu
cem rerum divinarum, & cœleſtiu
& in hujus foveæ profundum demerſ
ſolùm Vicarii Chriſti, ſed ipſius eti
temnis. Nam etiam ſi timere te dica
rarum Eccleſiæ; tamen cùm audact
eis te non pariturum, non ſolùm
dis, ſed addis manifeſtè contemptum
rè timet, ſaltem ex timore mand
Quod autem dicis, injuſtam ſententi
eum, in quem fertur: verum eſt quan
fertur, eam humiliter tolerat, & o
injuſtitia, vel potius nullitas ejus m
dat. Sed cùm is, in quem fertur, ea
temnit, & audacter mandata tran
non lædit eum excommunicatio inju
la, lædit tamen ſuperbia, & timor
mandata contemnit. Sed hæc dice
cenſura, & mandata, de quibus nu
aliquam injuſtitiæ, vel nullitatis ſpe
rent. At cùm Vicarius Chriſti ſub ex
nis pœna populis jubet, ut Regi hær
juſtè excommunicato, atque depoſi
diant: quæ ſuſpicio injuſtitiæ ſuborit
nim ut tu falsò affirmas, Pontifex a
erone te ferit, quia non vis manda
jubente prætergredi, & malum face

potius, quia mandatum Dei, Pontifice prohibente, vis tranſgredi, & malum inobedientiæ facere. Nuſquam enim mandavit Deus, ut Regi hæretico, & excommunicato, ac depoſito, populus obſequium præſtet ſed mandavit, ut hæreticos vitet, & ne Ave quidem illis dicat, ut Paſtori ſuo obediat, & vocem ejus audiat.

Atque hæc ſunt, quæ Barclajo in perſona populi dicere placuit; ad quæ non ſine ſtomacho reſpondi, cùm valdè me pigeat eadem toties replicando tempus, & operam perdere: & tamen hac puerilli apoſtrophe tandem finita, jactat Barclajus firmiſſimis demonſtrationibus, & ineluctabilibus argumentis rem totam eſſe concluſam.

CAPUT XXXII.

Refutantur falſa quadam pronunciata Barclaji, quæ digrediendo effutiit.

IN capite trigeſimoprimo Barclajus multa repetit, quæ ſuprà dixerat de majoribus noſtris, qui Principes infideles, cùm facilè poſſent eos opprimere, patienter tolerarunt: item de turbis excitatis in Eccleſia occaſione Gregorii VII. & Bonifacii VIII. qui Principes Chriſtianos, vel re ipſa depoſuerunt, vel deponere tentarunt. Addit verò reprehenſionem Clementis Septimi, & Pauli Tertii in hæc verba.

De poſtremis duobus Pontificibus auſim affirmare (eſt enim orbi notiſſimum) in cauſa eos fuiſſe perdendæ Religionis in Anglia, quòd iſtam tam invidioſam, & latè patentem poteſtatem in Regni illius Principem, & populum ſibi aſſumere, & exercere conati ſint.

Hæc verò falſitas & calumnia tam eſt manifeſta, & notoria, ut mirum ſit ab homine, qui ſe in hiſtoriis verſatum profitetur, proficiſci potuiſſe. Sed odium in Pontifices, & maledicendi libido, non ſolùm mentem excæcat, ſed etiam memoriam perdit. Quis enim ignorat Clementem Septimum optaſſe modis omnibus Henrico VIII. Angliæ Regi ſibi amiciſſimo gratificari, modò juſtitia, & Religio id paterentur? At Henricum anathemate ferit; & extat ſententia Clementis in Henricum apud Nicolaum Sanderum lib. 1. de Schiſmate Anglicano. Verum eſt, ſed coactus fuit, & cauſa anathematis adeò juſta fuit, ut ne Barclajus quidem eam reprehendere poſſit, quamvis maximè vellet: nimirum Henricus contra omnia jura, cum maximo totius orbis terræ ſcandalo, lite pendente ad tribunal Summi Pontificis, & ipſo Summo Pontifice palam prohibente, & cenſuras Eccleſiæ comminante, Catharinam legitimam conjugem à ſe abdicavit, & Annam Bolenam ſibi multis modis affinem matrimonio junxit; ita ſeparavit quod Deus conjunxit, & conjunxit quæ Deus ſeparari mandavit. Quæro igitur à Barclajo, an potuerit Clemens Pontifex, ſalva pietate, aliud agere quàm quod egit? certè peccare non licet ullius boni acquirendi gratia: quomodo autem Pontifex non peccaſſet, ſi matrimonium Regis cum Catharina jure contractum dimiſiſſet: & matrimonium ejuſdem Regis cum Anna, quæ ipſius Regis ſoror & filia ex affinitate erat, approbaſſet? id enim ita ſe habere, ex confeſſione ipſius Regis, Nicolaus Sanderus demonſtrat lib. 1. de ſchiſmate Anglicano. Ergo cauſa perditionis Angliæ, non Pontificis juſtitia, ſed Regis impotens libido fuit. Paulus verò tertius ſeveriorem quidem ſententiam in Henricum protulit, ſed quando jam Rex a Catholica Fide defecerat, ſeque per novam & inauditam hæreſim caput Eccleſiæ conſtituerat, & Regnum ſuum à communione corporis Chriſti myſtici ſeparaverat. Quare non potuit eſſe cauſa Paulus Pontifex perditionis Angliæ, quæ jam perierat: neque aliud propoſitum fuit Pontifici, niſi ut gregem, & Regem perditum, ſi quo modo poſſet, inveniret, atque ad viam veritatis errantem reduceret, & mortuum in peccatis ad vitam gratiæ revocaret; ut de eo dicere poſſet, Filius meus mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus eſt. Vide apud Sanderum loco citato, defectionem Regis, & Regni anno 1534. & ſententiam Pontificis Pauli III. anno 1535. quam etiam ſententiam idem Pontifex ob ſpem aliquam converſionis Regis oſtenſam, ut in eodem loco Sanderus notat, executioni mandari noluit.

Subjungit poſtea falſitatem aliam, non in hiſtoria, ſed quod gravius eſt, in Fide, & Religione Catholica; *Reges*, inquit, *non in eadem cauſa ſunt, ſed ſupra omnes leges humanas, omneque jus poſitivum, ſoli Deo adminiſtrationem redditurí, & quantò tardius, tantò ſeverius puniendi. Adverſus privatos executio parata eſt, quam nequeunt niſi ex indulgentia Principis evitare. Adverſus Principes, quæ poteſt fieri exequutio, cùm nullis humanarum legum ſanctionibus teneantur, nulliſque ad pœnam vocentur legibus, tuti imperii poteſtate? Nam quod in jure expreſſum eſt, Principem legibus eſſe ſolutum, cùm de omnibus legibus, tum maximè de pœnariis intelligunt, ut iis Princeps, etiam ſi delinquat, non coerceatur.*

Hæc verò Barclaji ſententia primùm ſecum ipſa pugnat: nam ſi legibus omnibus humanis Reges ſoluti ſunt, certè non delinquunt, cùm ſecundùm eas non operantur. Ubi enim non eſt lex, nec prævaricatio, inquit Apoſtolus ad Rom. 4. quo modo ergo Barclajus in ultimis verbis dixit, Principes non puniri, etiam ſi delinquant? admittit enim eos delinquere, cùm leges humanas non ſervant, & tamen affirmat eos legibus non teneri: qui autem legibus non tenentur; utique non delinquunt, ſi eas non ſervent. Reſpondebit fortaſſe, Principes non teneri legibus, quantum ad coactionem, teneri autem quantum ad directionem. Quamvis autem videantur verba ejus Principes ab omni legum humanarum obligatione liberare: tamen admiſſa reſponſione paulò ante allata, iterum quæro, velit ne Barclajus Principes ſolutos vi coactiva legum humanarum omnium tum civilium, tum Eccleſiaſticarum, an civilium tantùm: nam ſi dixerit, eos ſolutos eſſe vi legum civilium tantùm; certè aliter ſentit, aliter loquitur: diſertis enim verbis dicit, Principes eſſe ſuper omnes leges humanas, omneque jus poſitivum, & nullis humanarum legum ſanctionibus teneri: leges autem Eccleſiaſticas, quæ à ſummis Pontificibus, conciliiſve Epiſcoporum conduntur, humanas eſſe, & ad jus poſitivum pertinere dubitari non poteſt. Sin autem, ut verba ſonant, ſolutos vult eſſe Barclajus Principes legibus Eccleſiaſticis Pontificum, & Conciliorum, errat in doctrina fidei manifeſtè, & repugnat iis, quæ ſupra non ſemel repetivit, Principes Chriſtianos omnes ſubjectos eſſe ſpirituali poteſtati ſummi Pontificis, ut oves baculo paſtoris: & poſſe cenſuris Eccleſiaſticis, & ipſa etiam excommunicatione coerceri, & cap. 32. addit, Poſſe Principes per ſummum Pontificem privari omnibus commodis regenerationis in Chriſto, item tradi Satanæ uſque ad legitimam errati, & contumaciæ ſatisfactionem. Et quoniam privari tot commodis, & Satanæ tradi, graviſſima pœna eſt omnium conſenſu, fateri debet, paratam eſſe adverſus Principes executionem, & eos quoque ad pœnam legibus vocari: quæ ſunt omnino contraria iis, quæ hoc loco ſcripſit, ſed veniamus ad ea, quæ ad inſtitutum noſtrum propriè pertinent.

CA-

CAPUT XXXIII,

Defenditur pars secunda rationis quintæ principalis pro potestate summi Pontificis in temporalibus.

IN Cap. 32. Barclajus ex longa digressione domum rediens, proponit, ac discutit, & refellere nititur secundam partem rationis meæ principalis, quæ hac ratiocinatione continebatur, Potest Pastor arietes furiosos destruentes ovile separare & recludere: Princeps autem est aries furiosus destruens ovile, quando est Catholicus fide, sed adeò malus, ut multum obsit Religioni, & Ecclesiæ, ut si Episcopatus vendat, Ecclesias diripiat, &c. Ergo poterit Pastor Ecclesiæ eum recludere, vel redigere in ordinem ovium.

Hanc ratiocinationem Barclajus impugnaturus incipit à censura vocabulorum, ac dicit, excludere dicendum erat, non recludere: recludere enim aperire est. At ego per recludere, non excludere, sed includere significare volui: solent enim Pastores Arietes furiosos includere in aliquem locum, ut non possint cornibus oviculas petere, vel pedibus conculcare. Sed recludere, inquit ille, aperire est, non claudere. Verum est id quidem, cùm dicimus, recludere fores, aut domum, aut carcerem: sed cùm dicimus recludere aliquid intra fores, aut hominem in domo, vel carcere recludere: tùm recludere, accipitur pro eo quod est claudere, vel includere: & hoc posteriore modo significare volui, Arietem à pastore recludi in loco aliquo angusto, & munito, undè non facilè possit egredi. Ac ne putet Barclajus, me sine auctore esse loquutum, legat Hincmarum in vita S. Remigii, Ivonem in Epist. 49. Aimoinum, in lib. 4. historiæ cap. 57. & inveniet passim recludere ab Auctoribus non malis usurpari pro includere, quo modo religare, non est solvere, sed iterum, vel arctius ligare. Ac ut os Barclaji penitus obstruamus, audiat S. Hieronymum, auctorem primæ classis, in libro adversus Vigilantium, sic loquentem: *Ais vel in Sinu Abrahæ, vel in loco refrigerii, vel subter aram Dei animas Apostolorum, & Martyrum consedisse, nec posse suis tumulis, & ubi voluerint adesse præsentes: Senatoria videlicet dignitatis sunt, & non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera, honestaque custodia, in Fortunatorum Insulis, & in Campis Elysiis recluduntur*: hæc S. Hieronymus, cui non audebit, opinor, Barclajus dicere, recludere aperire est, proindè includuntur dicendum erat, non recluduntur. Ac ut ex eodem S. Hieronymo referamus Barclajo gratiam fraternæ correptionis: meminerit se cap. 30. jurasse per Herculem, cùm ait, Ego me Hercle, &c. & audiat S. Hieronymum in Epistola ad Damasum, de filio prodigo dicentem, *Absit ut de ore Christiano sonet, me Hercule, & me Castor, & cætera magis portenta, quàm numina*. Sed his omissis, veniamus ad seria.

Admittit Barclajus ratiocinationem meam totam, & omnia, quæ indè per bonam consecutionem deducuntur. Sed negat indè aliud effici posse, nisi ut Pastor, idest Papa Arietem furiosum, idest Regem deterrimum possit per excommunicationem ab ovili excludere, & privare spiritualibus beneficiis Sacramentorum, & suffragiorum: sed non ultra procedere ad ullam pœnam temporalem, qualis in primis est privatio temporalis jurisdictionis, aut dominii.

Sed Barclajus non percipit vim argumenti ex proposita similitudine, quam admisit, ut aptam atque idoneam ad hanc rem explicandam, & probandam. Neque enim Pastor arietem furiosum solùm exclu-

dit à grege, sed alligat, & recludit, aliquo angulo, ut non possit amplius gis. Et ad hujus pastoris similitudinem cti Petri, & Vicarius Christi Principe destruentem Ecclesiam, alligat vincul cationis, & quodam modo includit ni non sinit, ut regat amplius populos C

Quod autem Barclajus dicit, Posse communicari, sed non posse privari bonis, ac per hoc non posse privari a jurisdictione, vel dominio temporali subditos ejus absolvi à fidelitate, & ob illi debebant, mirum est, cum sacri C rum scientiam ipse profitetur, inter ex nis effectus ponant, non solùm priv mentorum, & suffragiorum; sed eti civilis, ac præcipuè forensis, ut non municatus pro tribunali sedere, & ju subditi comparere in judicio coram ex ut est communis sententia, ex cap. A de sent. & re judic. & ex cap. Decern excommunic. in 6. Item privationem nem jurisdictionis, & absolutionem f delitare; de qua re apud Gratianum penultimo sic legimus. *Nos sanctorum p strorum statuta tenentes, eos qui excomm te, aut Sacramento constricti sunt, Apo à juramento absolvimus, & ne sibi fidelit omnibus modis prohibemus, quousque ipsi venant*, & Can. ultim. *Juratos milites ne ipsi quamdiu excommunicatus est servi qui si Sacramenta prætenderint, moneant magis servire, quàm hominibus*. Deniq resis privari etiam dominio docet san 2. 2. q. 12. art. 2. his verbis. *Quàm cit tentiam denunciatur excommunicatus prop fide, ipso facto subditi absoluti sunt à do fidelitatis juramento, quo ei tenebantur*. tra casum hæresis ex vi sententiæ exc non sequatur privatio dominii tempora particularium, sive Regnorum, & tamen posse per summum Pontificem aliosque Principes justis de causis Reg patu, probatum est supra testimoniis multis, neque ea potuit Barclajus ca ullo modo convellere.

At, inquit, *bona temporalia, qu mana potestate possidentur, de manu Prin cipiuntur, ergo non possunt auferri per nem, quæ est sententia Judicis spiritualis spiritualia, non possunt tolli per sentent poralis*.

Respondeo. Bona temporalia, qu & civili potestate possideantur, tamen libus subordinantur, & potestas ipsa testati spirituali subjicitur. Ideò verum non posse spiritualia tolli per sententia poralis, quoniam spiritualia non sub poralibus, neque potestas spiritualis citur: sed non est verum, non posse qua tolli per excommunicationem, ria Judicis spiritualis. Neque hoc in ri potest, cùm satis constet commerc actiones forenses, bona esse tempora & tamen istis bonis temporalibus priv catos, præsertim post publicam denun declarationem.

CAPUT XXXIV.

Refutatur error Barclaji de exemptione Clericorum.

TRansit deindè Barclajus ad exemptionem Clericorum, sumpta occasione ex eo quod dixerat, bona temporalia non posse dari, nec auferri, nisi à Principe temporali, & neminem posse judicium Principis in temporalibus declinare. Et quia poterat aliquis objicere Clericos exemptos esse à potestate Principum, ac per hoc etiam in temporalibus posse eorum judicium declinare: respondet, Clericos privilegio Principum exemptos esse, cùm alioqui jure communi subditi essent, sicut cæteri. Digreditur igitur in hoc capite, & sequenti ad exemptionem Clericorum, & multa dicit, quæ non solùm à veritate, sed etiam à communi scriptorum sententia abhorrent.

Primùm dicit, antequam Clerici benficio Principum eximerentur, jure communi subjectos fuisse judicio Magistratuum temporalium. Id probat duplici ratione: primùm ex eo, quòd Clerici, non solùm Clerici sunt, sed etiam cives Reipublicæ politicæ; & citat librum meum de Clericis cap. 28. Deinde ex eo quòd olim sub optimis, & pussimis Principibus causæ Clericorum tam civiles, quàm criminales, exceptis causis Ecclesiasticis, apud politicos, & temporales Judices agitabantur, & citat caput quintumdecimum hujus libri, ubi hoc demonstrasse putat.

Ad hoc respondeo, Clericos non solo privilegio Principum, sed etiam decretis Summorum Pontificum, & quod majus est, divino jure exemptos fuisse, ac per hoc exemptos fuisse, antequam Principum privilegio eximerentur. Quod autem Clerici sint cives, & pars quædam Reip. politicæ, probat, eos teneri ad observandas leges civiles vi rationis, non vi legis, atque ad hoc probandum ego rationem illam adduxi, qua nunc abutitur Barclajus ad probandum jure communi subjectos fuisse Clericos civili Magistratui: quod tamen inde non rectè probatur. Quòd verò sub piis Principibus ante Justiniani tempora causæ civiles, & criminales Clericorum apud Magistratus politicos aliquando agitarentur: dico, inveniri quidem leges Principum in Codice, tit. de Episcopis, & Clericis, quæ disponunt de causis Clericorum apud sæculares Judices terminandis: sed inveniri etiam Canones Conciliorum ejusdem ætatis, ut Carthaginensis tertii can. 9. Milevitani can. 19. Calcedonensis can. 9. & aliorum quibus prohibetur Clericis accessus ad judicia sæcularia. Itaque piis Principibus nondum satis nota, & explicata erat exemptio, quam jure divino Clerici habebant; & Sancti Patres paulatim eam explicare, atque introducere nitebantur.

Secundò, Barclajus dicit, mirari se, Bellarminum asserere, Papam potuisse eximere simpliciter Clericos propria auctoritate per legem canonicam, à subjectione temporalium Principum. *Id enim*, inquit, *pace tanti viri dicam, est falso falsius: quia lex Christi neminem privat jure, dominioque suo: privaret autem, si per eam jus, & dominium temporale, quod Principes antequam fierent Christiani in Clericis habebant, ipsis invitis auferret*. Hæc ille.

Sed ut magis Barclajus miretur, non solus Bellarminus, neque soli illi, qui inter Theologos, & Jureconsultos maximè favere videntur exemptioni Clericorum; sed illi etiam, qui parum favere existimati sunt, idem prorsus dicunt: hæc enim sunt verba Dominici à Soto in 4. Sentent. dist. 25. q. 2. art. 2. conclus. 6. *Papa potuit etiam inconsultis Principibus, & debuit Clericos ab eorum exactionibus, & foro excipere: cui quidem exemptioni Principes contravenire nequeunt*. Atque hoc idem docet Didacus Covarruvias Jureconsultus nobilis Sotum sequutus in practicis quæst. q. 31. concl. 3. his verbis, *Potuit Summus Pontifex Clericos, & eorum res à jurisdictione sæculari eximere: idque conveniens fuit, & est Christianæ Reip. non tantùm in spiritualibus, quod jure divino jam erat institutum, sed etiam in temporalibus*, & concl. 4. *Quamvis exemptio Clericorum à jurisdictione sæcularium jure tantùm humano sit introducta, Princeps tamen sæcularis, utcumque summus sit, non poterit huic immunitati, aut exemptioni propriis legibus, propriave auctoritate derogare*. Desinat ergo jam Barclajus mirari si Bellarminus dicit, quod ferè omnes dicunt, & nolit ipse, quasi solus sapiat, id negare, quod ferè nullus negat.

At, inquit: lex Christi neminem privat jure, dominioque suo. Verum est per se, ac propriè; quasi hoc ipsum intendat, nisi aliquis culpa sua privari mereatur. Sed tamen dum evehit laicos ad ordinem altiorem, idest, Clericorum, non est mirum si consequenter privet Principes jure, quod in eos habebant, dum essent in gradu inferiore: neque desunt exempla in aliis rebus tam prophanis, quàm sacris, Evehit Rex privatum hominem, qui subjectus erat Comiti, ad Principatum; consequenter privat Comitem jure quod in illo habebat, & fortasse Comitem eundem subjicit illi Principi jam effecto, cui idem Comes antea jam præerat. Evehit Papa simplicem Presbyterum, subjectum aliàs Episcopo, in Metropolitanum, ac per hoc sine ullius injuria facit, ut qui antea subjectus erat Episcopo, incipiat tamquam Metropolitanus Episcopo præesse, cui paulò ante subjectus erat. Jus habebat Maritus infidelis in conjugem infidelem: convertitur mulier ad Fidem, & consequenter liberatur à subjectione viri infidelis, & sine injuria ulla lex Christi privat virum infidelem jure, quod in uxorem suam habebat: pari ratione per matrimonium per verba de præsenti contractum, acquirit vir Christianus jus in uxorem Christianam, & tamen si intra tempus à jure præscriptum, velit illa ad professionem vitæ altioris ascendere, & sanctimonialis fieri, lex Christi privat virum jure, quod acquisierat, non per se, sed consequenter: non enim intendit lex Christi virum illum jure suo privare, sed fœminam ad altiorem gradum evectam honorare. Denique evehitur filius familias in Episcopum, privatur Pater ipsius potestate patria, non ut ipse afficiatur injuria, sed quia non decet patrem spiritualem subjici potestati paternis carnalis.

At rursus objicit Barclajus dicent: *Deinde cùm ipsemet Papa exemptionem suam, non alio jure, quàm Principum largitate, & beneficio nactus sit, (nam ut adversarii fatentur subjectus erat de jure, & de facto Ethnicis Principibus, sicut alii Cives) absurdum est dicere, eum potuisse liberare alios ab illa subjectione: alioqui id in eum conveniret, Alios salvos fecit, seipsum non potuit salvum facere*.

Respondeo. Argumentum Barclaji duplici vitio laborat: nam & antecedens habet falsum, & consecutionem vitiosam. Falsum in primis est, Pontificem non alio jure, quàm Principum largitate, & beneficio, exemptionem suam nactum esse: qui enim Vicarium suum in terris eum constituit, is hoc ipso exemit eum ab omni potestate Principum terræ: sed etiam si subjectus jure fuisset Regibus, vel Imperatoribus Ethnicis: non tamen sequeretur, eum subjectum quoque esse debere Regibus, vel Imperatoribus Christianis, nisi ipsorum largitate & beneficio eximeretur. Nam cùm sit ipse super omnem familiam constitutus, &

Re-

Reges, atque Imperatores ab eo in eandem familiam coaptentur, ut ab ipso regantur, & dirigantur, certè nulla ratio patitur, ut ipse illis subjiciatur, quibus jure divino præsidet. Sed bene habet, quòd Barclajus ita irridendum putavit Vicarium Christi, quo modo perfidi Judæi Christum irridebant: qui tamen vel inviti confitebantur, multos à Christo ab ipsa morte salvos factos fuisse, & sacrilegè mentiebantur, eum non potuisse seipsum ab interitu salvum facere.

Tertiò, Barclajus dicit, non esse verum quod multi dicunt, à veteribus Conciliis fuisse Clericos à potestate, & jurisdictione Magistratuum civilium exemptos; qui etiam addit, Patres, qui in Conciliis interfuerunt, vetuisse quidem, ne Clerici adirent tribunalia Judicum sæcularium: sed non vetuisse, ne vocati responderent: neque ullo modo prohibuisse temporalibus Judicibus, ne causas Clericorum audirent: sed nec prohibere ulla ratione potuisse. Ac primùm id ostendere conatur ex Concilio III. Carthaginensi. Can. 9. ubi sic legitur: *Item placuit, ut quisquis Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, sive Clericorum, cum in Ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto Ecclesiastico judicio, publicis judiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali judicio: in civili verò perdat, quod evicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos Judices undique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio judicat, qui de universa Ecclesia malè sentiendo, de judicio sæculari poscit auxilium: cùm privatorum Christianorum causas Apostolus ad Ecclesiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.* Hactenus verba Concilii, in quibus nihil videre potuit Barclajus, pro Clericorum exemptione: sed tantùm id ait egisse Patres, ut eorum Clericorum levitatem, & procacitatem coercerent, qui post causam in Ecclesia tractari cœptam, spretis, & relictis Judicibus Ecclesiasticis, laico se arbitrio judicioque committunt.

At nos multa videmus in hujus concilii verbis pro exemptione Clericorum. Primùm enim apertè damnant Patres recursum ad judicia sæcularium Magistratuum: quod certè non facerent, si sæculares Magistratus omni ex parte legitimi Judices Ecclesiasticorum fuissent, quæ enim culpa erat appellare à judicio Episcopi ad judicium Præsidis provinciæ, vel ipsius Principis, si Præses, vel Princeps legitimus judex erat, non solùm Clerici, sed etiam Episcopi? Deindè Concilium rescindit sententiam Judicis sæcularis contra Clericum latam, dum judicat, ut in criminali judicio Clericus à sæculari Judice absolutus amittat locum suum; & in judicio civili, perdat quod evicit, idest, neutri prosit sententia in favorem ejus à Judice sæculari pronunciata: quamvis autem hæc loco pœnæ decernantur; tamen injusta fuisset pœna, si crimen non fuisset Clerico sæculare judicium agnoscere. Denique quia Barclajus dicit, Concilium reprehendere solum eos Clericos, qui post inchoatam causam in judicio Ecclesiastico, eam transferunt ad judicium sæcularium potestatum, quod injuriosum videri potest Ecclesiasticis Judicibus: audiat Milevitanum Concilium ejusdem ætatis, & in eadem Africa celebratum: sic enim loquitur, Can. 19. *Placuit, ut quicumque ab Imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur; si autem Episcopale judicium ab Imperatore postulaverit, nihil ei obsit.* Ubi videmus non agi de judicio inchoato, sed absolutè, & sub pœna gravissima prohiberi Clericis ne confugiant ad Imperatorem pro sæculari judicio obtinendo: concedi autem si Episcopale judicium ab Imperatore petatur, ad evitandum videlicet sæculare judicium.

Transit deindè Barclajus ad Concilium Calcedonense, in quo sic statuitur, Can. 9. *Si quis Clericus adver-*

sus Clericum habeat negotium, non dereli
Episcopum, & ad sæcularia percurrat jud
actio ventiletur apud proprium Episcopum.
silio ejusdem Episcopi apud quos utraque pa
judicium obtinebunt: si quis præter hæc fece
correptionibus subjacebit. Ex hoc Canone
jus nihil colligi, nisi ut in prima inst
piscopum causa ventiletur: deindè, s
ad sæcularis judicis examen deferatur.
sa destruit textum: nusquam enim in
vel apertè, vel obscurè mentio fit
ris; & expressè in hoc canone dicit
ci ad sæcularia judicia non recurrant
eodem loco Concilium addit, *Quòd*
sam habeat adversus Episcopum proprium
alterum, apud Synodum provinciæ judic
adversus ejusdem provinciæ Metropolitan
vel Clericus habet querelam, petat aut
cesæos, autem Sedem Urbis Regiæ Consti
& apud ipsam judicetur. Ubi cùm opti
sio nominandi Præsidem provinciæ, :
peratorem: nulla tamen eorum met
Quid igitur (quærit Barclajus) sibi v
prius actio ventiletur apud Episcop
nim refertur ad posterius: & cùm n
cilio explicatum, quid posterius facie
tio postulat, ut intelligamus, poss
dum esse ad judicium sæculare, ut c
Justinianus, Novella constitutione 83

Respondeo. Prius causa clerici vent
Episcopum proprium: quòd si ibi
fuerit, recurrendum est ad superior
Metropolitanum videlicet, Patriarcl
pam: sed id non expressit concilium
erat, tum ex usu aliorum tribunali
per à minore Judice appellatur ad n
ex Concilio Sardicensi generali Can.
tima provocatio Ecclesiasticorum,
ad Episcopum Romanum, ad quos
ciens Gelasius Papa primus in Epistc
scribit, *Ipsi sunt canones, qui appell*
clesiæ ad hujus sedis examen voluere defer
nusquam prorsus appellari debere sanxera
stola ad Episcopos Dardaniæ, *Ad i*
de qualibet Mundi parte canones appellar
illa autem nemo est appellare permissus.
canones Ecclesiæ per Novellas Justin
cùm possumus per alios canones, au
clesiæ illos explicare.

Adducit postea contra se Barclajus C
thense, ubi Can. 3. statuitur, *ne cl*
præsumat apud sæcularem Judicem, Epi
tente pulsare: & queritur corruptum
nem à Gratiano, qui in sua collection
Clericum, ita posuit, *Clericum null*
sæcularem Judicem Episcopo non permitte
ratur etiam cur Bellarminus maluerit i
citatione sequi potius Gratiani corrup
Concilii veritatem.

Respondeo. Non est ullo modo c
tianum, virum probum, & Christia
studiosum voluisse textum concilii c
potius credendum est, habuisse Grati
ctionem illius canonis, quàm nos ha
ut res se habeat, utraque lectio exemp
rum satis apertè demonstrat. Nam in i
iamsi verba illa prima, clericus nec c
sumat apud sæcularem Judicem pulsar
pro exemptione facere videantur: t
verba, *Sed si pulsatus fuerit, non resp*
omnino faciunt pro exemptione: i
clerico, ut in judicium coram sæc

catus, non compareat, quo nihil apertius dici potuit: & in eundem sensum recidit quod est apud Gratianum, Clericum nullus præsumat apud sæcularem Judicem pulsare. Nam si non licet clerico respondere in judicio sæculari: neque licebit clerico, vel laico clericum ad judicium sæculare vocare.

Quod autem notat Barclajus in secunda parte canonis, puniri laicum gravissima pœna, qui per calumniam clericum, vel Ecclesiam fatigare tentaverit: non significat, licitum fuisse laicis trahere clericum vel causam Ecclesiæ ad forum sæculare, modò id sine calumnia fieret: sed significat crimen longè gravius esse, & pœna gravissima puniendum, si addatur calumnia, quàm si absque calumnia id fiat. Sed neque certum est, concilium loqui de foro sæculari: potest enim fieri, ut laicus clericum accuset quidem ad suum forum, idest, Ecclesiasticum, & tamen eum per calumniam injustè fatiget.

Addit deindè Barclajus canonem octavum concilii primi Matisconensis, ubi sic legitur, *Ut nullus clericus ad Judicem sæcularem quemcumque alium fratrem de clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere quocumque loco præsumat: sed omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut Presbyteri, aut Archidiaconi præsentia finiatur.* Addit denique, canonem tertiumdecimum concilii tertii Toletani, in hæc verba, *Diuturna indisciplinatio, & licentia inolita præsumptio usque adeò illicitis ausibus aditum patefecit, ut clerici conclericos suos, relicto Pontifice suo, ad judicia publica pertrahant: proindè statuimus hoc de cætero non præsumi: si quis hoc præsumpserit facere, & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.*

His testimoniis conciliorum allatis, subjungit Barclajus. *Hæc illa sunt solemnia, & ferè sola sacrorum canonum decreta, in quibus errorem suum fundant, qui falsò putant, concilia potuisse eximere, & de facto exemisse clericos de potestate laicorum, quos tamen ipsimet canones adeò perspicuè redarguunt, ut nihil necesse sit alia ad eam opinionem convellendam aliundè accersere.*

Respondeo. Primùm non sunt hæc sola concilia, quæ exemptionem clericorum declarant, sed multa alia, ex quibus hæc breviter commemoranda censui. In concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 43. sic legitur, *Nimis de jure divino quidam laici usurpare conantur, cùm viros Ecclesiasticos, nihil temporale obtinentes ab eis, ad præstanda sibi fidelitatis juramenta compellunt.* In Concilio Constantiensi, sess. 31. habentur hæc verba: *Laici nullam in clericos jurisdictionem, aut potestatem habent.* In concilio Lateranensi sub Leone X. Sess. 9. *Cùm à jure tàm divino, quàm humano laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innovamus omnes, & singulas constitutiones*, &c. In Concilio Tridentino Sess. 25. cap. 20. de reformatione: *Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitas, Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus instituta est.*

Ad hæc, & similia, quæ nimis apertè loquuntur nihil Barclajus respondit, sed ea, quasi numquam legisset omisit.

Deindè nos non dicimus à conciliis propriè clericos fuisse exemptos, sed eorum exemptionem declaratam, & pœnis additis confirmatam.

Denique mirum est, cur Barclajus dicere audeat, ex canonibus allegatis redargui, & convelli opinionem exemptionis, cùm ea multis modis confirmetur, & roboretur. Nam si laici Magistratus legitimi Judices clericorum essent; quo jure Matisconense concilium supra citatum, omnia negotia clericorum in Episcopi, aut Presbyteri, aut Archidiaconi præsentia finienda esse decerneret? Et cur concilium Toletanum etiam citatum, tanta verborum asperitate vocaret præsumptionem, & illicitos ausus, recursum ad sæculare Judicium? Et quo modo denique idem concilium auderet sententiam Judicis sæcularis irritare, & recurrentem clericum ad forum sæcularis Judicis excommunicare? id enim significant illa verba, *Causam, perdat, & à communione efficiatur extraneus.*

CAPUT XXXV.

Refutatur grande verbum Barclaji, quo exemptio Clericorum funditus tollitur.

IN Cap. 33. Barclajus omni timore, vel pudore deposito, ita pronunciat. *Amplius dicam, & veritatem dicam, licèt odium fortassis mihi parituram ab iis, quibus omnia sunt invidiosa, quæ suo studio, & desiderio vel minimum adversantur. Dicam ergo, & grande verbum proloquar, cujus fortè, aut nondum meminit quisquam, aut si meminit, saltem eos quorum intererat id scire, non ut debuit commonefecit, Clericos scilicet per totum orbem, quocumque ordine, vel gradu sint, non esse adhuc ullo modo exemptos, & liberatos à potestate temporali Principum sæcularium, in quorum Regnis, & regionibus vitam degunt, sed perindè, ac cæteri cives, iis subjectos esse in omnibus, quæ ad politicam, & temporalem administrationem, & jurisdictionem pertinent, inque eos jus vitæ, ac necis, sicut in cæteros subditos ad ejusmodi Principes pertinere.*

Hoc grande verbum Barclaji, nihil est aliud, nisi grandis temeritas, & intolerabilis error hominis unius, qui ut Regibus aduletur, non veretur opponere se veritati, & scriptoribus omnibus Theologis, & Canonistis, quorum duos paulò ante citavimus, Sotum videlicet, & Covarruviam: quibus addere potuissemus scriptores alios innumerabiles, & quod majus est concilia quatuor generalia paulò ante citata, Lateranensia videlicet duo, Constantiense, & Tridentinum, in quibus generatim affirmatur, non habere laicos ullam in clericos potestatem; neque excipiuntur Imperatores vel Reges. Neque est quòd laboremus in demonstranda hujus doctrinæ novitate, nam ipse fatetur, se verbum grande prolocuturum, cujus fortè nondum meminit quisquam.

Sed videamus, quibus argumentis, tam grande, & adhuc inauditum verbum Barclajus persuadere orbi terrarum nitatur, contraham autem in breve compendium totam ejus ratiocinationem, ut quam vim habeat, facilius percipiatur, sic igitur ille: *Christiani tum clerici, tum laici subjecti erant Principibus infidelibus, atque ab eis judicari poterant: ergo subjecti sunt etiam Principibus fidelibus, & ab eis judicari possunt: quia Christi lex neminem privat jure dominioque suo. Rursus Principes fideles exemerunt quidem privilegiis suis clericos à potestate Magistratuum inferiorum; sed non exemerunt à potestate sua: nusquam enim memoria proditum est ab ullo scriptore, Principes, qui istis clericos privilegiis donarunt, ita eos à se liberos dimisisse, ut sibi amplius non subessent. Imò nec potuerunt Principes, nec adhuc possunt clericos in suis Regnis constitutos ea libertate donare, ne ipsi potestate temporali subsint; neve delinquentes ab iis judicari, & puniri possint, nisi eadem opera sese Principatu abdicent. Nam proprium est Principis posse animadvertere in cives, & membra suæ Reipublicæ; sunt autem clerici, quod ad temporalia attinet, cives, & membra Reipublicæ politicæ, cujus caput, & Rector est Princeps. Quare Carolus V. Imperator Hermannum Archiepiscopum Coloniensem in jus ad se vocari jussit, ut de criminibus à Clero, & universitate ei objectis se purgaret, teste Surio in Comment. anni 1545. Et multi Principes sibi quædam clericorum delicta specialiter vindicanda reservarunt, eaque suis Magistratibus judicanda committunt: ut sunt illa crimina, quæ in Gallia privilegiata vocantur, veluti*

Maje-

Majestatis, gestationis armorum, adulterinæ monetæ, & similia: hæc ille. Ex quibus omnibus sequitur, clericos non esse exemptos à potestate, & jurisdictione Principum temporalium.

Respondebo nunc ordine ad singulas propositiones. Ad primam illam de subjectione clericorum Principibus infidelibus duæ sententiæ sunt, ut supra diximus: & neutra favet Barclajo. Vera sententia est, clericos jure fuisse exemptos etiam à potestate Principum infidelium, quamvis de facto subjecti essent: exemit autem eos, tamquam proprios suos Ministros ille, qui Apoc. 1. Verè dicitur Princeps Regum terræ. Itaque juxta hanc sententiam neganda est propositio prima Barclaii, quam neque ille usquam probavit, neque hoc loco probat, sed assumit, ut concessam; quam tamen graviores scriptores non concedunt, videlicet omnes illi, qui exemptionem istam de jure divino esse docent. Sed etiamsi concederetur, nihil indè Barclajus colligeret, quoniam negaretur illa consecutio, Ergo subjecti sunt clerici judicio, & potestati Principum fidelium: hanc enim propositionem, quæ est secunda apud Barclajum, negant omnes Catholici scriptores, tàm Theologi, quàm Canonistæ: negatur autem illa consecutio, quoniam summus Pontifex clericos absolutè exemit à potestate Principum fidelium, qui ejus potestatem agnoscunt; à potestate autem Principum infidelium, qui ejus potestatem non agnoscunt, non ita absolutè exemit; cùm eos censuris Ecclesiasticis coercere non possit: ipsi etiam Christiani Principes Clericos exemerunt, intelligentes, quanta sit dignitas clericorum, quod Principes infideles non fecerunt, cùm eis spiritualis illa dignitas nota non esset. Ad illam tertiam propositionem, lex Christi neminem privat jure, dominioque suo: jam supra respondi capite superiore, ubi ostendi, per exemptionem Clericorum non privari Pincipes jure, quod habebant in eosdem, antequam Clerici essent, per se, & propriè, sed consequenter, & quasi per accidens: quemadmodum cùm filius familias evehitur ad Episcopale fastigium, eximitur à patria potestate; nec tamen fit injuria patri, quoniam non privatur pater jure suo per se, sed consequenter: non enim intendit Ecclesia privare patrem jure patriæ potestatis, sed evehere personam illam ad gradum, quo dignus est, quamvis inde sequatur illa privatio patriæ potestatis. Vide multa alia exempla capite superiore.

Ad quartam propositionem; quæ erat, à nullo scriptore memoriæ proditum esse, quod Principes exemerint Clericos à potestate sua; sed solum quod exemerint à potestate Magistratuum inferiorum.

Respondeo. Videtur qui hoc dicit, aut nihil legisse, aut lectores fallere voluisse. Scribit enim Ruffinus lib. 10. hist. cap. 2. Constantinum Imperatorem disertis verbis pronunciasse, sibi non esse licitum judicare Sacerdotes, sed ab illis potius se esse judicandum. Ubi satis apertè declaravit, Sacerdotes exemptos esse non solùm à potestate judicum inferiorum, sed etiam ab ipsius supremi Principis imperio. Cui declarationi consentanea est lex ejusdem Constantini septima in Codice Theodosiano, de Episc. & Clericis. *Lectores*, inquit, *divinorum apicum, & hypodiaconi, & cæteri Clerici, qui per injuriam hæreticorum ad curiam devocati sunt, absolvantur; & de cætero ad similitudinem Orientis minimè ad curias devocentur, sed immunitate plenissima potiantur*. Hæc ille, qui cùm absolutè prohibeat Clericos ad curias devocari, & velit plenissima immunitate potiri, & nihil omnino excipiat, manifestum est, eum velle, ut neque ad ipsius Principis curiam devocentur: non enim esset plenissima immunitas, si principali potestati essent obnoxii. Similis est lex Theodosii, &

Valentiniani Cod. Theod. l. ultima
ricis, ubi sic legimus, *Clericos, qu*
sæculares Judices debere deduci infaustus
rat, Episcopali audientiæ reservamus.
ut divini muneris Ministri temporalium
tur arbitrio. In qua lege dum nihil e
comprehendi videntur, nisi fortè
stas, temporalis dici non debeat.
stinianus Novella octogesimatertia
Adversariis citatur, quasi in ea Cl
libus exempti non videantur à foro
bet hæc verba, *Prius hunc spoliari à*
copo sacerdotali dignitate, & ita sub le
Ubi videmus, Clericos, dum Cler
non esse sub potestate legum, sed sol
Clericali honore per Episcopos priv
hoc non solùm exemptos esse, dùm
à potestate Judicum inferiorum, s
cipum legibus, quod ad coactionem
hoc est quod Concilium Constantien
Laicos nullam in Clericos jurisdictionem
habere. Et certè nomine Laicorum
supremos comprehendit, cùm, &
Denique, ut alia multa prætercam
dericus Secundus, in prima sua C
neraliter loquitur, dum ait, *Item*
hus Ecclesiasticam personam in criminal
civili trahere ad judicium sæculare præsu
stitutiones Imperiales, & Canonicas sanc
Per sæculare autem judicium non in
cta solùm Judicum inferiorum, sed
rum, cùm omnia sint æquè sæcular
sa sic observari videmus, ubi sacr
reverentia viget.

Ad quintam propositionem, quæ
tuisse Principes supremos eximere C
gia potestate: respondemus, id ma
se. Nam etiamsi non possit summus
nes qui in Regno suo degunt ab om
eximere, nisi principatu se abdicet
aliquam partem populi sui ab aliqua
suæ, vel etiam à tota eximere, &
ceps dici, & esse. Proprium enim
est, tributum à populo sibi subjecto
stolus docet ad Rom. 13. *Ideò enim,*
ta præstatis: ministri enim Dei sunt, in
tes: & potest tamen Rex, quos vu
immunes à tributis facere. Dicitur
cap. 17. *Qui percusserit Philisthæum, di*
vitiis magnis, & domum patris ejus facie
Israel. Sic etiamsi magnus aliquis R
gno suo civitatem unam, vel liberat
cui absolutè donet, non ideò Rex
totius Regni sui, præsertim si civitat
gat, & defendat; & cives illi leg
servent: sic igitur potuerunt Reges,
Regno degentes eximere à potestate
Reges tamen dici, & esse non solùm
etiam Clericorum, qui leges ejus po
vant; & causas, quas cum laicis hab
res sunt ad tribunal ipsius deferunt:
sententia ejus in ejusmodi causis acqui
niam Rex pro defensione non solùm
etiam Clericorum laborat, & vigila
lùm laici, sed etiam Clerici honore
qui Regibus debetur, juxta præcept
tri, *Deum timete, Regem honorificate*
nique pro Rege Deum orant, ut Ap
Timoth. 2. dicens, *Obsecro igitur pri*
ri obsecrationes, orationes, postulationes
nes pro omnibus hominibus, pro Regibus,
in sublimitate sunt: nec solùm pro Re

preces ad Deum fundunt, sed in specie dicunt, pro Rege nostro N. vel pro Imperatore nostro N.

At, inquit Barclajus, *omnia membra debent subesse capiti, & omnes cives Rectori civitatis, ita ut caput, & rector in omnia membra, & cives animadvertere possit: sunt autem Clerici membra corporis politici, & cives terrenæ civitatis, quoad temporalia.*

Respondeo. In corpore naturali necesse est, ut omnia membra capiti subsint; quoniam in ejusmodi corpore locum non habet exemptio. Sed in corpore politico, in quo locum habet exemptio, non est necesse, ut omnia membra, idest, omnes cives propriè subsint potestati capitis, idest, Rectoris, ac per hoc non est necesse, ut Principes in omnes cives animadvertere possint, sicut non est necesse, ut omnes cives solvant tributa, neque ut omnes armis Rempublicam defendant; sed satis est, si consilio, vel adhortatione, aut precibus apud Deum Rempublicam temporalem juvent. *At perturbabitur Respublica, si Clerici leges Principum impunè transgrediantur*. Respondeo. Non impunè transgredientur, quoniam ab Episcopo suo, vel Pontifice Summo coercebuntur. At *Carolus V. vocavit ad tribunal suum Hermannum Archiepiscopum Coloniensem*. Verum est, sed vocavit, ut Principem Imperii, eundem enim ad suum tribunal vocavit Paulus III. Pontifex, ut Archiepiscopum, eodem teste Surio, in eodem loco, qui Surius postea scribit, anno 1547. jussu Summi Pontificis, & Imperatoris Hermannum loco motum fuisse. Sententia verò depositionis à Pontifice lata est, quam autem fuerit Carolus V. diligens observator Ecclesiasticæ immunitatis, ex eo potest intelligi, quòd anno salutis 1520. detecta atroci conspiratione adversus eundem Carolum, in qua Ecclesiastici nonnulli intermisti erant; Carolus in laicos animadvertit, Ecclesiasticos, superioribus Ecclesiasticis puniendos remisit, testis Molin. lib. 4. cap. 21. de Hisp. primog.

Addebat Barclajus, esse quædam delicta gravia, quæ privilegiata dicuntur in Gallia, summis Principibus reservata. Sed hoc argumentum in ipsum auctorem retorqueri potest: illa enim non dicuntur privilegiata, quia Princeps ipse sibi reservaverit, quando privilegium exemptionis Clericis concessit, ut Barclajus existimat: sed dicuntur privilegiata, quia privilegio Sedis Apostolicæ indultum est Regibus Francorum, ut ea delicta cognoscere possint: id quod explicat Clarus q. 36. paragr. fin. versic. ulterius, quæro, & Aufrerius in Clementina, Ut Clericorum, de offic. Judic. ordin. limit. 13.

Ad ultimam propositionem, quam colligit Barclajus ex supradictis, quod videlicet, Exemptio Clericorum à potestate Principum nulla sit.

Respondeo. Eam propositionem ex dictis perperam colligi; tum quia demonstratum est, summos Principes potuisse, & voluisse Clericos à sua potestate eximere: tum quia licèt ipsi non voluissent, aut non potuissent, potuit, & voluit Summus Pontifex illos eximere, aut jure divino exemptos declarare: neque possunt Principes etiam supremi hanc exemptionem impedire. Atque hæc est communis Doctorum Theologorum, & Canonistarum sententia, cui hactenus nonnisi hæretici restiterunt. Et quidem quod hoc sentiant illi, qui exemptionem volunt esse de jure divino, ne Barclajus quidem dubitat, & expressè docet Navarrus in cap. Novit, de Judiciis, notab. 6. num. 30. Quòd autem idem etiam fateantur, & doceant illi, qui exemptionem arbitrantur non esse de jure divino, perspicuum est ex Francisco Victoria, Relect. de potestate Eccles. q. 6. proposit. 5. ex Dominico à Soto, in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. ex Martino Ledesmio in quartum, part. 2. q. 20. art. 4. ex Dominico Bannes in 22. q. 67. art. 1. & ex Didaco Covarruvia pract. quæst. cap. 31. concl. 3. & 4. cujus verba, ut etiam Soti, capite superiore adduximus. Hinc solvitur quæstio, quam Barclajus in extremo capite insolutam reliquit, liceat ne Principi privilegium exemptionis Clericorum revocare. Respondent enim Doctores allegati, nullo modo licere.

CAPUT XXXVI.

Defenditur secunda, & tertia pars rationis quinta principalis pro potestate Pontificis Maximi in temporalibus.

IN Cap. 34. Barclajus post longam digressionem de exemptione Clericorum, redit ad oppugnandam secundam partem rationis meæ principalis, quam proposuerat initio cap. 32. Argumentum meum hoc erat: Pastoris munus est Arietes furiosos, atque ovile destruentes separare, & recludere: Princeps autem est Aries furiosus, atque ovile destruens, quando est Catholicus fide, sed adeò malus, ut multum obsit Ecclesiæ, & Religioni, ut si Episcopatus vendat, Ecclesias diripiat, &c. Ergo poterit Pastor Ecclesiæ eum recludere, & in ordinem redigere.

Ad hoc argumentum respondit in illo cap. 32. Barclajus, totum argumentum posse concedi, quoniam ex eo nihil aliud efficitur, nisi posse Principem malum, & Ecclesiæ noxium separari à gregis consortio per sententiam excommunicationis. Nos verò eam responsionem in cap. 33. refutavimus, ad quam Lectorem remittimus. Nunc igitur in cap. 34. Barclajus hæc addit.

Ad argumentum, inquit, *nunc revertor, quod cap. 32. initio propositum est, & respondeo, nihil illud ad bonorum quorumlibet temporalium, nedum ad Regni ademptionem pertinere. Certum enim est, & certo certius, excommunicationem, qua sola separantur, & excluduntur perversi Christiani à consortio fidelium, & communione Ecclesiæ, nemini patrimonium, & bona temporalia auferre*. Hæc ille, qui post multa verba in hac re explicanda consumpta concludit, si non possit Papa per excommunicationem adimere patrimonia privatis hominibus, multo minus posse per eandem censuram privare Reges, ac Principes Imperiis, atque Regnis.

Numquid, inquit, *plus ei potestatis in Principes, quàm in privatos, Dei lege, tributum esse constat? aut numquid Principibus, quàm privatis duriore, & deteriore conditione est vivendum, ut quod Ecclesia in privatum nequeat, id in Principem possit exercere?*

Respondeo. Cùm dixi, Arietem furiosum posse per Pastorem separari, & recludi, non intellexi per separationem & reclusionem, solam excommunicationem, sed excommunicationem, & depositionem: quemadmodum enim Pastor non solùm separat Arietem à grege, sed etiam recludit quasi in carcere, ut non amplius gregem ducat: sic Pontifex summus Regem destruentem Ecclesiam, non solùm separat per excommunicationem à communione fidelium, sed etiam deponit, & in ordinem redigit, ut non amplius populos regat. Itaque tota illa longissima disputatio, qua Barclajus probat, per excommunicationem non privari homines proprio patrimonio, supervacanea est, neque vim argumenti nostri Barclajus assecutus est: quemadmodum etiam vocem, recludere, exposuit per vocem, excludere, cùm exponenda esset per vocem, includere, ut cap. 33. docuimus.

Addo præterea magnum esse discrimen inter privatas opes, & publicam jurisdictionem; ut etiam inter

inter substantiam, sive divitias, & potestatem, sive auctoritatem: potest enim homo aliquis pauperrimus esse privatis opibus, & jurisdictionem publicam, atque amplissimam habere: & potest contra ditissimus esse auro, atque argento, agris, & vineis, & armentis: & nullam habere in alios homines politicam potestatem. Ex quo discrimine fit, ut quamvis excommunicatio non privet patrimonio proprio, & opibus, & divitiis, privet tamen jure, & potestate commercii humani, electionum, & contractuum, & similium; & simul impediat publicam forensem jurisdictionem: neque enim licet excommunicatis forensia judicia exercere, audire causas, sententiam ferre, in sontes animadvertere, ut supra probavimus, ex cap. Ad probandum, de sent. & re judic.

Quamvis autem ex vi solius excommunicationis, nisi in casu hæresis, & apostasiæ, non sequatur amissio Regni, vel Imperii: tamen summus Pontifex, qui potest excommunicando suspendere jurisdictionem, ut diximus, potest etiam deponendo privare omni jurisdictione, & potestate Regia: quæ ut in prolegomenis ostendimus, communis est Doctorum, & Ecclesiæ ipsius sententia. Nec tamen hinc sequitur, plus habere potestatis Pontificem in Principes, quàm in privatos: nam privati non possunt deponi à Regno, quia Regnum non habent, non quia minus obnoxii sint potestati summi Pastoris: & tamen possunt etiam ipsi privari rebus, quas habent; quod fit cùm pœna pecuniaria, aut exilii, aut carceris, aut alia corporali pœna mulctantur: falsum enim est, quod Barclaius nimium sæpè repetit, corporalem pœnam in solius politici magistratus potestate positam esse: cujus contrarium praxis ostendit, præsertim in tribunali sancti officii.

Addit postea Barclajus aliam rationem, quam in forma syllogisticæ ratiocinationis hoc modo disponit.

Summus Pontifex non habet nunc majus imperium in Principes temporales, quàm habuit antequam ipse esset Princeps temporalis.

Atqui antequam esset Princeps temporalis, nullum in eos temporale imperium ullo modo habuit.

Ergo nullum nunc quoque in eos ullo modo habet.

Et quoniam propositio manifesta videtur, probat assumptionem hoc modo.

Nemo inferior, & subjectus habet imperium in suum superiorem, & dominum, ut possit eum judicare in eo ipso in quo est ei subjectus:

Papa autem, antequam fieret Princeps temporalis, erat Regibus, & Imperatoribus, quantum ad temporalia, inferior, & subjectus:

Ergo non habet in eos temporale imperium, ut possit eos in temporalibus judicare.

Respondeo. Assumptio prioris syllogismi falsa est, Proinde etiam falsa conclusio est: Siquidem summus Pontifex jus, quod habet in temporalibus supra Reges, & Principes Christianos, non acquisivit ex Principatu temporali, quem nunc possidet, sed habuit à Christo, quando ab eo accepit potestatem Apostolicam, & supremam supra omnem Ecclesiam, ut esset ipsius Vicarius generalis, Caput, & Rector, & Pastor, & Princeps omnium fidelium: quamvis enim, ut sæpè dictum est, ea potestas in se spiritualis sit, tamen extenditur ad temporalia eo modo, quo spiritus humanus, quamvis verè, & propriè spiritus sit, non corpus, vel corporalis, tamen regit membra corporis, cui præsidet, & ea castigat, & punit, prout ad salutem expedire cognoscit. Quare probatio assumptionis in posteriore syllogismo, nullas vires habet, nam assumptio quoque syllogismi posterioris est falsa, ac per hoc est etiam totius syllogismi falsa conclusio: siquidem falsum est, summum Pontificem fuisse unquam Regibus, & imperatoribus jure subjectum,

neque id probavit Barclajus, quod
sumit.

At, inquit, adversarii dicunt, e
sonarum Ecclesiasticarum jure hum
esse.

Respondeo. Bellarminus, qui ex
non dicit jure humano solùm, sed
divino. Deindè illi ipsi, qui exem
rum dicunt esse de jure humano, a
ad personas, esse valdè conformem
divino, ut perspicuum est ex Domi
dist. 25. quæst. 2. art. 2. concl. 5. Præ
res, qui negant exemptionem Cleric
divino disertè affirmant, summum P
se, & debuisse eximere Clericos,
temporalibus inconsultis: neque poss
cipes contrarium suis legibus constitu
tavimus, ex Victoria, Soto, Ledesm
Covarruvia: falsum est igitur quod t
hoc loco Barclajus repetit de exemp
pum privilegio, & munere Clericis

Transit postea Barclajus ad tertiam
quintæ principalis pro potestate su
temporalibus: omitto enim quæ ips
quæ ibidem refutata sunt, sic autem
supremum Bellarmini argumentum, in quo
ta opera opus est. Tertium, inquit, *ar*
test Pastor, ac debet omnes oves in
convenit: ergo potest Pontifex Chr
atque ad ea cogere ad quæ quilibet
statum suum tenetur, idest, singul
modo Deo serviant, quo secundum
bent: debent autem Reges Deo se
Ecclesiam, puniendoque hæreticos,
ergo potest, ac debet Regibus, jube
& nisi fecerint, etiam cogere per exco
aliasque commodas rationes.

Ad hoc argumentum Barclajus r
tur de pastu, & pœnis spiritualibus,
tum concedi posse: tenetur enim S
pascere omnes Christianos pastu sp
pascendum pastu corporali, facultat
vis amplæ sint, nullo modo sufficere
netur cogere omnes ad officium suu
libus, quarum gravissima excommu
ulterius progredi non potest: & all
bandum Joannem Driedonem in L
Christiana cap. 4.

Sed hæc Barclaji responsio supra
in locis, & nunc ex ipso Driedone,
refutari potest: scribit enim Barclaju
lam aliam judicii, & correctionis Pap
delinquentes pœnam, nisi solam exc
poni. At Joan. Driedo repugnat B
his verbis confutat, lib. 1. de libe
cap. 14. *Verùm hoc non est silentio prate*
pa ex plenitudine potestatis super univer
stianos, potest Reges ac Principes propte
vare suis Regnis, atque Imperiis, & in
eximere plebem Christianam ab obedien
eorum, hæc Driedo, quem in Pa
suæ allegavit Barclajus; qui certè insi
nes Driedo non poterat clariùs men
sturam Barclaji redarguere. Quod e
& docent omnes Catholici, posse P
Christianorum cogere omnes ad off
standum in obsequium Dei; non in
coactione per excommunicationem
privationem Regnorum, & Princip
lutem gregis idem Pastor expedire ju

CAPUT XXXVII.

Defenditur primum exemplum allatum pro potestate summi Pontificis in temporalibus.

IN Cap. 35. & 36. refert, & refellit Barclajus argumenta quædam Nicolai Sanderi, quam totam disputationem omittendam hoc loco esse censui, quoniam non suscepi onus probandi omnia argumenta, quæ à Catholicis scriptoribus proponuntur, esse insolubiles demonstrationes. Scio multa interdum probabilia admisceri argumentis solidioribus, quæ quamvis per se, ac sola, vim persuadendi non habeant, tamen addita firmioribus argumentis, non parum juvant ad rem, de qua agitur, confirmandam. Itaque conclusionem Sanderi, quæ communis est inter omnes Catholicos scriptores, adversus Barclajum, cujus manus sunt contra omnes, ut scriptura de Ismaele loquitur, defendendam mihi desumpsi, & simul ad ea, quæ propriè adversus mea scripta Barclajus objecit, respondendum mihi esse judicavi. Igitur in cap. 37. refert argumentum meum primum ab exemplo, & figura veteris testamenti ductum, hæc autem est argumenti summa. Ozias Rex in lib. 2. Paralip. cap. 26. cùm Sacerdotum officium usurparet, & à Sacerdotibus repulsus non acquiesceret, continuò lepra divinitus percussus fuit, atque judicio Sacerdotum separatus è cœtu populi, seorsim in domo solitaria habitavit usque ad obitum: ex quo factum est, ut Regni administratione privatus fuerit, & filius ipsius in civitate populum judicaverit. Hinc argumentum ejusmodi conficitur, Si ob lepram corporalem poterat Sacerdos olim Regem judicare, & Regno privare: quare id non poterit nunc propter lepram spiritualem idest, propter hæresim, quæ per lepram figurabatur, ut S. Augustinus docet lib. 2. quæst. Evang. quæst. 40. præsertim cùm 1. Corinth. 10. Paulus dicat, contigisse Judæis omnia in figuram?

Ad hoc argumentum respondet Barclajus, Judicio Sacerdotum fuisse Regem Oziam propter lepram separatum à reliquo populo; & eodem modo posse nunc Regem judicio summi Pontificis propter hæresim separari per excommunicationem à cœtu fidelium: negat autem fuisse Regem Oziam Regno privatum, & propterea etiam negat, posse Regem à Pontifice propter hæresim Regno privari. Quod autem non fuerit Ozias Regno privatus, probat ex eo quòd scriptura testatur *anno ætatis sextodecimo regnare cœpisse, & quinquaginta duobus annis regnasse*. 4. Reg. 15. & 2. Paralip. 26. proindè regnasse ab anno sextodecimo usque ad mortem. Idem etiam probat ex eo quòd eadem scriptura dicit, *Joatham filius Regis gubernabat palatium, & rexit domum Regis, & judicabat populum terræ*: hinc enim colligitur, filium Regis non auctoritate propria, sed nomine Patris sui ægrotantis Regnum administrasse: hæc Barclajus.

Respondeo. Ozias lepra percussus retinuit quidem nomen Regium, sed inane: filius verò ejus sine Regio nomine Regnum cum plena potestate administravit, id verbis disertis testatur Josephus lib. 9. Antiquitatum, cap. 11. ubi dicit, *Oziam privatum vixisse in domo solitaria, & filium ejus Rempublicam administrasse*, quod idem satis apertè indicat scriptura, cùm ait, Filius Regis judicabat populum terræ: neque addit, id eum fecisse jussu Patris, aut Patris nomine; neque toto eo tempore quo Rex percussus lepra mansit in domo solitaria, ullam partem regiminis ad eum ullo modo pertinuisse. Atque hoc intellexi, cùm in argumento dixi, coactum fuisse Oziam filio Regnum renunciare: per Regnum enim non vocabulum Regis, sed auctoritatem significavi: quam auctoritatem Pater non retinuit, sed privatus vixit, ut Josephus loquitur. In hoc igitur vis argumenti ab exemplo ducti posita est, quod quemadmodum Rex Ozias lepra percussus judicio sacerdotum coactus est habitare in domo solitaria, & Regni administratione dimissa privatus vivere: sic etiam Rex hæreticus, judicio summi Sacerdotis per excommunicationem separari possit à cœtu piorum, non solùm quo ad Sacramentorum, & precum communicationem, ut Barclajus admittit, sed etiam quo ad forense judicium, & Regni administrationem, quod Barclajus negat. At Oziæ relictum est nomen Regium. Verum id quidem, sed non ideò nomen Regium relinqui debet homini propter hæresim excommunicato, atque deposito: nam lepra spiritualis deterior est lepra corporali: & sacerdos Christianus præstantior est Sacerdote Levitico, & res figurata perfectior est, quàm sit ipsa figura, sic enim Agnus Paschalis par non erat Christo crucifixo, & manna inferius est Eucharistia, & Circumcisio Baptismum non æquat.

Quod autem Barclajus disputat de differentia auctoritatis regnandi, & administrationis Regni, non faciat ad rem, tum quia Ozias non sola administratione, sed etiam auctoritate privatus fuisse dicendus est, cùm Josephus dicat, eum privatum in magno mœrore vixisse post acceptam plagam lepræ: tum etiam quia Barclajus non concedit, Regem hæreticum posse privari administratione Regni, sic enim ipse loquitur pag. 312. *Quod autem dixi, Papam posse separare Regem hæreticum à communione fidelium per excommunicationem, de separatione spirituali animorum, non corporum intelligendum est, subditi enim Regi excommunicato obsequium denegare non debent*: hæc ille, qui sine dubio, ut etiam supra docuit, non permittit, posse per Pontificem interdici Regi hæretico administrationem Regni, & curatorem illi dari, ut ipse fatetur, datum esse Regi Oziæ filium Curatorem. Quare falsò postea dicit, *figuram Oziæ, lepræ, separationis, bellissimè convenire cum Rege, hæresi, & excommunicatione: & ex hac figura temporalem Pontificis potestatem omnino fictitiam, usurpatam, atque à jure divino alienam ostendi*. Quo modo enim figura cum re figurata concordat, si in figura ponitur Rex coactus habitare in domo solitaria, & negotia Regni nulla tractare: in re figurata ponitur Rex liberè in Urbe Regia residere, & jus dicere, ut antea faciebat? Et si veritas figuræ requirit, ut nihil minus, sed potiùs aliquid amplius in re figurata reperiatur, quàm in ipsa figura: & ideò necesse est, ut Rex hæreticus per sententiam Pontificis administratione Regni, & ipsa quoque auctoritate privetur, quo modo ex hac figura temporalis potestas Papæ fictitia, & usurpata, & à jure divino aliena monstratur? Maneat ergo argumentum nostrum ab exemplo appositè ductum esse: neque à Barclajo potuisse convelli.

CAPUT XXXVIII.

Defenditur secundum exemplum pro potestate Pontificis in temporalibus.

PRoponit deinde Barclajus in cap. 38. secundum exemplum à nobis adductum ex lib. 2. Paralip. cap. 23. Ubi narratur, Athaliam Reginam faventem superstitioni, & idololatriæ Baal à Pontifice Jojada Regno, & vita fuisse privatam, & Joas Regem in ejus locum institutum.

Ad hoc exemplum refutandum sternit sibi Barclajus

viam

viam digressiuncula quadam, ex confictis rumoribus, & solita maledicentia in Pontifices. Scribit enim hoc exemplum à me allatum, ne indiligentiæ, aut prævaricationis apud Sixtum V. Pontificem accusarer, si illud ab aliis antea notatum omisissem. At ego multo antea quàm Sixtus V. Pontifex crearetur, hæc scripseram, & in scholis dictaveram: deinde, si tam multa alia exempla prætermisi, quæ in Sandero legeram, ut Barclajus ipse testatur, cur timere debui offensionem Pontificis, si istud unum prætermitterem? Quod verò addit Barclajus, Sixtum V. in animo habuisse, ordinem Jesuitarum ad arctiorem formam vivendi, atque ad certum vestimenti genus cogere; fabulæ sunt hominum otiosorum, & mirum est Barclajum in his etiam nugis referendis voluisse tempus consumere. Quod verò adjungit, Bullam ejusdem Sixti V. qua Pontimussanæ Academiæ perpetuus Rectoratus Jesuitis addicitur, suppostitiam, vel obreptitiam videri, & quamvis verè sit à Sixto concessa, valere tamen non debere, quia statim ab ejus creatione fuerit impetrata: non jam ad fabulas, vel nugas, sed ad calumnias & maledicentiam pertinet: quasi non potuerit idem Pontifex toto illo quinquennio, quo Pontificatum gessit, eam bullam revocare, si suppositiam, aut obreptitiam, aut fraude extortam didicisset.

Sed his omissis, ad exemplum Jojadæ Pontificis Athaliam Reginam exauctorantis, respondet Barclajus, exemplum illud ad rem non facere; quòd Athalia nullo jure regnaret, sed immani tyrannide per vim, & scelus Regnum occupasset.

At verum quidem est, initium Regni Athaliæ tyrannicum, & violentum fuisse: sed cùm annis sex quietè regnaverit, credibile est, populum consensu suo Regnum ejus approbasse, præsertim cùm ignoraretur superesse adhuc unum ex filiis Regis defuncti, & fama esset, omnes omnino interiisse. Neque novum, aut insolitum est, ut initia Regnorum sint violenta, & tyrannica, & tamen paulò post consentiente populo Reges legitimi habeantur. Ipse certè Augustus, qui Imperator optimus habitus est, Rempublicam injustè initio oppressit, & Principatum sibi armis violenter usurpavit. Otho Galbam occidit: Vitellius Othonem ejecit: Vespasianus Vitellium; & omnes tamen Imperatores à Senatu, Populoque Romano salutati sunt. Quid atrocius, quàm quod Philippus gessit, cùm Gordianum Imperatorem legitimum sustulit, & Imperium ejus invasit? & tamen ipse quoque legitimus Imperator habitus est. Mitto Odoacrem Herulum, Gothos, & Longobardos invasores Italiæ; & alios propè innumerabiles, qui per vim Regna occuparunt, & postea tamen accedente consensu populorum Reges legitimi habiti sunt.

At, inquit Barclajus, Sacerdos Jojada, non auctoritate propria Athaliam deposuit, sed hortatus est Centuriones, & milites cum illis in Athaliam conspiravit: sic enim Scriptura loquitur, *Misit Jojada Pontifex, & assumens Centuriones, & milites introduxit in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus.*

Et hoc verum est, sed non impedit quo minus Jojadæ auctoritate Regina deposita fuerit. Sacerdos enim non poterat solus implere quod proposuerat; ideò Centurionibus, & militibus ad se accersitis, exposuit illis propositum suum deturbandæ Reginæ de solio, tum ob alia crimina, tum quòd falsam religionem Baal foveret: neque simplici promissione militum contentus esse voluit, sed fœdus cum eis iniit, & adjuravit eos, ut fortiter proposito suo cooperarentur. Denique ipse armavit milites tradens eis hastas, & reliqua arma Regis David, quæ erant in domo Domini: ipse jussit interfici Reginam; ipse novum Regem coronavit; ipso auctore totus populus templum Baal evertit, & aras Idolorum destru
Baal aram ante ipsam occidit.

CAPUT X

Defenditur tertium exempl
potestate Summi P
in temporalibu

TErtium exemplum attuleran
qui Theodosium Imperatore
propter cædem, quam Thessaloni
fecerat: deinde coegit eum, ut leg
tentiæ latæ de cæde aut publication
sent, nisi post triginta dies à pror
tiæ, nimirum ut si quid per iracun
dictasset, intra spatium illud sedat
ret. Ex quo exemplo collegeram
diolanense potuisse judicari Impera
Mediolanum sedem habebat. Ex q
ram, si hoc potuit Episcopus, quai
Episcoporum Papa?

Ad hoc exemplum ita respondet
mùm admittat, Episcopum posse
mine Principis in foro externo Ecc
punire pœna Ecclesiastica, qualis
municatio est, & hoc modo cogn
causam Theodosii de cæde, ut p
eundem Theodosium reum factum
deinde concedit, ab Episcopo Am
fuisse, ut Theodosius legem illam
tiam peccati commissi, sine quo pœ
signo, eum ab anathematis vinculo
his verò colligit, S. Ambrosium ha
sium spiritualem jurisdictionem, no
lem, aut politicam.

At ego exemplum illud, quod
municationem, non attuli adversu
nondum orbi terrarum innotuerat:
præsertim Anglos Calvinistas, qui
supremum excommunicari posse à S
vel Summum Pontificem ullam ha
Principes jurisdictionem, vel potest
attinet ad legem politicam, quam T
brosii præcepto tulit; non utique
fructum pœnitentiæ pertinere, & à
te Episcopi fuisse imperatam: sed o
posse Principes Ecclesiasticos non so
no conscientiæ, sed etiam in foro e
co disponere de temporalibus, ut
dinem habent. Certè enim qua po
sius potuit Theodosium cogere, st
matis solvi vellet, ad legem illam
dam: eadem potuit eundem cogen
politicam saluti animarum necess
nisi vellet anathematis vinculo allig
nifestè colligitur, multo majore rat
tificem Maximum, Ecclesiæ univer
perare Principibus temporalibus sub
na, ut leges politicas spirituali bo
rant, & contra, ut eas abrogent,
num impediunt: atque hoc modo
ti, temporalem potestatem esse sub

CAPUT XL.

Defenditur exemplum quartum.

QUartum exemplum desumptum fuit ex privilegio sancti Gregorii Monasterio sancti Medardi concesso, quod habetur lib. 12. Epistolarum extremo, in quo leguntur hæc verba, Si quis Regum, Antistitum, Judicum, vel quarumcumque sæcularium personarum hujus Apostolicæ, & nostræ præceptionis decreta violaverit, cujuscumque dignitatis, vel sublimitatis sit, honore suo privetur, &c. Et similia habentur in alio privilegio ejusdem sancti Gregorii lib. 12. epistol. 10. ad Senatorem Abbatem.

De hoc exemplo sic loquitur Barclajus. *Si viveret hodie B. Gregorius, & superiora verba eo sensu accipi intelligeret, quasi ipse potestatem habuisset privandi Reges suo honore, & dignitate: exclamaret profectò calumniosam esse interpretationem, & se numquam tale quid, vel per somnium cogitasse: ea verò quæ alibi scripta ab eo sunt, fidem abrogant huic expositioni, sunt igitur ista, non imperantis, sed imprecantis verba, quibus admonet, & adjurat omne genus hominum, ne Privilegium à se datum violent: quod si violaverint, Deum vindicem fore, qui eos suo honore privet, quod genus admonitionis & imprecationis nunc semper addi solet extremis Bullarum, & Constitutionum Pontificiarum, hoc modo, Nulli ergo hominum liceat hanc paginam, &c. si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus incurrat, sive quod idem est, se noverit incursurum.*

Respondeo. Interpretatio verborum sancti Gregorii, non mea est, sed alterius sancti Gregorii dignitate paris, & sanctitate non multum inferioris. Sanctus, inquam, Gregorius VII. Papa in Epistola ad Episcopum Metensem, quæ est vicesimaprima libri octavi, hunc locum sancti Gregorii adducit ad probandum jure à se fuisse depositum Henricum Imperatorem: *B. Gregorius*, inquit, *Papa Reges à sua dignitate cadere statuit, qui Apostolicæ Sedis decreta violare præsumpserint, scribens ad quendam Senatorem Abbatem, his verbis, Si quis verò Regum, &c. Quod si B. Gregorius, Doctor utique mitissimus, Reges, qui statuta violarent, non modo deponi, sed etiam excommunicari, atque in æterno examine damnari decrevit: quis nos Henricum non solùm Apostolicorum judiciorum contemptorem, verum etiam ipsius Matris Ecclesiæ, quantum in ipso est conculcatorem, totiusque Regni, & Ecclesiarum improbissimum prædonem, & atrocissimum destructorem deposuisse, & excommunicasse reprehendat, nisi fortè similis ejus?* Hæc ille, cui Barclajus si cedere noluerit in interpretatione verborum sancti Gregorii, nimis temerarius erit: si autem cesserit, fateri debebit, sanctum Gregorium primum non ignorasse, potestatem sibi divinitus datam extendi usque ad Regum, & Principum depositionem. Sed addamus & alium interpretem verborum sancti Gregorii, ut in ore duorum testium stet omne verbum. Thomas Valdensis, vir doctissimus in lib. 2. doctrinalis fidei antiquæ artic. 3. cap. 75. *Profectò*, inquit, *nec B. Gregorius eminentiæ sui status super statum Imperialem præjudicavit in aliquo, cùm Regem sibi verbo tenus præposuit, negotio quod tunc tractabatur attento, quod tunc aptè videbimus, si posteriora ejus facta, & scripta quæramus. Vide an se Magistrum & Imperatorum & Regum non arbitrabatur, cùm post privilegia quadam Senatori Presbytero, & Abbati Xenodochii Francorum directa sub interminatione dignitatis, & honoris omni ejus violatori conclusit. Si quis Regum &c.* En quam bene Doctor iste Barclajum nondum natum confutavit. Barclajus dicit ex aliis scriptis sancti Gregorii colligi, sanctum Gregorium non existimasse habere se potestatem super Reges sæculi, quamvis ejus verba id significare videantur: Thomas Valdensis contradicit, ex aliis sancti Gregorii scriptis colligi, sanctum Gregorium verbo tenus se Imperatori subjecisse, re autem vera non ignorasse eminentiam sui status super statum Imperialem. Barclajus dicit, Verba sancti Gregorii sonare imprecationem, quam etiam quilibet privatus adjungere potest literis suis: Thomas Valdensis contra dicit, Verba sancti Gregorii sonare interminationem honoris, & dignitatis, quam literis suis adjungere non potest, nisi Princeps supremus. Utrum autem major fides habenda sit uni Barclajo, quàm duobus viris tantæ eminentiæ, atque doctrinæ, stultum est quærere. Sed etiam si id quæratur ex verbis ipsius sancti Gregorii tota quæstio nullo negotio dissolvetur. Siquidem S. Gregorius tria simul conjungit, videlicet, honore suo privetur, à communione fidelium segregetur, in divino examine ad pœnas æternas damnetur. At duo posteriora non continent imprecationem, sed decretum, sive declarationem: non enim Prælatus, qui dicit, qui hoc fecerit, excommunicetur, imprecatur excommunicationem, sed jubet excommunicari: & qui dicit, qui hoc fecerit, in divino judicio ad pœnas æternas damnetur, non imprecatur damnationem æternam (quis enim tam crudelis invenitur, qui hoc imprecetur?) sed declarat, qui hoc fecerit, eum gravissimè peccaturum, & pœnas æternas in divino examine promeriturum. Igitur eodem modo illud, Honore suo privetur, non est imprecatio, sed decretum, ut ab honore suo decidat, & declaratio, ut liceat populo non obedire ejusmodi Regi tamquam honore suo ac dignitate privato. Quemadmodum etiam verba extrema Constitutionum Apostolicarum non significant imprecationem, ut perperam Barclajus exponit, (neque enim Summus Pastor, & Vicarius boni illius Pastoris, qui animam suam pro ovibus suis posuit, imprecaretur ovibus suis indignationem omnipotentis Dei) sed declarationem, & denunciationem continent gravissimæ pœnæ, quæ contemptores Apostolicorum præceptorum sine dubio consequetur. Hoc enim manifestè significant illa verba, Indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli se noverit incursurum. Quare si sanctus Gregorius nunc in terris viveret, haud dubio exclamaret, calumniosam esse interpretationem Barclaji, & se nihil tale unquam vel per somnium cogitasse.

CAPUT XLI.

Defenditur exemplum quintum.

QUintum exemplum est Gregorii II. qui Leoni Imperatori à se excommunicato prohibuit vectigalia solvi ab Italis, ac proinde eum Imperii parte mulctavit.

Ad hujus, & sequentium exemplorum refutationem, præmittit Barclajus satis prolixam admonitionem adversus argumenta, quæ petuntur ab exemplis, immemor argumentorum, quæ ipse duxit ab exemplis veterum Pontificum, & Imperatorum, ex quibus plenissimè constare dixit, nullam esse in Pontifice potestatem disponendi de temporalibus. Sed quoniam isti sunt loci communes, qui ad omnem disputationem accommodari possunt, iis omissis ad rem propositam accedam. Igitur Barclajus præcisè negat,

verum

verum esse quod historici tradunt, à Gregorio II. Pontifice prohibitos fuisse Italos Imperatori hæretico & excommunicato vectigalia pendere: tota verò ejus ratio est, quia Platina in vita Gregorii II. scribit, volentibus populis deficere ab Imperatore hæretico, restitisse Gregorium, & auctoritate sua, eos in fide, & obedientia Imperatoris tenuisse. Cur autem uni Platinæ major fides habenda sit, quàm cæteris historicis antiquioribus, & pluribus; eam causam reddit, tum quia Platina scripsit historias Pontificum jussu Sixti IV. & habuit Romæ multa vetera monimenta: tum etiam quia Gregorius Pontifex optimus & justissimus cùm esset, numquam jussisset contra Evangelium negari censum Cæsari, qui usque ad obitum Cæsar, & Imperator Augustus permansit.

At hæc Barclaji disputatio, tam est infirma, ac debilis, ut mirum non sit, quòd paulò ante tam longa præfatione exemplorum auctoritatem extenuare conatus sit. Videbat enim nihil firmum adferre se posse ad exemplum tam vetustum & tam evidens refutandum. Primùm igitur ajo Platinam non esse contrarium historicis cæteris, si tempora distinguantur. Verum est enim per multos annos Gregorium restitisse populis Italicis cupientibus ab Imperatore deficere. Sperabat enim assiduis cohortationibus suis aliquando cessurum Imperatorem, & ad meliorem mentem, ac saniora consilia rediturum: atque hoc est, quod Platina verè narrat. Sed ubi vidit Pontifex, se operam perdere, & Imperatorem quotidie deteriorem fieri: securim ad radicem misit, & Imperatorem cœtu piorum ejecit, ac jussit, ut ei tamquam impio Italici populi non parerent, neque vectigalia deinceps penderent. Id verò Platina non negat, & historici plurimi Græci, & Latini affirmant, quos in libro meo citavi. Vide de hac tota causa Cardinalem Baronium Tom. 9. Annalium, ad annum salutis 726. & 730.

Ajo secundò, si Platina contrarium dicat, magis credendum esse historicis cæteris, quàm ipsi: nam & multi sunt, & antiquiores, & diligentiores, & historias temporum scribunt, non vitam unius Pontificis, ut Platina facit: quàm autem Platina parum diligens fuerit in perscrutandis monimentis Romanorum Archiviorum, vel ex eo potest intelligi, quod Onuphrius Panuinus in additionibus ad Platinam, multa ejusdem Platinæ vel omissa, vel errata demonstrat: & in additione præmissa vitæ Gregorii secundi, admonet, Leoni tertio Imperatori hæretico jure ereptum fuisse Imperium, quod in Italia habebat, à Gregorio secundo Romano Pontifice.

Ajo tertiò Gregorium virum sanctissimum non peccasse in Evangelium, quando populos Italiæ prohibuit vectigalia pendere Imperatori hæretico. Quod enim Dominus ait, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, intelligitur de Cæsare legitimè imperante.

Leo verò ille, qui ob crimen hæreseos à Summo Pontifice publicè excommunicatus fuerat, & ab Imperio depositus, non erat verè, & jure Cæsar, sed Tyrannus, & persecutor sub titulo Cæsaris.

At, inquit Barclajus, usque ad mortem Leo permansit in Imperio.

Respondeo. Apud Græcos, præsertim hæreticos, Imperator de facto, non de jure permansit: apud Latinos, ac presertim Italos, neque de jure, neque de facto.

CAPUT X

Defenditur exemplum

SExtum exemplum est Zachariæ Po
dericum Regem Francorum depo
substituit.

Ad hoc exemplum Barclajus oppo
per partes singillatim refellenda sunt.

Primùm contendit, Childericum
mine Regem, qualis est, ut ipse
Schaccorum.

Respondeo. Negari non potest,
nihil omnino in Regno per se gerere
& Regni negotia per Principes, ac
Præfectum Palatii administraret, ut
lib. 4. cap. 61. cæterùm verum non
nomine Regem fuisse, fuit enim R
nis, & tamquam verus, ac legitim
& coronatus erat, & à populis ju
ratis acceperat. Neque hoc negare
nisi ipse sibi repugnare velit: nam
bit, gravissimam injuriam Childeri
Zacharia Pontifice, & à Pipino P
gno dejectus est. At quæ injuria fi
absque ullo jure falsum Regis nomen
Pipinus in spem Regni exarserat,
men non dissimulanter affectabat
Barclajus loquitur) si Childericus
ne nomen habebat?

Secundò Barclajus dicit, Childe
positum fuisse; in qua re socium hab
vinum, lib. 4. instit. cap. 7. & Illyr
Magdeburgensi Centuria 8. cap. 10.

Sed nos justè fuisse depositum pro
testimoniis omnium scriptorum: o
laude hanc historiam narrant. Vi
vita Leonis Isaurici, Paulum Diac
de gestis Longobardorum, Egmart
roli Magni, Rheginonem lib. 2. Ch
Scotum lib. 3. Chron. Othonem F
historiæ cap. 55. Adonem Viennens
Aimoinum lib. 4. cap. 61. Abbatem
gebertum in Chron. Bloodum lib.
mæ, Paulum Æmilium lib. 1. & 2
corum, Robertum Gaguinum, Papi
& alios omnes, hæreticis exceptis.

Secundò ex causa: nam non sol
& aliquot ejus prædecessores nulla R
rabant, sed etiam ob eorum socor
Religio in eo Regno maximè labor
S. Bonifacius Episcopus Moguntinu
Zachariam Pontificem.

Tertiò ex virtute auctoris, & exec
charitas, cujus auctoritate hæc res ge
consensu vir sanctissimus, & sapientissi
verò Bonifacius, qui jussu Pontificis
& coronavit, non solùm Doctor ex
Martyr gloriosissimus fuit. Denique
translatio ista Regni Francorum à C
pinum Deo benedicente faustissima
que Ecclesiæ utilissima fuit.

At, inquit Barclajus, *nullo casu*
re, ut bonum inde quantumvis magnum
poni autem Regem legitimum à propriis
ponentibus consentire, cùm ille solum I
beat, cui soli gestorum suorum rationem
per se & simpliciter malum esse jam sig

Respondeo. Childericum non fu
Pontifex, qui superior erat, jure

enim Zacharias solum assensum præbuit in depositione Childerici, sed ex auctoritate eum deposuit, ut mox ostendemus. Neque ullo solido argumento supra Barclajus probavit, Reges non habere supra se nisi Deum, cui soli gestorum suorum rationem reddere teneantur. Videat lector, quæ supra dicta sunt, & judicet.

Tertiò Barelajus ridet argumentum illud, quod ab eventu fœlici duxi, ut probarem, justè Childericum fuisse depositum: ac dicit, plebejum, & puerile argumentum esse, & allegat Poetam dicentem:

Careat successibus opto
Quisquis ab eventu facta notanda putet.

Addit etiam, eundem fœlicem eventum habuisse translationem Regni Francorum à Carolovingis ad Capevingos; & tamen constat Hugonem Capetum per summum scelus exuisse Carolovingos Regno, & illud ad Capevingos suos transtulisse.

Respondeo. Argumentum à solo eventu fortuito sine dubio parum valet, ut si quis damnaret prudentiam, vel peritiam Imperatoris ex eo solùm, quòd victor in prælio non fuisset: sæpè enim aliundè accidit amissio victoriæ, quàm ex imprudentia, vel imperitia Imperatoris: argumentum tamen à fœlici eventu ex providentia Dei, non parum valet, præsertim cùm adjungitur aliis argumentis: solet enim Deus justitiæ favere, nisi ob aliquam causam sapientiæ ipsius videatur aliter esse faciendum.

Quòd autem Barclajus reprehendit Hugonem Capetum summi sceleris, & regni usurpati; & Gaguinum auctorem adducit: nos ei Cardinalem Baronium opponimus, qui tomo Annalium decimo ad annum Domini 987. multis argumentis probat, Hugonem fuisse legitimum Regem, & in eo non defecisse, sed propagatam esse Caroli Magni stirpem. Nec desunt alii, qui Hugonem istum defendunt, ut Papirius Massonus, & alii: & Gaguinus non dicit per summum scelus id ab Hugone factum fuisse. Et certè magnum argumentum hujus rei esse potest, quòd Robertus Pius, qui unà cum Patre Hugone, & post eum regnavit, vir piissimus, & sanctissimus fuerit: neque enim tanta pietas cum injusta usurpatione alieni Regni cohærere potuisset.

Quartò dicit Barclajus, sanctum Bonifacium non peccasse exequendo mandatum Zachariæ Pontificis, quamvis Zacharias mandando peccaverit: reddit autem rationem, quia tenebatur, inquit, Papæ sententiam exequi, licèt scivisset illam esse injustam, & ideò licèt fecisset Zachariam reum iniquitas impetrandi, innocentem esse ostendisset Bonifacium ordo serviendi, & necessitas parendi, & allegat cap. Pastoralis, §. qui verò, de offic. Judic. deleg. & Can. Quid culpatur, 23. quæst. 1. & Canon. miles, 23. quæst. 5.

Respondeo. Hoc dictum non plebejum, aut puerile, sed planè hæreticum est; repugnat enim cum expresso verbo Dei, Oportet obedire magis Deo, quàm hominibus, Actor. 5. quod ipsum declaravit sanctus Augustinus, & alii Patres, qui citantur, 11. quæst. 3. Can. Julianus, & aliis multis Canonibus ejusdem quæstionis. In illo verò cap. Pastoralis §. quia verò, ubi dicitur, sententiam injustam ab inferiore exequutioni mandandam esse; glossa rectè docet, quæ ibi dicitur sententia injusta, absolutè justam esse, quia justè à lege inductum est, ut is qui in tempore præscripto non appellavit, adversus eum sententia proferatur, etiamsi alioqui justam causam habuisset, & ibidem rectissimè eadem glossa declarat, non esse obediendum mandato superioris evidenter injusto. Et Can. Quid culpatur, 23. q. 1. S. Augustinus contra Barclajum loquitur, cùm dicit, esse obediendum superiori, quando vel certum est justum esse, vel non est certum esse injustum quod jubetur, ex quo sequitur, ut quando certum est esse injustum, non sit ullo modo parendum, denique in Can. Miles, 28. quæst. 1. non agitur de justitia, vel injustitia mandati, atque id solum definitur, privata auctoritate hominem interficere peccatum esse, secus autem si publica auctoritate id fiat. Quare Barclajus sententiæ suæ amore cæcatus, vel noluit jura intelligere, vel non potuit.

Quintò dicit Zachariam Pontificem consensisse Francis volentibus Childericum deponere, & Pipinum Regem creare; non autem potestate, vel auctoritate sua, vel Childericum à Regno deposuisse, vel in Pipinum Regnum transtulisse; & propterea nihil ex hoc exemplo trahi posse ad ostendendam Romani Pontificis auctoritatem in Regibus, vel deponendis, vel creandis.

Sed hæc nimia temeritas est, cùm testimoniis historicorum omnium contrarium manifestè probetur.

1 Annales Francorum vetustissimi sic habent, *Data auctoritate sua (Zacharias) jussit Pipinum Regem constitui.*

2 Eginarthus in vita Caroli Magni: *Pipinus*, inquit, *per auctoritatem Rom. Pontificis, ex Præfecto Palatii Rex constitutus est.*

3 Aimoinus lib. 4. cap. 61. de gestis Francorum: *Pontifex*, inquit, *data auctoritate sua, jussit Pipinum Regem institui.*

4 Rhegino lib. 2. Chronici: *Zacharias*, inquit, *per auctoritatem Apostolicam jussit Pipinum Regem creari, & sanctæ unctionis oleo inungi.*

5 Lambertus Schaphnaburgensis, in hist. *Pipinus*, inquit, *decreto Zachariæ Papæ per unctionem sancti Bonifacii Rex appellatus est.*

6 Sigebertus in Chronico, *Anno*, inquit, 750. *Pipinus Princeps auctoritate Apostolica, & Francorum electione à S. Bonifacio in Regem consecratur, & anno 752. iterum inungitur in Regem à Stephano Papa.*

7 Hermannus Contractus, in Chronico, *Anno*, inquit, 752. *Pipinus auctoritate Stephani Papæ detonso, ac deposito Rege Hilderico Rex Francorum factus est.*

8 Marianus Scotus lib. 3. Chronici, *Zacharias*, inquit, *Papa ex auctoritate S. Petri Apostoli mandat populo Francorum, ut Pipinus, qui potestate Regia utebatur, etiam nominis dignitate frueretur. Ita Hildericus Rex, qui ultimus Merovingorum Francis imperabat, depositus, & in monasterium missus est.*

9 Abbas Urspergensis in Chronico, *Anno*, inquit, 750. *Pipinus per auctoritatem Zachariæ Papæ more Francorum electus ad Regnum per manus sancti Bonifacii elevatus est in Regni solium.* Et infrà, *Stephanus Papa Pipinum sacra unctione in Regiæ dignitatis honore confirmavit.*

10 Otho Frisingensis lib. 5. hist. cap. 22. *Auctoritate*, inquit, *Zachariæ Papæ Pipinus ad Regnum eligitur.*

11 Albertus Krantzius lib. 1. Metropolis cap. 14. *Meritò*, inquit, *Summus Pontifex, & Gallorum Rex mutuis se attollunt favoribus: quando ab initio hæc Sedes domui Caroli hoc præstitit, ut Regiam haberet dignitatem.*

12 Paulus Æmilius in Childerico, *Zacharias*, inquit, *Francos sacramenti Regi Childerico dicto solvit: hique conventu habito Regem Pipinum salutaverunt.*

Habemus duodecim testes, quorum aliqui auctoritate Pontificis, alii auctoritate Apostolica, alii auctoritate sancti Petri, alii decreto Papæ Childericum depositum, & Pipinum exaltatum testantur, postremus scribit, non ausos Francos Pipinum Regem salutare, nisi prius sacramento per Pontificem solverentur, quo Regi Childerico tenebantur: & tamen Barclajus solita temeritate negat, auctoritate,

vel

vel decreto Pontificis id esse factum. Hoc solùm superarat, ut cum Matthia Illyrico, nostri temporis hæretico notissimo, & historico mendacissimo diceret, mendacium, ac figmentum esse, quod nostri affirmant, à Zacharia Pontifice Regnum Francorum à Childerico in Pipinum esse translatum, Vide Illyricum initio libri, de translatione Imperii.

E P I L O G U S.

CUM Exempla sex Barclajus frustra refutare tentasset; reliqua sex, quæ supererant, aut volens prætermisit, quòd ea clariora esse intelligeret, quàm ut cavillationum suarum tenebris obscurari possent: aut morte præventus inchoatum opus dimittere coactus est invitus. Utcumque sit, defunctus opere, & vita apud eum Judicem constitutus est, quem nemo potest fallere, & apud quem Principum gratia neminem juvat. Ego verò, qui ad tribu-
nal ejusdem supremi Judicis brevi si
bona conscientia testari me posse
me scriptum in gratiam, nihil in
quod verum existimavi, quod ab
quod ante me plurimi non solùm
Sancti scripserunt. Neque ultrò in
scendi, sed lacessitus ab homine m
ctus sum defendere senex, quod scri
si Pontificiam potestatem, & scrip
di, ut oportebat, quod efficere ve
Deo, in cujus manu sumus nos,
stri, gratias humillimas ago: sin e
in aliquo, aut in multis, pro hum
defeci, ab illo veniam peto, qu
est, & multus in misericordia omn
eum. Ecclesiæ quoque, & ipsius
cis, Christi Vicarii censuræ non
pusculum, sed omnia scripta mea
lens submitto.

Finis hujus Tractatus.

INDEX CAPITUM HUJUS TRACTATUS.

FINIS.

APOLOGIA
ROBERTI BELLARMI
S. R. E. CARDINALIS

PRO RESPONSIONE SUA

AD LIBRUM JACO
MAGNÆ BRITANNIÆ REG

CUJUS TITULUS EST,

Triplici nodo triplex cuneus;

IN QUA APOLOGIA REFELLI
Præfatio Monitoria Regis ejusdem.

Accessit eadem ipsa Responsio iterum recusa, quæ sub nom MATTHÆI TORTI Anno superiore prodierat.



RUDOLFO SECUNDO I
CÆSARI SEMPER AUGUST(

Cæterisque Regibus, ac Principibus, qui Deum Patrem, & E
Catholicam Matrem agnoscunt, Dominis suis clementissin

ROBERTUS CARDINALIS BELLARM
Felicitatem à Domino sempiternam precatur:



NTE annos circiter tres Jacobus Magnæ Britanniæ mentum subditis suis Anglis Catholicis suscipiendum in quo sub specie fidelitatis, quæ Principibus debetu fidei Catholicæ abnegatio continebatur. Admonitu Summus Pontifex PAULUS V. ad quem sollicitu Ecclesiarum pertinet, pro suo pastorali munere bina forma Brevis, ad Anglos Catholicos dedit, instruens cens, ut caverent insidias; juramentum enim illud sine pernicie anii cipi non posse. Et quoniam Archipresbyter Anglorum, qui cæteri debuerat ad periculum vitandum, primus in foveam cecidit; ego ac quo mihi olim necessitudo intercesserat, exhortatoriam Epistolam sc officia pietatis cùm ad Regem delata fuissent, mirum in modum ej pupugerunt. Itaque librum edidit, tacito nomine auctoris, quo & B mi Pontificis, & Epistolam meam vehementer exagitavit. Libri insc Triplici nodo triplex cuneus. Ad eum librum, cùm primùm is ad n pervenit, breviter, & modestè respondere studui; ne fortè libellus ctum illum nobis eriperet, quem Brevia Summi Pastoris, & Epist animis fidelium Anglorum gignere cœperant. Quia verò regius liber ctoris non præferebat; visum etiam mihi est justis de causis, nomen tegere, ut tamen juxta regulas Ecclesiasticas nomen alicujus docti vi reret, qui, si opus esset, de libro edito rationem redderet. Hanc m fariam defensionem Rex in deteriorem partem interpretatus, excar fusque in arenam descendens, non solùm priorem libellum recudi ju ctorem professus; sed etiam addidit monitoriam præfationem, qua sionem meam carpit potiùs, quàm refellit, ut simul Majestates, & C Vestras ad perfidiam sollicitare, atque ab Ecclesiæ Catholicæ compl here, & ad sinum adulteræ pellicere non dubitaverit. Ego igitur hanc meam, qua præfationem monitoriam, & refutationem libri lere statui, Vobis Reges, & Principes Orthodoxi, & potentissimi, esse censui: non ut antidotum contra venenum propinem, quo Maj Celsitudines Vestras in recta fide fundatas, & radicatas nequaquam tissimè scio; sed quia cùm in tota præfatione, atque adeò in toto regi pungar, ego carpar, ego apud Majestates, & Celsitudines Vestras ir adducar, æquum est, ut apud easdem ipse me defendam, & script rationem reddam, & simul (quod Sacerdotum Domini proprium off dogmata Sanctissimæ nostræ fidei impugnantibus pro viribus resista debet novum, aut insolens videri, quòd scribamus adversus Regem libellos, ubi necessitas fidei id requirit, cùm extent libri non pauci v piscoporum, majorum nostrorum, Hilarii Episcopi Pictaviensis, & I piscopi Calaritani adversus Constantium Imperatorem hæreticum; C piscopi Nazianzeni, & Cyrilli Episcopi Alexandrini adversus Juliar ratorem Apostatam. Aggrediar igitur, vestra bona venia, Præfatior toriam excutere, atque ab inscriptione principium faciam.

CAPITA HUJUS APOLOGIÆ,

Et quæ præcipua ſunt in adjuncta Reſponſione.

CAPUT PRIMUM.
DE
INSCRIPTIONE PRÆFATIC



ACRATISSIMO atque invictissimo Principi, ac Domino Rudolpho II. Roman. Imper. semper Augusto: Serenissimis, atque potentissimis Christiani Orbis Monarchis, ac Regibus, Illustrissimis celsissimisque Principibus, Rebuspublicis atque Ordinibus: Fratribus, Consanguineis, affinibus, fœderatis, atque amicis carissimis: Jacobus Dei gratia magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, fidei verè Christianæ, Catholicæ, Apostolicæ, veterisque ac primitivæ Ecclesiæ, tot Episcoporum, aliorumque fidelium martyrii gloria coronatorum sanguine illustris, propagator, ac defensor: in Christo Jesu omnium nostrum Salvatore, ac mediatore unico, salutem, felicitatemque perpetuam.

Hæc inscriptio, quod attinet ad fidem, ab omni parte falsa esse convincitur. Primùm enim (a) fides, quam Rex defendit, non potest esse verè Christiana, nisi Christi verba sint falsa. Damnat Rex in hac ipsa præfatione pag. 42. transubstantiationem panis in corpus Christi; & tamen Christus ipse accepto pane dixit: *Hoc est corpus meum*: testibus Matth. cap. 26. Marco cap. 14. Luca cap. 22. Paulo 1. Corinth. 11. Neque fieri potest, ut verba illa Christi sint vera, nisi per conversionem, & transmutationem, quam Ecclesia Catholica proprio vocabulo transubstantiationem vocat, ut rectè docet Conc. Trid. sess. 13. cap. 4.

Negat Rex pag. 48. primatum Apostoli Petri, & tamen Dominus Joan. 21. non semel, sed tertiò dixit: *Simon Joannis diligis me plus his?* Et respondente Petro: *Domine tu scis quia amo te*: subjunxit, *Pasce oves meas*; ubi nemo negare potest S. Petrum factum esse Pastorem omnium fidelium, & ipsorum etiam Apostolorum, nisi neget fideles omnes, & ipsos etiam Apostolos fuisse oves Christi: quem locum fusè tractavi, & expendi, lib. 1. de summo Pontifice cap. 14. 15. & 16.

Affirmat Rex pag. 56. Romanum Pontificem esse Antichristum. At Christus Joan. 5. dixit ad Judæos: *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me, (b) si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Ex quo loco colligunt Sancti Patres Augustinus, Chrysostomus, & Cyrillus in hunc locum, necnon Irenæus lib. 5. adversus hæreses, Ambrosius in Comment. 2. Thessal. 2. Hieronymus in epist. ad Algasiam quæst. 11. Antichristum recipiendum esse à Judæis, ut Messiam. Satis autem constat Romanum Pontificem à Judæis numquam habitum esse pro Messia: proinde ex sententia Christi, Antichristum non esse.

Omitto cætera, quæ Rex in hac præfatione damnat, vel negat, ut Intercessionem Sanctorum, Missam, Purgatorium, Indulgentias, & similia, quæ qui negat, eum Catholicum Christianum non esse fideles omnes, non solùm docti, sed etiam idiotæ sciunt, & profitentur.

Deinde, quòd (c) fides, quam Rex defendit, non possit jure dici Catholica; intelligi potest ex definitione, quam tradit Vincentius Lirinensis in Commoni-

torio adversus prophanas vocum novit.
dicit esse Catholicum, quod semper,
ditum est. Certè autem per mille qui
ne nomen quidem Protestantium audi
de omnibus articulis novis, quos Rex
putationem suscipiamus: ille certè pri
prius Anglorum de primatu Regis in
quem articulum Rex ipse potissimùm
defendere nititur, adeò recens est, ut
ejus nostro tempore vixerit, Henricus
vus Rex Anglorum: ipse primus abne
Summi Pontificis, se caput Ecclesiæ
minari, & agnosci voluit. Cujus rei te
ejus temporis historici, Joannes Coch
vita Martini Lutheri, Laurentius Su
nostri temporis, & alii multi. Sed
præterire non possum, qui scribit ea
fuit; Is est Mauritius Channei Anglu
in libro de vita & martyrio Carthus
cujus hæc sunt verba.

(d) In principio anni Domini 1535. *d*
Regem Angliæ, & in celebri actu parla
tum, ut omnes auctoritatem, & obedientia
bant Domino Papæ, & cuique alii superio
abrenunciarent, & ipsum Regem, ut sup
clesiæ, tam in spiritualibus, quàm in tem
ramenti attestatione susciperent: contradic
quam rei læsæ Majestatis haberentur, & aq
rentur. Et cap. 10. scribit, missum fuis
Crovvell cum aliquot consiliariis ad
Carthusianos in turri Londinensi carc
proponeret decretum parlamenti, quo
ctoritati Domini Papæ renunciare, &
in caput Ecclesiæ recipere.

Cumque, inquit, respondissent P
consensuros omnibus, quæ, & in qua
permiserit; subjunxit ille: (e) Nulla
admittam, sive lex divina permiserit,
plicaverunt nostri beatissimi Patres,
tholicam aliter semper tenuisse, ac doc
dit ille, Non curo Ecclesiam, vultis
non? Dixerunt illi, se propter timore
sos esse contraire, ac deserere Ecclesia
Hæc ille, qui satis apertè nos docuit,
do initium habuerit nova hæc fides An
Rex hoc loco Catholicam nominat. Q
Catholica est, idest, semper credita,
millesimum quingentesimum trigesimu
dita non est? vel si nova non est, se
sancti illi martyres novitatem ejus ita
ut dicerent Ecclesiam Catholicam se
nuisse: & ob timorem Domini crudeli
maluerunt, quàm novum istud dogma
tæ fidei contrarium recipere?

Neque solùm fides ista Regis non
quia non semper credita, sed etiam (f
que credita. Fides enim verè Catholi
postolicæ Prædicationis in universo m
crescere, & fructificare cœpit: sic enim

a) *Fides Protestantium Anglorum non est verè Christiana.* (b) *Judæi Antichristum pro suo Messia recipient.* (c) *Fides Pro*
non est verè Catholica. (d) *Quando cœpit hæresis Anglicana.* (e) *Heretici non magni faciunt legem divinam, quando*
prædicat. (f) *Alia ratio, cur fides Protestantium non possit dici Catholica.*

ſtolus ad Coloſſ. 1. *In universo mundo*, inquit, *est verbum veritatis Evangelii, & fructificat, & crescit*. Et ad Roman. 1. *fides*, inquit, *vestra annunciatur in universo mundo*. Neque huic veritati repugnat, quòd hæreſes quoque in univerſo mundo ſunt: nam ut S. Auguſtinus ſcribit in lib. de Paſtoribus cap. 8. hoc intereſt inter fidem Catholicam, & hæreſes, quòd fides Catholica in univerſo mundo eadem eſt, hæreſes autem in univerſo mundo non eædem, ſed diverſiſſimæ ſunt, ac per hoc nulla eorum Catholica dici poteſt.

Certè Romanæ Eccleſiæ fides, ut verè, proprieque Catholica eadem eſt in Europa; eadem eſt in Aſia; eadem in Africa, eadem in Orbe nuper invento; eadem in Monte Libano; eadem in America, eadem apud ultimos Japones. Contra verò hæreſes Neſtorii & Eutychetis Orientis loca quædam occupant; ad Occidentem non pertinent. Hæreſes Lutheranæ Septentrionis angulum poſſident, mare non tranſierunt; Aſiam, & Africam non attigerunt; ad Græciam appellere conatæ cum ignominia repulſæ ſunt. Sed neque una eſt fides Lutheranorum, ſed multæ, atque adeò inter ſe contrariæ, ut aliæ alias hæreticas vocent.

Porrò fides Anglorum de primatu Regis in ſpiritualibus adeò Catholica dici non poteſt, ut ne unius quidem Regni fides dici poſſit, cùm in ipſa Britannia magna ſit multitudo Puritanorum, qui Calvinum auctorem ſequuti, primatum Eccleſiaſticum, non ad Regem, ſed ad Senatum Miniſtrorum pertinere contendant. (a) Calvinus enim lib. 4. Inſtitut. cap. 6. §. 9. cùm docuiſſet Monarchiam non eſſe optimum regimen; addidit, etiam ſi eſſet in politica adminiſtratione regimen optimum monarchia; tamen in Eccleſia non eſſe: neque ullum hominem dici debere caput Eccleſiæ, non ſolùm principale, ſed neque miniſteriale. Et eodem lib. 4. cap. 11. §. 13. docet, in cauſis Eccleſiaſticis non eſſe Imperatorem idoneum cognitorem, ac propterea vehementer laudat S. Ambroſium, quòd vocatus ad Palatium ad conferendum de fide coram Imperatore, omnino accedere recuſaverit. Et eodem lib. 4. cap. 20. §. 7. diſertis verbis dicit, Regis officium apoſtolicum munus non eſſe: ſollicitudinem autem Eccleſiarum ad Apoſtolicum munus in primis pertinere docet Apoſtolus, 1. Corinth. 12. & 2. Corinth. 11. Et idem Apoſtolus apud Lucam Act. 20. dicit, Epiſcopos à Deo poſitos Eccleſiam regere. Sed apertiſſimè in cap. 6. Amos, invehitur in eos, qui Henricum VIII. Eccleſiæ caput appellant.

Quòd autem Puritani non admittant primatum Regis in ſpiritualibus, docet ipſe idem Rex in opere quod inſcripſit, ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ ΔΩΡΟΝ. Nam lib. 2. pag. 43. dicit, eos paritatem quandam, & æqualitatem in Eccleſiam inducere. Et in hac ipſa præfatione pag. 48. *Inconfusam*, inquit, *illam Anarchiam, & paritatem Puritanorum invectus sum, ut ex* ΒΑΣΙΛΙΚΩ *meo* ΔΩΡΩ *satis constat*. Quare cùm fides, quam Rex defendit ante paucos annos nata anguſtiſſimis limitibus contineatur, non Catholica, ideſt, vetus, & univerſalis; ſed nova, & particularis nominari debet.

Quòd verò (b) Apoſtolica (quod nomen fidei ſuæ tertio loco Rex tribuit) nullo jure appellanda; ſed apoſtatica omni jure nominanda ſit; ex eo manifeſtè convincitur, quòd fides, quæ nunc in Anglia viget, ſeminatores habuerit Bucerum, & Petrum Martyrem Vermilium, utrumque apoſtatam. Primi autem in Scotia everſores Catholicæ fidei, & hæreſis ſatores fuerunt viri quidam factioſi, & turbulenti, quos Apoſtolos nominare ſcelus maximum eſſet. Neque de hac re mihi fidem haberi volo, ſed Regi: ſic enim ille ſcribit in Baſilico ſuo Doro lib. 2. pag. 40. & 41.

Reformata religio in hanc nostram Scotiam divino planè miraculo introducta est: nam cum multa in illo negotio à concitata multitudine temerè fierent, & perturbatè, multi etiam cupiditatum suarum turbine abrepti, cæco animi impetu, & nullo judicio ad opus illud Dei peragendum ferebantur; Et paulò poſt. *In illa & rerum, & temporum confusione orti sunt quidam ignea natura concionatores, qui eo potentia apud populum provehebantur, ut dulcedinem jam Imperii degustantes, inciperent nescio quam Democraticæ Reip. formam sibi somniare.*

Itaque reformata religio, ideſt, Catholicæ religionis everſio, ipſo Rege teſte, ab hominibus temerariis, cupidis, ſine judicio, cæco impetu, principatum, atque imperium ambientibus, in Scotia introducta eſt. Mirum eſt autem valdè, quod Rex reformationem religionis, ac non potius deformationem appellet, quam ab hominibus cæcis, temerariis, cupidis, ambitioſis, ideſt, nulla forma virtutis præditis, & multitudine vitiorum deformatis introductam eſſe concedit.

Dicet fortaſsè, divino miraculo, per homines deformatos omni genere vitiorum, & qui ab Apoſtolorum virtutibus longiſſimè abſint, Apoſtolicam fidem in Scotia reſtitutam fuiſſe.

At nos contra ſcimus, divinam legem per Moſem, & Prophetas, viros ſanctiſſimos introductam; Evangelium Chriſti per Apoſtolos, qui Spiritus Sancti donis omnibus abundabant, Mundo prædicatum; Cœtus hominum reformatos, quos ordines religioſos appellamus, per homines excellenti virtute præditos, inſtitutos. Nova iſta miracula, quibus colliguntur de ſpinis uvæ, & de tribulis ficus, ideſt, à deformatis reformatio, & ab Apoſtatis Apoſtolica Religio, Eccleſia verè Chriſtiana non novit. Sed de hac re in ſequenti diſputatione plura dicemus.

Sequitur igitur, ut oſtendamus (c) fidem, quam Rex defendit, non eſſe veteris, ac primitivæ Eccleſiæ, Martyrum ſanguine illuſtris, fidem. Hæc enim eſt quarta laus, quam Rex fidei ſuæ in inſcriptione attribuit. Non eſſe autem fidem Regis Anglorum, fidem Eccleſiæ veteris, ac per hoc neque eſſe verè Chriſtianam, neque Catholicam, neque Apoſtolicam; ex iis quæ Rex in hac ipſa præfatione docet, nullo negotio demonſtrabimus.

Scribit enim Rex pag. 38. admittere ſe, præter Scripturas ſanctas, tria Symbola, Apoſtolicum, Nicenum, & S. Athanaſii; quatuor prima Concilia generalia; & quæ Sancti Patres, quadringentis (in Anglico quingentis) poſt Chriſtum annis unanimi conſenſu docuerunt. Deinde pag. 42. damnat Interceſſionem Sanctorum, Reliquiarum venerationem, quam intolerabilem idololatriam vocat, Miſſas privatas, tranſubſtantiationem, & alia id genus multa; ut etiam pag. 46. Purgatorium, Indulgentias, Satisfactiones pro defunctis, & ſimilia.

Accipiam (d) interceſſionem Sanctorum, cum reliquiarum veneratione; quæ ſi oſtendere potuero, à Patribus, qui primis quadringentis, vel quingentis annis floruerunt, unanimi conſenſu approbari; ſimul effecero, fidem Regis Anglorum non eſſe fidem veteris, & primitivæ Eccleſiæ, ſed figmenta, & hæreſes Novatorum.

Primum igitur Concilium quartum generale, in quo 630. Epiſcopi interfuerunt, & quod ab ipſo Rege cum honore ſuſcipitur, ita loquitur act. 11. *Flavianus post mortem vivit, Martyr pro nobis oret*. Et in Epiſtola Epiſcoporum Europæ ad Leonem Imperatorem, quæ tempo-

(a) *Calvinus repugnat Calvinistis Anglicanis, qui protestantes dicuntur.* (b) *Fides Protestantium Anglorum non est verè Apostolica.*
(c) *Fides Protestantium Anglorum non est fides veteris Ecclesiæ, sed recens adinventio.* (d) *Intercessionem Sanctorum, & venerationem Reliquiarum admittit vetus Ecclesia orientalis.*

tempore ejuſdem Concilii ſcripta eſt: *Sanctiſſimum verò Proterium in Choro, & Ordine Sanctorum Martyrum ponimus, & ejus interceſſione miſericordem, & propitium Deum habere poſtulamus*. Qui ergo recipit Concilium quartum, quod omnium maximum, & frequentiſſimum fuit, cur interceſſionem Sanctorum cum illo non recipit?

Sanctus Baſilius verè Magnus in Oratione in 40. Martyres: *Qui*, inquit, *aliqua premitur anguſtia, ad hos confugiat; qui rurſus lætatur, hos oret: ille ut à malis liberetur, hic ut duret in rebus lætis*. Idem de reliquiis Sanctorum eorundem, quæ per totam eam regionem diviſæ erant: *Hi ſunt*, inquit, *qui noſtram regionem adminiſtrant, & veluti turres quædam cohærentes ſecuritatem ab hoſtium incurſu exhibent, non uno loco ſeipſos includentes, ſed multis jam locis hoſpites facti, & multas patrias exornantes*. Idem in oratione in Pſalm. 115. *Qui contingit*, inquit, *oſſa Martyrum, quandam ſanctificationis ſocietatem aſſumit ex gratia corpori inſidente*. Hæc ille. Quid ni igitur veneremur Sanctorum reliquias, unde tanta bona nobis proveniunt? vide eundem Baſilium Oratione in Mamantem, & Oratione in Julittam.

Sanctus Gregorius Nyſſenus Sancti Baſilii frater, Oratione in Sanctum Theodorum, *Intercede*, inquit, *ac deprecare pro patria apud communem Regem, & Dominum*. Et infrà. *Quòd ſi majori opus fuerit deprecatione, & advocatione, fratrum tuorum Martyrum coge Chorum, & cum omnibus unà deprecare, admone Petrum, excita Paulum, Joannem Theologum, ac diſcipulum dilectum*. Idem in eadem Oratione de reliquiis loquens: *Corpus*, inquit, *venerandum, & immaculatum ipſius inſtrumentum, cum multo honore, & cultu compoſitum, atque ornatum, in auguſta, ſacroque loco ſitum eſt*. Hæc ille, qui etiam addit, pulverem ipſum, qui circa conditorium reliquiarum reperitur, pro magno munere à piis peregrinis rapi conſueviſſe. Tanta erat in primitiva illa Eccleſia erga ſacra pignora piorum devotio, quam Rex intolerabilem idololatriam eſſe dicit, & tamen fidei primitivæ Eccleſiæ defenſorem ſe facit.

S. Gregorius Nazianzenus orat. in S. Cyprianum, *Tu*, inquit, *è ſupernis nos reſpice, & populum hunc ſanctum dirige, &c.* Et ibidem, refert certamen Sanctæ cujuſdam Virginis pro caſtitate: *Virginem*, inquit, *Mariam rogavit, ut periclitanti Virgini opem ferret*; ac paulò poſt refert, eam fuiſſe exauditam: *Vicit*, inquit, *virgo, vincitur Dæmon*. Idem in Oratione prima in Julianum Imperatorem Apoſtatam, arguit eum, quod Sanctorum Martyrum reliquias non coleret, cùm Deorum falſorum monumenta veneraretur: *Hæc*, inquit, *non colis, ſed contemnis, & aſpernaris, qui Herculis rogum ex calamitate, injuriiſque muliebribus illatis excitatum admiraris*.

Euſebius Cæſarienſis in lib. 13. de Præpar. Evangel. cap. 7. Explicans ritum Eccleſiæ veteris: *Hæc*, inquit, *nos quotidie factitamus, qui verè pietatis milites, ut Dei amicos honorantes, ad monumenta quoque illorum accedimus, votaque ipſis facimus, quorum interceſſione ad Deum non parum juvari profitemur*.

S. Joan. Chryſoſtomus homil. 66. ad populum Antiochenum: *Nam*, inquit, *& ipſe, qui purpuram indutus eſt, accedit illa complexurus ſepulchra, & faſtu depoſito ſtat Sanctos ſupplicaturus, ut pro ſe apud Deum intercedant*. Ubi prædicat gloriam Sanctorum Martyrum ex eo, quod non ſolùm populus, ſed etiam Imperator ad reliquias eorum accederet, & Sanctis ipſis ſupplicaret. Idem in libro adverſus Gentiles, loquens de reliquiis Sancti Babylæ: *Sententia*, inquit, *noſtra abun-*

dè fidem faciunt, quæ quotidiana à [...]
miracula. Et in Oratione de Sancti[...]
Maximo: *Sæpius*, inquit, *illos inviſa*[...]
remus, magnaque fide reliquias eorum co[...]
de benedictionem aliquam aſſequamur.
Rex dicet? Si Patres veteris Eccleſiæ [...]
ctorum tumulos adoremus; Quomo[...]
Eccleſiæ fidem retinet, & interim di[...]
adoratio intolerabilis Idololatria eſt?

S. Ephrem in ſerm. de laudibus Sa[...]
rum: *Precamur*, inquit, *beatiſſimi Ma*[...]
bis miſeris, & peccatoribus Dominum int[...]
ni, ut ſuperveniat in nos gratia Chriſti.

Beatus Cyrillus Hieroſolymitanus [...]
ſtagogica: *Cùm hoc ſacrificium*, inqui[...]
cimus mentionem eorum, qui ante nos [...]
mum Patriarcharum, Prophetarum, Apo[...]
tyrum, ut Deus orationibus illorum ſu[...]
ſtras. Et Catecheſi 18. *Ut autem non* [...]
ctorum honorentur, credaturque quòd e[...]
mortuorum meſt virtus, ſeu potentia; [...]
Eliſæi mortuus, mortuumque Propheta [...]
viſicatus eſt. Hæc ille, qui inde pro[...]
ctorum honoranda eſſe, & non ſoli[...]
que hi quidem Græci Patres ſunt, [...]
na ad ætatem illam pertinentia, qua[...]
ut Patres (*a*) Eccleſiæ veteris, & p[...]
telligantur. Addamus nunc teſtimon[...]
norum ætatis ejuſdem.

Sanctus Ambroſius in libro de V[...]
di, inquit, *ſunt Angeli, qui nobis* [...]
ſunt, Martyres obſecrandi, quorum [...]
dam corporis pignore patrocinium vindi[...]
peccatis rogare noſtris, qui proprio ſang[...]
habuerunt peccata, laverunt. Iſti enim [...]
res, noſtri Præſules, ſpeculatores vitæ [...]
rum. Non erubeſcamus eos interceſſores [...]
tis adhibere: quia ipſi infirmitatem corpo[...]
cerent, cognoverunt. Idem in ſerm. 93.
ctis Nazario, & Celſo ſatis fusè com[...]
rum cultum, qui Regi Angliæ Idolo[...]
ſi dicas mihi, inquit, quid honoras [...]
ſoluta atque conſumpta? honoro in [...]
exceptas pro Chriſti nomine cicatric[...]
ventis memoriam perennitate virtutis[...]
neribus ſemina æternitatis: honoro c[...]
hi Dominum oſtendit diligere, quod [...]
minum docuit mortem non timere.
honorent corpus illud fideles, quo[...]
Dæmones? quod & afflixerunt in tu[...]
rificant in ſepulchro? honoro itaque[...]
Chriſtum honoravit in gladio, quod [...]
gnabit in Cœlo.

Sanctus Hieronymus in Epitaphio [...]
Vale, inquit, *ò Paula, & cultoris tui* [...]
tem orationibus juva: fides & opera tua [...]
præſens facilius quod poſtulas impetrabis.
verſus Vigilantium, qui eo nomine [...]
tus eſt in veteri Eccleſia, quòd reli[...]
improbaret: *Dolet*, inquit, *Martyrum* [...]
operiri velamine, & non vel pannis, v[...]
ri, vel projici in ſterquilinium; ut ſolus [...]
vel dormiens adoretur. Idem in Epiſt.
hortatoria, ut commigret Bethleem, [...]
ejus loci commemorat, poſſe Sancti [...]
ſtæ, Heliſæi, atque Abdiæ cineres [...]
num Idololatriam, ſed pium cultu[...]
adorationem reliquiarum; quia non

(a) [illegible] *Eccleſiæ Occidentalis*.

rationis esse multa genera, & aliam Deo soli, aliam rebus sacris deberi.

Ruffinus ejusdem temporis auctor lib. 2. hist. cap. 33. de (a) Theodosio Imperatore sic loquitur: *Circuibat cum Sacerdotibus, & populo omnia Orationum loca: ante Martyrum, & Apostolorum thecas jacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida Sanctorum intercessione poscebat.* Hæc ille; nec vana fides: obtinuit enim adversus Eugenium Tyrannum Theodosius victoriam incredibilem non viribus militum, sed præsidio Sanctorum, quos fideliter imploraverat. Hunc pium Imperatorem, reliquiarum adoratorem, & Sanctorum invocatorem Rex Anglorum idololatram vocare non dubitabit, & tamen edoctum scimus à Sacerdotibus Ecclesiæ veteris, & à Deo ita dilectum, ut propter hanc victoriam scripserit ille:

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

S. Maximus in serm. de S. Agnete, *Itaque,* inquit, *ò splendida Christo, pulchra Dei filio, & omnibus Angelis, ut nostri meminisse digneris, quibus possumus precibus exoramus.* Idem in serm. de Sanctis Octavio, Adventore, & Solutore: *Cuncti,* inquit, *Martyres devotissimè percolendi sunt, sed ii præcipuè venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus.*

Sanctus Gaudentius Episcopus Brixiæ in tractatu de Dedicatione Basilicæ multa scribit de cultu reliquiarum, ac inter alia: *Ut venerandas,* inquit, *Sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit; deinde ut hanc honori earum Basilicam fundare valeremus, ipse largitus est &c.* Ubi vides, tam fecisse reliquias Sanctorum Ecclesiæ veteris Patres, ut earum honori etiam Basilicæ conderentur.

S. Paulinus in Epistola 12. ad Severum invocat his versibus Sanctum Clarum.

Hæc peccatorum bonus accipe vota rogantum,
Ut sis Paulini, Therasiaque memor.

Idem in tertio natali S. Felicis martyris, inquit,

Ad tumulum debes, & terra coronas.

Et ibidem de reliquiis Apostolorum loquens ait:

Nam prius Imperio tantùm, & victricibus armis,
Nunc & Apostolicis terrarum es prima sepulchris.

Prudentius ejusdem ætatis nobilis poeta Christianus in hymno de S. Laurentio.

O ter quaterque ò septies
Beatus Urbis incola,
Qui te ac tuorum comminus
Sedem celebrat ossium,
Cui propter advolvi licet
Qui fletibus spargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmure.
Vix fama nota est abditis,
Quàm plena Sanctis Roma sit:
Quàm dives Urbanum solum
Sacris sepulchris floreat.

Multa similia in singulis propè hymnis de Sanctorum reliquiis, & invocatione scribit.

S. Augustinus serm. 17. de verbis Apostoli: *Habet,* inquit, *Ecclesiastica disciplina, quod fideles noverunt cum Martyres eo loco recitant ad Altare Dei, ubi non pro ipsis oretur, pro cæteris autem defunctis oretur; injuria enim est orare pro Martyre, cujus nos debemus orationibus commendare.* Similis locus habetur tract. 84. in Joan. quibus locis non solùm intercessionis Sanctorum meminit Sanctus Doctor, sed etiam orationis pro defunctis, & altaris, ubi offertur Sacrificium Missæ: quæ non minus damnat Rex, quàm invocationem Sanctorum. Idem Pater in Epist. 103. ad Quintianum: *Portant,* inquit, *reliquias beatissimi, & gloriosissimi martyris Stephani, quas non ignorat Sanctitas Vestra, sicut & nos fecimus, quàm convenienter honorare debeatis.* Idem in lib. 22. de Civitate Dei cap. 8. fusissimè commemorat miracula, quæ Deus suo tempore demonstrabat per invocationem Sanctorum ad eorum reliquias, vel memorias.

Hæc sunt testimonia veteris Ecclesiæ Græcæ, & Latinæ primorum 500. annorum post Christi Ascensionem in cœlum, de intercessione Sanctorum, & reliquiarum cultu. In promptu autem esset similia testimonia adscribere de cæteris dogmatibus, quæ Rex negat, aut damnat: sed quia hæc habentur tum in nostris libris Controversiarum, tum in scriptis multorum aliorum Catholicorum Doctorum: parco labori & lectorum, & meo. Volui enim ex uno saltem dogmate constare, fidem, quam Rex defendit, non esse veteris Ecclesiæ, ut ipse in inscriptione dicit.

At inquiet, multa docentur in Anglia, & Scotia à Ministris, quæ sunt communia veteri Ecclesiæ, atque ea potissimùm, quæ in Symbolo fidei, & decretis quatuor primorum Conciliorum continentur. Ita est, sed quæstio inter Catholicos, & Protestantes non est, utrum nihil omnino eorum, quæ protestantes docent, habeatur in libris veterum; sed utrum ea, in quibus dissentimus, ut intercessio Sanctorum, Reliquiarum cultus, oratio pro defunctis, Primatus S. Petri, Purgatorium, & similia recepta, & probata sint à veteri Ecclesia, ut à nobis recipiuntur, & probantur; an rejecta, & improbata, ut à Rege, & ejus prædicatoribus rejiciuntur, & improbantur. Nos autem de uno principali dogmate controverso demonstravimus, receptum, & probatum fuisse ab Ecclesia veteri, ut à nobis recipitur, & probatur: & idem in libris nostris de cæteris controversis dogmatibus manifestum fecimus. Itaque nos cum Ecclesia veteri in omnibus articulis convenimus: Protestantes verò in paucis conveniunt, in plurimis dissident, in iis videlicet omnibus, in quibus à nobis dissentiunt, proinde fides, quam adversus nos defendunt, non est fides veteris Ecclesiæ, sed hæresis, ut supra diximus, Novatorum.

Restat ut pauca dicamus de vocibus, Propagator, & Defensor, quæ in inscriptione ultimo loco ponuntur. Et quidem ubi Rex fidem propagaverit, vel Evangelium annunciaverit, ignorare me fateor.

(b) Titulum defensoris fidei, quem majusculis litteris hoc loco scribi video, ut etiam in priore pagina, & in Basilico Doro, & alibi, non ignoro, neque ullus est, qui ignoret, à Leone X. Pontifice Maximo delatum Henrico VIII. Angliæ Regi ob librum ab eodem Rege scriptum de Septem Ecclesiæ Sacramentis adversus Lutherum, cæterosque ejus temporis Novatores. Quòd si quæratur, quid nomine fidei in eo titulo significetur; nihil aliud responderi poterit, nisi fidem illam significatam esse, quam prædicabat, qui titulum dedit, & quam profitebatur, qui titulum accepit, & quæ defendebatur in libro, cujus gratia titulus datus, & acceptus est.

Quæ cùm ita sint, non possum non vehementer admirari, cur hunc titulum sibi desumat, qui Romanum Pontificem, à quo titulus datus est, non agnoscit; qui eam fidem damnat, quam profitebatur, qui titulum primus accepit; qui denique non Septem Sacramenta, ob quorum defensionem titulus datus est, sed duo, vel tria tantùm esse contendit.

Quæro præterea, qui titulo isto tam honorifico Regem Angliæ cohonestavit, Christi Vicarius, an Christi

(a) *Theodosius Imper. per intercessionem Sanctorum victoriam maximam obtinuit.* (b) *Titulus Defensoris fidei datus à Leone X. Henrico VIII. non convenit Jacobo I.*

ſti adverſarius fuit? Si Chriſti Vicarius, cur defenſor Chriſtianæ fidei, Chriſti Vicarium non audit? non recipit? non veneratur? Si Chriſti adverſarius, cur Chriſtianus Rex titulo à Chriſti adverſario dato gloriatur? cur characterem Antichriſti gerit? Quomodo enim iſta cohærent, ut quis Romanum Pontificem Antichriſtum eſſe credat, & titulum honoris ab eo datum non exhorreat? Ergo Rex, ſi ſapit, originem hujus tituli apud ſe diligenter cogitet, & facilè intelliget, eum ad ſe minimè pertinere, & apud homines ſapientes plus vanæ oſtentationis habere, quàm ſolidæ dignitatis.

CAPUT II.

Quòd non ſit communis cauſa Regis Anglorum, cum Regibus, & Principibus Orthodoxis, & Catholicis.

INitio ſuæ monitoriæ præfationis conatur Rex Anglorum, communem facere cauſam ſuam cum omnibus Regibus, & Principibus Chriſtianis: *Cauſa*, inquit, *communis agitur, & quæ ad jus, dignitatemque pertinet communem non modò Regum, ſed aliorum etiam quibuſcumque ſuprema eſt à Deo rerum civilium demandata poteſtas.*

Cur autem communis cauſa agatur, unico verbo attingit, cùm ait, hoc libro ſuo contineri Apologiam pro juramento fidelitatis, ex quo intelligi vult, pugnare ſe adverſus Romanum Pontificem pro juramento fidelitatis, quod omnibus Regibus, atque Principibus præſtari debet, & ſolet à ſubditis. Quaſi Pontifex Romanus ejuſmodi juramenta prohibeat, ac velit Reges, & Principes omni poteſtate exuere.

Sed (a) fruſtrà laborat Rex, ut cauſam iſtam communem faciat. Nam neque ſummus Pontifex in Brevibus ſuis ad Catholicos Anglos; neque ego in epiſtola mea ad Archipresbyterum Angliæ, juramentum quodcumque fidelitatis improbavimus; ſed juramentum, quod ſub ſpecie civilis fidelitatis, abnegationem Pontificiæ auctoritatis continebat: neque Reges, & Principes Catholici ita ſibi jurari volunt à populis fidelitatem; ut ſummi Pontificis auctoritas abnegetur. Quæ duo ſi demonſtrare potuero, nemini dubium relinquetur, quin cauſa Regis Angliæ propria ipſius ſit, neque aliquid commune habeat cum cauſa Regum, & Principum Catholicorum.

Quod igitur juramentum, quod Rex Angliæ fidelitatis, & civilis obedientiæ vocat, non ſit juramentum ſimplicis fidelitatis, neque ſolius civilis obedientiæ; perſpicuum eſt ex titulo Edicti, quo juramentum hoc præſcribitur, hic enim eſt titulus: *Ad detegendos & reprimendos Papiſtas*. Finis igitur hujus juramenti non eſt, detegere ſeditioſos, inobedientes, rebelles; ſed Papiſtas, ideſt, eos, qui ſummum Pontificem, ut Chriſti Vicarium venerantur. Neque finis eſt continere populos in ea obedientia, quæ Regibus, & Principibus debetur; ſed reprimere Papiſtas, qui civilem obedientiam Regibus exhibent; ſed noluit Regem agnoſcere caput, vel ſupremum gubernatorem Eccleſiæ in ſpiritualibus; neque volunt primatum Apoſtolicum ſummi Pontificis abnegare. Sed quoniam ea, quæ ad hunc locum pertinent, ſatis copioſè tractavi in reſponſione ad librum Regis, qui inſcribitur, Triplici nodo triplex cuneus; & hæc ipſa reſponſio denuo recuſa hic adjuncta fertur; ad eandem remitto lectorem, ne bis

eadem repetendo, & me, & lect
gem.

Quòd autem Reges, & Principes
lint fidelitatem, & obedientiam à
ctis jurari, & exhiberi; ut ſimul vel
ci Maximo, ut Chriſti Vicario, fid
dientiam conſervari: ex ipſa revere
tia, quam ipſi nuper, de more,
Pontifici Paulo V. publicè per Leg
ampliſſimos exhibuerunt, luce clari

Vidimus enim tota ſpectante Ro
tos Reipub. Lucenſis, deinde Genue
Venetæ, cum ſplendidiſſimo comita
venire, Summi Pontificis pedes deo
pereleganti Oratione reverentiam, &
mine totius Reipublicæ exhibere.
poſt, Regem Hiſpaniarum per Ora
ſtriſſimum, & Excellentiſſimum F
poſt aliquod tempus Regem Franco
rum per Oratorem ſuum Illuſtriſſim
tiſſimum Ducem Nivernenſem, cum
mitatu, eaque nobilium virorum m
tantorum Regum magnificentiam d
Summi Pontificis deoſculari pedes,
verbis per eloquentiſſimos Oratores
& obedientiam præſtare, quæ S. Pe
Principi, ejuſque ſucceſſoribus jure
fuerunt officio ſuo ſupremi, ac liber
ri, quotquot nomine Catholico cen
mani, ſive Galli, ſive Itali; appara
re, ſed pietate, & devotione pari.

Quare ſi Reges, ac Principes o
profitentur obedientiam ſupremo Ec
mano Pontifici, à Chriſtianis omni
exemplo ſuo præeunt populos, quos
runt: Et Pontifex Maximus non mo
juramenta fidelitatis erga Reges,
probat, & laudat; & ad ea ſervand
cenſuris Eccleſiaſticis cogit: quid hab
ſa Regis Anglorum cum cæteris,
primis contendat, ut populos ſuos ab
mi Pontificis avertat, atque eo mo
pore, quod eſt Eccleſia, ſeparet, ac
demergat? Vera eſt enim ſententia i
in epiſt. ad Epiſcopos Provinciæ Vie
huic Sedi Principatum exiſtimat denegan
nullo modo poteſt minuere dignitatem;
ſuperbiæ ſuæ ſemetipſum in inferna deme

Quæ cùm ita ſint, poterat Rex a
nere, quæ in injuriam omnium Cat
pum protulit: *Expergiſcimini igitur,*
neque ſinite ſomno diuturniore incìdas in ſu
univerſorum, auctoritatis veſtræ nervos
Anglorum vigilet, unus ſapiat; cæ
deſipiant univerſi: neque poſſint R
ſuæ nervos integros ſervare, niſi a
ciæ nervos ipſi præcidant. Expergiſ
Anglorum, & verbum Domini dilig
Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & q
Audiat & Apoſtolum Chriſti, qui q
Rom. 13. admonet populos ut ſubje
drant temporalibus poteſtatibus, &
cui debetur vectigal, & tributum
tum; ita eoſdem monet, ad Heb. 13
ritualibus præpoſitis, & ſubjaceant
lant, quaſi rationem pro animabus i

(a) *Fruſtrà conatur Jacobus Rex cauſam ſuam communem facere cum Principibus Orthodoxis.* (b) *Honorifica legation* *Max. cauſa exhibenda reverentia, & præſtanda obedientia, more majorum.*

CAPUT III.

De comparatione Regis, & Pontificis.

INgressurus disputationem Rex, duas rationes reddit, (a) cur in Apologia pro juramento fidelitatis, primùm edita, nomen suum celaverit, nunc autem prodat. Altera ratio est, quòd indignum Majestate sua Regia existimaret sub nomine suo disputationem Theologicam evulgare: cùm ad Reges pertineat scribere potius decreta, & edicta, quàm libros. Id autem probat dicens: *Nam neque me Pontifice ulla ex parte inferiorem esse credo (pace ipsius dixerim) quem eadem ratione Censores meæ apologiæ excusant: eum quippè Brevia strictim, & præcisè conscripsisse; nec rationes, aut argumenta addidisse, quod non sit illius disputare, sed judicare, atque decernere.*

At Censores Apologiæ non dixerunt, non esse Pontificis libros scribere, aut de rebus theologicis disputare. Scimus enim Pontifices aliquos magna cum laude libros doctissimos edidisse: sed Paulum V. Pontificem, cùm Brevia illa ad Anglos misit; non librum, sed epistolam hortatoriam misisse, quæ vicem edicti gereret. Addiderunt etiam, imprudentem fore Principem, qui iniquam actionem prohibere se non posse crederet, nisi librum integrum Philosophorum more conscriberet. Itaque non dixerunt Censores Apologiæ, indignum esse Pontificia, vel Regia Majestate libros Theologicos, vel Philosophicos scribere; sed edita, & decreta Pontificum, vel Regum non esse scribenda more philosophico cum adjunctis rationibus, & argumentis, subtili & longa disputatione.

Sed his omissis, quæ ad rem non multum faciunt, illud omnino præterire non possum, quod Rex ait, (b) nulla ex parte se Pontifice inferiorem esse. Certè enim si ad Ovile Christi se pertinere credit, non potest se non inferiorem illo judicare, cui dictum est à Domino, *Pasce oves meas*: nisi fortè oves Pastore inferiores esse negare voluerit.

Neque ad rem facit, quod ipse in hac præfatione pag. 21. dicit, nihil in se potestatis Pontificem habere, quòd à nobis hæreticus censeatur, Julianoque apostatæ æquetur, extra caulam, gregemque Pontificis esse credatur: proinde eodem jure cum Ethnicis Principibus censendus, in quos nihil posse Pontificem fatemur: hoc, inquam, ad rem non facit; siquidem hæresis, & apostasia privat hæreticos, & apostatas multis bonis, quæ communia sunt fidelibus; sed non privat Pontificem auctoritate, quam in eos habet: alioqui neque punire eos, neque redeuntibus pœnam condonare posset. Et sunt quidem hæretici extra caulam de facto, & in favorabilibus, ut Jureconsulti loquuntur; sed de jure, & in pœnalibus ad eam pertinent, atque ad eam ut redeant compelli jure possunt. Neque fatemur absolutè, (c) Pontificem in Ethnicos Principes nihil posse: sequimur enim Doctrinam S. Thomæ, qui in 2. 2. quæst. 10. art. 10. affirmat, posse infideles Principes per sententiam Ecclesiæ privari in certis casibus dominio quod habent super fideles, ut si terras Christianorum vi occupaverint, vel subditos fideles à fide avertere satagant.

Adde quòd cùm Summus Pontifex multa maxima regna, atque adeò totum Orbem Christianum, & ipsos etiam Reges, & Principes, ut filios Pater, atque ut oves Pastor gubernet, & regat; mirum est, quod is qui in angulo Septentrionis duas Insulas subjectas habet, ita de se præsumat, ut dicat: *Nulla ex parte me Pontifice inferiorem esse credo*. Quod si nulla ex parte inferior est; numeret Reges, & Respublicas, quæ obedientiam illi præstent; quemadmodum nos paulò ante numeravimus Reges, & Respublicas, quæ solemni ritu Paulo V. Pontifici obedientiam præstiterunt.

Neque iste honor exhibetur Summo Pontifici à Regibus tantùm Occidentis; nam Justinus Imperator, venientem ad se Joannem Papam, pronus in terram adoravit, ut Anastasius Bibliothecarius testatur. Justinianus Senior Joannem secundum, caput omnium Ecclesiarum appellavit, ut videre est .l. inter claras, C. de summa Trinitate, & fide Cathol. Scribit etiam Liberatus in Breviario de causa Nestorianorum cap. 22. quo tempore Imperator, Silverium Papam in exilium misit, Episcopum Patarensem adiisse Imperatorem, & contestatum esse divinum judicium; ac dixisse, multos esse Reges, sed nullum talem esse, qualis ille, qui est Papa super Ecclesiam Mundi totius.

Sed si Jacobus Rex nulla ex parte Pontifice inferiorem se esse affirmat; certè non id affirmare poterit de Regibus Angliæ prædecessoribus suis.

Extat Epistola Henrici Secundi ad Alexandrum III. Pontificem in hæc verba: (d) *Sanctissimo Domino suo Alexandro, Dei gratia Catholicæ Ecclesiæ Summo Pontifici, Henricus Rex Angliæ, Dux Northmanniæ, & Aquitaniæ, Comes Andegavensis, & Cenomanensis salutem, & devotæ subjectionis obsequium.* Et infra: *Vestræ jurisdictionis est Angliæ Regnum, & quantum ad feudatarii juris obligationem vobis duntaxat obnoxius teneor, & astringor. Experiatur Anglia quid possit Romanus Pontifex*. Vide Petrum Blesensem epistol. 136. vel Cardinalem Baronium tom. 12. pag. 660.

Extat epist. Aleonoræ Reginæ Angliæ ad Cœlestinum III. ubi hæc leguntur: *Nonne Petro Apostolo, & in eo vobis omne Regnum, omnisque potestas regenda committitur? Benedictus Deus, qui talem potestatem dedit hominibus. Non Rex, non Imperator, aut Dux à jugo vestræ potestatis eximitur.* Vide hæc, & alia multa his similia apud Petrum Bles. epistol. 145. vel apud Card. Baronium eodem tomo pag. 865.

Extat querela Regis Anglorum adversus Regem Franciæ ad Innocentium III. tamquam ad communem judicem, cap. Novit, de Judiciis.

Extat Legatio Richardi Regis Angliæ ad Pontificem Romanum in hæc verba: *Pater Sancte salutat Excellentiam vestram Dominus noster Rex Anglorum Richardus, & postulat sibi justitiam exhiberi de Duce Austriæ.* Vide Matthæum Paris. in historia Anglicana anni Domini 1195.

Extat apud eundem Matthæum Paris. in hist. Anglicana anni Domini 1213. resignatio totius Regni Angliæ, & Hiberniæ facta à Joanne Rege Angliæ de consensu Baronum in manus Innocentii III. Pontificis; & receptio eorundem Regnorum in feudum: ita ut Rex tamquam secundarius Dominus à Romana Ecclesia illa se habere agnoscat; & in signum subjectionis debeant successores eidem Ecclesiæ fidelitatem præstare, & homagium recognoscere: necnon in annos singulos mille marcas sterlingorum eidem Ecclesiæ numerare. Ergo Rex Anglorum ex testimonio, & sententia majorum suorum, non solùm par non est Romano Pontifici; sed duplici jure subjectus, uno communi omnibus Christianis hominibus, ratione Apostolicæ potestatis, quæ in omnes extenditur, juxta illud Ps. 44. *Constitues eos* (Apostolos videlicet) *Principes super omnem terram*: altero proprio ratione directi dominii,

quod

(a) *Cur Rex Jacobus nomen suum non adscripserit Apologiæ pro juramento fidelitatis.* (b) *Non rectè affirmat Jacobus Rex, nulla ex parte se Pontifice Romano inferiorem esse.* (c) *Jurisdictio summi Pontificis ad Hæreticos puniendos extenditur.* (d) *Reges Angliæ olim summo Pontifici auctoritatem super omnem Ecclesiam, & super ipsos Reges, agnoscebant, & confitebantur,*

quod in Regnum Angliæ, & Hyberniæ Romana habet Ecclesia, testibus duobus omni exceptione majoribus Henrico II. & Joanne Regibus.

Quamquam hæc subjectio multo est antiquior, si Polydoro Virgilio credimus: scribit enim lib. 4. hist. Anglicanæ, Inam Regem fuisse primum, qui (a) Regnum Angliæ Summo Pontifici tributarium fecit circa annum Domini740. Idem postea tributum confirmatum anno Domini 775. ab Offa Rege: nec non postea à Rege Atulpho anno Domini 947. Denique à Rege potentissimo Anglorum, & Danorum Canuto, qui regnare cœpit in Anglia anno Domini 1016. Idem tributum confirmatum testatur Ingulphus, qui ante quingentos annos scripsit historiam.

Porrò quod attinet ad (b) Hyberniam, jus longè majus in eam Pontifex habet. Constat enim ab Hadriano IV. Pontifice datam fuisse eam Insulam Henrico II. Regi anno 1156. sub conditionibus multis, quas Reges Angliæ minimè servarunt. Extant de tota hac re testimonia historicorum, Gulielmi Neubrugensis lib. 3. cap. 9. Polydori Virgilii lib. 13. Nicolai Sanderi de Schismate Anglicano ad anno 1542. extant denique litteræ Apostolicæ Joannis XXII. ad Edovardum II. datæ.

CAPUT IV.

De comparatione Regis, & Cardinalis.

Altera ratio, quæ Regem movit, ut Apologiæ suæ nomen suum non adscriberet, fuit imparitas Cardinalis Bellarmini ad Regem Jacobum: sic enim ipse loquitur pag. 5. *Altera tacendi nominis ratio mihi fuit eorum conditio, cum quibus ad disceptandum descendebam. Quamquam enim paucis Pontificia Brevia notabam, mihi tamen id præcipuè laboris dederam, ut Bellarmini litteras ad Blakuvellum refellerem. Neque verò mihi unquam persuasi tantum esse in purpura Cardinalitia dignitatis, ut occurrere Regio fulgori par, ac æmula, & velut æquali Majestate cum eo possit ad certamen componi. Nam & multa millia in subditis habeo, qui splendore natalium Bellarmino non concedant; & hanc illius Ecclesiasticam dignitatem, Cardinalatum inquam, nescio quo loco, aut pretio habeam, sive ad scripturæ auctoritatem, sive ad Imperatorum constitutiones expendam: cum sit nihil aliud, quàm nova Paparum institutio, quam in immensum excrescere decessorum nostrorum, Regum inquam, qui his aliquot sæculis rem Christianam rexerunt, mollis, & ad omnia Pontifici connivens lenitas permisit.*

At ego non video in disputatione Theologica quid necesse sit paritatem natalium, aut dignitatis, aut Imperii quærere, cùm sola necessaria sit paritas ingenii, atque doctrinæ. Henricus VIII. Rex Anglorum non indignum sibi putavit, adversus Martinum Lutherum monachum, vel, ut ipse Rex loquitur, fraterculum scribere. Julianus quoque Imperator, quia non contentus Imperiali splendore, cupiebat etiam clarere nomine eruditionis, scripsit libros non adversus Reges, sed adversus magistros Christianorum, eumque Cyrillus Episcopus copiosissimè confutavit. Denique Nero Imperator cum cantu, & cithara cum antagonistis in Theatro decertare vellet, non quæsivit Reges aut Principes, sed homines peritissimos musicæ artis, quos si vicisset, tum magnam gloriam adeptum se esse arbitrabatur.

Sed quando Rex Angliæ Majestate sua indignum judicat, ut vel ipse scribat in Cardinalem Rege longè
inferiorem, vel Cardinalis in ipsum
longè superiorem: de comparatione
dinalis adducam judicium, & (c) te
veterum, qui primis quingentis annis
à se recipi Rex ipse supra testatus est
Igitur Cardinales nihil sunt aliud
Presbyteri, & Diaconi, Electores
Coadjutores Summi Pontificis. Ac
buscumque etiam non Cardinalibus,
Nazianzenus in Oratione ad populi
sum, & Principem, sive Præsidem
me, inquit, liberè loquentem æquo ani
quoque potestati meæ, meisque subsellius
Imperium enim ipsi quoque gerimus, a
tius, atque perfectius: nisi verò æquum
ni fasces submittere, & cælestia terrenis
qui apertè docet Episcopos potestate
esse Regibus, & potestatem spirituali
esse temporali, atque terrena.
Sanctus Joannes Chrysostomus in
dotio, confert potestatem Regis cum
dotis, quo nomine Episcopum præci
dicit, Sacerdotem tanto majorem à
accepisse, quanto Cœlum terræ, a
corporibus præstant. Reges enim co
que solvendi potestatem habent; Sa
mas ipsas ligant, & solvunt.
Sanctus Ambrosius in lib. De dig
cap. 3. *Nihil*, inquit, *est in hoc sæcul*
dote, nihil Episcopo sublimius reperitur.
Ac ne solis hominum testimoniis
vis doctissimorum, sanctissimorum
morum; audiamus Spiritum Sanctu
li loquentem in Epist. ad Hebr. cap.
dictione minor à meliore benedicitur, u
pro majore, & potiore, omnium c
autem est, Regem ab Episcopo be
scopum à Rege: proinde sine cont
Rege Episcopus est. Quare si Episco
jores sunt Regibus, multo magis Ep
majores Regibus erunt.
Jam verò de Presbyteris eadem r
num Presbyteri minoris Ordinis Sace
vis sub Episcopis, tamen potestate
bent animas ligandi atque solvendi;
cipes benedicendi; & Sacrificium r
celebrandi, quod Angelicas virtute
Quare Sanctus Ambrosius, cùm Th
tor in presbyterio sedere vellet, jusl
cens: *Purpura Imperatores facit, non*
hæc Theodoretus lib. 5. hist. Eccles.
Addam & verba Severi Sulpitii,
sæculi, & testimonium Sancti Ma
presbyterali. Cùm ergo narravisse
ctum Martinum aliquando ad conv
Maximi, eum uno ex presbyteris su
sisse; ita subjunxit: *Convivæ aderant*
stum evocati, summi, atque illustres vi
deinque Consul Evodius, quo nihil un
Comites duo summa potestate præditi, Fr
trans, medius inter hos Martini presby
autem sellula juxta Regem posita consed
ferè convivium (ut moris est) pateram
lit: ille Sancto admodum Episcopo dat i
ctans atque ambiens ut ab illius dexter.
Sed Martinus, ubi ebibit, pateram
dit, nullum scilicet existimans digniore
biberet: nec integrum sibi fore, si aut

(a) *Anglia tributaria facta est Romano Pontifici ante annos octingentos sexaginta.* (b) *Hyberniam Hadrianus IV. Pont. certis conditionibus tradidit.* (c) *Testimonium veteris Ecclesiæ de eminenti dignitate S.R.E. Cardinalium.*

qui à Rege erant proximi, Presbytero prætulisset. Hæc ille, Vides Rex quale fuerit judicium Sancti Martini, viri omnium ore laudatissimi, de dignitate Presbyterorum. Quòd si quicumque Presbyteri, solùm quia Presbyteri, tali ac tanta dignitate præditi sunt, ut etiam Regibus præferantur, quis jure mirabitur, si Cardinales æquales Regibus à nonnullis esse dicantur?

Porrò de Diaconis Ecclesiæ Constantinopolitanæ Sanctus Joannes Chrysostomus in ipsa Urbe Regia, in qua Imperator residebat, affirmare non dubitavit, majorem eos ipsis Imperatoribus habere potestatem, sic enim ad eos loquitur hom. 83. in Matth. *Si Dux quispiam, si Consul ipse, si is qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe, & coerce; majorem tu illo habes potestatem*. Et si Diaconi Constantinopolitani, Chrysostomo auctore, majorem Ducibus, Consulibus, & ipso etiam Imperatore potestatem habebant; cur non eandem habeant Diaconi Romani, atque ii potissimùm, qui Cardinales, idest, principales totius Orbis terræ Diaconi sunt? Quæ cùm ita sint, desinat Rex Anglorum dicere, Cardinalitiam dignitatem, nescio quo loco, aut pretio habeam. Jam enim discere potuit ex Patribus veteris, & primitivæ Ecclesiæ, quam solam probat, quo loco, aut pretio habendi sint Episcopi, Presbyteri, & Diaconi: atque inde conjecturam facere quo loco, aut pretio sint habendi Episcopi, Presbyteri, & Diaconi (a) Cardinales, qui præter Sacrum Ordinem Electores sunt supremi Ecclesiæ Catholicæ Præsulis, & Sacerdotum omnium Principis, atque ipsius Christi in terris Vicarii generalis, & ejusdem coadjutores, & consiliarii principales.

At, inquit, Cardinalatus nova est Paparum institutio. Non ita est: Nam si Cardinales ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi considerentur, (b) à Christo ipso instituti sunt, & ab initio Ecclesiæ, usque ad nostra tempora perdurarunt. Itaque tam sunt antiqui quàm antiqua ipsa Ecclesia est. Si verò consideretur officium eligendi Pontificem, eundemque consilio atque opera adjuvandi, semper hoc officio functi sunt Presbyteri, & Diaconi Romani, cum Episcopis Urbi adjacentibus. Hoc solùm interest inter antiqua tempora, & recentia, quòd olim ob paucitatem personarum, non distinguebantur Presbyteri, & Diaconi Romani Cardinales à non Cardinalibus, sed omnes in communi hoc officio fungebantur: postea verò crescente numero Presbyterorum, & Diaconorum, & confusionem, ac tumultus varios ipsa multitudine pariente; necesse fuit, paucos ex multis seligere, qui hoc munere fungerentur, atque ii dicti sunt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi S.R.E. Cardinales.

Neque hæc revocatio ad paucos, & eminentia, quæ inde sequuta est Cardinalium, tam recens est, ut nova dici possit, cùm anni quingenti, vel sexcenti ab eo tempore numerentur. Multa enim scribit de Cardinalium amplissima dignitate, qua etiam Patriarchas, & Primates omnes superabant, Petrus Damiani in Epistola ad Antipapam Cadaloum. Vixit autem Petrus Damiani ante annos sexcentos. Multa scribit S. Bernardus in lib. 4. de consideratione, ubi præter cætera dicit, Cardinales de omni Orbe esse eligendos, quoniam totum Orbem sunt judicaturi. Multa leguntur in probatis historicis antiquis, ex quibus Abbas Urspergensis in chronico ad annum Domini 1116. testatur in Concilio Generali sub Paschali Secundo vocatos Cardinales, potiora membra Ecclesiæ. Hanc verò eminentiam dignitatis, neque Rex probare poterit; ex conniventia, vel lenitate Principum temporalium processisse; & nos apertissimam rationem reddidimus, cur tanta sit dignitas Cardinalitia, quia videlicet, ut diximus, ipsi soli Summum Pontificem eligant, eique ut collaterales, & coadjutores in regenda universali Ecclesia semper assistant.

Ac ut absolvamus hunc locum de Cardinalibus: excutiam etiam breviter, quæ multo infra Rex adjungit, siquidem non contentus iis, quæ hoc loco scripsit, iterum pag. 116. ad idem argumentum revertitur, ac primùm exprobrat Cardinali Bellarmino obscuritatem natalium. *Jam*, inquit, *præter Regis Majestatem esse puto, ut in lite, ac certamine Cardinali se componat, saltem cum eo Cardinali, qui non fœlicius, ac illustrius, quàm iste natus sit*. Fatetur Bellarminus, parentes suos homines privatos, sed honestos, & probos fuisse: Avunculum verò habuisse (c) Marcellum II. Pont. Maxim. cujus ea virtus, & doctrina fuit, ut etiam ab hostibus testimonium acceperit. Theodorus enim Bibliander homo Lutheranus in tabulis suis Chronologicis, ubi Pontificum successiones describit; Sedit, inquit, anno 1555. Marcellus II. vir sanctus, & doctus. Sed etiam si Card. Bellarminus parentes habuisset opifices, aut rusticos, modò Catholicos, & pios, non erubesceret, cùm sciat (d) Principum Apostolorum, alterum piscatorem, alterum tabernaculorum opificem fuisse: David quoque Regem, & Prophetam à pascuis ad Regnum evectum: Et quod maximum est, Christum Dominum nostrum fabrum, & fabri filium dici, & haberi voluisse, ut nos humilitatem, & contemptum Mundi doceret: Et Apostolum audiat dicentem in priore ad Corinth. cap. 1. *Videte vocationem vestram, fratres quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia*.

Addit Rex, *Ecclesiastica illa dignitas (Cardinalitia videlicet) quamquam Principum incuria, ut jam dixi, ad hoc præsumpti honoris culmen ascendit: tamen si ad ejus originem, & cunabula redeamus, nihil est aliud, quàm titulus Presbyteris, & Diaconis parœciensium Ecclesiarum Urbis Romæ attributus: olim quidem Presbyteris & Diaconis cujuslibet Cathedralis Ecclesiæ universæ concessus, sed cùm ejusmodi Cardinalium ingens multitudo undique Romam commeantium Urbem implerent, tandem nomen Cardinalis cæteris ademptum est, & solùm Romanarum parœciarum Presbyteris, & Diaconis reservatum. Et cùm ante Sanctum Gregorium nemo illius tituli meminerit, qui sexcentis post Christum annis, in quibusdam Epistolis de Cardinalibus loquitur, atque ita multis post Apostolos sæculis, hodierni isti Sedis Apostolicæ electores, invisi omnibus, & incogniti fuerunt*.

Non miror si multa hic dicantur non vera, quoniam (e) Rex de rebus sibi incognitis, & sine auctore loquitur. Non est verum Diaconos Cardinales habuisse olim titulos parœcienses; tituli enim parœciarum solis Presbyteris dabantur, Diaconis autem Ecclesiæ aliæ, quæ Diaconarum nomen habebant. Neque verum est olim Presbyteris, & Diaconis cujuslibet Cathedralis Ecclesiæ permissum fuisse titulum Cardinalitium: rarissimæ enim Ecclesiæ his vocibus utebantur: ac ne in Romana quidem Ecclesia tempore S. Sylvestri omnes Diaconi Cardinales erant, sed soli septem: tempore autem Symmachi Pontificis soli viginti octo erant tituli Cardinalium Presbyterorum, ut ex Conciliis Romanis sub Symmacho intelligi potest: Presbyteri autem Romani multo plures erant quàm vigintiocto. Illud etiam non est verum, venisse unquam ad Urbem ingentem multitudinem Cardinalium non Romanorum, id enim ex nulla historia (quod sciam) probabitur. Neque illud est verum, nomen Cardinalis adem-

(a) *Cardinales sunt Electores, Consiliarii, & Coadjutores Summi Pontificis.* (b) *Antiquitas Cardinalium.* (c) *Marcellus II. Papa, ab ipsis etiam hostibus fidei laudatus.* (d) *Splendor natalium non necessarius ad Ecclesiasticas dignitates, sed splendor sapientiæ, & virtutum.* (e) *Jacobus Rex de rebus sibi non cognitis loquitur.*

ademptum aliis, & solis Romanis reservatum, nam usque ad hanc diem Ecclesia Compostellana habet suos Cardinales. Neque verum est, ante tempora S. Gregorii nomen Cardinalis fuisse inauditum, legitur enim nomen septem Diaconorum Cardinalium Romanæ Ecclesiæ in Concilio Romano sub S. Sylvestro, qui trecentis annis S. Gregorium antecessit.

Subjungit Rex: *Sed quomodo*, inquit, *præter rationem suæ originis, ac institutionis tam prodigiosè sint elati, ut ex parœciarum Presbyteris, ac Diaconis nunc Principes sint, Regumque æquales, & ex gradu Episcopali dignitate minori sint hodie soli Pontificis electores, qui tum generalium conciliorum vice fungantur (unde etiam usus generalium conciliorum exolevit) immò ut nonnisi ex illorum collegio fas sit Pontificem eligi, qui supremam in Reges sibi auctoritatem vendicat; hoc, inquam, tam insolens incrementum quomodo cœperit, nullisque repugnantibus adoleverit, nostrum est omnium providere, qui cùm in terris Vicarii Dei simus, jure optimo suspectos habere debemus, istiusmodi nuper exortos Principes, qui sua origine modici, humilesque, seipsos ad summum fastigium, suis ipsi suffragiis subvehunt, Regibusque deinde se componunt.*

Hìc quoque Rex ex ignoratione rerum nostratum, & quia nimis magnam fidem habere videtur hostibus Ecclesiæ, multa non vera sibi elabi passus est. Non enim præter rationem, & institutionem suæ originis, sed potius secundùm originis rationem, & institutionem Cardinalitia dignitas crevit. Nam, ut supra diximus, antiqua institutio erat, ut Presbyteri, & Diaconi Romani cum vicinis Episcopis Pontificem Romanum eligerent, eumque consilio & opera adjuvarent: sed postea excrescente nimium Presbyterorum, & Diaconorum multitudine, paulatim hæc functio ad paucos redacta est. Ita pauci illi super alios eminere cœperunt, ut Cardinales, idest, principales Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, atque adeò Principes Ecclesiastici jure dici possent: quomodo qui secundas partes à Regibus obtinent in administranda temporali Republica, Principes temporales dici solent.

De æqualitate cum Regibus distinguendum esse censeo: (*a*) nam si de potestate temporali sermo sit, de Imperio, de opibus, de viribus, de armis, dubium non est, quin Reges longè, ac longè Cardinalibus præstent: si de potestate spirituali, atque Ecclesiastica agatur; non solos Cardinales, sed omnes Episcopos, Presbyteros, & Diaconos Regibus superiores esse; paulò ante ex testimonio Ecclesiæ veteris demonstratum est. Quod verò apud Jurisconsultos dici solet, Cardinales æquiparari Regibus, de externo cultu, & honore intelligendum videtur: usus enim obtinuit, ut quemadmodum Principes omnes Regibus cedunt, sic etiam cedant Cardinalibus: & in hoc paritas quædam esse videtur.

Quod addit Rex, Cardinales Presbyteros, & Diaconos aliquando minores fuisse Episcopis non Cardinalibus, verum est, quoniam eo tempore non solùm inferiores erant, quod attinet ad potestatem ordinis, ut etiam hoc tempore sunt; sed etiam quoad potestatem regendi Ecclesiam universalem, quia ipsi quoque ad Concilia Romana vocabantur, & nobiliore loco sedebant, quàm Presbyteri, & Diaconi Cardinales, olim etiam ad electionem Summi Pontificis admittebantur. Sed posteaquam soli Cardinales Electores esse, & in Consistorio cum Pontifice Maximo Ecclesiam universalem administrare cœperunt; mirum videri non debet, si Cardinales Episcopis non Cardinalibus antepositi sint. Non tamen est verum, quod hoc loco Rex scribit, (*b*) Cardinales cum Pontifice fungi vice Conciliorum generalium, & ideò usum
liorum penitus exolevisse. Nam ab
cœperunt Cardinales ea eminentia e
excellunt, habita sunt multa Conc
Lateranensia, duo Lugdunensia, t
unum Constantiense, unum Florent
dentinum, & alia paulò minora.
mana particularia exoleverunt, &
Consistoria Cardinalium successisse
lia generalia non exoleverunt.

Neque illud verum est, nisi ex coll
Pontificem eligi fas non esse. Scimu
mis quingentis annis electos fuisse
tum II. Eugenium III. Urbanum IV.
lestinum V. Clementem V. Urbanur
Felicem V. quamvis hic postremus
habitus, qui omnes extra Collegiur
tem Rex addit, à Romanis Pontific
Reges sibi auctoritatem vindicare:
significare velit, usurpare, omnino
tem vindicare, sit quod suum est
admittimus: sic tamen, ut per a
despoticum imperium, sed paternam
potestatem intelligamus, de qua re
& infrà iterum recurret oratio.

Quod etiam Rex ait, ad Reges, t
carios, pertinere curam videndi, q
lens incrementum Cardinalitiæ digni
la ratione admitti potest, sunt qu
Ministri Dei in terris, ut eos vocat S
c. 6. Et Apostolus ad Rom. 13. sed n
quæ ad terrena, & temporalia spec
attinet ad spiritualia, & cœlestia, at
Ecclesiastica, Vicarii Dei Episcopi s
sanctus posuit regere Ecclesiam Dei
sanguine suo Act. 20. Et summus Vi
Dominus dixit, *Sequere me*, &, *Pasc*
proinde videre, an, & quomodo,
lcere debeat dignitas Cardinalitia, q
ca, & spiritualis, ad Reges non per

Minus verum est, quod Rex add
per exortos Principes suis suffragiis se
fastigium evexisse, Regibusque se de
Nam neque nuper exorti sunt (nisi c
norum, aut etiam sexcentorum spa
possit; neque suis ipsi suffragiis, sed
qui Dei locum tenet in terris, evec
Regibus ipsi componunt, non enim
qui scripsit, Cardinales æquiparari
quomodo intelligendum sit paulò an

Postremò hæc Rex adjungit. *Sed*
quam nobis inferunt, injuria, quòd jus
ne Regibus in generalibus Conciliis, nobi
lorum habendi modum, penitus sustuleri
potestate ad se pertracta, & veluti mon
Conclavi constituto. Et tamen si spes ull
superesset, posse Christianos omnes ad al
consensum adduci, id esset à generali con
indicto in locum commodum, nec suspect
Christiani omnes Principes, aut per se, a
sent adesse, & Ecclesiastici omnes, qui C
nem profitentur, illisque veteribus vera,
ca, & Apostolicæ fidei fundamentis adhæ
cessum, ac commeatum haberent, incend
riosis, ac novitiis, sive Jesuitis, sive Pu

Ad hanc ultimam partem pari brev
quod enim nulla auctoritate, aut r
simplici negatione refelli solet. Prim

(a) *Cardinales Regibus inferiores sunt temporali potestate: sed potestate spirituali, & ecclesiastica superiores.* (b) *Dignitas C* *Conciliorum usum non sustulit.* (c) *Reges ministri Dei sunt in temporali regimine.*

(*a*) sublatum esse modum habendi concilia generalia: nego vim & potestatem eorum ad Cardinales pertractam: nego in Pontificio Conclavi esse quasi monopolium constitutum. Jam enim concilia generalia enumeravimus, quæ his postremis annis celebrata sunt. Quomodo enim verè dici potest, sublatum esse modum habendi generalia concilia, cùm concilia celeberrima, & plurima paulò ante hoc sæculum, & hac ipsa ætate nostra sint habita?

Quòd autem Rex queritur, factam sibi, atque aliis Regibus injuriam, quòd commune jus Regibus Christianis in conciliis generalibus sit ademptum: qua veritate nitatur non video, cùm in Concilio generali apud Tridentum habito, interfuerint Legati Cæsaris, Regum penè omnium, & Principum plurimorum. Quod addit, indicendum fuisse Concilium in locum non suspectum, & commodum: id quoque præstitum est, cùm Tridentum in finibus Germaniæ, atque Italiæ constitutum, locus aptissimus, & minimè suspectus à Summo Pontifice, & Cæsare, aliisque Regibus & Principibus judicatus sit.

Quod verò dicit, omnes Ecclesiasticos, qui Christianam Religionem profitentur, tutum accessum, & commeatum habere ad (*b*) concilium debere: hoc verò est, recedere à forma quatuor primorum conciliorum, vel potius omnium, quæ habita sunt unquam in Ecclesia conciliorum. Concilia enim Episcoporum sunt, non omnium Ecclesiasticorum; alioqui nullus locus tale concilium caperet: neque de dogmatibus fidei judicare ad omnes pertinet, sed ad Principes Ecclesiarum, qui Episcopi sunt: sic enim loquitur Concilium Chalcedonense, unum ex primis quatuor, quæ à Jacobo Rege admittuntur: *Mitte foras superfluos, concilium Episcoporum est*. Cui consentit Imperator Theodosius in epist. ad Concilium Ephesinum, tom. 1. cap. 32. sic dicens: *Illicitum est eum, qui non sit in ordine sanctissimorum Episcoporum ecclesiasticis immisceri tractatibus*. Ne tamen quererentur Protestantes, aut Calviniani, invitati sunt omnes, & salvus conductus publica fide præstitus, dilatæ quoque rerum gravissimarum determinationes in longa tempora, ut spatium comparandi se, atque ad Concilium veniendi, non deesset. Omitto quæ dicuntur in Jesuitas, & Puritanos, quoniam ad convicia pertinent, non ad doctrinam.

CAPUT V.

Quòd Card. Bellarminus nulla injuria Regem affecit, cùm Apostolicorum Brevium, & Epistolæ suæ defensionem suscepit.

Pergit postea Rex in præfatione sua, & ut rationem reddat propositi juramenti, de pulveraria conjuratione satis copiosè disserit. De qua re quod mihi dicendum videbatur, scripsi in alio libello, qui huic Apologiæ adjunctus est. Venit tandem ad Bellarminum, & primùm pag. 15. ex conjecturis probare nititur, librum, quo Brevia Pontificia, & Epistola Bellarmini defenduntur, ejusdem Bellarmini esse, non Matthæi Torti, cujus nomen gerit.

Ad hoc facilis responsio est, fatetur Cardinalis Bellarminus librum esse suum, sed ut suprà admonui, non est visum illi suum nomen inscribere, quia neque adversarius nomen inscripserat suum. Quæritur deinde de modo scribendi, quòd sit ab omni modestia alienus; idque probat pag. 16. ex præfatione Typographo Politano adscriptæ, ubi Cardinalitia dignitas cum Regia dignitate componi videtur. At eam præfationem neque Bellarminus scripsit, neque usque ad hanc diem cognoscere potuit, quis ejus præfationis sit auctor; aut quis tandem ille sit Typographus Politanus. Cardinalis enim librum suum, sine ulla præfatione, vel dedicatione Coloniensibus excudendum dedit. Qua verò modestia soleat in scribendo uti, lectoribus judicium relinquit.

Arguit deinde pag. 17. Rex fastum Cardinalis in scribendo, atque inde colligit, eum cum Rege quasi de pari dignitate contendere, quòd ejus brevitatem in scribendo imitari voluerit: *Quam ego*, inquit, *in scribendo brevitatem, eandem ipse in respondendo sequi voluit, quo compendio in secundo Pontificis Brevi refutando usus eram, eodem in me voluit uti; meoque exemplo sese penè intra unius paginæ angustias coercere. Et quoniam Sacramenti fidelitatis summam in articulos quatuordecim distribui, peccare in suam amplitudinem credidisset, nisi & publicorum ordinum edictum, quo istud juramentum continetur, in totidem particulas divisisset.*

Deus bone, quàm misera conditio est sub eo Rege vivere, qui injuriam sibi fieri judicat, si quis ab ejus exemplo scribere discat. Alii certè Principes gratissimum habent, quod ille scripsit: Totus componitur Orbis Regis ad exemplum. Adde quòd Bellarminus non sciebat, se adversus Regem scribere, cujus nomen in fronte libri non viderat, & fidem habuerat iis, qui nunciaverant librum Anglico idiomate esse nescio cujus Decani Sacelli Regii, versionem autem in Latinam linguam esse Chronographi cujusdam Regii, quas ille personas neque de nomine, neque de facie noverat. Itaque non potuit Regium in scribendo modum de industria æmulari, qui Regium librum esse nesciebat: brevitas autem in scribendo, & distinctio, quàm sit illi familiaris, & amica, norunt omnes, qui libros ejus legerunt, ut opus ei non fuerit ab aliis hæc discere.

Descendit paulò post pag. 18. ad accusationem multo graviorem, atque ait: *Quod si inani hac superbia, & amplitudinis suæ ostentatione ita animum explevisset, ut à graviore in me injuria temperaret, videri sanè tolerabilior potuisset. Nunc verò quod esse causa dicat, cur penè continuis in me, meamque Apologiam conviciis suam responsionem referserit? Nam cùm ego nusquam Bellarminum verbo atrociore læserim, & præcipuè id caverim, ne hominem mendacii insimularem; ille hac lege humanitatis spreta, novies disertis verbis, me mentiri pronunciat, & septies falsi arguit. Quod perinde est, ac si mendacium mihi exprobraret, cæteris verò contumeliis, nescio an ulla pars libri vacet, cujusmodi sunt, nugæ, convicia, temeritas, vanitas, impudentia, blasphemia, sermonis barbaries, cum eadem fœlicitate scribendi, cavillationes, applicatio inepta, fingere historias, audacia quæ in hominem sanæ mentis cadere non potest, vel sensu communi caret, imperitia, & levitas, omnem omnino pudorem & conscientiam exuisse, mala fide nobiscum agit, ut lectoribus per fas & nefas imponat. His & ejusmodi conviciis nescio ullam ne paginam immunem reliquerit.*

Ad hæc ita respondeo; primùm, breviter, & distinctè scribere, non potest superbiæ, vel arrogantiæ imputari, nisi ab eo, quem nimia perturbatio transversum agat. Deinde, quòd auctor Apologiæ, quam Rex suam esse nunc dicit, (*c*) nullo atrociore verbo Bellarminum læserit, neque mendacii insimulaverit, falsum esse, ipsa Apologiæ verba testantur: hæc enim sunt ejus verba pag. 37.

Magnus ille, & præclarus Controversiarum scriptor Cardinalis

(a) *Vana querela de sublato modo habendi concilia generalia.* (b) *Tale concilium Rex Jacobus petit, quale nunquam à condita Ecclesia celebratum est.* (c) *An sit verum, quòd Rex Cardinalem nullo atrociore verbo læserit.*

malis nuper exjesuatus Bellarminus, suo quoque talento captum hoc opus bonum locupletat, & amplificat, dum quasi flabello admoto, & calcaribus infixis seditionem acuit, accenditque, missis huc ad Archipresbyterum litteris, iisque ita scriptis, ut mirum sit quomodo partim animi passio, partim ambitiosum fulciendæ Pontificis Monarchiæ studium, eum ita abripere, & lumen judicii tam docti viri perstringere, & fascinare potuerint. pag. 47. *Cunctos*, inquit, *mecum hic admirari non possum, quin exoptem, tam crassum errorem tam docti viri.* pag. 69. *hoc nobis*, inquit, *notum est, quòd nisi quidam è Cardinalibus, in illo negotio, majori prudentia, & maturitate usi fuissent quàm Pontifex: fasti ipsi Pontificii, in quos relati sunt Dtvi, nobis tacentibus, Bellarminum apertè mendacii convicissent.* pag. 83. *rectè omnino quadrat in Bellarminum tam inepta similitudine utentem Poeta veteris illius sententia, Perdere, quos vult Jupiter hos dementat.*

Hæc, & similia à se scripta oblitus erat Rex, quando dixit, nullo atrociore verbo à se læsum fuisse Bellarminum; nisi fortè non sint habenda verba atrocia, exjesuatus Cardinalis, flabellum seditionis, ambitione abreptus, crasso errore detentus, apertè mendacii convincendus, à Jove dementatus, &c. quæ tunc libens præterii, quoniam ad argumenta, non ad convicia respondere decreveram.

Postremò quòd ego disertis verbis novies Regem mentiri pronunciaverim, & septies arguerim falsi, ut Rex ipse conqueritur, omnino inficior. Jam enim supra dixi, Apologiam illam numquam me pro Regia scriptura habuisse; nam, neque auctor Apologiæ Regem se aliquando nominavit, quin potius semper se pro Regio administro, & defensore gessit. At neque ministrum Regis mendacii, vel falsi, vel barbari sermonis accusare deberes. Ita est, si vera scriberet; si non sciens, & prudens mentiretur; si latinè loqui didicisset; (a) quæ enim mendacia sunt, non scio latinè appellare, nisi mendacia; quemadmodum etiam nugas, convicia, blasphemias, confictas historias, sermonis barbariem, & alia id genus, quæ in Apologia reperi, suis nominibus appellavi. Judicium lectorum erit, an talia sint, qualia esse dixi. Quamquam si Regium librum esse scire potuissem, sententias notassem, à verbis acerbioribus honoris gratia temperassem, quo honore dignum non existimavi Decanum, vel Chronographum illum, à quo non me solum, sed etiam Summum Pontificem, Vicarium Christi, & Christum Domini tam inverecundè tractari videbam.

Ultimo loco, pag. 19. commemorat ea, quæ propriè ad injuriam suam pertinere arbitratur. *Sed hæc*, inquit, *fortè in ignotum Apologiæ auctorem solummodo probra mittebat; Immò verò, nec mihi ipsi, nec nomini meo pepercit. Modò affirmat Clementem Pontificem sensisse, me non abhorrere à fide Catholica. Me in Scotia Puritanum, & Protestantium inimicum extitisse. Alibi concludit, Quia Jacobus non est Catholicus, hoc ipso hæreticus est. Iterum ex Christiano Calvinistam fecerunt. Alio loco: Neque omnino verum est, Jacobum non deseruisse Religionem, quam primò susceperat. Et posteaquam Juliano apostatæ me contulisset, hoc argumento rem concludit: Cùm Catholicus non sit, neque Christianus est. Sit hæc honesta necne ratio cum Rege agendi, vestro sano judicio relinquo, quos non potest tanta contumelia uni vestri ordinis illata, non graviter commovere.*

Hìc verò libenter audirem, honestum ne, an turpe Rex existimet abhorrere à fide Catholica. Si enim turpe sit à fide Catholica abhorrere, ut re vera turpe est, non fecit Regi Bellarminus injuriam, cùm scripsit Clementem VIII. Pontificem sensisse Regem Ja-

cobum à fide Catholica non abh
honestum sit à fide Catholica abh
eidem Regi injuriam, eùm affirma
bum non esse Catholicum, & qu
est, hæreticum esse, cùm hæc duo

Sed ad singula breviter responde
lam factam esse Regi injuriam, c
memoriæ Clemens Pontifex unà n
buerit bonam de Regis conversione,
perit ex eo potissimùm quòd Ca
quietam, ac tranquillam vitam d
eum à fide Catholica non abhorren
& sentiebat de illo, quod bonum
quòd si verum non est, Regem à fi
quam non abhorruisse; nos decept
quoque spe sua frustratus est, sed
Regi facta est, quia speravimus, &
nostro judicio, meliora.

Quod autem scripsit Bellarminus
Puritanum, & Protestantium inimi
storiam, non ad injuriam pertinet
non absolutè pronunciavit, sed adc
quæ narrantur ab iis, qui eum intı
que de rebus sibi ignotis aliis credı
visi sunt. Si falsa narrarunt, ipsi
quam non desunt conjecturæ ex B
unde confirmatur quod scripsit Bell
pag. 6. sic legitur: *Et nisi mihi mea*
suasisset, Religionem illam, quam in
mur, ipsis expressis, etiam conceptis
datam esse &c. lib. verò 2. pag. 40.
formata religio in hanc nostram Scotian
culo introducta est, &c. dicit enim
ctam; quoniam à furiosis, & cupi
ducta fuit. Ex his locis colligitur,
Scoticam religionem professum esse
li quidem mores Puritanorum, qu
rant, sed non Religionem, quam
introductam, idest, per malos ho
gionem invectam arbitrabatur.

Porrò illa consequutio, quia Re
Catholicus, hoc ipso hæreticus est
verti apud eum, qui Catholicum
profitetur, eùm in tota illa Apolo
licorum semper tribuat illis, qui
adhærent; à quorum fide, & relig
non negat. Quamvis autem in hac
tholicum se probare nitatur, cùm
religione, & à Romani Pontificis c
se esse dicat; non ideò judicio Orbi
unquam haberi, vel dici poterit, q
men Catholici, Ecclesia Romana
etiam hæretici interrogati, ubi ad C
niatur, non suas domos, sed istam u
qua ab Apostolicis temporibus per
coporum conservata est antiqua trac
retici omnes, tamquam rami fract
que S. Ambrosius, in Oratione de c
dixisset: *Quæsivit, an cum Episcopis*
ret, mox addidit explicationem,
cum Romana Ecclesia consentiret: de
quæ diximus in extrema pagina pri
qui huic Apologiæ adjunctus est.

Jam verò quod dixi, (c) hæ
Christianum, non ideò dixi quòd ig
quadam significatione Christianos
quot in Christo baptizati Christum
tentur: sed quoniam propriè illi fc

(a) *Non est conviciari, convicia adversarii detegere: neque vitio verti debet, vitia in libro adversarii notare.* (b) *Ni convenit, qui Romanæ Ecclesiæ filii sunt.* (c) *Hæretici non sunt verè, & propriè Christiani.*

sunt, qui veram, atque integram Christi fidem in ejus Ecclesia tenent, nullique hæreticæ sectæ adhærent. Quæ communis est sententia veterum Patrum, qui primis quingentis annis floruerunt, ut S. Cypriani lib. 4. epist. 2. ad Antonianum. Et lib. de unitate Ecclesiæ, S. Athanasii orat. 2. adversus Arianos, S. Hieronymi in Dialogo adversus Luciferianos, S. Augustini lib. de gratia Christi cap. 20. Et aliorum, quos gratia brevitatis omitto: quare si injuria est de non Catholico dicere eum hæreticum, ac per hoc non Christianum esse, non de me queri debet, qui injuriam sibi fieri credit; sed de Patribus veteris Ecclesiæ, qui me ita loqui docuerunt.

Ex quo intelligimus, non esse falsum, neque injuriosum dicere, eum, qui ex parentibus Catholicis natus est, & baptismum Catholico ritu suscepit, ac postea ab educatoribus depravatus in hæresim incidit; ex Christiano hæreticum factum, religionem, quam cum baptismo suceperat, dimisisse. Non facit, inquam, illi injuriam, qui hoc dicit, sed verè injuriam gravissimam illi fecit, qui eum abstraxit à matre Catholica, & instituendum Calvinianis tradidit. Neque enim dubium esse potest, quin hoc tempore Jacobus Rex, non solùm unus esset ex ordine Regum, sed etiam unus è numero Catholicorum Regum, si à parente Catholica institui potuisset.

Porrò Principes Orthodoxi merito commoveri deberent, si aliqui de ipsorum ordine, & numero nota hæreseos injustè inureretur: sed quòd Princeps, qui ab ipsorum religione abhorret; qui, ut Antichristum execratur, quem illi ut Christi vicarium colunt; qui intercessionem Sanctorum palam irridet; qui venerationem reliquiarum intolerabilem idololatriam vocat; qui denique Purgatorium, Missam, & cætera fidei Catholicæ dogmata conspuit; hæreticus & non Christianus dicatur, molestè ferre non possunt, neque commoveri, nisi commotione fraterni doloris, quòd tantum Regem, quem ipsorum ordini sceptrum, & corona conjunxerat, ab ipsorum communione hæresis & schisma disjunxerit.

Ac ut Rex intelligat, non esse novum in Ecclesia, ut Sacerdotes Domini libera voce arguant Reges hæreticos: adscribant hoc loco verba S. Hilarii Episcopi ad Constantium Imperatorem Arianum, ex libro qui incipit, Temptus est loquendi, quia jam præteriit tempus tacendi: (a) *Nunc*, inquit, *pugnamus contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem, contra Constantium Antichristum*. Et infra: *Sed temerarium me fortè quisquam putabit, quia dicam Constantium Antichristum esse: quisquis petulantiam istud magis, quàm constantiam judicabit, relegat primum Joannem dixisse ad Herodem, non tibi licere facere istud*. Et infra: *Proclamo tibi Constanti, quòd Neroni loquuturus fuissem, quod ex me Decius & Maximianus audirent: contra Deum pugnas, contra Ecclesiam sævis, sanctos persequeris, prædicatores Christi odis, religionem tollis, Tyrannus non jam humanorum, sed divinorum. Hæc tibi à me, atque illis socia, atque communia sunt: at verò nunc propria tua accipe. Christianum te mentiris, Christi novus hostis es, Antichristum præcurris, & arcanorum mysteria ejus operaris. Condis fidem, contra fidem vivens, Doctor prophanorum es, indoctus piorum, Episcopatus tuis donas, Sacerdotes custodia mandas, exercitus tuos ad terrorem Ecclesiæ disponis*. Et infra: *Scelestissime mortalium, omnia persecutionis mala ita temperas, ut excludas & in peccato veniam & in confessione martyrium*. Et infra: *O tu scelestè quod ludibrium de Ecclesia facis? soli canes ad vomitum suum redeunt: tu sacerdotes Christi resorbere ea quæ expuerunt cogisti. Christianum te loqueris, sed quàm non sis, ipse testaris*. Hæc ille, qui ex veteribus, & Sanctissimis, & laudatissimis Patribus unus est. Possent addi non dissimilia ex Lucifero Caralitano, ex Gregorio Nazianzeno, & ex aliis. Sed ista pauca hoc loco sufficiant. Neque verum est, quod quidam suspicati sunt, librum illum sancti Hilarii, Constantio defuncto, editum fuisse: nam vivente editum, & viventi oblatum convincit Cardin. Baronius tom. 3. annal. pag. 715.

CAPUT VI.

Quòd Card. Bellarminus directè responderit ad Apologiam pro juramento fidelitatis. Adversarius verò statum causæ mutet, & ad alia extra rem digrediatur.

POsteaquam Rex modum scribendi Cardinalis Bellarmini frustra reprehendit, aggreditur scriptionem ipsam, sive materiam libri, ut ipse loquitur, reprehendere. Sic enim scribit pag. 19. *Jam verò argumentum, & subjecta materia libri modò tractandi probè convenit, nusquam enim ad id, in quo causæ cardo vertitur, directè respondet: quippè duo tantùm sunt capita, de quibus in Apologia disserui, ut supra monui, prius ut probarem in fidelitatis Sacramento nihil aliud, quàm obedientiam merè civilem, & sæcularem Summis Principibus à Subditis debitam contineri, alterum ut ostenderem, hanc in Reges potestatem à Pontificibus iniquè usurpatam, cum Scripturis, Conciliis, & Patribus pugnare. Prius non aliter quàm hac vitiosa consecutione refutat: cùm hoc jurejurando jus abdicandorum Regum Pontifici negetur, ne quidem excommunicandorum potestatem illi relinqui. Nec posterius disputationis meæ caput aliis machinis adoritur, quàm illis Christi verbis, Pasce oves meas, &, Tibi dabo claves Regni Cœlorum, Et nemini unquam Catholico id dubium fuisse.*

At Bellarminus Deo gratias agit, quòd liber ipsius adhuc superest, atque bis recusus à multis videri, & legi potuit; Et nunc iterum cum hac nova Apologia recuditur. Siquidem (*b*) eo libro inspecto, qui nec obscurus, nec prolixus est, omnes intelligent, à qua parte stet veritas, & quis imponere lectoribus satagat. Siquidem Bellarminus ad prius illud caput directè respondit, in illo juramento fidelitatis non contineri solam civilem obedientiam; sed abjurationem Pontificiæ potestatis, idque ostendit tribus argumentis: ex titulo Edicti, qui est, ad detegendos, & reprimendos Papistas, ex verbis juramenri, ubi negatur Pontifici potestas ligandi, & solvendi; ex alio juramento clariore, quod est de Primatu Regis in spiritualibus.

Illa verò consecutio, quam vitiosam esse, & solam in ejus libro positam Rex dicit, (*c*) nusquam in libro Bellarmini invenietur. Ipse enim non disputavit universè, posset ne Summus Pontifex Reges deponere: quod ad rem ipsius non faciebat; sed assumpsit solùm, posse à Summo Pontifice Reges hæreticos excommunicari, atque deponi, quod apud Catholicos in dubium revocari non solet. Posterius caput ad fallendos lectores, ambiguè hoc loco proponitur, cùm dicitur: *Alterum, ut ostenderem, hanc in Reges potestatem, à Pontificibus iniquè usurpatam, cum Scripturis, Conciliis, & Patribus pugnare*. Quæro enim, quid sibi vult illud, hanc potestatem? neque enim de potestate

Pon-

(a) *Libertas Sancti Hilarii in Rege haretico increpando.* (b) *Ex inspectione libri Bellarmini anno superiore editi refelluntur omnes calumniæ.*
(c) *Non fideliter referuntur scripta Bellarmini.*

Pontificis in Reges; ſed de obedientia Subditorum ad Reges paulò ante Rex loquutus erat. Cæterùm ex Apologiæ libro, quem Bellarminus refutandum ſuſceperat, ſatis apparet, hunc locum eſſe intelligendum de poteſtate prohibendi juramenta civilis obedientiæ: hanc enim civilem obedientiam Regibus deberi, & juramento quoque confirmari poſſe probat eo loco Rex teſtimoniis Scripturæ, Conciliorum, & Patrum, & paulò ante conqueſtus erat, quòd hanc obedientiam injuſtè Summus Pontifex in ſuo Brevi prohibuiſſet: vide librum illum pag. 22. 23. 24. 25. 26. & 27.

Ad hoc autem poſterius caput (a) Bellarminus directè reſpondit, falſum eſſe, quòd Summus Pontifex in ſuo illo Brevi obedientiam civilem prohibuiſſet: ac propterea teſtimonia illa Scripturarum, Conciliorum, & Patrum (b) perperam adduci ad probandum, quod nemo negat. Illa verò Evangelica loca, Paſce oves meas, &, Tibi dabo claves, non adduxit, ut Rex dicit, ad oppugnandum caput illud poſterius, ſed ad probandum eſſe in Summo Pontifice poteſtatem excommunicandi, abſolvendi, diſpenſandi, & ſimilia faciendi, quæ ad prius caput, non ad poſterius pertinent. Ex his quæ dicta ſunt facilè cognoſci poterit, reliqua omnia à pag. 21. uſque ad pag. 35. nihil eſſe aliud, niſi digreſſiones ad invidiam, atque odium Summis Pontificibus, & Eccleſiaſticis omnibus conciliandum. Certi verò ſumus, Catholicos, pioſque Reges, ac Principes prudenter cogitaturos à Rege hæretico, quique ſe hoſtem manifeſtum Eccleſiæ Catholicæ, totiuſque Orthodoxæ religionis profitetur, nihil aliud expectari poſſe, niſi fidei religioniſque contemptum.

Igitur, ut hæc breviter percurramus, pag. 21. (c) *Hoc*, inquit, *verborum fundamento, Paſce oves meas, immane quàm amplum, ſolutumque Imperium Pontifici extruat, quo ad libidinem condonare, atque adimere Regna poſſit; huic tamen ſervituti non alios quàm Chriſtianos Reges addicens*. Et paulò poſt, *Nam cum me hæreticis annumeret, cum Juliano Apoſtata æquet, extra caulam etiam, gregemque Pontificium eſſe putet, neceſſe eſt. At vos, de Pontificio grege eſtis, vos magnus ille Paſtor, inſtar ovium ad occiſionem ducere pro libidine ſua poteſt.*

Hæc omnia cum bona Regis venia, qui nos ita loqui cogit, meræ calumniæ ſunt, non ſolùm enim nihil horum in Bellarmini libro reperietur, ſed contra potiùs de ſolis hæreticis, qui ex ovibus lupi rapaces evadunt, locutus eſt; qui quamvis à grege Chriſtiano, vel receſſerint per hæreſim manifeſtam, vel ejecti fuerint per Eccleſiaſticam cenſuram; ſubſunt tamen Paſtori, ut vel ipſi ad caulam emendati redire cogantur; vel oves cæteræ, ne ab eis diſcerpantur, & devorentur, ab ipſorum conſortio, & obedientia quàm longiſſimè arceantur.

Pergit pag. 22. calumniari, cùm ait, (d) *Sic novum, & egregium ſenſum his Chriſti verbis affinxit, Paſce oves meas, tanquam hoc ſignificarent, tolle, proſcribe, abdica Chriſtianos Principes, atque Reges*. Et paulò poſt. *Hæc verba, quæ Petro in extaſim rapto dicta ſunt, Surge Petre, occide & manduca: ita Baronius exponit, Age Papa, confige Venetos, penituſque diſperde.*

At ubi quæſo expoſitionem illam tam incivilem, & inverecundam in libro Bellarmini vidiſti? non igitur ipſe affinxit ſenſum illum Chriſti verbis, qui nuſquam in libris ejus extat: ſed interpres tuus, ò Rex, Bellarmino eum ſenſum ſine ulla ſpecie veriſimilitudinis affinxit: neque enim Bellarminus unquam Patrem Chriſtianæ plebis (ſic enim ſanctus Auguſtinus Romanum

Pontificem vocat) in Caligulam, a
aut Dionyſium Syracuſanum, commu
lumnia Cardinalem Baronium, virum
doctum, ac de hiſtoriis Eccleſiaſticis
tum, aſpergendum eſſe Rex duxit, i
habens famoſo libello, quàm viris gra
ſum verum, & pium ejus loci à Card.
catum, ſcriptis libris teſtati ſunt.

Digreditur deinde Rex ſine ulla cauſa
exemptionem Clericorum, ex qua Bella
alienum à Regibus deteriſſe ſe dicit.
vum aliquid ipſe ſcripſerit de Clerico
ne, & non potiùs id quod Doctores
vini, atque humani docent; ipſa etia
crique Canones jubent. Sed qualem
Reges, & Principes Bellarminus ger
ſerunt, qui librum ejus De laicis lort
enim adverſus Anabaptiſtas, alioſque
cipatum politicum defendit, atque ot
literis, ex teſtimoniis Patrum, ex ſo
phiæ ductis multis, & variis rationibu

Tranſit deinde Rex pag. 24. nihil
ſui partes inter ſe aptè cohæreant, an
temporalia Eccleſiarum, & Clericor
occupari dicit tertiam partem ſoli, & l
videlicet illum malè habet, quòd nor
pes exemplum (f) Henrici VIII. ſec
cùm primùm à Romano Pontifice de
put Eccleſiæ declaravit; continuo Ecc
naſteria omnia diripuit, & redditus E
ronibus ſuis attribuit; egregiè imitatus
Nabuchodonoſor Reges, qui templo
to, ex vaſis aureis & argenteis Deo
ſuam ditaverunt. Sed qui Reges impio
ſcelere, eorum juſto Dei judicio ſoc
pœnis, non temporalibus, ſed æternı

Pag. 25. Videtur redire voluiſſe ad i
fuerat, ad juramentum videlicet fide
vera tamen longius expatiando, atq
alia magis adhuc remota digreditur.
ut vobis in perſpicuo magis ſit, non a
in hoc negotio extitiſſe, quàm ut de ci
rali obedientia, quæ mihi à ſubditis de
nec illorum conſcientiis inſidias à me eſſe
hic mihi conviciator falſiſſimè objecit (
deamus, quàm longè Imperatores, atqu
perioribus ſæculis religioſè, Chriſtianeque
abfuerint, ut jus in ſe aliquod Pontifici eſ
contra Papas ipſi creaverint, in ordinem
que de ſede dejecerint.

Hæc ille, qui multas paginas conſur
dis hiſtoriis Imperatorum, & Regum
tificibus Romanis inimicitias geſſerunt
quæſo iſta narrantur, ſi nihil aliud R
intendit, niſi in juramento fidelitatis
& temporalem obedientiam continer
cro hæc argumentatio eſſet: (g) Mul
jus in ſe habere Pontificem Romanu
ſed contra potiùs eum quando libuit d
go Rex Anglorum in juramento ſuo ſi
aliud, niſi civilem, & temporalem
quirit? Nam ne ipſe quidem Ariſtote
minum in hac argumentatione reper
Pontifex in Reges jus habeat, ſive no
tur Regibus obedientia civilis à ſubdit
digreſſione opus non erat, ut probaret
gat. Sed quemadmodum Rex Angliæ
lis obedientiæ adigere voluit ſubditos ſ

(a) *Bellarminus directè reſpondit.* (b) *Perperam applicantur ab adverſario argumenta Bellarmini.* (c) *Amplificatio ad* (d) *Confiſta interpretatio.* (e) *De exemptione Clericorum nihil novi Card. Bellarminus ſcripſit.* (f) *Henric. VIII.* *eleſias, & Monaſteria ſpoliavit.* (g) *Mira argumentatio.*

ad abjurandam Pontificiam potestatem: sic in hoc suo libro sub specie Apologiæ pro juramento fidelitatis, persuadere cupit Regibus, & Principibus Catholicis; ut exemplo suo ab Apostolica sede, & Orthodoxa religione discedant.

Videamus tamen quid tandem adferat, & cum illo, quando ita placet, & nos digrediamur, Evangelicum illud implentes: Quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo Matth. 5. Primùm igitur pag. 26. probat certum jus, ac inviolatum apud Imperatores mansisse Romanos Pontifices creandi, ex eo quòd (a) *Hadrianus Papa in Concilio 153. Episcoporum Abbatumque decrevit, ut Carolo Magno Imperatori jus, ac potestas esset eligendi Papam & ordinandi Sedem Apostolicam: dignitatemque Patriciatus ei concessit: Insuper Archiepiscopos, & Episcopos per singulas Provincias, ab eo investituram accipere definivit. Et quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit, & nisi resipisceret, bona ejus publicari præcepit.* Hæc ille, & allegat Sigebertum, Valthramum, & alios posteriores.

Ad hæc respondemus; si hæc omnia vera sint, sequi multa contraria iis, quæ Rex probare conatur. Nam si Pontifex concedit Imperatori jus eligendi, & investiendi Episcopos: non igitur Imperator ex se caput est Ecclesiæ in ditione sua, ac per hoc neque Rex est caput, vel supremus gubernator Ecclesiæ in Regno suo; cùm Episcopos eligere, vel investire non possit, sine privilegio Romani Pontificis. Deinde si Pontifex donat Carolum Regem dignitate Patriciatus Romani, quæ erat dignitas temporalis, & Imperatoriæ proxima: ergo Pontifex jus magnum in Imperio temporali habebat, quippe qui ipsos etiam Reges ornare, & augere poterat dignitatibus ad Imperium pertinentibus. Præterea si Pontifex jubet eos, qui contra decretum ipsius agerent, non solùm anathematis vinculo alligari; sed etiam bona ipsorum temporalia publicari; jus igitur Pontifex habet non spirituale solùm, sed etiam temporale, in eos qui decretis ipsius obtemperare nolunt.

Addo secundò (b) historiam illam confictam videri, non veram. Nam Sigebertus, qui primus illam mandavit litteris, trecentis circiter annis posterior fuit Carolo, atque Hadriano: ii verò qui cum Carolo vixerunt, & res ejus gestas accuratissimè conscripserunt, ut Eginarthus, & annalium Francorum auctor, nullam hujus privilegii mentionem fecerunt. Deinde quo pactu verum esse potest, dedisse Hadrianum privilegium aliquod Carolo Magno Imperatori, cùm tempore Hadriani Carolus Imperator non esset? Hadrianus enim obiit anno salutis 795. Carolus autem Imperare cœpit anno Domini 800. ut Eginarthus & alii tradunt. Præterea si Carolus Magnus Pontifices Romanos creandi jus habebat, cur nullum omnino creavit, neque ipse, neque multi ex successoribus ejus? nam Anastasius Bibliothecarius scripsit accuratè vitam, & creationes duodecim Pontificum, qui sibi invicem post Hadriani primi Pontificatum successerunt; & nusquam Caroli, vel successorum ejus meminit; sed à solo Clero, & populo electos, & creatos fuisse tradit. Porrò Gulielmus item Bibliothecarius, qui Anastasio successit, scripsit vitam Hadriani II. à Clero pariter, & populo solùm electi. Et cùm fortè Legati Imperatoris tum Romæ adessent, & quererentur se ad electionem Pontificis invitatos non fuisse: responsum eis fuisse scribit Gulielmus, id ea ratione factum esse, ne legatos Principum in electione Romanorum Pontificum expectandi mos inolesceret: qua ratione accepta, inquit Gulielmus, *Legati omnem suæ mentis indignationem medullitus sedavere, & ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt.*

Hæc certè apertissima demonstratio, vel nullum ejusmodi privilegium datum fuisse Carolo, vel certè ab illo admissum non fuisse, manifestissimum reddit. Quod etiam inde confirmatur, quod & Carolus in Capitulari suo lib. 1. cap. 84. Et habetur etiam apud Gratianum dist. 63. can. sacrorum; decernit, liberas esse debere electiones Cleri, & populi: & Hadrianus II. in Concilio generali octavo can. 22. prohibet omnino Principibus, ne se electionibus Episcoporum admisceant; Et habetur hoc decretum etiam apud Gratianum dist. 63. can. 2. Et tamen neque Carolus, neque Hadrianus II. mentionem ullam faciunt privilegii concessi ab Hadriano I. quam mentionem omnino facere debuissent, vel ut ei privilegio Carolus renunciare se diceret, vel ut illud abrogari novo decreto Hadrianus in generali Synodo declararet.

Addo postremò nihil præjudicari summæ Summi Pontificis auctoritati, etiam si verum esset (c) Pontifices aliquando ab Imperatoribus fuisse creatos; tum quia id Imperatores non ex proprio jure, sed ex privilegio Pontificis Maximi fecissent: tum quia Electores auctoritatem aliquam exercent in personam designandam, cui Pontificatus dignitas conferenda est, nullam exercere possunt in Pontificem electum; alioqui etiam Electores Imperatoris jus haberent in Imperatorem electum, cùm revera nullum ipsi habeant in Imperatorem, & magnum in eos habeat Imperator: quemadmodum & S. R. E. Cardinales, quamvis Electores Pontificis sint: tamen ubi electus est, non subjicitur ille Cardinalibus, sed Cardinales illi, ut Pastori, & Principi subjiciuntur.

Pergit deinde Rex pag. 27. & addit, *Quod Imperatoris assensus, longo annorum decursu, eligendis Pontificibus intervenerit, Platina multique alii ex Pontificiis scriptoribus testes sunt, atque ipse Bellarminus in suo controversiarum opere hoc commodè eludere non potest, quin & certam pecuniam, ut confirmationem obtinerent, Pontifices in Imperatorium fiscum dependere cogebantur, quem morem penè ad septingentesimum Christi annum durasse, Sigebertus, & Luitprandus, aliique Pontificiæ sectæ historici testes sunt.* Hæc ille.

Negare non possumus quin Principes Ariani, (d) Gothi videlicet, cum multis aliis rebus Ecclesiam Catholicam afflixerint, tum hoc ipso, quod absque consensu suo, aliquando etiam absque numerata pecunia Pontificem creari non permittebant, quem morem sequuti sunt aliquandiu Græci Imperatores, qui Gothis expulsis Italiam recuperaverunt. Sed hæc tyrannis ab initio anni quingentesimi initium accepisse, & anno Domini 684. desiisse videtur, hoc enim anno scribit Anastasius, Constantinum Imperatorem concessisse Benedicto II. Summo Pontifici, ut deinceps consensus Principis non expectaretur. Fuisse autem tyrannicam legem illam sive Gothorum, sive Græcorum, sanctus Gregorius Papa disertis verbis testatur in explicatione Psalmi quarti pœnitentialis. Quid autem mirum est, si Principes illi electioni Summorum Pontificum se admiscuerint, qui personas ipsas Pontificum vel exilio, vel carceribus, vel morte mulctabant? non enim judicandum est de potestate Principum in Summos Pontifices ex eo, quod aliquando fecerunt, sed ex eo, quod justè facere potuerunt. Sed si per annos circiter ducentos, ac fortasse minori tempore sustinuit Ecclesia tyrannidem illam partim à Gothis, partim à Græcis; per annos mille quadringentos libertatem suam obtinuit.

Pergit

(a) *An Hadrianus Papa concesserit Carolo Magno potestatem creandi Romanum Pontificem.* (b) *Historia Sigeberti de privilegiis Carolo Magno ab Hadriano Papa concessis, videtur conficta.* (c) *Electio Pontificis si per Imperatorem facta fuisset, summæ potestati Pontificis minimè præjudicasset.* (d) *Gothi Reges, & Græci Imperatores Romanam Ecclesiam diu vexarunt.*

Pergit Rex pag. eadem, & ait, *Sed passim occurrunt Imperatorum exempla, qui Romanis Pontificibus suam potestatem abrogarunt. Otho Imperator Joannem XII. Pontificatu abdicavit, quòd esset variis criminibus, ac præcipuè libidine infamis. Henricus III. Imperator exiguo temporis spatio Benedictum IX. Sylvestrum III. & Gregorium VI. Synodaliter deposuit, cùm insimulatos avaritia, tum quòd hanc in Principes extraordinariam potestatem protervè, & procaciter usurpassent*. Hæc ille.

Sed facilis est responsio; nam (*a*) neque Otho Joannem XII. neque Henricus Benedictum, Sylvestrum, & Gregorium propria, vel imperiali potestate deposuerunt: sed per Synodum Episcoporum Ecclesiastica auctoritate deponi curarunt. Id Rhegino, & alii citati testantur. Neque facilè concedimus, justam fuisse depositionem eorum Pontificum; sed hoc ad rem præsentem non pertinet. Illud autem quod Rex adjungit, depositos fuisse Benedictum, Sylvestrum, & Gregorium, quòd hanc in Principes extraordinariam potestatem protervè, & procaciter usurpassent: aliquo testimonio probari oportuisset. Siquidem hic solum allegari video Marianum Scotum, Sigebertum, Abbatem Urspergensem, & Platinam: poterat etiam addere Othonem Frisingensem, & Hermannum Contractum. Marianus ad annum 1045. sic loquitur: *Henricus Rex Italiam ingressus pacificè à Romanis suscipitur, Papas tres non dignè constitutos Synodaliter deposuit*: neque causam particularem explicat. Abbas Urspergensis eadem verba repetit, quæ videlicet à Mariano Scoto accepit. Sigebertus sic ait: *Roma uno contra duos, & duobus contra unum de Papatu contendentibus, Rex Henricus contra eos Romam vadit, & eis canonica, & imperiali censura depositis, Suidegerus Bambergensis Episcopus, eligitur, qui & Clemens Romanæ Ecclesiæ CLIII. præsidet*. Hermannus Contractus sic loquitur: *Juxta Natalem Domini non longè ab urbe Roma apud Sutrium Synodo item acta, causaque erroneorum Pontificum diligentius ventilata, Gratianum Papam convictum baculo pastorali privavit. Dein omnium tam Romanorum, quàm aliorum consensu Suidegerum Episcopum Romanæ Ecclesiæ elegit Pontificem*. Otho Frisingensis, auctor gravissimus lib. 6. Chronici cap. 36. sic ait: *Porrò Gratianus Regi apud Sutrium occurrens ad leniendum ipsius animum diadema pretiosum obtulisse dicitur: quem Rex primò, ut decuit, honorificè suscepit: postmodum autem collecto Episcoporum conventu à Pontificatu pro nota simonia cedere persuasit*. Hæc Otho, qui verissimè scribit (*b*) Gregorium VI. qui ante Pontificatum Gratianus dicebatur, persuasum fuisse ab Imperatore, ut se ob notam simoniæ abdicaret Pontificatu, proinde non propriè Gregorius depositus fuit, vel ab Imperatore, vel à Synodo; sed spontè cessit, eò quòd de crimine simoniæ convictum sese cerneret.

Non desunt tamen viri gravissimi, qui Gregorium VI. nullius criminis convictum fuisse defendant: sed ad rem nostram non facit, qui hoc loco solùm demonstrare volumus, à nullo auctore scribi, quod Rex hoc loco dicit, depositos fuisse Pontifices tres, eò quòd extraordinariam potestatem in Principes protervè, ac procaciter usurpassent. Id enim nullus omnino scribit. Porrò Platina, qui ultimo loco adducitur, nullam causam reddit, cur hi Pontifices in Concilio depositi fuerint, nisi quòd essent mali.

Jam verò si ex his duobus exemplis Othonis, & Henrici Imperatorum aliquid efficeretur ad probandum, habere jus aliquod Imperatores ad Pontifices deponendos: multò facilius probaretur ex plurimis exemplis, habere Pontifices jus ad deponendos Im-

peratores. Isti enim duo Otho, & H
fices deposuerunt, non auctoritate sua
idest, Ecclesiastica potestate: (*c*) Pon
peratores deposuerunt, non laica Prin
te, sed sua, ac propria. Exempla si
Gregorius junior Imperatorem Leone
hæreticorum Iconoclastarum Princeps
catum privavit vectigalibus Italiæ, ac
rii parte mulctavit. Testantur hoc, &
ci scriptores Cedrenus, & Zonaras in
saurici. Leo III. transtulit Imperium
tale à Græcis ad Francos, ac per ho
dia Imperii parte Græcos Imperatores
vit Francos; de qua re testes sunt innu
adduximus in primo libro ex tribus, q
translatione conscripsimus. Gregoriu
torem Henricum IV. publica atque so
nia excommunicatum privavit Imper
factum fuisse, quicquid pauci schism
cant, testantur omnes graves histori
jus temporis auctores, quos, verbis
medio allatis, produximus in lib. 4. de
Innocentius III. Othonem IV. Imperat
teste Flavio Blondo lib. 6. Decadis 2.
in Generali Concilio Lugdunensi assen
bus publicè deposuit Fridericum II. Im
clesiæ persecutorem maximum. Exta
tia, cap. Ad Apostolicæ, de sentent
ta in 6. Clemens VI. Ludovicum IV.
Joanne XXII. & benedicto XII. excom
perio privavit. Vide Albertum Pigh
rarch. Eccles. cap. 14. & 15.

Pergit deinde pag. 28. & adfert e
gum, qui Pontificibus strenuè restiter
Walthramo in lib. de investituris Epi
bat Episcopos Hispaniæ, Scotiæ, An
per Reges introisse cum pace tempo
integrè, ex antiqua institutione usqu
novitatem. Vocat autem Walthramu
vitatem decretum Gregorii VII. proh
ras Ecclesiarum accipi à Regibus, &
culi. Respondemus, verum esse per
pus consuevisse Episcopos à Regibus in
gorium VII. fortissimum Ecclesiæ Dei
auxilio fretum, non timuisse veteres
clesiasticas leges renovare, atque de
enim in Epist. ad Hugonem Diensem
in Concilio habendo, cui ipse ut Leg
Sedis præsessurus erat, canonem vicesi
octavæ Synodi generalis renovari cur
betur Principibus omnibus, etiam Re
ratoribus, ne se in Episcoporum electi
quam Gregorii sententiam de tollendis
cipum, defenderunt non solùm succes
III. Urbanus II. Paschalis II. & alii
sancti, qui eo tempore floruerunt, ut
selmi, alter Cantuariensis, alter Luc

Deinde Rex pag. eadem ex annali
colai Gillii refert initium Epistolæ Phil
gis Francorum ad Bonifacium VIII. F
Epist. ridiculam continet salutationem
bere potuit iracundia potiùs, quàm c
mus enim gravissimam inimicitiam ge
Regem cum Bonifacio Pontifice; ne
si iratis animis quædam exciderunt, c
quam excidissent.

Addit postea (*e*) sanctum Ludovi
blica pragmatica sanctione omnes Ci

(*a*) *An ab Imperatoribus ulli Romani Pontifices depositi.* (b) *Gregorius VI. Papa non depositus fuit, sed ipse se Pontificatu* … *ratores à Pontificibus depositi.* (d) *De investituris Episcoporum à Regibus usurpatis.* (e) *An S. Ludovicus Rex Fra*… *nes in Regno suo prohibuerit.*

ctiones intra Regnum suum prohibuisse; & citat ad marginem, ex arrestis Senatus Parisiensis. Ego verò legi quidem apud Nicolaum Gillium, inter alias sancti Ludovici ordinationes, hæc verba: *Item exactiones, & onera gravissima per Curiam Romanam Ecclesiæ Regni nostri imposita, vel impositas, quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum existit, sive etiam imponendas, aut imponenda, levari, aut colligi nullatenus volumus, nisi pro rationabili, pia, & urgentissima inevitabili necessitate, & de spontaneo expresso consensu nostro, & ipsarum Ecclesiarum Regni nostri.* Et fortasse hæc eadem verba habentur in arresto Senatus Parisiensis, quod mihi notum non est. Cæterùm legi pragmaticam sanctionem ejusdem sancti Ludovici, quæ habetur ad finem tomi sexti Bibliothecæ Sanctorum Patrum editæ Parisiis anno 1589. ubi habentur eædem ordinationes, demptis verbis suprascriptis, quæ videntur postea addita in odium Ecclesiæ Romanæ.

Legi etiam similes ordinationes tum apud Paulum Æmilium, tum apud Robertum Gaguinum in vita S. Ludovici, & verba illa à Nicolao Gillio recitata non reperio: sed contra potiùs legi apud eosdem auctores (a) sanctum Ludovicum Romanæ Ecclesiæ Pontificibus, Innocentio IV. Alexandro IV. Urbano IV. & Clementi IV. quorum temporibus vixit, fuisse addictum, & obedientem. Nam Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi excommunicanti, & deponenti Imperatorem Fridericum, astitit sanctus Ludovicus, atque, ut verbis Æmilii utar: *Se viresque Regni sui, ac consilium Sacrosanctæ potestatis tutandæ paratum esse professus, Innocentii causæ dignitatem, roburque addidit:* Et infrà. *Interea Francus* (sanctus Ludovicus) *auctoritate nominis Franci tegens Pontificem, sacram insuper militiam in barbaram religionem professus erat.* Denique in vita sancti Ludovici, quæ extat apud Laurentium Surium à confessario ejus ut creditur scripta, inter alia monita, quæ sanctus moriens filio suo, Regnique hæredi dedit; hæc verba habentur: *Semper sis addictus, & devotus Romanæ Ecclesiæ, ejus Pontifici haud secus atque spirituali patri te morigerum præbeas.*

Refert postea Rex eadem pag. & seq. ex Joanne Majerio in lib. de schismate, & Concil. quid actum sit inter Pium II. Pontificem, & Ludovicum XI. Regem Francorum, circa pragmaticam sanctionem, quam ex sententia Concilii Basileensis Carolus VII. Rex Francorum edidit. Sed non est opus, ut in hac re diutius immoremur: quod enim Pius II. Ludovici temporibus efficere non potuit, ut (b) pragmatica illa sanctio omnino de medio tolleretur; effecit postea Leo X. Francisco primo regnante. Itaque in Concilio Lateranensi sess. 11. pragmatica illa sanctio publico decreto sublata est. Sed hunc exitum pagmaticæ sanctionis, quia causæ suæ parum favebat, Rex facilè præteriri passus est.

Addit ultimò Rex pag. 30. & quatuor sequentibus exempla (c) Regum Angliæ, prædecessorum suorum. Siquidem Henricus primus Episcopatum Wintoniensem Willelmo Gifferd contulit, eumque contra novi Concilii decretum, de possessionibus cunctis ad Episcopatum pertinentibus investivit. Idem quoque Henricus Archiepiscopatum Cantuariensem Rodulpho dedit, eumque per baculum, & annulum investivit. Idem Turstano Eboracensi Archiepiscopo electo ad Callixtum Pontificem proficiscenti mandavit, ut à Pontifice benedictionem non acciperet: quod eùm ille neglexisset, Rex illi omnem suæ dominationis locum interdixit; atque hæc ex Matthæi Paris historia probantur. Rex Edovardus primus inhibuit Abbati de Waltam, & Decano sancti Pauli, ne decimas colligerent in sumptus belli Hierosolymitani, quamvis ad hoc delegati essent à Pontifice Romano. Et quoniam Abbate interim mortuo Decanus Edovardo Regi pariturum se pollicitus est; Rex Jacobus triumphat & dicit, *Hic hominem Ecclesiasticum teneo, qui Papæ non paruit, ut Regi suo pareret, in rebus quoque Ecclesiasticis, nondum scilicet nova hac Jesuitarum Theologia Orbi innotuerat.* Idem Edovardus tres viros Ecclesiasticos punivit, ex quo intelligitur, non esse Ecclesiasticos à Principis temporalis potestate exemptos. Edovardus II. Patrem imitatus viros Ecclesiasticos in custodiam duci jussit. Edovardus III. majorum vestigiis insistens Ecclesiasticos nonnullos vel carceri mancipavit, vel bonis temporalibus, & spiritualibus spoliavit. Denique sub Richardo II. publicorum ordinum decreto cautum est, ne quis beneficium à Pontifice Romano impetraret: qui secus faxit, extra Regis fidem, & tutelam censeretur. Hæc ex Archivis Regiis deprompta esse dicuntur.

Ego verò admiror intra spatium quingentorum annorum tam paucos inobedientes à Rege numerari potuisse: cùm constet à Regibus Angliæ per hoc tempus plurimos Sanctissimos Episcopos, vel Archiepiscopos, ob eam causam vexatos; quòd mallent Pontifici potiùs obedire, quàm Regi; & libertatem Ecclesiasticam fortissimè tuerentur. Theologia enim hæc Jesuitarum non est nova, sed antiquissima apud veros Catholicos; nisi fortè plus valeat exemplum unius Decani, quàm plurimorum Episcoporum, sanctitate, doctrina, & miraculis illustrissimorum, & salutis æternæ Regis, & gregis sui cupidissimorum.

Notum est quanta passus sit (d) sanctus Anselmus Archiepiscopus Cantuariæ à Rege Willelmo, quot annis exulaverit, quoties ad Romanum Pontificem confugerit, & quanta devotione quocumque iret, ab omnibus, ut Angelus Domini reciperetur. Dedit illi tamen Deus post mortem Willelmi Regis gloriosam victoriam, sic enim scribit Edmerus Anglus in lib. 2. de vita S. Anselmi: Eo igitur tempore adunato in palatio Regis Londini cunctis primoribus Angliæ victoriam de libertate Ecclesiæ, pro qua diu laboraverat, Anselmus adeptus est: Rex enim antecessorum suorum usu relicto, nec personas, quæ in regimen Ecclesiæ sumebantur, per se elegit; nec eas per dationem virgæ pastoralis Ecclesiis, quibus præficiebantur, investivit.

Non minus notum est, quanta, & quàm gravia passus sit sanctus Thomas Archiepiscopus Cantuariæ, & Martyr ab Henrico II. Rege, cujus persecutionem fugiens ad Pontificem Romanum ipse quoque se contulit, sed is etiam victoriam præclaram obtinuit, cùm post ejus obitum clarificante eum Domino signis, & virtutibus; idem Rex publicam pœnitentiam egerit.

Huic adjungi potest sanctus Edmundus Archiepiscopus Cantuariensis, qui ob defensionem Ecclesiasticæ libertatis, multa tum à Rege, tum à Regni proceribus passus est. Itaque ipse quoque in exilium voluntarium concedens apud Pontiniacum obiit, ubi receptaculum, & refugium erat omnium ab Anglia propter justitiam exulantium Prælatorum.

Sed ante hos omnes S. Dunstanus Archiepiscopus item Cantuariensis de manu Summi Pontificis Joannis XIII. pallium, insigne Archiepiscopalis dignitatis accepit; & admirandæ sanctitatis, & miraculorum gloria clarissimus fuit: nec tamen effugere potuit,

quin

(a) *S. Ludovicus Rex Francorum Ecclesiæ Romanæ addictissimus.* (b) *Pragmatica sanctio sublata.* (c) *An antiqui Reges Angliæ Romanis Pontificibus obedientes, an refractarii fuerint.* (d) *Episcopi Angli sanctitate conspicui à Regibus vexati.*

quin ab Eduino Rege mulierum amore corrupto in exilium pelleretur. Sed postea tamen ab exilio revocatus maxima constantia semper Regum scelera redarguit, & optimo fine in pace quievit, cujus vitam ab Osberto Monacho Cantuariensi sancti Dunstani æquali fideliter scriptam habemus.

Sanctus Hugo Episcopus Lincolniensis non pauca sustinuit à Richardo Rege, sed constantia, & virtute omnia superavit. Adscribam verba, quæ habentur cap. 18. vitæ ipsius: *Cùm aliquando Rex contra Regem Franciæ extra fines Regni sui alacriter dimicaret, & militi pecuniam multam erogasset, Archiepiscopum in patriam remisit cum mandato, ut Episcopis, & Prælatis in unum convocatis indicaret, se pecunia habere opus, cupereque ab illis adjuvari; sed vir sanctus accuratius rem ipsam examinans, cùm reperisset pauperculam plebem hac ratione gravari; respondit, etiamsi omnes Regi consenseritis: at ego nequaquam illi consentiam. Unus etiam ex Episcopis auditis rationibus, quas B. Hugo copiosè contra illam exactionem afferebat, illi adhæsit. Graviter hoc Archiepiscopus accepit, & gradu concito ad Regem abiit, multa ei de sancto Episcopo conquesturus. Audiens Rex solum Lincolniensem, suum retardasse conatum, & alium etiam Episcopum in suam sententiam pertraxisse, præ ira insaniens cuidam amico suo dixit, Sicut tu meam diligis salutem; ita ego tibi præcipio, ut Hugonem cum adhærente ei Episcopo penitus extirpare festines. Ejectus est ergo alter ille, & omnia quæ possidebat, fisco Regis addicta sunt. Sed justus tamquam leo confidens absque terrore erit &c. Et tandem Rex videns constantiam viri, & quod minas universaque pericula pro nihilo duceret, eum ex animo venerari cœpit.* Addam & pauca ex cap. 20. *Hortantibus quandoque amicis, ut majoris periculi vitandi causa in quadam re parvi momenti Regi contra jus Ecclesiæ consentiret; sic fertur dixisse, Absit, ut persona laica, cujuscumque etiam dignitatis, & eminentiæ, privilegium Ecclesiasticæ libertatis infringant. Mihi verò non contingat, ut timore potestatis alicujus, aut formidine difficultatis quantæcumque, jus Ecclesiæ Dominæ meæ Sanctæ Mariæ, quantum in me est, deperire sinam &c. Hic nos quoque Ecclesiasticum hominem tenemus, cui nota erat theologia, quam Jesuitæ hodie docent, non esse obediendum Regi, in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis.*

Sanctus Richardus Episcopus Cicestrensis claudat hunc locum. *Is electus fuit Episcopus contra sententiam Regis: propterea Rex furore percitus res Ecclesiæ Cicestrensis jussit confiscari. Episcopus multas injurias, contumeliasque perpessus ad Apostolicam Sedem se contulit, cui tunc Innocentius IV. præsidebat: prævenerant autem eum Legati Regii, ut etiam apud Summum Pontificem Sanctum virum Richardum fatigarent: sed Pontifex partibus auditis Beati Richardi electionem sua auctoritate confirmavit, atque eundem sacrarum manuum impositione Episcopum consecravit. Reversus in Angliam Episcopus, non solùm bona Ecclesiæ suæ recuperare non potuit, sed etiam proposito edicto publico Rex omnibus interdixit, ne quis ei pecuniam mutuo daret. Cæterùm vir sanctus memor verborum sancti Jacobi, quòd Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes Regni, quod repromisit diligentibus se, egestate sua gaudens partes omnes boni pastoris implevit.*

Hinc habemus, quòd Rex quærebat exempla Regum, qui bona non tantùm temporalia, sed etiam spiritualia Ecclesiasticis per vim eripiebant sed habemus etiam, quod Rex non quærebat, exempla Sanctorum Episcoporum, qui pro libertate Ecclesiastica tum agendo, tum patiendo fortissimè dimicabant.

Sed hoc loco prætereundum non est, hos ipsos (a) quinque Anglicos Reges, quicquid tandem egerint,

fuisse fide Catholicos; neque unqua[m]
Summi Pontificis, ut supremi capitis
cisse. Nam Henricum primum post l[…]
nes pro investituris Episcoporum, co[…]
tificum decretis. Id præter testimoni[…]
allatum, testatur Florentius Vigornie[…]
anni 1107. his verbis: *Statuit Rex, […]*
reliquum nunquam per dationem baculi […]
nuli quisquam de Episcopatu, aut Abbati[…]
quamlibet laicam manum in Anglia inve[…]
statur Gulielmus Malmesberiensis li[…]
verbis: *Investituras Ecclesiarum post m[…]*
Deo, & sancto Petro remisit.

Edovardus primus sine dubio Cat[…]
Summum Pontificem caput Ecclesiæ […]
tat enim Epistola ejus apud Thomam
anno 1301. ad Bonifacium VIII. cuj[…]
ptio. *Sanctissimo in Christo Patri, Dom[…]*
ctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ Sum[…]
vardus Dei gratia Rex Angliæ salutem
dum oscula beatorum. Certè qui Bo[…]
salis Ecclesiæ Summum Pontificem v[…]
ei negare obedientiam, & subjectio[…]
clesia universali alienum se esse pr[…]
pedum devota oscula Pontifici offer[…]
fectò diceret, quod Jacobus Rex di[…]
Pontifice inferiorem esse.

Edovardus II. vel ex eo Pontif[…]
agnovisse se testatus est, quòd cum
tiæ Regem censuris Ecclesiasticis coe[…]
causa, quæ inter utrosque Reges co[…]

Edovardus III. Epistolam scripsit a[…]
Pontificem eodem Valsingamo teste,
prione, videlicet, *Sanctissimo in Chri[…]*
Clementi Divina providentia Sanctæ R[…]
lis Ecclesiæ Summo Pontifici, Edovardu[…]
Angliæ & Franciæ &c. devota pedum o[…]
infrà, *pensata etiam devotionis plenitu[…]*
stra Regia, & Clerus, & populus dic[…]
hactenus in obedientia Sedis Apostolicæ […]

Denique de Richardo II. quòd fu[…]
tholicus dubitari non potest, nam c[…]
schisma factum esset in Ecclesia, […]
Clemente VII. contra Urbanum P[…]
dus Rex legem tulit, ut qui alium […]
ter Urbanum, quem unicum, & v[…]
put appellat, agnoverit, bonis o[…]
protectione privetur.

Sed esto, quinque isti Reges alie[…]
lica fuissent: an non deberet Rex J[…]
tiùs ducentos circiter Reges prædece[…]
Anglos, partim Scotos, quàm qui[…]
nim ex Joanne Lesleo (b) Reges S[…]
do primo, qui anno salutis 197. […]
Pontifice fidem Christianam accep[…]
riam hujus Regis matrem, Catho[…]
næ Apostolicæ Sedi obedientes fui[…]
autem 84. Reges, vel, ut alii vol[…]

Nec minus constat ab anno salu[…]
Angliæ ab Ethelberto, qui primus f[…]
à S. Augustino suscepit, usque ad S[…]
est, usque ad annum salutis 1066. […]
licos, sed etiam Romanæ Sedis dev[…]
tradunt Beda, Polydorus, & alii
tem Reges isti circiter octoginta. I[…]
sunt post conquestum Reges viginti […]
mo usque ad Henricum VIII. ex qu[…]
Rex Jacobus sibi ad imitandum p[…]

(a) *Quinque Reges Angliæ, quos Jacobus pro causa sua adducit, Pontificem Romanum, ut caput Ecclesiæ universæ […] Scotiæ à Donaldo primo usque ad Mariam hujus Jacobi sexti matrem, per annos mille trecentos, Catholici fuer[…] ab Ethelberto usque ad Henricum octavum per annos nongentos Catholici fuerunt.*

quindecim, vel potiùs ducentis & quindecim, quos & Catholicos, & Apostolicæ Sedis obedientes fuisse negare non potest.

CAPUT VII.

Jacobum Regem ab hæresi excusari nulla ratione posse.

HIS digressionibus expeditis, Rex à pag. 35. usque ad 40. probare nititur, se neque Apostatam esse, neque hæreticum. Apostatam propriè non esse facilè concedi potest. Illi enim dicuntur Apostatæ, qui Christianam fidem, & religionem omnino deserunt, ut ne Christiani quidem dici velint: qualis fuit Julianus Imperator, qui ex Christiano paganus factus cognomen Apostatæ sibi peperit. Quod autem Rex dicit Patrem suum, & Avum paternum idem de fide secum sensisse; à Matre quoque nullis litteris, quas frequenter ab ea accipiebat, invitatum ad Pontificiam religionem: quin etiam supremis verbis per Præfectum domus ab ea sibi mandatum, posse se in Religione, quam colebat perseverare, modo probè, sanctèque viveret; & commissos populos, prudenter, & piè gubernaret: denique Matrem eandem jussisse, ut in Baptismo filii sui, cæremonia sputi nupera non uterentur: nolle enim se, ut impurus Presbyter in os infantuli sui inspueret.

Respondeo, quod ad (a) cæremoniam sputi attinet, illam non esse nuperam, cùm ejus meminerint S. Ambrosius lib. 1. de sacrament. cap. 1. sanctus Gregorius in Sacramentario, Beda in homil. in Evangelium Dominicæ 12. post Trinitatem, Rabanus lib. 1. de instit. cleric. cap. 27. Hugo de Sancto Victore lib. 1. de sacram. cap. 18.

Neque verum est, ea cæremonia salivam Presbyteri in os infantuli inspui: sed solùm aures, & nares saliva tangi, ut Patres citati dicunt, & Ecclesia servat: hæc enim sunt verba venerabilis Bedæ: *Unde credo mos increbuerit Ecclesia; ut Sacerdotes illius his, quos percipiendis baptismi sacramentis præparant; prius inter cætera consecrationis exordia, de saliva oris sui nares tangant, & aures, dicentes Epheta.* Itaque credibile non est, eam cæremoniam à Catholica Regina fuisse prohibitam.

Quod ad parentes Regis attinet, dico, non deesse apud nos, qui Regis Patrem, & Matrem, fortasse etiam Avum paternum viderunt, quique pro competto habere se dicant, Patrem, & Avum Regis fuisse Catholicos; Reginam verò matrem, non solùm ipsam fuisse Catholicam, sed etiam dedisse omnem operam, ut filium à Novatorum erroribus ad antiquam, & veram fidem traduceret. Quin etiam ostenduntur hic Romæ Epistolæ non paucæ manu propria ejusdem Reginæ exaratæ, quæ satis testantur zelum ejus de conversione filii ad Catholicam Religionem. Neque fidem habemus Præfecto domus Melvino, qui cùm hæreticus sit, mirum non est, si ea sibi à Regina moriente dicta esse confingat, quæ ad hæresim suam commendandam pertinent.

Porrò hæreticum se non esse Rex dicit, quia scripturis Canonicis credat; quia tria fidei Symbola Apostolicum, Nicænum, & S. Athanasii libens juret; quia prima quatuor Concilia generalia, tamquam Catholica, & orthodoxa veneretur; quia quicquid quadringentis post Christum annis (quingentis in Anglicano libro legitur) unanimi consensu Patres ad æternam salutem esse necessarium, statuerunt; aut cum iis sentiat, aut modesto silentio obmutescat, reprehendere certè non audeat. Sed hæc non satis esse, ut hæreticus dici non possit, facili negotio demonstrabimus.

Primùm enim, scripturis Canonicis, sine certo fundamento Rex credit, ac per hoc propriè (b) non credit. Dicit enim duos esse ordines scripturarum, ut à Bellarmino tradi affirmat lib. 1. de Verbo Dei c. 4. & quidem scripturas secundi ordinis, non esse tantæ auctoritatis, ut fidei ullum caput inde stabiliri possit. Porrò Bellarminus facit quidem duos ordines scripturarum, unum earum, de quarum auctoritate numquam dubitatum est: Alterum earum, de quibus à nonnullis veterum dubitatum est; sed tamen utriusque ordinis Bellarminus affirmat, scripturas esse divinas, & Canonicas, & ex utroque ordine scripturarum posse elici, & stabiliri capita fidei. Idque probat fusissimè in sequentibus capitibus. Scripturæ secundi ordinis sunt Tobias, Judith, Baruch, Sapientia, Ecclesiasticus, Machabæi, & alia quædam, atque hæc sunt ex quibus Rex & cæteri Calviniani negant posse elici, vel stabiliri dogmata fidei.

A quibus ego libenter quærerem, unde habetis scripturas primi ordinis esse divinas, & Canonicas: scripturas secundi ordinis non esse tales? Nam certè ex ipsis scripturis neutrum probari potest, nusquam enim scriptum est, libros Genesis, & Exodi esse divinos; libros Tobiæ, & Judith non esse: librum Isaiæ esse Canonicum; librum Baruch non esse: ex libris Proverbiorum, ex Ecclesiaste, ex Canticis, posse elici dogmata fidei; ex libris Sapientiæ, & Ecclesiastici non posse: denique libros Regum Canonicos; libros Machabæorum apocryphos esse. Dicent prioris ordinis libros hebraica lingua scriptos inveniri, posterioris non inveniri scriptos nisi græcè aut latinè. At scriptura nusquam docet, libros hebraicè scriptos esse Canonicos; alios non esse. Neque æquum est Spiritum Sanctum, qui est vetus auctor scripturarum alligare velle ad linguam hebraicam, ut Judæi faciunt, quasi non potuerit etiam tempore testamenti veteris librum dictare lingua græca, aut latina. Itaque rectè S. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei cap. 36. *Libros*, inquit, *Machabæorum, non Judæi, sed Ecclesia pro Canonicis habet*. Dicent, (c) libros primi ordinis apud omnes indubitatos semper fuisse: de libris secundi ordinis aliquos scriptores aliquando dubitasse. At non ideò prioris ordinis libri sunt habendi divini, quia de illis scriptores particulares non dubitarunt: neque posterioris ordinis sunt habendi apocryphi, quia de illorum auctoritate aliqui dubitarunt, alioqui fides nostra ab hominum dubitatione, vel non dubitatione penderet. Sed illi soli sunt habendi libri canonici, & divini, quos Mater Ecclesia, quæ spiritum Dei habet, & est columna, & firmamentum veritatis per os summi Pastoris, vel Conciliorum legitimorum dicit, verè esse Canonicos, & divinos. Verè enim scripsit S. Augustinus: *Evangelio non crederem, nisi me Ecclesia commoveret auctoritas*, lib. contra Epist. fundamenti cap. 5.

Quemadmodum igitur Ecclesiæ credimus nos Catholici docenti, libros primi ordinis esse divinos; ita eidem credimus docenti, libros secundi ordinis esse divinos, omnes enim istos libros enumerat inter Sacros, canonicos, & divinos Innocentius primus Pontifex in epist. ad Exuperium; Gelasius primus item Pontifex in decreto de libris sacris edito in Concilio 70. Episcoporum; Concilium Carthaginense tertium can. 47. Concilia denique generalia Florentinum, & Tridentinum.

(a) *Cæremonia illa, qua tanguntur saliva nares, & aures baptizandorum antiquissima est.* (b) *Hæreticè scripturis sacris non verè credunt.* (c) *Qui sint libri Canonici, & qui apocryphi, ad Ecclesiæ judicium pertinet.*

num. Ecclesia verò, non ex verbo Dei scripto, sed ex verbo Dei à majoribus per temporum successiones tradito didicit, qui sint libri Canonici, qui sint apocryphi. Rex autem qui verbum Dei scriptum proferre non potest, cùm nullum extet de hac re; verbum Dei traditum non recipit, quia Novatores recipi prohibent; Ecclesiæ judicium, idest, summi Pastoris, & Conciliorum (extra prima quatuor) non admittit; quid superest, nisi ut arbitrio suo, aut Novatorum opinionibus acquiescat; ac per hoc de ipso verbo Dei, non verbo Dei, sed humano judicio credat?

Quod autem dixi de Scripturis sanctis, idem de intelligentia scripturarum dici potest. (a) Novatores enim ubi scriptura propriis disertisque verbis loquitur; pro nihilo ducunt, ea verba in tropos, & figuras transmutare, si quando opinioni suæ non favent: sic verba illa Cœnæ rotunda, clara, perspicua, *Hoc est enim corpus meum*, mille figuris involvunt Calviniani, ut quidlibet aliud significare videantur, quàm quod verè, proprieque significant: sic illud Apoc. 11. de duobus Prophetis cum Antichristo pugnaturis atque ab eo interficiendis, & paulò post à Deo resuscitandis; omisso litterali, plano, proprio, ac perspicuo sensu, omnino laborant, ut metaphoris obscurent, atque ad alia transferant, quæ nos Catholici à proprio sensu alienissima esse censemus, sed de his hactenus.

Venio ad tria symbola, & quatuor prima Concilia. Scimus Lutheranis sacramentarios, & sacramentariis Lutheranos hæreticos esse: Scimus Pelagianos, & Monothelitas Catholicis, & Protestantibus hæreticos esse: Scimus alios plurimos aliis omnibus, præterquam suæ sectæ hominibus, hæreticos esse: & tamen isti omnes recipiunt scripturas canonicas, tria Symbola, & quatuor prima Concilia, & Patres primorum quadringentorum annorum minimè spernunt. Vel igitur Pelagiani, Monothelitæ, aliique id genus homines hæretici non sunt, vel (b) non satis est ad hæreticum nomen fugiendum illa recipere atque admittere, quæ Rex Anglorum recipere atque admittere se dicit.

Neque multum refert quòd Pelagius hæresiarcha antiquior fuerit tertio, & quarto Concilio: nam Pelagiani novi, qui tempore sancti Prosperi, & sancti Fulgentii pelagianam hæresim renovarunt, posteriores quatuor Conciliis fuerunt, neque ea negabant. Ut etiam hoc tempore Græci in articulo de Processione Spiritus Sancti à Patre, & Filio, hæretici habentur à Lutheranis etiam, & Calvinistis; & tamen scripturas, tria symbola, quatuor Concilia, & Patres veteres venerantur, non igitur ista sufficiunt.

Deinde quæro à Rege, (c) cur quatuor tantùm prima Concilia generalia recipit? cur non quintum etiam, sextum, septimum, octavum; deinde Lateranensia, Lugdunensia, Viennense, Constantiense, Tridentinum? fortasse Ecclesia Christi post annum quingentesimum periit? At Regni Christi, quod est Ecclesia non erit finis. Luc. 1. Et adversus Ecclesiam portæ inferi non prævalebunt. Matth. 16. fortasse mansit Ecclesia post annum quingentesimum, sed invisibilis, & in antris, ac speluncis delitescens? At Ecclesia civitas est supra montem posita, (d) quæ abscondi non potest Matth. 5. Et semper illud impleri poterit: *Si te non audierit, dic Ecclesiæ*. Matth. 18. Et rectè S. Augustinus de Ecclesia exponit illud Psalm. 18. *In sole posuit tabernaculum suum, idest*, inquit, *in manifestatione Ecclesiam suam, non in occulto, non quæ lateat, non velut operta, ne fortè fiat sicut operta super greges hæreticorum. In sole ergo posuit tabernaculum*
retice fugis in tenebras? Hæc S. Augu[...]

Fortasse post annum quingentesim[...]
runt hæretici novi, adversus quos Co[...]
vocanda essent? At extiterunt Mon[...]
nam in Christo voluntatem esse docel[...]
resim condemnarunt Patres in Conci[...]
terunt & alii, atque alii, adversus quo[...]
bus varia Concilia cogenda fuerunt,
bella hæreticorum defuerunt, neque d[...]
donec Ecclesia militans appellabitur.

Fortasse defuit aliquid Conciliis re[...]
solis primis quatuor inveniri potuit? [...]
Confer (e) Concilium primum cum[...]
mo adfuerunt Episcopi undique evoca[...]
in sexto. In primo adfuerunt Legati[...]
dis: adfuerunt & in sexto. In prim[...]
tor Constantinus: adfuit & in sexto [...]
nis ejusdem. In primo dictum est ana[...]
atque inde tota Ecclesia Arianos, u[...]
reticos detestata est. In sexto dictu[...]
Monothelitis, atque inde tota Ecclesi[...]
ut manifestos hæreticos detestata est[...]
ditum est adfuisse doctorem Spiritum
Patribus in Christi nomine congrega[...]
se, Visum est Spiritui Sancto, & nob[...]
creditum est in sexto, nisi fortè Spi[...]
clesiam deseruisse dicendus sit, qui [...]
doceret omnem veritatem. Quod a[...]
comparatione Concilii primi cum [...]
potest de comparatione primi cum rel[...]
do, & ordine congregatis. Quare v[...]
nulla esse Concilia, ac ne prima illa
bus fuerit auctoritas novarum hær[...]
tum; vel eadem auctoritas tribue[...]
Conciliis generalibus ritè congrega[...]
frustra recipit quatuor prima, qu[...]
subsequentia.

Sed venio ad singula, quæ Rex po[...]
ctas admittere, & venerari se dicit.
bolum Apostolicum ab eo plenè r[...]
quintus est, Descendit ad inferos: [...]
tur in symbolo S. Athanasii, & habet[...]
thechismis Lutheri, & Calvini, & [...]
tum Catholicorum, tum hæreticoru[...]
articulum Calviniani, quales sunt in [...]
testantes, tum Puritani, verbo con[...]
negant. Siquidem apud Calvinum li[...]
in parvo Cathechismo, in psychopa[...]
bi, Christum descendisse ad inferos,
natorum pertulisse; pertulisse autem [...]
rum Christum Calvinus dicit, primùm
calicem passionis transferri à se rogavi[...]
ce, cùm ait, *Deus meus ut quid derel[...]*

At symbolum Apostolicum tradit,
seros descendisse post mortem, non
horto, vel in Cruce: & hæc est trad[...]
terum Patrum, qui primis quingentis a[...]
Christum videlicet post mortem, (g)
mam descendisse ad locum subterrane[...]
secundùm corpus jacuisse in sepulchr[...]

Consule ex Græcis sanctum Ignati[...]
Trallianos, S. Justinum in dialogo cu[...]
Irenæum lib. 5. extremo, Clementem
strom. Origenem hom. 15. in Genesim
latiensem lib. 4. de demonstr. Evang. c.
Hierosolym. Catechesi 4. S. Athanasiu[...]
tione Verbi, qui incipit, Mos pii hom[...]

(a) *Non minus de sensu, quàm de numero librorum divinorum incerti sunt Novatores.* (b) *Non satis est admittere tria sym[...] prima Concilia, ut quis Catholicus dici possit.* (c) *Nulla ratio reddi potest, cur primis quatuor Conciliis fides haberi d[...] debeat.* (d) *Ecclesia semper est visibilis.* (e) *Collatio Conciliorum primi, & sexti.* (f) *Hæretici non integrè recipiunt sym[...]*
(g) *Christus secundum animam verè descendit ad inferos: secundum corpus verè jacuit in sepulchro.*

in Psalm. 44. & 48. S. Gregorium Nissenum orat. 1. de Resurrectione Christi. S. Gregorium Nazianzenum orat. 2. de Pascha S. Epiphanium in Ancorato ante medium. S. Joannem Chrysostom. homil. 2. de Symbolo. S. Cyrillum Alex. lib. 12. in Joan. cap. 36. & in lib. de recta fide ad Theodosium.

Ex Latinis Tertullianum in lib. de anima cap. 31. & 32. S. Hippolytum Martyrem in orat. de Antichristo. S. Hilarium lib. 10. de Trinitate, & in Psal. 138. S. Philastrium in lib. de hæresibus cap. de descensu Christi ad inferos. S. Gaudentium tract. 6. de Exod. S. Ambrosium lib. 3. de fide cap. 3. S. Hieronymum in cap. 4. ad Ephes. in cap. 9. Zachariæ, & in cap. 3. Ecclesiastæ. Prudentium in hymno 1. & *9. καθημερινῶν*, Ruffinum in explicatione Symboli. S. Augustinum epistol. 57. ad Dardanum, & *99.* ad Evodium, & tract. 78. in Joan. & in Psal. 85. & lib. 17. de Civit. Dei cap. 11. & lib. 20. cap. 15. S. Leonem serm. 1. de Resurrectione. S. Fulgentium lib. 3. ad Trasimundum Regem cap. 23. S. Vigilium Mart. lib. 2. adversus Eutychetem. Sanctum Gregorium lib. 13. Moral. c. 20. Ex his nullus est qui non vixerit primis quingentis annis, S. Gregorio excepto, quem addere volui, ut Apostolum Anglorum.

Consulat Rex hos veteres Patres, & si illis fidem habet, intelligat, circa Symbolum Apostolicum multum se cum suis à veteris Ecclesiæ sententia aberrare. Neque solùm in hoc articulo, sed etiam in articulo de Ecclesia Catholica, & in articulo de Remissione peccatorum, Rex Anglorum verba, non sensum tenet. Neque enim credere potest Ecclesiam esse Catholicam; dum Ecclesiam non habet, nisi particularem, quæ Regnum Angliæ non egreditur, ut initio demonstravimus. Neque veram peccatorum remissionem credere potest, qui cum Novatoribus credit, peccata semper hærere in homine quamtumvis justificato, quamvis non imputentur. Non autem posuerunt Apostoli in Symbolo, credo non imputationem peccatorum; sed credo remissionem, veram utique & plenam, alioqui potentior fuisset culpa primi hominis, quæ omnes ex Adamo genitos verè, ac propriè inquinavit; quàm gratia secundi hominis, quæ renatos in Christo, non potuit verè, proprieque purgare: sed de his multa in Controversiis diximus, quæ repetenda non sunt.

Porrò quod attinet ad (a) Symbolum Nicænum, si Rex illud admittat cum additione Concilii secundi generalis, ut passim in Ecclesiis omnibus legitur; inveniet in eo hæc verba, *Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum*: quæ verba recitari solent; sed credi non solent à Calvinianis, quorum doctrinam Rex ipse, Angli & Scoti sequuntur. Primùm enim quod attinet ad infantes, credunt Calviniani, filios fidelium nasci sanctos, & sine baptismo posse salvari, proinde non baptizari in remissionem peccatorum, vide Calvinum lib. 4. Institut. cap. 16. & in Antidoto Concilii Trid. sess. 6. cap. 5. Quod verò attinet ad Adultos, illi per fidem, eorum opinione, justificantur, quæ Baptismum præcedit, sic nulli omnino apud eos baptizantur in remissionem peccatorum. Hæc causa est, cur Calvinus lib. 4. Instit. c. 14. in definitione Sacramenti nihil aliud posuerit, nisi obsignationem promissionum benevolentiæ Dei erga nos: & protestationem pietatis nostræ erga Deum, remissionis peccati, aut infusionis inhærentis gratiæ nulla mentio. Denique in Antidoto Concilii sess. 5. *Manet*, inquit Calvinus, *verè peccatum in nobis, neque per baptismum statim uno die extinguitur; sed quia deletur reatus, imputatione nullum est.* Hæc ille. Itaque ex sententia Novatorum, peccatum numquam verè remittitur, ut non sit, sed solùm ut non imputetur: hæc autem remissio, per non imputationem infantibus contingit, quia Sanctorum sunt filii: Adultis verò per propriam ipsorum fidem. Potest igitur apud eos deleri articulus Symboli, *Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.*

Verum autem esse hunc articulum, ac de propria, & vera remissione intelligendum docent omnes veteres Patres primorum quingentorum annorum, quibus si Rex fidem haberet, Protestantibus suis fidem nullam haberet. Atque, ut unum de multis testimonium proferam, S. Augustinus in lib. 3. de anima, & ejus origine c. 9. *Noli*, inquit, *credere, noli dicere, noli docere infantes, antequam baptizentur morte præventos, pervenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus.* Idem in epist. 156. aliàs 157. ad Optatum: *Non est*, inquit, *falsa etiam in parvulorum baptismate remissio peccatorum, nec verbotenus dicitur, sed veraciter agitur.* Nam (ut jam verbis utar) quæ in Epistola beatissimi Zozimi leguntur, Fidelis Dominus in verbis suis, ejusque baptismus re, ac verbis, idest, opere, confessione, & remissione vera peccatorum in omni sexu, ætate, conditione generis humani eandem plenissimè tenent: nullus enim, nisi qui peccati servus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui verè per peccatum fuerit ante captivus: sicut scriptum est, Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis. Per ipsum enim renascimur spiritualiter, per ipsum crucifigimur mundo, ipsius morte, mortis ab Adam omnibus nobis introductæ, atque transmissæ universæ animæ, illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorum antequam per baptismum liberetur, non tenetur obnoxius. In his enim verbis Apostolicæ Sedis tam antiqua, atque fundata, certa, & clara est Catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare Christiano. Hæc S. Augustinus.

Venio ad tertium (b) Symbolum, in quo verba illa leguntur, *Inde venturus est judicare vivos, & mortuos, ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem: Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum.* In quibus verbis confitemur judicium novissimum, in quo justus judex pro qualitate factorum, reddet aliis coronam justitiæ, aliis opprobrium, & supplicium sempiternum. Nam si non pro meritis operum, sed in gratiam fidei, vel justitiæ Christi misericorditer imputatæ fidelibus vita æterna daretur, non esset opus judicio, neque discussione factorum: neque oporteret Judicem justum, sed Patrem misericordem advenire; neque rationem de factis propriis reddere, sed Christi justitiam nobis imputatam, & fide apprehensam ostendere deberemus: hunc ergo articulum credere non poterit Rex si cum Calvino, & Protestantibus credet, omnia opera justorum esse peccata: hæc enim sunt verba Calvini lib. 3. Instit. cap. 14. *Nullum à Sanctis exire potest opus, quod non mereatur justam opprobrii mercedem. Quam enim rationem reddent justi de factis propriis Judici Christo, si omnia opera ipsorum vitiosa sunt, & merentur justam opprobrii mercedem? Et si justi rationem reddere non poterunt de factis propriis, certè multo minus rationem reddere poterunt injusti: quorsum igitur stabimus omnes ante tribunal Christi, ut reddat unusquisque de factis propriis rationem?*

Dicent fortasse, quod solent, opera quidem justorum esse omnia sordida, & immunda, sed per misericordiam Dei tegendam esse immunditiam, & reputanda fidelibus propter Christum, ac si munda essent.

At

(a) *Heretici non integrè recipiunt symbolum Nicænum, sive Constantinopolitanum.* (b) *Neque Symbolum S. Athanasii integrè recipiunt.*

At si ita esset, non justitia Judicis, sed (ut supra dixi) misericordia Patris, vel liberalitate Principis opus esset. Quorsum igitur articulus Symboli dicit, *Venturus est judicare vivos, & mortuos, & reddituri sunt omnes de factis propriis rationem?* Et cur Apostolus in 2. ad Timoth. cap. 4. clamat; *Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi in illa die justus Judex?* cur & Coapostolus ejus Petrus, in priore epist: cap. 1. similiter clamat: *Et si Patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat secundùm uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini?* cur ipse Dominus, qui Judex venturus est, Matth. 16. prædicit, venturum se cum Angelis suis, ut reddat unicuique secundùm opera ejus? Sed nolo esse longior, ne videar de dogmatibus disputare, non Apologiam scribere.

Venio ad quatuor prima Concilia. (*a*) Concilium Nicænum, quod est primum generalium Conciliorum, duabus potissimùm de causis convocatum est; ut quæstio de fide divinitatis filii Dei, & dissensiones de celebrando Paschate definirentur. Id testatur sanctus Athanasius in lib. de Synodis Arimini, & Seleuciæ, non procul ab initio: necnon Constantinus in Epistola, quam refert Eusebius lib. 3. de vita Constantini. Itaque S. Epiphanius hæresi 70. scribit, Constantinum Imperatorem duo magna bona contulisse in Ecclesiam, unum quòd congregari curaverit Synodum Nicænam, alterum quòd in ea Synodo curaverit terminari quæstionem de Paschate. Porrò quæstionem utramque sacra illa Synodus, non tam ex scripturis, quàm ex traditione non scripta definivit. De quæstione fidei testis est Theodoretus lib. 1. hist. cap. 8. eam ex sermonibus non scriptis fuisse terminatam, quamvis enim scripturæ pro utraque parte adducerentur inter disserendum: tamen Ariani ad suam sententiam illas detorquebant, neque finis disputandi ullus fuisset, nisi Episcopi, qui de toto Orbe convenerant, ex traditione majorum veram intelligentiam scripturæ colligentes, eam fidem tenendam esse decrevissent, quam ante motam quæstionem in Ecclesiis totius mundi à majoribus prædicatam, & receptam esse constabat. Decretum autem de Paschate celebrando die Dominico, ne poterat quidem ex scripturis ullis deduci, sed ex sola traditione ab Apostolis, atque in primis à sancto Petro accepta, & in Urbe custodita, formatum est. Quæ cùm ita sint, videat Rex, quàm bene cum Patribus Nicænæ Synodi Ministri Calviniani, & Lutherani conveniant, qui traditiones non scriptas rejiciunt, & quæstiones interminabiles reddunt.

Extat præterea canon tertius Nicæni Concilii ut non permittantur in domibus Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum mulieres habitare, excepta Matre, Sorore, Amita, vel Matertera, ex quarum cohabitatione carnalis commercii suspicio oriri non potest. Quomodo igitur, si in Regno Angliæ Nicæni Concilii regulæ locum habent, in domibus Episcoporum inveniuntur uxores, & filiæ cum gregibus ancillarum, non minore numero, vel licentia, quàm in domibus laicorum? Dicent fortasse ex historia Sozomeni haberi, in eodem Nicæno Concilio, interveniente Paphnutio, in arbitrio Episcoporum, atque aliorum Ecclesiasticorum relictum esse, ut uxoribus pro libito uterentur.

At (*b*) historia illa Sozomeni convincitur esse falsa ex canone Concilii paulò ante citato: Si enim in arbitrio relictum esset uti uxoribus, vel non uti; certè Concilium excepisset etiam uxores, & filias, ubi
matres, & sorores excepit. Deinde
resi 59. & sanctus Hieronymus in l
lantium, apertè scribunt, esse cont
que esse licitum Episcopo, & Presb
cono liberos gignere. Et certè sanc
nius, & Hieronymus, majori fide
Sozomenus, qui posterior tempore
ctrina, & sanctitate fuit. Adde q
auctore, Paphnutius iis soli Episco
clesiasticis usum conjugum liberum e
eas ante sacros Ordines accepissent
esse, post ordines sacros conjugio co
copi Anglicani contempta lege C
morem non modò Latinorum, sed
Christianorum uxores ducunt etiam
piscopatum. Itaque nullam habeu
nisi fortè velint liberè confiteri, quo
se veros Episcopos non esse posse,
ordinati non sint, neque aliquid de
re, nisi quæ sibi injustè usurpant,
Atqui hoc est longissimè abesse
Concilii, ubi can. 4. Episcopi ordin
bus saltem Episcopis, qui & ipsi ab
sint: nemo enim dare potest quod
pit. Episcopi autem Protestantes à
copo ordinati meri laici sunt.

Jam (*c*) de secundo Concilio nih
addam, cùm paulò ante ex Symb
cilio edito demonstraverim fidem P
ipsius Regis alienam esse à fide Pa
cilii.

Ex tertio Concilio generali, qu
primum, nihil aliud adducam,
læ Theodosii junioris Imperatoris a
nodum missæ; ut Rex intelligat, q
gum in Conciliis, & quorum pro
Conciliis sedere, & judicare. Ext
græcè, & latinè. *Igitur*, inquit T
dianum præclarissimum religiosorum do
ad sacram vestram Synodum abire jussi
& conditione, ut cum quæstionibus, &
circa fidei dogmata incidunt, nihil qui
beat, nefas est enim qui Sanctissimor
talogo adscriptus non est, illum Eccles
consultationibus admisceri; verùm, u
culares, ac cæteros denique omnes,
causa vel eo nunc confluxerunt, vel in
fluent, ab eadem illa civitate modis
tum etiam, ut diligenter prospiciat,
mutuo repugnandi studia concita, & sæ
debacchata, sanctissimæ Synodi vestræ
vis modo perturbet: hæc ibi.

Videt Certè Rex in Conciliis E
quale hoc tertium fuit, non conven
siasticos, sed solos Episcopos. Vid
tia Ecclesiastica ad Reges sæculi no
ut fortè protegant Episcopos, atqu
litati consulant, qua de causa The
num misit; & in primo, & quart
rator ipse adesse voluit. Videt post
tissimè colligi, Regem non esse cap
modo enim ab Ecclesiasticis negotiis
siæ ipsius caput? Proinde Rex,
quod idem est, Gubernatorem ge
Regni sui se esse dicit, quique Con
Reges potissimùm pertinere existim
omnes Ecclesiasticos adesse vellet, c
& Jesuitis, novam Conciliorum fo

(a) *De Concilio Nicæno, quod non magni fiat ab hæreticis hujus temporis.* (b) *Historia Sozomeni de conjugio sacerdotu*
(c) *De secundo, & tertio Concilio generali.*

illis primis quatuor penitus abhorrentem introducere satagit.

(*a*) Ex quarto Concilio posset Rex si vellet multa perdiscere, unde cognosceret, fidem, & religionem, quam ipse reformatam vocat, & quam defendere, & propagare satagit, longè abesse à fide, & religione Synodi Chalcedonensis, quæ est quarta generalis. Primum omnium verus Ecclesiasticus primatus Romani Pontificis in Ecclesia universa, ex hoc Concilio manifestè colligitur. Extant epistolæ plurimæ ad Leonem Pontificem, & Concilium Chalcedonense, & semper nomen Pontificis nomini Concilii anteponitur, hoc modo. *Sanctissimo, & Deo amantissimo, & universali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & Sanctæ, & universali Chalcedonensi Synodo, quæ voluntate Dei congregata est.* Extat Epistola totius Concilii generalis ad eundem Leonem, ubi præter alia dicunt Patres: *Quibus omnibus, Episcopis congregatis, tu quidem sicut membris caput præeras.* Ubi apertè vocant Pontificem caput Concilii universam Ecclesiam repræsentantis. Item dicunt: *Et post hæc omnia insuper, & contra ipsum, cui vineæ custodia à Salvatore commissa est, extendit insaniam, idest, contra tuam quoque Apostolicam sanctitatem.* Ubi fatentur totius vineæ, idest, Ecclesiæ custodiam ab ipso Christo, non ab Imperatore, vel à Concilio, commissam esse Romano Pontifici.

Extat item inter canones hujus Concilii, canon sextusdecimus in hæc verba: *Virginem, quæ se Deo Domino consecravit, similiter & Monachum non licere nuptialia jura contrahere, quòd si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur.* Videat Rex an iste canon tam antiquus, tam sanctus à sexcentis Episcopis veteris Ecclesiæ constitutus, observetur in Anglia: an contra, si qui Monachi aut Virgines sanctimoniales ad eos fortè divertant, an ad matrimonium cogantur, vel suadeantur.

Extat canon vicesimusquartus, in hæc verba: *Quæ semel ex voluntate Episcopi dedicata sunt Monasteria, consilio Episcoporum perpetuo manere monasteria, & res quæ ad ea pertinent, monasteriis reservari: nec posse ultra fieri sæcularia habitacula.* Cogitet Rex, quàm bene canonem istum observaverit Henricus VIII. qui omnia monasteria profanavit.

Extat denique in actione undecima hujus Concilii publica invocatio sancti Martyris Flaviani, quæ vel sola satis esset ad ostendendum, fidem Regis non convenire cum fide Concilii generalis. Proinde, vel neget hujus Concilii auctoritatem, vel concedat, sanctos homines piè invocari posse. Atque hæc de quatuor Conciliis.

Restat, ut de Sanctorum Patrum, qui primis quingentis annis floruerunt, veneratione dicamus: ac ut omittam, non posse reddi certam rationem, cur non sint etiam admittendi sanctus Gregorius, Venerabilis Beda, sanctus Anselmus, sanctus Bernardus, sanctus Thomas, sanctus Bonaventura, & alii, qui posterioribus sæculis, sed eodem spiritu, nec minore scientia scripserunt, ex iis quæ Rex in sequentibus paginis reprehendit, conabor ostendere, fidem Regis cum fide Patrum nihil habere commune.

CAPUT VIII.

Non esse recentia dogmata, sed antiquissima, Intercessionem Sanctorum, Missam privatam, transubstantiationem, & alia, quæ Rex Angliæ novitia & nupera vocat.

IGitur pag. 40. & 41. De Beatissima Virgine Dei Matre scribit multa, quæ ex colloquiis Erasmi petita, ad solam invidiam conciliandam pertinent, qualia sunt, quòd nos Catholici Divam, & Deam faciamus; quòd ab ea petamus, ut filio suo Deo, & Domino imperet, & dominetur; quòd absurdis cujuslibet inepti hominis orationibus pateat; quòd in terras ad Sacerdotum oscula, & complexus descendat, & concludit, *In cœlis, in æterno Sanctorum animarum receptaculo, in æternam est fœlicitatem collocata, numquam à tantis gaudiis ulla terrenarum rerum cura, aut sollicitudine avocanda.*

At prudentes, & benè instituti Catholici, (*b*) neque Divam, neque Deam vocant: neque ab ea petunt, ut filio imperet, & dominetur: neque dicunt, eam ad oscula, & complexum Sacerdotum descendere; neque sentiunt eam à cœli gaudiis avocari, quando curam gerit rerum humanarum, sive sola prece apud Deum agat, sive præsentiam suam mortalibus exhibere dignetur. Nam neque Angeli à Cœli gaudiis avocantur, quando à Deo in ministerium mittuntur propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, ut dicitur ad Heb. 1.

Quòd autem virgo sanctissima & clementissima non audiat preces miserorum, vel aliquando non descendat ad homines, repugnat apertè Sanctis Patribus, qui primis quingentis annis floruerunt. Adferam pauca loca de multis, quibus nulli veterum contradicunt.

Sanctus Athanasius in serm. de sanctissima Deipara: *Inclina*, inquit, *aurem tuam ad preces nostras, & ne oblivisçaris populi tui*: & infra, *Intercede hera, & Domina, & Regina, & Mater Dei pro nobis.*

Sanctus Joannes Chrysostomus in ipsa publica Liturgia coram Clero, & populo dicendum præscribit: *Intercessione immaculatæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, dignum me fac, ut sine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum &c.* & infra, *Confirma nos in timore tuo, custodi vitam nostram, stabili gressus nostros precibus, & supplicationibus Sanctæ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum.*

Sanctus Gregorius Nyssenus in vita sancti Gregorii Taumaturgi scribit, eidem sancto Gregorio (*c*) apparuisse noctu beatissimam Virginem cum ingenti lumine, & unà sanctum Joannem Evangelistam, & ipsa Virgine jubente, institutum fuisse sanctum Gregorium ab eodem Evangelista circa mysterium sanctissimæ Trinitatis: hæc scribuntur à Patre antiquo, & sancto de alio Patre antiquiore, nec minus sancto; & non referuntur somnia, aut figmenta, sed apparitio vera vigilanti facta, & extat adhuc confessio fidei à S. Joanne S. Gregorio coram tradita, & tota illa regione celebratissima.

Refert quoque sanctus Gregorius Turonicus lib. de Gloria Martyr. cap. 9. cum jussu Magni Constantini Basi-

(a) *Ex quarto Concilio generali convincuntur heretici hujus temporis.* (b) *Refelluntur calumnia circa cultum B. Virginis Mariæ.* (c) *Apparitio admiranda, & verissima B. Virginis Mariæ.*

Basilica ædificaretur Beatissimæ Virgini Mariæ, & columnæ adeo immanes paratæ essent, ut hominum viribus, non sine maximo labore erigi possent, ipsam Virginem apparuisse Architecto, ac docuisse rationem columnarum erigendarum.

Neque solam Virginem Deiparam, sed etiam alios Sanctos palam apparuisse hominibus, testantur passim veteres Patres, ut sanctus Basilius, in orat. de sancto Mamante, sanctus Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Julianum, Sulpitius in vita sancti Martini, Theodoretus lib. 5. hist. cap. 24. sanctus Paulinus Natali 8. sancti Fælicis. Sed unum Augustinum audiamus in lib. de cura pro mortuis, cap. 16. *Non solùm*, inquit, *beneficiorum effectibus, verùm etiam ipsis hominum aspectibus Confessorem apparuisse Fælicem audivimus, non incertis rumoribus; sed testibus certis*. Denique ut multa omittam, numquam idem Constantinus Magnus Urbem Constantinopolim sanctissimæ Deiparæ dedicasset, quod eum fecisse scribit Nicephorus lib. 8. cap. 26. nisi credidisset multum eidem Urbi parrocinium tantæ Virginis profuturum.

Pergit deinde Rex, ac de intercessione Sanctorum scribit, *Scio ego Christum præcepisse, ut ad ipsum veniamus, quicumque peccatis oneramur, illum quippè nos refecturum, & levaturum. Scio Paulum, humilitatem, & religionem Angelorum prohibuisse, omnemque ejusmodi venerationis cultum in superstitione, & humilitate, non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, sed qua fiducia, quove auctore decurratur ad Deos penates istos, sive titulares, quasi aulicos, & familiares Dei Optimi Maximi nescio.*

Sed nos hoc loco non controversias disputandas suscepimus, sed quo honore veteres Patres primorum quingentorum annorum Rex afficiat, demonstrare volumus. Ostendimus autem paulò ante, idest, in primo cap. hujus Apologiæ, veteres Patres Græcos, & Latinos magno consensu intercessionem Sanctorum verbo, & exemplo docuisse. Quare falsum est quod Rex subjungit pag. 42. istos articulos ante Christi quingentesimum annum inauditos, & invisos in Romana officina recenter esse excusos.

Ad id verò quod Rex objicit, Christum præcepisse, ut ad ipsum veniamus; *(a)* Respondeo, ad Christum nos venire, sive ad ipsum per nos, sive per alios adeamus. Nam & Evangelista Matthæus cap. 8. scripsit: *Accessit ad eum Centurio*: cùm tamen non per se accesserit, sed per alios, dicente eodem Centurione, apud Lucam cap. 7. *me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te*; verè enim non ipse per se accesserat, sed miserat seniores Judæorum: & cùm audisset Dominum ad se venire, misit iterum amicos dicens, *Domine noli vexari, non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres*. Neque ideò falsum est, quod ait Matthæus: *Accessit ad eum Centurio*. Sic igitur & nos verè ad Christum accedimus, cùm ad eum per intercessionem Sanctorum accedimus: verè quoque semper ad Patrem per Christum accedimus, cùm Sanctos oramus, ut à Deo Patre per Christum nobis impetrent ea, quibus indigemus. Neque enim Sanctis locum Dei, aut Christi damus; neque eos pro Diis, aut pro Christo habemus, sed eos rogamus, ut quæ nos à Deo per Christum optamus, & petimus; eadem ipsi, qui Deo propinquiores, & gratiores sunt, nobis à Deo per Christum impetrare dignentur.

Ad illud autem de Religione Angelorum; *(b)* Respondeo cum Patribus eum locum Apostoli explicantibus, doctrinam fuisse hæreticorum, neminem pos-

se per Christum ad Deum accedere
los, qui & Mundum fecissent, &
quuti essent: horum igitur fictitio
religionem Paulus prohibet. *Sunt*
sanctus Joannes Chrysostomus hom
Coloss. *qui dicunt, non oportere per C*
ri, & ad Patrem accedere, sed per
rea Paulus, sursum ac deorsum qua
versat. Sanctus Hieronymus in ep
quæst. 10. addit, reprehendi ab Ap
Angelis, ut Diis sacrificabant. C
Angelis, vel Sanctis sacrificasse ne
potest.

Pergit Rex pag. 42. & ait. *Qu*
clesiæ officina fidei articulos, ante quin
annum inauditos, & invisos recenter e
credo damnandus pro hæretico, si ad ha
pera non accedam. In his articulis pr
numero, in quibus sacrificus simul, &
& sacerdotis sustinet. In his quoque est
tio, qua laicis partem illius mediam subt
substantiatio, Adorandi causa elevatio
bus Sacramenti circumgestatio, Superer
quibus thesauri Ecclesiastici nomen jure o
verunt, Baptizatio Campanarum, &
gæ, & quidem super omnia illa venera
ginibusque delata.

Non esse hæc novitia, & nupera
raque non esse ante quingentesimum
inaudita, facilè demonstrabo; sed
& nupera essent, non ideò Rex qu
hæresi immunis esset. *(c)* Habet eni
tholica, cùm novæ controversiæ
eas explicandi, & terminandi; & e
diunt, hæreticos declarandi, & à comi
ciendi. Neque poterit unquam ve
cur licuerit Nicæno primo Concilio
Ario motam definire, & Arianos
te; Concilio Constantinopolitano pri
à Macedonio, & Eunomio allatam
Macedonianos, atque Eunomianos
rare; Concilio Ephesino primo qua
storio introductam profligare, & Ne
cum proclamare; Concilio Chalced
nem ab Eutychete, & Dioscoro ag
nere, & Euthychetem, & Dioscor
ticos numerare: & non licuerit post
cundo Constantinopolitano quæstione
pitulis motam definire, & qui contra
reticos dicere; neque Concilio terti
politano quæstionem à Cyro, & Ser
tis allatam explicare, & Monothe
declarare, Neque Concilio Nicæno
stionem ab Iconomachis introductam
Iconomachos hæreticos proclamare;
lio Lateranensi quæstionem de veritate
mini à Berengario agitatam compone
garium inter hæreticos numerare;
omittam) Concilio Tridentino quæst
ro, & Calvino disputatas examinar
re, & Lutheranos, & Calviniano
rum numerum referre. Eadem enim
clesia, eadem auctoritate, & potest
cum ea semper erit ille qui dixit: Ecc
sum usque ad Mundi consummationem

Sed veniamus ad missas privatas,
tias, & nuperas dixit. *(d)* Missas pr
in quibus nulli participant Eucharistia

(a) *Solvitur objectiuncula adversus invocationem Sanctorum.* (b) *Solvitur alia objectiuncula.* (c) *Ecclesia Catholica jus hab*
nandi. (d) *Missa privata non est res nova, sed antiquissima.*

cerdotem, non esse novitias, & nuperas, testatur sanctus Joannes Chrysostomus, qui homil. 3. in epist. ad Ephesios queritur de populo suo, qui rarissimè ad communionem accedebat, cum quotidie Missa celebraretur: *Frustra*, inquit, *habetur quotidiana oblatio, cùm nemo sit, qui simul participet*. At, inquies, si frustra fiebat, non debuisset fieri: sed quæstio nostra non est, an rectè fieret, sed tantùm an fieret. Rex enim dicit rem esse novitiam, & ante annum Domini quingentesimum inauditam, & invisam. Et tamen Chrysostomus qui vixit ante annum quingentesimum testatur quotidie suo tempore celebratam fuisse oblationem, & neminem cum Sacerdote simul participasse.

Nec tamen concedimus non debuisse fieri oblationem sine participantibus; alioqui enim sanctus Joannes vir sapiens, & doctus eam non fecisset. Quod ergo dicit frustra fieri, significat, frustra fieri in ordine ad communicantes, non frustra in ordine ad Deum. Optabat enim Chrysostomus, ut etiam optare se dicit Tridentina Synodus sess. 22. cap. 6. ut simul offerretur sacrificium Deo, & populus communione reficeretur: sed si populus cummunione refici negligeret; non ideò sacrificium Domini omittendum erat.

Habemus præterea alia exempla veterum, qui interdum sacrificium offerebant pro causa tam particulari, & in loco tam angusto; ut non sit ullo modo credibile adfuisse ullos communicantes. Scribit sanctus Augustinus lib. 9. Confess. cap. 12. dum mater ejus apud Ostia Tyberina sepeliretur, oblatum fuisse sacrificium corporis Domini pro anima ejus, cadavere juxta sepulchrum constituto. Scribit etiam lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. Unum è suis Presbyteris sacrificium corporis Domini obtulisse in domo quadam rustica ad eandem domum à malignorum spirituum vexatione purgandam. Certè locus, & causa satis arguunt, non adfuisse qui communicarent. Sanctum quoque Gregorium Nazianzenum in exigua cellula extructo Oratorio oblationem celebrare solitum testatur Sozomenus, lib. 7. hist. cap. 5. quæ loci angustiæ populum communicantem non admittebant.

Sed ratio præcipua, cur Novatores mirentur, quòd in Ecclesia Catholica celebretur mysterium Eucharistiæ sine participantibus, est, quia non credunt Eucharistiam institutam fuisse à Domino, ut offerretur Deo in sacrificium; sed solùm, ut sacramentum communionis esset, & populo offerretur in alimoniam spiritualem: si enim sacrificium admitterent, facilè intelligerent, posse sacrificium offerri Deo pro populo, etiam si populus de sacrificio non participet manducando, modò participet impetrando.

Et quoniam sciebat Rex sacrificium Missæ esse antiquissimum, & mentionem ejus à Patribus omnibus fieri, quippè, qui scripsit in suo Basilico Doro lib. 3. antiquitatem sine veritate, esse vetustatem erroris; idque etiam de Missa dici posse affirmat; ideò non fuit ausus inter res novas ponere sacrificium, sive Missam, sed solùm Missam privatam, quam non facilè arbitrabatur in libris veterum Patrum inveniri posse. Sed cùm Missam, vetustatem erroris esse pronunciavit, non potuit divinare, in hac præfatione scripturum se fuisse, se reprehendere non ausurum, quod Patres primorum quingentorum annorum unanimi sententia docent. Neque enim vetustas erroris, sed potius testimonium veritatis dici debet, quod sanctissimi, doctissimi, & antiquissimi Patres unanimi consensu prædicant.

Vide si placet de sacrificio Missæ, idest, de oblatione Eucharistiæ Deo in sacrificium, S. Justinum in dialogo cum Triphone, S. Irenæum lib. 4. cap. 32. 33. & 34. Tertullianum lib. de corona militum, & lib. 3. contra Marcionem, S. Cyprianum lib. 1. epist. 9. & lib. 1. contra Judæos cap. 16. Eusebium Cæsariensem lib. 1. de demonst. Evang. cap. ult. S. Ambrosium lib. 2. epist. 8. & in Ps. 38. S. Gregorium Nyssenum in orat. de Resurr. S. Basilium in Liturgia, S. Joannem Chrysostomum hom. 24. in priorem ad Corinth. & hom. 17. in epist. ad Hebræos. S. Cyrillum Hierosolymitanum Catechesi 5. mystagogica, S. Hieronymum in primum cap. Malachiæ. S. Augustinum lib. 4. de Trinit. cap. 14. & lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. S. Cyrillum Alexandrinum in lib. de adoratione in spiritu, & veritate. S. Leonem serm. 8. de passione Domini. S. Fulgentium lib. 2. ad Monimum cap. 2.

Secundo loco inter novitia, & nupera Rex ponit Sacramenti mutilationem, quòd videlicet apud nos populus sub una specie communicet. Sed nos nullam scimus in Ecclesia fieri Sacramenti mutilationem, neque partem dimidiam laicis esse subtractam. Siquidem duæ species Eucharistiæ necessario requiruntur ad sacrificium, & si in sacrificio altera deesset, rectè dici posset sacrificium mutilatum. (a) At ad essentiam Sacramenti Eucharistiæ quælibet ex duabus sufficit; proinde Sacramentum sub specie panis, est verum, atque integrum Sacramentum; & Sacramentum sub specie vini verum atque integrum sacramentum est: nec tamen sunt duo sacramenta, quando simul sumuntur per modum unius refectionis; secus autem si unus sumeret Eucharistiam sub specie panis, & alius sub specie vini; vel si unus, & idem sumeret, hodie sub specie panis, alio die sub specie vini.

Simile est in baptismo, si quis unica mersione baptizetur, integrum baptismum recipit: & si baptizetur tribus mersionibus, integrum etiam baptismum recipit. Si verò unus unica mersione, & alius trina mersione baptizetur; vel unus, & idem hodie unica mersione, cras altera, & tertia die tertia mersione baptizetur, multa baptismata erunt. Et quemadmodum Ecclesia Catholica jus habuit, aliquando jubere, ut trina mersione baptismus daretur; aliquando, ut unica tantùm mersione id fieret; sic etiam eadem Ecclesia jus habuit aliquando liberum relinquere, ut sub una specie, vel sub duabus Eucharistia reciperetur; aliquando jubere, ut sub una tantùm reciperetur. Quòd autem ab initio Ecclesiæ non defuissent, qui sub una tantùm specie communicarent, nec tamen Sacramentum mutilare dicerentur, multis testimoniis antiquitatis probare possumus.

Primùm initio Ecclesiæ adhuc servabantur cæremoniæ legis, ut notum est ex cap. 21. Actorum Apostolorum, inter quas una erat (b) votum Nazaræorum non bibendi vinum. Non est autem credibile, hos contra votum suum bibisse de calice Domini: quamvis enim in calice Domini non adsit vini substantia: adsunt tamen accidentia, sapor, color, calor, & similia: Nazaræi autem tanta religione abstinebant à vino, & omni quod inebriare potest, ut ne uvas quidem passas gustare possent, Num. 6. Itaque propter hunc tantum Religionis rigorem omnino credibile est, Nazaræos eo tempore non fuisse ausos vini saporem gustare. neque tamen credibile est, eos omninò à communione abstinuisse. Restat igitur, ut sub

(a) *Sumptio Eucharistiæ sub una specie, non est sacramenti mutilatio, neque res nova.* (b) *Primum exemplum antiquitatis pro communione sub una tantùm specie.*

sub sola specie panis communicaverint. Atque hæc ratio est cur sanctus Lucas Act. 2. scripserit: *Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & oratione*. Ubi non addidit quidquam de calice, sed solùm meminit fractionis panis, quoniam ab ea specie nulli se abstinebant. Neque negant adversarii, in hoc loco per fractionem panis intelligi distributionem Eucharistiæ. Id certè admittit Joannes Calvinus lib. 4. Instit. cap. 17. §. 35. Eadem fortasse causa est, cur Apostolus de calice scripserit 1. Corinth. 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus*: de pane autem, *Panis quem frangimus*. Calix enim semper benedicebatur, sed non semper omnibus distribuebatur: panis autem semper frangebatur, idest, dividendo porrigebatur. Unde paulò infra: *Unus panis*, inquit, *& unum corpus sumus, qui de uno pane participamus*: neque de calice aliquid addidit, quoniam ut unum corpus simus, hoc sufficit, ut de uno pane participemus.

(*a*) Deinde Manichæi sub sola specie panis Eucharistiam sumebant, ut disertis verbis scribit sanctus Leo serm. 4. de Quadragesima, ubi etiam addit, eos ut Romæ à Catholicis internosci non possent, solitos cum Catholicis panem Eucharistiæ sumere, à calice autem abstinere. Quòd si necessarium fuisset eo tempore Eucharistiam sub utraque specie sumere; & omnes fideles eam sub utraque specie semper accepissent: neque Manichæi latere potuissent, qui à vino semper abstinebant; Et S. Epiphanius, & S. Augustinus inter errores Manichæorum numerassent, Eucharistiam sumere sub una specie, & eo modo Sacramentum mutilare. Cùm ergo numquam inter errores Manichæorum id positum fuerit, & diu inter Catholicos Manichæi ob communionem latuerint, perspicuum est in veteri Ecclesia non defuisse, qui sub una tantùm specie communicarent.

(*b*) Præterea mos erat antiquissimis temporibus, ut qui vellent, Eucharistiam in manibus sumerent, ac domum deferrent sumendam, cùm eis opportunum videretur. Id testatur Tertullianus lib. 2. ad uxorem. S. Cyprianus in serm. 5. qui est de lapsis, Clemens Alexandrinus lib. 1. stromatum, S. Basilius in epist. ad Cæsariam, S. Hieronymus in Apologia pro libris adversus Jovinianum. Certum autem est, Eucharistiam numquam fuisse datam in manibus, nisi sub specie panis: nam sub specie vini, aut offerebatur ore bibenda, aut omittebatur. Neque ulli erant in domibus laicorum Calices sacri ad Eucharistiam sub vini specie conservandam, ut apertè colligitur ex sancto Athanasio Apologia 2. adversus Arianos; efficitur igitur, ut sæpissimè Christiani Ecclesiæ primitivæ sub una tantùm specie communicarent. Neque audiendus est quidam ex adversariis, qui absurdum esse judicat in Ecclesia communicare sub una specie, in domo privata non esse absurdum. Quasi verò liceat, in domibus privatis mutilare Sacramenta, in sola verò Ecclesia id non liceat, vel quasi mutilatio Sacramenti, non sit mala, nisi ratione loci.

(*c*) Denique (ut alia multa prætercam) extra controversiam est, apud veteres consuevisse deferri ad ægrotos Eucharistiam sub sola specie panis, ut notum est ex epist. Dionysii Episcopi Alexandrini apud Eusebium lib. 6. hist. cap. 36. ex vita S. Ambrosii à Paulino scripta, ex vita S. Basilii scripta ab Amphilochio. Neque tamen Sacramentum mutilari veteres Patres ea deportatione censebant.

Tertio loco inter novitia, & nupera numerat Rex

transubstantiationem: Et siquidem
sit, (*d*) nomen transubstantiatio
Concilio Lateranensi omnium frequ
nocentio III. Pontifice ante annos
gentos celebrato, quod autem an
quadringentos in usu fuit, videat
novitium, & nuperum appelletur
sa agatur, certè transubstantiatio,
lis transmutatio, non solùm ante a
tos, sed ante mille & ducentos à
ri cœpit.

S. Cyrillus Hierosolymitanus Cate
gica: *Aquam*, inquit, *aliquando in*
vit; & non erit dignus, cui credamu
sanguinem transmutaverit? hæc ille. N
in vinum factam in Cana Galileæ p
potentiam, veram, realem, subst
se Rex profectò non negabit, at ill
cit auctor gravissimus, qui ante an
dringentesimum vixit, mutationem
nem Christi, per ejusdem omnipote

Sanctus Ambrosius Cyrilli ferè æq
qui initiantur mysteriis cap. 9. *Quan*
mur exemplis, ut probemus non hoc es
mavit, sed quod benedictio consecravit
esse benedictionis, quàm naturæ, quia
natura ipsa mutatur. Hæc ille, quò
cratus non est panis, quem natur
est corpus Christi, consecratione
mutante: ergo transmutatio substa
stantiam corporis Dominici consecra
cta est: transmutatio autem substa
tiam quid aptius, quàm transubst
test? hoc enim modo figuræ in figur
in Evangeliis transfiguratio dicta est.

Sanctus Gregorius Nyssenus ejusd
ctor in Oratione magna Catecheti
cte, inquit, *verbo sanctificatum pan*
corpus credimus immutari: & infra:
virtus benedictionis in illud, rerum quæ
& vini naturam mutans.

Sanctus Gaudentius ejusdem sæcul
2. de Exodo: *Ipse*, inquit, *natura*
Dominus, qui producit de terra panem
sus, quia & potest, & promisit, ef
pus; & qui de aqua vinum fecit, de
suum facit.

Sanctus Joannes Chrysostomus, c
annum quingentesimum floruit: hom
thæum: *Non sunt*, inquit, *humana r*
posita: nos ministrorum locum tenemus,
cat ea, & immutat, ipse est: & hom. d
Enceniis: *Num vides panem? num v*
reliqui cibi in secessum vadunt? absit, ne
enim si cera igni adhibita illi assimilatur
remanet, nihil superfluit: sic & hic puta
corporis substantia.

Addam, & unum scriptorem, qu
Cypriani gerit, sed quamquam non
mus Martyr notissimus, est tamen gr
antiquus, etiam adversariis testibus.
tur, sive quicumque est auctor Serm
bus Cardinalibus Christi, in serm. de
ni: *Panis*, inquit, *iste, quem Domi*
rigebat, non effigie, sed natura mutatus,
bi factus est caro: hæc ille, qui dum
est, substantiam mutari dicit, & ef
accidentia non mutari, eamque m

(a) *Alterum exemplum antiquitatis*. (b) *Tertium exemplum*. (c) *Quartum exemplum*. (d) *Dogma de transubstantiatio*

omnipotentia verbi, non voluntaria significatione, veram ac realem transsubstantiationem apertissimè docet. Omitto cæteros auctores, quos qui videre cupit, tum in nostris libris de Controversiis, tum in aliis aliorum doctissimis scriptis inveniet.

Quarto loco Rex ponit inter novitia, & nupera dogmata, (a) Adorationem Sacramenti Eucharistiæ, idest, adorationem Christi Domini nostri in Sacramento Eucharistiæ miro, sed vero modo præsentis: quamquam si Rex crederet, quod Catholici credunt, Christum Deum, ac Dominum in Eucharistia verè esse præsentem; non negaret opinor esse adorandum. Ac ut breviter ostendamus, hanc adorationem non fuisse ignotam Ecclesiæ veteri, audi verba S. Ambrosii lib. 3. de Spiritu sancto cap. 12. tractantis illud Psal. 98. Adorate scabellum pedum ejus: *Per scabellum*, inquit, *terra intelligitur, per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in mysteriis adoramus, & quam Apostoli in Domino Jesu, ut supra diximus, adoraverunt.*

Audi sanctum Gregorium Nazianzenum in oratione de obitu sanctæ Gorgoniæ sororis suæ, ubi laudans pietatem Gorgoniæ ita scribit: *Ad altare procubuit, eumque qui supra illud colitur, magno cum clamore obtestans &c.* quid autem super altare colatur, docet sanctus Optatus Milevitanus, qui lib. 6. contra Parmenianum, vocat Altare sedem corporis, & sanguinis Christi; ubi certo tempore membra Christi superponuntur.

Audi S. Joannem Chrysostomum hom. 61. ad populum Antiochenum: *Si pura*, inquit, *sunt vestimenta, adora, & communica.*

Audi sanctum Augustinum tract. in Psalm. 98. *Nemo*, inquit, *illam carnem manducat, nisi prius adoraverit.*

Quod Rex addit de Sacramenti circumgestatione in publicis supplicationibus; (b) institutum fuit ab Urbano IV. Pontifice ante annos plus trecentos, ut non possit dici res novitia, ac nupera, & cùm hoc ad ritus, non ad dogmata pertineat; mirum videri non debet, si primis quadringentis annis hæc res in usu non fuerit. Quia tamen hæc institutio in ipso suo exordio viris doctissimis, & sanctissimis mirificè probata est; & non diu postea in Concilio Viennensi generali confirmata, & per omnem Christi Ecclesiam propagata; de ea rectè dici potest quod monet sanctus Augustinus in epist. 118. ad Januarium, cùm aliquid per Orbem tota frequentat Ecclesia; quin hoc ita faciendum sit, disputare, insolentissimæ insaniæ est.

Quinto loco placuit Regi inter novitia, & nupera numerare Opera supererogationis, quibus dicit thesauri Ecclesiastici nomen jure optimo esse accommodatum. Sed mirum est, unde Rex opera supererogationis novitia, & nupera esse dicat, (c) cùm fuerint semper in Ecclesia, non solùm testamenti novi, sed etiam veteris. Illa enim dicuntur à nobis opera supererogationis, quæ non sunt imperata à Deo, & tamen illi gratissima sunt. Vota omnia quæ leguntur in scripturis testamenti veteris, Levit. 27. Num. 6. & 30. Deuter. 12. & 13. erant de rebus nusquam præceptis, & tamen gratissima erant Deo, ut ex eo colligitur, quòd severissimè eorum solutio exigebatur. Deuter. 23. *Si votum voveris, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus; & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri absque peccato eris.* En ut perspicuè scriptura dicit, votum liberè fieri, ac per hoc esse opus supererogationis, & tamen postquam factum est, severè à Deo exigi, ut rem sibi gratam.

Sed adjiciamus testimonia veterum scriptorum, qui primis quingentis annis vixerunt. Origenes in comm. ad cap. 15. ad Rom. *Ea quæ supra debitum facimus, non facimus ex præcepto: verbi causa, Virginitas, non ex debito solvitur, non enim per præceptum expetitur, sed supra debitum offertur.* S. Joannes Chrysostomus hom. 8. de pœnitentia, *Nequaquam Dominum incuses, haud mandat impossibilia, multi & ipsa superant mandata.* Sanctus Augustinus lib. de sancta Virginitate cap. 30. loquens de præceptis, & consiliis: *In illis*, inquit, *Dominus debitum imperat vobis: in his autem si quid amplius supererogaveritis, in redeundo reddet vobis:* idem sanctus Augustinus serm. 18. de verbis Apostoli: *Ambierunt Virgines illam majorem pulchritudinem cordis sui, tamquam dicerent, quid jubes? ne adulteræ simus? hoc præcipis? amando te plus facimus, quàm præcipis:* hæc ille, qui satis apertè declaravit, quid sit quod antea dixerat, si quid amplius supererogaveritis: id enim est supererogare, plus facere, quàm Deus præcipiat. Multa alia testimonia possem addere, sed in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.

Sexto loco ponit inter (e) novitia, & nupera, Baptizationem campanarum, & mille præterea nugas: sed piget ad ista respondere, cùm nemo nesciat, campanas in Ecclesia Catholica benedici, non baptizari, ut pleraque alia benedicuntur, & ut Apostolus de cibis loquitur 1. Timoth. 4. per verbum Dei, & orationem sanctificantur. Quòd si vulgo aliquibus in locis campanæ benedictio baptismus dicitur; id ex eo fit, quòd nomina campanis, dum benedicuntur, alicubi imponantur. Certè nusquam adversarii reperient, in campanarum benedictione dici, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sine quibus verbis baptismus propriè dictus constare non potest. Illæ autem mille nugæ, mille Novatorum calumniæ sunt; qualis est ista de baptismo campanarum, quam sæpè apud Novatores, non sine admiratione impudentiæ ipsorum legi.

Septimo loco Rex numerat inter novitia, & nupera, Reliquiarum, atque Imaginum adorationem; quam intolerabilem Idololatriam esse dicit. Et quidem de antiquitate venerationis reliquiarum multa diximus in primo capite hujus nostræ Apologiæ: (e) de antiquitate venerationis Imaginum sacrarum, nunc pauca dicamus. Julianus Imperator apostata locupletissimum testimonium nobis præbebit: sic enim scribit, referente sancto Cyrillo lib. 6. in eundem Julianum: *O miseri homines, cùm serventur arma, quæ magnus demisit Juppiter, hoc est, Pater Martis, pignore dato, non verbo, sed re, quod civitatem nostram perpetuo protecturus sit, cessatis adorare, & colere? & interim Crucis lignum adoratis, imagines illius in fronte, & ante domos pingentes:* hæc ille, qui certè non objiceret Christianis, quòd lignum Crucis, quod nihil est aliud, nisi imago Crucifixi, adorarent, ejusque figuram ad protectionem in fronte, & ante domos pingerent, nisi hoc ipse passim fieri vidisset, quo tempore Christianus erat. Huic testimonio consonat Tertullianus, qui in Apologetico adversus gentes cap. 16. Christianos à paganis Religiosos crucis appellatos fuisse testatur.

Sed sanctos Patres audiamus. Sanctus Ambrosius in orat. de obitu Theodosii: *Sapienter*, inquit, *Helena egit, quæ Crucem Christi in capite Regum levavit, &* loca-

(a) *Mos adorandi sacramentum Eucharistiæ, Ecclesiæ veteri non fuit incognitus.* (b) *Circumgestatio Eucharistiæ ad pietatem excitandam ritè instituta est.* (c) *Opera supererogationis in scripturis sanctis fundamentum habent.* (d) *Vetus calumnia de baptismo Campanarum.* (e) *Imaginum sacrarum veneratio antiquissima est.*

locavit, *ut Crux Cthristi in Regibus adoretur*. Sanctus Hieronymus in epist. ad Eustochium de obitu Paulæ: *Prostrata*, inquit, *ante Crucem*, *quasi pendentem Dominum cerneret*, *adorabat*. Sanctus Joannes Chrysostomus in Liturgia: *Sacerdos*, inquit, *ad imaginem Christi caput inclinat*. Sanctus Basilius, referente Hadriano Pontifice in epist. ad Imperatores, quæ lecta est in septima Synodo act. 2. *Historias*, inquit, *imaginum illorum honoro*, *& palam adoro: hoc enim nobis à Sanctis Apostolis traditum*. Extat carmen Lactantii Firmiani de Cruce, ubi inter cætera ait, *Flecte genu*, *lignumque Crucis venerabile adora*. Cui concinit Sedulius lib. 5. carminis Paschalis dicens, *Neve quis ignoret speciem Crucis esse colendam*. Sanctus Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 10. loquens de signis sanctis, qualia sunt Sacramenta, Imagines, & similia; & in specie nominat serpentem æneum, qui imago Christi crucifixi erat: *Sed*, inquit, *quia hæc hominibus nota sunt*, *quia per homines fiunt*, *honorem tamquam religiosa possunt habere*, *stuporem tamquam mira non possunt*.

Sed his omissis, quoniam Rex dignatus est aliqua objicere adversus Reliquiarum, & Imaginum cultum, quod adversus Missas privatas, transubstantiationem, & cætera non fecit: ad ea quæ objicit breviter respondeamus.

Primùm de reliquiis dicit, (a) *Quod ad reliquias Sanctorum*, *si quas ejusmodi haberem*, *quas constaret Sanctorum corporum partes esse*, *eas ego honorificis tumulis solemniter inferrem: nec committerem*, *ut supremis defunctæ funeribus ad ejus infamiæ imaginem servarentur*, *quam perditis hominibus*, *publicoque judicio damnatis constituimus in pœnam ultra mortem duraturam*.

(b) Respondeo, multum interesse inter infamiam membrorum, quæ sub dio exponuntur injuriis cœli, & morsibus avium divexandæ: & honorem Sanctarum reliquiarum, quæ pretiosis linteis obvolutæ, & argenteis thecis inclusæ, in sanctis Basilicis asservantur.

Pergit Rex, (c) *Sed cùm reliquiarum*, *tum imaginum adorationem pro intolerabili idololatria habeo*, *atque abominor; Iconomachus sanè non sum. Non arguo si quis*, *aut fingere statuas*, *aut imagines pingere*, *sive ad publicum splendorem*, *sive ad privatorum hominum domesticos usus volet. Sed quòd illas adorari*, *quòd illis supplicari*, *quòd aliquam Sanctitatis opinionem affingi illis oporteat*, *id quidem antiquis inauditum*, *scripturis verò in contrarium apertissimè*, *atque ex diametro pugnantibus ita est oppositum*, *ut mirari non desinam*, *quod hominum ingenium*, *quæ Satanæ fraus hoc tam audax commentum Ecclesiæ Christianæ obtrudere attentarit*.

(d) Respondeo: Idololatria est colere creaturam pro creatore, & imagini falsi, atque fictitii Dei (id enim est idolum) eum honorem habere, qui soli debetur Deo. Reliquias verò, & imagines Sanctorum nemo unquam sensit, aut dixit esse imagines fictitiorum Deorum: neque sensit, aut dixit habendas esse pro creatore, aut eo cultu adorandas, quo adorari debet Deus. Videat ergo Rex qua ratione habeat pro intoleranda idololatria reliquiarum, & imaginum Sanctorum venerationem, cùm neque reliquiæ, neque imagines sint idola, neque earum veneratio sit latria.

Porrò Iconomachi dicti sunt, non qui statuas, atque imagines quascumque, & ex quocumque loco deturbabant; sed qui ex templis, imagines, aut statuas Christi, & Sanctorum sustulerunt, aut confregerunt; (e) quod à Calvinianis passim factum es-

se, notissimum est: neque Rex
nor, in templis Angliæ Cruces,
lam extare. Catholici verò, qui
hæreticis habent, Imagines quiden
adoratione, de qua scriptum est,
pedum ejus. Psalm. 98. ubi per scab
mini, Arca lignea intelligitur: nc
mus, *Dominum Deum tuum adorabi*
vies Matth. 4. Imaginibus non sup
qui sciunt eas sensum audiendi non
te imagines prostrati supplicant San
Christo regnantibus, quorum illa
sanctitatem aliquam imaginibus San
sed relativam, idest, quam habe
Sanctos ipsos repræsentant; de qu
ptum est, Exodi 3. *Locus*, *in quo*,
est, & Josue 5. *Locus in quo stas san*
98. *Adorate scabellum pedum ejus*, *qu*
Ex quo intelligimus falsum esse quo
omnia antiquis esse inaudita, & s
tro contraria, quin potius antiqui
ostendimus) notissima erant, &
cohærentia: ut non Satanæ fraus
truserit, sed pietas veterum cons
pietas Novatorum everterit, ut
ta salutis oblivioni apud Christianu
derentur.

Pergit Rex, (f) *Quæ tamen un*
guis hoc genus effugiis, *& sophisticis d*
tum scilicet nihil esse: se autem verum
veri Dei imagines venerari. At scriptu
condita similitudinem coli vetat, *non*
cui Deus cultum deferri interdixit. S
neus, *nec corpus Moysis nihil erant:*
est, *hoc absconditum*, *ne idololatriæ*
que præberet.

Respondeo. (g) Idolum nihil es
stoli Pauli est 1. Corinth. 10. quæ
gnificat, Idolum nihil omnino esse,
poralis, & sensibus exposita; sed
tione repræsentationis, quia Deum
num, sive imaginarium, non rea
repræsentat. Inde rectè nos coll
Christi non esse Idola, quia verum
tum repræsentant, imagines Sancto
la, quia veros Dei amicos, & serv
quomodo etiam imagines Regum,
idola non sunt, quia veros homine
quo sensu imago Jovis, si solum ho
præsentaret, qui sepulchrum habet
idolum non esset; sed cùm existima
Jovem in Cœlo sedentem, & ton
est, & nihil est, quia Juppiter ne
sed in gehenna; neque fulminat, au
gella, & supplicia sustinet.

Porrò scriptura non vetat coli si
nis rei creatæ, absolutè; sed omnis
pro Deo accipiatur, nam Exodi 20.
tur coli similitudines omnium rerun
Cœlo, vel in terra, vel in aquis;
tur fieri, & postea prohibentur coli
quit, *tibi sculptile*, *neque omnem si*
postea: *Non adorabis ea*, *neque coles*
tè non est prohibitum, nisi fiant,
Diis: nam ipse Dominus jussit fieri a
pitiatorii similitudines Cherubim. E
jussit fieri similitudinem Serpentis.
sum Salomon fecit in templo similitud

(a) *Prima objectio adversus cultum reliquiarum*, *& imaginum*. (b) *Solutio*. (c) *Altera objectio*. (d) *Solutio*. (e
Iconomachi. (f) *Tertia objectio*. (g) *Solutio*. (h) *Quo sensu dicatur ab Apostolo idolum nihil esse*.

num, & aliarum multarum rerum. Item declaravit Deus præceptum, non facies tibi sculptile, & omnem similitudinem, cùm ait Exodi 20. *Non facietis mecum Deos aureos, & argenteos*, idest, non facietis sculptile, vel similitudinem, quæ sit vobis pro Deo, ita ut non sim ego vobis solus Deus, sed sint alii mecum. Et Rex ipse fatetur licitum esse fingere statuas, & pingere imagines. Quemadmodum igitur prohibitio imaginum faciendarum non est absoluta, sed restringitur ad imagines, quæ habentur pro Diis; sic etiam prohibitio imaginum colendarum, non est absoluta, sed restringitur ad imagines, quæ coluntur ut Dii. Nam alioqui solebant Judæi venerari prostrati ad terram imagines Cherubim, & alia quæ erant in Propitiatorio. Sic enim loquitur sanctus Hieronymus in epist. ad Marcellam, qua exhortatur, ut commigret Bethlehem: *Venerabantur*, inquit, *quondam Judæi Sancta Sanctorum, quia ibi erant Cherubim, & arca, &c.*

Quod autem dixi venerationem, istam fuisse cum prostratione ad terram, colligitur ex voce hebraica in illis locis Psalm. 5. *Adorabo ad templum sanctum tuum*, & Psalm. 98. *Adorate scabellum pedum ejus*: vox enim hebraica השתחוו sonat, incurvate vos, sive prosternite vos ad templum; & ad scabellum pedum ejus.

Jam verò serpens æneus, & corpus Mosis, quamdiu non habebantur pro Diis, idola non erant, ac per hoc non nihil, sed aliquid erant. Sed cùm cœpissent filii Israel sacrificare serpenti æneo; cœperunt illum habere pro Deo, & tunc Idolum evasit, & nihil; quia Deum fictitium repræsentabat; & ideò zelus sancti Regis Ezechiæ illum confregit 4. Reg. 18. Corpus Mosis absconditum fuit, ne in Idolum verteretur apud eos, qui ad idololatriam propensissimi erant, proinde non fuit unquam idolum, ideò semper aliquid fuit.

Pergit Rex, & multum laborat, ut probet, (a) prohibitum esse imaginem Dei non solùm coli, sed etiam fingi. Sed labore opus non est. (b) Si enim agatur de imagine, quæ Deum ipsum, ut est in se, repræsentet, ejusmodi imago nulla ratione fieri potest: & hoc probant argumenta Regis, cui nemo in hac parte contradicit, at si agatur de imagine, quæ repræsentet Deum incarnatum, non ratione Deitatis, sed ratione carnis: vel repræsentet Deum, non ut est in sua natura, & essentia, sed ut apparuit in specie hominis senis apud Danielem cap. 7. vel in specie sedentis in solio sublimi, & elevati apud Isaiam cap. 6. vel in specie columbæ Marci 1. & Joann. 1. vel quomodo pinguntur virtutes ad significandas earum proprietates, quæ dici possunt imagines metaphoricæ, non propriæ: his modis imaginem Dei nihil prohibet pingi, neque Regis argumenta adversus ejusmodi imagines ullas vires habent.

Transit postea ad Crucem Domini veram, ac negat ratione contactus sacratissimi corporis ullam ei venerationem deberi; & adfert argumenta quædam Joannis Wiclefi, quòd si Crux ob contactum veneranda est, veneranda etiam fuisse labia Judæ quæ Christum osculata sunt; & manus illius ministri, qui Christum alapis cæcidit; & alterius, qui eum Cruci affixit, quæ argumenta hæretici Angli jam olim refutavit Thomas Valdensis, insignis Catholicus Anglus.

Sed ut Rex videat, (c) quantum absit à pietate Sanctorum Patrum, qui primis quingentis annis floruerunt, legat sanctum Cyrillum Hierosolymæ Episcopum Catechesi 10. & 13. & videbit, ex ligno sanctissimæ Crucis à sancta Helena invento, Mundum penè totum continuo fuisse repletum, certatim ambientibus omnibus ejus particulas, legat sanctum Paulinum epistol. 12. ad Severum ubi dicit, se ad illum mittere particulam veræ crucis auro inclusam, ut summum, & pretiosissimum donum: legat eundem Natali 10. sancti Fœlicis, & videbit incendium maximum particula sanctæ crucis ostensa subito fuisse restinctum. Legat sanctum Joannem Chrysostomum in homil. Quòd Christus sit Deus: & cognoscet ardorem fidelium in perquirendis particulis sanctæ Crucis, atque auro includendis. Legat sanctum Augustinum lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8. ubi scribit, ad terram Sanctam ex monte Calvariæ allatam in Africam, miracula fieri solita, & se cum alio Episcopo eam infodisse, & orationis locum super eam constituisse. Quo quæso honore sanctus Augustinus prosequebatur crucem Domini, qui sic honoravit terram, quæ Crucem ipsam attigerat?

Et quoniam Rex adjungit, (d) etiam per umbram sancti Petri facta esse miracula, & tamen sanctum Petrum non fuisse passurum, ut sua umbra, immò nec sua persona adoraretur, (e) audiat quid idem sanctus Augustinus dicat de umbra, & de vinculis sancti Petri. Sic enim loquitur in serm. 5. de SS. Apostolis Petro, & Paulo: *Meritò per omnes Christi Ecclesias auro pretiosius habetur ferrum illud pœnalium vinculorum: si enim tam medicabilis fuit obumbratio visitantis, quanto magis catena vincientis? Si inanis quædam species vacua imaginis habere potuit in se vim salutis, quantò plus de corpore meruerunt attrahere salubritatis ferreo pondere sacris impressa membris vincula passionis? Quamvis autem sanctus Petrus ex virtute humilitatis non fuisset passurus, dum in terris viveret, ut sua persona, nedum umbra sua adoraretur; tamen ob hanc ipsam humilitatem dignissimus est, qui non solùm adoretur adoratione illa, quæ Sanctis convenit, non ea quæ soli Deo propria est; sed ut ejus vincula, auro pretiosiora æstimentur, religioseque in Ecclesia universa colantur.*

Post Crucem Domini spretam, transit Rex ad Purgatorium irridendum. Jam, inquit, *Purgatorium, jam illa frivola, quæ id commentum consequuntur indigna existimo, in quibus opera ac tempus impendatur. Sanè Bellarminus, nullum ei ex scripturis fundamentum astruere potuit. Hoc enim tantummodo percontari velim, an viridis ille amœnusque campus, qui in Purgatorio florentibus spatiis extenditur, interfluente rivo distinctus sit, ut si fortè in eam regionem pervenero, aucupio tempus, ac otium fallam.*

Ego verò nisi ista contemnere decrevissem: responderem quod respondendum esse existimarem. Sed jam hoc solum non tacebo, quod præterire veritas ipsa prohibet. Falsum est in primis à Bellarmino, nullum fundamentum Purgatorio ex scripturis astrui potuisse. Siquidem lib. 1. de Purgatorio Bellarminus, (f) viginti scripturæ sacræ testimoniis Purgatorium astruxit. Addidit etiam testimonia Patrum antiquissimorum, tum Latinorum, tum Græcorum. Et eodem lib. 1. cap. 15. adversus Petrum Martyrem, qui scripserat Purgatorium non pertinere ad dogmata fidei, demonstravit Bellarminus, Purgatorium ad fidei dogmata ita perspicuè pertinere, ut quodlibet aliud certissimum dogma fidei, ut nullo colore à manifesta hæresi excusari possit, qui Purgatorium negat.

De-

(a) *Quarta objectio.* (b) *Solutio.* (c) *Pietas veterum Catholicorum in colendis particulis Crucis Dominicæ.* (d) *Quinta objectio.* (e) *Solutio.* (f) *Purgatorium in divinis literis fundamentum habet.*

Deinde quia Rex frivola vocat, quæ Purgatorium consequuntur, & in eis numerat Satisfactiones pro defunctis; legat apud eundem Bellarminum lib. 1. de Purgatorio cap. 10. perspicua testimonia omnium Patrum Græcorum, & Latinorum, & cogitet, an frivola dici debeant, quæ unanimi consensu Patres antiquissimi docent, ab eo, qui in hac ipsa præfatione testatus est, se non ausurum reprehendere quæ Patres unanimi consensu docent. Deinde quod attinet ad viridem amœnumque campum Purgatorii, sciat hæc à Bellarmino lib. 2. c. 7. quem locum Rex citat ad marginem, relata esse ex Venerabili Beda, nobilissimo Anglico Doctore, atque ab illo petendum esse, an interfluente rivo distinctus sit. Quamquam supervacanea cogitatio est, quemadmodum se habeat Purgatorium, apud eos, qui Purgatorium negant, cùm satis constet, eos non Purgatorium, sed gehennam manere.

Ultimo loco Rex ponit Primatum S. Petri inter ea, quæ sibi admittenda non esse judicat; atque hunc præcipuum articulum esse dicit, in quo à nobis dissentiat. Sic enim loquitur pag. 48. *Sed in hac omni ratione nondum Romanæ Religionis arcem attigimus, idest, caput Ecclesiæ, Petrique primatum, nam qui hunc articulum negant, ex Bellarmini sententia Catholicam fidem negant. Episcopos esse in Ecclesia debere, tamquam institutionem Apostolicam, ac ordinationem proinde divinam contra Puritanos, contraque Bellarminum semper sensi, qui negat Episcopos à Deo immediatè suam jurisdictionem accepisse; sed nihil mirum à Puritanis eum stare, cùm Jesuitæ nihil aliud, quàm Puritanopapistæ sint. Et quo studio in Episcoporum, & Ecclesiasticæ Hierarchiæ (politici dumtaxat ordinis causa) defensionem semper incubui, eodem inconfusam illam anarchiam, & paritatem Puritanorum invectus sum, ut vel ex Basilico meo Doro satis constat.*

Ita est omnino; qui negant (*a*) caput Ecclesiæ S. Petrum fuisse, eundemque Primatum in Apostolos habuisse, atque in eodem Primatu Romanos Pontifices S. Petro succedere, ii fidem Catholicam negant. Id multis libris non Bellarminus solus probatum reliquit, sed plurimi alii Doctores Catholici, atque inter alios Nicolaus Sanderus Anglus, in libris de visibili Monarchia Ecclesiæ, quos hactenus à nullo scriptore refutatos vidimus.

Episcopos esse in Ecclesia debere, idque divina ordinatione; nos etiam scimus & docemus. Sed alia quæstio est, Utrum Episcopi necessariò esse debeant in Ecclesia, alia verò, Utrum immediatè jurisdictionem à Deo accipiant, an à Petri successore. Nam Presbyteri quoque & Diaconi necessariò, & divina ordinatione debent esse in Ecclesia: & tamen jurisdictionem non à Deo immediatè, sed ab Episcopis accipiunt. Itaque duo ista non pugnant inter se, Episcopi divina ordinatione sunt in Ecclesia, & jurisdictionem immediatè à Pontifice Summo accipiunt, neque ista quæstio apud nos ad fidem pertinet, sed inter Doctores liberè disputatur.

Quod verò Rex (*b*) Puritanos cum Jesuitis comparet, omnino mirabile est, cùm Puritani Anarchiam, Jesuitæ Monarchiam Ecclesiasticam pro viribus defendant. Neque minus admirabile est, quod Rex hoc loco fateatur à Puritanis Anarchiam, & paritatem quandam introduci: & tamen in hoc ipso volumine, ubi quartum mendacium Torti refellit, dicat, Puritanos non abhorrere à juramento primatus, sed quotidie suscipere, nec unquam recusasse. At si Puritani non abhorrent à juramento Primatus, quam Anarchiam, & paritatem introducunt? Denique mirum quoque est, quòd Rex tam iniquo animo ferat, quòd

Bellarminus scripserit, Regem Jaco
fuisse Puritanum, ut etiam hoc mend.
litium vocet pag. 49. cùm tamen exte
tica à Puritanis ministris conscripta,
scripta Edemburgi die 28. Januarii ann
& Regni ejus 14. quam confessionem
furtavit Episcopus Vasionensis, nation
brum suum edidit Avenioni anno 160
tam conjecturas alias; quas supra tetu
re sollicitus non sum, neque ad me
tamen bona fide, quod à testibus fid
& quod in libris aliorum legi.

Pergit Rex pag. 50. atque admitte
nem inter ipsos Episcopos, & Romar
primùm esse omnium Episcoporum,
non esse ullum terrestrem hominem
sæ Monarcham; cùm fit Christus E
narcha, Christique vices expleat,
promiserat, Spiritus Sanctus.

Hìc verò Rex eadem luce veritatis
ficem Romanum Ecclesiæ universæ es
qua (*c*) Spiritum Sanctum affirma
ces gerere, idest, Christi Vicarium
ordinariò inferior sit, qui alterius vi
jus vices gerit (nam & Proreges Re
rii Episcoporum Episcopis sunt infer
Spiritus Sanctus Christi vices gerit i
da, Christo inferior erit, atque ad nu
cium vel sumet, vel deponet. Et qui
nisi ut Pontificem privet Vicariatu
Sanctum vera divinitate privare? at
Pontifex ad celsitudinem sibi debi
gat, Spiritum quoque Sanctum à ce
jicere?

At, inquit Rex, Spiritum Sanctu
misit Joan. 14. non Petrum, qui
ret, ac doceret. Immò verò promi
ctum, ut invisibilem, ac internun
consolatorem; Sanctum Petrum, ut
rem, atque Pastorem, in terris lo
Quòd enim Spiritum Sanctum non p
Doctorem, aut Rectorem futurum,
apertè monstratur, nam cùm dixi
ann. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium*
vobis; paulò post subjungit: *Non vo*
nos, veniam ad vos. Et paulò post:
sermonem meum servabit, & Pater me
ad eum veniemus, & mansionem apud e
audiamus sanctum Augustinum hæc
tem, & Regis sententiam refellente
Joannem; sic loquitur sanctus Aug
missionem Spiritus Sancti, ne quisquam
eum Dominus daturus fuerit velut pro se
cum eis esset futurus, adjecit atque ait:
orphanos, veniam ad vos. Itaque Spir
missus à filio docet omnem veritate
Patre, & Filio, quorum indivisa su
admodum est eorum una substantia
corpus visibile, caput Vicarium hab
xit Dominus coram omnibus Petr
diligis me plus his? ac postea, *Pasce*
ipsum tertiò repetivit, primò co
gnos, deinde oviculas, tertiò oves:
& exponit sanctus Ambrosius in ca
cæ, ut nullus omnino exciperetur,
ve proficiens, sive perfectus: vel
Presbyter, sive Episcopus, qui P
subjiceretur.

(a) *Primatus S. Petri, ejusque successoris Rom. Pontificis, ad fidem Catholicam pertinet.* (b) *Inepta comparatio Jesuitarum ... ipsa pugnat.* (c) *Protestantes Angli Spiritum Sanctum Christi Vicarium, ac per hoc inferiorem Christo faciunt.*

At, inquit Rex, (*a*) verba iſta Chriſti: *Tibi dabo claves*, Matth. 16. & *Paſce oves meas* Joan. 21. ad omnes Apoſtolos pertinent, alioqui quomodo potuiſſet Paulus Corinthiorum Eccleſiæ auctor eſſe inceſtum illum excommunicandi cum ſpiritu ſuo? dicendum ſanè fuerat cum ſpiritu Petri. (*b*) Nego verba illa ad omnes Apoſtolos pertinere; cùm propriè dicta ſint uni Petro, qui per ea conſtitutus eſt verus, atque ordinarius Rector & Paſtor Apoſtolorum, atque Eccleſiæ totius: (*c*) atque hoc adverſarii admittere deberent, qui in omnibus controverſiis expreſſum verbum requirunt: quid enim potuit expreſſius dici, quàm illud, Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in Cœlis eſt: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves, &c. & illud, Simon Joannis diligis me plus his? paſce oves meas. Hæc enim dicuntur uni Petro filio Jona, ut diſtinguitur ab aliis Apoſtolis, qui præſentes erant: ſed hæretici non hoc loco ſolùm, ſed ubicumque expreſſum verbum eorum errori non favet, ad figuras, tropoſque confugiunt.

Non tamen negamus quin Apoſtoli cæteri plenam habuerint poteſtatem in Eccleſias, ſed longè aliter, quàm habuerit S. Petrus: hic enim habuit ordinariam, quam tranſmitteret ad ſucceſſores; illi extraordinariam, quæ cum ipſis finiretur; hic & ſuper Apoſtolos poteſtatem habuit; illi ſuper Apoſtolos nullam habuerunt. Sed de his multa diximus in Controverſiis, quæ repetenda non ſunt. Apoſtolus verò Paulus etiamſi Apoſtolus non fuiſſet, ſed ſimplex Epiſcopus, facilè poterat inceſtum Corinthium per Eccleſiam Corinthiorum, ſpiritu ſuo præſente excommunicare.

At inquit Rex: (*d*) *In Concilio quod Hieroſolymis actum eſt, disertè ſcribitur, Viſum eſt Apoſtolis, & Presbyteris, totique Eccleſiæ mittere lectos viros, ſed mirum de Eccleſiæ capite ſilentium. Sic & in eorum litteris, Apoſtolorum, Seniorum, & fratrum fit mentio: de Petro nec verbum.*

(*e*) Reſpondeo in eo Concilio primum omnium loqui cœpiſſe Petrum, atque in ejus ſententiam iviſſe Jacobum, & alios, quod ſatis eſt, ut Petrus Præſes Concilii agnoſceretur. Vide S. Hieronymum in epiſt. ad Auguſtinum, quæ eſt 11. inter epiſt. Auguſtini, & Theodoretum in epiſt. ad Leonem Papam.

(*f*) At objicit iterum Rex locum Apoſtoli. 1. Corinth. 1. Alios dixiſſe, ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cœphæ: nam ſi Cœphas, ideſt, Petrus viſibile caput Eccleſiæ fuiſſet, qui non ab eo ſtabant, à fide Catholica receſſiſſent.

(*g*) Reſpondeo, ſi ex hoc loco colligi poſſet, Petrum non fuiſſe caput Eccleſiæ; poſſe etiam colligi, Chriſtum quoque non eſſe caput Eccleſiæ, hæc enim eſt integra ſententia ejus loci. Ego quidem ſum Pauli, ego verò Apollo, ego verò Cœphæ, ego autem Chriſti: non igitur qui dicebant, ſe eſſe Pauli, aut Apollo, recedebant à Chriſto, vel à Petro; ſed gloriabantur alii ſe baptizatos à Paulo, alii ab Apollo, alii à Petro; alii prudentiores, baptiſmum ſuum ad principalem auctorem referebant, ideſt, Chriſtum: hic eſt enim qui omnes baptizat per miniſterium famulorum ſuorum, quicumque illi ſint; proinde unum eſt baptiſma, ſive Petrus, ſive Paulus, ſive alius inferioris gradus, aut ſanctitatis, aut dignitatis baptizet.

Addit Rex: (*h*) *Sed apertiſſimè conſtat, Paulum non ſatis in hac nupera, ac novitia doctrina fuiſſe inſtitutum, qui cum Petro tam parum comiter egit, ut illi ſe non æquaret modò, ſed etiam anteferret.*

(*i*) Reſpondeo legiſſe me caput ſecundum Epiſtolæ ad Galatas, hunc enim ſolum locum Rex citat: ſed neque in eo capite, neque uſquam alibi me legiſſe, Paulum ſe antetuliſſe Petro; niſi fortè prælationem iſtam colligat Rex ex eo, quòd Paulus Petrum reprehendit, quaſi non ſoleant aliquando ſuperiores ab inferioribus reprehendi. Ipſe certè Petrus Chriſtum increpare cœpit dicens, Abſit Domine, non erit tibi hoc. Matth. 16. Nec tamen ideò ſuſpicari poſſumus, Petrum Domino ſuo antetuliſſe ſe. Sed quoniam Rex, nuperam, & novitiam doctrinam appellat de Primatu S. Petri, cogor adſcribere pauca teſtimonia Patrum antiquiſſimorum.

(*k*) Origenes in cap. 6. ad Romanos, ſic ait: *Petro cum ſumma rerum de paſcendis ovibus traderetur, & ſuper ipſum veluti ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio virtutis ab eo niſi charitatis exigitur*. S. Cyprianus in lib. de unitate Eccleſiæ facit Petrum caput, fontem, & radicem totius Eccleſiæ. Et in epiſtol. ad Quintum: *Petrus*, inquit, *quem primum Dominus elegit, & ſuper quem ædificavit Eccleſiam &c.* Ubi non ſolùm dicit Cyprianus, Petrum primum electum, quod Rex hoc loco admittit, ſed addit, ſuper eum ædificatam eſſe Eccleſiam, ac per hoc eſſe fundamentum Eccleſiæ: quod autem eſt fundamentum in ædificio, idem eſt caput in corpore. S. Baſilius in ſerm. de Judicio Dei: *Ille*, inquit, *Beatus, qui cæteris prælatus diſcipulis fuit, cui claves Regni cæleſtis commiſſa*. S. Hilarius in cap. 16. Matth. *O in nuncupatione novi nominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius Petra, quæ Inferorum leges diſſolveret*. S. Gregorius Nazianzenus orat. de moderatione in diſputationibus ſervanda: *Vides*, inquit, *quemadmodum ex Chriſti diſcipulis, magnis utique omnibus & excelſis, atque electione dignis, hic Petra vocetur, atque Eccleſiæ fundamenta fidei ſuæ credita habeat, ac reliqui diſcipuli poſthaberi ſe tranquillo animo ferant*. S. Maximus ſerm. 3. de Apoſtolis: *Quanti*, inquit, *meriti apud Dominum ſuum Petrus erat, ut ei poſt naviculæ parvæ remigium, totius Eccleſiæ gubernacula traderentur?* S. Joannes Chryſoſtomus hom. 55. in Matth. *Petrum*, inquit, *Eccleſiæ futuræ Paſtorem conſtituit*. Et paulò poſt: *Deus concedere ſolus poteſt, ut futura Eccleſia tot, tantiſque fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat, cujus Paſtor, & caput homo piſcator, atque ignobilis, &c.* Hìc apertè legimus, caput Eccleſiæ S. Petrum fuiſſe, ut etiam in ſequenti teſtimonio. S. Hieronymus lib. 1. in Jovinianum: *Inter duodecim*, inquit, *unus eligitur, ut capite conſtituto ſchiſmatis occaſio tolleretur*. Ubi ſi nomine capitis intelligeretur primus ordine, non poteſtate, non fuiſſet ſublata ſchiſmatis occaſio. S. Auguſtinus ſerm. 142. de tempore qui eſt primus feriæ 4. poſt Dominicam Palmarum: *Totius corporis*, inquit, *morbum in ipſo capite curat Eccleſia, & in ipſo vertice componit membrorum omnium ſanitatem*. Ubi ſanctus Auguſtinus apertè vocat ſanctum Petrum, caput corporis Eccleſiæ. Atque hæc ſatis ſint de Primatu ſancti Petri. Cætera quæ Rex addit, ad convicia pertinere, vel repetitiones eſſe eorum, quæ antea non ſemel dicta fuerant, facilè ex ſe Lector intelliget.

(a) *Objectio prima contra primatum S. Petri.* (b) *Solutio.* (c) *Hæretici verbum expreſſum quærunt, inventum rejiciunt.* (d) *Objectio ſecunda.* (e) *Solutio.* (f) *Objectio tertia.* (g) *Solutio.* (h) *Objectio quarta.* (i) *Solutio.* (k) *Teſtimonia Patrum de primatu S. Petri.*

CAPUT IX.

Nulla probabilitate ex cap. 2. Epist. secunda ad Thessal. colligi posse Romanum Pontificem esse Antichristum.

AGreditur postea Rex disputationem de Antichristo, quam fusissimè tractat à pag. 53. ad 114. (*a*) quam disputationem Bellarminus sine ulla Regis injuria, intactam relinquere potuisset, nihil ferè in hac disputatione Rex attingit, quod ipse in lib. 3. de Pontifice, qui totus est de Antichristo, non refutaverit.

Deinde multa Rex ex Roberto Abbato, qui nuper de Antichristo scripsit, mutuatus est: ad quæ anno superiore respondit Andreas Eudemon Joannes Cydonius Jesuita, quam responsionem doctis viris, præsertim in Germania, ubi edita est, valde probari accepimus.

Præterea non pauca eorum, quæ Rex adducit, invenimus apud Thomam Brigmannum in explicatione Apocalypsis; quam explicationem idem Andreas Eudemon Joannes sibi refellendam desumpsit.

Denique in hac disputatione Rex non certas demonstrationes, sed conjecturas suas, vel sensum suum lectoribus proponit, sic enim initio disputationis præfatur pag. 56. *Sanè*, inquit, *quod ad definitionem Antichristi nolo rem tam obscuram, & involutam tamquam omnibus Christianis ad credendum necessariam urgere, sed quid de toto hoc negotio sentiam, nudè, & simpliciter explicabo.* Et rursum in extrema disputatione pag. 113. *Id*, inquit, *mihi maximè in votis est, ut si cui hanc meam de Antichristo conjecturam libebit refellere, singulis disputationis meæ partibus ordine respondeat.*

Poterat igitur disputationem ab aliis, atque à se antea refutatam, & in qua de conjecturis & opinionibus, non de certis fidei dogmatibus agitur, facilè præterire: sed voluit tamen breviter singula persequi, & sententiis Regis sententias veterum Patrum opponere, sperans non eum molestè laturum, si Patrum veterum expositiones ipsius expositionibus anteferantur.

Igitur pag. 56. tractans verba illa Apostoli Pauli 2. Thessal. 2. *Nisi venerit discessio primùm*: accipit ut exploratum, ea verba intelligenda esse de universali discessione à fide: *Discessionem*, inquit, *illam generalem tantùm Antichristi temporibus fore in Ecclesia omnes Pontificii constanter affirmant*. Et pag. 58. *Ne seducerentur*, inquit, *veritus, diem Domini appropinquare existimantes, ait Paulus, visum esse sibi præmonere eos, universalem à fide discessionem ante venturam.*

Atqui (*b*) falsum est omnes Pontificios ita sentire: quin potius Pontificii sentiunt cum Patribus, discessionem illam fore à Romano Imperio. Sic S. Cyrillus Catechesi 15. hunc locum exponens ait: *Veniet prædictus Antichristus, cùm impleta fuerint tempora Romani Imperii.* S. Joannes Chrysostomus in commentario hujus loci: *Quando*, inquit, *de medio sublatum fuerit Romanum Imperium, tunc veniet Antichristus.* Sic Tertullianus in Apologetico cap. 32. sic Lactantius lib. 7. cap. 15. Sic S. Ambrosius in hunc locum. Sic S. Hieronymus in epist. ad Algasiam quæst. 11. Sic S. Augustinus lib. 20. de Civit. Dei cap. 19.

Neque potest fieri, ut universalis discessio à fide sit futura ante adventum Antichristi, quia tunc Antichristus adveniens, non inveniret quos seduceret: & Chri-

sti Ecclesia omnino periisset, quæ sunt
sta Evangelii testimonia, dicente Dom
Dabunt prodigia, & signa magna, ita ut
cantur, si fieri potest etiam electi. Et M
inferi non prævalebunt adversus eam. Et
vobiscum sum usque ad Mundi consummatio
autem abest, ut verum sit, discessione
ralem futuram esse ante adventum A
Antichristo regnante; ut S. Augustini
de Civ. cap. 11. tempore Antichristi, E
sti toto Orbe passuram persecutionem
vitate Diaboli; & tamen perseveratur
deserturam militiam suam.

Ex quo intelligere potest Rex, An
dum venisse, cùm ante ejus adventum
ralis fieri debeat à Romano Imperio
nondum facta est, cùm adhuc manea
perator, ad quem Rex ipse misit mo
tionem suam dicens: Sacratissimo,
Principi ac Domino Rudolpho II. Ro
per Augusto.

Deinde pag. 57. tractat Rex illa ve
ci: *Homo peccati, filius perditionis, ext*
ne quod dicitur Deus. Et probare nititu
manum Pontificem, quia extollitur s
& Prælatos, qui dicuntur Dii juxta
Dii estis. Psalm. 81.

Sed facilis est responsio. (*c*) A
non extollet se tantùm super eos, qui
quandam similitudinem, vel participa
sunt Principes Ecclesiastici, vel tempc
omne quod dicitur Deus, idest, super
sive per essentiam, sive per participat
sum, sive verum: quod clarius scripsit
Deum Patrum suorum non reputabit, ne
rum curabit, quia adversum universa con

Romanus autem Pontifex ex doct
rum Vicarius Dei est, ac per hoc n
per Deum: ex doctrina Protestantiun
lit, quot sunt Sancti in Cœlo, quot
templis, quot sunt reliquiæ in sepulch
ex sententia Catholicorum, neque
tollit se super omne quod dicitur De
non est homo peccati, non est filius
est Antichristus.

Tertiò eadem pag. tractat verba il
tis: *Ita ut in templo Dei sedeat, ostende*
Deus. Ac pro templo dicit esse intell
& penetralia Ecclesiæ. Sedere auten
Ecclesia tamquam Deum, probare ni
ipse dicit, Papa peccata condonat,
fidei articulos definit, omnium homir
Judex est, ipse à nemine judicandus.

At (*d*) sedem Antichristi non fore
tholicam, sed templum Salomonis,
conabitur; aut certè aliud templum i
salem, notum est in Apoc. 11. Ubi
gnaturus dicitur in ea Urbe, in qua
fixus est: quæ omnium consensu Hier

Secundò ex Patribus antiquissimis:
lib. 5. sic ait: *Cùm Antichristus sederit i*
lymis, tunc veniet Dominus. Idem hab
martyr in oratione de Mundi consum
ctus Cyrillus Catechesi 15. S. Hilariu
thæi. Sanctus Martinus apud Sulpitiu
gorum. Sanctus Ambrosius in cap. 2
sanctus Joannes Chrysostomus, & c
tur, Theodoretus, & Theophylact

(a) *Cur disputatio de Antichristo nova responsione non egeat.* (b) *Non loquitur Paulus de discessione à fide 2. Thess. 2.* (c) *S*
extollet se super omnem Deum. (d) *Quæ sit futura sedes Antichristi.*

dem Antichristum sessurum in Ecclesiis Christianorum, quas occupabit, & prophanabit; sed addunt etiam eum sessurum in templo Hierosolymitano. Sic enim Chrysostomus loquitur in comment. ad 2. Tessal. 2. *Jubebit seipsum pro Deo coli, & in templo collocari, non Hierosolymitano solùm, sed etiam in Ecclesiis.* Sanctus Hieronymus in epist. ad Algasiam quæst. 11. Et S. Augustinus lib. 20. de Civit. Dei cap. 19. paulò aliter exponunt, sed non negant, Antichristum sessurum in templo Hierosolymorum. Unus est Oecumenius, qui hunc locum exponens negat, Antichristum sessurum in Hierusalem: sed videtur locus depravatus, omissione particulæ, tantùm. Hic enim auctor perpetuo sequi solet Chrysostomum; sed neque tanti faciendus est, cùm sit auctor recens, ut S. Joanni Chrysostomo, & aliis citatis anteponendus sit.

Adde postremò, quòd cùm Antichristus sit à Judæis pro Messia recipiendus, ut Patres communiter docent, sine dubio Regiam suam in Hierosolymis constituet. Ex quo sequitur, Romanum Pontificem nullo colore Antichristum posse dici, qui numquam in Hierosolymis sedit, neque à Judæis pro Messia habitus est.

(*a*) Neque verò Deum se esse Papa demonstrat, quia peccata condonat, animas redimit, articulos fidei definit, judicat omnes ipse à nemine judicandus: nam peccata condonat, non auctoritate propria, sed ministerio Sacramentorum. Animas non propriè redimit, sed peccata eleemosynis redimere docet, juxta illud Danielis 4. Peccata tua eleemosynis redime. Articulos fidei non propriè condit, sed qui sint articuli fidei, juxta scripturas, Apostolicasque traditiones declarat. Judicat omnes homines, ipse à nullo homine judicandus, sed judicandus tamen à Deo, & ante tribunal Christi rationem de factis propriis cum cæteris hominibus redditurus; proinde neque Deus est, neque Deum se facit, qui servum servorum Dei se nominat. Omitto quòd pag. 58. Rex multum laborat, ut probet, quod nos non negamus, Apostolum loqui de Antichristo venturo post multa tempora.

Quartò pag. 59. tractans illa verba ejusdem capitis: *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui*, scribit Rex, per hæc verba significari, Verbi Dei prædicatione potentiam Antichristi paulatim minui: quæ est antiqua Lutheri interpretatio à Catholicis millies refutata. Sed mirum est, quàm variè ludant Adversarii in Verbo Domini: nunc enim dicunt Verbo Domini Antichristum interficiendum; nunc verò contra, Verbum Domini ab Antichristo interficiendum dicunt: nam Robertus Abbatus, & Rex ipse pag. 81. apertè scribit, duos Prophetas ab Antichristo interficiendos, ut scribitur Apocalyp. 11. esse duo testamenta, idest, verbum Dei scriptum in libris testamenti veteris, & testamenti novi. Deinde valde hebetem gladium Verbi Dei esse oportet, vel certè valde debilem spiritum oris Christi, si Antichristum supra mille annos regnantem, ex opinione Adversariorum, adhuc Dominus Jesus isto suo gladio, vel Spiritu conficere non potuit.

At, inquiunt, Dominus Jesus per prædicantes suos, potentiam Antichristi debilitavit, sed scriptura non dicit, debilitabit, sed interficiet. Satius igitur est audire Sanctos, ac veteres Patres, (*b*) qui per Spiritum oris Christi, non intelligunt prædicationem verbi Dei, quæ ad salutem, non ad perditionem adhiberi solet; sed potestatem atque imperium Christi, qui vel solo nutu Antichristum interficiet. S. Hieronymus in epist. ad Algasiam quæst. 11. *Quem Dominus Jesus*, inquit, *interficiet Spiritu oris sui, divina videlicet potestate, & suæ Majestatis imperio, cujus jussisse fecisse est.* S. Joannes Chrysostomus hom. 4. in 2. ad Thess. *Quemadmodum ignis irruens passim minuta animalcula etiam antequam plane adveniat, procul adhuc situs terrefacit, & consumit: ita & Christus, sufficiet solùm jubere, atque adesse illum, atque ista omnia peribunt.* Hæc ille.

Quintò eadem pag. tractans illa verba ejusdem capitis: *Cujus est adventus secundùm operationem Satanæ in omni virtute, (c) & signis, & prodigiis mendacibus*; conatur ostendere, Ecclesiam nostram esse Antichristianam, quia jactet innumerabilia miracula, quæ tamen sint contraria suæ ipsius doctrinæ, & ponit exemplum miraculi, cujus meminit Bellarminus lib. 3. de Eucharistia cap. 8. quòd oblitum jumentum pabuli Sacramentum curvatis genibus adoravit: *Et tamen*, inquit Rex, *certè erubescet dicere Bellarminus, institutum esse sanctissimum Sacramentum, quod adorent oves, & boves, & pecora campi.*

At miracula, quæ fiunt in Ecclesia Catholica, non esse prodigia mendacia, pro comperto habemus, ex eo quòd ejusdem sunt generis cum iis, quæ faciebant Prophetæ, & Apostoli, & ipse Christus Dominus. Neque miracula Ecclesiæ adversantur ullo modo nostræ doctrinæ, sed eam mirificè confirmant: quamvis enim non sit institutum sanctissimum Sacramentum, ut ab animantibus rationis expertibus adoretur: tamen cùm id fit, Deo cui nihil impossibile est, præter naturæ ordinem, membra animantium illorum movente, ut Sacramentum adorare videantur, sine dubio præsentiam Domini in Sacramento adesse, adoratio illa demonstrat.

Ejusmodi miraculum factum precibus S. Antonii, etiam si à Rege nunc rideatur, effecit tamen coram ingenti multitudine, ut fides Catholica de Sacramentaria hæresi triumpharet. Idem enim Deus fecit, *(d)* ut jumentum famelicum, pabulo sibi ostenso neglecto ad reverentiam sanctissimo Sacramento exhibendam accurreret; qui fecit, ut Vaccæ foetæ, & indomitæ, dimissis vitulis, sine ullo Rectore Arcam Domini ferrent, nec declinarent ad dexteram, neque ad sinistram 1. Reg. 6. Et qui fecit, ut jumentum rationis expers aliquando loqueretur, & Prophetæ insipientiam redargueret Nim. 22. Et qui Ceto mandavit, ut Jonam tribus diebus in ventre suo gereret, ac paulò post incolumen ad littus evomeret. Jon. 2. Et qui Corvis præcepit, ut ad Eliam panes, & carnes bis in die deferrent. 3. Reg. 17. Et qui Leonibus famelicis jussit, ut Danielem inter ipsos cubantem, non attingerent. Dan. 6. Nec tamen Arca Domini ad hoc instituta erat, ut à Vaccis indomitis deferretur; nec Prophetæ instituti, ut à jumento admonerentur; vel à Corvis pascerentur; vel in ventre Ceti, tamquam in carcere detinerentur; vel à famelicis Leonibus intacti custodirentur.

CAPUT X.

De Sede, & duratione Antichristi.

SExtò pag. 60. transit ad Apocalypsim, ac dicit ex cap. 13. & 17. Apocalyp. manifestè colligi, sedem Antichristi fore Romam, nam cap. 13. describitur Antichristus sub figura prodigiosæ Bestiæ, quæ habebat capita septem, & cornua decem. Deinde cap. 17. explicatur, ubi Meretrix magna appellatur,

quæ

(a) *Solvuntur objectiunculæ hæreticorum.* (b) *Quo sensu Dominus Jesus interficiet Antichristum spiritu oris sui.* (c) *De signis & prodigiis Antichristi.* (d) *Miraculum quod videtur à Rege, habet exempla plurima in sacris litteris.*

quæ ſedet ſuper aquas multas, & prodigioſæ Beſtiæ inſidet: quæque civitas magna, & Babylon nominatur, per Babylonem autem Romam intelligi, ipſi, inquit, Pontificii paſſim admittunt.

Sed quamvis Rex hic multum laboret, tamen res facillima eſt. Nam non eſt idem Beſtia, quæ deſcribitur cap. 11. Apocalyp. & Meretrix magna, quæ deſcribitur cap. 17. neque uſquam ſcriptura Beſtiam cum Meretrice confundit. Igitur Beſtia, Antichriſtus eſt, (*a*) ejuſque ſedes Hieruſalem erit, non Roma. Diſertis enim verbis cap. 11. Joannes dicit, Urbem illam eſſe, in qua Dominus eorum crucifixus eſt, quæ Urbs ſpiritualiter dicitur Ægyptus, & Sodoma, propriè autem Hieroſolyma eſt; & in hoc conveniunt omnes Patres, ut ſupra notavi: & præter illos adeſt Lactantius lib. 7. cap. 15. & 17. ubi dicit, Regnum Antichriſti præcipuum futurum eſſe in Syria, ubi Judæa eſt. Item S. Hieronymus, & Theodoretus in comment. ad cap. 11. Danielis, dicunt Antichriſtum in regione Hieroſolymorum tentoria fixurum, & tandem in monte Oliveti occidendum. Denique S. Irenæus lib. 5. perſpicuè docet, Antichriſtum Hieroſolymæ regnaturum.

Meretrix autem, quæ deſcribitur in cap. 17. & dicitur civitas magna, quæ habet imperium ſuper Reges terræ, & vocatur etiam Babylon tum in eo capite, tum initio capitis 18. ipſa eſt Roma, ſed Roma Ethnica, non Roma Chriſtiana, ut diſertis verbis ſcribit S. Hieronymus lib. 2. contra Jovinianum: Ad te, inquit, loquor, quæ ſcriptam in fronte blaſphemiam Chriſti confeſſione deleſti. Atque in eo capite deſcribit S. Joannes excidium Romani Imperii, propter perſecutiones in Chriſtianos, ſic enim incipit viſio c. 17. *Veni oſtendam tibi damnationem Meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt Reges terræ*. Et infrà, vocat civitatem ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine Martyrum Jeſu. Itaque niſi Rex oſtendat, Beſtiam cap. 11. & Mulierem cap. 17. eandem rem ſignificare, numquam evincet, ſedem Antichriſti fore Romam, aut qui Romæ ſedet eſſe Antichriſtum.

Quod autem Rex adducit de tempore quadraginta duorum menſium, quod ex ſententia noſtra eſt ſpatium trium annorum cum dimidio, quo regnaturus Antichriſtus eſt, ad rem non facit, nam hoc tempus habetur cap. 11. & 13. ubi tempus Beſtiæ, quæ Antichriſtus eſt, deſcribitur: non autem habetur cap. 17. vel 18. ubi de Muliere, & Babylone agitur, per quam Roma, ſive Romanum Imperium ſignificatur.

Septimò pag. 63. 64. 65. & 66. diſputat Rex de ſpatio, quo regnabit Antichriſtus. Et quoniam nos ex Daniele cap. 7. & 12. & ex Apocalypſi cap. 11. 12. & 13. & ex communi Patrum ſententia docuimus, (*b*) Antichriſtum regnaturum tribus annis cum dimidio, ex quo manifeſtè ſequitur, Romanum Pontificem ſine ulla veriſimilitudine à Novatoribus Antichriſtum vocari, cùm regnaverit ex eorum ſententia multis ſæculis: Rex conatur eludere Scripturæ ſacræ ſententias, quòd in eis numerus certus pro incerto accipiendus ſit. Sed id ſolet habere locum, cùm unus aliquis numerus, iſque perfectus adſcribitur, ut cùm Apocalyp. 7. deſcribuntur ex omni tribu filiorum Iſrael duodecim millia ſignati. Et cùm Apoc. 20. dicitur, Draco ligatus per annos mille.

At hoc loco cùm tempus Antichriſti accuratiſſimè deſcribatur per annos, per menſes, & per dies; mirum eſt ſi cui certus numerus, pro incerto poni videatur. Dicitur enim regnaturus per tempus, & per tem-

pora, & dimidium temporis, ideſt,
nium, & dimidium anni, quæ faciunt t
dimidio. Item per menſes quadraginta
dem numerum reddunt. Denique per
centos ſexaginta, qui ſunt menſes qua
ſive anni lunares tres cum dimidio.

Sed quod nos maximè movet, ut ſc
telligamus, eſt unanimis conſenſus Pa
te ſcripſerunt, quàm Novatores de hac
moverent. Sanctus Irenæus lib. 5. *Reg*
Antichriſtus annis tribus, & menſibus ſex,
Dominus de cœlis. Sanctus Hippolytus
ne de conſummatione Mundi: *Tres,*
cum dimidio regnabit Antichriſtus ſuper te
Cyrillus Catecheſi 15. *Regnabit*, inquit
& dimidio tantùm, quod non ex libris apo
ſed ex Daniele Propheta. Sanctus Hieron
ment. ad caput 7. Danielis: *Tempus,*
ſignificat; tempora, juxta hebraici ſermonis
qui & ipſi dualem numerum habent, duos an
dimidium autem temporis, ſex menſes, q
teſtati Antichriſti permittendi ſunt. Sanct
lib. 20. de Civit. Dei cap. 23. *Antichriſt*
verſus Eccleſiam ſæviſſimum Regnum, lic
temporis ſuſtinendum, donec Dei ultimo
Sancti accipiant ſempiternum, qui vel dorm
dubitare non ſinitur: tempus quippè, & te
dium temporis, annum unum eſſe, & duos
ac per hos tres annos, & ſemiſſem, etiam
poſterius poſito dilucеſcit: aliquando in ſcri
ſum numero declaratur. Denique idem
doretus in cap. 7. Dan. & omnes ferè
pocalypſis, Primaſius, Beda, Anſelm
Arethas, Richardus, & Rupertus.

At, inquit Rex: (*c*) *Nam quod a*
interpretationem, quam omnes Pontificii ſe
annorum & ſex menſium, quæ volunt illud
ſum incidere in dies omnium noviſſimos, exc
ta quinque ante ſecundum Domini adventum
vo teſtamento repugnat: repugnare aut
cap. 24. Matth. ubi legimus: *De die illa*
ſcit, neque Angeli, niſi ſolus Pater: & ib
ſæpè Dominus hortatur ad vigilandum
la inopinatos, & ſecuros homines op
hac ipſa Apocalypſi bis repetitur, dien
rem in nocte venturam: quæ omnia
certò ſcirent homines, quadraginta
poſt mortem Antichriſti, Judicem eſſe

(*d*) Reſpondeo, ſi quid hæc argum
adverſus ſanctum Hieronymum potiſſim
le enim explicans illa verba Danielis
tus, qui expectat, & pervenit uſque ad a
tos triginta quinque: Beatus, inquit ſan
mus, *qui interfecto Antichriſto, dies ſupr*
finitum quadraginta quinque præſtolatur;
minus, atque Salvator in ſua Majeſtate
re autem poſt interfectionem Antichriſti, q
que dierum ſilentium ſit, divinæ ſcientiæ
dicamus: dilatio Regni Sanctorum, pat
tia eſt. Hæc ſanctus Hieronymus, m
cius, à quo nos minores Pontificii
nem didicimus.

Neque ex ea ſequitur aliquid contra
Nos enim verè neſcimus diem, atque
ut etiam neſciunt Angeli de cœlo; quon
temus, quando Antichriſtus venturus
jam eſt, ut ignoremus Judicii diem,
interitum conſequetur. Illi autem,

(a) *Sedes Antichriſti non erit Roma, ſed Hieruſalem.* (b) *Antichriſtus tribus annis cum dimidio regnaturus eſt.* (c) *Objecti*
trium annorum cum dimidio. (d) *Solutio.*

temporibus in vivis invenientur; facilè scire poterunt, non longè abesse diem judicii, & mundi consummationem, cùm Dominus dixerit Matth. 24. *Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur &c.* & mox: *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus*. Et paulò post: *Cùm videritis hæc omnia, scitote quia propè est in jannis*. Et concordat Apostolus cum Evangelio 2. Thess. 2. cùm ait de Antichristo; quem interficiet Dominus Jesus spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui. Sed neque illi certo scient diem, neque horam; quoniam etiam si dies quadraginta quinque, Daniele teste, expectandi erunt post mortem Antichristi; tamen scriptura non dicit, diem Judicii non esse longius prorogandum. Itaque scient homines illi diem Judicii, non esse expectandum ante diem quadragesimum quintum ab Antichristi cæde: sed an diutius differendus sit ignorabunt.

Quemadmodum autem in diebus Noe plurimi fuerunt increduli, quamvis Noè, & verbo, & exemplo, idest, fabricatione arcæ prædicaret diluvium futurum; & imparati, & oscitantes à diluvio oppressi sunt: sic erit in novissimis diebus, prædicabunt servi Dei, Judicii diem non longè abesse, immò etiam instare, & imminere: tamen filii hujus sæculi, more solito de iis, quæ mundi sunt cogitabunt, & quando ipsi minus putabunt, filius Dei Judex adveniet.

CAPUT XI.

De Henoch, & Elia.

OCtavo, pag. 67. & sequentibus ad 87. disputat Rex de (a) duobus Prophetis, qui cap. 11. Apocalypsis dicuntur pugnaturi cum Antichristo, atque ab eodem tandem occidendi, & post tres dies resurrecturi, & in cœlum assumendi. Hos duos Prophetas nos cum Sanctis Patribus dicimus esse Henoch, & Eliam, qui ad hunc ipsum finem translati sunt, & adhuc vivunt in carne mortali; ut in novissimis diebus, cum maxima Dei gloria, & Ecclesiæ utilitate, mortis debitum solvant.

Patres qui ex divinis litteris hoc docent hi sunt. Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus, Origenes, & alii omnes interpretes sancti Matthæi ad cap. 17. affirmant Eliam venturum tempore Antichristi. Idem de eodem Elia docent Lactantius lib. 7. cap. 17. Augustinus tract. 4. in Joan. Theodoretus in cap. ultim. Malachiæ, & Primasius in cap. 11. Apocalypsis. De Henoch, & Elia simul idem testantur Hippolytus Martyr in oratione de consummatione Mundi, Augustinus lib. 9. de Genesi ad litteram cap. 6. & Interpretes Apocalypsis ad cap. 11. Beda, Anselmus, Richardus, & Arethas, qui addit invariabiliter à tota Ecclesia credi, Henoch, & Eliam venturos, ut Antichristo se opponant.

Rex tamen cùm fateatur (b) hanc esse Patrum sententiam, tamen judaicam fabulam non semel appellat; & huic tantæ testium nubi conjecturas suas, vel potius suorum Doctorum anteponit. Quam enim conjecturam suam vocat, nos in Abbato antea legimus, qui Abbatus non eam primus excogitavit, sed à venerabili Beda desumpsit. Beda verò, etiam si spiritualiter ita exponit; tamen adjungit communem aliorum sententiam, quòd duo illi Prophetæ sint Henoch, & Elias; neque illam refellit, & non refellendo approbare videtur.

Omitto quæ Rex multis verbis disputat de cap. 11. & 17. Matth. de adventu Eliæ, ubi etiam dicit, (c) me mala fide agere cum Christo, impudenter exponere verba Christi, improbissimè cavillari super verbis Christi, & similia: quæ ideò dicit, quia malui verba Evangelii exponere cum Patribus Origene, Hilario, Hieronymo, Chrysostomo, & aliis veteribus; quàm cum Novatoribus Bibliandro, & Chitræo. Quantumvis enim Rex irascatur, & convicits me oneret, malo cum illis desipere, quàm cum istis sapere. Sed lectorum erit judicium, utri rectius exposuerint loca Evangelii, Rex cum Chitræo, & Bibliandro; an ego cum Patribus: libri extant sæpiùs recusi, non est cur tempus consumam in rebus iisdem sæpiùs repetendis.

Illud præterire non debeo, Regem, qui initio dixerat, se Patres primorum quingentorum annorum venerari; neque se ausurum eos reprehendere, hoc loco, idest, pag. 73. palam eos errasse dicere: *Sed quoniam*, inquit, *in hunc de Patribus antiquis fortè sermonem incidimus, finite, quæso, hac occasione obiter vos moneam, mirum non esse, (d) si sæpiùs Patres hic errent, & minus rectè multa Apocalypsis mysteria intelligant, propterea quod liber ille eorum temporibus adhuc obsignatus fuit, & licet mysterium iniquitatis jam tum ageretur, ille tamen homo peccati nondum erat revelatus: in omnibus enim obscuris prophetiis certissima est regula, numquam eas satis intelligi posse, usque dum compleantur.*

Hæc ille, qui veteres Patres non tantùm erroneos facit, sed etiam stultos, quòd librum obsignatum resignare tentaverint. Deinde, si jam hoc tempore prophetia impleta est, ac per hoc manifesta, & dilucida ejus interpretatio; unde tot adhuc de his rebus contentiones, & opiniones? cur ipse Rex pag. 56. ingressurus disputationem de Antichristo scripsit, in re tam obscura, & involuta, velle simpliciter sententiam suam dicere? & cur in extrema disputatione pag. 113. conjecturam vocat explicationem suam de Antichristo? si prophetia jam impleta est, & liber resignatus; quid opus est conjecturis? cur dicitur obscura, & involuta de Antichristo disputatio?

Verùm, quòd jam sit revelatus homo peccati, ac per hoc prophetia S. Joannis adimpleta, Novatores dicunt, sed non probant, nec probare possunt, cùm contra demonstrationes evidentissimæ à Catholicis adferantur. Itaque ex eo quod in quæstione est, quasi certum, & exploratum esset, argumenta petunt ad Patres veteres arguendos erroris. Sed Regi ignoscendum est, qui ea quæ de reprehensione Patrum scripsit, non ex se protulit in medium, sed ex lib. 1. Roberti Abbati, subditi sui, mutuatus est.

Aliud quoque est in disputatione Regis de Henoch, & Elia, valdè admirandum. Scribit enim pag. 74. corpora Henoch, & Eliæ, nunc esse in cœlo glorificata, & per multa annorum millia exempta fuisse à maledictione mortis. Et pag. 76. disertis verbis scribit, Henoch, & Eliam per multa annorum millia cœli fuisse incolas, mortalitatis legibus solutos, incorruptibilia, & glorificata corpora habere: atque inde efficit, non posse fieri, ut ab Antichristo interficiantur.

Atqui, hoc dogma, etiam si auctorem habeat Theodorum quendam Eracleotem, & Apollinarium, teste S. Hieronymo in epistol. ad Minerium, & Alexandrum: tamen exploratum error est, & contrarius omnibus Patribus, (e) qui Henoch, & Eliam scribunt nondum esse mortuos, sed esse mortales, & morituros in persecutione novissima. Ne tamen nihil omnino adversus hanc hæresim dicamus, pauca de multis adducemus. Joan. 14. Dominus ait: (f) *Vado parare vobis locum, & si abiero, & paravero vobis locum,*

iterum

(a) *Henoch, & Elias sunt duo Prophetæ, qui pugnabunt cum Antichristo.* (b) *Sententiam veterum Patrum, Rex Angliæ judaicam fabulam appellat.* (c) *Calumnia manifesta.* (d) *Hæc est reverentia erga sanctos, ac veteres Patres.* (e) *Henoch, & Elias non sunt mortui, sed morituri tempore suo.* (f) *Ante Christi ascensionem nullus homo in cœlum ascendit.*

iterum veniam, & assumam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis, quod explicatur ab Apostolo ad Hebræos 6. cùm ait: *Præcursor pro nobis introivit Jesus*. Si non poterant Apostoli in cœlum intrare, nisi præcursor intraret Jesus, & pararet illis locum: quomodo Henoch, & Elias tot millibus annorum ante Christi ascensionem, introierunt?

Idem Apostolus ad Heb. 9. *Hoc*, inquit, *significante Spiritu Sancto, nondum propalatam esse Sanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente statum*. Itaque dum status testamenti veteris duravit; nondum propalata erat Sanctis via ad cœlestem patriam, quare concludit idem Apostolus ad Hebr. 11. *Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt promissionem: Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis consummarentur*. Poterat ne apertius dici, Patres veteris testamenti, quamvis fide probatissimi essent, inter quos Henoch ab Apostolo numeratus est, non accepisse promissiones, ut non sine nobis consummarentur, idest, ut non sine nobis consummatam corporis, & animæ gloriam acciperent?

Et quid est quod Propheta David tamquam singulare dicit in persona Christi in Psal. 15. *Notas mihi fecisti vias vitæ*; si ante tot annorum millia Henoch, & Eliæ notæ factæ sunt viæ vitæ? quid est quod ipse Christus dicit Joan. 3. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo*: si ante ipsum Christum, qui caput est electorum, ascenderunt in coelum cum corpore glorificato Henoch, & Elias, qui utique membra Christi sunt? nam illud, nemo ascendit in cœlum, non est præsentis temporis, sed præteriti, ut ex græco textu manifestum est *οὐδεὶς ἀναβέβηκεν*, est enim sensus, nullus homo hactenus ascendit in cœlum, ac per hoc nemo scit cœlestia, nisi filius hominis Christus, qui ut Deus descendit de cœlo per incarnationem, & ut homo ascendit in cœlum per unionem hypostaticam, & idiomatum communicationem: unde etiam subjecit, Filius hominis, qui est in cœlo. Erat enim tunc filius hominis in cœlo, quia eadem persona erat Deus, & homo. Itaque non ait, nemo ascendet postea, sed nemo ascendit hucusque; proinde Henoch, & Elias non ascenderunt cum corpore glorificato in cœlum verum, atque æthereum, sed in cœlum tantùm aerium, ut sublevati à terra ducerentur in locum remotum ab hominum habitatione.

Verè igitur canit Ecclesia toto Orbe diffusa, in hymno illo notissimo, quem nec Lutherus despiciendum putavit: *Tu devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus Regna cælorum*; quod certè Ecclesia orthodoxa non caneret, si crederet Henoch, & Eliam, tot annorum millibus ante Christi Ascensionem introire potuisse in Regna cœlorum.

Addo etiam (a) generale decretum, ut omnes homines moriantur, à quo ne ipse quidem filius Dei immunis esse voluit; neque Sanctissimam Matrem suam immunem fecit. *Statutum est*, inquit Apostolus ad Hebr. 9. *hominibus semel mori, & post hoc judicium*, idest, cùm omnes omnino mortis debitum solverint, tunc aderit judicium. Ergo ante judicium necesse est, ut Henoch, & Elias, qui hactenus in vivis manent, ipsi etiam moriantur. Cui sententiæ similis est illa 1. Cor. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*; & Rom. 5. *In omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt*. Et Psal. 88. *Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem?*

Ex quibus apertissimis sententiis declaranda est sententia illa alioqui ambigua 1. Thessal. 4. *Deinde nos*

qui vivimus, qui residui sumus, simul ra
obviam Christo in aera. Non enim sign
tentia, non morituros, qui vivi reper
simo die; sed in ipso raptu morituros,
recturos ad vitam immortalem, ut S.
cet lib. 20. de Civit. Dei cap. 20. Ex i
judicandum est, (b) utra sit verior le
Omnes quidem resurgemus, sive, ut
omnes quidem dormiemus, sed non
bimur: an illa, non omnes dormien
immutabimur: illa enim prior est ve
cordat cum apertis scripturis: & ver
muniorem esse affirmat S. Hieronym
Minerium, & Alexandrum.

At objicit Rex testimonia Irenæi,
Irenæus enim lib. 5. scribit Henoch,
re in loco, ad quem translati sunt,
summationem conspicantes incorrupt
lianus autem lib. contra Judæos cap.
noch necdum mortem gustasse, ut
didatum.

Sed hæc non significant illos numq
esse, ut Rex existimat: (c) manent
cœlo, ut Rex dicit; sed in Paradiso te
næus dicit, usque ad consummatione
incorruptionem, idest, non videntes
sed vivi, atque integri permanentes
norum. Sed hæc incorruptio non est
bent in cœlo Beati, qui mori non
quam habebat Adam in Paradiso,
mori donec peccaret, ut auctor est S.
de Genesi ad litteram cap. 6. & lib. 1.
ritis, & remiss. cap. 3. Itaque Henoch
spicantur incorruptionem, non absolu
Mundi consummationem, in qua deb
ventes transituri sunt ad veram & per
ptionem. Rectè verò dicitur Henoch n
tem ut candidatus æternitatis. Cand
dum Consules erant, sed Consulatum
& petebant. Sic igitur Henoch non h
mortalitatem, sed eam expectat, &
vita tam diuturna multorum millium
egit in terrestri Paradiso, certam spe
sempiternæ futuræ in Paradiso cœlesti

Ad id autem quod Rex dicit, Bella
troversiis multum sudare, ut statuat
sus ne in terra sit, an in aere; & con
sum terrestrem diluvio esse destructum
ponsio. Bellarminus enim nusquam
sententia sua, neque ex aliena, Pa
pendere: quod operosè confutare fr
tur. Retulit solùm in lib. de gratia
cap. 12. sententiam quorumdam, qui
disum in terra quidem situm, sed in
mis, qui ad globum usque Lunæ pe
sententiam idem Bellarminus refellit,
bolem excusetur. Paradisum autem
no esse destructum, quod Rex affirma
communi sententiæ Patrum veterum,
Doctorum. Certè S. Augustinus lib.
cap. 23. disertè sic pronunciat: *Esse*
ejectus est Adam, fides Christiana non d
autem sibi Rex placet in ea conjectur
berto Abbato desumpsit, quod nomi
phetatum ab Antichristo occisorum in
aut possint duo testamenta, idest,
menti veteris, & novi. In qua disput
cit, quæ probare non poterit.

(a) *Generali decreto omnes homines morti addicti sunt*. (b) *De varia lectione loci Paulini 1. Corinth 15. & quæ sit lectio veri testimonia Irenæi, & Tertulliani de qualitate vitæ Henoch, & Eliæ*. (d) *Calumnia de situ Paradisi terrestris*.

Primò scribit, (*a*) adversus Scripturam sacram dicteria quædam à Pontificiis jactari, quòd sit nasus cereus, mortua littera, lesbia regula, sexcenta alia probri, & ignominiæ plena. Ego verò cùm plerosque Scriptores Catholicos evolverim, apud nullum ejusmodi dicteria reperire potui, nisi in hoc sensu, quòd apud Adversarios, Scriptura sacra ita torquetur in varios intellectus, ut nasus cereus, aut lesbia regula esse videatur, quod etiam in hac disputatione de duobus Prophetis apertissimè locum habet. Nos enim Catholici, qui Scripturas sacras sequimur, non eas ad nostras opiniones accommodamus, ubi legimus, duos Prophetas saccis indutos, adversus Antichristi doctrinam prædicaturos, atque ab illo interficiendos, & à Deo post triduum resuscitandos: per Prophetas, veros Prophetas; per saccos, veros saccos; per prædicationem, veram prædicationem; per Antichristum, verum Antichristum; per occisionem, veram occisionem; per triduum, verum triduum; per resurrectionem, veram resurrectionem intelligimus. (*b*) Novatores, qui opinionibus suis scripturas deservire volunt: per Prophetas duos, intelligi volunt, aut ministros novi Evangelii, quamquam plusquam sexcenti sint; aut libros testamenti veteris, & novi, qui plurimi sunt; per Antichristum, qui unus erit, seriem hominum bene longam; per triduum, mille circiter annos intelligunt, & cætera per tropos, & metaphoras ita planè detorquent ad errores suos, ut de regula Lesbia, & de naso cereo facerent.

Secundò dicit, (*c*) Pontificios nolle corrigi locos etiam corruptissimos veteris editionis: & ponit exempla, ubi nos legimus evertere domum, pro, everrere Luc. 15. *Et sic eum volo manere*, pro, *si eum volo manere*. Joan. 21. At prior locus correctus est in Bibliis Summi Pontificis anctoritate recognitis: posterior non est mutatus, quoniam habetur in omnibus latinis codicibus, etiam antiquissimis. Sic enim legunt S. Ambrosius in Psalm. 45. & serm. 20. in Psalm. 118. S. Augustinus, Beda, & Rupertus in explanatione ejus loci, Eusebius Emissenus, sive quisquis est auctor in homil. de S. Joanne Evangelista, & alii. Neque verum est, verba illa, sic eum volo manere, mendacium continere, ut Rex nimis audacter affirmat: non enim, sic eum volo manere, significat, non volo eum mori, sed non volo eum morte violenta ante tempus naturalis periodi, de hac vita migrare.

Tertiò dicit, (*d*) depravatam esse à nobis scripturam, quoniam libros apocryphos Canonicis exæquavimus, contra quam Patres sentiunt, & vetera Concilia decernunt. At nos contra verè dicere possumus, à Sectariis, tamquam Antichristi præcursoribus, utrumque testamentum aliquot membris detruncatis, miserè esse fœdatum. Quos enim libros, ut apocryphos rejecerunt, nos invenimus in Concilio III. Carthaginensi, ante mille ducentos annos celebrato, & apud veteres Patres omnes, uno, vel altero excepto, inter Canonicos esse habitos.

Quartò dicit (*e*) à S. Bonaventura sacrilegè corruptum esse Psalterium, cùm Dominam, pro Domino in toto Psalterio posuerit. At S. Bonaventura Psalterium Davidis, quod ad scripturam canonicam pertinet, omnino non tetigit; sed ad similitudinem Psalterii Davidis, aliud Psalterium ipse composuit, ex pio ad B. Virginem affectu.

Quintò dicit, (*f*) scripturam à Pontificiis fuisse suppressam, quoniam multis sæculis in magna cæcitate, & ignoratione salutaris doctrinæ populus Christianus versatus est; cùm laici scripturam attingere prohibiti essent: maxima pars Clericorum eam legere, aut nollent, aut non possent. At nusquam inveniet Rex Scripturæ divinæ lectionem laicis, aut Clericis fuisse prohibitam. Et valde mirandum est quod Rex addit, ad silentium damnatos esse libros sacros, ut pro hæretico combureretur qui eos in manus sumere auderet, aut inspicere, quæ unquam historia hoc prodidit? quis auctor tradidit? ne dicam quis vidit, aut audivit, pro hæretico comburi qui scripturas attingeret, aut cerneret?

At, inquit, in ignota lingua libri sacri absconditi jacuerunt. Neque hoc est verum, non enim latina lingua ignota est Ecclesiæ Latinæ. Sed etiam Biblia vulgaribus linguis edita non desunt, quamvis non passim concedantur iis, qui rudes, & imperiti cùm sint, eas nisi perperam intelligere non queunt; atque ad hoc ipsum instituti sunt concionatores, qui populari lingua explanent, quæ latinè in Ecclesiis leguntur.

Sextò dicit, (*g*) scripturam hanc fuisse ab Antichristo interfectam, cùm anno 1562. prodiit censura generalis, quæ omnes alias translationes, præter suam comburi jussit, quod etiam nunc fieri solet. At si anno 1562. scriptura interfecta est; ergo à Luthero ante à mortuis revocata est, quàm ab Antichristo interficeretur. Lutherum enim, à quo adversarii jactant Scripturam sacram in lucem esse revocatam, ad annum 1562. non pervenisse nemo nescit. Atqui hoc verè inauditum miraculum est, excitare à mortuis hominem antequam moriatur. Sed omissis jocis, Ecclesiastica censura non jussit comburi translationes omnes, excepta sua, cùm recipiat translationem 70. Interpretum, & permittat translationes Syriacas, Chaldaicas, Latinas etiam recentiorum non paucas, sed comburi jussit translationes hæreticorum, Martini Lutheri, & similium, quas constat plurimis in locis esse corruptas.

His breviter calumniis refutatis, dicam quid mihi videatur de sententia illa, quæ per duos Prophetas duo testamenta significari docet. Si ea sententia vera sit, tria sequentur, quæ adversarii nullo modo concedent, cùm omnium confessione, & ipsorum, & nostra falsissima sint.

Primum est, (*h*) in Ecclesia veteri primis quingentis, vel sexcentis annis nullos fuisse Scripturæ Sanctæ libros, siquidem duo illi Prophetæ, per quos libri utriusque testamenti significantur, non apparuerunt nisi post exortum Antichristum, Apoc. 11. Antichristus exortus non est, nisi post annum Christi sexcentesimum ex sententia adversariorum; ex nostra verò, neque post annum millesimum sexcentesimum: igitur primis sexcentis annis duo illi Prophetæ, idest, duorum testamentorum libri non apparuerunt. An hoc sit verum Regi judicandum relinquo, qui tot veterum Patrum Commentaria in sacros libros legit.

Alterum est, (*i*) regnante Antichristo, toto tempore Regni ejus Scripturas divinas, atque earum prædicationem, publicam, & notissimam fuisse, nam duo Prophetæ, mille ducentis sexaginta diebus prædicaverunt, idest, mensibus quadraginta duobus, sive tribus annis cum dimidio: quanto tempore Antichristus regnabit; ut in libro Apocalypsis cap. 11. disertè scribitur, quomodocumque enim illa tempora intelligantur, negari non potest, idem temporis spatium tribui in Scriptura duobus Prophetis, & Antichristo, excepto brevissimo intervallo, quo Antichristus supervivet post Prophetarum illorum interitum. Ergo si duo Prophetæ duo testamenta significant, toto tempore Regni Antichristi prædicatio Scripturarum vigeat,

&

(a) *Calumnia hæreticorum*. (b) *Hæretici scripturas sacras ad opiniones suas accommodare satagunt*. (c) *Alia calumnia*. (d) *Alia calumnia*. (e) *Alia calumnia*. (f) *Alia calumnia, eaque gravissima*. (g) *Calumnia intolerabilis*. (h) *Prima absurditas sententiæ de duobus Prophetis duo testamenta significantibus*. (i) *Secunda absurditas*.

& valeat, omnino necesse est. Cur ergo paulò ante deploravit Rex cæcitatem, & ignorantiam doctrinæ salutaris tot sæculis invaluisse apud Christianos? Itaque nisi fingant adversarii contra Scripturam, duos Prophetas primis Antichristi diebus extinctos fuisse, numquam efficient, per multa sæcula Antichristo regnante Scripturas sacras, vel sublatas, vel absconditas, vel ignoratas fuisse.

Tertium est, (a) Scripturas sanctas, posteaquam restitutæ fuerunt in lucem per divinam potentiam, assumptas esse in cœlum, neque apud homines in terris unquam amplius visas. Sic enim scribitur in Apocal. cap. 11. Duos Prophetas post triduum excitatos, continuo in cœlum assumptos fuisse. Quare si Lutherus, aut Calvinus, Scripturas utriusque testamenti ab Antichristo sepultas, iterum quasi à mortuis revocarunt: necesse est, ut Scripturæ in cœlum jam sint receptæ, atque ab oculis hominum absconditæ, si quid similitudo duorum Prophetarum, & duorum testamentorum valet. Atqui videmus duo testamenta in manibus hominum adhuc esse, & Bibliothecas publicas, & privatas occupasse. Nutat igitur undique conjectura Regis; neque utile nobis est ob eam conjecturam à communi sententia Patrum nostrorum, Ecclesiæque recedere. Omitto quæ dicuntur de alia significatione duorum Prophetarum, quoniam eam in libris Controversiarum lib.3. de Pontifice cap.6. refutatam reliquimus.

CAPUT XII.

De quatuor visionibus S. Joannis in Apocalypsi, quibus Antichristus designatur ex sententia Regis.

IN extrema disputatione Rex quatuor visiones sancti Joannis explanare aggreditur, in quibus Antichristi descriptionem contineri existimat. Eas visiones nos quoque breviter excutiemus. Prima igitur visio habetur in Apocal. cap. 6. Ubi S. Joannes cùm vidisset equum unum album, alterum rufum, tertium nigrum, vidit quartum pallidum: hunc pallidum equum, Antichristum esse Rex docet, quo auctore, non indicat. Ego interpretes hujus loci cum conferre instituissem, inveni tot sententias, quot ferè sunt auctores. S. Augustinus scribit, per equum rufum, nigrum, & pallidum significari tria flagella, famem, bellum, & pestem. S. Anselmus, & Richardus per eosdem tres equos intelligi volunt, persecutiones paganorum, hæreticorum, & falsorum fratrum. Alii malunt significari Imperia trium Cæsarum, Neronis, Titi, & Domitiani. Itaque sine ulla Regis injuria dicere possumus, hanc visionem ad Antichristum non pertinere; præsertim cùm ex communi sententia omnium Expositorum de Antichristo agatur paulò post in eodem capite, in apertione sigilli sexti, ubi revelatur (b) ultima, & gravissima persecutio futura propè Mundi finem. Ex quo intelligimus, falsum esse quod adversarii dicunt, Antichristum jam regnasse annis mille, & amplius, nisi fortè ultima persecutio ultra mille annos duratura esset.

Altera visio habetur in cap. 9. Ubi ad clangorem quintæ tubæ, cadit stella de cœlo, & aperit puteum abyssi, unde progreditur exercitus locustarum, ac deinde ad clangorem sextæ tubæ procedit exercitus equitum horribilis, & innumerabilis, omnia conculcans, & devastans. Et in hac quidem visione satis conveni-
mus, per stellam cadentem, & locust
cursores Antichristi; per exercitum e
cari exercitum Antichristi. Sed nos (
cadentem, Lutherum significari credi
stas, hæreticos Lutheranos, & Prote
teros hujus temporis Sectarios: Rex
lam cadentem, intelligi vult aliquem
tis in Ecclesia, qui cùm lux Mundi e
nus suum deserens, Regnum sibi erex
dò sedes Antichristi erigi cœpta sit.

Et nos quidem facilè demonstrare
modo Lutherus ceciderit, quo anno,
quanto strepitu, & quem exercitum l
byssi puteo eduxerit. Rex autem non
quæ fuerit illa persona Ecclesiastica ex
quæ deserto munere suo Regnum sibi
dem Antichristo paraverit. Affirmat
(d) Bonifacium III. fuisse hominem
mus se nuncupavit universalem Episco
lus Antichristi est.

At, cum bona Regis venia, Bonifa
versalem Episcopum nominavit, sed à
tore sic appellatus est, quo modo S.
triarcha Alexandrino universalis Episc
ipso S. Gregorio teste in epist. ad Eu
lib. 7. Indictionis primæ. Quomodo
plus centum annis Gregorio antiquio
Patriarchæ titulum Synodus Chalced
ut idem S. Gregorius in epist. paulò a
tur. Quare si titulus iste ab aliis oblat
facit, non Bonifacius III. sed S. Leo
dicendus erit, ut jam etiam in prim
nis Antichristum regnasse dicendum fi

At, Bonifacius à Phoca petiit, &
stasio teste, ut solus Romanus Pontif
ceretur. Respondeo, Bonifacium à P
impetrasse, ut Cyriacum Episcopum
litanum coerceret, qui titulum unive
qui soli Romano Pontifici jure debetu
usurpabat. Sed neque Bonifacius, n
hoc titulo usi sunt, servos se potius
epistolis nominantes. Adde quòd Bon
lum sibi Regnum erexit, cùm nulla
suorum humilitate recesserit, neque
clesiasticum deseruit, cùm in brevis
octo mensium, quo sedit in Apostolic
cilium Episcoporum Romæ coegerit,
tuerit, quæ ad Cleri reformationem pe
Itaque gratis omnino Rex Bonifaciu
quàm quemvis alium ex antecessoribus
vel Antichristi præcursorem fecit.

Addit Rex in eodem loco, doctri
declarari in eodem cap. 9. Apocal. u
duos homines, qui non sunt occisi in
egisse pœnitentiam ab operibus manu
non adorarent Dæmonia, & simulacr
gentea, & ærea, & lapidea, & lign
videre possunt, neque audire, nequ
egisse pœnitentiam ab homicidiis suis
ficiis, neque à fornicationibus, nequ

Ex his autem colligit Rex (e) Pon
ctrinam Antichristi, quoniam Vasqu
Dæmonia esse colenda; & reliqui
imagines aureas, argenteas, æreas,
gneas colunt; homicidia præterea fa
utuntur, cùm per Agnos Dei cereos
unt; & per indusia benedicta, & d
rum reliquias, & orationes conservan

(a) *Tertia absurditas.* (b) *Antichristi persecutio propè Mundi finem erit.* (c) *Quid per stellam de cœlo cadentem signific*
III. Papa optimus, summa injuria Antichristi nomine infamatur. (e) *Calumnia varia, longe petita.*

mentorum bellicorum impetu, vi flammæ, violentia ferri, ictu fulminum, cæterisque id genus periculis: fornicantur, tum spiritualiter idololatrando, tum carnaliter propter prohibitum Clericis, Monachis, & sanctimonialibus conjugium: furti denique rei sunt, tum quòd Deo subripiuot titulos honorum, ut eos in Antichristum suum conferant, tum per Jubilæa, Indulgentias, reliquias, & similes nundinationes pecunias cumulant.

Ad hæc omnia facillima, & expeditissima responsio est, (*a*) Regem vehementer falli, cùm verba illa Apocalypsis ad doctrinam Antichristi refert, & cùm eam doctrinam Catholicis tamquam propriam accommodare nititur. Primùm enim conveniunt interpretes hujus loci Anselmus, Richardus, & alii, verba supra citata, nihil aliud significare, nisi cum Antichristo perituros in æternum, non taotùm Christianos, quos ille artibus suis deceperit; sed etiam paganos, qui non egerint pœnitentiam ab idololatria, & cultu Dæmoniorum. Dii enim gentium Dæmonia sunt. Psal. 95. Et quæ immolant gentes, Dæmoniis immolant, & non Deo. 1. Corinth. 10. Et præterea Judæos, qui non egerint pœnitentiam ab homicidiis, veneficiis, fornicationibus, & furtis. Judæi enim præter cæteros homines student homicidiis, & veneficiis, & fornicationibus, & maximè furtis publicè per usuras augendo copias suas.

(*b*) Deinde quomodo potest fieri, ut doctrina Antichristi sit colere Dæmones, & Idola omnium generum, cùm de illo scribat Daniel cap. 11. Antichristum adversus omnes Deos pugnaturum, ut ipse solus habeatur Deus? Mirum autem est, tantum Regem ea scribere non dubitasse de Jesuita Vasque, quæ sola libri ab ipso citati inspectione falsa esse intelliguntur, citat enim Rex librum tertium Vasques, De cultu adorationis disp. 1. cap. 5. At eo loco Vasques quæstionem illam tractat, An censendus sit Idololatra qui Dæmonem sibi apparentem sub imagine Crucifixi, adoraverit. Respondet verò, non esse habendum Idololatram, sed illusum, si existimaverit eum qui sibi apparuit verè esse Christum, & solùm Christum adorare intenderit, & invincibiliter ignoraverit sub illa imagine Dæmonem latere. Hoccine est docere Dæmonis cultum? quid si Regius servus indutus Regias vestes prodeat, & ut Rex ab ignorantibus adoretur; num imperiti adoratores Majestatis rei habebuntur, an potius, ut illusi ridebuntur? Atque hoc est argumentum quo Rex probare voluit, Pontificios Dæmonum esse cultores. De cultu imaginum nihil addendum est ad ea, quæ supra disseruimus, satis enim constat, Imagines Sanctorum, neque esse Idola, neque adorari ut Deos.

(*c*) Homicidia, veneficia, fornicationes, & furta, non negamus apud Catholicos inveniri, sed neque Rex negabit in suo Regno apud Protestantes suos frequentia esse. Quòd si probari posset, in Ecclesia Catholica doceri hæc esse licita, & justa; & non potius, ut injusta, & illicita prohiberi, & puniri: tum aliquid adversarii dicerent: sed ex flagitiis, & sceleribus toti humano generi communibus, colligere doctrinam Antichristi apud solos Pontificios esse, ineptum, & ridiculum est.

At soli Pootificii per Agnos Dei cereos, ignem restinguunt: id autem veneficio simile est. Respondeo, Miracula divina apud solos Pontificios conspiciuntur: (*d*) sed invocatio divini nominis, & benedictio sacerdotalis, qua cerei Agni consecrantur, veneficiis tribui non possunt, nisi Deus habeatur pro Diabolo. Illa enim veneficia sunt, quæ ex invocatione Diaboli, & pacto quodam cum ipso Diabolo inito vim suam habent. Qui autem miracula, quæ per indusia, cæterasque reliquias fiunt, damnat, damnare etiam debet miracula, quæ teste Luca in Act. Apost. cap. 19. fiebaot per sudaria, & semicinctia S. Pauli; & quæ teste S. Augustino lib. 22. de Civ. Dei cap. 8. fiebant per reliquias S. Stephani; & alia id genus plurima, quibus pleni sunt libri Sanctorum Patrum. Nec tamen probamus, sed damnamus, & rejicimus superstitiosas orationes, quas interdum nonnulli adhibent adversus arma, vel fulmina, cum characteribus incognitis, & invocatione Dæmonum.

(*e*) De multitudine Monachorum, & Sanctimonialium, id solùm dicam, non posse reprehendi ejusmodi instituta, nisi reprehendantur Patres omnes primorum quingentorum annorum. Certè si quis legat vel epistolas S. Hieronymi de custodia Virginitatis, & de obitu Paulæ ad Eustochium; vel librum S. Augustini de moribus Ecclesiæ, vel S. Joannis Chrysostomi libros Adversus vituperatores vitæ monasticæ; videbit tot Millia Monachorum, & Sanctimonialium fuisse in illa prima Ecclesia, ut meritò dicere possit, sectas Lutheranorum, & Calvinistarum, unde hæc instituta penitus exulant, nihil habere commune cum Ecclesia primitiva.

(*f*) Denique quæ Rex dicit de cumulandis opibus per artificium Jubilæorum, & Indulgentiarum, satis ostendunt, eum plus fidei habuisse calumniis Lutheri, & similium Novatorum, quàm simplici veritati. Hoc certè tempore si eleemosynæ faciendæ præscribantur iis, quibus Indulgentiæ conceduntur, in arbitrio singulorum relinquitur, ut quibus egenis libeat eleemosynas faciant.

Sequitur visio tertia quæ habetur in Apoc. cap. 13. Ubi describitur Bestia quædam horribilis, quæ de mari ascendet, habens capita septem, & cornua decem. Ex quibus capitibus unum plaga lethali ferietur, sed paulò post resurget cum admiratione universæ terræ: huic Bestiæ dedit Draco virtutem suam. Ibidem describitur alia Bestia, quæ ex terra ascendet, habens cornua duo similia Agni, & hæc posterior Bestia miracula faciet, ut ignem de cœlo descendere, ad hunc finem, ut omnes priorem Bestiam adorent. Addit Joannes, neminem illis temporibus habiturum potestatem vendendi, aut emendi, nisi in manu, aut in fronte characterem bestiæ gerat: denique numerum bestiæ dicit Joannes futurum numerum *666*.

De hac visione Rex multa dicit, atque omnia detorquere conatur ad nos Catholicos, ut Antichristi adoratores, & sectatores. Sed (*g*) ex hoc ipso c. 13. Apocalypsis, nos multo facilius, & clarius demonstramus, Antichristum nondum venisse. Quando enim Antichristus venerit, notissima erunt omnia, quæ sit prior Bestia, quæ posterior, quod caput occisum, & resurgens, quis character ejus, quod nomen ejus; & cætera quæ nunc ita sunt obscura, ut conjecturis, & divinatione sit opus.

Communis expositio Catholicorum veterum est, per Draconem intelligi Diabolum; per priorem Bestiam, universitatem impiorum; per caput hujus Bestiæ occisum, & reviviscens, Antichristum, qui erit postremum, & maximum caput impiorum, quique finget se occisum, ut fingat resurrectionem ad imitationem Christi; per posteriorem Bestiam, prædicatores, & Apostolos Antichristi, qui miracula facient, ut ad Aotichristum homines alliciant: de charactere, & numero nominis, rem forè abditam, & incognitam, donec Antichristus appareat.

Videa-

(a) *Refutantur calumniæ generatim.* (b) *Refutatur calumnia de cultu dæmonum.* (c) *Refutantur calumniæ de homicidiis, aliisque sceleribus.* (d) *Refutatur calumnia de Agnis Dei cereis.* (e) *Refutatur calumnia de multitudine Monachorum, & Sanctimonialium.* (f) *Refutatur calumnia de nundinationibus Indulgentiarum.* (g) *Obscuritas hujus prophetiæ, Antichristum nondum venisse convincit.*

Videamus nunc, quid Rex ex hac visione colligat adversus Catholicos. Primùm igitur, per caput Bestiæ occisum, & reviviscens, intelligendum esse dicit Antichristum, qui una imperandi rationum à Gothis, & Vandalis plagam lethalem acceperat; sed mox curata plaga aperuit os suum ad blasphemias, & ab universa terra adorari debuit. Et addit Rex, *Cultus autem, atque adoratio hoc eodem nomine, ac titulo, soleat ne adhiberi singulis Pontificibus, cùm inaugurantur, nemo Cardinali nostro melius novit:* Hæc ille.

(*a*) At Gothi, & Vandali, nullam plagam Romano Pontifici inflixerunt, sed Imperatori Romano, cui Gothi Italiam, & Hispaniam, Vandali Africam abstulerunt: plaga autem curata dici poterit, cùm Justinianus Italiam, & Africam recuperavit. Itaque si is, cui plaga inflicta est, & paulò post curata, Antichristus est; non Romanus Pontifex, sed Romanus Imperator Antichristus erit. Quòd si non placet Imperatorem Antichristum vocari, quemadmodum revera Antichristus non est, acquiescat Rex expositioni S. Gregorii lib. 11. epistola 3. Primasii, Bedæ, Haymonis, Anselmi, Richardi, & Ruperti in c. 13. Apocal. qui omnes unanimi consensu docent. Antichristum simulaturum plagam incurabilem se accepisse, atque occisum esse, ac paulò post à mortuis propria virtute surrexisse, ut tanto facilius pro Deo haberi, & adorari possit. Cùm autem nullus unquam Pontificum Romanorum mortem, & resurrectionem simulaverit, neque pro Deo haberi, & adorari voluerit; vel ex hoc intelligi potest, quantum absint à veritate, qui Pontificem Antichristum esse jactant.

At, inquit Rex, adorari Pontifices cum inaugurantur, Cardinalis non negabit. (*b*) Verum est Pontifices Maximos adorari, sed ut Vicarios Dei, non ut Deos. Et scriptura divina passim utitur voce adorationis pro veneratione, quæ adhibetur hominibus. Vix enim ulla est adoratio externa, quæ soli vero Deo exhibeatur, præter honorem sacrificii, & quæ ad sacrificium pertinent, templa, aræ, sacerdotes. Hinc enim S. Augustinus, lib. 20. contra Faustum cap. 21. Respondens Fausto, qui scripserat nos Martyres in Idola vertisse; probat in Ecclesia Christi non adorari sanctos Martyres, ut Deos, quia Sacerdos ad Altare constitutus numquam dicit, offero tibi Petre, vel Paule, vel Cypriane. Quare si Rex ostendet sacrificium Pontifici Romano fuisse aliquando oblatum, aut aras erectas, aut templa dedicata, aut Sacerdotes institutos, quemadmodum factum esse scimus Imperatoribus quibusdam, qui Dii haberi volebant; & quemadmodum Antichristus sibi fieri jubebit; tum demum concedemus Pontificem haberi, & adorari, ut Deum: at dum eo cultu adorationis honoratur, qui non convenit soli Deo, sed etiam creaturis, frustra de nomine adorationis calumnia struitur.

Deinde addit Rex miraculum Bestiæ minoris, quæ faciet ignem de cœlo descendere; ipsum esse fulmen excommunicationis, quo Pontifex Romanus homines terret: Et ipsos etiam Reges percellit. (*c*) At hoc miraculum non tribuitur in Apocalypsi Bestiæ majori, quæ Antichristum significat; sed minori, quæ Antichristo deservit: non igitur Pontifex, qui fulmine homines terret, Antichristus erit: & Rex quærere jam debebit quis sit Antichristus, in cujus gratiam Papa fulmen de cœlo descendere facit. Deinde S. Joannes meminit hujus miraculi, ut rei novæ, & insolitæ: at excommunicatio res est communis, & nota, qua etiam Protestantes utuntur; & quam

Ecclesia familiarem habuit multò a
christus, etiam iste fictitius, & à N
gitatus, exortus diceretur. Ergo ci
positione scriptorum veterum supra
dum est, verum ignem de cœlo de
perium Ministrorum Antichristi, &
verba Scripturæ detorquenda sunt a
tiones. Ex quo intelligimus merum
quòd Papa sit Antichristus, cùm n
Romanorum, neque per se, neque
de cœlo descendere fecerit.

(*d*) Porrò characterem Antichri
professionem obedientiæ Romano P
multis modis repugnat scripturæ ve
num Apocal. 13. significat, characte
piendum in dextera manu, aut in
obedientiæ neque in dextera, nequ
pitur. Deinde character Bestiæ nec
to Antichristi regno omnibus homi
magnis, pauperibus, & divitibus, l
At quot millia sunt in ditione Ro
qui professionem obedientiæ non p
professio enim fieri solet ab iis, qui
gradus dignitatum, aut Doctoratun
eia: ab aliis plurimis, atque adeò
hominum non exigitur, quamvis
omnes Romano Pontifici obedire: t
tur omnes conceptis verbis, & cer
nem istam facere, multo minus i
manu gestare. Præterea eadem scrip
to Regno Antichristi, neminem pe
re, aut vendere, nisi characterem
men Bestiæ, aut numerum nomini
sunt in ipsa Urbe Roma Judæi, q
dunt, & emunt, nec habent ejusmo
neque Summo Pontifici adhærent?

Itaque licèt multi multa de isto
nare conentur, non tamen certo
nisi cùm Antichristus venerit; nisi f
antiquissimo scriptore Hippolyto M
(*e*) Christi characterem esse signum
christi characterem fore signi Cruc
quali charactere dignoscuntur hoc te
ni, ut præcursores Antichristi.

Denique de numero *666.* dicit R
designari nomen græcum Λατεῖνος:
jus nominis faciunt hunc numerum.
tem esse latinum, & apud latinos p
nari notissimum est. Sed nomen, la
bitur per ω, & fine ω, non reddi
Præterea nomen Antichristi propriu
Evangelista, non nomen commune p
latinus: proprio autem nomine null
ctus est latinus. Denique inveniunt
ma, quæ numerum illum *666.* effici
rethas in comment. hujus loci septe
hunc numerum reddunt: alii alia pl
re multa scripsimus in lib. 3. de Po

Addit Rex per numerum *666.* po
pus, quo Antichristus apparere debui
nifacius III. Papa, qui primus An
usurpavit, sedit anno. Domini *606.* A
ille numerus nominis est, ut S. Joan
xit; non igitur detorqueri debet ad
poris: Deinde numerus annorum à
nifacium non continet *666.* sed *606.*

At, inquit Rex, potest inchoari
meri ab anno quo Pompejus Magnu

(a) *Refutatur expositio adversariorum.* (b) *Refutatur calumnia de adoratione Pontificis.* (c) *Refutatur calumnia de fulm*
(d) *Character Antichristi non potest esse professio obedientiæ debitæ Pontifici.* (e) *Character Christi signum Crucis: cha*
liste crucis. (f) *Refelluntur conjecturæ de numero nominis Antichristi.* (g) *Numerus 666. non est numerus temporis,*

rosolymitanum diripuit. Omitto id gratis dici: illud ad refutandam hanc supputationem sufficit, quòd ab illa direptione templi, usque ad annum Domini 606. quo Bonifacius sedit, sunt anni 670. Itaque necesse est, vel S. Joannem fuisse deceptum, quod fieri non potest, vel (*a*) errare eos, qui volunt numero 666. designari tempus adventus Antichristi. Quod autem Rex dicit, sexaginta annis post obitum Bonifacii III. fuisse confirmatum Regnum Antichristi, atque hoc indicari per numerum 666. aliquid esset, si posset ostendi aliquid peculiare accidisse anno 666. ut aliquam mutationem regiminis, vel creationem novi Pontificis, vel acquisitionem novi tituli, aut aliquid ejusmodi. Sed cùm annus Domini 666. inciderit in Pontificatum Vitaliani, qui jam aliquot annis sederat, & pacificè, ac sine ulla innovatione sederat: nulla ratio reddi potest, cur tempus illud tam insolita revelatione notari debuerit, ut omittam, quod supra dixi, hunc numerum nominis Bestiæ, non temporis ab ipso S. Joanne nominari.

Restat visio quarta ex cap. 17. Apocal. quæ quanto prolixius tractatur à Rege, tanto brevius expedietur à nobis. Describitur enim in eo capite magna quædam Meretrix insidens Bestiæ, quam Rex Antichristum esse vult; & eo posito fundamento multa disputat de Antichristo, addens etiam de infelici hujus Meretricis exitu ex cap. 18. 19. & 20. quæ omnia prætereunda existimo; quoniam per eam Meretricem Antichristus intelligi non potest: & fundamento everso totum ædificium corruat necesse est.

Non posse autem per (*b*) eam Meretricem intelligi Antichristum, probamus primò ex sententia veterum Patrum: Patres enim permulti per eam Meretricem, intelligunt universitatem impiorum. Ita S. Augustinus in Psal. 26. Arethas, Haymo, Richardus, Anselmus, Beda, & Rupertus in cap. 17. Apocal. Alii intelligunt Romam imperantem, sive Romanum Imperium, qualis erat tempore Apostolorum, cùm dominaretur omnibus gentibus, & omnium gentium serviret erroribus. Sic exponunt Tertull. in lib. cont. Judæos, & lib. 3. cont. Marcionem, & S. Hieronymus in epist. ad Marcellam, & in altera ad Algasiam qu. 11. Et confirmari potest horum auctorum sententia ex eo quod S. Petrus in epist. priore cap. ultimo Romam, qualis tunc erat, sub nomine Babylonis significat. Et S. Joannes hac ipsam Meretricem magnam, Babylonem appellat, ac ut explicet de qua Babylone loquatur, dicit esse civitatem, quæ habet Imperium super Reges terræ, & sedet super montes septem.

Adde quòd ex sententia Regis pag. 88. & alibi, per Bestiam, cui mulier insidet, Antichristus intelligitur. Sic enim loquitur S. Joannes cap. 17. *Et dixit mihi Angelus, quare miraris? ego dicam tibi sacramentum Mulieris & Bestiæ, quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit.* Sic autem Rex loquitur. *Octava, quæ est Bestia, quæ erat, & non est, & itura est in perditionem, ipse est Antichristus.* Jam si (*c*) Bestia, quæ mulierem portat, Antichristus est, quomodo ipsa mulier est Antichristus? quis ferat equitem cum equo confundi, ut eques supra se ipse sedere dicatur? Ignoscat igitur Rex nobis tardioribus, si malumus cum antiquis expositoribus, aliud per Bestiam, aliud per mulierem insidentem Bestiæ intelligere, quàm cum Novatoribus Bestiam cum Meretrice confundere. Atque hæc de Antichristo hoc loco sufficiant.

CAPUT XIII.

Diluuntur variæ calumniæ.

EXpedita disputatione de Antichristo, Rex multa addit adversus Catholicos, quæ breviter refellenda sunt pag. 109. *Et certè*, inquit Rex, *credo, non est illa mediocris animarum negotiatio, cùm homines, usque eò spe & promissione æternæ salutis fascinantur, ut facilè persuadeatur fraterculo, Regem Dominum suum confodere; imberbi adolescentulo in vitam proximi successoris perditè invadere; multis in Serenissima Regina nuper defunctæ necem sæpius conjurare; denique me Imperium obtinente nitrati pulveris impetu Regnum, Regnique ordines funditus evertere, atque ita tam animi, quàm animæ jacturam facere.*

(*d*) Hæc gravis omnino reprehensio est, & quanto est gravior, tanto gravioribus testimoniis confirmari debuisset: Nam si ex particularibus hominum factis de doctrina judicandum esset, non solùm doctrina recentiorum Catholicorum, sed etiam veterum omnium Doctorum, sive in Republica antiqua Judæorum, sive in Ecclesia Christianorum hanc calumniam pati posset. Illud unum in libris Ecclesiasticis invenio; indulgentiam peccatorum à Summis Pontificibus in generalibus Conciliis concessam fuisse iis, qui Cruce suscepta in bellis Christianorum Principum adversus infideles arma sumpsissent. Atque hanc Indulgentiam prædicatam lego, tum ab aliis viris doctis, & sanctis, tum præcipuè à S. Bernardo, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis; ut ipse breviter modesteque testatur in præfatione libri secundi de Consideratione: & fusius hoc ipsum scribitur in tertio libro de vita ejusdem S. Bernardi cap. 4.

At quòd Sicariis promissa sit spes æternæ vitæ, si Regum vitæ insidientur, nusquam legi, nunquam audivi. Sed contra potius legi in Concilio Constantiensi sess. 15. publicè damnatum articulum illum, Quilibet Tyrannus potest, & debet licitè, & meritoriè occidi per quemcumque vassallum suum, & subditum, etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias, vel adulationes, non obstante quocumque præstito juramento, seu confœderatione factis cum eo, non expectata sententia, vel mandato Judicis cujuscumque. Hunc articulum ita damnavit Concilium, ut hæreticos censendos, & ut hæreticos puniendos esse decreverit, qui ejusmodi articulum pertinaciter defendere voluerint.

Illos autem, quos in exemplum Rex adducit, fuisse persuasos ab aliquo Ecclesiastico Antistite sub promissione, & spe vitæ æternæ, ut facerent quod fecerunt, Rex non probat, neque ex confessione ipsorum, aut aliis indiciis constare potest. Sed si Regi placeat vera audire, vel legere, facilè inveniet doctrinam, quam objicit Catholicis, propriam esse Novatorum.

Certè Joannis Wicleffi Angli, quem Protestantes in pretio habent, & ejus laudes in capite libri posuerunt Foxius, & Crispinus historiæ novi Evangelii in Anglia scriptores; illi articuli sunt in Concilio Constantiensi damnati sess. 8. Nullus est Dominus civilis, nullus est Prælatus, dum est in peccato mortali. (*e*) Item populares possunt ad suum arbitrium Dominos peccantes corrigere.

Hi sunt articuli Patriarchæ, vel Prophetæ vestri Wicleffi, qui non ob tyrannidem solùm, sed ob quodlibet adulterium, vel sacrilegium, vel injustam cædem, vel ob quodcumque aliud lethale crimen Domi-

nos

(a) *Frustra adversarii supputando se torquent.* (b) *Mulier, quæ insidet Bestiæ, non est Antichristus.* (c) *Ineptè adversarii equitem cum equo confundunt.* (d) *Atrocissima calumnia apertissimè refutatur.* (e) *Hæreticorum proprium est in proprios Dominos arma sumere.*

nos privat dominiis suis: & quasi injustos possessores tradit popularibus pro arbitrio corrigendos. Atque ex hac doctrina natus esse videtur error, de quo paulò ante diximus.

Quis autem Lutheri temporibus auctor fuit tot millibus rusticorum, ut adversus Principes arma sumerent? nonne Ministri reformatæ vel deformatæ potius à Luthero religionis? Catholicos certè fuisse seditionis illius auctores, ne adversarii quidem scribere ausi sunt. Qui verò Franciscum Regem Francorum secundum, fratres, matrem, & conjugem sumptis armis interficere moliti sunt; nonne Fratres evangelici fuerunt, auctore Beza, suasore Calvino? Id Surius narrat in historia anni salutis 1560. Qui denique sunt, qui tot turbas in Scotia adversus hunc ipsum Regem excitarunt, quique eum in ordinem redigere, & Anarchiam introducere voluerunt, nonne illi ipsi, qui reformatam Calvini religionem, ut ipsi eam vocant, in Scotiam introduxerunt? hoc Rex ipse in suo Basilico Doro apertè testatur. Desinat igitur notam illam Catholicis inurere, quam in Doctoribus suis inhærere negare non potest. Subjungit postea Rex pag. 116. nonnulla de excellentia Regiæ dignitatis supra Cardinalitiam, quæ omnia sunt à nobis excussa in capite de comparatione Regis, & Cardinalis.

Pag. 120. Iterum revertitur ad invidiam conflandam Catholicis apud Reges ob exemptionem Clericorum: sed illud præcipuè reprehendit, quòd scripserim S. Gregorium Mauritio Imperatori coactum paruisse. *Non pudet*, inquit Rex, *hominem, Christianam Sancti illius viri, Gregorii, humilitatem traducere, quasi id fuisset violentum, coactumque obsequium Gregorio, vel non satis valente, vel non auso repugnare, qua in re non injuriam Gregorio tantùm facit, sed omnino humilitatis, ac patientiæ splendorem illum, qui in prima illa, & adhuc oriente Ecclesia, ac præsertim sub persecutionum sævitia nituit, fœda, turpique labe maculat; si hæc ingens martyrii, & Christianæ patientiæ gloria non dimissioni animi spontaneæ, sed necessitati adscribatur, quod aut viribus, aut animis defecti (instar Judæorum, aut Turcicorum mancipiorum) fortioribus adversariis cederent: contra SS. Pauli Petrique præcepta, qui propter conscientiam subditos esse jubent, contra illam etiam Tertulliani pro Christianis Apologiam, & antiquorum Patrum apertam professionem, & ubique repetitam.*

Hæc ille, qui (a) primum meminisse deberet, me quicquid scripsi, ex verbis S. Gregorii scripsisse, citavi epistolas, citavi Commentaria in Psal. pœnitent. ubi Mauritium Imperatorem Gregorius Papa cum Nerone, & Diocletiano comparat: eumque gravissimè reprehendit, quòd Ecclesiam Romanam sibi subjugare, quodque jugum importabile toti Reipublicæ imponere voluisset. Oportuisset sanè Regem ad loca citata ex S. Gregorii libris aliquid respondere, & si me falso aliquid citasse convincere potuisset, tum demum jure me impudentiæ notasset.

Miratus autem valdè sum, quorsum exempla Martyrum, & testimonia SS. Petri, & Pauli allata pertineant, quasi non possit humilitas, & patientia servari, & simul violentia, & crudelitas persecutorum reprehendi. In secundo libro Machab. cap. 7. Martyres sanctissimi, & patientissimi, quorum patientiam, prædicat S. Cyprianus lib. 4. epist. 6. & sanctus Gregorius Nazianzenus integra oratione, S. Augustinus, & alii passim, Antiocho Regi dicunt, *Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis, sed Rex Mundi nos pro suis legibus defunctos, in æterna vita re-*
surrectione suscitabit. Christus ipse hu
tientiæ verum exemplar, non timuit
tere, si servo cædenti se diceret, *Si*
testimonium perhibe de malo: sin autem
dis? Joan. 18. S. Stephanus primus
Domini non recessit, cùm persecut
Dura cervice, & incircumcisi cordibus.
semper Spiritui Sancto restitistis. Act.
stolus Paulus oblitus est patientiæ,
cùm Pontifici jubenti percuti os eju
te Deus paries dealbate. Act. 23. Si
historiis Sanctorum Martyrum, & ipi
ctarum Virginum Agathæ, Agnetis

Deinde, cur quæso maculatur h
tientia Martyrum, si dicamus, eos
flagella, vulnera, ignes, rotas? Sat
& patiens est, qui coactus fidem n
delem mortem subire, mavult subire
tumvis crudelem, & naturæ repugna
gare fidem: quamvis magis vellet,
qui tam duram ei necessitatem imp
loquitur S. Paulus 2. Corinth. 5.) N
ri, sed supervestiri, ut absorbeatur
à vita. Et S. Petro prædicitur à Chi
per ea verba Joan. 21. *Cùm senueris*
tuas, & alius cinget te, & ducet quò t
Augustinus lib. 10. confess. cap. 28.
lit molestias, & difficultates pati? toler
amare. Nemo quod tolerat, amat, e
quamvis enim gaudeat se tolerare, ma
se quod toleret.

Sed maximè admirandum est, qu
quitur de patientia Martyrum, addu
Apostolorum Petri & Pauli jubenti
scientiam subditos esse Principibus.
Sancti contra præcepta Apostolorum
do contemnentes jussa Principum
quàm eorum legibus, edictisque pare
stum abnegare, & Dæmonibus immo
Legibus enim Principum, quæ contra
pugnant, nemo nostrum dicit, pare
subditis. Sed de ejusmodi legibus n
de Martyrio agitur.

Pag. 121. exagitat Rex locum que
gnitione librorum meorum, quam
quamvis sciam Regem, non tam
alienis rebus, ut libellos vix dum
ferri curet: & satis intelligam, quis
bus Regi laboret: respondebo tamen
mina brevi responsione purgabo.
tractatu, cui titulum fecit, Recognitio l
versus: universusque nostrum populos,
fascibus superiores esse volunt. Et paulò
tera, eximere Clericos ab omni tempo
potestate: & non modò Pontifices, sed
pra nos imperium stabilire penè præcipu
lius recognitionis argumenta.

Ad hæc ego respondeo, exemptior
à temporalium Principum potestate,
omnibus omnino scriptoribus Cathol
logis, quàm Jureconsultis: quæstio
de jure, quo Clerici sunt exempti,
exemptos esse omnes docent. Cur er
buitur, quod est mihi cum omnibus
autem subditos Regum ipsis Regibus
rim, non poterit Rex ex libris meis
contra potius in lib. de laicis, debe
bus Regum temporalium, non solum

(a) *Refellitur nova calumnia, circa sancti Gregorii, & Beatorum Martyrum patientiam.*

ſed etiam in conſcientia obedire, eiſque ſubeſſe, & ſubjacere longa diſputatione docuerim.

Sed audiamus egregium argumentum Regis adverſus Clericorum exemptionem. *Et quidem*, inquit, *in illa eximendorum Clericorum quæſtione, eo ſtudio, eaque contentione depugnat, ut & Cæſarem neget legitimum Judicem Pauli fuiſſe contra ipſa contextus verba, & provocationem Pauli, qua Cæſarem ſuum eſſe Judicem fatebatur.* (a) Omnino nego Cæſarem legitimum Judicem Pauli fuiſſe: Nam cùm ea quæſtio quæ tunc agebatur inter Apoſtolum, & Judæos, qui eum tradiderant in manus Romanorum, eſſet quæſtio de Religione; certè non poterat Judex legitimus eſſe Princeps infidelis, & laicus. Cauſam autem illam fuiſſe Religionis perſpicuum eſt ex cap. 22. Act. ubi Paulo dicente, ſe miſſum eſſe à Chriſto, ut gentes doceret: Clamor populi ortus eſt, Tolle de terra hujuſmodi: non enim fas eſt eum vivere; & ex cap. 23. ubi Paulus ipſe dicit, quoniam de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego judicor; & ex cap. 24. Ubi accuſant eum Judæi, tamquam auctorem Sectæ Nazarenorum; & ex cap. 25. ubi Præſes ipſe Romanus dicit: *Cùm ſtetiſſent accuſatores, nullam cauſam deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum: quæſtiones verò quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant adverſus eum, & de quodam Jeſu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.* Itaque præcipua quæſtio erat de reſurrectione Chriſti: cujus quæſtionis eſſet ne Cæſar judex legitimus, an non, Rex ipſe judicet.

Deinde ipſa verba contextus nuſquam dicunt Cæſarem fuiſſe legitimum Judicem Pauli, quod tamen Rex affirmat, & inde me reprehendit, quaſi negaverim aliquid contra ipſa contextus verba, niſi fortè codices Anglicani à Latinis, Græciſque diſſentiant. Id ſolùm nos legimus, *Ad tribunal Cæſaris ſto, ubi me oportet judicari*; & paulò poſt, *Cæſarem appello*. Act. 25. Et rurſum, *Coactus ſum appellare Cæſarem*. Act. 28. Hic nuſquam lego, Cæſarem fuiſſe Judicem legitimum Pauli, ſed ſolùm ob importunitatem Judæorum, coactum fuiſſe Paulum appellare Cæſarem, non ut judicaret cauſam religionis, ſed ut eriperet eum de manibus Judæorum, à quibus non facilè eripi poterat per Præſidem Judææ. Jam enim expertus fuerat Paulus debilitatem, ne dicam improbitatem Felicis Præſidis, qui planè agnoverat innocentiam ipſius, & tamen in gratiam Judæorum reliquit eum vinctum, cùm magiſtratu abiret, ut legimus Act. 24.

Pergit Rex pag. 123. *Ubi verò*, inquit, *faſces Regios populo ſubmitti debere diſputat, hoc ſeditionum fundamento utitur, ut probet non Regibus auctoritatem à Deo immediatè, perinde ac Pontificibus, eſſe conceſſam. Nam Rex quilibet, inquit, à populo ſuo eligitur; immò & populus numquam ita ſuam poteſtatem in Regem transfert, quin illam ſibi in habitu retineat, ut in certis caſibus etiam actu recipere poſſit.*

Hæc ille, qui (b) ſi dignatus fuiſſet verba mea, ut in libro meo poſita ſunt recitare; reſpondendi labore opus non eſſet. Ajo igitur me nuſquam diſputaſſe, faſces Regios populo ſubmitti debere. Libellus quem Rex ad marginem notat exiguus eſt, & locus quem ex eo libro, citat breviſſimus; Recognitio videlicet in librum tertium, qui eſt de laicis: conſulat lector locum notatum, nihil ejuſmodi reperiet.

Ajo præterea, non eſſe in meo libro illa verba, quæ Rex citat ut mea; Rex quilibet à populo ſuo eligitur. Hæc enim propoſitio nec mea eſt, neque ullius alterius, quod ſciam, & apertiſſimè falſa eſt; cùm tam multa ſint in Orbe terrarum Regna ſucceſſiva, in quibus ſucceſſio non electio locum habet: nonnulla etiam electiva, ſed per electores deſignatos, non per populum.

Denique neque illa ſententia eſt propriè mea, Quòd populus numquam ita transferat poteſtatem ſuam in Regem, quin illam ſibi in habitu retineat. Ego enim ſic dixi: *Itaque Navarrus loco notato in cap. Novit, de Judic. notab. 3. non dubitat affirmare, numquam populum ita poteſtatem ſuam in Regem transferre, quin illam ſibi in habitu retineat, ut in certis caſibus etiam actu recipere poſſit.* Hæc verba auctoris notiſſimi ſunt, & per omnes Chriſtianas provincias, à plurimis lecta, & conſiderata longo tempore: & tamen nemo unquam ſcripſit, Navarrum jeciſſe fundamenta ſeditionis. Cur igitur nunc tandem mihi ſoli verba Navarri referenti calumnia ſtruitur?

Quod autem & Navarrus, & nos dicimus, populi poteſtatem in Regem eſſe translatam, habetur apud Juſtinianum Imperatorem Inſtitut. de jure natur. gent. & civili, §. ſed & quod Principi placuit. Sed intelligitur de primordiis Regnorum, non de quacumque Regni adeptione. Initio enim liberum fuit populis, vel Magiſtratum cum determinata poteſtate, & ad certum tempus ſibi creare, ut Reſpublicæ liberæ faciunt; vel Regem cum abſoluta poteſtate, & perpetuum eligere, atque in eo totam ſuam poteſtatem transferre; ut in Regnis ſucceſſivis factum eſſe videmus: ſed poſteaquam Magiſtratus ſive temporalis, ſive perpetuus creatus eſt: non habet Imperium populus in Magiſtratum, ſed Magiſtratus, ac Regnis potiſſimùm in populum: neque licet ſine graviſſimo crimine à legitimo Principe ſuo deficere, aut ſeditionem, rebellionemve agitare.

Pergit deinde pag. 124. & quod in eadem Recognitione dixi, Saulem, Davidem, & Hieroboam, quamvis à Propheta inunctos in Reges, tamen non ſine populi aſſenſu regnare cœpiſſe; conatur refellere ex eo quòd Saul forte electus fuit in Regem, ut S. Matthias forte electus eſt in Apoſtolum, quemadmodum enim S. Matthias immediatè à Deo, ſine Apoſtolorum conſenſu, electus creditur, quia cecidit ſors ſuper Matthiam; ſic etiam Saul immediatè à Deo, ſine populi aſſenſu, fuiſſe credendus eſt electus in Regem.

Reſpondeo & S. Matthiam, & Saulem, quamvis forte electi ſint, non tamen immediatè à Deo, ſed per conſenſum hominum electos eſſe. Quod enim attinet ad (c) S. Matthiam, hiſtoria perſpicua eſt Actor. 1. S. enim Petrus convocato cœtu fratrum, qui erant ad centum viginti, docuit ex prophetia neceſſe eſſe eligi unum in locum Judæ: tum communi conſenſu electi ſunt duo, qui videbantur omnium optimi: ſed quoniam non conſtabat ex duobus uter eſſet præferendus, confugerunt ad orationem, & ad conſilium ſortium, quo in rebus dubiis uti ſolebant Judæi, ut intelligerent voluntatem Dei. Illa enim optima eſt electio, qua homines eligunt eum, quem à Deo præelectum ſibi perſuadent. Itaque dederunt ſortes eis, orantes Deum, ut ſortes dirigeret, & oſtenderet eo ſigno, quem ipſe præelegiſſet, ubi autem cecidit ſors ſuper Matthiam, ipſi quoque eum elegerunt, quod enim nos legimus annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis, in græco textu eſt συγκατεψηφίσθη, ideſt, ſuffragiis electus eſt, ut etiam interpres Chryſoſtomi vertit. Itaque Deus elegit S. Matthiam, & Apoſtoli eumdem elegerunt. Elegerunt autem Apoſtoli partim judicio, & conſilio proprio, partim ſortium auxilio.

Quod autem ad Saulem attinet, res eſt adhuc clarior: (d) forte enim electus eſt Saul, ut haberet populus ſignum divinæ voluntatis, & ſciret quem tutò eligere,

(a) *Etiam in controverſia de Religione Paganum Imperatorem adverſarii Judicem faciunt.* (b) *Non bona fide referuntur verba Bellarmini.* (c) *S. Matthias non ſola forte, ſed etiam ſuffragio Apoſtolorum electus fuit.* (d) *Saul Rex & forte, & ſuffragiis electus fuit.*

eligere, & in quem potestatem suam transferre securè posset. Et quidem cadente sorte super Saulem, multi de populo clamaverunt, vivat Rex; multi etiam recusarunt consentire in eam electionem: sed paulò post cùm Saul facto quodam egregio virtutem suam probasset, unanimi consensu electus fuit, ut habetur 1. Reg. 11. *Perrexit*, inquit scriptura, *omnis populus, & fecerunt ibi Regem Saul coram Domino in Galgala*. Ut autem intelligatur, (*a*) judicium sortium fuisse apud Hebræos indicium potius, sive præjudicium, quàm absolutum judicium: consulendæ sunt Scripturæ divinæ Josue 7. 1. Reg. 14. & Jonæ 1. In his enim tribus locis investigatur per sortes, quis ex multis reus esset commissi delicti. Sed ille in quem sors cecidit, non prius punitur, quàm ipse delictum ore proprio confiteatur. Quod postea Rex addit de electione Summi Pontificis, non conjectu sortium in urnam, sed prægrandi pecunia in Cardinalium fauces, ad calumnias pertinet. Nos certè electioni Pontificum bis interfuimus, nec tamen de prægrandi ista pecunia quidquam audivimus, sed solemne est adversariis id, in quo unus aliquando fortè peccavit, ad omnes Catholicos transferre: sic enim fœliciter ipsorum Evangelium propagatur.

Quod verò pag. 125. & 126. dicit, mirari se quòd lapsus memoria, in eodem parvo opusculo mecum ipse pugnem, quòd Saulem, & Davidem à Propheta inunctos dixerim eguisse populi consensu, ut Regnum adipiscerentur: & tamen in eodem opusculo scripserim, Cypriani ætate potestatem eligendi Episcopos non fuisse apud populum: Ego admirationem ejus miror; hæc enim inter se contraria non sunt, Rex eligebatur à populo tempore Samuelis, &, Episcopus non eligebatur à populo tempore Cypriani, quæ enim, rogo, hic contrarietas, quæ repugnantia est, ubi personæ, & tempora diversissima sunt? quòd si illa contraria sunt, etiam ista erunt contraria, & secum ipse pugnabit, qui dixerit, Rex Poloniæ eligitur à Populo, Imperator non eligitur à populo, sed à Principibus; Rex Francorum neque à populo, neque à Principibus eligitur, sed hæreditaria successione Regnum acquirit.

(*b*) Quæ fuerit Cypriani tempore ratio electionis Episcoporum, ipse his verbis testatur lib. 1. epist. 4. *Apud nos, & ferè per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem cui Præpositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit*. Et paulò ante: *Ut plebe præsente*, inquit, *vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur*. Hæc ille, ex quo intelligimus ad plebem pertinuisse Episcoporum electionem per testimonium vitæ, & morum; ad Episcopos autem provinciæ ejusdem per judicium, & auctoritatem.

At, inquit Rex, cùm agitur de Rege, Bellarminus vult per consensum populi eligendi potestatem designari: cùm agitur de Episcopo, eodem illo consensu non jus eligendi, sed electionem ab aliis factam confirmandi intelligit. Respondeo, nullam hic quoque esse repugnantiam: Nam consensum populi fuisse necessarium ad Regis electionem demonstrant verba Scripturæ, quæ dicunt, Fecerunt ibi Regem Saul coram Domino: consensum populi adhibitum fuisse ad testimonium ferendum de vita, & moribus eligendorum, vel electorum ab Episcopis, demonstrant verba S. Cypriani paulò ante citata.

Pergit Rex, & à pag. 127. ad 133. multa dicit de

conjuratione pulveraria adversus Garn
cornium Jesuitas, de qua re, quoni
parte in facto consistit, & extat pul
in Garnettum, plena mendaciis; & b
ponsio, quæ jam tota conscripta est, a
que diligenter perlecta; ad illam lecto
solùm paucis refellam, quod in histo
senda, adversus Bellarminum propriè

Scripserat Bellarminus, (*c*) Henri
Jesuitam, proditionem illam pulvera
dem, sed in confessione sacramentali
re nulla ratione poterat. Rex cont
nititur, & Garnettum ejus proditior
sionem sacramentalem conscium fuis
nes ejusmodi in sacramentali confessio
se ac debere detegi, modò persona
detegatur. Ad hæc duo ita respondeo
tus, non solùm in judicio, sed etia
tro jam jam moriturus apertè pronun
ditionis illius conscium non fuisse, n
sacramentali; testes multi sunt, sed
vir gravis, non Sacerdos, non Jesu
rii Alumnus, qui in ipso Theatro p
nettum cùm esset, ex ore ejusdem G
cepisse mihi sanctè affirmavit, quod
didi, qui multorum annorum Garne
usus, optimè novi summam illius vit
innocentiam, cum summa ingenii,
eruditione conjunctam.

(*d*) Sigillum verò confessionis sac
detegi ad ingens detrimentum aver
persona confitentis reticeatur, non ig
ro à Rege, si Garnettus retulisset,
proditoribus mortem imminere: an
religionem sacramenti confessionis,
toris silentio præteriri? certè qui c
mentum nullum esse credit, quique ej
ut Reipublicæ maximè perniciosum
Garnettum rapi in vincula, & exqui
tis examinari jussisset, neque destiti
gnitionem Proditoris, & omnium
devenisset: licet igitur proditionem
confessione cognitam verbis generali
& pio Principi aperire, ut remedium
lo paret, quia pro comperto habe
pem nihil ultra fas interrogaturum
vera Religione alieno, qui sigillum
nitus imperatum irridet, & quem f
passurum, ut persona confitentis late
licet.

Denique Rex pag. 134. 135. &
crudelis sævitiæ in Catholicos à se rem
Ac primùm, inquit, *id constanter asse
nem sive meis, sive defunctæ Reginæ
scientia, ac Religionis causa ultimo su
Nam quantumvis Religioni suæ deditus
eam apertè, & constanter profiteatur, n
impendent capitis periculum, nisi comper
externo aliquo actu deliquisse: aut com
liumve summæ rei perniciosum inisse: e
de sacrificulis, cæterisque Pontificiarum
transmarinis regionibus initiantur*.

Ad hæc facilis est responsio: nam
rum esset, neminem in Anglia relig
tremo supplicio affici, nisi contra le
quo actu deliquerit: tamen quia leg
cipere Sacerdotes Catholicos in dom
reconciliari cum Ecclesia Catholica;

(a) *Apud Hebræos indicio sortium investigabantur occulta crimina*. (b) *Quæ fuerit electionis forma, tempore S. Cypriani*. (c
in sacramentali tantùm confessione proditionem pulverariam novit. (d) *An liceat sigillum confessionis sacramentalis dete*
(e) *An verum sit neminem in Anglia extremo supplicio affectum esse propter Religionem*.

tereſſe ſacrificio Miſſæ, jubent præſtari juramentum de Primatu Regis in ſpiritualibus, vel certè jubent ſuſcipi juramentum de non curanda excommunicatione Summi Pontificis, & alia id genus multa, quæ ad Religionem pertinent: idcircò qui ultimo ſupplicio afficiuntur propter transgreſſionem ejuſmodi legum, meritò dici poſſunt ultimo ſupplicio affici propter religionem.

Deinde qui plectuntur, quia ſacris ordinibus in tranſmarinis regionibus initiati ſunt, cùm in patria ejuſmodi ſacri ordines non conferantur; nonne propter religionem plectuntur? nonne ſacri ordines ad Religionem pertinent? Hinc videlicet tam multi numerantur Martyres in libro de perſecutione Anglicana, & in altero de ſchiſmate Anglicano Nicolai Sanderi, & in aliis Catholicorum libris. Parum enim refert ad Martyrium utrum quis occidatur, quia Chriſtianus Catholicus eſt, an quia legem tranſgreſſus eſt, quæ jubet fidem Catholicam abjurare. Nam Imperatores Pagani edicta proponebant, ne cui liceret Chriſtum Deum confiteri, vel ut ſuſpecti de Chriſtianiſmo juberentur Diis publicè ſacrificare. Deinde tamquam inobedientes legibus Imperatorum ſupplicio afficiebant. Et quemadmodum Rex in hoc eodem loco dicit, (a) ſacrificulos ſub pœna perduellionis à finibus Angliæ arceri, quia conjurationibus, & proditionibus vel conceptis, vel laudatis infames ſunt: Sic etiam Pagani Principes quicquid ſceleris publicè agebatur, Chriſtianis imputabant; ut etiam ob incendium, cujus auctor Nero ipſe fuerat, teſte Svetonio, & quo magna pars Urbis conflagravit, Nero Imperator Chriſtianos plurimos, tamquam auctores exquiſitiſſimis ſuppliciis interemit, ut libro annalium 15. Tacitus prodidit. Certè pulverariæ conjurationis odium in Jeſuitas converſum eſt, cùm neque Jeſuitæ, neque ullus ex numero Sacerdotum particeps ejus conjurationis fuerit.

Atque hæc dicta ſint, ſi verum eſſet, quod Rex hoc loco tam conſtanter affirmat. Sed id manifeſtè falſum eſſe, conſtat tum ex lib. 3. de ſchiſmate Anglicano: tum ex libro Andreæ Philopatri ſection. 4. pag. 266. & ſequentibus, ubi ex ipſis hiſtoriis hæreticorum Anglicanorum, apertè demonſtratur, plurimos tum clericos, tum laicos, ſolius Religionis Catholicæ cauſa necatos fuiſſe, ut mirum ſit Regem ea ſcribere voluiſſe, quæ ex ipſis ſubditorum ſuorum aut verbis, aut ſcriptis refutantur.

Quia verò Rex pag. 136. Reginæ Mariæ, Catholicæ ac piæ Principis tempora ſævitiæ nota infamat dicens, *Tunc nulla ſuppliciorum atrocitas in viros, in fœminas, in infantes noſtram Religionem profitentes, eſt omiſſa: immò contra Dei, naturæque leges, gravidis mulieribus mors immaniſſimè illata, infanſque è materna alvo exiliens in eaſdem cum matre flammas injectus.* (b) Sciendum eſt hanc omnem tragœdiam excitari propter unius meretriculæ obſtinationem, quæ gravida cùm eſſet, gravidam eſſe ſe numquam fateri voluit. Igitur igni tradita, more pertinacium hæreticorum, eſt: ac ut non ſolùm hæreſis, ſed & mendacium etiam pateſieret, ex ejus alvo prodiit non infans, ſed mortuus, ac ſine anima caro, quam in ignem fuiſſe conjectam mirandum non eſt: quemadmodum verè mirandum, & execrandum eſſet, ſi vivus infans prodiiſſet.

Sed hæc immanitas tantum aberat à moribus illorum, qui regnante Maria judicus præerant, quantum abſunt, qui iſta confingunt, à ſtudio veritatis. Hanc hiſtoriam, ſi tamen hiſtoria eſt, fama accepi, non in libro aliquo legi. Sed ſcio etiam à viris gravibus pro fabula haberi, confictа videlicet à Foxio ejuſmodi rerum artifice peritiſſimo. Conſulat lector Hardingum adverſus Ivellum, vel auctorem Triplicis converſionis Angliæ adverſus Foxum.

CAPUT XIV.

Excutitur peroratio Regis.

(c) IN extrema peroratione ſua Rex, primùm admonet in communi Principes omnes, tamquam Vicarios Dei, ut ſerio cogitent de Evangelii plantatione, & propagatione; & ſceptrorum ſuorum ſecuritati maturè provideant, cùm Dei benignitas ſpiritualem libertatem, cum temporali voluerit eſſe conjunctam. Deinde hortatur Principes alienos ab Eccleſia Romana, ut veræ fidei unitatem conſervent, & communionem ſpiritus in vinculo pacis; ne factis inter ipſos ſchiſmatibus, ſcandalum fidei oriatur, & fiant parabola opprobrii adverſariis, quibus unitas una è præcipuis eſt veræ Eccleſiæ nota. Addit autem, mediam propè partem Orbis Chriſtiani in ſuam religionem conſentire. Denique Principes Catholicos, quorum mentes dicit, nondum veritatis fulgore eſſe illuſtratas, excitat ut oculos aperiant, atque in primis ut Scripturas perlegere velint, atque ex illis credendi normam petere, neque ſuper aliorum incertis opinionibus; ſed ſuper propria, & certa ſcientia, fidei fundamenta collocare.

Et quidem quod attinet ad primam partem admonitionis, videtur ea mihi ſacris Evangeliis prorſus eſſe contraria. (d) Chriſtus enim in Evangelio, nuſquam Principes ſæculi Vicarios ſuos facit; nuſquam illis mandat Evangelii plantationem, vel propagationem, nuſquam libertatem ſpiritualem cum temporali conjungit, ut videlicet Principes liberi in temporalibus, liberi ſint etiam in ſpiritualibus: Sed Apoſtolis, qui Reges, & Principes temporales non erant, dixit: *Euntes prædicate dicentes, quia appropinquavit Regnum Cœlorum*, Matth. 10. iiſdem dixit: *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, Matth. ultim. iiſdem dixit: *Prædicate Evangelium omni creaturæ*, Marci ult. iiſdem dixit: *Sicut miſit me Pater & ego mitto vos: Et quorum remiſeritis peccata remittentur eis*, Joan. 20. Petro verò Apoſtolorum primo, non Tiberio Principum temporalium primo, ovile ſuum commiſit dicens: *Paſce oves meas*, Joan. 21. Qui ſint autem Apoſtolorum ſucceſſores Apoſtolus Paulus docet Actor. 20. ubi dicit, Epiſcopos poſitos eſſe à Spiritu Sancto regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo: Apoſtoli verò Petri ſucceſſores, Romanos eſſe Pontifices docent antiquiſſimi Patres, qui eos enumerant, Irenæus lib. 3. cap. 3. Euſebius in hiſtoria, & in Chronico, Epiphanius hæreſi 27. Optatus lib. 2. cont. Parmenian. S. Auguſtinus in epiſt. ad Generoſum, quæ eſt 165. Denique Hieronymus, & Proſper in continuatione Chronici Euſebii.

Videat ergo Rex, dum Principes temporales liberos facere nititur ab obedientia Paſtorum Eccleſiæ, & ſuper ipſam Eccleſiam conſtituere; ne captivos Diaboli faciat, & ab Eccleſia excludat. (e) Quicumque enim in Eccleſia Chriſti ſunt, aut Paſtores, aut oves ſunt: oves autem paſtoribus ſubditas eſſe debere, non Scriptura ſolùm, ſed & ratio ipſa demon-

(a) *Sic imputantur hodie proditiones in Anglia ſacerdotibus: ut imputabantur olim publica ſcelera Chriſtianis in terris Paganorum.* (b) *Defenditur Regina Maria à nota barbaræ crudelitatis.* (c) *Summa totius perorationis tribus capitibus comprehenſa.* (d) *Evangelii plantatio & Eccleſiæ gubernatio Apoſtolis, non Regibus, à Chriſto commiſſa.* (e) *Reges in Eccleſia eſſe debent, non ſuper Eccleſiam; quippe oves, non Paſtores*

monſtrat . Principes temporales , non eſſe in Eccleſia Paſtores à Chriſto inſtitutos, paulò ante monſtravimus , neque ipſi negare poſſunt , niſi non contenti ſolio , & ſceptro , & corona , cathedras quoque Epiſcoporum , & baculos paſtorales , & mitras Pontificum velint invadere . Reſtat igitur ut oves ſint , ac per hoc obedientes Præpoſitis eſſe debeant , & ſubjacere eis , qui pervigilant , tanquam rationem pro animabus illorum redditurі , ut Apoſtolus monet ad Heb. 13.

Jam verò in altera parte admonitionis gloriatur Rex, mediam propè partem Orbis Chriſtiani in ſuam religionem conſentire , quod quidem verum eſt , ſi per religionem ſuam intelligat omnes ſectas quotquot ſunt à Catholica fide diſcordes . Plurimi enim ſunt ad Orientem , & Meridiem Neſtoriani , Dioſcoriani , Jacobitæ , & ſimiles , cum quibus magna ex parte Abyſſini conveniunt : plurimi quoque ſunt ad Occidentem , & Septentrionem Huſſitæ , Lutherani , Zuvingliani , Anabaptiſtæ , Confeſſioniſtæ , Calviniani , Ariani quoque & Samoſateni . Si hos omnes pro ſuis Rex agnoſcit , rectè gloriatur , ſectam ſuam ita propagatam , ut mediam propè partem Chriſtiani Orbis obtineat . Si verò pro ſuis non agnoſcit niſi Calvinianos miſtos , Puritanis videlicet excluſis , neſcio an (*a*) mediam partem Regni ſui numerare poterit in iis , qui religioni ſuæ conſentiunt.

Quod autem Rex cupit , omnes qui à Luthero deſcendunt , in unitatem fidei convenire ; cùm principalis veræ Eccleſiæ nota ſit unitas ; inani deſiderio tenetur , fruſtra laborat , impoſſibilia concupiſcit . (*b*) Quomodo enim fieri poteſt , ut lites finiant , qui Judicem nullum admittunt , niſi Scripturas , quas unuſquiſque pro arbitrio ſuo ad opiniones ſuas detorquet ? certè ſi in litibus civilibus dirimendis nihil haberemus præter leges , Judicibus , atque Arbitris omnino excluſis , quem finem litium ſperare poſſemus ? Et nonne jam per nonaginta circiter annos Lutherani experti ſunt , in diſcordiis graviſſimis de ſumma fidei ſe concordiam fruſtra tentaſſe ? deſinat ergo Rex unitatem Spiritus apud eos quærere , qui ſpiritu contradictionis pleni ſunt : neque ſperet concordiam in fide apud eos unquam futuram , qui circa fidem naufragaverunt , qui fidem divinam in opiniones humanas commutaverunt , & qui denique (quod potiſſimum eſt) ab unitate Eccleſiæ Catholicæ , atque Apoſtolicæ , in petra firmiſſima ſtabilitæ , atque fundatæ ſemel receſſerunt.

Venio ad tertiam partem admonitionis , in qua Rex Principes noſtros Catholicos , nondum luce veritatis illuſtratos eſſe dicit , atque ideò (*c*) monet , ut lumen aſpiciant . Ubi primùm quæro , unde novum iſtud lumen Anglis affulſerit ? ab Aquilone reſpondebit : inde enim primùs eorum Propheta Lutherus emerſit . At nos Prophetam audimus dicentem : *Ab Aquilone pandetur omne malum* . Hierem. 1. Et ſi omne malum , certè etiam tenebræ errorum , non lux veritatis.

Deinde Chriſtus in noviſſimis temporibus pſeudoprophetas ſurrecturos prædixit , Matth. 24. non Prophetas novos . Apoſtoli Petrus , & Judas illuſores venturos in ultimis diebus admonuerunt , non reformatores . 2. Petri 3. Judæ v. 18. Idem Judas Apoſtolus, ſydera errantia prædixit exoritura iis, qui veram lucem amiſerunt . Denique ſanctus Paulus 2. ad Timoth. 3. *In noviſſimis* , inquit , *diebus inſtabunt tempora periculoſa : erunt enim homines ſeipſos amantes , cupidi , elati , ſuperbi , blaſphemi* ; & 1. Timoth. 4.

dicit , futuros in iiſdem noviſſimis tem
diſcedentes à fide intendant ſpiritibus e
ctrinis Dæmoniorum . Ergo ſi ſcriptura
voluerit , intelliget omnino , novos iſtos
ctos, non reformatores , ſed illuſores ; no
ſed pſeudoprophetas ; non ſtellas lucid
tinas , ſed errantia ſydera eſſe , quibus
nebrarum ſervatur in æternum,

Atque ut Principes Orthodoxi planè
quale lumen aſpiciendum Anglorum Re
dat , verba illa perpendant , quæ Rex i
adhortatione poſuit , cùm ait . (*d*) C
vos omnes fieri tales , hac una in re , qual
primis ut velitis ſcripturas pervolvere , ex h
nam petere , neque ſuper aliorum incertis o
veſtra ipſorum certa ſcientia , fidei fundam
quando juſtus ex fide vivet , & unuſquiſque
ſalvus . Ubi ſatis apertè docet , unumqu
re eſſe judicem in rebus fidei , ſuoque
quàm Eccleſiæ , vel Conciliorum , au
tificis acquieſcere.

Quæ doctrina non eſt ipſius Regis pr
lis communis , qui nunc in Anglia ren
tractant . Sic enim clarioribus verbis h
Witacherus , unus ex primariis Anglo
bus, in libro , quem propriè contra me
troverſiæ primæ quæſtione quinta . *Un*
dex eſſe debet , & ſuo judicio , non planè
ſed divinitus inſpirato ſtare : & paulò
reddens ait , *Concilia , Patres , Papa h*
Scriptura teſtatur , omnem hominem m
modo ergo illorum ſententiæ acquieſcam? h
ſanè dogma omnibus hæreſibus aditum
que tam eſt hæreſis , quàm hæreſium
nua . Veriſſimè enim ſanctus Cyprian
3. ſcripſit , hinc hæreſes ortas eſſe ,
Eccleſia Dei ad tempus ſacerdos , &
dex vice Chriſti non cogitatur , quom
reſes impediri poſſunt , ne naſcantur ;
reſecari , ne propagentur ; ubi tot ſunt
diſcipuli ; tot Judices , quot litigatores

Neque ſolùm ex hoc uno dogmate
reſes multæ , ſed omnino ipſa fidei ce
cùm nemo ſibi polliceri poſſit , ſe veri
habere : aut veram ſcientiam adeptum
ad fidem ſtabiliendam Rex requirit . S
dem de Eccleſia ipſa teſtatur , quòd
& firmamentum veritatis . 1. Timoth.
vel ſcientia propria nuſquam teſtatur. I
cilio legitimo congregati , verè , &
Viſum eſt Spiritui Sancto , & nobis . A
homines niſi temerè hoc dicere non au
tumvis docti , & ſpirituales ſibi eſſe vi
ſtolorum Principi dictum eſt à Domin
te , ut non deficiat fides tua , & tu aliq
confirma fratres tuos , Luc. 22. Et quonia
hoc Petro primo Summo Paſtori prop
datum eſt , non temerè à fidelibus e
ceſſores quoque Petri pertinere : de p
bus nihil tale legitur.

Denique utriuſque teſtamenti tabula
biis ad Sacerdotis ſummi judicium r
ad judicium proprium neminem remit
cile , atque ambiguum judicium apud te e
ſurge , & aſcende ad locum , quem elegeri
tuus , veniesque ad Sacerdotem Levitici
Judicem qui fuerit illo tempore : quæreſque
dicabunt tibi judicii veritatem , Deut. 17.

(a) *Non media pars orbis Chriſtiani , ſed vix media pars Angliæ in Religionem Regis conſentit.* (b) *Unitas fidei inter hæretico*
is non poteſt. (c) *Proprium eſt hæreticorum , cùm in tenebris errorum degant , lucem veritatis polliceri.* (d) *Hic om*
aperitur. (e) *Qui proprium ſpiritum Judicem controverſiarum fidei facit , amittit fidei certitudinem.*

Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ab ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est. Et Dominus in Evangelio Matth. 23. *Super cathedram Mosis sederunt Scribæ, & Pharisæi: quæcumque dixerint vobis servate, & facite.* Et Matth. 18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Et cur Dominus Petro pascendas oves commisit, nisi ut oves rationales pascua doctrinæ non à se ipsæ, sed ab illo acciperent? Et cur posuit Deus in Ecclesia sua Pastores, & Doctores, juxta Apostolum ad Ephes. 4. si unusquisque sibi Pastor, & Doctor esse debebat?

At Concilia, Patres, Papæ, homines sunt, & secundùm Scripturæ testimonium mendaces. (a) Respondeo Apostolos quoque, & Prophetas homines fuisse, & tamen eis tuto credi potuisse, quoniam non erat mendax spiritus, qui loquebatur in eis. Sic igitur Concilia legitimè congregata, Patres unanimi consensu prædicantes, Papa in Cathedra Petri sedens, & docens, homines sunt, & ex naturæ humanæ fragilitate mendaces; sed non est mendax Spiritus Sanctus, qui per ejusmodi homines Ecclesiam docet.

Particulares verò homines, non tantùm homines sunt, & per se, atque ex se mendaces; sed neque promissionem ullam habent, quòd eis spiritus veritatis assistat: Et experimento didicimus hæreticos hujus temporis, qui contraria, atque inter se pugnantia dogmata profitentur, omnes omnino Spiritus Sancti illustrationem, & scientiam Scripturarum jactare: & illos ipsos magis de Spiritu, & scientia gloriari, qui longius à veritate absunt, quales sunt omnium ferè judicio Anabaptistæ. Quare si super scientia propria, vel privata spiritus illustratione fundamenta fidei collocanda sunt; non super petram, sed super arenam domus fidei nostræ fundata, non poterit effugere, quin flante vento tentationis, fiat ruina illius magna.

Sed si Regi Jacobo licuit, optare cum Paulo, ut omnes Catholici Reges, & Principes fierent, qualis ipse est; cur non majore ratione licebit tot magnis Regibus, aliisque Principibus Orthodoxis optare, ut Rex Jacobus fiat quales ipsi sunt, & quales fuerunt omnes majores ejus, Avi, Proavique Scotiæ Reges à Donaldo primo, qui à sancto Victore Papa, & Martyre Christiana sacra suscepit, usque ad Mariam parentem ejus, fœminam optimam, atque sanctissimam? Satis enim constat, Scotiæ Reges, singulari Dei benedictione per annos mille trecentos sibi invicem succedentes, Catholicos fuisse, uno Jacobo sexto excepto, qui temporum injuria, piorum parentum cura destitutus, in educatores hæreticos incidit, atque ab illis institutus à via majorum deflexit.

Optant igitur, quod de illorum summa pietate, & charitate fidenter præsumo, omnes Catholici Reges & Principes cæteri, in primis Cæsar ipse Rudolphus, atque à Deo precantur, ut Jacobus Rex aliquando majorum suorum vestigia requirat, atque ad ea rediens, iisque insistens ita vivat, & regnet in præsenti sæculo, ut etiam in futuro unà cum ipsis in æternum vivere, ac regnare mereatur.

CAPUT XV.

Responsio ad ea, quæ sub nomine Mendaciorum, ementitarum historiarum, & novorum dogmatum, Rex scripsit adversus librum Matthæi Torti, qui verè Cardinalis Bellarmini liber est, sed justis de causis alieno nomine editus.

Post præfationem monitoriam Jacobus Rex exponit tabulam, in qua notat mendacia viginti, ementitas historias quinque, & nova dogmata item quinque, in libro Matthæi Torti à se reperta: ut inde de toto libro judicium fiat. Eandem ipsam tabulam ego quoque hìc adscribam, adjuncta brevi responsione, ex qua manifestè appareat, nullum in eo libro esse mendacium, nullam historiam ementitam, nullum dogma novum:

Primum Mendacium pag. 9. edit. Politanæ.

Hìc, in juramento fidelitatis, apertè negatur Summo Pontifici potestas excommunicandi Reges hæreticos

Confutatio.

Quæstio de Pontificis potestate in Regibus excommunicandis nec tractatur, nec ullo modo definitur in juramento fidelitatis; sed ex proposito declinatur. Inspiciantur verba juramenti, & monitoria præfatio pag. 10. & 11.

Responsio.

Auctor libri non scripsit, in juramento fidelitatis tractari, aut propriè definiri quæstionem de potestate Pontificis in Regibus excommunicandis, satis enim intelligebat, in formula juramenti non esse locum quæstionum Theologiæ disputandarum. Sed affirmavit in ea formula negari Pontifici Maximo potestatem excommunicandi Reges etiam hæreticos: quod verum esse, perspicuum est ex illis verbis juramenti: *Item juro ex corde, non obstante aliqua declaratione; vel sententia excommunicationis, aut deprivationis facta, vel concessa, aut fienda, vel concedenda per Papam, vel successores ejus &c. fidelitatem, & veram obedientiam suæ Majestati, hæredibus, & successoribus suis præstabo.* Hæc ibi: qui verò jurat se obediturum Regi hæretico, non obstante excommunicatione Papæ, non jurat simul, se non agnoscere in Papa potestatem excommunicandi Reges hæreticos? alioqui enim non juramentum, sed sacrilegium esset, jurare se non obediturum sententiæ excommunicationis à Papa latæ in Regem hæreticum, si crederet esse in Papa veram potestatem excommunicandi Reges hæreticos.

II. Mendacium pag. 10.

Nam ex verbis illis Dominicis, *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis,* Catholici omnes colligunt ad Pontificis Maximi auctoritatem pertinere, non solùm potestatem absolvendi à peccatis, sed etiam à pœnis, censuris, legibus, votis, atque à juramentis.

Confutatio.

Quòd non omnes Romani Catholici ita colligant ex hisce Christi verbis Matth. 16. ut alia argumenta tacitus prætercam,

(a) *Solvitur objectio adversariorum.*

teream , vel inde apparet , quod ex plurimorum sententia qui quid Christus promisit Matth. 16. id actu præstitit Joan. 20. cùm dixisset , Quorum remiseritis &c. unde constat , Christum potestatem illam solvendi promissam sensisse de absolutione à peccatis , nulla hîc mentione facta de absolutione aliqua à legibus , votis , juramentis . Atque ita sentiunt Theophylactus , Anselmus , Hugo Cardinalis , & Ferus in Matth. 16. Sic etiam Scholasticorum primarii , Alexander Alensis in summa p.4. q. 79. memb. 5. & 6. art. 3. Thomas in 4. d. 24. q. 3. art. 2. Sotus in 4. d. 19. art. 1. Hadrianus sextus Papa in 4. d. q. 2. de clavibus p. 302. edit. Paris. anno 1530. qui etiam pro hac interpretatione citat Augustinum , & glossam interlinearem.

Responsio.

Ea de causa scripsi , ab omnibus Catholicis colligi ex illis verbis Dominicis , *Quodcumque solveris &c.* ad Pontificem Petri successorem pertinere potestatem, non solùm remittendi peccata , sed etiam solvendi à pœnis , censuris , legibus , votis , juramentis : quoniam nullus Catholicorum negat hæc omnia ad Summum Pontificem pertinere ; neque rationem efficaciorem reddere possunt , quàm amplissimum , & universale privilegium illud , *Quodcumque solveris &c.* & quamvis verum sit , quod Theophylactus , & alii dicunt , quod uni Petro promissum fuit Matth. 16. datum esse omnibus Joann. 20. tamen non est verum quo ad omnia . Siquidem Petro Matth. 16. promissa fuit potestas , non solùm remittendi peccata , sed etiam solvendi omnia vincula , quæ impedire possunt adeptionem Regni cœlorum : Apostolis autem Joann. 20. data potestas est remittendi peccata , non quomodocumque , sed per sacramenta Baptismi , & Pœnitentiæ , ut docent sancti Chrysostomus , & Cyrillus in cap. 20. Joann. & S. Hieronymus in epist. ad Hedibiam q. 9. quibus accedit S. Anselmus , qui in cap. 16. Matth. scribit, per illa verba Joann. 20. *Quorum remiseritis &c.* dari potestatem remittendi peccata , non solùm Apostolis , sed etiam omnibus Episcopis , & Presbyteris . Constat autem Presbyteros non habere potestatem remittendi peccata , nisi per sacramenta , quæ vocatur potestas ordinis . Nec minus constat , habere Episcopos , & multò magis Summum Pontificem , potestatem jurisdictionis , dandi Indulgentias , dispensandi in legibus , votis , juramentis , & similibus ; sed Pontificem illam habere absque limitatione , ut Principem , & caput Ecclesiæ universæ , Episcopos autem cum limitatione , ut vocatos in partem sollicitudinis. Si quis autem quærat , ubi datum sit Petro , quod ei promissum fuerat Matth. 16. Respondeo datum fuisse Joann. ult. quemadmodum enim Dominus Matth. 16. nominatim expressit Simonem , & patrem ejus , ut eum distingueret ab aliis , & promisit claves Regni cœlorum : & super eum Ecclesiam ædificaturum se dixit : ita postea Joann. ult. nominatim expressit Simonem , & patrem ejus , & distinxit ab aliis , atque ei dixit , *Pasce oves meas* . Idem enim est esse fundamentum ædificii , & Pastorem ovilis , & caput corporis , & Principem Civitatis , cui in signum potestatis dantur claves ejusdem civitatis , ut possit admittere , vel excludere. Sed ad singulos auctores respondeamus . Theophylactus in cap. 16. Matth. solùm dicit , quod promissum fuit Petro Matth. 16. datum fuisse omnibus Apostolis Joann. 20. quod est verum de potestate remittendi peccata per sacramenta : non autem verum est , de omni potestate solvendi , atque ligandi : neque Theophylactus hoc negare potest , cum sanctus Joannes Chrysostomus (cujus Commentaria Theophylactus in compendium redegit) scribat in caput 16. Matthæi , Petrum factum esse à Christo caput totius Ecclesiæ , & totum orbem terrarum illi esse commis-

sum , ad quod officium certe non suffi
mittendi peccata per sacramenta . An
16. Matth. dicit quidem eandem potest
di peccata , datam esse Apostolis , i
nibus Episcopis , & Presbyteris Joann
missa fuit Petro Matth. 16. Sed addit ,
factum esse Principem Apostolorum ,
mus in Ecclesia esse debere unum princ
Vicarium , ad quem diversa Ecclesiæ r
rant . Hugo Cardinalis in cap. 16. M
Anselmum loquitur de potestate remitt
& rectè dicit , eam promissam fuisse M
tam Joann. 20. sed non negat , aliam
statem promissam , & datam Petro ,
expressa Joann. 20. Joannes Ferus in c
non confert hunc locum cum cap. 20.
que frustra citatur , neque tantus est a
testimonium movere nos debeat . Ale
non dicit , quod fuit promissum Matth
tum Joann. 20. sed contra , dicit , cl
se Petro Matth. 16. etiam si videantur
futuro : *Respondeo* , inquit , *quòd claves f*
Tibi dabo claves , & licèt , tibi dabo cla
per modum promissionis eventus futuri ; nih
verbis sequentibus , quæ sunt , Quodcumqu
ta fuerunt Petro præcipuè : & infra , *al*
Joann. 20. Accipite Spiritum sanctum , q
peccata &c. Idem Alex. in eodem art. 3
sic loquitur : *Voluit Deus quosdam in ali*
potestatem , & deinde in illos , alios pauc
per quosque perveniretur ad unum , scilic
sub Deo immediatè est . S. Thomas in loc
ge , ponit in argumento contrario , q
citat , & postea solvit illud argumentu
tam esse primò soli Petro potestatem l
vendi : deinde datam esse aliis , ut ost
illo tamquam à capite descendere deb
in alios . Idem quoque S. Thomas in 4
art. 3. ad primum , distinguit de potest
Jurisdictionis , & priorem dicit esse dat
qualiter Joann. 20. non solùm Aposto
omnibus Sacerdotibus , quod probat
siæ , ubi in ordinatione Presbyterorum
verba , *Accipite Spiritum Sanctum , q*
peccata &c. posteriorem potestatem dic
qualiter in omnibus , sed principaliter
haberur Matth. 16. Et per illum in alio
Dignetur autem Rex consulere eundem
ctorem in cap. 16. Matthæi , & invenie
pra dixi , quod promissum fuit Petro
illud , *Tibi dabo claves* ; datum esse rei
tro Joann. 21. per illud , *Pasce oves m*
quoque hæc verba , Papa qui est loco
habet plenariam potestatem , alii verò
tus in loco à Rege citato , idest , dist.
de hac re dicit . Sed vitio scriptoris fo
distinctio 19. art. 1. pro dist. 20. q. 1. a
nim loco tractat Sotus de clavibus ,
testimonia Scripturæ Matth. 16. & Joa
sed non dicit , quod Rex vellet , quod
Matth. 16. id totum datum fuisse Joan
cum Cardinali de Turrecremata , pote
collatam Apostolis Joann. 20. promissa
plenissimam potestatem ordinis , & jur
th. 16. & re ipsa collatam eidem Petro
stat Hadrianus VI. in 4. sentent. q. 2. c
clesiæ , ubi dicit , duas esse claves , alt
alteram potestatis , & hoc probat ex
glossa interlineari . Sed an ex hoc di
vel ex aliis citatis auctoribus convincat
daci , lectorum erit judicium.

III. Mendacium pag. 18.

Odi parricidia, execror conspirationes: sed occasiones desperandi datas nemo inficiari potest.

Confutatio.

Quod occasio desperandi pulverariis proditoribus non erat data, ut iste mentitur, sed quòd à Jesuitis edocti irruebant in hoc sanguinarium facinus. Vide Monitor. Præf. pag. 132, 133. *& Actionem in proditores.*

Responsio.

Verissimè datam fuisse occasionem desperandi Proditoribus, testantur gravissima edicta in recusantes adire Ecclesias hæreticorum, quæ tanto graviora sunt, quanto magis speraverant Catholici sub novo Principe mitigandam fore acerbitatem persecutionis Elisabethæ Reginæ. Quòd autem à Jesuitis edocti non fuerint Proditores, solis luce clarius est. Ipsi enim Proditores sub ipsum mortis articulum publicè professi sunt nullum se habuisse, vel auctorem, vel socium in eo facinore ex Jesuitis, vel aliis Catholicis Sacerdotibus. Id mihi retulit vir nobilis, & fide dignissimus, qui supplicio Proditorum interfuit, & auribus ipse suis audivit protestationem unius ex præcipuis Proditoribus. Ipse quoque Garnettus publicè, & in judicio coram multis nobilibus, & ad patibulum coram populo protestatus est, eam proditionem sibi non fuisse notam, nisi in confessione sacramentali; notam à se damnatam, & totis viribus impeditam. Actionem in Proditores, quam Rex citat, plenam esse mendaciis maximis, & clarissimis perspicuum est ex responsione jam edita, vel brevi proditura, quam ego, antequam ederetur, vidi, & miratus fuissem inveniri homines, qui mentiri auderent de rebus notissimis: nisi legissem apud Eusebium lib. 9. hist. Eccles. cap. 5. ex versione Ruffini, à persecutoribus Christianorum conficta fuisse acta apud Pilatum de passione Christi, & per omnes provincias disseminata plena blasphemiis, & mendaciis. Quid enim mirum est, si de servulis Christi acta scribantur ejusmodi, si de ipso Domino scripta fuisse dubitari non potest?

IV. Mendacium pag. 26.

Nam ab eo juramento non solùm Catholici, sed etiam Calvinistæ Puritani abhorrent.

Confutatio.

Puritani non abhorrent à juramento Primatus, sed quotidie suscipiunt, nec unquam recusarunt. Eundem etiam primatum tuetur Calvinus Instit. lib. 4. *cap.* 20.

Responsio.

Puritanos Calvinistas abhorrere à juramento Primatus, ex Præfatione monitoria, & ex Basilico Doro ejusdem Regis didicimus, nam in utroque libro Rex Puritanis tribuit Anarchiam. Anarchia enim, & Monarchia, sive Primatus contraria sunt. Non tamen negaverim, à Puritanis admitti juramentum Primatus, sed temporalis, qui ad Ecclesiam protegendam, non ad spiritualia ejus negotia administranda pertineat. Sic enim explicatur Primatus Regis in Confessione Scotica edita anno 1581. *Et quoniam*, inquiunt, *percipimus Ecclesiæ, & religionis nostræ tranquillitatem, & stabilitatem, ex salute, & bono regimine Regiæ Majestatis, tamquam instrumento consolatorio divinæ misericordiæ, huic Regno pro Ecclesiæ conservatione, & justitiæ administratione inter nos, concesso pendere: spondemus, & promittimus corde, sub eisdem juramento, subscriptione, & pœnis, defensuros ejus personam, auctoritatem, & dignitatem bonis, corporibus, & vitis, in tutelam Evangelii Christi, libertatis Patriæ &c.* Atque hic est Primatus, quem Calvinus agnoscit lib. 4. Instit. cap. 20. qui Primatum in spiritualibus verum, & proprium, neque Regi, neque Pontifici unquam permisit. Ac ut Regi domesticum testem adducam, extat liber Richardi Brancolti, qui se Cantuariensem Archiepiscopum vocat, cui titulus est, Prætensa Puritanorum disciplina, in quo libro cap. 22. hæc leguntur: *Hinc est (ut veritatem aperte fateamur) quod Calvinus nullo modo ferre poterat, Regem Henricum octavum caput Ecclesiæ vocari, aut supremum gubernatorem in terris Ecclesiarum Dei, quæ in suis ditionibus erant.* Hæc ille, qui eodem capite, & sequentibus duobus id in primis demonstrare conatur, negationem Primatus Ecclesiastici in Regibus, communem esse Puritanis cum Papistis, & eo maximè differre à Protestantibus Puritanos.

V. Mendacium pag. 28.

Principio non scribit Pontifex, se mœrore affici ob calamitates, quas tempore Reginæ, aut initio Regni Jacobi Regis, in Anglia pro retinenda orthodoxa fide Catholici patiebantur, sed ob calamitates, quas hoc tempore patiuntur.

Confutatio.

Verba ipsius Brevis recitasse, est hoc mendacium confutasse: sic enim scribit Papa: Magno mœrore nos semper affecerunt, tribulationes, & calamitates, quas pro retinenda Catholica fide jugiter sustinuistis, sed cùm intelligamus omnia hoc tempore magis exacerbari, afflictio nostra mirum in modum aucta est.

Responsio.

Omnino verba ipsius Brevis recitasse, est confictum fuisse mendacium demonstrasse, nulla enim fit in verbis Brevis mentio temporis Reginæ Elisabethæ, aut initii Regni Jacobi, perperam ergo verba Brevis ad illa tempora referuntur, præsertim cùm neque tempore Reginæ, neque initio Regni Jacobi, Paulus V. Pontifex fuerit. Scribit igitur de calamitatibus Anglorum Catholicorum, quas initio Pontificatus sui gravissimas fuisse, & anno sequente, quo primum Breve scriptum est, non parum crevisse acceperat.

VI. Mendacium pag. 28.

In primo articulo (Statuti) confirmantur leges Elizabethæ.

Confutatio.

In primo articulo istius statuti nulla fit mentio de confirmandis legibus Reginæ Elisabethæ.

VII. Mendacium pag. 29.

In 10. articulo (ejusdem statuti) additur, ut si tertia vice (Catholici) propositum juramentum recusaverint, capitis, vitæque dispendium patiantur.

Confutatio.

Nullus est ejusmodi articulus in toto illo statuto, ubi, vel de proponendo hoc juramento tertia vice, vel de capitis, vitæque dispendio ulla mentio habeatur.

VIII. Mendacium pag. 30.

In 12. habetur, ut qui Principibus externis militare

tare voluerit, is prius juramentum præfatum præstet, alioqui perduellis habeatur.

Confutatio.

Non dicitur in statuto, quòd perdallis habebitur, sed quòd feloniæ reus habebitur, qui Principi extraneo militare voluerit, priusquam juramentum susceperit.

Responsio ad tria prædicta.

Statutum, cujus articulos in libro meo descripsi, habetur in libello latino edito Rhotomagi anno 1606. cujus hic est titulus. Breviculus duorum nuper in publicis Comitiis Anglicanis actorum, anno Christi 1606. Jacobi Angliæ Regis tertiò, in eo libello habentur omnia illa, quæ Rex negat: hæc enim sunt verba ipsa articuli primi, *Visum est Regiæ Majestati, Regnique proceribus, & statibus, qui ad hoc Parlamentum convenerunt, omnes in primis leges tempore Elizabethæ, & aliorum Regum contra Papistas stabilitas confirmare, & ratas habere.* Articuli verò decimi hæc sunt verba, *Qui verò tertia vice juramentum de Primatu Regis in spiritualibus recusaverit, si modò Regi, ut illi proponatur, placuerit, capitis, vitæque dispendio puniatur.* Articuli duodecimi hæc sunt verba ultima, *Statuitur auctoritate prædicta, ut quicumque hujus Regni subditus, post decimum diem Junii insequentem, Principibus externis militare voluerit, is prius juramentum præstabit: alioquin perduellis habeatur.* Hæc ad verbum in eo libello habentur. Ac ut fidem meam certius liberem, & quia libellus elegantissimus est, dabo operam ut primo quoque tempore recudatur.

IX. Mendacium pag. 35.

Ostendimus eo juramento, negari potestatem Apostolicam tum ligandi, tum solvendi.

Confutatio.

Nulla est sententia assertoria in isto juramento, nec ullum verbum, nisi conditionale de Pontificis potestate ligandi, vel solvendi.

Responsio.

Neque Auctor dixit per assertoriam propositionem negatam esse Pontifici potestatem ligandi, & solvendi: sed per jurationis formulam affirmavit esse negatam, qui enim jurat, ut hæc formula præscribit, pariturum se Regi; non obstante sententia excommunicationis à Pontifice lata, is negare censetur potestatem Pontificiam ligandi per sententiam excommunicationis: & qui jurat (ut eadem hæc formula jubet) & credit à nullo se posse absolvi, ac ne ab ipso quidem Pontifice, ab obligatione hujus juramenti, is negat in Summo Pontifice potestatem solvendi. Quod autem Rex dicit, nullum esse verbum nisi conditionale in hoc juramento de Pontificis potestate ligandi, vel solvendi: non apparet in quo sensu veritate nitatur. Ista siquidem verba, *Verè credo, & certa conscientia teneo, quòd neque Papa, neque quivis alius me ab hoc juramento, vel illius ulla particula absolvere possit;* non sunt conditionalia, sed absoluta; & in hac juramenti formula expressè continentur; & ad potestatem Pontificiam negandam circa absolutionem, apertissimè pertinent.

X. Mendacium pag. 37.

Diocletiano, & Neroni, vellent nollent, ipsi etiam Summi Pontifices subjecti esse cogebantur.

Confutatio.

*Quòd Christiani sine exceptione, non coactè sed liberè, & propter conscientiam, Ethnicis Impera-
tur: vide Apolog. nostram pag. 23. 24.
logetica.*

Responsio.

Quòd Christiani subditi Regibus,
bus, etiam Ethnicis propter conscie
beant, & obedire in iis rebus, qu
non sunt, nos quoque docemus; se
rum Imperio non subditi, etiam si
certè subjici, & obedire non tenentu
& potentia adacti. Exempla haben
sotibus Regis Anglorum, & Scoto
enim Ethnicis Imperatoribus, regnab
cius Rex Christianus: & in Scotia
item Christianus, quæro igitur à
utrum existimet Reges illos Christian
Donaldum debuisse obedientiam,
propter conscientiam Imperatoribus
bit opinor, neque alia de causa,
Principes erant in suis Regnis, & i
Imperatoribus Romanis. Eodem igi
stiani subditi Imperatoribus Ethnicis,
lis debebant secundùm conscientiam
tem Pontifex Christi Regis Regum
toribus terrenis jure subditus non er
obedientiam illis non debebat: sed ta
potestas ejus nota non erat Imperat
tum quia viribus temporalibus destitu
nollet, ut dixi, subjectus esse cogeb

XI. Mendacium pag

Quibus verbis (Brevium Clement
bus Scotiæ Rex non excludebatur,
potius.

Confutatio.

*Si Brevia, Clementis, non excludeba
sed includebant potius; cur ea flammis tr
quare non mihi videnda asservavit, ut sib
licis apud me majorem inde gratiam concil*

Responsio.

Brevia illa Pontificia, neque nc
bum Regem excludebant, neque nc
debant: sed hortabantur Clerum, &
glicanum Catholicum, ut curarent
esset, ut Rex eligeretur à fide Cathol
rens: & quoniam talis existimabatu
ideò per ea Brevia includebatur pot
cludebatur, nostro saltem judicio..
cur ea Brevia Garnettus cremaverit
fateor. Vidit fortasse, posse verba
lam partem accipi; vel audivit Jacob
rè à Catholica fide alienissimum esse
quæ tunc prodesse non poterant, ig
ut non obessent.

XII. Mendacium pag

Ex quatuordecim articulis in juram
comprehensis, undecim sunt, qui Pr
ficis in spiritualibus attingunt.

Confutatio.

*Ex hisce articulis ne unus quidem Pontif
spiritualibus attingit. Quorsum enim attin
tra Primatum Pontificis in spiritualibus expr
mentum extet?*

Reſponſio.

Ex quatuordecim articulis in juramento comprehenſis, ut Rex ipſe diviſit, & numeravit per quatuordecim oppoſitas propoſitiones in Apologia ſua pag. 51. & 52. ſoli ſunt tres, primus, tertiuſdecimus, & quartusdecimus, qui de poteſtate Papæ nihil dicunt, reliqui omnes de poteſtate Papæ in excommunicandis, vel deponendis Principibus loquuntur, eam verò poteſtatem ad Primatum in ſpiritualibus pertinere dubium non eſt, cùm Papa non excommunicet, neque deponat Principes, niſi Apoſtolica poteſtate: Apoſtolicam autem poteſtatem ſpiritualem eſſe omnes fateantur.

XIII. Mendacium pag. 64.

Inter alias calumnias, illam profert in medium, quòd Bellarminus vel conſcius, vel auctor fuit proditionum adverſus Reginam Eliſabetham.

Confutatio.

Nunquam dixi (in Apologia) Bellarminum vel auctorem, vel conſcium fuiſſe proditionum adverſus Reginam Eliſabetham; ſed proditorum Præceptorem, eumque tam pravis, & pernicioſis dogmatibus eorum mentes imbuiſſe, ut iis facillimum eſſet theſim transferre ad hypotheſim: & quæ ille è Cathedra dictaret, ad ſuas machinationes pro re nata accommodare.

Reſponſio.

Apologiæ verba pag. 58. hæc ſunt, *Quidam ex eo numero Sacerdotum, & Jeſuitarum, qui & ipſi præcipui Proditores erant, & proditionum graviſſimarum fautores in nuperam Reginam initarum, Patrem Robertum Bellarminum pro uno ex præcipuis ſuis vel auctoribus, vel oraculis celebrare non dubitaverunt*, & ad marginem notat, qui ſint illi proditores dicens: *Campianus, & Hartus: vide colloquium in turri Londinenſi habitum*. Ex his verbis quis non judicet, Campianum, & Hartum vocari Proditores, & eorum auctorem fieri Bellarminum? Sed quoniam Campianus, & Hartus nullius proditionis convicti fuerunt, & in turri Londinenſi, ubi Bellarmini ſcripta allegata ſunt, non de proditionibus, ſed de Controverſiis fidei diſputabatur: & Bellarminus Hartum numquam vidit, Campianum ſemel dumtaxat Romæ in tranſitu ſalutavit; ac per hoc neutrum diſcipulum habuit: denique quia neque in cathedra Bellarminus aliquid unquam dixit, neque in libris aliquid ſcripſit, quod ad proditiones pertineat: videat Rex qua conſcientia dicat ea, quæ probare numquam poterit.

XIV. Mendacium pag. 64.

Scit Bellarminus, Campianum contra hæreticam pravitatem ſolùm conſpiraſſe.

Confutatio.

Quòd Campianus ultimo ſupplicio affectus eſt, non in cauſa fuit, quòd contra hæreticam pravitatem, ut hic libellator videri vult, ſed quod contra Reginam Eliſabetham & hujus Regni ſtatum conſpiraverit, id quod ex actibus judicialibus evidentiſſimè conſtabat.

Reſponſio.

Diſputationes tertiò habitæ Miniſtrorum cum Campiano de fide Catholica in turri Londinenſi, ſatis oſtendunt cauſam veram ſupplicii: præſertim cùm poſt diſputationem tertiam acerrimè tortus Campianus fuerit. Non tamen ignoro, neque nego conficta fuiſſe crimina conſpirationum, quæ neque ipſe faſſus eſt, neque de iis ab aliis convictus fuit. Actis judicialibus in Campianum quæ fides haberi debeat, docent acta ſimilia in Garnettum.

XV. Mendacium pag. 65.

Cur Henricus Garnettus, vir doctrina omnis generis, & vitæ ſanctitate incomparabilis, ultimo ſupplicio affectus eſt, niſi quia revelare noluit, quod ſalva conſcientia revelare non poterat?

Confutatio.

Quòd hujus nefandi facinoris notitia, non ex ſola confeſſione, ad Henricum Garnettum pervenerit, ut iſte mentitur, ſed aliis etiam modis: nec ex unius, ſed plurium relatione, ita ut ſalva conſcientia illud revelaſſe potuiſſet, vide Monit. Præf. pag. 131. & Comitis Northamptonii librum.

Reſponſio.

Vidi Monitoriam Præfationem, vidi etiam Actionem in Garnettum: ſed vidi quoque reſponſionem, qua actionis illius mendacia deteguntur, & inde in ſententia confirmatus ſum, quam ab oculatis, & auritis teſtibus acceperam, non fuiſſe ullo legitimo judicio probatum, proditionem pulverariam alia via quàm ſacramentalis confeſſionis, ad Garnettum perveniſſe, quod ipſe & in judicio, & ad patibulum confeſſus eſt.

XVI. Mendacium pag. 71.

Itaque Syxtus Pontifex neque Regem cædi imperavit, neque cædem à privato illo homine factam approbavit.

Confutatio.

Quàm ſplendidum ſit hoc mendacium, patet ex oratione ipſa Syxti Quinti.

Reſponſio.

Nulla apud nos Syxti V. extat oratio: & quæ ab adverſariis edita eſt, quamvis fidem non mereatur, tamen in eam ſententiam commodè poteſt exponi, quæ in reſponſione noſtra legitur pag. 70. 71. 72.

XVII. Mendacium pag. 91.

Quod autem additur de Stanlejana proditione, non fideliter, neque verè narratur, ſiquidem more ſuo Auctor Apologiæ multis additis mendaciis hiſtoriam fœdè corrupit.

Confutatio.

Quæ dicta ſunt de proditione Stanlejana, recitata erant ad verbum ex apologia Alani, pro cauſa Stanlejana, ut ibi videre eſt.

Reſponſio.

Apologiam illam totam nullo verbo omiſſo, denuo legi, nec inveni verba illa quæ Rex citavit: dicit quidem Alanus bellum Reginæ, quo in Hollandia oppida Regi Catholico eripuerat, fuiſſe injuſtum, & ideò oppida illa Regi debuiſſe reſtitui: ſed non dicit, *Quòd quandoquidem excommunicata eſſet Regina, & hæretica, non ſolùm liceret jam ejus ſubditis, verùm etiam neceſſe eſſet ab obligatione conſcientiæ, nudare eam omni, quo poſſent, præſidio, & ſive exercitus, ſive oppida, ſive arces, & propugnacula ejus obtinerent, Regi Hiſpano hoſti tradere, Regina deinceps nihil habente proprium, vel ſuum*, hæc inquam, non dicit Cardinalis Alanus, & tamen Rex affirmat hæc ipſa ad verbum

bum recitata esse ex Apologia Alani, pro causa Stanlejana. Apologia illa extat Anglicè, Gallicè, & Italicè, consulat lector Apologiam, & Judicet.

XVIII. Mendacium pag. 39.

Constat Henricum Garnettum in publico judicio constanter semper dixisse, neque se, neque ullum Jesuitam hujus conspirationis auctorem, vel complicem, vel consultorem, vel consentientem ullo modo fuisse, & paulò post idipsum instante morte coram innumerabili populo longa oratione protestatus est.

Confutatio.

Liber qui inscribitur, Actio in proditores, & nostra Monitoria Præfatio pag. 131. 132. clarè evincunt contrarium.

Responsio.

Monitoria Præfatio narrat, non probat, Actio in Proditores sine pudore, mentitur de iis rebus, quæ notissimæ sunt Angliæ universæ: sed ideò edita est, ut apud exteros fidem inveniat, & fallat incautos.

XIX. Mendacium pag. 97.

Jacobus autem cùm Catholicus non sit, neque Christianus est.

Confutatio.

Contra. Ego verò Catholicus sum, ut qui fidem profitear verè antiquam Catholicam, & Apostolicam: ac proinde verè Christianus sum. Vide confessionem fidei meæ in Monit. Præf. pag. 37. 38. & deinceps.

Responsio.

Vidi confessionem Regis in monitoria Præfatione, & ex ea planè, manifesteque didici Regem non esse Catholicum, plurima enim Rex damnat, & negat, quæ fides Catholica etiam antiquissima semper docuit. Non potest autem dici Catholicus, qui aliquam partem Catholicæ fidei tenet, sed qui totam tenet, alioqui omnes hæretici Catholici essent. Et si Rex Catholicus est, cur in tota Apologia pro juramento fidelitatis, eos Catholicos vocat, quorum fidem, & Religionem detestatur?

XX. Mendacium pag. 98.

Et si vera sunt, quæ narrantur ab iis, qui eum intimè noverunt, cùm in Scotia Puritanus, & Protestantium inimicus esset, nunc in Anglia Protestans est, & Puritanorum adversarium se gerit.

Confutatio.

Contra. Qualis Puritanus eram in Scotia, vide Præfationem in Basilicon Doron, & Monit. Præf. pag. 48. 49.

Responsio.

Vidi ista duo, sed vidi etiam confessionem Scoticam Puritanorum, cui Rex subscripsit, sic enim incipit confessio. Brevis, & generalis confessio Christianæ Religionis, secundum Dei verbum, & Acta parlamentorum: subscripta à Regia Majestate ejusque familia, & diversis aliis: ad Dei gloriam, & bonum exemplum omnium. Edemburgi 28. Januarii, anno Domini 1580. & Regni ejus 14. Legi quoque in ipso Basilico Doro Regem dicentem, se certo cognovisse Religionem, quæ viget in Scotia, esse verissimam: Religionem autem, quæ viget in Scotia, fatetur ibi-

dem Rex divino miraculo à Puritanis
ductam &c.

CAPUT X

Sequuntur Historiæ, quas R
tas dicit, cum respons

Prima Historia ementita p

Constabat eum (Henricum IV.) ı
extinctum fuisse.

Confutatio.

Non constabat quandoquidem historici no
bunt, eum in vinculis mortuum fuisse, ve
dore, situque carceris, lege Fasciculum t
num 1094. Laziardum Epitome univers
Paulum Langium in Chronico Citizensi a
Jacobum Wimphelingium in Epitome reru
cap. 28.

Responsio.

Dixi in loco notato, constare Hen
fuisse occisum gladio, aut veneno, se
bo extinctum, ubi opponitur naturali
dio, & veneno, sive is morbus natu
sit ex crapula, sive ex inedia, sive e
bulatione, sive ex nimia detentione i
ex luxu, & deliciis, sive ex pœdore
ris. Quare cùm nullus historicus refe
IV. fuisse occisum gladio, aut veneno
rinas historiæ, quam adduxi. Sed præt
jam Henricum IV. non in vinculis, n
ceris, aut fame, sed naturali morbo c
dii anno 1106. cùm adhuc milites hab
filio occultè movere vellet, vide histo
1106. Godefridum Viterbiensem,
Lambertum Schaphnaburgensem, D
additione ad Marianum Scotum, Sigeb
nico, Syffridum Presbyterum in Epit
Urspergensem, Othonem Frisingens
Porrò Fasciculus temporum, Paulus L
ci, qui dicunt illum obiisse in carce
sunt ex eo quod Henricum in carcere
elapsum autem ignorabant, aut non
vel certè dicunt obiisse in carcere, qu
diensis, quæ ferè sola illi relicta erat
rio, pro carcere computabatur.

II. Historia ementita pa

A quo (vinculo excommunication
mereretur, ad istam humilitatem se i
IV.) spontè dejecit.

Confutatio.

Henricus IV. non spontè, nec metu e
Papæ, quam invalidam censuit, sed metu a
& vita, se se in tantum humiliasse testantur
Schaphnab. ad annum 1077. Abbas Ursp
1075. Platina in Gregorio VII. Auctor v
Bruno in historia Belli Saxonici, Cuspinian
Sigonius de Regibus Italiæ lib. 9. Laziardus
univers. cap. 193.

Responsio.

Henricum IV. spontè se ad illam hu
cisse dixi, quoniam non vi adductus,
luntate accessit; ut omnes citati histor
multi testantur. Accessisse autem ad Pa

culo excommunicatis solveretur, ut etiam absolutus fuit; iidem historici testes sunt. Quod autem ab excommunicatione absolvi desideravit, ne Regnum amitteret, verissimum est, jam enim Principes Germaniæ decreverant, eum Regno privare, si annum integrum in excommunicatione perseveraret. Sed ista non pugnant inter se, neque efficiunt, ut conficta sit historia, quam retuli, iidem enim historici utrumque dicunt, & Henricum sponte ex Germania in Italiam ad Papam venisse, & summa humilitate absolutionem ab excommunicatione petivisse, & accepisse: & eam fuisse potissimam causam, cur absolutionem tanto labore, & humilitate quæsierit, ne Regno spoliaretur.

III. Historia ementita pag. 83.

Hæc historia (Alexandri III. Friderici Barbarossæ cervicem pede conculcantis) est dubiæ fidei.

Confutatio,

At non est dubia fidei apud historicos; cùm nullus neget, multi affirment, ut Nauclerus, Jacobus Bergomensis, Petrus Justinianus, Papirius Massonus, Alphonsus Ciacconus, Hieronymus Bardus.

Responsio.

Confictæ historiæ reus non est, qui historiam aliquam dubiæ fidei esse dicit: sed qui falsam historiam narrat; nisi vocabulis abuti velimus. Sed præterea historici quos Rex citat, recentiores sunt: antiqui enim nihil tale scripserunt. Porrò Romualdus Archiepiscopus, Salernitanus, qui interfuit, & omnia accuratissimè descripsit, Fridericum narrat toto corpore procubuisse ad pedes Alexandri Pontificis, mox autem à Pontifice cum lachrymis benignissimè sublevatum, quod idem narrat Rogerius ejusdem ætatis auctor in annalibus Anglicis. At, inquit Rex, multi rem illam scribunt, nemo negat. Respondeo, argumentum hoc concludere, quando veteres affirmant, & nullus ejus temporis, aut posterioris negat: sed quando soli recentiores affirmant, non est mirum, si veteres non negent quod divinare non potuerunt à recentioribus, confingendum fuisse.

IV. Historia ementita pag. 83.

Quid aliud Fridericus timuit, nisi excommunicationem?

Confutatio.

At Fridericum timuisse solam excommunicationem nullus antiquus historicus scribit: sed Imperii, & dominii amissionem potissimum timuisse testantur plurimi, Martinus Polonus ad annum 1166. Platina in Alexandro III. Laziardus in Epitome hist. universalis cap. 212. Nauclerus generatione 40. Jacobus Wimphelingius in Epitome rerum Germania cap. 32.

Responsio.

Quid Fridericus timuerit, docet ipse in oratione, quam habuit Venetiis coram Pontifice, & maxima Procerum multitudine, quam ex Romualdo Salernitano Archiepiscopo refert Cardinalis Baronius tom. 12. annalium pag. 714. ubi apertè professus est, agnoscere se errorem suum, & schisma cujus auctor fuerat, & nihil magis timere, & odisse, quàm ab Ecclesia separationem. Idem etiam constat ex facto, nam permissus non est Venetias ingredi, nisi antea ab excommunicatione absolutus esset. Sed cùm eum Pontifex per Episcopos Ostiensem, Portuensem, & Prænestinum absolvi jussisset; tum demum Dux Venetorum illi obviam profectus est; eumque in Urbem Venetiarum magno cum honore, & publica lætitia introduxit. Neque verò historici allegati contrarium testantur, cùm enim dicant, eum timuisse, ne ab Imperio caderet, hoc ipso censentur dicere, timuisse excommunicationem, per quam, nisi maturè absolveretur, Imperium amittere potuisset.

V. Historia ementita pag. 88.

Adde Cuspinianum (in hac re de Turcæ fratre veneno sublato) aliorum historicorum testimoniis destitui.

Confutatio.

Eadem historia à plerisque aliis celeberrimis historicis memoria prodita est. Vide Franciscum Guicciardinum lib. 2. hist. Ital. Paulum Jovium lib. 2. hist. sui temporis, Sabellicum Ennead. 10. lib. 9. Continuatorem Palmerii ad annum 1494.

Responsio.

Historici citati narrant quidem fratrem Turcæ periisse Neapoli, vel Cajetæ, nam & de loco variant, sed periisse veneno Sabellicus in dubium revocat. Venenum autem datum auctore, vel non ignorante Pontifice, ut aliqui loquuntur, nullus affirmat. Suspicionem fuisse dicit Palmerii continuator; Guicciardinus, creditum fuisse; Jovius famam fuisse; Sabellicus, fuisse, qui crederent: litteris mandarunt. Ista verò non sunt historicorum testimonia, quorum est res gestas verè narrare, sed opiniones, vel suspiciones hominum, qoi non raro suspicando, vel opinando falluntur. Certè Onuphrius Panuinius in annotationibus ad Platinam, Turcæ fratrem naturali morbo periisse scribit.

CAPUT XVII.

Sequuntur nova dogmata, quæ Rex notavit in meo libello.

Primum Dogma novum pag. 9.

INter homines convenit, posse Pontificem Maximum Hæreticos Principes jure deponere, & subditos ab eorum obedientia liberare.

Confutatio.

Imò verò tantum abest, ut inter omnes de hoc conveniat, verius ut dicas, ante Hildebrandi Pontificatum, id nemini unquam venisse in mentem, qui primus omnium hanc novam doctrinam, planeque ante inauditam prodidit, ut multi viri docti, cùm illius, tum subsequentis sæculi testantur) ut alios inferiorum ætatum testes omittam (quæ de re vide Epistolam Cleri Leodiensis ad Paschalem II. sententiam Episcoporum horum temporum apud Aventinum, lib. 5. fol. 579. &c.

Responsio.

Cùm dixi, inter omnes convenire, de Theologis, & Jureconsultis Catholicis loquebar; non de schismaticis, quales sunt quos Rex allegat. Satis enim sciebam durante schismate Henrici Quarti, multos fuisse, qui pro, vel contra scriberent. Sed si hoc dogma à tempore Gregorii VII. (quem Rex Hildebrandum vocat) initium habuit: cur post annos circiter quingentos, ego quasi novi dogmatis inventor aut sectator accusor? Certè non potest di-

ei novum, quod ante tot sæcula viguit. Sed neque verum est, ante tempora Gregorii VII. hanc doctrinam fuisse inauditam; cùm constet, à Gregorio juniore, qui trecentis circiter annis Gregorium VII. antecessit, excommunicatum fuisse, & vectigalibus Italiæ privatum Leonem Isauricum Imperatorem, testibus Zonara, & Cedreno. Ex auctoribus, quos Rex citat, duo soli sunt non contemnendi, Otho Frisingensis lib. 6. c. 35. & Godefridus Viterbiensis par. 17. Sed hi scribunt solùm se non legisse ante tempora Gregorii VII. Imperatorem à Papa excommunicatum, & ab Imperio depositum fuisse: non tamen dicunt id fieri non posse, aut non licere, ut schismatici dicunt. Ut autem Rex videat, verè à me dictum esse convenire inter omnes Catholicos Theologos, & Jureconsultos, posse à Pontifice Maximo Principes hæreticos jure deponi, & subditos ab eorum obedientia liberari: legat Concilium generale Lateranense sub Innocentio III. cap. 3. unde extat cap. Excommunicamus, de hæret. & Lugdunense sub Innocentio IV. unde extat cap. Ad Apostolicæ, de sent. & re judic. in 6. His enim Conciliis nemo verè Catholicus contradicere potest: ac per hoc inter omnes Catholicos convenit, Hæreticum Principem jure posse deponi. Neque his repugnat, quod in Concilio Lugdunensi citato Fridericus variis de causis depositus fuerit: nam una ex præcipuis fuit, quia suspectus de hæresi argumentis evidentibus habebatur, & si suspectus evidenter de hæresi depositione dignus à Papa in Generali Concilio judicatus est, quanto magis hæreticus manifestus jure deponi poterit? Porrò ex auctoribus particularibus multos inveni, qui expresè id fateantur; qui expresè neget, nullum inveni: ideò non sine ratione affirmavi, inter omnes convenire. Consulat Rex S. Thomam 2. 2. quæst. 10. art. 10. & ne fortè suspicetur, S. Thomam loqui solùm de Paganis, aut Judæis, cùm dicit, posse infidelem Principem auctoritate Ecclesiæ privari dominio, quod haber super fideles, legat articulum sextum ejusdem quæstionis, & inveniet sanctum Doctorem loqui de Paganis, Judæis, & hæreticis, ac potissimum de Hæreticis, quos affirmat esse infideles, Paganis, & Judæis absolutè, & simpliciter deteriores. Eandem sententiam de jure quod habet Summus Pontifex excommunicandi, & deponendi Principes hæreticos inveniet apud S. Raymundum in Summa tit. de Hæreticis §. 7. S. Bonaventuram de Hierarchia Ecclesiastica, part. 2. cap. 1. S. Antoninum in Summâ part. 3. tit. 22. cap. 3. §. 7. & cap. 5. §. 7. Joannem Andream in cap. Ad Apostolicæ de sent. & re judic. in 6. Ostiensem in Summa tit. de Hæreticis, §. qua pœna puniatur, num. 11. Abbatem in cap. Excommunicamus num. 2. titul. de Hæreticis. Joannem de Turrecremata lib. 2. Summa de Ecclesia cap. 114. conclus. 4. in fine. Joannem Driedonis lib. 1. De libertate Christiana cap. 14. Dominicum à Soto in 4. Sent. dist. 25. quæst. 2. art. 1. conclus. 5. Alphonsum de Castro De justa hæreticorum punitione lib. 2. cap. 7. Jacobum Simancam in tract. de Catholicis institutionibus tit. de Papa, num. 25. & alios, quos longum esset, & non necessarium huc adferre.

II. Novum dogma pag. 51.

In ortu supernaturali, quem habemus in baptismo, intelligi debet juramentum tacitum, & congenitum ad obediendum Principi spirituali, qui est Christi Vicarius.

Confutatio.

Mirum est unde iste hauserit hanc novam, & prorsus incognitam Theologiam, quæ non aliunde quàm ex ipsius putido cerebro nasci potuit: sin minus suos nobis auctores enumeret, qui doceant, & affirment Christianos
vulos, sive adultos, virtute juramenti cuj
baptismo suscepti, teneri ad obedientiam a
Vicario præstandam, aut in aliud quàm i
baptizari.

Responsio.

Nusquam dixit Bellarminus, eos, c
mum renascuntur in Christo, in aliud
sti nomen baptizari. Obligari autem eo
mum Christi suscipiunt, ad obedientiam
sti præstandam; docent omnes, qui fate
primum admitti homines ad familian
Christi Vicarium esse illum, quem co
nus super familiam suam, Matth. 24. 8
mirum est, cur Rex miretur, unde h
nata sit, cùm satis facilè colligi potuer
suis in Apologia pro juramento fidelitat
enim Rex docuit, duo esse juramenta
num tacitum, & congenitum, cum p
mus, alterum declaratorium in confirm
ris adhibitum, quod nihil aliud est, q
geniti expressio, & publica quædam p
hac admiranda Regis doctrina sequitur,
turali debeat intelligi juramentum taciti
nitum ad obediendum Principi Politico
que supernaturali, quem habemus ex
telligi debere juramentum tacitum, &
obediendum Principi spirituali, qui est
rius. Itaque vel damnet Rex doctrina
ramento tacito, & congenito in ortu
probet etiam nostram de simili juramen
congenito in ortu supernaturali, & ve
auctores doctrinæ suæ, vel desinat qu
doctrinæ nostræ.

III. Novum dogma pag

Sed cùm Catholica doctrina non p
lum malum vitandum secretum sacram
sionis detegi, maluit ille mortem acer
quàm tanti sacramenti sigillum violare

Confutatio.

Quòd secretum sacramentalis confessionis
lum quantumcumque vitandum, vel præ
detegi, vel indirectè saltem, aut in genere, n
confessionem edit, celetur, præterquamquo
ctis Principibus, & Rebuspublicis pernicio
est dogma &c. Consule Alex. Alensem,
tum, &c.

Responsio.

Non est cur Rex fatigetur in aucto
aut hac doctrina impugnanda, numqu
Bellarmino in mentem docere, quod
eum docuisse: quod igitur dixit secundu
doctrinam, non posse solvi sigillum c
quodcumque malum evitandum, inte
non esse licitum ullo modo prodere p
tentis, hoc enim propriè cadit sub sig
nemini dubium est posse detegi peccata
piendum consilium, vel ad præcavend
de causis, dummodo ex manifestatio
sit periculum, ne manifestetur person
tum confessa est. Jam autem supra de
non potuisse Garnettum detegere prod
fessione sacramentali cognitam, nisi
Proditores: ideò maluisse crudeli suppl
tere, quàm sacrosanctum secretum vi

IV. Novum dogma pag. 102.

Ego verò audeo dicere, meliorem caufam habere Catholicos juramenti recufandi, quàm Eleazarus habuerit carnis Porcinæ non guftandæ.

Confutatio.

Hac affertio revera novum dogma continet, Breve fcilicet Pontificium legi Mofaicæ præferendum effe: & Catholicos magis teneri Pontificis decreto, quàm Judæi olim lege per Mofem tradita tenebantur.

Refponfio.

At Bellarminus in illa pag. 102. difertis verbis comparavit præceptum non comedendæ carnis Porcinæ cum præcepto recufandi juramenti Regii quo ad materiam, non quo ad legislatores. Itaque hoc folùm dixit, meliorem caufam habere Catholicos juramenti recufandi, quo Summi Pontificis auctoritas violatur, quàm Eleazarus habuerit non guftandæ carnis Porcinæ; quoniam longè major res eft, violatio auctoritatis Summi Pontificis, quàm efus carnis Porcinæ: fruftrà igitur Rex comparat Breve Pontificium cum lege Mofis. Sed neque verum eft, præceptum non admittendi juramentum, de quo agimus, niti folùm auctoritate Brevis Pontificii: nititur enim auctoritate divina per Breve Pontificis declarata. Ideò in eodem loco dixit Bellarminus auctoritatem Imperantis in utroque loco eandem effe, videlicet Dei, qui per Mofem juffit in Levitico, ut Judæi à carne fuilla fe abftinerent; & per eundem Mofem in Deuteronomio juffit, ut omnes fummo Sacerdoti obtemperarent.

V. Novum dogma pag. 135.

Clericos exemptos effe à jurifdictione Principum fæcularium, ac per hoc, non effe fubjectos Regibus: fed debere tamen leges eorum de temporalibus rebus obfervare non vi legis, fed vi rationis, ideft, non quia fubditi funt, fed quia ratio dictat ob commune bonum, & pacem Reipub. eas leges ab omnibus effe fervandas.

Confutatio.

Quàm fit amicus Regibus Cardinalis, & qui Cardinali à facellis eft, qui tot fubditos ab eorum poteftate exemptos velint docet monet. Præf. pag. 23. 24.

Refponfio.

Expectabam, ut Rex novitatem hujus dogmatis demonftraret, juxta titulum illum, Nova dogmata, unà cum novitatis ipforum declaratione. Sed quia vidit, dogma iftud inveniri apud omnes Theologos, & Jureconfultos; immò in ipfis facris Pontificum Canonibus, & Conciliorum decretis: prudenter divertit ad invidiam Cardinali apud Reges conflandam, quafi ipfe primus fit auctor exemptionis Clericorum. Sed ficut ipfe nihil novi docuit, ita fperat, manifeftam iftam calumniam, nihil ei apud Catholicos Reges, & Principes nocituram.

Finis Apologiæ Card. Bellarmini.

ROBERTI S. R. E. CAR
BELLARMINI
RESPONSI
AD LIBRUM INSCRIPTI
Triplici nodo triplex cuneus

SIVE

Apologia pro Juramento fidelitatis:

Adversus duo Brevia Papæ PAULI V. & recentes literas Ca
BELLARMINI

AD GEORGIUM BLAKUEL.
Angliæ Archypresbyterum.

Admonitio ad Lectorem.

QUoniam Rex Magnæ Britanniæ Jacobus Præfationi suæ monitoriæ adjunxit Apologiam suam pro Juramento fidelitatis, quam ante duos annos tacito nomine suo ediderat; necessarium esse duxit Cardinalis Bellarminus *Apologiæ suæ adversus monitoriam Regis Præfationem, adjungere responsionem suam ad Apologiam Regis, quam anno superiore, sub nomine Matthæi Torti, sui familiaris emiserat: sic enim fiet, ut ad neutram partem libri Regii Responsio desideretur; & æquus lector scriptis contrariis diligenter expensis, certius de re tota judicium ferat.*

R E S P O N S I

A D

LIBRUM INSCRIPT

Triplici nodo, triplex cuneus, sive Apologia &c.



PRODIIT anno superiori, ex Urbe Londino, liber Anglicano idiomate scriptus, adversus duo Brevia summi Pontificis, & Epistolam quandam Cardinalis Bellarmini, sine nomine quidem auctoris, sed Regia tamen auctoritate impressus, & in ipso frontispicio, triumphum canens ante victoriam, scriptum gerebat, *Tunc omnes populi clamaverunt, & dixerunt, magna est veritas, & prævalet.* Hic liber, in latinam linguam conversus, ad nos quoque ante paucos dies pervenit. Sed qui cuneos ad scindendos nodos tres adhibere curavit, hoc uno maximè peccasse videtur, quòd non rectè cuneos ad nodos applicuit. Itaque magno, sed inani conatu aerem verberavit, & Tunc omnes populi clamaverunt, & dixerunt, magna est veritas, & prævalet, quæ funiculo triplici colligata, dissolvi non potuit. Ac, ut sine ambagibus loquamur, qui Apologiam scripsit pro Juramento fidelitatis, adversus duo Brevia Pauli V. Summi Pontificis, & Epistolam Cardinalis Bellarmini; neque Juramentum, neque Brevia, neque Epistolam intellexisse videtur. Affirmat enim Juramento fidelitatis, quod Rex Anglorum subditis suis Catholicis præstandum proposuit, solam civilem obedientiam contineri. Addit, Brevibus Pontificis, & Cardinalis Epistola civilem obedientiam prohiberi. Neutrum est verum, ut paulò post apertissimè demonstrabitur. Format deinde varia argumenta ex Scripturis, Conciliis, & Patribus, quibus probet deberi Regibus obedientiam civilem à subditis: quod quia in Brevibus & Epistola non negatur, argumenta non magis concludunt, quàm ea, quæ in Dialectica duci dicuntur à disparatis: quamvis autem hoc generatim admonuisse sufficeret, tamen, ut etiam tardioribus fiat satis,

(*a*) Primùm ostendemus, Juramentum Catholicis propositum, non solùm civilem obedientiam, sed etiam Catholicæ fidei abnegationem requirere: hæc enim est principalis Quæstio quæ inter nos hoc tempore disputatur. Deinde singulas partes Apologiæ discutiemus.

Igitur Juramento fidelitatis, quod habetur in Edicto Regio anni *1606.* post articulum decimum, & in hac ipsa Apologia ex Brevi Apostolico recitatur, auctor Apologiæ contineri affirmat solam civilis obedientiæ professionem, hæc enim sunt verba ejus pag. 4. *Rex specimen quoddam, atque exemplar sui præbuit, se nihil in Pontificios moliri, nec meditari conscientiæ causa, nec ultra quid desiderare, quàm ut de eorum fide, & constantia securus fieret, quam propter conscientiam suæ Majestati præstare tenebantur.* Hæc sunt ejus verba in latina editione; sed in Anglicana, quæ antea prodierat, clariùs dicebatur, Regem nihil desiderare, nisi ut securus de civili etiam obedientia redderetur. Item pag. *6.* & *7.* idem auctor sic loquitur: *Quare Ponti-*

fex se immisceet operi non suo, & falcem
messem alienam, in re præsertim civili,
latenus spectat? In Anglicana editioi
tius, in rebus merè, & solùm ad
tiam spectantibus. Item pag. 26. di
prohibuisse per suum Brevem, tem li
civilem. Item pag. 29. cùm testimoni
pturarum, & Conciliorum probasset
tiam deberi Regibus à subditis, subj
tionem Pontificis ad Catholicos Ang
ramenti recusatione Martyrium conf
ad rem non facere, cùm in hoc jura
tur nisi de civili obedientia, quæ cun
non pugnat, *Quasi*, inquit *Romana*
fiteri, & civilem obedientiam Principi p
dam res essent, nullo pacto consociabiles,
pugnantes, atque contraria. Hæc ille.
inquit, *Juramentum tantummodo civile*
tingit subditorum erga Principem, in
ralibus,

(*b*) At nos facilè contra probabim
Juramento non agi de sola civili obe
de Fide Catholica, idest, de Primat
licæ, quem in Scripturis sanctis aperti
Catholici omnes ut fidei Orthodoxæ
mum habent.

Id probamus primùm ex Edicto Reg
Juramenti formula continetur atque p
(*c*) titulus Edicti hic est, *Ad detegen*
dos Papistas. Cur non dicitur, ad de
primendos rebelles? nisi quia finis, c
gitatum est Juramentum, non est de
civilem obedientiam, quod rebellib
detectio negantium Primatum spiritu
confitentium Primatum spiritualem fi
quod Catholicorum, quos vos Pap
proprium esse dignoscitur.

Secundò probamus (*d*) ex ipsis ju
primùm ex illis: *Et quòd Papa nec per*
ullam aliam auctoritatem Ecclesiæ, vel
lam potestatem, vel auctoritatem habeat
&c. vel ullos subditorum suorum, ab eor
obedientia, & subjectione exonerandi &c.
stè perspicitur, hoc juramentum non
civilem obedientiam in rebus merè te
auctor Apologiæ tam sæpè repetivit
abnegationem Pontificiæ potestatis,
merè temporalis, sed res sacra, &
quam nullus mortalium tollere, vel
Sed neque hoc loco necessarium est
modo sit accipienda hæc potestas,
causis exerceri possit, de qua re T
reconsulti disputant, siquidem inter
posse Pontificem Maximum hæretic
re deponere, & subditos eorum ab
rare, cum hac enim conditione Reg

(a) *Summa totius operis duobus capitibus comprehensa.* (b) *In juramento Anglicano Primatus Apostolici abnegationem qu*
titulo Edicti. (d) *Ex ipsis juramenti verbis.*

clesiam admittuntur, ut sceptra sua Christo subjiciant, & fidem ac religionem non evertere, sed protegere, defendere, non oppugnare debeant. Quod si nolint, jus est illi, qui toti Ecclesiæ vice Christi præest, eos à communione fidelium segregare, subditisque interdicere, ne illis pareant.

Idem probatur (a) ex verbis sequentibus: *Juro ex corde, quòd non obstante aliqua declaratione, vel sententia excommunicationis, aut deprivationis facta, vel concessa, aut facienda, vel concedenda per Papam, vel successores suos, vel per quamcumque auctoritatem derivatam, vel derivari prætensam ab illo, seu à sua Sede contra dictum Regem, hæredes, aut successores suos, vel quacumque absolutione dictorum subditorum ab obedientia; fidelitatem tamen, & veram obedientiam suæ Majestati, hæredibus, & successoribus suis præstabo &c.* Hic apertè negatur summo Pontifici potestas excommunicandi Reges etiam hæreticos. Quo modo enim licitè & justè Catholicus jurabit, se non pariturum Summo Pontifici Regem hæreticum excommunicanti, nisi credat non posse à Pontifice Regem hæreticum excommunicari? Atqui potestas excommunicandi intrinseca est Primatui Apostolico, atque ab eo inseparabilis, cùm B. Petro, ut primo spirituali Primati dictum sit à Domino, *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis*, Matth. 16. Et cùm (b) eidem Petro, atque in eo successoribus omnibus auctoritas data sit totum gregem Dominicum pascendi, & regendi, Joan. ult. certè vel Rex Anglorum ad gregem Dominicum nullo modo pertinet, vel B. Petro ejusque successoribus subditus est, atque ab eo ligari, & solvi potest. Neque ulla justior causa excommunicandi fingi potest, quàm hæresis, quæ fidei Catholicæ, & omnis justitiæ fundamentum tollit. Quare is, qui affirmat, non esse in summo Pontifice potestatem excommunicandi Reges hæreticos, neque illi esse parendum, si id faciat; is omnino affirmat, non esse summum Pontificem Caput Ecclesiæ universæ, ac per hoc Primatum Apostolicum negare convincitur. Non igitur hoc Juramento sola civilis obedientia quæritur, sed quæritur abnegatio fidei Catholicæ, & ut obediatur homini contra obedientiam Dei.

Sed alia verba ejusdem Juramenti consideremus, *Et ulteriùs*, inquit, *credo, & in conscientia mea resolvor, quòd (c) nec Papa, nec alius quicumque potestatem habet me ab hoc Juramento, aut aliqua ejus parte absolvendi: quod Juramentum agnosco recta, ac plena auctoritate, esse mihi legitimè ministratum*. Hoc autem loco qui paulò ante jurando negaverat potestatem ligandi in summo Pontifice, idem nunc potestatem solvendi negat. Nam ex verbis illis Dominicis, Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis, Catholici omnes colligunt, ad Pontificis Maximi auctoritatem pertinere, non solùm potestatem absolvendi à peccatis, sed etiam à pœnis, censuris, legibus, votis, atque juramentis, quando id expediat ad gloriam Dei, atque animarum salutem. Sed præterea dum affirmat hoc Juramentum sibi recta, ac plena auctoritate legitimè ministratum, simul affirmat Regem suum, à quo Juramentum propositum est, potestatem supremam habere in spiritualibus; cùm agnoscat in illo plenam auctoritatem jubendi, ut Pontificia excommunicatio, sive declaratio contemnatur.

Tertiò probamus hoc idem, ex alio simili Juramento apertiore, quod hic idem auctor Apologiæ ad verbum recitat pag. 49. Hujus Juramenti hæc sunt verba. (d) *Ego A. B. palàm testor, & ex conscientia mea declaro, quòd Majestas Regia unicus est supremus gubernator hujus Regni, omniumque aliorum suæ Majestatis Dominiorum, ac Territoriorum, tam in omnibus spiritualibus, sive Ecclesiasticis rebus, aut causis, quàm in temporalibus: & quòd nullus extraneus Princeps, Persona, Prælatus, Status, aut Potentatus habet, aut habere debet ullam jurisdictionem, potestatem, superioritatem, præeminentiam vel auctoritatem Ecclesiasticam, sive spiritualem infra hoc Regnum &c.* Hæc Juramenti formula hoc solùm distat ab illa, quæ inclusa est in Brevi Pontificio, quòd ista verbis expressis, & propriis continet abnegationem Primatus Apostolici, & ideò non facilè proponitur iis, qui apertè se profitentur Catholicos; illa verò formata est verbis obscurioribus, & per ambages circumloquutionum, ad decipiendos incautos, ut verè multos, atque adeò Archipresbyterum ipsum decepit. Sed ex hac formula clariore facilè possunt viri prudentes intelligere, quò tendat illa formula, quæ dum jubet abnegari potestatem excommunicandi Regem, simul jubet abnegari Primatum Apostolicum in Ecclesiam universam, & aperit aditum ad constituendum Primatum Regis in spiritualibus. Addo postremò confirmationem ex verbis hujus auctoris, quamvis enim millies repetierit, in hoc Juramento non contineri, nisi civilem obedientiam; tamen pag. 88. excidit illi, (e) *hoc juramentum institutum esse, quo populus arceretur, ne ita altè amarum illud poculum ebiberet antichristianarum scortationum*. Quid enim vocare solent Adversarii antichristianas fornicationes, nisi venerationem Pontificiæ potestatis? Non ergo sola civilis obedientia, sed etiam detestatio spiritualis obedientiæ hoc Juramento continetur. Inspiciamus nunc Brevia Pontificia ad Catholicos Anglos perscripta.

Primum Breve Pontificium.

Dilecti filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Magno animi mœrore nos semper affecerunt tribulationes & calamitates, quas pro retinenda Catholica fide jugiter sustinuistis; sed cùm intelligamus omnia hoc tempore magis exacerbari, afflictio nostra mirum in modum aucta est. Accepimus namque compelli vos, gravissimis pœnis propositis, templa hæreticorum adire, cœtus eorum frequentare, concionibus illorum interesse: profectò credimus proculdubio eos, qui tanta constantia atque fortitudine atrocissimas persequutiones, infinitas propemodum miserias hactenus perpessi sunt, ut immaculatè ambularent in lege Domini, numquam commissuros esse, ut coinqui-

nentur

(a) *Idem ex aliis formulæ verbis.* (b) *Omnes Christiani etiam Reges subditi sunt B. Petri successoribus.* (c) *Juram. Angliæ negat potestatem solvendi in summo Pontifice.* (d) *Ex formula Juram. de Primatu Regis Ecclesiastico, negari Pontificis Primatum convincitur.* (e) *Idem probatur ex ipsis verbis auctoris Apologiæ.*

nentur communione desertorum divinæ legis. Nihilominus zelo Pa
ficii nostri impulsi, & pro paterna sollicitudine, qua de salute anin
strarum assiduè laboramus: cogimur monere vos, atque obtestari, u
cto ad hæreticorum templa accedatis, aut eorum conciones audiatis
ipsis in ritibus communicetis, ne Dei iram incurratis. Non enim
hæc facere, sine detrimento divini cultus, ac vestræ salutis. Quem
etiam non potestis, absque evidentissima gravissimaque divini honor
obligare vos Juramento, quod similiter maximo cum cordis nostri
divimus propositum vobis fuisse præstandum, infrascripti tenoris,

*(a) Ego A. B. verè, & sincerè agnosco, profiteor, testificor, & declaro in conscientia mea, coram Deo & mundo, quòd supremus Dominus noster Rex Jacobus est legitimus & verus Rex hujus Regni, & omnium aliorum Majestatis suæ Dominiorum, & terrarum; & quòd Papa, nec per se ipsum, nec per ullam aliam auctoritatem Ecclesiæ, vel Sedis Romanæ, vel per ulla media cum quibuscumque aliis, aliquam potestatem, nec auctoritatem habeat Regem deponendi, vel aliquorum Majestatis suæ dominiorum vel regnorum disponendi, vel alicui Principi extraneo ipsum damnificare, aut terras suas invadere auctoritatem concedendi, vel ullos subditorum suorum ab eorum suæ Majestatis Obedientia, & subjectione exonerandi, aut ulli eorum licentiam dare, arma contra ipsum gerendi, tumultus seminandi, aut aliquam violentiam, aut damnum Majestatis suæ personæ, Statui, vel Regimini, vel aliquibus suis subditis, infra sua dominia offerendi. Item juro ex corde, quòd non obstante aliqua declaratione vel sententia excommunicationis, aut deprivationis facta, vel concessa, aut facienda, vel concedenda per Papam, vel successores suos, vel per quamcumque auctoritatem derivatam, aut derivari pretensam ab illo, seu à sua Sede contra dictum Regem, heredes aut successores suos, vel quacumque absolutione dictorum subditorum ab eorum obedientia; fidelitatem tamen, & veram obedientiam suæ Majestati, hæredibus, & successoribus suis præstabo, ipsumque & ipsos totis meis viribus, contra omnes conspirationes, & attentata quæcu
tra personam illius vel illorum, eorumque c
gnitatem, ratione vel colore alicujus sentent
tionis, aut aliàs facta fuerit, defendam: on
impendam revelare, & Majestati suæ, hære
soribus suis, manifestum facere omnes prodit
torias conspirationes, quæ contra illum, aut
ad notitiam, vel auditum meum pervenerin.*

*Præterea juro, quòd ex corde abhorreo,
juro, tamquam impiam & hæreticam ha
propositionem, Quòd Principes per Papam
vel deprivati, possint per suos subditos, v
que deponi & occidi.*

*Et ulteriùs, credo, & in conscientia me
nec Papa, nec alius quicumque, potestat
hoc Juramento, aut aliqua ejus parte ab
Juramentum agnosco recta, ac plena aucto
hi legitimè ministratum, omnibusque indu
pensationibus in contrarium renuncio. Hæc
ac sincerè agnosco, & juro juxta expressa
prolata, & juxta planum, ac communem
tellectum eorundem verborum, absque ul
aut mentali evasione, vel secreta reservati
Hancque recognitionem, & agnitionem,
voluntariè & verè, in vera fide Christia
Deus adjuvet.*

(*b*) Quæ cùm ita sint, vobis, ex verbis ipsis perspicuum esse de
hujusmodi Juramentum, salva fide Catholica, & salute animarum
præstari non potest, cùm multa contineat, quæ fidei, & saluti ape
santur. Propterea admonemus vos, ut ab hoc, atque similibus Juram
standis omnino caveatis, quod quidem eò acriùs exigimus à vobis, q
ti vestræ fidei constantiam, quæ tamquam aurum in fornace, perpe
lationis igne probata est, pro comperto habemus, vos alacri anim
esse quæcumque atrociora tormenta, ac mortem denique ipsam con
petituros, potiùs quàm Dei Majestatem ulla in re lædatis. Et fidu
confirmatur ex his, quæ quotidie nobis afferuntur de egregia virtute
titudine, quæ non secus ac in Ecclesiæ primordiis resplendet novis
temporibus in Martyribus vestris.

State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam j
mentes scutum fidei: confortamini in Domino, & in potentia virtuti
quicquam vos detineat. Ipse autem, qui coronaturus vos, certamin
cœlo intuetur, bonum opus, quod in vobis cœpit, perficiet. Nostis q
pulis suis pollicitus est, se numquam relicturum esse eos orphanos: fi
est qui repromisit. Retinete igitur disciplinam ejus, hoc est, radic
dati in charitate; quicquid agitis, quicquid conamini, in simplicit
& unitate spiritus, sine murmuratione, aut hæsitatione unanimes fac

(a) *Formula Juramenti fidelitatis.* (b) *Juramenti damnatio.*

dem in hoc cognoscunt omnes, quia discipuli Christi sumus, si dilectionem ad invicem habuerimus. Quæ quidem charitas, cùm sit omnibus Christi fidelibus maximè appetenda; vobis certè, dilectissimi filii, prorsus necessaria est. Hac enim vestra charitate diaboli potentia infringitur, qui nunc adversus vos tantopere insurgit, cùm ipsa contentionibus, atque dissidiis nostrorum filiorum præcipuè nitatur.

Hortamur itaque vos per viscera Domini JESU CHRISTI, cujus charitate è faucibus æternæ mortis erepti sumus, ut ante omnia, mutuam inter vos charitatem habeatis. Præscripsit sanè vobis præcepra maximè utilia, de fraterna charitate vicissim exercenda, fœlicis recordationis Clemens Papa VIII. suis literis in forma Brevis ad dilectum filium Magistrum Georgium Archipresbyterum Regni Angliæ, datis die quinta mensis Octobris 1603. ea igitur diligenter exequimini, & ne ulla difficultate, aut ambiguitate remoremini, præcipimus vobis, ut illarum literarum verba adamussim servetis, & simpliciter prout sonant & jacent, accipiatis, & intelligatis, sublata omni facultate aliter illa interpretandi. Interim nos numquam cessabimus Deum Patrem misericordiarum precari, ut afflictiones, & labores vestros clementer respiciat, ac vos continua protectione custodiat atque defendat, quos Apostolica benedictione nostra clementer impertimur. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo piscatoris decimo Kalend. Octob. MDCVI. Pontificatus nostri anno secundo.

VEnio nunc ad singulas Apologiæ partes summa brevitate discutiendas. Orditur Auctor à deploratione horrendæ conspirationis in Regem: ad quales conspirationes deinceps avertendas, Juramentum propositum esse dicit. Hoc loco monendus est Auctor, vel potiùs ipse Rex serenissimus, ad conspirationes ejusmodi præcavendas, parum præsidii in Juramentis, (a) multum autem in benevolentia populorum positum esse: qui enim non timent tam atrox parricidium perpetrare; neque timebunt jurisjurandi Religionem contemnere. Exemplo nobis sunt plurimi Reges, nec pauciores Cæsares, ab iis militibus cæsi, qui eis fidelitatem sanctissimè juraverant. Contrà autem scimus, Augustum, Vespasianum, Trajanum, Antoninum, Constantium, & filium Constantinum, & alios permultos, benevolentia subditorum tutissimos semper fuisse. Refert Tacitus lib. 15. Annalium, cùm Subrius Flavius, unus ex conjuratis, à Nerone interrogaretur, quibus ex causis ad oblivionem Juramenti processisset; respondisse eum: Oderam te, nec quisquam tibi fidelior fuit, dum amari meruisti, ubi satis declaravit; eum, qui amari dignus est, etiam sine juramento securum esse de fide subditorum: qui verò odio habetur, nullo Juramento satis tegi posse.

Quare si Rex securè regnare, & vitæ suæ, ac suorum consulere cupit, sinat Catholicos frui antiqua possessione Religionis suæ: quam religionem à parentibus, avis, & proavis, per multa sæcula in Angliam cultam negare non potest. Non cogat professores veteris fidei, quam à Magno Gregorio se accepisse meritò gloriantur, ad novas suscipiendas Sectariorum opiniones: & continuò pericula omnia, timoresque cessabunt. Non excuso factum, odi parricidia, execror conspirationes; sed occasionem desperandi datam nemo inficiari potest. (b) Speraverant enim Catholici, ut hic ipse Auctor Apologiæ fatetur, sub novo Principe, qui clementiæ laude semper floruerat, & quem ipsi quoque Catholici Magna alacritate susceperant, se aliquantulum à persequutione tam diuturna respiraturos, & eam fidem, & Religionem liberè retenturos, quam Mater ipsa Regis, & omnes ejus majores piè coluerant; sed ubi viderunt confirmari crudelia Edicta Elizabethæ Reginæ, & recusantibus adire templa hæreticorum gravissimas pecuniarias mulctas imponi, seque paulatim accusationis prætextu opibus omnibus spoliari: nonnulli eorum minùs patientes injuriarum, in desperationem acti, moliti sunt, quod nos vobiscum pariter deploramus.

Deinde pag. 3. 4. & 5. iterum atque iterum repetit, atque inculcat, Juramentum propositum à Rege fuisse, ut internosceret inter fideles subditos, & perfidos proditores, & ideò Jeramentum fidelitatis meritò appellandum esse, quo nihil aliud quæratur, nisi, ut debita obedientia Regi præstetur; sed per sinistram interpretationem summi Pontificis, qua per Breve suum prohibuit Juramentum suscipi, quasi fidei Catholicæ contrarium, factum esse, ut miseri Catholici, aut cum discrimine vitæ, & jactura fortunarum fidelitati erga Principem renuncient, aut cum Catholicæ fidei detrimento, animarum suarum salutem in periculum adducant. At nos paulò ante docuimus, (c) Juramentum propositum sub colore fidelitatis ad Regem, abnegationem Primatus Apostolici continere; neque ad hoc demonstrandum multis argumentis egemus, cùm ipsum Regis Edictum, in quo Juramenti hujus forma præscribitur, fraudes omnes apertissimè detegat. Nam, ut supra notavimus, titulus Edicti est, *Ad detegendos, & reprimendos Papistas*. Et in eodem Edicto propè finem, nisi fortè nos translatio fallat, duorum Juramentorum fit mentio, quorum alterum est de Primatu Regis in spiritualibus: alterum contra

(a) *Benevolentia populorum magna est securitas Principum.* (b) *Occasio conspirationis in Anglia quibusdam quomodo data.* (c) *Juram. Angli causam non petit meram civilem obedientiam.*

contra potestatem Pontificis in Principes Christianos, Juramentum solius fidelitatis ne nominatur quidem. Parum autem interest, utrum auctor Apologiæ velit, Juramentum, de quo nunc agimus, esse Juramentum de Primatu Regis in spiritualibus, an Juramentum contra potestatem Pontificis in Principes Christianos: utrumque enim apud veros Catholicos fidei Christianæ repugnat, prius enim Juramentum tribuit spiritualem Primatum ei, cui secundùm Scripturas sanctas minimè debetur, posterius verò detrahit eundem Primatum ab eo, cui secundùm easdem Scripturas omni jure debetur. Christus enim, ut supra diximus, Pastorem universi gregis sui, non Regem aliquem, sed Apostolum Petrum esse jussit: proinde, qui B. Petro succedunt, non qui Regibus succedunt, Primatum super Christianos obtinent: & si Reges Christiani sunt, dubium esse non potest, quin Apostoli Petri successores super illos etiam pastoralem habeant potestatem. Non ergo Breve Apostolicum sinistrè interpretando Juramentum, causa est mortis temporalis fidelibus Anglis; sed Juramentum aptè ad decipiendum compositum, causa est iisdem Anglis mortis sempiternæ.

Pag. 6. pergit auctor Apologiæ, ac dicit, Summum Pontificem contra bonos mores, & consuetudinem Principum Christianorum vehementer peccasse, quòd Regem in dicta causa condemnaverit, partim annumerando cum persecutoribus, partim severè imperando, ut Catholici ab hoc Sacramento abstineant, quod dum detrectant, fidelitatem suam profiteri recusant. Quòd autem Pontifex in his duabus rebus peccaverit, probare se existimavit auctor insolubili argumento, dum ait, *Si Pontifex existimavit se Regis esse Judicem competentem, cur non auditum damnavit? sin autem Pontifici nihil cum Rege negotii est, cur falcem suam immisit in messem alienam?* Sed quamquam Christi Vicarius, si Pater, & Rector est, ut verissimè est Ecclesiæ universæ; Judex etiam competens est omnium Christianorum, ac per hoc etiam Regum, ut Christiani sunt: tamen si propriè loqui velimus, (a) summus Pontifex Paulus V. non de persona Regis, sed de Juramento judicavit, quando autem quæstio est, utrum aliquod Juramentum licitum sit, an illicitum; nemo Judex magis competens fingi potest ipso summo Pontifice, quoniam agitur de re sacra, de re spirituali, de re, quæ ad salutem vel perniciem animæ pertinet. Itaque summus Pontifex, cùm à Juramento, quod noxium animis fidelium judicavit, subditos suos absterruit; id fecit quod pastor facit, cùm oviculas suas arcet à pabulo venenato. Et quemadmodum pastor non judicat neque punit terram, quæ pabulum mortiferum protulit; sed ovibus suis consulit, dum eas ab ejusmodi pabulo removet: sic summus Pontifex non Regem propriè judicavit, vel damnavit, sed Catholicos suos admonuit, Juramentum propositum non posse tuta conscientia suscipi. Frustra igitur auctor Apologiæ clamat Regem in dicta causa condemnatum: ineptum quoque dilemma sibi fingit, cùm non de damnatione Regis, sed de Juramenti reprehensione agatur.

At, inquiet, si Juramentum reprehenditur, consequenter reprehenditur is, qui Juramentum suscipi jussit. Respondeo, negari non potest, quin reprehensio Juramenti aliquo modo ad eum pertineat, qui Juramentum præscripsit: (b) sed aliud est reprehendere opus alicujus hominis, aliud hominem ipsum in judicium propter opus illud vocare: Nam fieri

potest, ut opus non placeat, & tame
juridicè discutiendo, & damnando abs
igitur summus Pontifex Juramentum rep
Regis personam non attigit, neque opu
sam diceret, qui in jus vocatus non fu

At, inquit, in eo peccavit Pontifex
gem persecutoribus annumeravit, dum a
pro recusatione Juramenti suscipiendum
suos hortatus est. Respondeo, (c) non
Pontifex Regem inter persecutores abs
ejus arbitrio reliquit, velletne acquies
& à Juramento illicito obtrudendo ce
pacificus haberi; an potiùs vellet con
sævire, & persecutor sanctorum Martyr

At saltem in eo Pontifex peccavit
mentum fidelitatis prohibendo, effecit,
bitam obedientiam Regi suo non exh
pondeo, (d) si Juramentum solius fic
neque aliud requireret, nisi ut subditi
Catholici, Regi subjecti essent, in ii
bus, quæ contra fidem Catholicam, a
Deo, & summo Pontifici debitam nc
mo Juramentum reprehenderet, nequ
Brevibus Apostolicis populum Cathol
ri. Nam & Clemens VIII. sanctæ me
fex, & hic ipse Paulus V. ejus in A
successor, non semel per literas Cath
admonuerunt, ut Regi obedientiam,
secundùm Scripturas sanctas debetur,
exhiberent, & à tumultibus, & sedi
no caverent. Sed ubi vidit Juramen
licis peti, in quo per speciem civilis
dei Catholicæ abnegatio petebatur,
ut caverent insidias, & memores ess
dicti: *Obedire oportet magis Deo, qu*
Actor. 5.

Pag. 7. confert auctor Apologiæ Bu
versus Elizabetham, cum Brevi Pauli V
hil ferè interesse inter Bullam Pii V. q
nominatim excommunicavit, & Breve
Juramentum fidelitatis à Catholicis su
ille enim populos ab obedientia Regin
obedientiam Regi præstari vetuit.

Omitto convicia, vel blasphemias
V. Pontificem sanctum, ac de Dei
meritum, neque enim ad convicia,
ciantibus nocent, sed ad rationes, & a
minus peritis, aut parum attentis noc
pondendum esse putavimus. (e) Ho
inter severitatem, qua utendum esse P
sta causa censuit, & lenitatem, quam
causa adhibere placuit Paulo: quòd ille
dudum propter hæresim excommunica
generatum, iterum nominatim excom
excommunicatam declaravit: & quo
communicatis nominatim & publicè d
cet conversari, ac secundùm Ecclesia
ges, ejusmodi vitandi sunt, ideò Pius V
tholicum ab obedientia Reginæ ad e
communicatæ, & declaratæ, justissu
liberavit: tali enim severitate utendu
illa suaserunt. Paulus verò V. experir
dicamenta mitiora fortasse magis pro
rim cùm agendum esset cum Rege ma
atque doctrinæ, & cujus parentes C
fuerunt: non judicavit hoc tempore e
nominatim excommunicaretur, vel
publicè declararetur: ac per hoc no

(a) *Paulus V. propriè non de persona Regis Angliæ judicavit; sed de juramento, utrum liceat.* (b) *Opus reprehendere, non*
in judicium vocare. (c) *Regis in arbitrio fuit à juram. cessare, vel illud urgendo Martyrum persecutor nominari.* (
dientiam nusquam prohibent. (e) *Discrimen inter Bullam Pii V. & Breve Pauli V.*

solvit populos ab obedientia, quod fecerat Pius, sed neque vetuit, ut Regi obedientia in rebus temporalibus præstaretur, ut falsò auctor Apologiæ affirmat. At prohibuit suscipi Juramentum fidelitatis. (a) Nego prohibuisse suscipi Juramentum cujuscumque fidelitatis, sed ejus solius, quæ cum infidelitate conjuncta esset. Cùm enim Christiani fidelitatem debeant non solùm Regi terreno, sed etiam Principi spirituali, qualis est Christi in terris Vicarius: nullo modo licet Christiano viro, ita jurare Principi terreno fidelitatem, ut simul juret se Principi spirituali minimè pariturum, etiam in iis rebus, quæ propriè ad ipsius pertinent potestatem. Quoniam igitur Juramentum Catholicis propositum suscipi non poterat, sine abjuratione Pontificiæ potestatis, idcircò rectè summus Pontifex Juramentum illud suscipiendum non esse censuit; tantumque interest inter Bullam Pii V. & Breve Pauli V. quantum inter cauterium ignis, aut venæ incisionem, & unctionem olei, aut dulcis pharmaci potionem.

Pag. 8. rursum auctor Apologiæ Pontificem carpit, Quòd si Regem respicias imprudenter, si Catholicus injuriosè se gesserit. *Imprudentia*, inquit, *est respecta Regis, quòd partitim & minutatim Juramentum non refutaverit; vel quod verbulum, qua sententiola, vel quidquid id est criminis, cujus Juramentum insimulat, nullo detexit indicio*. Nolo in nugis tempus consumere, ea de causa non discutio improprietates vocabulorum, & lutulentam orationem hujus interpretis. Illud unum respondeo, (b) Pontificis Maximi propositum non fuisse librum refutationis conscribere, ideò necesse non fuisse, ut Juramentum universum, vel partes ejus, argumentis, variis ex locis petitis confutaret. Epistolam scripsit, quæ vicem Edicti repræsentaret: tunc autem verè imprudens Princeps haberi deberet, si iniquam actionem prohibere se non posse crederet, nisi librum integrum Philosophorum more conscriberet. *At*, inquit, *si Pontifex notasset quid in Juramento displiceret, fortasse Rex partem illam Juramenti vel deleri passus fuisset, vel eam benigna interpretatione mollivisset*. Respondeo, non particulam aliquam Juramenti summo Pontifici displicuisse, sed ipsam Juramenti substantiam, ut sic loquar, finem ipsum, & quasi scopum, quò verba omnia diriguntur, quando autem sperandum erat, ut partem aliquam principalem hujus Juramenti deleri Rex ille pateretur, qui Juramentum alterum sub pœna capitis suscipi jussit de Primatu suo in spiritualibus? (c) Nam ab eo Juramento non soli Catholici, sed etiam Calvinistæ Puritani abhorrent, & tamen Rex partem ullam ejus Juramenti deleri, vel mitigari numquam pati voluit. Quod autem auctor Apologiæ adjungit de injustitia Pontificis in Catholicos, facilè refutari potest. *Injustitia*, inquit, *est*, *Catholicorum respecta: Nam si ita visum fuisset Majestati suæ, in Juramento quippiam vel mutari, vel interpretari, eo labore penitus sublevati fuissent Catholici, & exonerati illico: si secus, omnia Rex, ut erant, tenere velle, & nihil immutare, firmiter secum statuisset: tamen hoc inde lucri percipere potuissent Catholici, ut eorum renitentia, hac umbra, hoc veluti involucro posset obtegi, quod non tamquam claudicantes in fide sua erga Principem à Juramento abstinerent, sed tantùm ab anxietate, & scrupulis quibusdam perplexi, quibus tenera ipsorum conscientia torqueretur: quam anxietatem, ac teneritudinem Pontificia damnatio verborum quorundam in formula Juramenti, peperisset*: Hæc ille. Sed jam diximus nullam omnino spem haberi potuisse, ut partes illæ Juramenti tollerentur, quæ continent abnegationem fidei Catholicæ, de Primatu Ecclesiastico Romani Pontificis, quod si anxietas conscientiæ juvare posset Catholicos apud Regem, omnis jamdudum persecutio cessasset. (d) Scit enim Rex Catholicos Anglos, civilem obedientiam in ipsa ejus coronatione exhibuisse; neque Juramentum fidelitatis abhorrere, nisi ubi fides Catholica periclitatur.

Pag. 16. posteaquam Breve Pontificum cum Juramenti formula, à pagina 9. usque ad 15. integrè descripserat, aggreditur auctor Apologiæ refutationem Brevis; (e) Ac primò adscribit summo Pontifici crimen falsi, quia initio Brevis dicit, magno se mœrore affici, ob tribulationes, & calamitates, quas pro retinenda fide Catholica, Catholici in Anglia patiuntur. Ut autem falsitatis Pontificem omnino convincat, orditur ab ingenti clementia Elizabethæ Reginæ, quam à clementia Regis Jacobi longè superatam affirmat. *Hic*, inquit, *Pontifex dolorem, & magnum animi sui mœrorem exprimit, propter tribulationes & calamitates, quas pro retinenda fide Catholica jugiter sustinent filii sui. Ubi præter crimen falsi, quod in serenissimi Domini nostri Regis contumeliam tantopere redundat; dissimulare non possum, sed ut res postulat, palàm profiteor, & quod certò scio præ me fero, Reginam Elizabetham neminem ex Pontificiis, religionis causa, in judicium vocasse, neminem ad supplicium condemnasse, antequam eorum scelera & flagitia, veluti invita Regina, pœnas quas pertulerant, ei extorquerent: quod cuivis æquo rerum æstimatori, & actiones ipsas cum eorum circumstantiis prudenter pensiculanti manifestum fiet*. Hæc ille, qui posteaquam eadem fœlicitate scribendi, multa similia repetens, & inculcans, defunctæ Reginæ Manibus, ut ipse loquitur, parentasset; vel, ut Anglicana editio significare videtur, sacrificium obtulisset: transit ad Regem, atque ait, *Non possum sanè non confiteri, pro amore, quo in veritatem feror, quod qualiscumque fuerit Reginæ laus, à clementia in Pontificios, quæ fuit amplissima; tamen ea mansuetudinis, ac pietatis in eosdem exempla, quæ conspeximus in serenissimo Rege, longo præteritam Reginæ mansuetudinem superarint intervallo &c.* Dabit hoc loco nobis veniam auctor Apologiæ, ut sicut ipse sibi licere existimavit, criminis falsi Christum Domini, idest Pontificem Maximum, sine ullo veritatis colore accusare; ita nobis vicissim liceat, mendacia sua in ipsum verè regerere. Principio, non scripsit Pontifex, se mœrore affici ob calamitates, quas tempore Reginæ Elizabethæ, aut initio Regni Jacobi Regis in Anglia, pro retinenda orthodoxa fide Catholici patiebantur: sed ob calamitates, quas hoc tempore patiuntur. Ergo, ut criminis falsi ne leve quidem vestigium in ipso Pontificio Brevi adhæreat; satis est si probemus, ingentes ærumnas propter Religionem ferre coactos esse Catholicos anno Domini 1606. quo tempore Breve Apostolicum scribebatur. (f) Hoc autem ipso anno scimus duo Edicta in Anglia promulgata ejusmodi, ut vel sola sufficiant, ad omnia hujus Apologiæ coarguenda mendacia. Edicti prioris summa hæc est: titulus ut supra admonui est.

Ad detegendos, & reprimendos recusantes Papistas. In primo articulo confirmantur leges Elizabethæ, adversus Catholicos jam olim stabilitæ. In 2. jubetur, ut Præfecti locorum inquirant in Catholicos omnis ordinis & ætatis, qui templa hæreticorum adire recusant: imposita mulcta viginti florenorum, si negligentes in Catholicis perquirendis extiterint. In 3. statuitur, ut acriter puniantur Catholici, qui communionem, seu cœnam hæreticorum more, sumere recusaverint. In 4. sancitur, ut qui recusaverit sacris hæreti-

(a) *Paulus V. prohibuit suscipi juram. infidel.* (b) *Edicta non solent rationibus comprobari.* (c) *Etiam Calvinistæ Puritani respuunt jurament. de Primatu Regis in spiritualibus.* (d) *Catholici Angli civilem obedientiam professi sunt in coronatione Regis.* (e) *Num falsum sit Catholicos in Anglia religionis causa persecutionem non sustinere.* (f) *Leges à Rege Jacobo in Catholicos latæ.*

hæreticorum interesse, si convictus in judicio fuerit, solvat in menses singulos florenos ducentos. In 5. statuitur, mulctam ducentorum florenorum in singulos menses (quæ ab Elizabetha constituta fuerat, in recusantes adire templa hæreticorum) leve onus esse copiosis hominibus, ideò additur, ut Rex invadat duas tertias partes bonorum omnium, tertia parte sola relicta ejusmodi recusantibus. In 6. statuitur, ut qui recusaverit cœnam Calvinisticam sumere, solvat primo anno florenos ducentos, secundo quadringentos, tertio sexcentos. In 7. additur, ut qui templa hæreticorum frequentare cœperat, & postea relabitur in crimen non frequentandi, solvat statim florenos sexcentos. In 8. decernitur, ut qui recusant Juramentum illud suscipere, de quo nunc agimus, conjiciantur in carcerem sicariorum atque latronum. In 9. additur, ut eidem in carceribus detento, proponatur iterum Juramentum: quod si recusaverit, amittat omnia bona, & carceri perpetuo mancipetur. In 10. additur, ut si tertia vice propositum sibi Juramentum recusaverit, capitis vitæque dispendium patiatur. In 11. declaratur, ut tabulæ illæ, in quibus aliquis accusatus reperitur, quòd à templis hæreticorum abfuerit, vim suam obtineant, non obstante quocumque errore, qui in accusatione formanda, aliterve contigerit. In 12. statuitur, ut qui Principibus externis militare voluerit, is priùs Juramentum præfatum præstet, alioqui perduellis habebitur. In 13. statuitur, ut nobilis qui in externis regionibus servire voluerit, cum duobus fidejussoribus Regi se obliget sub pœna ducentorum florenorum, quòd nullo unquam tempore Romano Pontifici reconciliabitur: quam cautionem nisi proficiscens dederit, reus mortis erit. In 14. statuitur, ut qui post decimum diem Junii hujus anni 1606. subditum aliquem Regis Anglorum ad fidem Romanæ Ecclesiæ pertrahet, aut pertrahere conabitur; is perduellionis, & læsæ Majestatis reus habeatur, & re ipsa pœnam illam subeat, nisi in Angliam revertatur, & intra sex dies à reditu crimen confessus, duo Juramenta suscipiat; unum de Primatu Regis in spiritualibus, alterum contra potestatem Papæ in Principes Christianos.

Hæc videlicet est incredibilis illa clementia Regis in Catholicos, ob quam summus Pontifex crimen falsi incurrit, quòd scripserit, se non levi dolore affici, ob calamitates, quas Catholici pro fide orthodoxa retinenda tolerare coguntur. Quæ major calamitas excogitari potest, quam propter vitanda sacra sacrilega, opibus spoliari; pro recusando Juramento perfidiæ, carceri perpetuo mancipari; pro exhortatione ad Catholicam fidem, quasi Majestatis reum morte mulctari? & si nihil, nisi civilem obedientiam Rex requirit, neque aliquid molitur conscientiæ causa; cur Archipresbyter, & alii, qui civilem obedientiam suscepto Juramento professi sunt, adhuc carceribus detinentur?

Sed volo ipsum etiam Apologiæ auctorem, velit nolit, adigere, ut pro hac veritate testimonium dicat. Ipse igitur in hoc libro suo pag. 20. extollens Principis mansuetudinem, sic ait: (a) *Gratioso Edicto permissum est sacerdotibus omnibus, non comprehensis, & tum extra custodiam degentibus, intra certum, & constitutum diem è Regno migrare.* Admiranda profectò gratia, exilium permittere sacerdotibus, qui comprehendi, quamvis diu quæsiti, nequiverant. Si tibi exilium gratia videtur, quo nomine vera supplicia appellabis? An non est magna calamitas, si cogatis pœnas graviores exilio prævenire?

At, inquies, Edicta ista edita sunt pol
nem detectam. Verum est, sed non pert
niendos Proditores, (b) sed ad Cathol
religionis causa, divexandos. Sed præter
jurationem illam conceptam in ipso prin
gni, & primo Parlamento confirmavit o
Reginæ, eaque non parùm auxit. At ip
gina Edicta illa edidit exacerbata ob ex
tionis sententiam in se à Pio V. latam. I
tea, nam anno Domini 1558. in primo
no, diu ante Pii V. Pontificatum, Juram
tis suis suscipiendum proposuit de Primat
siastico, idest, de nova hæresi ab Henric
excogitata, pœna autem recusantis Jura
ma vice fuit amissio bonorum, carcerqu
altera vice, pœna capitis, quam perdu
coguntur. Refert Nicolaus Sanderus lib.
te Anglicano hoc totum: & quæ vidit,
rerfuit scripsit. Anno sequenti, idest
facientibus, vel audientibus, aliudve qu
ficium Ecclesiasticum, ritu veteri procu
cramentumque aliquod Romano more
bus, gravis indicitur mulcta; nimirum p
centorum aureorum, aut carceris ad se
cunda vice quadringentorum aureorum
ad annum: (c) tertia vice omnium
perpetuorum carcerum, secundùm qua
in carceres conjecti sunt Episcopi plur
nomina idem Sanderus describit in eo
Schismate Anglicano, quibus addit lib
Monarchia ad annum Domini 1560. pe
nobiles laicos eadem de causa carceri
tos, qui omnes vel in carcere, vel in
sunt. Et tamen Auctor Apologiæ dic
certò scire, Elizabetham Reginam ne
nis causa in judicium vocasse, neminem
Item ante sententiam Pii V. palàm esse,
gina Elizabetha graviorem mulctam
positam, neque severiores leges, aut ul
pœnam in Catholicos constitutam. Q
nullum Catholicum Regina, religionis
in judicium, nullumque damnavit; si
totque laicos illustres, ea solùm de ca
inclusit, quòd ipsam caput Ecclesiæ a
sarent? Non est fortasse causa Religion
gimen Ecclesiasticum, idque supremu
Pontifice ad Regem terrenum, immò e
nam transferri possit? aut non est grav
cari & damnari exilio, aut carceri perp
ri? Quomodo etiam ante sententiam
graviorem mulctam Catholicis Regina
que ullas severiores leges tulit, neque
pœnam constituit; si anno 1558. idest
ante Pii V. Pontificatum, legem tulit
Primatus sui in spiritualibus, ab Epis
suscipiendo, & prima vice recusant
bonorum, & carceris perpetui: secu
duellium pœnam constituit, & anno se
las & mulctas instituit in Catholicos,
tholicæ exercitia usurpantes, quas sup
sed nimirum Auctor Apologiæ, vel n
gisse nos de rebus Anglicis, vel obl
eorum, quæ de persequutione Anglic
stres Scriptores literis mandaverunt
posteritatis sempiternam. Omitto de
ma Edicta, quæ variis temporibus
versus Catholicos, solius Religioni
mulgavit, quæ omnia Jacobus Re

(a) *Sacerdotibus in Anglia diu ad carceres, & mortem quæsitis, nec inventis, gratia fit ut exulent.* (b) *Ante conjuratione no sui Regni Jacobus vexavit Catholicos.* (c) *Quid sub Elizabetha sunt passi Catholici, & quæ sub Jacobo.*

& quibus non pauca addidit, quæ typis mandata palam cerni possunt,

Pergit deinde Auctor Apologiæ pag. 22. ac dicit: Pontificem injustè in suo Brevi prohibuisse subditis Regiæ Majestatis, quò minus de obedientia sua erga ipsum profiteantur, sed ubi hæc prohibitio in Brevi Pontificio habeatur, non dicit, neque dicere potest: cùm nulla talis prohibitio usquam in ipso Brevi legatur: proinde hoc inter falsa, quibus Apologia plenissima est, referatur: subjicit continuo, & ad verbum refert verba illa Brevis: Perspicuum esse debet omnibus Catholicis, quòd hujusmodi Juramentum, salva fide Catholica, & salute animarum suarum præstari non possit, cùm multa contineat, quæ saluti & fidei apertè adversantur. His paucis recitatis, ait, *Huc vetus dictum quadrat, quod de Philosopho circumfertur,* (a) *Multa dicit, sed pauca probat: immò verò nihil omnino probat.* At jam supra respondi, in Brevi Pontificio, non theologicam disputationem, sed paternam ac brevem admonitionem contineri, ubi nihil necesse sit probationes adjungi, sed bene habet quòd hæreticus de Vicario Christi dicit, quod de ipso Christo paganum dixisse constat. Certè (b) Galenus in lib. 3. de differentiis pulsuum cap. 4. scripsit, Christum multa dixisse, sed nihil demonstrasse, quod idem de eodem Domino & Salvatore nostro Averroem dicere solitum ferunt: ac ne ipse eodem vitio laborare videatur, ut multa dicat, & nihil probet, supra scripta verba Brevis Apostolici, hac insolubili argumentatione confutat. *Nam,* inquit, *quomodo professio fidelitatis erga Principem in subditis, possit è regione religioni, & saluti animarum adversari, tam longè excedit meam Theologiam, quantulacumque illa sit, ut prorsus novam, & exoticam planè assertionem esse, non possim quin existimem: nec ex ejus ore proferendam, qui se universalem Episcopum, & Christianarum animarum œcumenicum Pastorem satis insulsè venditat:* Hæc ille. Cujus convicia, & sermonis barbariem sciens prætereo. Illud affirmo, Auctorem Apologiæ sibi fingere propositiones, quas oppugnet; & ex iis, quasi in ipso Brevi apertè continerentur, argumenta conficere: proinde argumentationem ejus, non Theologiæ, sed Dialecticæ terminos omnes ac leges excedere. (c) Assumit enim Brevi Pontificio prohiberi professionem fidelitatis erga Principes, quasi ea cum Religione & animarum salute pugnaret: At nihil ejusmodi habetur in Apostolico Brevi; quid autem sit in Regio Juramento, quod cum Religione, & salute animarum pugnet, & propter quod ab ejusmodi Juramento abstinendum esse summus Pontifex censeat, & moneat, à nobis est paulò ante demonstratum. Ostendimus enim, eo Juramento negari potestatem Apostolicam, tum alligandi, tum absolvendi; ac per hoc, negari fidem Catholicam, sine qua salus æterna obtineri non potest; & per hujusmodi Juramentum, non tam jurari fidelitatem ad Regem, quàm abjurari fidelitatem ad Christi Vicarium.

Quocirca testimonia Scripturæ divinæ quæ Apologiæ Auctor statim adjungit, non probant falsum esse quod Pontifex scripsit, sed quod ipse sibi Apologiæ auctor finxit. Scriptum, inquit, est Josue 1. quemadmodum Moysi obedivimus in omnibus, ita & tibi obediemus. Sic Propheta Hieremias cap. 27. Hortatus est populum, ut auscultarent Regi Babel, dicens: Submittite colla vestra subter jugum Regis Babylonis, eique & populo ejus servire. Similiter Israelitæ se gesserunt apud Pharaonem, cui etiam supplicarunt Exod. 5. Ut veniam daret liberè discedendi. Similiter apud Cyrum Esdr. 1. à quo impetrarunt veniam reditus, ædificandi templi gratia. Denique Apostolus ad Rom. 13. Omnes mortales hortatus est, ut subjecti essent propter conscientiam.

Ad hæc omnia testimonia brevissimè respondemus. (d) His testimoniis probari obedientiam ad Principes etiam paganos, quando ea non est contraria obedientiæ ad Deum; quod nos libentissimè confitemur, sed non probari obediendum esse Regibus etiam Christianis, quando jubent fieri quod non licet Christianis, quam responsionem rejicere non potest Auctor Apologiæ qui pag. 24. allegat sanctum Augustinum tract. in Psal. 125. ita dicentem: *Milites Christiani servierunt Imperatori infideli; ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum, qui in cælis erat: quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent; præponebant illi Deum.* Sic igitur & nos Catholicos Anglos admonemus, ut Regi terreno serviant, atque obediant, dum non jubet quæ displiceant Regi cœlesti. Displicet autem Regi cœlesti, ut potestas Vicarii sui, quem reliquit in terris, & quem constituit super familiam suam, vel penitus abnegetur, vel in alium transferatur.

Pergit deinde pag. 24. & 25. (e) & profert testimonium Augustini, Tertulliani, Justini, Ambrosii, Optati, & Gregorii, quibus probatur, quod nos minimè negamus deberi Principibus etiam infidelibus obedientiam à subditis fidelibus, sed verba S. Gregorii ex libro Epistolarum, epist. 61. præcipuè notanda & observanda, & cum Brevi Pauli V. Pontificis comparanda censuit; quòd videlicet Gregorius Mauritio Imperatori subjectum se fatebatur, eique obediebat: Paulus autem subditos Regis, ne civilem quidem, & licitam obedientiam, Principi suo exhibere permittit. Sed quod attinet ad S. Gregorium, ipse idem in Commentario Psal. 101. testatur (f) Mauritium Tyrannum potius, quàm Imperatorem fuisse, quales antea fuerant Diocletianus, & Nero, quibus, vellent nollent, ipsi etiam summi Pontifices subjecti esse cogebantur. Quòd autem Paulus V. à civili obedientia subditos Regis averterit, in Brevi ejus ad verbum, in hoc ipso libro exposito, nusquam legitur, summa enim totius Brevis est, ut Christiani Catholici potestatem Christi Vicarii, fidemque Catholicam non abjurent: quæ certè abjuratio, neque civilis, neque licita est.

Transit Auctor Apologiæ pag. 26. & 27. à Patribus (g) ad Concilia: neque contentus est demonstrare civilem obedientiam Regibus à subditis deberi: sed addit, tota etiam Episcoporum Concilia Regibus fuisse subjecta. Ac primo loco adducit Concilium Arelatense, Caroli Magni temporibus celebratum, cujus hæc sunt verba in ultimo canone: *Hæc igitur Domino Imperatori præsentanda decrevimus, poscentes ejus clementiam, ut si quid hic minus est, ejus prudentia suppleatur, si quid secus quàm ratio habeat, ejus judicio emendetur, si quid rationabiliter taxatum est, ejus adjutorio, divina opitulante clementia, perficiatur.* Respondeo (h) Episcopos, Concilii Arelatensis, Carolo ipso petente, non solùm de negotiis Ecclesiasticis, sed etiam de politicis in eo conventu egisse: permulta in communi quoque de clericis, & laicis statuisse, quæ sine Imperatoris providentia executioni mandari non poterant. Extant in eo Concilio Canones quartus & quintus, quibus abusus laicorum reformantur, qui acceptis muneribus, Presbyteros in Parochiis constitutos amovere, & eorum loco alios introducere tentabant. Extant Canones, duodecimus, & decimustertius, de

pace

(a) *Dictum impium Galeni, & Averrois de Christo.* (b) *Apologiæ auctor loquitur de Pont. Max. sicut olim Ethnici de Christo.* (c) *Adversarius fingit quod oppugnet.* (d) *Scripturæ testimonia non spiritualem sed civilem obedientiam erga Reges docent.* (e) *Idem Sancti Patres affirmant.* (f) *Quomodo Pontifices paruerint quibusdam Tyrannis.* (g) *An Concilia subsint Imperatoribus, & Regibus.* (h) *Quare Patres Concilii Arelat. Imperatoris auctoritate indiguerint.*

pace inter Episcopos, & Comites, & ut Comites & Judices obedientes sint Episcopo, & invicem consentiant ad justitias faciendas, & munera pro judicio non accipiant. Extat canon quintusdecimus, ut pondera, & mensuræ ubique æqualia sint. Item Canon vigesimustertius, ne Comites, vel Vicarii, seu Judices, vel Centenarii, sub mala occasione, vel ingenio, res pauperum emant, vel per vim tollant, aut quolibet argumento surripiant: sed si cui aliquid possessionum emendum, aut vendendum sit, id in publico coram Comite, & Judicibus, & nobilibus civitatis facere debebit. De his igitur & similibus Patres loquuntur, cùm Imperatorem rogant, ut si quid minus est in his Decretis, ejus prudentia suppleatur; si quid secus quàm ratio habeat, ejus judicio emendetur; si quid rationabiliter taxatum est, ejus adjutorio perficiatur.

Addit deinde Auctor Apologiæ, Concilia quoque Francfordiense, Arelatense, Turonense, Cabilonense, Moguntinum, ac Rhemense, penitus sese Carolo tradidisse: Generalia verò Concilia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense Imperatoris pietati & providentiæ sese in omnibus submisisse. Piguit verò illum non solùm Conciliorum verba referre, sed etiam loca notare. Neque ex tot Conciliis aliud in specie allegavit, nisi ex Epistola Concilii Ephesini ad Augustos pauca quædam verba, quibus Episcopi se ab Imperatore convocatos testantur, & ab eo petunt, ut quæ gesta sunt contra Nestorium, robur suum habeant.

Ad quæ nos brevissimè respondemus. *(a)* Concilia Episcoporum, jussu quidem interdum Imperatorum congregata fuisse, sed in executionem mandati summi Pontificis, ad quem propriè generalium Conciliorum convocatio pertinet, ut perspicuum est in epistola Concilii Constantinopolitani ad Pontificem Damasum, in qua dicunt se Constantinopoli convenisse, ex mandato literarum ipsius, anno superiore ad Imperatorem Theodosium datarum, sed de hac re inferius dicemus. Illud etiam fatemur, *(b)* Concilia sæpè ab Imperatoribus petiisse, ut Decreta sua protegerent, & executioni mandari auctoritate sua curarent. Falsum autem esse, quod Auctor Apologiæ hoc loco scribit, Concilia se penitus, & in omnibus submisisse Imperatorum pietati, atque prudentiæ; *(c)* quasi præcipuæ partes & summa potestas in rebus Ecclesiasticis penes Principem terrenum esset: evidenter ostendemus ex apertissimis testimoniis Episcoporum sanctorum, & Regum, sive Principum sæculi.

Sanctus Athanasius Patriarcha Alexandrinus, in Epistola ad solitariam vitam agentes: *Quando*, ait, *à condito ævo auditum est, quòd judicium Ecclesiæ suam auctoritatem ab Imperatore accepit? aut quando hoc pro judicio agnitum est?* Hosius Cordubæ Episcopus, referente Athanasio in eadem Epistola: *Ne præcipe*, inquit, *nobis Imperator in hoc genere, sed ea potius à nobis disce: tibi enim Deus Imperium commisit, nobis autem ea, quæ sunt Ecclesiæ concredidit.* S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus in epist. 33. ad sororem, scribit se Valentiniano Imperatori dixisse: *Noli te gravare Imperator, ut putes te in iis quæ Domini sunt, aliquod Imperiale jus habere: publicorum tibi mænium jus commissum est, non sacrorum.* Idem etiam in oratione de tradendis Basilicis, multis docet, Imperatorem in Ecclesia esse, & non super Ecclesiam: & judicia Ecclesiastica non ad Imperatores, sed ad Episcopos pertinere. Sanctus Martinus Turonensis Episcopus Maximo Imperatori in faciem dixit, Novum esse, & inauditum nefas, ut causam Ecclesiæ Judex sæculi ju-

dicaret, testis est Sulpitius lib. 2. sacræ
ctus Augustinus Episcopus Hipponensi
50. & 165. docet quidem piorum Reg
siam defendere, severisque legibus, ac
cos ab Ecclesia damnatos coercere. S
natistas graviter reprehendit, quòd ca
sticam ad Regem terrenum judicandam
copos detulissent. Sanctus Gelasius R
fex, in epistola ad Anastasium Impera
inquit, *fili clementissime, quòd licèt præs*
neri dignitate rerum terrenarum; tamen P
rum devotus colla submittis: & paulò po
ex illorum te pendere judicio, non illos ad
se voluntatem. Sanctus Gregorius Papa
Scimus, inquit, *piissimos Dominos discip*
ordinem servare, Canones venerari, &
negotiis non miscere.

Venio nunc ad Principes sæculi. *(d*
Magnus, cùm Donatistæ non contenti
cio, ad ipsum causam Ecclesiæ detuliss
masse fertur: *O rabida furoris audacia: sic*
lium fieri solet, appellationem interposuerun
verba Constantini Optatus Milevitanu
Parmenianum. De eodem ita scribit
in epist. 165. Constantinus non est au
piscopi judicare. Valentinianus senior
ferente Sozomeno lib. 6. hist. cap. 7. *M*
sum in sorte plebis, fas non est talia neg
Ecclesiastica, *perscrutari. Sacerdotes,*
sunt, inter se ipsos, quocunque voluerint
Theodosius Junior Imperator in epist
Ephesinam: *Illicitum*, inquit, *est, ill*
ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ec
sceri tractatibus. Basilius Imperator ora
octava Synodo: *Hæc*, inquit, *investiga*
Patriarcharum, Episcoporum & Sacerdotum
minis officium sortiti sunt, qui sanctificanc
qui ligandi potestatem habent, qui Ecclesia
claves; non nostrum, qui pasci debemus,
qui ligari, vel à ligamento solvi egemus
gnus leges quidem aliquas juri commu
in eis reverentiam, & subjectionem a
stolicam Romanam planè admirabile
testatus est: *Licèt vix ferendum ab illa*
ponatur jugum, tamen feramus, & pia
mus. Refert hanc sententiam, ex Conc
gni, Gratianus distinct. 19. can. 3. &
tiam à Carolo acceptam, suam quoqu
copi Concilii Tiburiensis cap. 30. Addi
stimonium Regis Theodorici, qui, q
cus Arianus esset, non tamen sibi Pri
ciliis assumebat: sic enim legimus in S
sub Symmacho Pontifice Romano:
mus Rex taliter, Deo aspirante, respo
esse arbitrio, in tanto negotio sequenda p
aliquid ad se, præter reverentiam, de Ecc
pertinere. Habemus igitur ex testimon
tum Ecclesiæ tum sæculi, longissimè à
qui Regi terreno Primatum in rebus s
Ecclesiasticis tribuunt.

Pergit deinde Auctor Apologiæ pag
Quin etiam Christum dixisse lego, Regn
se de hoc mundo, jussisseque ut quæ sunt C
buamus, & quæ Dei, Deo. Quæ verba
vina sunt, ita applicationem ineptam
hil facientem, quivis facilè judicare p
gnum quidem Christi non fuit ex h
tamen in hoc mundo fuit, & est:

(a) *Concilia generalia jussu Impp. aliquando coacta sunt? id mandante summo Pontifice.* (b) *Concilia aliquando protectionem*
decretorum petierunt ab Impp. (c) *Judicium de rebus Religionis ad sæculares Principes non pertinere ostenditur ex SS.*
ostenditur testimonio Principum sæcularium. (e) *Regnum Christi non fuit ex hoc mundo, tamen in hoc mundo fuit, &*

cario Christi Regis in terris obedientia debetur ab omnibus, qui partem in Regno Christi habere volunt, & quemadmodum nos reddenda Cæsari, quæ Cæsaris sunt, non negamus, idest, tributa, honorem, & obedientiam in rebus, & negotiis sæculi: sic etiam optamus, ut quæ Dei sunt, Deo reddantur: inter quæ primo loco ponenda est fidei Catholicæ integra inviolataque professio, & ad Christi Vicarium fidelis, & pura obedientia. Quod autem Auctor Apologiæ subjungit, secundùm Theologiam non repugnare fidei, & animarum saluti, si civilis obedientia, civili Magistratui deferatur, verum est: sed falsum omnino est quod sequitur, in Brevi Apostolico contrarium contineri. Debuisset omnino iste Auctor, qui toties hoc repetit, vel uno in loco annotare verba illa Brevis, ubi dicatur, civilem obedientiam civili Magistratui exhibere, rem esse fidei Catholicæ, salutique contrariam, sed neque annotavit, neque annotare potuit, nisi verba Brevis corrumpere, & sua verba pro verbis Brevis substituere voluisset.

Denique pag. 28. post nugas, & convicia, quæ libenter omittimus, ut quæ gravi Theologo, qualem se Auctor Apologiæ jactat, indignissima sunt, concludit hoc dilemmate: (a) *Aut licet Principi obtemperare in temporalibus, aut non: si licet, quod nemini dubium esse potest, cur tam iniquus est, & crudelis in Catholicos suos, ut imperet iis, ne legitimo Regis sui mandato obtemperent? si non licet, cur rationem non reddit, causam non exprimit, unde id prohibet?* sed facilis est responsio. Admitto enim licere subditis Principi suo obtemperare in temporalibus, modò quæ Princeps jubet, non sint contraria Deo, qui est Rex magnus super omnes Principes: sed nego Pontificem summum, tam fuisse iniquum, & crudelem in Catholicos, ut eis imperaret, ne legitimo Regis sui mandato obtemperarent: (b) neque enim Juramentum propositum suscipere, legitimum mandatum, dici ullo colore potest, cùm eo Juramento cogantur Catholici fidem Catholicam abnegare, ut supra demonstratum est. Ex quo etiam manifestè refellitur, quod Auctor subjungit de exhortatione ad Martyrium subeundum. Contendit enim Auctor pag. 29. exhortationem illam solido fundamento carere, cùm possit Catholicus, & Religionem Romanam ardenter profiteri, quod Papa jubet, & simul civilem obedientiam Principi suo præstare, quod Rex jubet. Jam enim non semel demonstravimus Regem civili obedientia non esse contentum; sed id præcipuè in votis habere, ut à Catholica fide Catholicos avertat, & ex Catholicis hæreticos faciat: Nam Juramentum, quod Fidelitatis appellat, præparatio & dispositio est ad Juramentum de Primatu Regis in spiritualibus. Et ea fortè causa est, cur Archipresbyterum è carcere non dimittat, quamvis primum Juramentum præstiterit, quia sperat eundem ad alterum Juramentum tædio carceris, & ærumnarum, se posse perducere: quod Juramentum non rectè & obscurè, sed apertè & manifestè novam hæresim de Primatu Regio, in rebus etiam sacris, & spiritualibus continet.

Postremò, Apologiæ Auctor pag. 30. & 31. fingit Pontificem Maximum ex falsis rumoribus de nimia Regis severitate in Catholicos, permotum fuisse ad hoc Breve tam temerè conscribendum, quod idem dicit accidisse Pio V. quando sententiam excommunicationis in Reginam Elizabetham tulit: & Clementi VIII. quando paulo ante obitum Elizabethæ duo Brevia in Angliam misit, quibus tum Regem præsentem, tum alium quemcunque à Regno exclusit, qui Religionem Catholicam non profiteretur, quæ duo Brevia contraria esse dicit fidei sæpius datæ, & variis protestationibus, quibus operam suam obtulit, omniaque officia pollicitus est, quæ conducere possent ad hunc ipsum Regem in solio collocandum. (c) Itaque Auctor hujus Apologiæ paucis verbis tres summos Pontifices, Paulum V. & Pium V. levitatis & temeritatis, Clementem VIII. non solùm temeritatis, sed etiam perfidiæ reprehendit. At ipsa rei veritas simpliciter exposita, nullo nostro labore addito, & sine ulla arte Rethorica, Auctorem Apologiæ falsitatis, vanitatisque convincet. Paulus enim V. non ex incertis rumoribus adductus est ad Breve scribendum, sed ex notissima, & gravissima persecutione, quam Edicta publicata testantur, & ex ipsa Juramenti formula ad nos transmissa. Itaque non erat opus, ut Auctor luderet in nomine Babylonis, & septicollis Urbis, ad quam undique rumores, & nuncii deferuntur; neque, ut probaret ex Patrum testimoniis, de Roma intelligi, quæ sanctus Petrus de Babylone scripsit in priore epist. cap. 5. (d) Fatemur enim Romam non solùm in epistola sancti Petri, sed etiam in Apocalypsi sancti Joannis per Babylonem significari; sed Romam Ethnicam, non Romam Christianam, & illam, quæ ebria erat de sanguine Martyrum Jesu: non illam, quæ Jesum Filium Dei, & Martyres ejus honorat. Denique illam, quæ habebat in fronte inscriptam blasphemiam; non illam, quæ, ut scribit sanctus Hieronymus lib. 2. in Jovinianum, scriptam in fronte blasphemiam, Christi confessione delevit. Pius etiam V. non vanis quorundam delationibus temerè abreptus est ad excommunicandam Reginam, sed ex notis & publicis ejus criminibus; ac præsertim quòd instar Apostatæ Juliani, ex ficta Catholica, manifesta hæretica, & jurata Catholicorum hostis evaserit. Denique (e) Clemens VIII. duo Brevia anno 1600. tribus annis ante obitum Reginæ ad Catholicos misit, unum ad Clerum, alterum ad populum: quibus Brevibus non, ut iste mentitur, Jacobum nunc Scotiæ Regem à solio exclusit, sed consilium dedit, quale dare decebat summum Pontificem, videlicet, ut Catholici operam darent, quantum in ipsis est, ut Rex ad Religionem Catholicam bene affectus eligeretur. Habemus enim exemplaria Brevium illorum in manibus, & iis diligenter inspectis, nusquam invenimus nomen Jacobi Regis, aut alterius particularis personæ; sed solùm generatim, ut diximus, cohortationem ad Regem orthodoxum, & pium constituendum. (f) Quibus verbis non solùm Jacobus Scotiæ Rex non excludebatur, sed includebatur potiùs; quoniam Ministri ejus maximam spem fecerant, eum non abhorrere à fide Catholica suscipienda; præsertim cùm Rex ipse ad Pontificem ipsum, necnon ad Cardinales Aldobrandinum, & Bellarminum literas scripsisset plenas humanitatis, quibus præter cætera petebat, ut aliquis è gente Scotorum Cardinalis S. R. E. crearetur, ut haberet Romæ, per quem facilius & tutius cum Pontifice negotia sua tractaret. Quare Pontifex non perfidiæ accusari, sed spe sua frustratus dici meritò potuit. Ad extremum addit auctor Apologiæ, non defuisse in Anglia, qui Breve hoc, fictitium & in odium Papæ compositum, & disseminatum fuisse suspicarentur; *Quòd viderent illud tam longè ab omni Theologia ratione, prudentia, politica, sensu denique communi abhorrere perspicerent, sed Pontificem maluisse altero Brevi fidem prioris confirmare, ut culpam suam sciens, prudensque geminaret.*

Nos

(a) *Insulsum dilemma Apologiæ.* (b) *Jurament. Angliæ abnegationem continet fidei Catholicæ.* (c) *Refelluntur variæ calumniæ.* (d) *Roma Ethnica, non Christiana, dicta est Babylon in sacris literis.* (e) *Quorsum Clem. VIII. duo Brevia miserit in Angliam.* (f) *Jacobus Rex significavit se non abhorrere à fide Catholica.*

Nos verò non ignoramus fuisse in Anglia, qui primum illud Breve confictum existimaverint. Sed id non accidit ex eo, quòd à Theologia, vel prudentia abhorrere videretur; sed ex eo, quòd nonnulli cuperent hac fraude Catholicis imponere, atque efficere, ut Juramentum propositum suscipere non dubitarent. (a) Qua fraude comperta, tifex alio Brevi, fidem priori facere v macum spirituale per hanc Dæmonis redderetur, quo facto, non culpam fraudem detexit, tenebras dissipavit, sinceritati aditum patefecit.

Secundum Breve.

Dilecti filii Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Renuntiat
bis, reperiri nonnullos apud vos, qui, cùm satis declaraveri
teras nostras anno superiore 10. Kalend. Octobr. in forma Brevis dat
ta conscientia præstare non posse Juramentum, quod à vobis tunc e
& præterea strictè præcepimus, ne ullo modo illud præstaretis: r
audent hujusmodi literas de prohibitione Juramenti, non ex animi
tentia, nostraque propria voluntate scriptas fuisse, sed potius alioru
atque industria, eaque de causa iidem persuadere nituntur, mandata
ctis literis non esse attendenda. Perturbavit sanè nos hic nuncius, eo
quia experti obedientiam vestram (filii nostri unicè dilecti) qui, ut l
Sedi obediretis, opes, facultates, dignitatem, libertatem, vitam
sam, piè ac generosè nihili fecistis; numquam suspicati essemus, po
ri apud vos in dubium, fidem literarum nostrarum Apostolicarum, u
textu vos ex mandatis nostris eximeretis. Verùm agnoscimus versu
fraudem adversarii humanæ salutis, eique potius, quàm vestræ vo
buimus hanc renitentiam. Eapropter iterum ad vos scribere decre
denuo vobis significare, literas nostras Apostolicas, anno præterito
Octobr. datas de prohibitione Juramenti, non solùm motu proprio,
nostra scientia; verùm etiam post longam, & gravem deliberationer
bus, quæ in illis continentur adhibitam, fuisse scriptas, & ob id ten
las omnino observare, omni interpretatione secus suadente rejecta. I
est mera, pura, integraque voluntas nostra, qui de vestra salute soll
per cogitamus ea, quæ magis vobis expediunt, & ut cogitationes,
nostra illuminet is, à quo Christiano gregi custodiendo nostra fuit pr
militas, indesinenter oramus, quem etiam jugiter precamur, ut in
nostris summopere dilectis, fidem, constantiam, mutuamque inter
tatem, & pacem augeat. Quibus omnibus cum omni charitatis aff
manter benedicimus. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo
10. Kalend. Octobr. M.DC.VII. Pontificatus nostri anno tertio.

HActenus respondimus ad ea, quæ adversus primum Breve Auctor Apologiæ scribenda esse putavit. Nunc, ut ipse à secundo Brevi una ferè pagella se expedivit; sic & nos ejus cavillationes pari brevitate rejiciemus. Quoniam igitur summus Pontifex versutiæ Diaboli tribuit falsos illos rumores de conficto Brevi: sic ipse Auctor Apologiæ versutiæ ejusdem Diaboli tribuit hoc secundum Breve. Scribit enim, Diabolum non potuisse tantum nocere Catholicis, aliqua alia fraude, etiam si mille annos in hoc opus incubuisset, quàm fecit hoc uno Brevi; & rationem reddit, quoniam oporrebit eos qui Juramentum susceperunt, nunc illud abjurare; quod majus est malum, quàm si antea non jurassent, antea siquidem si jurare noluissent, excusari poterant ob scrupulos aliquos mentis, ex particulis Juramen nunc nullam habent excusationem, si tatem, quam Regi suo bis jurarunt: mùm nati sunt, tacito quodam, & c mento; deinde cùm verbis conceptis p ramentum confirmarunt.

Ad hæc respondemus, non esse m quod malè juratum est. Sic enim h omnibus approbata: (b) In malè pr fidem: sed dicet Adversarius, non lum Juramentum, quod est naturale tum ab ipso ortu, vel hujus naturali confirmatio & expressio. Respondeo quod dicitur congenitum, si quod aliud, nisi simplicem obligationem

(a) *Cur Paul. V. secundum Breve ad Anglos scripserit.* (b) *Aliqua Juramenta non obligare.*

superiori, sub quo quis nascitur, in rebus licitis atque honestis. Neque intelligi vel etiam fingi potest, quomodo in ipso ortu homo naturaliter obligetur ad negandam summi Pontificis potestatem: proinde Juramentum secundum, quod hanc abnegationem continet, non potest rectè dici confirmatio, vel expressio Juramenti prioris. Præterea, quemadmodum in ortu naturali videtur posse intelligi Juramentum tacitum, & congenitum ad obediendum Principi politico: sic etiam in ortu supernaturali, quem habemus ex baptismo, intelligi debet Juramentum tacitum, & congenitum ad obediendum Principi spirituali, qui est Christi Vicarius: ac per hoc non licet ullo modo postea Juramentum suscipere, quo abjurari videatur Juramentum præstitum in baptismo. Ac de his hactenus.

Epistola Cardinalis Bellarmini ad Archipresbyterum Angliæ.

(a) VEnerabilis in Christo domine Frater. Anni sunt ferè quadraginta, quòd invicem non viderimus. Sed ego tamen veteris nostræ consuetudinis numquam oblitus sum; teque in vinea Domini strenuè laborantem, quando aliter non potui, orationibus Deo commendare non destiti: me quoque in tua memoria toto hoc tempore vixisse, & in tuis orationibus ad altare Domini locum aliquem habuisse non dubito. Ita igitur ad hoc usque tempus, non verbis aut literis, sed opere & veritate, ut sanctus Joannes loquitur, alter in alterius dilectione permansimus, sed hoc silentium rumpere coegit nuncius, qui diebus istis de tuis vinculis & carcere ad nos venit; qui quidem nuncius, etsi tristis videri poterat, ob jacturam pastoralis tuæ sollicitudinis, quam Ecclesia ista fecit, tamen lætus quoque videbatur, quoniam ad Martyrii gloriam, quo dono Dei nullum est fœlicius, propinquabas: ut qui tot annis gregem tuum verbis & doctrina pavisses, nunc exemplo patientiæ gloriosius pasceres. Verùm hanc lætitiam non mediocriter interturbavit, ac ferè corrupit tristis alius nuncius, qui de constantia tua in recusando illicito Juramento, ab adversariis tentata, fortè etiam labefactata, & prostrata successit. Neque enim (frater charissime) Juramentum illud ideò licitum esse potuit, quod aliquo modo temperatum, & modificatum offerebatur. Scis enim hujusmodi modificationes nihil esse aliud, quàm Satanæ dolos atque versutias, ut fides Catholica de Primatu Sedis Apostolicæ, vel apertè vel obscurè petatur: pro qua fide tot inclyti Martyres in ista ipsa Anglia ad sanguinem usque pugnarunt. Certè enim quibuscumque verbis Juramentum ab adversariis fidei concipiatur in Regno isto, eò tendit, ut auctoritas capitis Ecclesiæ à successore Sancti Petri, ad successorem Henrici VIII. in Anglia transferatur. Quod enim obtenditur de periculo vitæ Regis, si summus Pontifex eam in Anglia potestatem habeat, quam in omnibus aliis Christianis Regnis habet, inane prorsus esse, omnes qui sunt aliqua prudentia præditi, facilè vident. Neque enim auditum est unquam ab initio nascentis Ecclesiæ, usque ad hæc nostra tempora, quòd ullus Pontifex Maximus Principem ullum, quamvis hæreticum, quamvis ethnicum, quamvis persecutorem, cædi mandaverit, aut cædem fortè ab aliquo patratam probaverit. Et cur quæso unus Rex Angliæ timet, quod ex tot Christianis Principibus nullus timet, nullus timuit? sed ut dixi, vani isti prætextus decipulæ sunt, & stratagemata Satanæ, qualia non pauca in historiis veterum temporum inveniuntur; quæ facilè referre possem, si, non epistolam, sed librum integrum scribendum suscepissem. Unum tantùm, exempli gratia ad memoriam tibi revocabo. Scribit sanctus Gregorius Nazianzenus in prima oratione in Julianum Imperatorem, illum, ut simplicibus Christianis imponeret, in

(a) *Continet exhortationem ut Archipresbyter, qui Juramentum acceperat, resipiscat.*

in imaginibus Imperatoriis, quas Romani civili quodam genere ho
more adorabant, imagines Deorum falsorum admiscuisse, ut nemo
peratoris imaginem adorare, quin simul Deorum simulachris cultu
ret: hinc nimirum fiebat, ut plurimi deciperentur: & si qui fort
subodorati Imperatoris imaginem venerari recusarent, ii graviffin
tur, ut qui Cæsarem in sua imagine contempsissent. Tale aliquid i
to vobis oblato, mihi videre videor, quod ea fraude compositum est
possit proditionem in Regem detestari, civilemque subjectionem pro
Primatum Sedis Apostolicæ perfidè abnegare cogatur; sed Christi ser
sertim primarii Domini Sacerdotes, ubi periculum fidei subesse possi
abesse debent à susceptione illiciti Juramenti, ut ab omni etiam su
mulationis præstiti Juramenti cavere debeant, ne fidelibus populis
varicationis exemplum reliquisse videantur. Quod egregiè præstitit
le Eleazarus, qui neque porcinas carnes comedere, neque simulare
voluit, quamvis gravissima tormenta sibi cerneret imminere; ne,
in 2. lib. Machabæorum, multi juvenum per eam simulationem, ad
varicationem animarentur. Neque minùs fortiter Magnus Basilius
plo ad res nostras magis accommodato, cum Valente Imperatore se
ut in historia scribit Theodoretus, cùm Præfectus Imperatoris hær
retur S. Basilium, ut non vellet propter parvam dogmatum subtilita
ratori resistere: respondit vir ille sanctissimus, & prudentissimus,
rendum, ut de divinis dogmatibus, vel una syllaba corrumpatur,
pro eorum defensione, omne genus supplicii amplectendum. Equide
non deesse apud vos, qui dogmatum subtilitatem esse dicant, quæ i
to Catholicis hominibus proposito continentur, & non esse propte
parvam Regis Imperio reluctandum. Sed non deerunt etiam viri
Magno Basilio similes, qui palàm affirmabunt, non esse de divinis d
vel minimam aliquam syllabam corrumpendam, etiamsi torment
ipsa toleranda proponantur. Inter hos unum, vel potiùs horum Prin
que antesignanum te esse par est. Et quamvis, vel inopinata com
vel acerbitas persequutionis, vel senectutis imbecillitas, vel quid al
sa fuerit, ut constantia titubaverit; confidimus tamen de Domini
de diuturna tua virtute, fore, ut qui S. Petri, & S. Marcellini ca
ex parte imitatus videris, eorundem fortitudinem in reparandis
veritate afferenda fœliciter imiteris. Nam si rem totam diligenter
gitare volueris, videbis profectò non esse rem parvam quæ ob Ju
istud in discrimen adducitur, sed unum ex præcipuis fidei nostræ ca
Religionis Catholicæ fundamentis. Audi enim quid Apostolus vest
Gregorius in epist. 2. libri 11. scribat: *Apostolicæ Sedis reverentia nullus*
ne turbetur: tunc enim status membrorum integer perseverat, si caput fidei n
injuria. Itaque S. Gregorio teste, cùm de Primatu Sedis Apostolicæ
do, vel minuendo, vel tollendo satagitur, de ipso capite fidei ampu
de totius corporis, omniumque membrorum statu dissipando satagi
idem S. Leo confirmat serm. 3. de assumptione sua ad Pontificatum,
Specialis cura Petri à Domino suscipitur, & pro fide Petri propriè supplicatu
aliorum status certior sit futurus, si mens Principis victa non fuerit. Ex quo
in Epistola ad Episcopos Viennensis provinciæ affirmare non dubita
esse exortem illum mysterii esse divini, qui ausus fuerit à Petri soliditate re
rursum ait: *Quisquis huic Sedi Principatum existimat esse denegandum,*
nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiæ suæ, semet
ferna demergit. Atque hæc quidem, & alia ejusdem generis multa tib

esse certò scio, qui præter cæteros libros, visibilem Monarchiam Sanderi tui, scriptoris diligentissimi, & de Ecclesia Anglicana optimè meriti sæpè legisti: quique ignorare non potes sanctissimos Viros, eosdemque doctissimos Joannem Roffensem, & Thomam Morum, pro hoc uno gravissimo dogmate duces ad Martyrium plurimis aliis, cum ingenti Anglicæ nationis gloria, nostra memoria fuisse: sed in memoriam tibi revocare volui, ut colligas te, & magnitudinem rei considerans, non tuo judicio nimiùm fidas, neque plus sapias, quàm oportet sapere, & si fortè lapsus tuus non ex inconsideratione, sed ex infirmitate humana, ex metu carceris, & suppliciorum profectus est; non anteponas libertatem temporalem libertati gloriæ filiorum Dei: neque ob momentaneam, & levem tribulationem fugiendam, amittere velis æternum gloriæ pondus, quod ipsa tribulatio operatur in te. Bonum certamen diu certasti, cursum fermè consummasti, fidem tot annis servasti, noli igitur tantorum laborum præmia tam facilè perdere: noli Corona justitiæ, quæ tibi jamdudum paratur, te ipse privare: noli tot fratrum & filiorum tuorum vultus confundere: in te sunt hoc tempore conjecti oculi totius Ecclesiæ, quin etiam spectaculum factus es mundo, angelis, & hominibus: noli in extremo actu ita te gerere, ut & tuis luctum, & gaudium hostibus relinquas; sed contra potius, quod omnino speramus, & pro quo ad Deum nostrum assiduè preces fundimus, vexillum fidei gloriosè erigas, & quam contristaveras, lætam facias Ecclesiam: nec jam solùm veniam merearis à Domino, sed coronam. Vale, viriliter age, & confortetur cor tuum. Romæ die 28. Septembris 1607.

Responsio ad ea quæ objiciuntur contra Epistolam Cardinalis Bellarmini.

NUNC ad ea veniamus, quæ Auctori Apologiæ adversus Cardinalem Bellarminum scribere placuit, & quamvis Auctor eundem Bellarminum magnis laudibus efferat, & magnis conviciis oneret, ut impleat illud S. Jacobi, Ex ipso ore benedictio, & maledictio procedit: ipse tamen, nec laudes in se agnoscit, neque conviciis multum movetur. Ideò iis prætermissis, illa solùm persequemur, quæ veritati dogmatum Catholicorum, & sinceritati fidei præjudicare possunt. Igitur pag. 47. 48. & 49. scribit, Bellarminum aberrasse à statu causæ, & cùm formulam Juramenti fidelitatis refutare vellet: tamen totum esse in refutando Juramento de Primatu Regis in spiritualibus. Atque, ut sciamus quid intersit inter hæc duo Juramenta, adscribit hoc loco formulam Juramenti de Primatu. Nam formula Juramenti fidelitatis in ipso Brevi Pontificis suprascripto continetur. Ad hoc respondemus, Bellarminum non aberrasse à statu causæ, sed hæreticorum fraudes detexisse. Vidit enim Juramentum secundum proponi, quasi simplicis fidelitatis, civilisque obedientiæ Juramentum esset, quo nomine in hac ipsa Apologia frequentissimè appellatur, nam in hoc ipso loco, in quo nunc versamur, videlicet pag. 49. sic ait: *Notissimum hoc Juramentum civilem tantummodo obedientiam attingit subditorum erga Principem, in causis merè temporalibus.* At id falsum esse, solumque ad tegendas insidias dici, Juramenti formula per se clamat. Coguntur enim Catholici jurare, non solùm quid subditi debeant præstare erga Regem; sed etiam quid possit, vel non possit summus Ecclesiæ Pontifex. Hæc igitur causa est, cur Bellarminus in Epistola sua dixerit, hoc Juramento, quantumvis temperato, & modificato, fidem Catholicam de Primatu Sedis Apostolicæ peti. Sed de hac re initio responsionis satis multa dicta sunt.

Pergit deinde Auctor pag. 51. & 52. & (a) exponit quatuordecim propositiones, quas dicit necesse esse, ut illi concedant, qui Juramentum propositum præstare recusant. Sed ex his ipsis propositionibus apertissimè demonstratur, eo Juramento, non civilem tantùm obedientiam in rebus merè temporalibus attingi, ut paulò ante Auctor Apologiæ dixit: sed attingi potestatem, & auctoritatem sacrosanctam Vicarii Christi. Nam ex quatuordecim propositionibus plurimæ sunt de potestate Papæ. Falsum autem est, eos, qui Juramentum recusant, non posse non concedere has quatuordecim propositiones, quæ contrariæ sunt omnibus partibus Juramenti. Nam ex communi sententia, Bonum ex integra causa constituitur, malum autem ex singulis defectibus. Quare, ut Juramentum prohibeatur, vel recusetur, non est necessarium, ut omnes & singulæ partes ejus sint malæ: satis autem est si vel una sit mala. Contra autem, ut Juramentum suscipiatur, oportet, ut nullo vitio maculetur, & in omnibus & singulis partibus justum, & licitum reperiatur Potuit igitur summus Pontifex Juramentum hoc damnare, & possunt, ac debent Catholici hoc idem Juramentum meritò recusare; etiam si aliqua ejus sententia vera sit aut justa, neque tenentur omnes quatuordecim propositiones, ut veras, aut justas admittere.

Sed mirum est, qua fronte Auctor Apologiæ subjungat: *Hæ vera sunt partes, hæc naturalia membra hujus Juramenti corporis, quibus omnibus negativis affirmativæ partes opposita, neque Pontificis Primatum in causis spiritualibus ullatenus attingunt, neque unquam conclusa, aut definita sunt in ullo Concilio generali penitus exacto, ad Pontificis auctoritatem pertinere; & ipsi denique eorum Do-*

ctores

(a) *Juramentum ab Apologia auctore in 14. propositiones malè divisum.*

ctores Scholastici, inexplicabili quodam litigio, de iis invicem dissident in hunc diem. Nam, ut paulò ante monui, & ipsæ propositiones clamant; ex quatuordecim, undecim sunt, quæ Primatum Pontificis in causis spiritualibus attingunt: causa enim utique spiritualis est, An Princeps hæreticus à Pontifice excommunicari, &, An populi Catholici propter periculum hæresis ab obedientia Principis hæretici absolvi possint. Neque de hac re ullæ sunt inter Doctores Scholasticos controversiæ: (*a*) alioqui proferat adversarius vel unum Catholicum Auctorem, qui scribat, non licere summo Pontifici Regem vel Principem hæreticum excommunicare, & populum Catholicum ab ejus obedientia liberare. Portò in Conciliis generalibus, non uno, sed multis conclusum, ac definitum est, summum Pontificem esse Vicarium Christi, caput Ecclesiæ, Rectorem & Pastorem omnium Christianorum, ex quibus manifestè sequitur, ut omnes Christianos, etiam si Reges, vel Principes sint, errantes, dirigere & corrigere possit. Vide Concilium Lateranense sub Innocentio III. cap. 5. Lugdunense sub Gregorio X. unde extat caput, Unde periculum de elect. in 6. Lugdunense sub Innocentio IV. unde extat cap. 1. De homicidio in 6. Viennense sub Clemente V. unde extat Clementina prima de summa Trinit. & fid. Cathol. Constantiense sess. 8. & 15. & Lateranense sub Leone X. sess. 11. In Concilio autem Lateranensi sub Innocentio III. quod fuit omnium maximum, & celeberrimum, præter locum citatum, habetur capite tertio, Dominos temporales monendos esse, ut ditiones suas purgent, puniendo hæreticos ab Ecclesia damnatos, quod si facere neglexerint, excommunicentur; & si excommunicati adhuc parere recusent, significetur id summo Pontifici, qui subditos eorum ab obedientia liberabit, & terras eorum aliis invadendas concedet. Sed adversarius notat ad marginem, Videndum esse Platinam in vita Innocentii III. quod attinet ad hoc Lateranense Concilium. Siquidem Platina indicare videtur, nihil certi in hoc Concilio post longas disputationes concludi potuisse. Cæterùm Platina loquitur solùm de recuperanda Terra promissionis, quam Saraceni occupaverant. De hoc enim articulo, cùm multa inter Patres, & Oratores Regum disputata fuissent, nihil certi definiri potuit. Sed quoniam adversarius ad Platinam nos remisit, non erit ab re annotare, Platinam esse, qui loco ab adversario allegato refert, Joannem Regem Anglorum ipsam Angliam, & Hyberniam summo Pontifici subjecisse, ac tributariam esse voluisse. Et à Pontifice Innocentio viro sancto, Othonem Imperatorem excommunicatum, atque Imperio justissimè privatum fuisse. Pergat igitur adversarius, & similes Auctores ad nos convincendos frequenter adducat.

Pergit Auctor pag. 54. 55. 56. & 57. ac docet, (*b*) Juramentum à Rege Jacobo propositum, nihil novi continere, sed ante mille annos fuisse in Conciliis usu receptum, & approbatum. Recitat enim hæc verba Concilii Toletani quarti, can. 74. Audi sententiam nostram: *Quicumque ex vobis, vel totius Hispaniæ populis, qualibet conjuratione, vel studio, Sacramentum fidei suæ, quod pro conservatione Patriæ, vel Regiæ salutis pollicitus est, temeraverit, aut Regem nece attrectaverit, aut potestate Regni exuerit, aut præsumptione Tyrannica Regni fastigium usurpaverit; anathema sit in conspectu Dei Patris, & Sanctorum Angelorum, atque ab Ecclesia Catholica, quam perjurio prophanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Christianorum alienus, cum omnibus impietatis suæ sociis, quia oportet, ut una pœna teneat obnoxios, quos similis error invenerit implicatos.* In
tiam allegat Concilium Toletanum,
tum, & decimum; ac denique addit
quisgranense can. 12. cujus hæc sunt
quam Episcoporum, aut quilibet sequentis o
ci, qualibet suasione, à Domino, & Ort
Imperatore defecerit, aut etiam Sacramen
li promissum violaverit, ut ejus contrariis n
ne se copulaverit; gradum proprium Canoni
li sententia amittat.

Ad hæc loca nos respondemus, in h
probari Juramentum fidelitatis erga Pr
licos & orthodoxos, quod justissimum
gare potest. Nos autem reprehendimu
quod à Catholicis, & orthodoxis exto
Rex ab Ecclesia alienus, & qui à ve
Religione, ad novas hæreses subditos p
git. Deinde, (*c*) in duobus Conciliis
agitur de novo, & illicito Juramento
de Juramento justo & legitimo non
autem Juramentum novum & illicitu
Præterea in Juramentis, quæ in Con
approbantur, non præscribitur, ut su
Regem propter hæresim excommunica
diatur: neque aliquid aliud additur, q
Christi Vicarii ullo modo attingat. Pro
sa est, cur Juramenta illa cum sanct
non veneremur, at Juramentum de qu
xima ex parte consistitur in abnegand
testate, eaque de causa illicitum & in
lo modo à Catholicis viris suscipi poss
Denique, si Princeps aliquis Catholicu
aut rebellionem fortè timeat, & ab
Concilio, vel ab ipso summo Pontific
excommunicationis pœna ipso facto in
cipiat, ut nemo Juramentum Principi
late, aut adversus eundem Principem
hostes vel rebelles ipsius juvare præsum
justissimam, & omnino admittendam
Addo etiam, si Rex ipse Jacobus intra
tamentum à se propositum conclusisset
communicationis Pontificiæ mentionem
que potestatem ejusdem Pontificis ullo
ret; sed solùm contra proditores & sic
gni sui invasores Juramenti verba dirig
Juramentum Sedes Apostolica non im
que prohibuisset. Quare perspicuum
Pontifice non interdici, aut reprehend
delitatis, qualia in veteribus Conciliis
scimus; sed novas Juramenti formulas
litatem requirant, ut perfidiæ notam
beant.

Pag. 58. occasione accepta ex necessi
cum Archipresbytero sibi intercessisse
Bellarminus narrat; digreditur Auctor
calumnias, atque inter alias, illam
dium, (*d*) quòd Bellarminus consc
fuit proditionum adversus Reginam El
autem probat, quia Campianus, & H
quio in Turri Londinensi habito, Rol
minum pro uno ex præcipuis suis vel A
oraculis celebrare non dubitaverint. Re
res est: si Campianus & Hartus, Bel
uno ex suis vel auctoribus, vel oracul
lebrare non dubitabant, id accipiend
ctionibus ejus Theologicis, & iis pra
controversias hæreticorum pertinent,
duo illi boni viri inciderant: nam,

(a) *Papa Reges hæreticos excommunicare potest, & eximere populos ab eorum obedientia.* (b) *Objectio ex Conciliis pro Juramento*
(c) *Concilia non loquuntur de Juramento, quale est Anglicanum.* (d) *Calumnia in Card. Bellarm. de proditionibus par*

Campianus, & Hartus in carcerem conjecti fuerunt, Bellarminus annos sex Lovanii, & alios item sex Romæ publicè docuerat, ejusque lectiones à scholasticis descriptæ circumferebantur. Neque verò Bellarminum puderet, aut pœniteret, si Campiani illi familiaritas contigisset. Scit enim Campianum contra hæreticam impietatem solùm conspirasse, divinæ gloriæ amplificandæ, & civium suorum salutis procurandæ causa in Angliam esse profectum; & mortem ejus pro Religione piè susceptam, pretiosam in conspectu Domini esse non dubitat. Sed bene habet, quòd collatio inter Hartum, & Joannem Reginaldum habita typis postea excusa fuit, & in ea nihil habetur, nisi quòd Hartus inter disputandum de controversiis fidei, Bellarmini lectiones Lovanii, Romæque habitas allegabat.

Pag. 61. post varias nugas atque calumnias, quas Auctori Apologiæ effutire placuit, splendidum mendacium adjungit, dicens: *Regi nostro numquam in mentem venit, aliquid in Blakuellum statuere, ut nec in alium quemquam conscientiæ causa hactenus fecit.* Hæc ille (a) Quorsum igitur tot mulctæ pecuniariæ in recusantes adire templa hæreticorum? quorsum tot carceres recusantium pleni? quorsum tot Sacerdotes in exilium acti? quorsum ipse Blakuellus tam longo carcere maceratur, cùm & Juramentum susceperit, & conjurationis reus numquam sit habitus; neque aliud ei objici possit, nisi quòd Sacerdotis Catholici functiones in Anglia exercuerit? cur jam non pauci suspendio suffocati, & in partes dissecti sunt, nisi quia conscientiæ causa Juramentum suscipere noluerunt? cur denique, ut multa prætercam, Henricus Garnettus, vir doctrina omnis generis, & vitæ sanctitate incomparabilis, ultimo supplicio affectus est, nisi quia revelare noluit, quod salva conscientia revelare non poterat? sed plura de hoc sanctissimo viro paulò infra dicemus. Admirabilis profectò impudentia est, ea mendacia literis mandare, quæ ab ipso vulgo palam cum irrisione refutantur.

Pag. 62. carpit Auctor Apologiæ quòd in Epistola Bellarmini dicitur. Neque Juramentum illud ideò licitum esse potuit, quod aliquo modo temperatum, & modificatum offerebatur: & fingit temperationem, & modificationem in eo positam esse, quòd Juramentum æquis, & moderatis verbis optimè rei consentientibus, descriptum sit: atque ex hac expositione digreditur ad calumnias; sed Bellarminus Juramentum hoc secundum, temperatum, & moderatum esse dixit, facta comparatione ad primum. Siquidem Juramentum primum, quod in hac Apologia refertur pag. 49. satis rigidè Primatum Regium in spiritualibus asserit, & non minus rigidè Primatum Apostolicum abnegat; sed hoc secundum, temperatum & modificatum aptissimè ad decipiendum dici potest, quia non apertè Primatum Regium in spiritualibus introducit, aut Primatum Apostolicum rejicit; sed sub prætextu & colore fidelitatis, ad finem eundem tendit, ut Primatus Apostolicus negetur, & Primatus Regius in spiritualibus constituatur. Atque hoc est, quod Satanæ fraudibus & stratagemati Bellarminus attribuit: quod ideò apertissimè explicare volui, quia Auctor Apologiæ pag. 63. se divinare non posse dicit, cur Satanæ versutias in eo Juramento esse censuerit Bellarminus. Quod autem addit pag. 64. Non cœlum à terra longius distare, quàm professio obedientiæ civilis erga civilem Regem distat ab iis omnibus, quæ fidei Catholicæ, aut Primatui S. Petri, quoquo modo sunt finitima; jam supra sæpiùs refutatum est, neque libet eadem tam sæpè repetere.

Jam verò pag. 65. valde molestè tulit Apologiæ Auctor verba illa Bellarmini: *Certè enim quibuscumque verbis, Juramentum ab adversariis fidei concipiatur in Regno isto, eò tendit, ut auctoritas capitis Ecclesiæ, à successore S. Petri ad successorem Henrici octavi in Anglia transferatur.* Ac primò ad invidiam Pontifici Romano conflandam, dicit Regem suum non præsumpsisse unquam novum articulum fidei condere, aut de aliquo articulo fidei se judicem constituere; sed omnibus articulis fidei se submisisse, non minori humilitate, & modestia, quàm quemvis ex plebe totius Regni; deinde addit, Multò faciliùs posse Regem suum probare, se majoribus suis, tam quoad personam, quàm quoad virtutes successisse; quàm probare possit Papa se sancto Petro succedere, sive quoad personam, sive quoad doctrinam. Quod ad primum attinet, nos quoque (b) negamus à summis Pontificibus novos articulos fidei condi posse, si per articulos fidei intelligantur immediatæ revelationes Dei. Sic enim Ecclesia fundata dicitur supra fundamenta Apostolorum, & Prophetarum Ephes. 2. quoniam illis immediatè revelata sunt mysteria nostræ fidei, illi verbum Dei literis mandaverunt, & voce etiam viva prædicaverunt, ut ab ipso Domino immediatè acceperunt. Si tamen per articulos fidei significentur quæcumque dogmata, quæ fide Catholica credi debent, sive sint conclusiones ex verbo Dei, atque ex primis articulis fidei deductæ, sive explicationes primariorum articulorum: tum verò non dubitamus à summis Pontificibus, coadjuvantibus Conciliis Episcoporum, multos articulos fidei conditos fuisse, quales articuli sunt definitiones generalium Conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & aliorum. Sic etiam nos quoque negamus Pontificem Romanum, judicem se articulorum fidei unquam constituisse, in eum sensum, quem hæretici nobis objiciunt, quasi Pontifex Romanus judicare præsumat, an articulus fidei accipiendus sit an non. Et scimus omes Romanos Pontifices non minori humilitate, & modestia, judicium suum subjicere solitos omnibus articulis fidei, atque unumquemque ex plebe. Sed si judicare de articulis fidei, sit, quando dubium est, an aliqua sententia ad fidem pertineat, vel non pertineat, discernere à qua parte sit veritas; tum omnino credimus summum Pontificem de articulis fidei judicare: tollatur æquivocatio, & omnis calumnia, invidiaque cessabit. Quod autem attinet ad successionem, Romanum Pontificem S. Petro in Apostolica dignitate, & potestate succedere, fide Catholica credimus, ubi nullus omnino hæsitandi relinquitur locus: Jacobum autem primum Henrico octavo succedere in Anglicani Regni possessione, non arbitror ullum esse tam impudentem, qui dicat fide Catholica esse tenendum, ut qui id negaverit, hæreticus haberi debeat. Quod si ita est, (c) multò certiùs probatur S. Petro Papam Romanum succedere, quàm Henrico octavo Jacobum primum: *At*, inquit adversarius, *si de successione Romani Pontificis in Cathedra Beati Petri nullus hæsitare potest; cur Bellarminus ipse lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 12. & lib. 4. cap. 6. dicit id piè credi, & certitudine morali tantùm concludi?* Respondeo, hanc meram esse calumniam, & falsitatem: nam lib. 2. cap. 12. probat Bellarminus, fide Catholica esse tenendum, Romanum Pontificem S. Petro in supremo totius Ecclesiæ Primatu succedere; neque in toto illo capite legitur illud piè credi, vel morali certitudine concludi; in lib. autem 4. cap. 6. non agitur de successione, sed de firmitate in fide; & asseritur piè credi, Pontificem etiam, ut personam particula-

rem,

(a) *Catholici conscientiæ causa in Anglia plectuntur.* (b) *An Papa novos fidei articulos condat, & quos.* (c) *Successio Pontificum in sede S. Petri certior successione Principum.*

rem, hæreticum esse non posse, cùm in superioribus ejus libri capitibus demonstratum esset, judicium summi Pontificis ex Cathedra docentis Ecclesiam, nullo modo falsitati aut errori obnoxium esse posse. Itaque Auctor Apologiæ mala fide nobiscum agit, ut lectoribus per fas, & nefas imponat.

Transit Auctor Apologiæ pag. *66.* ad eam partem Epistolæ refellendam, in qua Bellarminus scripsit, Non esse auditum ab initio nascentis Ecclesiæ, usque ad hæc nostra tempora, quòd ullus Pontifex Principem ullum, quamvis hæreticum, quamvis Ethnicum, quamvis persequutorem cædi mandaverit, aut cædem ab aliquo fortè patratam approbaverit. Id verò falsum esse demonstrare contendit, ex eo, quòd satis constat à summo Pontifice multa bella Imperatoribus mota fuisse, in quibus si Imperatores victi fuissent, occidi etiam potuissent. Respondeo, Bellarminum non esse loquutum de cæde quæ in prælio accidere potuisset, sed de parricidio, quod per proditores, & sicarios patraretur. Quamquam bella Imperatorum adversus Pontifices multa legantur; (*a*) Pontificum adversus Imperatores, nisi defensionis causa, vix in historiis ulla reperientur.

Addit Adversarius, Henricum quintum Imperatorem à Pontifice reprehensum fuisse, quòd Henricum quartum Patrem sepelivisset. Respondeo, nihil hoc ad rem facere, reprehendit enim Pontifex honorificam sepulturam Imperatoris in hæresi, & schismate, & excommunicatione defuncti, quem non gladio aut veneno, sed naturali morbo extinctum esse constabat. Addit secundò, extare orationem in Consistorio à Sixto V. Pontifice Maximo habitam, in qua laudatur cædes Henrici tertii Francorum Regis, & ipse monachus cædis patrator. Respondeo, Sixti V. orationem nullam extare, nisi apud hostes Ecclesiæ, qui Antisixtum ediderunt, quamvis autem hosti fides haberi non debeat; neque etiam si hostis non esset, fides ei haberi posset, cùm Sixtus orationem illam in Consistorio secreto, nullo excipiente, habuerit: neque eam orationem vel ipse ediderit, vel ab aliquo alio edi jusserit: esto tamen, ut vis, sit oratio Sixti V. Pontificis ea, quæ in Antisixto legitur; quid in ea reperies, nisi laudes, & admirationem sapientiæ, & providentiæ Dei? Hoc unum admiratur, & laudibus in cœlum Sixtus extollit, quòd ad Regem Maximum in medio exercitus sui sedentem, multisque custodiis circumvallatum, simplex monachus, non mutato habitu, neque gladio clypeove armatus, liberè penetraverit, eumque unico cultelli ictu necaverit. Qua oratione admonitos voluit Reges Sixtus Pontifex, eum qui dixit: *Nolite tangere Christos meos*, sæpè per inopinatos eventus pœnas de illis sumere, qui inaccessibiles, & inviolabiles videntur. Imperaverat Rex ille, Virum sacratum Episcopali, & Cardinalitia dignitate fulgentem, & Jacobo Regi Anglorum arctissimo sanguinis vinculo conjunctum mactari, ultus est Deus Christum suum, dum per alium sacratum virum, alioqui militiæ imperitum, & inermem, Regem eundem non sine manifesto divinæ providentiæ miraculo interfecit. Ergo Sixtus Pontifex, neque Regem cædi imperavit, neque cædem, ut à privato illo homine factam approbavit; sed judicium Dei, providentiamque laudibus celebravit. Utrum enim monachus ille rectè, an secus egerit, & pœnam, an præmium apud Deum meruerit, Pontifex in oratione sua non definivit: quia opus Dei, non opus hominis prædicandum susceperat. Deus autem, &

bonis & malis hominum voluntatibus
justissimè, & sapientissimè ad opera
uti potest, & solet: certè in Actis Ap
scriptum est: *Convenerunt verè in civita*
sanctum puerum tuum Jesum, quem unxi
Pontius Pilatus, cum gentibus, & populi
quæ manus tua, & consilium tuum decreve
igitur Christi passio opus divinæ ma
consilii: & tamen per manus, & vol
scelestorum hominum perpetratum.
per manum Judithæ, sanctæ videlicet
mæ fœminæ, idem Deus Holofernis
amputavit; & per manus Phinees, ma
laude, nec sine ingenti præmio, De
Principis Madian, unà cum fornican
medio sustulit. Atque hæc, quæ dic
Dei justitia, providentiaque à Sixto
mendata, testimonium habent ab iis
concionantem audierunt, & qui acta
viter annotarunt. Quod autem Auctor
jungit, Sixtum Pontificem facilè fuisse
lum in album Sanctorum relaturum,
quidam prudentiores impedivissent; qu
dicitur, & omni verisimilitudine caret,
dactorum referendum erit.

Pag. 71. & duabus sequentibus, de
Apologiæ contradictiones, quas in li
Bellarmini, de Controversiis fidei se r
tur; atque ad eum finem se facere dicit
retur, si in hac causa de Pontificibus
pum non jubentibus neque approbantib
pugnat. Referam igitur bona fide omni
sarii, ac deinde responsionem subjiciam
berum relinquam, ut judicet, an B
contradicat, an Auctor Apologiæ in
niator dici mereatur.

(*b*) Prima contradictio. Bellarmin
stificatione cap. 7. affirmat, Quòd pr
dinem propriæ justitiæ, & periculum
tutissimum est, fiduciam totam in sola
dia & benignitate reponere. Quæ ejus a
ne contraria est toti tractationi, & ut
renti illorum quinque de Justificatione
quibus tamen libris, ea quæ jam cita
nentur.

Responsio. Hæc prima contradicti
temni potuisset, cùm Auctor non indi
tiæ contraria sit ea sententia, quæ pau
ta est. Sed placet breviter admonere
haberi conciliationem contradictionis,
larminus prævidit occurrere potuisse I
attento. (*c*) Ibi enim docuit, non si
in sola misericordia Dei constituendam
sint vera merita hominis justificati, v
catio sit imputatitia, non vera; vel qu
fiducia in bonis operibus collocari: s
ad superbiam evitandam utile sit, non
pria merita, sed Dei misericordiam: qu
priis meritis an illa habeamus, incerti
sericordia verò Dei, quòd infinita sit,
possumus. Videat lector totum illud c
tentias Patrum, quæ in eo citantur, a
lam S. Bernardi serm. 68. in Cantica:
pertas, inopia meritorum: præsumptio auten
laces divitia, & ideò divitias, & pauperta
mihi Domine, ait Sapiens. Fœlix Ecclesia
sine præsumptione, nec præsumptio absque m
bet merita, sed ad promerendum, non ad p

(a) *An summi Pontifices cædes Principum mandaverint.* (b) *Respondetur ad contradictiones Card. Bellarm. falsò objectas.* (c)
constituamus in Dei misericordia, & in bonis operibus.

Secunda. Deus non inclinat hominem ad malum, neque Physicè neque moraliter, lib. 2. de statu peccati, & amissione gratiæ cap. 13. mox contrarium affirmat ibidem paulò post, quòd Deus inclinat quidem ad malum, non physicè, sed tamen moraliter.

Responsio. Bellarminus declarat in illo ipso capite, quid intelligat per inclinationem ad malum Physicam, vel moralem, dicens: physicè inclinare, esse immediatè movere voluntatem ad actum; moraliter inclinare, esse imperare vel consulere ut actus fiat, ex qua declaratione tollitur omnis contradictio. Nam cùm dicit, (*a*) Deum non inclinare physicè, movendo voluntatem, sed occasionaliter, & moraliret immittendo cogitationem aliquam bonam, ex qua malus ob suum vitium occasionem sumat judicandi melius esse huic nocere, quàm illi, sive huic potius iniquitati servire, quàm illi: non significat, Deum inclinare voluntatem moraliter, imperando vel consulendo malum, quod esset contrarium superiori sententiæ; sed Deum inclinare per se ad bonum, immittendo bonam cogitationem, ex qua sequatur occasionaliter inclinatio moralis ad malum, quatenus ille vitio suo malus, ex illa cogitatione movetur ad malum. Exemplum ponitur ibidem ex verbis illis Psalm. 104. *Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus*: quæ verba sic exponunt S. Augustinus, & Theodoretus, ut dicant, Deum id fecisse, non pervertendo corda Ægyptiorum, sed benefaciendo populo suo; quod videntes, & cogitantes Ægyptii, majoris odii occasionem acceperunt.

Tertia. Episcopos Apostolis succedere, Presbyteros septuaginta discipulis, docent constanter omnes Patres, ait Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 14. Sed contrarium affirmat; quod Episcopi non propriè succedunt Apostolis lib. 4. de Pontifice cap. 25.

Responsio. (*b*) Episcopos succedere Apostolis, quatenus illi fuerunt primi Episcopi particularium Ecclesiarum, ut Jacobus Hierosolymitanæ Ecclesiæ, Joannes Ephesinæ, affirmat Bellarminus in lib. de Clericis. Episcopos autem non propriè succedere Apostolis, quatenus Apostoli erant, idest, missi in omnem terram cum plenissima potestate, docet idem Bellarminus in lib. 4. de Pontifice. Præterea in priore loco dicitur Episcopos Apostolis, & Presbyteros septuaginta discipulis succedere: in posteriore loco id explicatur, & ostenditur, quomodo succedant, & quomodo propriè non succedant: quæ duo non sunt contraria, vel contradictoria, nisi apud eos, qui Logicam ignorant, vel sensu communi carent.

Quarta. Judas non credidit, inquit Bellarminus lib. 1. de Pontifice cap. 12. At contradicit lib. 3. de Justificat. cap. 14. ubi ait, Judas justus fuit, & certè bonus.

Responsio. Distingue tempora, & concordabis Scripturas. (*c*) Judas credidit, & justus ac bonus fuit initio electionis suæ; sed postea tentatori succubuit, & non solùm non credidit, sed etiam fur esse coepit, & Dominum prodidit, & tandem laqueo se suspendit.

Quinta. Observatio legis secundùm substantiam operis requirit, ut sic præceptum observetur, ut peccatum non committatur, & non fiat homo reus ob Præceptum non impletum, lib. 5. de gratia, & libero arbitrio cap. 5. Contra, sciendum est, non esse omnino idem, facere bonum morale, & observare præceptum secundùm substantiam operis: potest enim servari Præceptum secundùm substantiam operis, etiam cum peccato. Ibid. cap. 9.

Responsio. Qui servat præceptum secundùm substantiam operis, non committit peccatum prævaricationis illius præcepti, neque reus est ob illud præceptum non impletum; sed tamen potest simul peccare contra aliud præceptum, & esse reus alterius præcepti non observati: qui autem facit opus bonum morale, nullum peccatum illa actione committit; exempli gratia: (*d*) Qui facit eleemosynam, quando tenetur ex præcepto, sed facit eam, ut videatur, & laudetur ab hominibus, is implet præceptum secundùm substantiam operis; tamen non facit opus bonum morale, quia quamvis non sit reus præcepti de eleemosyna facienda, ut Bellarminus docet in priori sententia: tamen peccatum inanis gloriæ committit, & ideò non facit opus bonum morale, sed malum, ut docet in posteriore sententia. Sed Auctor Apologiæ non multum curat de sensu, dummodo verba contrarium sonare videantur, quomodo in omnibus libris, & in ipsis etiam Scripturis divinis multas contradictiones inveniet. In Evangelio legimus: *Nemo bonus, nisi solus Deus*, Lucæ 18. & rursum legimus: *Euge serve bone, &c.* Lucæ 19. &, *Decurio vir bonus & justus*, Lucæ 23. Dicat igitur Auctor Apologiæ sanctum etiam Lucam contradictiones in Evangelio suo scripsisse. Sic etiam S. Paulus 1. Corinth. 8. dicit, *Nullus est Deus, nisi unus*: & ibidem ait: *Siquidem sunt Dii multi, & Domini multi*. Proinde clamare potest Adversarius noster, Apostolum in eadem Epistola, & eodem capite sibi contradicere; sed prudentes Christiani non Lucam, aut Paulum contradictionis, sed Auctorem Apologiæ imperitiæ, & levitatis arguerent.

Sexta. Petrus non amisit eam fidem, qua corde creditur ad Justitiam, lib. 4. de Pontif. cap. 3. Contra, peccatum Petri fuit lethale, lib. 3. de Justificat. cap. 14.

Responsio. Apud Lutheranos, qui sola fide justificari homines docent, contradictio esset, si quis diceret Petrum caruisse justitia, & non amisisse fidem; sed apud Catholicos, qui sciunt fidem sine operibus mortuam esse, & fidem non quamcumque, sed illam, quæ per dilectionem operatur, justificare, nulla contradictio est. Sic igitur & Bellarminus docuit, (*e*) S. Petrum, quando is Christum ter negavit, non amisisse fidem cordis, sed confessionem oris; & ideò peccasse quidem lethaliter, sed non fuisse hæreticum, vel infidelem. At, inquit Adversarius, Bellarminus scripsit, Petrum non amisisse fidem, qua creditur ad Justitiam; ergo existimavit, Petrum non amisisse fidem justificantem, cum quo non bene cohæret quòd peccaverit lethaliter. Verum est, ita scripsit Bellarminus; sed fides, qua creditur ad justitiam, est quidem fides justificans per modum dispositionis, sed non est fides absolutè perfecteque justificans, qualis est illa, quæ per dilectionem operatur. Nam si Apostolus existimaret fidem, qua creditur ad Justitiam, sufficere ad perfectam justificationem sine charitate, non adderet, Ore autem confessio fit ad salutem. Itaque S. Petrus habuit in corde fidem, quæ disposuit ad justitiam; sed ex defectu charitatis caruit confessione oris ad salutem: proinde salvus esse non poterat, nisi accenderetur ignis charitatis, qui veræ pœnitentiæ lachrymas excitaret.

Septima. Antichristus Magus futurus est, & more aliorum Magorum occultè Diabolum ipsum adoraturus, de Pontif. lib. 3. cap. 14. At contra, abhorrebit ab Idololatria, execrabitur atque oppugnabit

(a) *Quomodo Deus inclinet ad malum moraliter.* (b) *Modus quo Episcopi succedunt Apostolis, & Presbyteri cæteris Discipulis.* (c) *Judas aliquando bonus.* (d) *Quo sensu potest servari substantia Præcepti cum peccato.* (e) *Petrus non amisit fidem per peccatum.*

bit Idola, denique templum denuo ædificabit. Ibidem cap. 12.

Responsio. Qui contradictionem notavit, conciliationem etiam indicavit. (*a*) Nam Antichristus, ut in priore sententia dicitur, Diabolum adorabit, sed occultè ut Magi faciunt; publicè autem in conspectu hominum Idola execrabitur, & contra omnes Deos pugnabit. Quod ipsum Bellarminus apertè monuit, lib. 3. citato cap. 14.

Octava. Verbis consecrationis, vera & solemnis oblatio celebratur lib. 1. de Missa cap. 27. Contra, sacrificii oblatio magis in re quàm in verbis consistit; & illa actio qua corpus Domini super Altare ponitur, vera & realis oblatio est lib. 2. de Missa cap. 12.

Responsio. Non erat opus quærere diversa loca, ut contradictionem apparentem Apologiæ Auctor inveniret. Nam in eodem cap. 27. lib. 1. de Missa, utrumque dicitur, (*b*) & verbis consecrationis celebrari solemnem oblationem, & oblationem veram atque realem in re potius, quàm in verbis consistere; nimirum in ea actione, qua Christi corpus ponitur in altari, ut victima Deo sacra. Sed in eodem etiam loco declaratur quid sit per verba consecrationis celebrari solemnem oblationem, nimirum per verba consecrationis fieri, ut vera, & realis victima in altari esse inciperet. Itaque verba consecrationis non formaliter, sed efficienter ad oblationem concurrunt: & ideò non dixit Bellarminus, verba consecrationis esse oblationem, quasi oblatio esset verbalis; sed per ea verba celebrari oblationem, quia victima, quæ realiter offertur, per verba consecrationis efficitur, & in ara Domini collocatur.

Nona. Mundi finis non potest sciri, De anima Christi lib. 4. cap. 5. Contra, post Antichristi mortem non futuri sunt nisi quadraginta quinque dies usque ad Mundi finem, lib. 3. de Pontif. cap. 17.

Responsio. Si hæc contradictio est, in ipsa Scriptura divina est: utrumque enim in scriptura divina habetur: sed ideò non est contradictio, quia nemo scit, quando Antichristus veniet. Nam & Dominus dixit in Evangelio Matth. 24. Prædicabitur hoc Evangelium Regni in universo Orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio: & tamen quia nemo scit quando in toto Orbe prædicatio Evangelica complenda sit, nemo etiam scit, quando veniet consummatio.

Decima. Roma sedes erit Antichristi, & decem Reges comburent purpuream meretricem, id est, Romam, lib. 3. de Pontifice cap. 14. Contra, Antichristus Romam odio habebit, & pugnabit contra eam, & comburet. Ibidem.

Responsio. Hæc verò mirabilis est ars venandi contradictiones. Nam in cap. 14. nihil omnino de sede Antichristi dicitur. Sed errore typographi erratum est in numeris, & posita est nota arithmetica 14. pro 13. ita opinor: sed cap. 13. dicitur, & probatur multis argumentis Sedem Antichristi futuram esse Hierusalem, non Romam: (*c*) qua igitur licentia transmutavit Adversarius Hierusalem in Romam? sed & ipsa verba, quæ adducit, poterant illum admonere, si sapere, & non calumniari voluisset. Nam si decem Reges comburent purpuream meretricem, idest, Romam, & si Antichristus illam odio habebit, & per illos decem Reges comburet; quomodo Sedes illius erit? sed fortasse quia in libro Anglico non habebatur, Roma Sedes erit Antichri-

sti, & eo dempto, nulla apparebat
interpres Latinus ad exprimendam con
addidit illa pauca verba. At cur ta
falsi crimen admisit? quia in illo cap.
Bellarmino, Sedem Antichristi ex sen
ranorum futuram esse Romam, Adve
mino tribuere voluit, quod in ejus lib
rùm laborans, an ex sententia Bellar
rum id diceretur, qua ratione dicere
vangelista Christum vocatum esse sedu
niam in Evangelio legatur: *Recorda*
seductor ille dixit adhuc vivens, post
gam. Matth. 27.

Undecima. Duobus modis intelligi
universalis Episcopi: uno modo, ut i
tur universalis, intelligatur esse solus I
nium Urbium Christianarum, ita ut e
Episcopi, sed Vicarii tantùm illius, qu
copus universalis: quo sensu Papa no
lis Episcopus, lib. 2. de Pontifice cap.
omnis ordinaria jurisdictio Episcoporum
mediatè à Papa, & est in eo, & a
derivatur. Ibid. lib. 4. cap. 24.

Responsio. Non intelligo quæ sit in
tradictio. (*d*) Nam in priore sent
Papam non esse Episcopum universal
su, quòd solus ipse sit Episcopus, &
Episcopi, sed ejus Vicarii. In posterio
dicitur solum Papam esse Episcopum
alium esse Episcopum, vel cæteros or
cuntur Episcopi, non esse nisi Vicari
solùm dicitur Jurisdictionem Episcopo
re à Papa, in quo omnis Jurisdictio
plenissimè reperitur; quamvis enim E
Jurisdictionem accipiant à summo Pon
veri Episcopi sunt, & Jurisdictionem
non Vicarialem accipiunt. Sed Advers
habet spiritum contradictionis, & nih
dictiones cogitat; ita contradictiones
ginatur, & somniat, ubi nulla est co

Pag. 74. Expedita longa digressione
Epistolam Bellarmini, & verba seque
da sibi proponit: *Nunc*, inquit, *ut eò*
de digressi sumus; Cùm, inquit, *Pontifice*
attentarint contra Reges, cur quæso unus
met, quod ex tot Christianis Principibus
nullus timuit? Quid audio? Nulline unqua
aut Reges Christiani sibimet à Pontifice t
modo igitur miseri Imperatores isti, quos j
ctati sunt per Pontifices, atque inquietati,
per eosdem penitus subversi perierunt? Hæc
semper sui similis perseveret, cùm non
Jure reprehendat, ipse fingit, & add
que Bellarmino affingit, ut occasione
gladiandi, & eruditionem suam inutil
di. Illa enim verba, Cùm Pontifices
attentarint contra Reges; non habentu
Bellarmini: & tamen non solùm reci
ba Bellarmini, sed etiam longissima di
storica refelluntur. Quod Bellarminus
tantùm est, (*e*) nullam Principum c
carios videlicet, à Pontifice imperatam
batam, & de hoc uno timore, cædis vi
Cur unus Rex Angliæ timet, quod
stianis Principibus nullus timet? Sed qu
re supra aliquid dixerat, & videbat q
essent, quæ tunc attulerat, neque aliu
quod speciem argumenti firmioris præ

(a) *Antichristus Diabolum occultè colet, publicè execrabitur Idola.* (b) *Victima quæ realiter offertur per verba consecrationis.*
stori commentum. (d) *Papa non est Episcopus universalis adeò quod solus: sed quòd omnis Jurisdictio ab eo.* (e) *A*
mo Pontifice timere debeant.

xit verba magis generalia, eaque tamquam à Bellarmino prolata, per multas paginas refutavit.

Primùm igitur, profert in medium historiam (a) Henrici IV. *Numquid*, inquit, *non timuit Imperator ille, qui triduum expectavit ad januam Pontificis summo gelu & nivibus, antequam ei aditus pateret?* Respondeo, timuisse illum quidem, non cædem corporalem, de qua Bellarminus locutus est, sed vinculum excommunicationis, à quo ut absolvi mereretur, ad illam humilitatem se ipse spontè dejecit.

Secundò, profert (b) Fridericum I. *Numquid*, inquit, *ille Imperator non timuit, qui pronus in ventrem procubuit, dum alius quidam Pontifex cervices ei conculcaret?* Hæc verò Historia dubiæ fidei est, neque enim eam attingit Genebrardus in Chronico, ut hic noster falsò in margine adnotavit; neque Platina, neque Sigonius, neque Sabellicus. Cardinalis autem Baronius ex instituto refellit tom. 12. pag. 720. Sed sit vera. Quid aliud Fridericus timuit, nisi excommunicationem? hæc enim sunt verba Genebrardi, quem Adversarius pro se citavit: *Ad ejus* (Alexandri III.) *pedes procubuit Fridericus, petens absolutionem excommunicationis.* Hæc Genebrardus, qui de calcata cervice, ne verbo quidem meminit.

Tertiò, producit (c) Henricus VI. *Quid*, inquit, *ille etiam Imperator parum ne timuit, cui tertius quidam Pontifex Regni diadema de capite pedibus deturbavit?* Hæc autem Historia parum verisimilis est. Siquidem ille tertius Pontifex, cujus adversarius meminit, fuit Cœlestinus III. qui decrepitus annorum octoginta quinque cùm esset, & summa comitate atque humanitate omnium consensu præditus, neque cum Henrico simultatem gereret; certè nulla ratio patitur, ut credamus eum potuisse, aut voluisse Regium diadema de Henrici capite pedibus deturbare. At inquit Adversarius, scribit hoc Ranulphus in polychronico lib. 7. sed Ranulphus iste quantum fidei mereatur, æquus lector æstimet, cùm viderit eam historiam incognitam fuisse Sigonio, & Sabellico, & Platinæ, & Genebrardo, & omnibus Germanicis historicis, illis etiam, qui Pontifici Romano parum favere solent. Adde, quòd si fortè vera sit Historia, ut Baronius Cardinalis admittit, non inde timuit Imperator, neque Pontifici iratus fuit: quoniam intellexit in ipsa coronatione diadema sibi impositum, ac deinde dejectum ex capite, ac rursum in caput repositum, ut eo facto admoneretur coronam tantæ dignitatis posse malis meritis amitti, & ideò Patrem, Fridericum I. videlicet, non imitaretur, qui Ecclesiam diu vexavit, & divino judicio, quando minùs id expectabat, imperium cum vita amisit.

Quartò, profert (d) Philippum: *An non*, inquit, *& Philippus timuit, de quo, cum Imperator invito Innocentio tertio creatus esset, Pontifex in hanc vocem erupit, Aut Pontifex Philippo diadema, aut Philippus Pontifici insigne Apostolicum adimet. Quo dicto Pontifex Othonem in Philippum incitavit, qui eum postea interemit. Otho autem cæde facta Romam venit, & Imperator à Papa inauguratus est, quamvis postea Imperio ab eodem privatus est.* Hæc ille, qui videretur hoc loco aliquid dixisse, quod ad rem faceret, nisi manifestam falsitatem historiæ miscuisset. Falsum enim est Philippum ab Othone illo interfectum fuisse, qui postea imperavit. Scribunt enim gravissimi Auctores, Albertus Crantzius in sua Saxonia lib. 7. cap. 28. Joannes Nauclerus in Historia sua pag. 82. & Carolus Sigonius lib. 15. Appendicis, Philippum occisum fuisse ab Othone quodam privato homine, & Imperatoris intimo familiari, inscio Othone Imperatore. Palmerius quidem interfectum dicit Philippum à Comite Palatino: ab Othone autem Duce Saxoniæ, qui de Imperio cum Philippo contendit, & post ejus mortem coronatus est, neminem legi, qui Philippum necatum scripserit, præter Auctorem hujus Apologiæ, qui nullum pro sua opinione testem adduxit; & vel nominis æquivocatione deceptus est, vel falsa narratione lectores decipere voluit. Quod autem Innocentius dixerit, aut Philippo se diadema ablaturum, aut sibi à Philippo insigne Apostolicum detrahendum, scribit quidem Abbas Urspergensis, sed addit, id se ab aliis accepisse, & difficile esse relatu, & vix credendum.

Quintò, profert (e) Fridericum II. *Fridericus*, inquit, *an non timuit, cùm eum Innocentius excommunicaret, Regno privaret, Principes à Juramento fidelitatis ei dato absolveret, denique in Apulia quendam subornaret, qui eum veneno extingueret? Quo tamen exhausto, cùm convaluisset, conduxit Manfredum quendam, qui venenum ei daret: quo sumpto mortuus est.* Hæc ille, qui dum se in Historiis valde versatum ostendere cupit, corruptorem Historiarum se, impostoremque demonstrat. Conveniunt enim omnes Historici à Manfredo filio notho ejusdem Friderici, Fridericum graviter ægrotantem, pulvino in os injecto suffocatum, venenum autem à Manfredo propinatum Friderico, nullus Historicus dicit. Quòd autem Pontifex in hac re se miscuerit, solus Cuspinianus, qui recens est Auctor, ex Epistolis Petri de Vineis, sub dubio refert: Sive, inquit, ab hostibus, sive à Pontifice corruptus id fecerit. Sed omnes alii, qui mortem Friderici narrant, omnino de Pontifice silent, ut etiam veneni vix ullus meminit: sunt autem hi auctores, quos lector consulere poterit, Joannes Nauclerus in Chronographia vol. 2. generatione 42. Platina in vita Innocentii IV. Joannes Baptista Egnatius in vita Friderici 2. Sabellicus Enneadis nonæ lib. 6. Blondus Decadis secundæ lib. 7. Albertus Crantzius lib. 8. Saxoniæ cap. 18. Matthæus Palmerius in Chronico anni 1250. Jacobus Wimphelingius in epitome rerum Germanicarum, Paulus Langius in Historia Ecclesiæ Citicensis anno 1250. & alii. Sed Auctor Apologiæ quasi rem exploratam prædicat: *Conduxit*, inquit, *Manfredum quendam, qui venenum ei daret, quo sumpto, mortuus est*. Atque, ut apparet ex modo loquendi, nullas Historias legit. Si enim legisset, scivisset profectò Manfredum non fuisse sicarium aliquem, qui facilè conduci posset; sed filium Friderici, magnumque Principem; & non dixisset, conduxit Manfredum quendam, quasi obscurum homuncionem, neque veneni à Manfredo propinati mentionem fecisset, cùm hoc nullus omnino referat. Denique non tam asseveranter locutus fuisset, cùm solus Cuspinianus malè affectus erga Pontifices, ex sola conjectura simultatis & inimicitiarum, & dubitanter rem hanc attigerit.

Sextò, producit literas (f) Alexandri ad Sultanum: *Quid autem*, inquit, *Alexander scripsit Sultano? ut si absque molestia vellet degere, aliqua ratione tollendum de medio Imperatorem curaret*. Et Auctorem allegat Paulum Jovium lib. 2. Historiarum. Sed in libro Anglicè edito designatur Alexander III. Jovius autem scribit Historias temporis sui, ac per hoc res gestas Alexandri III. non attingit. Interpres, ut tutiùs lateret, Alexandrum nominavit, omisso numero.

(a) *Henric. 4.* (b) *Frideric. 1.* (c) *Henric. 6.* (d) *Phil. Imp.* (e) *Frider. 2.* (f) *Papa Alexander.*

mero. Et quidem Jovius in a.lib. Historiæ, Alexandri VI. res gestas describit; sed nullam Epistolam scriptam esse dicit ab Alexaodro ad Sultanum. Iraque Auctor Apologiæ doceat nos, de quo Alexandro loquatur, & quem Auctorem habeat eorum, quæ scribit, & tunc, si opus erit, responsum à nobis accipiet.

Septimò, adducit (*a*) Alexandrum VI. *Quid*, inquit, *Alexander ille sextus? nonne ducenta millia aureorum à Bajazeto Turca accepit, ut ea mercede, fratrem ejus Gemen, vel, ut quidam appellant Zizimum necaret, quippè quem Romæ tunc captivum tenuerat? Nonne conditiones oblatas amplexus est, & peracta cæde pecunias accepit?* Hanc Historiam unde Auctor Apologiæ acceperit, aveo scire. Annotat ad marginem solum nomen Cuspiniani. Cuspinianus autem in vita Bajazetis junioris scribit quidem Zizimum Bajazetis Fratrem in Castris Regis Francorum veneno sublatum, haud ignorante Pontifice; sed jussu Pontificis id factum, aut post cædem ducenta millia aureorum Pontifici numerata, non scribit. Sed Auctor Apologiæ potestatem habet addendi quidlibet ad Historias. Adde quòd, ut supra diximus, Cuspiniano non magnam fidem habere possumus in iis, quæ ad Pontifices pertinent, præsertim quando aliorum Historicorum testimoniis destituitur.

Octavò, adducit (*b*) Henricum II. Regen Anglorum: *Quid*, iuquit, *Henricus noster ejus nominis secundus, nonne timuit post occisum sanctum Thomam? qui præterquam quòd nudis pedibus in peregrinatione incessit, virgis etiam pœnas dedit in sacrario tamquam Scholæ discipulus, solatusque eo se est, quòd nihil gravius pateretur.* Verè omnino Henricus, & jure optimo timuit, non cædem corporis, de qua oos agimus, sed judicium Dei, & censuras Ecclesiæ; siquidem non ut Scholæ discipulus, ut iste garrit, sed ut verè pœnitens, maluit in terris cum hominibus flagellari, quàm post mortem cum Dæmonibus cruciari.

Nonò, adducit patrem Henrici Regis Francorum: *An non*, inquit, *timendi causa fuit Patri Regis Galliarum, qui nunc est, cùm Regnum Navarræ, quod ejus jure fuerat, Pontifex abalienaret, Regique Hispano donaret? cujus Regni dimidium Rex Hispanus hodieque obtinet.* At falsum est patrem Henrici IV. Regis Christianissimi fuisse illum, qui Navarræ Regnum primus amisit; ille enim Joannes dicebatur. Pater autem Regis Antonius dictus est. De titulo verò, quo Reges Hispaniæ Regnum Navarræ magna ex parte possident, oon est nostrum hoc loco disserere: consulat lector eos Historicos, qui res Hispanicas ex instituto tradunt.

Decimò, adducit (*c*) Henricum IV. Regem Christianissimum: *An non*, inquit, *is qui nunc regnat filius ejus, jure timuit, cùm se ab excommunicationis vinculis relaxari tam suppliciter obsecraret, ut Legatum suum Romæ virgis cæsum pœnitentium more passus sit?* Hæc verò satis ostendunt Auctorem Apologiæ non solùm extra rem evagari, cùm à timore gladii, & mortis temporalis, ad timorem spiritualium pœnarum transeat; sed etiam satis impudenter irridere sacras cæremonias, quæ in reconciliatione pœnitentium adhibentur, sed si magnum ei videtur, Legatum Regium, dum ab excommunicationis sententia de more Ecclesiæ Rex absolveretur, virga sacerdotali leviter percussum, non ad dolorem, sed ad significationem: quid quæso dixisset, si Magnum Theodosium Imperatorem Orbis terrarum vidisset Sancti Ambrosii Episcopi sui sententiam pertimescere, neque audere, illo interdicente, Templum intrare, nisi publicam pœnitentiam ageret, ac deinde ingredi permissum non stetisse, sed to-

to corpore pronum in pavimento jacui
capillos vulsisse, frontem graviter percu
vimentum lachrymis aspersisse, idque de
mate, & toto populo inspectante? Vi
Histor. lib. 9. cap. 30. Hunc igitur tanni
rem Rex Christianissimus imitatus, quia
re judicia Dei, & summi Pastoris senten
adstitit illi Deus, ut pericula non pauc
fœliciter evaderet, & deinceps quoque
fariorum hominum conatus, eodem adju
no non timebit.

Undecimò, affert exemplum (*d*) R
bethæ: *Quid*, inquit, *quæ nuper extitit R*
nonne erat, quòd circumspiceret, sibique ca
Pio V. excommunicata esset, subditi ejus à j
tia absoluti, quam ei debebant, Regnum Hybe
Regem Hispaniæ translatum, atque denique n
trums Theologus, eodemque purpureo decorat
nunc Bellarminus, non est veritus Stanlejana
pologiam publicare, in qua illud defendit, q
dem excommunicata esset Regina & hæretica;
ceret jam ejus subditis, verùm etiam necesse e
tione conscientiæ, nudare eam omni, quo po
& sive exercitus, sive oppida, sive arces, C
ejus obtinerent, Regi Hispano hosti tradere, h
nihil habente proprium, aut suum? Magna
causam timendi Elizabetha, si sapuisset,
quæ fidem datam Deo, & Ecclesiæ Cat
coosecratione statim fregit; certè timere
iram Dei, & ne sibi etiam à subditis fi
sto Dei judicio frangeretur. Quod aute
Stanlejana proditione, non fideliter, r
ratur: siquidem more suo Auctor Apo
riam multis additis mendaciis fœdè cor
enim responsio Cardinalis Alani (hun
vum Theologum vocat) ad literas St
hic ipse Auctor ad marginem notat. H
summa Historiæ. Abstulerant Angli à
niæ Daventriam Civitatem in Belgio
que Stanlejo custodiendam tradiderant
jus, cùm reconciliari vellet Ecclesiæ
eam Civitatem Regi restituit, tamquam
mino, idque nulla mercede pacta, vel r
restitutionem approbavit Cardinalis Al
stam. Cætera non Alani consilia, sed A
logiæ mendacia sunt.

Ultimo loco addit exemplum (*e*)
nunc in Anglia regnat, ac tria quædam
de Jacobus Rex cavendi sibi à Pontifi
habuit occasionem: *Primò*, inquit, *Bu*
tione earum, quarum feci jamdudum mentio
prohiberetur & Regni aditu, & corona. Ad
jam supra respondi, duo Brevia Ponti
tis VIII. anno 1600. ad Catholicos Angl
se, quibus sine ullius certæ personæ de
monebantur, ut quoad possent juvaren
tholicus Regno illo propediem vacatu
quo consilio nullum aliud à Pontifice
Catholicæ Ecclesiæ cura potissimùm inc
Christianum, magis pium, & utile dari
si hac generali admonitione Jacobus
ipse erat in causa, qui spem non obscur
tifici fallere volebat, vel certè ejus ad
hendi debent, qui magis adhuc apertè
Scotiæ Regem, adepto Anglicano Reg
cum futurum promittebant.

Addit secundò: *Deinde*, inquit, *ubi in*
que possessionem adeptus esset, horrenda illa

(a) *Alexand. 6.* (b) *Henricus 2. Rex Angliæ.* (c) *Henric. 4. Rex Gallorum.* (d) *Regina Elizabetha.* (e) *Jacobus 5. Angl.*

veraria, quæ Regem cum suis, & Regno, & vita penitus spoliatura fuisset. Ut ut autem Pontifex omni ratione se purgare laborat, quò minus ejus adminiculis fulta illa conjuratio fuisse videatur: tamen negare non potest primarios ejus in hoc Regno administros, & præcipua mancipia Jesuitas, ipsissimos illius auctores, designatoresque fuisse, quo etiam crimine, is qui Princeps fuit cohortis, mortuus est in confessione facinoris, alios conscientia egit in fugam, nonnulli etiam ipsam in Italiam penetrarunt. Ad hoc secundum Respondeo, tam multa hic mendacia sine ullo testimonio, vel probatione congeri, ut necesse sit Auctorem Apologiæ omnem omnino pudorem, & conscientiam exuisse. Quod enim attinet ad Pontificem, non est cur se purgare laboret, cùm nemo illum vel suspicione maculæ alicujus asperserit. (*a*) Quod autem attinet ad Jesuitas, ille ipse qui Dux erat cohortis, ut Auctori loqui placuit, Henricus Garnettus Præpositus Provincialis facilè mendacia ista refutabit. Constat enim Henricum in publico judicio, Rege ipso spectante, qui si vellet testis etiam esse posset, longissimo tempore examinatum, constanter semper dixisse; (*b*) neque se, neque ullum Jesuitam hujus conspirationis auctorem, vel complicem, vel consultorem, vel consentientem ullo modo fuisse, seque, cùm eum tractatum in confessione Sacramentali generatim cognovisset, dedisse omnem operam, ut à tali conspiratione desisteretur: immò etiam se, & suos ex Urbe Roma à Superioribus suis graviter admonitos, ut laicos Catholicos ab omni tumultu alienos suis cohortationibus continerent. Quod autem Henricus Garnettus in Judicio sæpè dixerat, id ipsum instante morte, coram innumerabili populo, longa oratione protestatus est: qua oratione sicut fidem Catholicam professus, & hæreses Anglicanas liberrimè detestatus est: ita eadem libertate negavit se auctorem, aut complicem, aut consultorem, aut ullo modo consentientem sceleris fuisse. Et tamen audet Auctor Apologiæ contra conscientiam propriam, & contra testimonium multorum millium hominum, qui crudelissimo spectaculo interfuerunt, dicere, *Is, qui Princeps fuit cohortis, mortuus est in confessione facinoris*, cùm dicere debuisset eum mortuum fuisse in abnegatione, & detestatione facinoris. Cur igitur, inquies, Henricus ultimo supplicio affectus est, si neque sceleris convictus, neque scelus confessus est? quia non revelavit, quod in confessione Sacramentali eum audivisse, Judices mira quadam versutia cognoverunt. Sed cùm Catholica doctrina non permittat, ad ullum malum vitandum, secretum Sacramentalis confessionis detegi; (*c*) maluit ille mortem acerbissimam pati, quàm tanti Sacramenti sigillum violare. Proinde judices illi, qui à Catholica fide, & doctrina alieni sunt, Henricum reum læsæ Majestatis ob non revelatam conspirationem fecerunt. Deus autem eundem Henricum ob Sacramentum divinum non violatum; & fidei Catholicæ confessionem, atque hæresum Protestantium detestationem corona gloriæ, ut piè credimus, redimivit. Porrò alii ex Jesuitis, qui fugam sibi consuluisse dicuntur, consilium Christi secuti sunt, qui suos admonuit, ut cùm persecutionem uno in loco paterentur, fugerent in alium. Quæ major enim persecutio cogitari potest, quàm quæri ad carceres, & supplicia sine conscientia facinoris, & sine testium indiciis? Addit postremò Auctor Apologiæ, *Neque tamen*, inquit, *aut illi, qui Regnum hoc fuga deseruerunt, nec Balduinus, is, qui quamquam substitit in Belgio, laboravit tamen nihilominus conscientia sceleris, unquam sunt in jus à Pontifice vocati, ne dum pœna ab eo affecti, quòd in tam turpe, & nefarium negotium consensissent.* Ad hoc tertium caput facilis est & expedita responsio. Non est consuetudo summi Pontificis homines in jus vocare, & multo minùs pœnis afficere, quos nullus accusat, vel de quorum criminibus nulla extant indicia, nulli testes. (*d*) Si Balduinus, quem unum nominas (nam cæteros, qui sint, tamen aliqui sunt, divinare non possumus) infamia hujus criminis laborasset, is certè à Serenissimo Archiduce Alberto optimo & justissimo Principe non fuisset permissus publicè in Belgio, & in ipsis primariis Civitatibus degere, sed quoniam neque ii, qui tamquam auctores sceleris ultimo supplicio affecti, diu sæpeque examinati Balduinum nominarunt inter complices, aut conscios, neque aliquid adversus eum in Anglia probatum erat; ideò neque summus Pontifex, neque ulli alii Catholici Principes illum in jus vocandum esse censuerunt. Quare Auctor Apologiæ excusari non potest à magna temeritate, & levitate, quòd sine ulla rationabili causa summum Pontificem Christi Vicarium, supremum, & sapientissimum Principem reprehendere voluerit eorum criminum, quorum suspicio ne privatis quidem hominibus adhæret, nisi probabiles causæ proferantur.

His expeditis, transit Adversarius ad aliud paradoxum. Nam cùm hactenus probare conatus sit plurimos Imperatores, aut Reges sibi à Pontifice timuisse, & Jacobum Regem multas timoris causas habuisse; nunc tamen quia degeneres animos timor arguit, ut Poeta dicit, contendit falsum esse quod Rex suus unquam timuerit. *Neque tamen*, inquit, *quantumcumque stupens admiretur, Panicum hunc terrorem esse, quo Rex laborat, unquam evicerit. Ecquidem enim Papam pro securitate sua Rex obsecravit? Ecquidnam alios Principes Christianos amicos suos, & necessarios cohortatus est, ut apud Papam pro ipso interpellarent? Ecquid aut opem, aut præsidium ab ipsis ullum emendicavit, quo incolumitati suæ satis consultum videri posset? nihil minus.* Hæc ille, qui videat ne Regem suum, dum constantem videri vult, temerarium faciat. (*e*) Nam si tot Magni Reges, & Imperatores Papam timuerunt, ut paulò ante tam longa digressione demonstrare conatus est; an non erit Rex suus temerarius, si timere nolit, quod tanti Reges timuerunt? sed Juramentum propositum, quo exigitur à singulis ut jurent, non posse Papam ulli concedere, ut aliquam violentiam, aut damnum personæ Majestatis suæ inferant: Item ut jurent se, non obstante qualibet sententia excommunicationis, vel declarationis, personam Regis defensuros, & revelaturos omnes conspirationes, & proditiones contra ipsum, & alia similia, quæ in eo Juramento continentur, satis apertè ostendunt, post pulverariam conjurationem Regem magno timore fuisse correptum, ac de his satis.

Pag. 81. Transit Auctor ad aliam partem Epistolæ Cardinalis Bellarmini, & examinat similitudinem desumptam ex oratione S. Gregorii Nazianzeni: dicit autem nullam esse similitudinem inter Julianum, & Jacobum, nisi quòd ille erat Imperator, iste est Rex. At Bellarminus (*f*) non posuit summam similitudinis in comparatione Juliani cum Jacobo, sed in comparatione rei cum re, fraudis cum fraude, negotii cum negotio. Sed tamen quia placuit Auctori Apologiæ conferre etiam personas, insistamus ejus vestigiis, & consideremus dissimilitudines Juliani Imperatoris, & Jacobi Regis. *Principio*, inquit, *Julianus fuit Apostata, totique fidei Christianæ renunciavit, quam olim professus fuerat, & denuò in Ethnicum, vel potius in Atheum conversus est: Rex noster Christianus est, nec unquam de-*

feruit

(a) *Calumnia in Jesuitas.* (b) *Henrici Garnetti protestatio.* (c) *Garnettus maluit mori, quàm revelare confessionis secretum.* (d) *P. Gulielmus Balduinus.* (e) *Auctoris Apologiæ inconstantia.* (f) *An Rex Angliæ possit Juliano Apostatæ comparari.*

ſeruit eam religionem, quam propemodum cum lacte imbibit, nec profeſſionem ſuam aliquando erubuit. Hæc ille; ſed non eſt verum, Julianum in Atheum fuiſſe conversum, cùm è contrario ab unius Dei cultu, ad multorum Deorum venerationem tranſierit, ut potiùs polytheus, quàm atheus dici debuerit. (a) Jacobus autem, cùm Catholicus non ſit, neque Chriſtianus eſt. Sic enim loquitur Sanctus Auguſtinus lib. de gratia Chriſti, cap. 10. *Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, ſi vult non ſolùm vocari, verùm etiam eſſe Chriſtianus*. Quibus verbis ſatis apertè declarat, eum Chriſtianum non eſſe, qui hæreticus eſt. Et clariùs ac fuſiùs Sanctus Athanaſius orat. 2. in Arianos, non procul ab initio, multis argumentis probat, nullum hæreticum propriè dici poſſe, vel eſſe Chriſtianum. Et multò antea ſanctus Cyprianus lib. 4. epiſtol. 2. ad Antonianum ſcripſerat: *Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt*. Jacobum autem Regem non eſſe Catholicum teſtis eſt Auctor Apologiæ, qui in ſingulis fermè paginis hujus libri nomen Catholici illis relinquit, qui Romani Pontificis Religionem ſequuntur: qui autem Catholicus non eſt, hoc ipſo hæreticus eſt. Catholicus enim atque hæreticus contraria ſunt, ut dies & nox, ut lumen & tenebræ. Neque omnino verum eſt, Jacobum numquam deſeruiſſe Religionem, quam primò ſuſceperat. Nam ex parentibus Catholicis natus, Catholico ritu Baptiſmum, ac per hoc Catholicam Religionem, fidemque ſuſcepit. Sed injuria temporum in educatores ſectarios incidit, qui eum ex Chriſtiano Calviniſtam fecerunt. Et ſi vera ſunt, quæ narrantur ab iis, qui eum intimè noverunt, cùm in Scotia Puritanus, & Proteſtantium inimicus eſſet; nunc in Anglia Proteſtans eſt, & Puritanorum adverſarium ſe gerit. Pergit: *Julianus contra Chriſtianos ſe convertit, tantummodo quòd in confeſſione cauſæ Chriſti perſtarent: Rex noſter hac in re cum ſubditis agens, id tantùm ſpectat, ut nota extet aliqua, qua diſtingui poſſit inter ſubditos fideles, & perfidos*. At nos ſupra non ſemel oſtendimus, quemadmodum Julianus Chriſtianos vexabat Religionis Chriſtianæ cauſa: ſic etiam Regem Jacobum mulctis pecuniariis, carceribus, exiliis, extremo ſupplicio Catholicos vexare, quòd Religionem Catholicam nolint deſerere, & hoc ipſum Juramentum eò tendere, ut fides Catholica de poteſtate ſummi Pontificis abnegetur. Pergit: *Juliani finis fuit Chriſtianorum everſio: Regi noſtro finis non alius propoſitus eſt, quàm ut fidem Chriſtianam in ſtatu tranquillitatis atque otii tueatur*. At nos contra videmus Jacobo Regi finem propoſitum eſſe, ſectam Proteſtantium in ſtatu tranquillitatis & otii tueri, & ad eum finem obtinendum, primùm Catholicos omnes, deinde etiam Puritanos opprimere. Pergit: *Julianus eò tendebat, ut homines adduceret ad Idololatriam patrandam: Rex noſter eò tantùm, ut ſubditos ſuos adducat ad manifeſtam profeſſionem naturalis ſuæ fidei, ac civilis obedientiæ, hac velut teſſera obſignandam*. Cur igitur in toto Juramento civilis obedientia & naturalis fides ne ſemel quidem nominatur, perpetuò autem poteſtas ſummi Pontificis abneganda proponitur? Pergit: *Julianus eam rationem præ cæteris inivit, ut ſubreperet incautis, & non cogitantes illaquearet: Regis noſtri tota ratio, quam ſequitur hac in re, plana eſt & evidens, omnique procul obſcuritatis integumento; ſiquidem nec veniam ulli unquam negavit eorum, qui ad jurandum vocarentur, deliberandi ſecum per otium commentandique de eo, in quod juraturus eſſet. Et ſi quis fortè interpretationem requireret, ſuppeditavit item omnem, quantam quiſque poſtularet*. Sed iſtam planitiem, & evidentiam nos

craſſiores, & ſimpliciores minimè cern
tur enim Juramentum ad civilem obedi
bus merè temporalibus exigi, & tamen
menti ad poteſtatem Pontificiam everte
ma ex parte referuntur. Neque dicitu
Ego juro Pontificem Romanum non eſ
cleſiæ, vel, Ego juro Regem Angliæ c
cleſiæ Anglicanæ in ſpiritualibus. Si e
ceretur, nemo deciperetur: ſed dicitur
eſſe parendum excommunicationi Pont
Pontificem non poſſe abſolvere ſubditos
tia Regis. Juro Pontificem ab hoc Ju
liberare non poſſe, quia legitima, ple
ritate mihi miniſtratum eſt, & ſimul,
nùs offendant, permiſcentur multa de p
de conſpirationibus, de Regia perſona
& cædibus liberanda: quæ cùm omn
horreant, fit, ut totum Juramentum
piatur, ne qui illud recuſaverit, in ſuſp
ditionis vel conſpirationis incidat. Pergit
diſſimilitudo in eo vertitur, quòd Julianus e
Idololatriam perpetrarent ſtatuis, imaginib
Rex noſter, omneſque ejus ſubditi, qui qu
gione cum eo ſentimus, adeò longè abſum
pa, ut à vobis hæretici, vel eo nomine cer
ab Idololatria patranda tam longè refugiam
rò in hoc ipſo maxima ſimilitudo eſt: (*b*
nus voluit quidem Chriſtianos ad Idol
trahere, ſed occultè, & ſub colore ci
nis. Imago enim Imperatoris ſine crimi
nis adorabatur; quia ſciebant Imagini Im
tum civilem exhiberi, ut ipſi Imperato
tur. Sed Julianus Imaginem ſuam ita p
ut in tabula ſive linteo Jovis quoque Im
tonantis Imago cerneretur: ut qui Im
ratoris adorabat, ſimul Jovis imagine
Et quoniam Jovi, qui Deus à gentibu
& ejus Imagini non civilis cultus, ſed
beri ſolebat; hac fraude Julianus Chr
colore civilis honoris Imperatori debit
divinum Imagini Jovis exhibendum, ido
latriam patrandam, & vero Deo cultum
adducebat. Atque hoc eſt omnino, q
glorum imitatus eſt. Propoſuit enim
quo ſub colore civilis obedientiæ in tem
gi debitæ, eidem Regi obedientia ſacra
in ſpiritualibus præſtaretur, & eadem ol
Eccleſiæ totius Primati denegaretur,
apertè demonſtratum eſt.

Quod autem Auctor cultum Imaginum
Sanctorum Idololatriam vocat, non eſ
cùm, ut ipſe confitetur, unus hic arti
multos, quorum cauſa hæretici Proteſt
Catholicis cenſeantur. (*c*) Neque eni
ſacrarum cultus Idololatria dici poteſt, n
Imagines Chriſti & Sanctorum Idola vid
quoniam Idolum eſt imago falſi Dei, prop
ſtolus, nihil eſſe Idolum, pronunciavit
Cor. c. 8. quia videlicet Imago eſt rei nul
tis, non poſſunt adverſarii Idola vocare I
ſti, & Sanctorum, niſi exiſtiment Chriſtu
Deum, & Sanctos ejus falſi Dei amicos
ſe; & denique Chriſtum, & Sanctos nu
nihil eſſe, quæ exiſtimatio ſitne hæretic
adverſariis judicandum relinquimus. Cert
ptima Generalis ante annos circiter n
thema dixit iis, qui Chriſti, & Sancto
Idola nominare præſumpſerint.

(a) *Quid hæreticus non ſit Chriſtianus.* (b) *Aptiſſima ſimilitudo Regis cum Juliano.* (c) *Quid ſit idolum propriè, & id*

Venio nunc, omissis conviciis, & nugis quæ ad rem non pertinent, ad exemplum allatum ex lib. 2. Machabæorum. Sic igitur Auctor Apologiæ loquitur pag. 85. *Ac Primò*, inquit, (a) *quod ad Eleazarum attinet, si Archipresbytero ratio esset recusandi Juramentum à Rege oblatum, tam bona, tamque constans, quàm fuit Eleazaro, cur à porcinis carnibus gustandis abstineret; adhiberi à Cardinale non sanè inscitè posset hoc exemplum ad suum institutum comprobandum*: Et infrà. *Sed cùm fundamentum malum sit ac vitiosum, ædificium super impositum non potest ullo modo esse diuturnum, quod enim exemplum, quæso, reperitur in universa sacra Scriptura, quo recusatio Juramenti à Rege oblati, vel detractio obedientiæ erga Regem præstandæ stabiliatur?* Ego verò audeo dicere, meliorem causam habere Catholicos Juramenti recusandi, quàm Eleazarus habuerit carnis porcinæ non gustandæ. Quamvis enim auctoritas imperandi utrobique sit eadem: tamen materia, de qua præceptum traditur, omnino diversa est; ibi enim de carne porcina non gustanda, hic de potestate capitis Ecclesiæ non abneganda lex datur, & opinor, adversarius non negabit potestatem capitis Ecclesiæ rem esse longè sublimiorem carne porcina, sed in eo semper adversarius vel decipitur, vel decipere alios nititur, quòd affirmat in Juramento à Rege proposito, nihil aliud contineri, nisi civilem obedientiam Regi esse præstandam. Hæc enim causa est, cur quærat exemplum in Scriptura divina, quo detractio obedientiæ stabiliatur. Nam si advertere vellet eo Juramento Potestatem summi Pontificis labefactari, & everti; facilè exemplum inveniret: nec solùm exemplum, sed etiam præceptum divinum, quo potestas summi sacerdotis evidentissimè stabilitur. Nam Deuteron. 17. satis apertè legimus. (b) *Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, sententia Judicis morietur, & auferes malum de Israel*; & Num. 16. videmus horrendum judicium Dei in Core, Dathan, & Abiron, quos unà cum familiis ipsorum terra absorbuit, & descenderunt vivi in Infernum propter schisma, & defectionem à Moyse, & Aaron, qui tunc summi Sacerdotes erant, & Ecclesiam Domini legitimè gubernabant. In novo autem Testamento non Imperatori vel Regi, sed Apostolo Petro, quem Vicarium suom super familiam suam Christus constituit, ab ipso Christo dictum scimus, *quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis*, Matth. 16. & cùm eidem mandavit Joan. ultimo, ut oves gregis sui utique omnes pasceret, simul etiam ovibus mandasse credendum est, ut ab eo se pasci, regique humiliter, obedienterque permitterent.

Quod autem Adversarius adjungit de Juramento Saulis. 1. Regum 14. ad rem nihil facit. Primùm enim non tractamus de Juramento servando, sed de Juramento suscipiendo. Deinde Juramentum Saulis omnino temerarium fuerat; & ideò judicio totius populi mortem evasit Jonathas, qui illud non servaverat. Sed tamen placuit Deo, ut Joanathas propter Juramentum non servatum in vitæ discrimen adduceretur, ut Saul ipse proprii filii jacturam faciens, de Juramento temerè suscepto pœnas daret.

Pag. 88. Transit Auctor Apologiæ ad (c) exemplum sancti Basilii, quod Bellarminus in epistola sua posuerat, & multa dicendo nihil dicit. Cavillatur primùm à Bellarmino omissa esse tamquam sibi contraria, verba illa Theodoreti de sancto Basilio, Imperatoris quidem amicitia magni se pendere cum pietate, qua remota perniciosam esse dicere. Sed Bellarminus non librum Theodoreti describere, sed quod ad rem suam faciebat, adducere voluit: tantum autem abest, ut eam sententiam sibi contrariam esse judicet, ut eam libentissimè, gratissimeque suscipiat. Nam & ipse amicitiam Regis Anglorum magni pendit cum pietate, sed ea remota perniciosam esse dicit, sed videamus quibus rationibus adversarius Bellarminum refellit, quod ad exemplum sancti Basilii pertinet, omissa longa narratione, quæ ad id solùm adhibita est, ut liber grandior redderetur. Jam, inquit, *comparet, qui vult causam sancti Basilii cum causa Archipresbyteri: Nam alioqui nec orthodoxum Regem docuit cum tam Ariano atque hæretico Imperatore conferre. Basilius tentatus est, ut Arianus esse vellet: Lis nulla mota est Archipresbytero de causis fidei. Basilius, nisi Verbum ei divinum obstitisset, Imperatori libens obtemperasset: cum Archipresbytero illud agitur, ut obtemperare non nolit, quamvis id ab eo Verbum Dei exigat. Basilius permagni fecit gratiam Imperatoris, si salva pietate eam promereri potuisset. Archipresbyterum hortatur Cardinalis, ut rejiciat, etsi consentaneum sic pietati, ut amplectatur*. At Bellarminus Regem orthodoxum cum Imperatore hæretico non composuit, (d) sed Regem cum Imperatore, non Catholicum cum Ariano, vexantem Catholicos cum persecutore Catholicorum rectè conferri posse existimavit. Porrò Basilius tentatus quidem est, ut Arianus esse vellet, sed sub colore subtilitatis dogmatum tentatus est. Non enim Basilio dictum est, Esto Arianus, vel Noli esse Catholicus, sed Noli propter modicam dogmatum subtilitatem Imperatori resistere. Sic igitur & Archipresbyter non apertè tentatus est, ut Primatum Apostolicum abnegaret, sed occultè, & sub colore civilis obedientiæ Regi præstandæ. Quòd autem lis nulla mota sit Archipresbytero de causa fidei, nescio qua fronte dicere audeat, qui scit illum Catholicæ fidei causa comprehensum, & post Juramentum præstitum adhuc in carceribus detineri; ut omittam quòd in ipso Juramento plurimæ sententiæ sunt, quæ ad potestatem summi Pontificis labefactandam pertinent. Neque verum est cum Archipresbytero id tantùm agi, ut obtemperare non nolit, quamvis id ab eo Verbum Dei exigat. Nam Archipresbyter jam obtemperavit, etiamsi Verbum Dei ab eo contrarium exigeret. Verbum enim Dei est, Oportet obedire Deo magis, quàm hominibus, Actor. 4. Denique falsum est etiam illud, quod Bellarminus hortatus sit Archipresbyterum, ut gratiam Regis rejiciat, etsi consentaneum sit pietati, ut eam amplectatur. Bellarminus enim de gratia Regis amplectenda vel rejicienda, ne verbum quidem fecit in epistola sua, sed hortatus est Archipresbyterum, ut pœnitentiam agat de Juramento nimis facilè suscepto, quod salva conscientia, & pietate suscipi non poterat.

Pergit Auctor Apologiæ pag. 91. & Bellarminum reprehendit, quòd lapsum (e) Archipresbyteri cum lapsu S. Petri Apostoli, & sancti Marcellini Pontificis comparaverit: quorum ille Christum negavit; iste Idolis scrificavit. Addit etiam Historiam de lapsu sancti Marcellini à Cardinale Baronio non sine magna causa in dubium revocari. Sed Bellarminus Archipresbyteri lapsum multò fuisse minorem illis verbis testatus est, Qui sancti Petri, & sancti Marcellini casum aliqua ex parte imitatus videris, &c. Neque similitudinem posuit in lapsu, sed in causa, quomodo enim ex imbecillitate animi, & timore pœnarum

(a) *De exemplo Eleazari*. (b) *Exempla Scripturæ de potestate Summi Pontificis*: (c) *De exemplo S. Basilii*. (d) *In quibus Rex Angliæ conveniat cum Juliano Apostata*. (e) *Comparatio lapsus Archipresbyt. cum lapsu S. Petri*.

rum sancti illi viri ceciderunt; ita fieri potuit, ut Archipresbyter ex aliqua simili imbecillitate caderet. Parum autem refert utrum Historia de lapsu S. Marcellini certæ fidei sit, an dubiæ, satis enim est ad exhortationem, quòd ea Historia communi consensu recepta sit, ut etiam Baronius ipse testatur.

Transit deinde pag. 94. ad auctoritatem sancti Gregorii, quam Bellarminus in epistola sua adduxit, ut probaret quanti momenti sit Primatum Apostolicum denegare. Ac primùm miratur, cur sanctum Gregorium Apostolum Anglorum nominaverit. *Cur Gregorium*, inquit, *Apostolum nostrum vocarit, nescio.* Rectè miratur, ac dicit se id nescire, quoniam Protestantes Angli non Sanctum Gregorium Apostolum, sed Martinum Bucerum, & Petrum Martyrem Apostatas Sectæ suæ Auctores habent. Sed Bellarminus Venerabilem Bedam secutus est, qui sanctum Gregorium in Historia gentis suæ Anglorum Apostolum nominavit. Addit, debere Sancti Gregorii successores vestigiis prædecessoris insistere in eo, quòd missi à Sancto Gregorio nullam exercuerunt muneris sui partem, nisi pace, permissuque Regis: quomodo etiam missi à Sancto Eleutherio locum suum in hac provincia Regia auctoritate obtinuerunt: *Quòd si*, inquit, *hodierni Pontifices his insistere vellent majorum suorum vestigiis; equidem nec fugitivos alieni Principis foris exciperent, nec eosdem rursus domum remitterent (non solùm absque ulla venia Principis, verùm etiam manifestò contra ipsius leges) cum consiliis, & doctrina meram rebellionem spirante, ad subditos absolvendos ab obedientia sua erga legitimum Regem suum & Principem.* (a) Utinam sic Angli Protestantes retinuissent doctrinam Sancti Gregorii, & Sancti Eleutherii, ut moderni Pontifices prædecessorum suorum vestigiis diligenter insistunt: Sed ad rem. Non negamus cum bona venia Principum, & cum ipsorum gratia, & pace prædicandum esse Evangelium, quando ea potest haberi: sed si Principes resistant, non ideò prædicationem omittendam esse docent nos Scripturæ divinæ, & exempla majorum. Certè quando Christus Dominus jussit Apostolis, ut euntes in mundum universum prædicarent Evangelium omni creaturæ, non addidit conditionem, nisi Principes mundi fortè resistant. Et B. Paulus, qui prædicavit Evangelium ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum, & ubique ordinavit Ecclesias, Episcoposque constituit; non legitur auctoritatem à Principibus quæsivisse, vel accepisse, quod idem de aliis Apostolis dici potest. Quando autem Diocletianus, & Maximianus imitati prædecessores suos, prædicari Evangelium, & Christianos fieri prohibuerunt; non ob id tamen prædicatio Evangelii, vel gentium conversio, aut Ecclesiæ ædificatio, repugnantibus licèt Imperatoribus cessavit. Et quando Principes hæretici, Constantius, Trasimundus, Hunnericus, & alii Catholicos nullo loco esse patiebantur; Catholici tamen illis invitis, & resistentibus, vel palàm, vel occultè fidem Catholicam prædicabant. Atque ut vel (b) unum exemplum antiquitatis referam, Eusebius Samosatenus Episcopus, ut scribitur in Historia tripartita lib. 7. cap. 16. in Thraciam exilio deportatus ab Ariano Principe, cùm videret Ecclesias pastoribus desolatas, habitu militari suscepto, Syriam peragrabat, & Phœnicem pariter, & Palæstinam, Presbyteros ordinans atque Diaconos, aliaque Ecclesiæ obibat officia. Hunc Sanctum Episcopum imitantur illi, quos vos fugitivos appellatis: qui quidem, ut Deo magis obediant quàm hominibus, non dubitant cum periculo vitæ in patriam redire, quamvis Princeps lege po-

sita reditum interdixerit. Nam & ille S
pus longè à patria in exilium deportat
fide Catholica conservanda cessaret; se
pii mandata contemnens mutato habi
Ecclesiastica obibat officia, ut Regis C
compleret. Quod autem dicit Adversa
proditoriis, & doctrina rebellionem sp
lumnias pertinet. Nam etsi fuerunt,
consilia inierint; ea tamen non ex doc
ca, neque ex recta ratione, sed ex de
suprà diximus, hauserunt. Quod post
de absolvendis subditis ab obedientia e
Regem & Principem, jam suprà docui
Ecclesiæ universæ Rectorem id Juris
Princeps ab Ecclesiæ unitate per hære
ma deficiat, possit eum excommunicar
municatum declarare, & subditos ejus
dientia liberare. Neque esse hanc nova
sed in Concilio Lateranensi omnium m
berrimo approbatam; atque usu Christ
multa sæcula receptam.

His quasi prolegomenis expeditis, a
Apologiæ ad explicanda verba Sancti G
à Bellarmino dicit esse contra mentem
gorii allegata. Verba hæc sunt in epis
Ne Apostolicæ Sedis reverentia ullius pra
tur: tunc enim status membrorum integer
fidei nulla pulsetur injuria, & Canonum m
atque intemerata semper auctoritas. Quæ
(c) quid per Caput fidei significen
ipsum Gregorium, ut summum Pontifi
dei dictum esse affirmamus, idest, Ca
Caput Ecclesiæ, Caput, per quod Ec
discit, & docet. Adversarius contrad
pag. 97. *Quòd Gregorius illo vocabulo Cap*
se nostræ fidei aut Religionis prædicaverit,
modo potest cum reliqua ejus doctrina, atq
niam enim cùm alius universalis Episcopi
ret, Gregorius dicere non dubitavit, Qui
men sibi assumeret, præcursorem esse eum
tamen titulus longè infra eum est, quo quis
minetur. Respondeo, argumentum nih
cludere; quoniam vocabulum Episcopi
eo sensu, quo à Sancto Gregorio acc
chiam Ecclesiasticam penitus destruit
autem Capitis fidei hierarchiam eand
Is enim dicitur apud Gregorium Epis
lis, qui solus Episcopus ita esse cupi
lios esse patiatur Episcopos: sic enim S.
rius loquitur lib. 7. epist. 69. *Si unus univ*
stas ut vos Episcopi non sitis; & lib. 4. ep
Patriarcha universalis dicitur, Patriarchar
ris derogatur; & epistol. 34. ejusdem lib
de est, ut patienter feratur, quatenus de
prædictus Frater solus conetur appellari Epi
tè in hoc sensu hierarchia universa to
confunditur, quæ ex Episcopis, Archie
triarchis sub uno capite summo Ponti
tur, quæ eadem non tollitur, sed cons
unus aliis præsidet, eosque in unitate co
ritò igitur Sanctus Gregorius universalis
cabulum exhorruit: vocabulum autem
ter accepit. Sed Auctor Apologiæ sent
ti sui debilitatem, subjungit & ait:
niam Bellarminus, ut id de uno Gregorio
le de multis, & sæpè dicit ex omni numero
nis cautè locutus est. Allegat autem du
bris Bellarmini, unum ex lib. 2. de

(a) *Anglia conversio à S. Gregorio*; (b) *Exemplum insigne.* (c) *Quid sit Caput fidei in S. Gregorio.*

alterum ex lib. 2. de Pontifice cap. 10. sed Adversarius non bona fide, ut alias monui, scripta Bellarmini refert. Nam lib. 2. de Christo cap. 2. id solùm Bellarminus dicit, nos sequi doctrinam Patrum, quando in eadem sententia omnes conveniunt, non quando unus aliquid proprii docet repugnantibus cæteris, tunc enim minùs credimus uni, quàm multis. Neque in hoc loco invenitur illud, Minùs cautè locutus est. In libro verò 2. de Pontifice cap. 10. non de Sanctis Patribus, sed de Nicolao Lyrano dixit, Minùs cautè locutus est. Cùm igitur Sanctus Gregorius unus sit ex Patribus Sanctis, & quod scripsit non repugnet doctrinæ cæterorum; non rectè de eo dici potest hoc loco, Minùs cautè locutus est: sed Adversarius tandem sententiam suam sine ambagibus explicat, cùm addit: *Igitur ut Apostolum nostrum ex ejus manibus eximamus, ad nosque revocemus, ut noster porrò sit in hac causa, non illius: est hoc quidem verum, quod dicit hoc loco, sed eo tamen sensu quo dicit; Cùm disturbare, aut imminuere, aut abolere molimini Jus auctoritatemque Ecclesiæ, quæ penes Regium Caput residet intra suas ditiones, atque fines; caput ejus abscinditis, summoque Gubernatori injuriam facitis, & totius corporis compagem, ac membra turbatis*. Hæc ille, qui verè sanctum Gregorium à nobis abstulit, atque ad se revocavit, cùm illum arte mirabili ex Catholicæ Ecclesiæ Præsule, in Protestantem hæreticum transformaverit. Sed tanta est hæc audacia, & impudentia, ut mirum sit ejusmodi expositionem in hominem sanæ mentis cadere potuisse. Nam sanctus Gregorius de Sede Apostolica, non de Rege loquebatur, cùm diceret: *Illud autem admonemus, ut Sedis Apostolicæ reverentia nullius præsumptione turbetur*, ac deinde id probavit, dicens: *Tunc enim status membrorum integer manet, si caput fidei nulla pulsetur injuria*. Quis igitur non videt Caput Fidei Sedem Apostolicam nominari? Adde quòd in ea epistola de usu pallii sermo est, & monet sanctus Gregorius Archiepiscopum Panormitanum, ut sacro pallio ab Apostolica Sede ad se transmisso, utatur iis tantùm locis, & temporibus, quibus utuntur alii similes Sacerdotes: neque præsumat aliquid ultra ea, quæ à Sede Apostolica conceduntur; atque ad hoc propositum ponit verba, quæ supra recitata sunt, Quid in hoc negotio habent Reges? quid Regibus cum pallio, quod est insigne Archiepiscoporum? Sed Auctor Apologiæ hac impudentia non contentus, quasi planum fuisset, jussu summi Pontificis per immissos sicarios Reges cædi consuevisse; admonet, Papæ & Cardinalibus suggerendum esse, quod sanctus Gregorius lib. 7. epist. 1. per Sabinianum Præfectum Imperatoris jubet suggeri Mauritio: *Si ego in morte Longobardorum me miscere voluissem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione esset divisa; sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere formido*. Sicut autem Adversarius in eo deceptus est, quòd Sabinianum, ad quem scribit sanctus Gregorius, existimavit Præfectum Imperatoris fuisse, cùm esset Diaconus Cardinalis Ecclesiæ Romanæ, & qui sancto Gregorio in Pontificatu successit; ita decipere alios voluit commemoratione illius suggestionis, quam nihil omnino ad rem facere, ex iis quæ supra demonstravimus, intelligi potest. Summi enim Pontifices non occultè per sicarios, sed publicè per censoras Ecclesiasticas cum Principibus inobedientibus agunt.

Transit deinde pag. 99. à S. Gregorio ad (a) sanctum Leonem, cujus tres sententias Bellarminus in Epistola sua posuerat, & quoniam verba S. Leonis non poterat ulla ratione pervertere; sanctum Leonem audacter reprehendit, quod dum sanctum Petrum immodicè laudat, ipse sibi nimium tribuat. In quo discipulum se Calvini demonstrat, qui lib. 4. Institut. cap. 7. cùm nihil haberet, quod evidentissimis testimoniis hujus Sanctissimi Pontificis responderet, transiit ad convicia, ac Leonem avidum gloriæ, & dominationis plus nimio fuisse contendit. Neque contentus fuit Auctor Apologiæ sanctum Leonem ambitionis notasse, quem tota semper antiquitas ut doctissimum atque optimum Pontificem, & sanctitatis gloria excellentissimum venerata est; sed addidit etiam falsam historiam. Scripsit enim pag. 101. *Contendebat*, inquit, *tunc temporis cum eo de Primatu Patriarcha Constantinopolitanus; & in Concilio Chalcedonensi, Episcopi sexcenti, & quod excedit, æqualem auctoritatem illius sedis Patriarchæ adscripserunt; nec privilegium Romanæ sedis supra Constantinopolitanam ullo modo passi sunt; sed contra eum decretis suis suffragiisque pugnarunt*. Hæc ille. Sed verum quidem est Patres Concilii Chalcedonensis tribuere voluisse Episcopo Constantinopolitano paria privilegia: falsum tamen est, quod de Primatu cum Episcopo Romano Constantinopolitanus Patriarcha contenderet, paria enim privilegia intelligebant respectu inferiorum: sic tamen, ut Romanus Pontifex primum locum haberet, ut semper habuerat. Constantinopolitanus autem ad secundum ascenderet, qui locus Alexandrini Episcopi ante fuerat. Id probamus primò ex ipsis verbis Concilii Chalcedonensis, ubi legimus, Patres Concilii voluisse renovare Canonem Concilii Constantinopolitani. Canon autem Concilii Constantinopolitani hic fuit: *Constantinopolitanæ Civitatis Episcopum habere oportet Primatus honorem post Romanum Episcopum, propterea quòd sit nova Roma*. Secundò probamus ex epistola Concilii Chalcedonensis ad Leonem, qua petiit confirmari decreta sua: in qua epistola nullam mentionem faciunt parium privilegiorum, solùm dicunt se renovasse Canonem secundæ Synodi, quo secundus honor Episcopo Constantinopolitano tribuebatur. Tertiò probamus ex ipso Leone, qui Epistola 59. respondens ad Concilii literas, & in multis aliis epistolis ad Imperatorem, & ad varios Episcopos de hac causa, nusquam meminit parium privilegiorum: sed ubique acriter damnat Episcopi Constantinopolitani ambitiosam cupiditatem, quòd se Alexandrino atque Antiocheno Episcopo anteponere voluisset. Quartò probamus ex sancto Gregorio, qui affirmat Constantinopolitanum Episcopum subjectum fuisse Episcopo Romano, etiam quando jam obtinuerat, quod in secunda & quarta Synodo definitum erat. Sic enim scribit lib. 7. epistol. 63. ad Joannem Siracusanum: *De Sede*, inquit, *Constantinopolitana quis dubitet eam Apostolicæ Sedi esse subjectam? quod & Dominus piissimus Imperator, & Frater meus Eusebius ejusdem Civitatis Episcopus assiduè profitentur*. Falsò igitur Auctor Apologiæ scripsit Concilii Chalcedonensis Patres nullo modo passos esse, ut Romana sedes supra Constantinopolitanam privilegium ullum haberet: ut etiam illud, Episcopum Constantinopolitanum cum Romano Pontifice de Primatu Ecclesiæ contendisse. Addit postremò sanctum Leonem, quamvis nimis multa Sancto Petro tribuerit, nihil tamen Cæsari ademisse, sed & honoris vocabula, & auctoritatis privilegia, & potestatem convocandi Concilia arbitratu suo ei tribuisse: id, quod probat ex epist. 9. ad Theodosium; ubi sic legimus: *Si Pietas Vestra suggestioni ac suppli-*

cationi

(a) *De S. Leone primo Pontifice.*

ationi nostra dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis Episcopale Concilium, & ex epist. 16. ad Flavianum: *Quia Clementissimus Imperator, pro Ecclesia pace sollicitus Synodum voluit congregare, quamvis appareat, rem de qua agitur, nequaquam Synodi indigere tractatu*, & ex epist. 17. ad Theodosium: *Quamvis ad diem Concilii Episcopalis, quem Pietas Vestra constituit, occurrere me nulla ratio permittat*. Ad hæc loca breviter respondemus, (a) negari non posse quin in Conciliis Generalibus indicendis, aliqua esset Imperatoris auctoritas: neque enim decebat, ut in Civitatibus Imperatori subjectis, tanta Episcoporum multitudo conveniret, sine consensu & voluntate Imperatoris, sæpè etiam Imperatores pii de communi bono Ecclesiarum, & pace solliciti, Concilia fieri cupiebant, & annuente Pontifice indicebant, sed neque illud negari debet, præcipuam auctoritatem in iisdem indicendis Conciliis fuisse apud summum Pontificem, ita ut sine consensu Pontificis maximi nulla Concilia rata fuerint: sine consensu autem Imperatoris multa fuerint rata. Ac ut aliqua testimonia adducamus, in Conc. Calcedonensi act. 1. jubetur Dioscorus non sedere inter Episcopos, eò quòd Synodum facere ausus fuerit sine auctoritate Apostolicæ Sedis: *Quod*, inquiunt, *numquam licuit, numquam factum est*. Et in septima Synodo act. 6. irritum judicatur Concilium quoddam Constantinopolitanum, quod ab Imperatore congregatum fuisset, sine consensu Apostolicæ Sedis. Et in Concilio quarto Romano in causa Symmachi, cùm Episcopi aliquot Theodorico Regi, qui Synodum convocaverat, libertate Sacerdotali dixissent, Ab ipso Papa debuisse Concilium convocari: respondit Rex id ipsum per literas Symmachum Pontificem postulasse. Et cùm Episcopi literas Pontificis videre cupivissent, Rex continuò jussit ostendi. Simile est quod legimus apud Theodoretum lib. 5. Hist. cap. 9. in epist. Concilii ad Damasum; *Mandato*, inquiunt Patres, *literarum superiore anno à vestra Reverentia ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter duntaxat Constantinopolim usque faciendum nos preparavimus*. Proinde Theodosius quidem Concilium indixerat, sed ex mandato literarum Pontificis Damasi. Quale est etiam, quod habemus in Epistola Adriani II. ad Basilium Imperatorem, quæ lecta est in octava Synodo act. 1. *Volumus*, inquit Papa, *per Tuæ Pietatis industriam, Constantinopoli numerosum convocare Concilium*. Item id quod scribit Sixtus Papa III. sancti Leonis prædecessor in epistola ad Orientales: *Augustus*, inquit, *Valentinianus nostra auctoritate Synodum convocavit*. Denique addamus unum ipsius etiam Leonis Pontificis testimonium. Is in epist. 93. quæ est ad Turbium: *Dedimus*, inquit, *literas ad fratres & Coepiscopos nostros, eisque Concilium Synodi Generalis indiximus*. Ac de his hactenus, quæ in libris Catholicorum Scriptorum fusissimè disputata inveniuntur.

Pag. 102. Aggreditur Auctor aliam digressionem. *De uno verò verbo*, inquit, *quod ab eo ponitur in media quasi turba exemplorum, non sanè possum, quin eum vehementer collaudem. Id autem unum, hoc est: quòd omne genus supplicii, ipsamque adeo mortem Martyres tolerare oporteat, potius quàm unam syllabam divinæ legis corrumpi sinant. Ad quam amussim si ipse se exigeret, & reliqui ejusdem fidei cum illo professores sese componerent, nec Eucharistia jam administraretur sub una specie contra evidentissimam Christi institutionem, contra praxim Apostolorum, institutumque totius primitivæ Ecclesiæ per non pauca sæcula; (b) Nec verò Missæ privatæ successissent in locum Cœnæ Dominicæ, nec verba Canonis Missæ verbis apponerentur Sanctorum Lucæ & Pauli; in quo habe[...] nostrum confitentem reum, & omnino re[...] negantem inter se*. Hæc ille, qui quan[...]
in iis, quæ sine ulla probatione dicit
ne sub una specie, & de Missis privat[...]
gi poterit ex mendacio, quod adjung[...]
ne verborum Canonis ad verba Sanc[...]
Pauli. Et quoniam habere se dicit B[...]
versarium confitentem reum, & ea r[...]
se posse negantem, adscribemus ipsa
ba ex loco quem ipse allegat. Sic ig[...]
larminus lib. 4. de Sacramento Euch[...]
*Secundò calumniatur Kemnitius detracta e[...]
consecratione panis, Quod pro vobis trad[...]
tur. Respondeo, illa verba non haberi a[...]
& Marcum, nec apud Justinum Apolog[...]
rillum catechesi 4. Mystagogica, & Euse[...]
homil. 5. de Paschate: cum tamen is om[...]
mam consecrationis. Et sicut hos auctores
possumus; ita nec nostram Missam repre[...]
beret, præsertim cùm antiquior sit liturgia
cto Petro prodit (ut S. Thomas docet 3. p.
ad 4. & ante eum Leo IX. in epistola ad N[...]
quàm Evangelium Lucæ, & Epistola Pa[...]
runt illa verba, Quod pro vobis frang[...]*
verba, in quibus auctor Apologiæ dic[...]
positionem verborum Canonis Missæ
& Pauli; & ex quibus gloriatur se
rium confitentem reum, & negante[...]
modo inter se conciliari. At ubi est
la mentio oppositionis? ubi est contr[...]
ciliabilis? ubi confessio rei? Docet I[...]
nonem Missæ optimè se habere, eti[...]
sint pauca illa verba, *Quod pro vobis*
bat primò, quia consecratio panis est
& Marcum sine illis verbis, quod
certissimum, ea verba non esse de e[...]
rionis; alioqui enim, qui habebant
lius Matthæi, vel solius Marci, non
tionem peregissent. Probat secundò
Martyr, Cyrillus Hierosolymitanu[...]
Emissenus referunt verba consecratio[...]
bis. Probat tertiò, quia liturgia no[...]
setur à sancto Petro tradita; proinde
tionis, quæ sunt in nostro Canone
possunt, etiamsi careant illis verbis
dita à sanctis Luca & Paulo: quæ
contraria verbis Canonis, alioqui es[...]
traria verbis sanctorum Matthæi & M[...]
la est contrarietas. Nam Matthæus
vius; Lucas & Paulus paulò fusiùs re[...]
bere voluerunt.

Jam verò quoniam Bellarminus in E[...]
minerat (d) Nicolai Sanderi, eumq[...]
ut hominem de Ecclesia Anglicana op[...]
auctor Apologiæ respondet pag. 104.
quidem optimè meritum de Ecclesia
sed meritum pessimè de Regina Anglic[...]
so Regno. Id ut probet, describit al[...]
ex libris ejus, quas ironicè aureolas
sententiæ nobis verè aureæ esse videnti[...]
omittimus hìc adscribere, quia nec ad
refellendas aliquid attulit; & nos libr[...]
alienis scriptis augere non voluimus.

Pag. 106. reprehendit Bellarminum
nem Epistolæ suæ scripserit; (e) Joa[...]
& Thomam Morum mortem oppetii[...]
gravissimo dogmate de Primatu Ponti[...]

(a) *Num penes Imp. sit potestas indicendi Concilia.* (b) *Mendacium circa Missas privatas.* (c) *An Catholici discedant à Nicolao Sandero.* (e) *De Joanne Roffensi & Thoma Moro.*

nititur eos mortem oppetiisse, non pro hoc uno dogmate, sed etiam quòd approbare noluerint secundum matrimonium Regis Henrici: & affert ipsa verba Thomæ Mori ad Judices: *Non ignoro*, inquit, *cur me morti adjudicaveritis, videlicet ob id, quod nunquam assentire voluerim in negotio matrimonii Regis*, & tandem subjicit *Auctor Apologiæ: Quæ meo judicio valde carnalis causa Martyrii fuit*. At Bellarminus non dixit Joannem Roffensem & Thomam Morum pro hac sola causa Primatus mortem oppetiisse; sed pro hac una causa duces fuisse plurimis ad martyrium. Illi enim, qui regnante Elizabetha necati sunt, non pro causa matrimonii, sed pro causa Primatus necati sunt: illis autem duces ad Martyrium Roffensis & Morus fuerunt. Quòd autem duo isti Clarissimi Viri pro Primatu Pontificis asserendo, & Primatu Regis detestando mortui sint, auctor Apologiæ negare non potest, nisi verborum suorum oblivisci velit, quæ in hoc ipso libro pag. 48. habentur. *Sub Henrico*, inquit, *octavo primùm introductum est Juramentum primatus; sub eoque Thomas Morus & Roffensis supplicio affecti, idque partim ob eam causam, quòd Juramentum illud recusarent*. Sed neque causa matrimonii à causa Primatus tantum differebat, ut non posset etiam ad Primatus causam revocari, quod enim in quæstionem tunc vertebatur circa matrimonium, illud erat; Utrum summus Pontifex dispensare potuisset, ut Henricus Catherinam uxorem fratris sui Arthuri jam defuncti duceret. Posita enim legitima dispensatione, Catherina legitima Henrici uxor erat, at verò legitima uxore vivente, non poterat Henricus Annam Bolenam conjugem accipere. Ex quo sequitur ut Roffensis & Morus, qui mori maluerunt, quàm secundum matrimonium approbare, pro legitima potestate summi Pontificis in dispensando mortem oppetierint. Cui autem carnalis causa martyrii suscipiendi videtur esse causa illegitimi matrimonii, is poterit etiam irridere sanctissimum Præcursorem Domini nostri, quòd carnalem causam martyrii habuerit, quem constat ab Herode occisum, quòd ejus illegitimum matrimonium liberè improbaret.

Quod verò contra B. Martyrem Roffensem Auctor adducit pag. 109. universalem atque Catholicum Ecclesiæ Anglicanæ consensum, ac dicit universalitatem apud Bellarminum esse notam veræ Ecclesiæ, omnino ridiculum est. Quasi Christianæ Ecclesiæ universitas, ad unius Insulæ angustias redigi debeat: & quasi non sciamus Catholicum illum consensum Ecclesiæ Anglicanæ, nihil fuisse aliud, nisi consensum partim hominum adulatorum, partim vi, & metu compulsorum, cui consensui opponere Roffensis potuisset consensum Orbis terræ, idest, Ecclesiarum Catholicarum toto terrarum orbe diffusarum.

Simile est, quod addit pag. 110. Perpaucos fuisse è popularibus, nullos autem ex insignioribus Viris, qui Roffensem & Morum pro hoc dogmate ad Martyrium secuti sunt. (*a*) Nos enim ex historiis propè innumerabiles omnium generum addicere possemus, qui ab anno 1535. (quo anno duo illa lumina occubuerunt) usque ad hunc annum 1608. tum regnante Henrico, tum regnante Elizabetha, tum regnante Jacobo, pro fide Primatus Apostolici sanguinem effuderunt. Consulat, qui carnificinam horribilem spectare cupit, librum septimum Nicolai Sanderi de visibili Monarchia, librum ejusdem de Anglicano schismate Commentarium Laurentii Surii de rebus gestis in Orbe terrarum ab anno 1500. librum de vita & Martyrio Carthusiensium Monachorum, & alios similes libros non paucos.

Ad extremum auctor Apologiæ confirmare aggreditur ex verbis Dei Primatum Regum in spiritualibus ac primùm producit multa argumenta ex Testamento veteri: quæ ut ab ipso cursim producuntur; sic etiam à nobis cursim refutabuntur.

Primò, (*b*) *Sub veteri*, inquit, *testamento Reges propriè erant gubernatores Ecclesiæ*. 2. *Chron*. 19. 4. At ne, nomen quidem Ecclesiæ eo loco legitur: & in eodem capite distinguitur officium Regis ab officio Pontificis. Amarias Sacerdos & Pontifex in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit: Porrò Zabadias filius Ismael, qui est Dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium petinent. Non igitur Rex Primatum habebat in spiritualibus, cùm ea ad officium ejus non pertinerent.

Secundò, *Reges corruptelas purgavere, abusus sustulere*. 2. *Sam*. 5. 6. At nihil ejusmodi legitur in loco citato, nisi sit error in numeris, quamquam etiam non negamus, posse ac debere Reges corruptelas, & abusus, sive in moribus, sive etiam in doctrina, post Ecclesiæ declarationem, legibus & suppliciis purgare ac tollere.

Tertiò, *Arcam ad constitutum quietis locum perduxere*, 1. *Chron*. 13. 12. & *eidem Arcæ deportandæ ipsi præsultavere*. 2. *Sam*. 6. 14. At non soli Reges, sed etiam Sacerdotes communi consilio Arcam deduxerunt: & licuit quidem Davidi Regi ludere ac saltare ante Arcam, quod humilitatis & reverentiæ erat: non tamen licuit illi arcam contingere, quod potestatis Sacerdotalis erat.

Quartò, *Templum ædificavere*, 1. *Chron*. 28. *ædificatum dedicavere, & suis corporibus opus consecrationis præsentes cohonestavere*. 2. *Chron*. 6. At sicut Templa ædificare, Deoque dicare, ad magnificentiam Regum, & sacris solemniis, quibus Templa consecrantur, interesse ad pietatem eorundem Regum pertinere concedimus: ita negamus in ipso Templo Pontificale munus attingere illis ullo modo posse permitti. Ex quo sequitur, ut Primatus in spiritualibus Regi nulla ratione conveniat, cujus rei testis esse potest Rex Ozias, qui cùm se Caput Ecclesiæ esse arbitraretur, velletque incensum adolere Domino, continuò à Sacerdotibus repulsus fuit: & cùm Sacerdotibus non acquiesceret, mox adfuit vindicta divina. Nam lepra divinitus percussus, non solùm ex Templo expelli meruit; sed etiam in domo separata habitare coactus est. 2. Paral. 26.

Quintò, *Librum legis de novo repertum populo recitari fecere*. 2. *Reg*. 22. 11. At nescio ubi invenerit auctor iste librum de novo inventum, populo jussu Regis legi debuisse. Nam in nostris Bibliis loco ab ipso notato, habemus librum in Templo à Pontifice inventum & lectum: deinde lectum etiam coram Rege, & Regem misisse aliquos, qui consulerent Dominum super verbis libri. Sed quid hìc est pro Primatu Regis in rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus?

Sextò, *Fœdus inter Deum, populumque redintegravere*. *Nehem*. 9. 38. & 2. *Reg*. 8. 4. At nulli erant Reges apud Judæos tempore Nehemiæ: quomodo ergo Reges fœdus redintegravere inter Deum & populum? Non igitur Reges, sed primores Judæorum tum Levitici generis, tum etiam aliarum tribuum fœdus iterum percusserunt cum Deo; sed illud tamen admittimus, quamvis scriptum non sit neque Nehem. 9. 38. neque 2. Regum 8. 4. ad Reges pertinere, redintegrare fœdus inter Deum, & populum: quoniam ipsi Reges fuerunt in causa, cur populus per Idololatriam à Deo recederet. Addo quòd 4. Regum 15. Pontifex percussit fœdus inter Deum, ac Regem, ac populum.

Sep-

(a) *Martyres qui secuti sunt Roffensem & Morum in Anglia*. (b) *Quæ scripturæ testimonia afferantur pro Regis Primatu*.

Septimò, *Serpentem aeneum confringere, quamvis in deserto, & Dei mandato erectum, & Christum Dominum suo modo figurantem*, 2. *Reg.* 18. 4. *Idola omnia Deosque falsos exterminavere*, 1. *Reg.* 15. 12. Rectè Ezechias Rex serpentem æneum confregit, quoniam populus ad Idololatriam propensus, serpenti illi, ut numini cuidam Sacrificia offerre cœperat. Rectissimè etiam Asa Rex confregit Idola, quæ fuerunt à Regibus prædecessoribus fabricata; sed non ideò Rex primatum habet in rebus spiritualibus, quia scelus Idololatriæ punire potest. Hac enim ratione serviunt Reges Deo, dum hostes Ecclesiæ, quales sunt Idololatræ, hæretici, & schismatici ab ipsa Ecclesia damnati, & declarati legibus, & gladio puniunt.

Octavò, *Reformationes publicas instituere, convocatis eo fine, & congregatis mixtim cum sacerdote laicis*. 2. *Chr.* 17. 8. Non invenio loco notato ejusmodi reformationem: sed solùm quòd miserit Josaphat multos ex Levitis, & Sacerdotibus, aliisque viris doctis, qui populos docerent. Ista verò missio studium ac zelum Regis ostendit; Primatum in spiritualibus non ostendit. Ad Primatum enim propriè pertinet docere, & legis divinæ dubia explicare, quod munus non Regi, sed Summo Sacerdoti tribuitur. Deut. 17. cui omnes sub pœna ultimi supplicii parere tenebantur.

Nonò, *Pontificem summum exauctoravere, aliumque in ejus locum subrogavere*. 1. *Regum* 2. 27. At Pontifex quoque Reginam non solùm exauctoravit, sed etiam interfici jussit, & Regem alium subrogavit. 4. Regum 11. & aliud est facta Regum referre, aliud auctoritatem, potestatemque probare, ut omittam, quòd factum illud Salomonis ex 1. Reg. 2. tribui solet Salomoni, non ut Regi, sed ut Prophetæ, extraordinariam potestatem divinitus obtinenti.

Decimò, *In summa*, inquit, *cuncta moderati sunt, quæ ad Ecclesiasticum regimen quoquo modo pertinuere*. At hic oportuit allegare verbum Dei, non in particularibus illis officiis, de quibus non controvertitur. De hoc enim quæstio est, an Regi conveniat regimen Ecclesiasticum; non autem an liceat Regi Templa ædificare, ante Arcam Domini saltare, Idololatras interficere, & alia id genus; sed hic, ubi minimè oportuit, deseruit Auctor Apologiæ Verbum divinum. *At*, inquit, *Scriptura ornant Reges titulis honorariis, qui ab actionibus illis non discordant, vocantur enim filii Altissimi, imò verò Dii, & uncti Domini, in Dei solio sedentes, famuli Dei, imo Angeli Dei, facti juxta cor Dei, Lumina Israelis, Nutricii Ecclesiæ*. Sed primus titulus, pro quo allegatur locus 2. Samuelis 7. non convenit Regibus generatim; sed solùm Salomoni, ut figura Christi erat, de quo dictum est ab Angelo, *Et filius Altissimi vocabitur*. Lucæ 1. quamquam in Deuteron. cap. 32. toti populo dicitur, *Nonne ipse est Pater tuus, qui fecit te, & creavit te?* & nos omnes Deo dicimus, *Pater noster qui es in Cœlis?* Secundus titulus non solis Regibus, sed omnibus Judicibus convenit, sive Ecclesiastici, sive politici sint. Sic enim locum ab Auctore citatum. Psalm. 82. *Ego dixi dii estis* intelligendum esse docent illa verba ejusdem Psalmi, *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat: usquequo judicatis iniquitatem*, &c. Locus quoque ex libro Exodi allegatus cap. 22. de Judicibus, non de Regibus intelligitur, quia nulli tunc erant Reges in populo Dei. Tertius titulus communis est Regibus cum Pontificibus: utrique enim apud Hæbræos ungebantur, apud nos autem multi Reges non unguntur, nulli autem Pontifices sine sacro oleo consecrantur. Quartus

titulus non scio unde huc irrepserit
Samuelis cap. 3. 10. qui locus ad n
tur, Thronus David legitur, Solu
tur. Quintus titulus nimis est vulga
convenit omnibus rebus creatis, de
Psalm. 118. *Quoniam omnia serviunt t*
lus in loco allegato lib. 2. Samuelis
vidi tribuitur, non ob Regiam pote
singularem sapientiam, qua prædit
cerdote autem generatim scribit Mala
bia Sacerdotis custodiunt scientiam, & l
ore ejus, quia Angelus Domini exercituu
titulus proprius est Davidis, non co
bus Regibus; alioqui etiam Saul,
& Achab, & cæteri fuissent secundù
ctavus magis convenit Sacerdotibus
bus: illi enim erant lucernæ; vel
quitur, luminaria Israel: istis aute
cit, *Vos estis lux Mundi*, Matth. 5. N
rè, propriéque Regibus convenit,
Ecclesiæ, sed tantò est inferior eo t
venit Sacerdotibus, ac præcipuè su
bus; quantò nutricius est inferior par
enim Pontificem Patrem esse Christ
ctus Augustinus dicit in epistol. 161.
Christiani usus confirmat. Quare,
bet Auctor Apologiæ ex verbo Dei,
Regis in rebus Ecclesiasticis stabiliat
affirmare, non ex Verbo Dei, sed e
VIII. Primatum istum in Angliam e

Sed auctor Apologiæ quasi jam ex
teri fundamenta solidissima jecisset,
(*a*) ex Testamento novo reliquam
Quid, inquit, *in novo Testamento ?*
subjici jubetur, idque propter conscientia
randum quidem, & pro omnibus, sed p
bus, & in auctoritate constitutis, ut su
catam, honestamque vitam degamus 1.
tus Dei administer est, & ad ulciscendos
nocentes autem atque probos remunerandos
nibus quidem obtemperandum est superiori
sed potissimum Principibus, & in emin
1. *Petr.* 2. *Reddite unicuique quod suum*
timor, amorem cui amor jure debetur, R
sari quæ Cæsaris sunt, Deo quæ Dei sunt
gnum meum non est hujus mundi, Joann.
stituit Judicem super vos ? Luca 12. *Reg.*
nantur eorum, vos autem non sic, *Luc.* 2

Hæc sunt omnia testimonia Verbi
versatius pro Primatu Regis in spiritu
Testamento allegare potuit. Ad quæ
bo responderi potest. (*b*) Ex his testi
fici pro Primatu Regis in spiritualibus
Reges Paganos, & Ecclesiæ persecuto
à Deo supremos Ecclesiæ gubernatore
tualibus. Nam hæc testimonia ad I
ganos pertinent, quales erant cùm
novum scriberetur, videlicet ad Tibe
Claudium, & Neronem. Et quam
tentiæ ex citatis convenire possint etian
stianis, aliquæ etiam ad omnes Princ
siasticos, tum sæculares jure pertinea
est, *Omnis anima sublimioribus potestati*
tamen nemo inficiari potest, quin F
Paganis conveniant, ut quæ doctrin
Principibus omnibus communem, siv
Christiani sint. Alioqui frustra Petr
Christianos sui temporis admonuissent

(a) *De eadem re ex Testamento novo*. (b) *Responsio ad loca testamenti novi allata pro Regis Primatu*.

ges, sive Imperatores, quos Paganos esse ignorare non poterant. Ac nemo est, qui non videat, quàm sit absurdum, ut Reges Pagani qui non sunt de Ecclesia, Primatum habeant in Ecclesia: & qui Christi hostes sunt, Vicarii Christi sint: & qui Christum abnegari, & Idola coli jubent, iis à Christianis in spiritualibus, ut summis gubernatoribus sit obediendum. Deinde quales argumentationes istæ sunt, & secundùm quam regulam Dialecticæ concludunt, Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic: ergo Rex Primatum habet in Ecclesia in rebus spiritualibus? Vel, Regnum meum non est hujus mundi: ergo Rex est supremus gubernator, etiam in causis Ecclesiasticis? Vel, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo: ergo Papa nullum jus habet in Anglia, nec etiam quoad spiritualia? Credo equidem, si adversarius libros Priorum Analyticorum Aristotelis summa diligentia annis multis evolveret: numquam medium terminum in his argumentationibus inveniret. Quæ cùm ita sint, desinat adversarius in Scripturis sanctis ludere, earumque testimoniis abuti ad eum Primatum stabiliendum, quem non solùm Ecclesia Catholica semper detestata est; sed etiam Calvinus ipse cum schola Genevensi numquam approbavit: & quem in ipsa Anglia, ut à Regia cupiditate exortum, ipsi etiam Puritani molestissimè semper tulerunt.

Venio nunc ad ea, quæ auctor Apologiæ pagina 114. & 115. ex Bellarmini scriptis attulit in medium, ad invidiam illi conflandam; quasi parùm honorifica, vel etiam injuriosa Principibus, & suprascriptis titulis contraria sint.

(a) Primò. Ponit Bellarminus, Reges servos potiùs esse quàm dominos, lib. de laicis cap. 7. in lib. Anglicè scripto, ad augendam invidiam, Reges non servi qualescumque, sed mancipia nominantur.

Respondeo, sententiam Bellarmini ex Augustino desumptam esse, qui sic ait lib. 19. de Civitate Dei cap. 14. *Qui imperant, serviunt eis, quibus videntur imperare.* Ubi qui imperant, non dicuntur servi quasi subjecti sint populis, sed quia laborant regendo, & imperando, non propter suam vel utilitatem, vel cupiditatem, quod Tyrannorum est; sed propter populi utilitatem, & propter publicum bonum: quomodo B. Paulus servum se Corinthiorum appellavit 2. Corinth. 4. quia in eorum commodum laborabat; & tamen in eos potestatem habebat, eisque minabatur, dicens: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spiritu lenitatis?* 1. Corinth. 4. quomodo etiam Magnus Gregorius Servum servorum Dei se nominabat: quem titulum, ut valdè honorificum, successores omnes imitati sunt.

Secundò. Dicit idem Bellarminus, Reges subjectos esse non solùm Pontificibus, sed etiam Presbyteris, & Diaconis lib. 1. de Pontif. cap. 7.

Respondeo, id Bellarminum non ex capite suo, sed ex S. Joan. Chrysostomo accepisse, cujus hæc verba sunt homil. 83. in Matth. *Si Dux quispiam, si Consul, si is qui diademate ornatur indignè adeat, cohibe & coerce, majorem tu illo habes potestatem.* Hæc ille, qui ad Diaconum loquebatur cùm hæc diceret.

Tertiò. Quòd Imperatorem non gravatè bibere oporteat non solùm post Episcopum, sed etiam post Presbyterum. Ibidem.

Respondeo, neque id Bellarminum ex se affirmare, sed referre judicium S. Martini apud Maximum Imperatorem discumbentis: quam historiam refert Sulpitius in vita S. Martini.

Quartò. Quòd Regum auctoritas, atque functio, non immediatè ex Deo descendat, neque ex jure Divino, sed dumtaxat ex jure gentium. Ibidem, & lib. de Clericis cap. 28.

Respondeo, Bellarminum id asserere ex communi sententia omnium penè Scriptorum, & ex ipso usu. Videmus enim Regna in Respublicas & Respublicas in Regna mutari, & tamen utrumque regimen æquè justum haberi: quod nullo modo fieret, si Regum auctoritas non ex humana voluntate, sed ex Divino jure penderet.

Quintò. Quòd à Pontificibus Imperatores multi depositi fuerint; nulli autem Pontifices ab Imperatoribus, lib. 3. de Pontif. cap. 16.

Respondeo, Nusquam dicere Bellarminum nullum Pontificem fuisse depositum ab Imperatore: sed si illud etiam addidisset, verum dixisset: siquidem Joannes XII. & Gregorius VI. Etsi qui alii sunt, qui ab Imperatoribus depositi fuisse dicantur; non propriè ab Imperatoribus, sed à Conciliis Episcoporum, Imperatoribus procurantibus depositi fuerunt. Idque non legitimè, sed per injuriam factum fuisse facilè demonstrare possemus, & numquam legitimum Pontificem jure ab Imperatore potuisse deponi.

Sextò. Quòd Episcopis, qui mancipia sunt Papæ, deponere liceat Principes, & eorum leges rescindere.

Respondeo, meritò non adscribi locum ex libris Bellarmini, quia ejusmodi locus non extat in ejus libris. Neque Episcopi mancipia, sed Venerabiles Fratres à summis Pontificibus appellantur.

Septimò. Quòd Ecclesiastici homines tam longè supra Principes sint, quàm anima supra corpus, lib. de laicis cap. 18.

Respondeo, id non de quibuslibet Ecclesiasticis, sed de Principibus Ecclesiarum dici; & eam sententiam apud S. Gregorium Nazianzenum in Oratione ad populum timore perculsum, & Præsidem irascentem, totidem verbis haberi.

Octavò. Quòd Reges deponi possunt per subditos suos ob multas causas, lib. 5. de Pontif. cap. 8.

Respondeo, Non bona fide adversarium agere. Bellarminus enim in loco citato, non dicit Reges posse per subditos suos deponi; sed solùm profert duodecim exempla, partim ex Testamento veteri, partim ex Historiis diversis, vel decretis Ecclesiasticis, ex quibus constat Reges, vel Imperatores aliquando à summis Pontificibus fuisse depositos, de depositione per subditos ne verbum quidem.

Nonò. Pontifices nullo modò deponi posse: nemini enim mortalium permissum esse de iis judicare, lib. 2. de Pontifice cap. 26.

Respondeo, quod Bellarminus scripsit, ante multa sæcula in generalibus Conciliis, quæ ipse eo loco citavit, disertis verbis scriptum esse: proinde adversarius, ut in superioribus, sub nomine Bellarmini, sanctos Patres Augustinum, Chrysostomum, Martinum, Nazianzenum reprehendit; ita hoc loco non soli Bellarmino, sed etiam pluribus Generalibus Conciliis litem movere præsumpsit.

Decimò. Quòd obedientia Papæ debeatur propter conscientiam, lib. 4. de Pontif. cap. 15.

Respondeo, Adversarium satis fœliciter progredi in accusatione Bellarmini: qui enim sub nomine Bellarmini sanctos Patres, & sacra Concilia hactenus accusavit; nunc tandem ipsum etiam Dei Verbum & Spiritum Sanctum accusat, quod intelliget, quicumque caput sequens, idest, caput sextumdecimum libri 4.

(a) *Falsa Bellarmino adscripta.*

bri 4. de Pontifice, legere voluerit. Nam eo loco multis, iisque perspicuis divinæ Scripturæ testimoniis ostenditur, non solùm Pontificem summum, sed etiam Episcopos cæteros leges condere posse, quibus ob conscientiam parere subditi teneantur.

Undecimò. Quòd obedientia Regi non alio respectu debeatur, quàm propter ordinem politicum, libro de Clericis cap. 28.

Respondeo, Adversarium more suo calumniatorem se prodere. Neque enim eo loco Bellarminus disputat de obedientia, quæ Regi à subditis debetur, de ea enim disputat in libro de laicis; ubi cap. 3. & cap. 11. probat ex divinis literis non solùm deberi Regibus, aliisque politicis Magistratibus obedientiam; verum etiam coram Deo, & propter conscientiam. In libro autem de Clericis cap. 28. demonstrat Clericos exemptos esse à Jurisdictione Principum sæcularium, ac per hoc non esse subditos Regibus: sed debere tamen leges eorum de temporalibus rebus observare, non vi legis, sed vi rationis; idest, non quia subditi sint, sed quia ratio dictat, ob commune bonum & pacem Reipublicæ, eas leges ab omnibus esse servandas.

Duodecimò. Quòd ipsi illi homines Ecclesiastici, qui & nati sunt & degunt in Regnis Principum; non tamen sunt eorum subditi, nec ab iis judicari possint: ipsis autem fas sit Principes suos judicare. Ibidem.

Respondeo, Adversarium ad invidiam Bellarmino conflandam semper aliquid addere, quod in libris Bellarmini non invenitur. Affirmat quidem Bellarminus cum communi sententia Catholicorum, Ecclesiasticos exemptos esse à potestate Principum terrenorum: sed illas particulas (qui & nati sunt, & degunt in Regnis Principum) Bellarminus in libro suo non posuit; non quòd veras esse non existimet, sed quia non erat opus ad ista descendere; sed Adversario opus fuit ista exprimere ad odium concitandum. Illud verò (ipsis autem fas sit Principes suos judicare) non solum Bellarminus non dixit, sed falsum esse credit. Hæc enim verba significant, Fas esse cuicumque Ecclesiastico, etiam maximè privato, Principem suum judicare: quemadmodum unusquisque Ecclesiasticus, etiam maximè privatus, exemptus est à subjectione Principis sæcularis. At unicuique Ecclesiastico, etiam privato, fas esse Principem suum judicare, Bellarminus numquam dixit, numquam credidit, numquam somniavit.

Decimotertiò. Denique quòd obedientia, quam Clerici tribuunt Regibus, etiam in minimis mereque civilibus negotiis, non sit à necessaria aliqua subjectione, sed tantùm ex discretione, & propter observantiam boni ordinis atque moris. Ibidem.

Respondeo, non esse hanc propriam sententiam Bellarmini, sed omnium Catholicorum Doctorum, tum Theologorum, tum Jurisconsultorum, quamvis enim Catholici Scriptores disputent, quo jure data sit exemptio Clericis: tamen datam esse, & usu receptam ab antiquissimis temporibus, nemo Catholicorum in dubium vertit.

Quæ cùm ita sint, cùm Adversarius colligit immane discrimen esse inter librum Dei, & Bellarminianos Codices, & non magis Deum & Belial, lucem & tenebras, Cœlum denique & Inferos distare, quàm Bellarminianum judicium de Majestate Regia à divino de iisdem judicio diffideat: eadem facilitate, sed majori temeritate colligere potuisset, sanctos Patres, & ipsam divinam Scripturam de Majestate Regum, contraria judicia protul
nim Bellarminus asserit de Pontificu
de Clericorum exemptione, de Regum
obedientia, quod ex verbo Dei, Con
ctoritate, doctrinis Patrum, & Eccles
que consensu non hauserit.

(a) Restat pars Apologiæ postrema
ultimis paginis continetur. In ea laudat
verba cohortationis, quibus in epistol
Bellarminus; sed reprehendit, quòd ta
tentiis ex ipsa Scriptura petitis nonnull
miscuerit, quarum aliquæ prophanæ su
di est illa de Pontifice Maximo, quæ
tura numquam legitur: aliæ soli Christo
ut illa de Capite fidei, quam Apostoli
tribuerunt.

At Bellarminus legit in libro Judith
cùm autem summus Pontifex; quem librum
Calviniani cum Judæis non recipitis inter
nos tamen Catholici cum Nicæna Syn
recipimus. Et quamvis vestri Magistri lib
esse negent: non tamen prophanum
dent. Sed præterea, nomen Pontifici
Scripturis Testamenti veteris frequentis
& idem nomen cum adjuncta voce (n
ne legitur in epistola ad Hebræos? Si
mus cap. 4. *Habentes ergo Pontificem mag*
netravit cælos, Jesum: qua fronte igitur
phanam audes appellare, quam Spi
Christo ipsi tribuit? Nisi fortè tantum
tes inter Pontificem Magnum, & Pon
ximum, ut Pontifex Magnus sacra vo
Maximus vox prophana dicenda sit, q
non potuerit piè dici Pontifex Maxim
ctus est Pontifex Magnus. Deinde tot
Romanum Episcopum Pontificem Su
Maximum appellavere, ut eorum auct
sufficiat ad hujus hominis temeritatem
Vide Stephani Episcopi Carthaginensis
sanctum Damasum, Gregorium lib. 1.
cap. 4. Anselmum præfatione libri de
Verbi ad Urbanum Papam, Bernardum
epistolis ad Romanos Pontifices Innoc
Eugenium III.

Quod verò attinet ad nomen Capit
tassem, ut adversarius qui affirmat non
li Christo ab Apostolis fuisse tributum
locum notasset in toto volumine Biblio
postoli hoc nomen Christo tribuerint.
dei, & Caput Ecclesiæ legi Christum
appellatum; sed Caput fidei non legi
Bellarminus hanc vocem excogitavit, s
gorio retulit. Non igitur Bellarminum
rium adversarius accuset, si audet.

Claudit Apologiam Auctor, lectore
alieni à studio partium, de veritate f
rant, prout illam candidè à se descripi
tur, ad discutiendas illas tenebras men
calumniarum, quæ in Regem Serenissi
jus fasque collatæ indignissimè fuerant.
responsionem claudo, & quoniam sper
nias, & mendacia hujus Apologiæ luce
riora fecisse; non rogabo lectores, ut
rant, quasi de re dubia, sed ut ocul
tantùm ad Scripturas admoveant, & à
cti, lucem veritatis aspiciant. Illud in
tione lectorem admonendum esse censu
ex notis veræ Ecclesiæ semper fuisse C

(a) *Conclusio totius operis.* (b) *De nomine Catholici.*

men, de quo sanctus Pacianus in epistola ad Sympronianum; *Catholicum*, inquit, *neque Marcionem, neque Apellem, neque Montanum sonat, neque hæreticos sumit Auctores; Catholicum non est ab homine mutuatum, quod per sæcula tanta non cecidit*. Item; *Christianus mihi nomen est, Catholicus verò cognomen; illud me nuncupat, istud ostendit*. Sanctus item Cyrillus Catechesi 18. *Si iveris*, inquit, *in aliquam Urbem, non petas ubi sit Ecclesia, vel domus Dei; nam etiam hæretici dicunt se habere domum Dei & Ecclesiam: sed petas ubi sit Catholica Ecclesia: id enim nomen proprium est hujus Sanctæ Ecclesiæ Matris omnium nostrum*. Sanctus Augustinus (ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum) in libro contra epistolam Fundamenti cap. 4. describens notas Ecclesiæ, quæ illum in Ecclesia Catholica retinebant: *Tenet postremò*, inquit, *ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa, inter tam multas hæreses, ista Ecclesia sola obtinuit*. Ubi ergo Lector Apologiæ tertio quoque verbo videbit Catholicos appellari in ipsa Apologia illos, adversus quos ipse Auctor Apologiæ scribit, & à quorum communione se alienum esse profitetur; certè ex ipsa Apologia discet, non Catholicum, sed planè Hæreticum esse hujus Auctorem Apologiæ. Ex quo denique facilè judicabit, quanta sit illi habenda fides in rebus cæteris, qui se ipse proprio judicio condemnavit.

Finis Responsionis ad Apologiam Pro Juramento Fidelitatis.

VINDI-

VINDICI[Æ]

BELLARMINIANÆ

R. P.

VITI ERBERMANNI S.J. THE[O]

IN QUATUOR

Controverſiarum Tomos.

VINDICIÆ
PRO LIBRO PRIMC
DE VERBO DI

Ad CAPUT I.



CUM Amesius Calvinista, in hoc & seqq. duobus capp. nil peculiare, quod sibi displicere posset, inveniret, tamen pro cavillandi prurigine, ex Bellarminiana, sacrorum librorum, in *Propheticos*, *&* *Apostolicos*, divisione occasionem captans, libros Deutero-Canonicos impugnat.

Tota Scriptura, inquit, *à Bellarmino hìc distribuitur in* libros Propheticos & Apostolicos : *At libri illi, qui vulgò apud nos Apocryphi dicuntur, neque sunt Prophetici, neque Apostolici; ergo non sunt partes Scripturæ Sacræ. Apostolicos esse nemo affirmabit. Propheticos autem non esse, Probatur primò ex eo: Quòd Judæis non fuerint traditi, quibus tamen omnia eloquia Dei per Prophetas proposita, fuerunt credita. Rom. 3. vers. 2. Neque enim Hebræis traditi fuerunt libri alii, quàm Hebraicè scripti, quod de istis libris non potest ostendi: Neque unquam fuerunt in Canone Hebræo, cujus fidelissima depositaria fuit Ecclesia Judaica.* 2. Quòd *non fuerint inter libros illos Propheticos, quos Christus suo testimonio comprobavit, ut solos, veros & genuinos. Luca 24. vers. 44. Matth. 13. vers. 35. & 24. vers. 15. & 27. vers. 35. Hi enim non alii fuerunt, quàm illi, ex quibus Judæi putabant, se* Vitam æternam habere; *quod de istis libris nunquam putabant*. Resp. 1. Majorem Bellarminus non ita universaliter assumit, sed indefinitè *Propheticos* appellat, non modò eos, qui strictè sunt tales, adeoque Divinam inspirationem & revelationem includunt, (à quibus proinde, ut à potioribus, fit denominatio,) sed etiam cæteros, qui tantùm assistentiam, qua Scriptor à veritate nequeat deflectere, requirunt, uti sunt Historiales Vet. Test. Resp. 2. Falsa est Minor, accepta de Propheticis largè sumptis; unde & falsa infertur Conclusio, cùm etiam juxta Calvinistas, libri Josue, Judicum, Ruth, Regum &c. sint Canonici, nec tamen (saltem pro maxima parte) supernaturali & prophetico lumine revelati sint; nec Christus illos suo testimonio comprobarit; nec Judæis crediderint, ex illis se vitam æternam habere. Unde jam etiam ruit, quod Ames. Th. 4. nugatur de Decretis Pontificum, quæ (juxta omnes Catholicos) non continent novam revelationem, sed antiquam declarant vel explicant, adeoque dotem Propheticam non requirunt, sed tantùm decretum Divinum non concurrendi ad definitionem falsam.

Ad CAPUT II.

I. SUmma doctrinæ Bellarminianæ, contra Schvvenckfeldianos & Libertinos, solo interno spiritus instinctu contentos, hæc est: Propheticos & Apostolicos libros, juxta mentem Ecclesiæ Catholicæ, verum esse Verbum Dei, & certam ac stabilem regulam Fidei, probatur: Tum quia Moses, Prophetæ, Christus, Joannes, B. Apostoli, Divina dogmata è SS. Scripturis confirmabant, nec ullum unquam ad interni spiritus judicium remiserunt: Tum quia regu-

la Catholicæ fidei certa, notaque esse d
rò privata spiritus revelatio nobis ignota
tè miraculis fiat evidenter credibilis. Vici
pheticis & Apostolicis literis nil est notiu
Notissimas esse, testis est universitas Ch
& consensio gentium: certissimas esse, 8
vinas, constat, tum ex veritate vaticir
ex incredibili & planè divina conspirati
rum, qui diversis temporibus, locis, lin
nibus, sacra volumina conscripserunt;
monio ipsius Dei, qui subinde cœlesti a
sacrorum librorum profanationem defe
ipsius Scripturæ testimonio, cujus Prop
esse jam plurimas impletas; tum deniq
miraculis. Accedit denique ratio pe
providentia, quæ ita res omnes mode
jusque natura postulat; ut scilicet, cùn
corpore constemus, & corporalia facil
ritualia capiamus, per ea, quæ corpori
cipiuntur, quasi per quosdam gradu
lia & Divina promoveamur. Quid
sius?

II. Assumit 1. quod Bellarm. hoc ca
gulam debere esse *notam* & facilem, ad
modari ad rei notificationem; hinc inse
ptura sit Regula, non est obscura & diffi
Pontificii. Respondeo, Ipse Amesius ca
mittit varias obscuritates S. Scripturæ
se cogetur dicere, eatenus illam non
Ergo juxta omnes non est Regula in
nisi quatenus verus ejus sensus innot
mus autem in hoc, quòd Catholici
captant ab Ecclesia, Protestantes à su
ritu privato.

2. Arg. *Regula proportionis paritatem*
re, cujus est Regula. Si igitur Scriptura
hæc non extenditur ultra Scripturam, atqu
nes non scripta nihil pertinent ad fidem. E
quod num. 7. cavillatur. Respondeo
tantùm verum est de regula adæquat
verò non scriptas esse etiam regulam
frà patebit.

3. Arg. *Regula habet in se rationem ex*
quæ prior est natura suo regulato. Ergo Sc
Regula est prior Fide. Si fide, tum & fid
fidelibus, tum Ecclesia, quæ cœtus est fid
Ecclesia Romana excidet superiore illo loco
faria quadam præsumptione collocare solet,
& supra Scripturam. Resp. Plus ex eo A
sequitur, quàm S. Scripturam esse prio
fidei, quos dirigit. Quis verò negaver
meros ad fidem converti, & Ecclesiam
delibus, qui solùm illud ἄγραφον Apo
bolum profitentur? Ecclesiam Christi
ante codices Novi Testamenti scriptos
stæ dubitabunt, si Apostolorum A
Unde evanescit criminatio illa Ames
loco.

4. Arg. *Regula consistit in indivisibili*
tuta est, ut nec minimùm augeatur, au
Scripturas violant, qui suas traditione

aut tollunt quidquam ab iis præscriptum : cujus utriusque sceleris Pontifices Roman. manifestè tenentur. Resp. 1. Antecedens nimis falsum esse, patet ex legibus positivis omnibus, quas constat esse morum regulas, & tamen augeri minuique posse. 2. Concesso toto argumento, negatur subsumptum, quod est manifesta calumnia.

5. Arg. *Si Scriptura sit regula Fidei, tum qui in S. Scriptura expositione possunt errare, possunt etiam errare in Fide, & falsam Fidei regulam aliis commendare. Pontificem autem, & Ecclesiam Romanam insulsè & impiè multas partes Scripturæ interpretari, manifestius est, quàm ut egeat probatione. Ergo Pontifex Rom. in suis decretis Fidei & Morum turpiter potest errare*. Resp. Major, si intelligatur de expositione authoritativè definitiva, conceditur. Sed tunc insulsè & impiè calumniari Amesium manifestius est, quàm ut probatione indigeat.

6. Arg. *Natura hujus regulæ est, ut sit præceptio; ergo quidquid admittitur citra directionem hujus regulæ, aberratio est. Ergo supererogationes omnes Pontificiorum, & pleraque eorum dogmata, errata saltem debent agnosci*. Resp. Antec. esse falsum, constabit Tom. 2. lib. 4. cap. 2. Multò plura & majora consuluntur virtutum opera, quàm præcipiantur &c. 2. Non esse Scripturam Fidei Morumque Regulam adæquatam, patebit infrà: *Denique*, inquit, *fidelium sunt hostes, qui regulam illam è manibus fidelium extorquent*. Resp. 1. Sit ita: quem fecit? Anne Catholici SS. Biblia Vulgatæ editionis è cujusquam manibus extorquent? Num quælibet Lutheranæ & Calvinisticæ versiones sunt regulæ? Hostisne parvuli est, qui cibum solidum & nocivum ei eripit, & lac præbet?

III. Qualitates illas à Bellarm. Scripturæ in fine 1. cap. concessas, (quòd sit *Regula certa & stabilis*,) affirmat Ames. & hinc infert 1. *Si sit in se certa regula, tum certos nos eeddere potest de voluntate Dei sine definitione Ecclesiæ*. 2. *Tum incerta omnia mendacium hominum decreta sunt ad istam regulam examinanda*. 3. *Tum varios & incertos sensus non admittit*. 4. *Tum omnium controversiarum fidei determinatio ex scripturis est petenda*. 5. *Si etiam stabilis sit regula, tunc nihil nobis est creditu necessarium, & utile, quod Apostolorum ævo fuit ignotum*. 6. *Tum dispensationes Pontificum sunt perniciosæ imposturæ*. 7. *Tum denique stabilitas Ecclesiæ ex eo tota pendet, si huic regulæ constanter adhæreat*. Resp. Corollarium primum malè infertur. Nam licèt genuina Dei revelatio sit in se certissima, nobis tamen evidenter certa non est, cùm solùm credibilitatis, non autem veritatis evidentiam in via habere possimus, ut infrà fusiùs. 2. Corollarium admitto, dummodo priùs constet de vero sensu Verbi scripti. 3. 4. & 7. vera sunt de Verbo Dei ejusque sensu vero, à Spiritu Sancto *scripto in tabulis cordis carnalibus*, h. e. in animis fidelium vitaliter expresso; falsa autem de cortice verborum variis interpretationibus obnoxio. 5. In bono sensu verum est: nihil enim credimus etiamnum, nisi quod fuit tempore Apostolorum revelatum, saltem mediatè, de quo alibi. 6. Est perniciosa calumnia, quæ pariter tollit omnem dispensationem aliam, sive Divinam, sive humanam.

IV. Quod Ames. Th. 7. ait: *In plerisque rationum, quibus illa confessio firmatur, Bellarm. causam expressiè magis jugulari, idque ex collatione à se subjecta statim apparere*; ostendit, se nugacissimè cavillari, idque se pro scopo habere. Cùm enim falsa de Pontificiis iniquè assumat, quid mirum est, quòd suppositis iis calumniis juguletur causa Catholica. Veritas sibi clarè constat, si sine offuciis instituatur collatio. Nam 1. Moses, Prophetæ, Christus, Joannes, Apostoli, vel Divina dogmata ex Scripturis ipsi confirmabant; vel certè ad Scripturas legendas alios hortabantur, non verò ad instinctum spiritus interni &c. Idem nos Catholici dicimus & facimus, si indefinitè in utrobique affirmetur. Si verò universaliter de omnibus dogmatibus è Scriptura confirmatis à Mose, Christo &c. itemque quòd hi omnes promiscuè ad Scripturas legendas hortati sint; manifestè falsum assumitur. Uti est & illud, quod ex Azor. Institut. moral. quæst. 2. lib. 4. cap. 18. fide Græca allegatur. 2. S. Moses controversias ex Lege dijudicandas docet satis apertè. Idem nos apertissimè dicimus & facimus; Non tamen è sola Lege in tabulis expressa, id quippè fieri nequit, sed juxta legis sensum, qui sicut in Veteri petendus erat à Sacerdote Summo, sic & in Nova; alioqui litium finis non foret. 3. Christus Pharisæos ad Scripturas remisit Joan. 5. vers. 39. Sed an ad solas? Nequaquam. Nam ibidem præter testimonium Joannis B. & Scripturarum, remittit quoque Judæos ad testimonium Patris in Jordane vers. 32. & miraculosa *opera* à se *facta* vers. 36. Unde evanescunt insulsæ cavillationes Amesii, quas putidè in seqq. congerit de Joanne B. Berœensibus, Apostolis &c. Nec micam salis continent, sed inficetas & protritas calumnias tantùm, denuoque recurrent excutienda, cùm infrà de S. Scriptura, Pontifice, Ecclesia &c. agetur. Unde & patebit, quanta sycophantia Bellarmini conclusionem contorqueat in Catholicos, tamquam Scripturæ contemptores; cùm ea ad amussim quadret in Biblistas, qui idola suorum phantasmatum, sacrorum librorum cortice convestiunt, renuuntque genuinum eorum sensum discere ab iis, quibus Christus dixit: *Qui vos audit, me audit &c.* Qua verò fronte Puritanus iste privato spiritu, more segregum omnium, ex asse mancipatus, audet pronuntiare: *Pontificiorum religionem nullam certam & stabilem habere regulam?* & nihilominus mox inter regulas credendorum, quas Catholici assignant, recitat 1. *Quæ apertè in Scriptura continentur*. 2. *Quæ apertè ex illis deducuntur &c.* Quid? an hæ non certæ & stabiles regulæ sunt, ex omnium consensu? Num incertum Catholicis est, unicam illam esse quovis tempore veram Christi Ecclesiam, veraque ejus membra omnes & solos eos, qui Apostolicæ Sedi communione junguntur? Numquid ab Eadem, certa & determinata Scriptura vulgatæ editionis, certæ Traditiones Divinæ, certa Concilia approbata, certus Papa legitimus, certa ejus authoritas in fidei morumque decretis &c. emanant? Ubi vicissim apud infœlices Biblistas incerta sunt omnia, præter privatum vertiginis spiritum, quo quisque sibi Scripturæ versionem, canonem, interpretationem & sensum vel fabricat, vel deligit ad libitum.

V. Tandem Epimetri loco subjicit Amesius: *Hujusmodi considerationibus imbuti, fatentur ipsimet Pontificii, falsi aliquid posse ita proponi, ut obligetur quis ad credendum illi falso fide Divina &c.* Quænam verò sunt considerationes istæ? Amesianæne, an Bellarminianæ? Chrysippeum acumen fuerit, & prodigiosa Syllogisticè, quæ ex illis hoc inferre quiverit! Sit tamen ita, quid tum? An adeò absurdum est: *Posse aliquod falsum simplici ita proponi, ut obligetur ad credendum illi falso fide Divina?* Equidem licèt ea Alex. Pezantii sententia, quam tuentur etiam Bannez, Valentia, & alii, quos citat & sequitur Tannerus, mihi minus probetur, censeamque longè verius, cum CC. Lugo & Pallavicino, ad Veracitatem Dei spectare, ut numquam permittat aliquod falsum fieri evidenter credibile, tamquam dictum à Deo: nihil tamen obstat, quo minùs error aliquis simplici rustico ita proponatur, ut ex errante conscientia teneatur ad assensum. Hoc inter quoscumque Sectarios haud rarò evenire, fateri tenentur omnes, qui sentiunt, in cœtibus fundamentaliter corruptis salvari simplices inculpatè errantes. Quis dubitet, Lutheranos esse persuasos, teneri se, explosa Transsubstantiatione, ad credendam Impanationem in Cœna, v. gr. Sacramentarios signum Corporis Christi, &c.

Quid

Quid ergo omni hoc suo præludio, nisi perspicuè cavillatus est Amesius? Nimirum hoc est: Enervare Bellarminum!

Ad CAPUT IV.

DOctrina Bellarmini in hac controversia, est perspicuè tradita in decreto Synodi Tridentinæ omnibus noto: Nec ille aliud principale fundamentum, præter *publicum totius Ecclesiæ judicium* urget. Unde si quid Amesius hic *enervare* voluisset, unicè authoritatem Ecclesiæ, infallibilem in definitionibus, labefactare debuisset. Nam argumenta, quæ Ecclesiam ad statuendum Divinorum librorum Canonem (uti & alia quævis dogmata controversa) impulerunt, non est necesse, ut singula per se sint apodictica & irrefragabilia; cùm alioqui non opus foret Ecclesiæ sententia definitiva. Facillimum ergo erit à cavillis consuetis hic se expedire, cùm nihil producere vel ex Scriptura (quam alias unicam regulam in rebus Fidei crepant) vel è ratione convincente queat, ut patebit in decursu. Certè pleraque ne probabilia quidem, sed planè falsa, aut etiam injuriosa, assumuntur. Quàm multa ejusmodi in prima mox Theodosi addensantur, ut ferè plures numerari possint errores, calumniæ, mendacia &c. quàm versus! Nam 1. etsi *Scriptura S. contineatur illis libris, qui scripti fuerunt à sanctis Dei hominibus*: non tamen hi omnes, & singuli (quod contendit Amesius,) *acti sunt infallibiliter à Spiritu S. tam quoad materiam, quàm quoad formam scriptionis*: Neque id affirmatur 2. Petr. 1. v. 21. universaliter, ut ille fingit post Witackerum; quem dudum ostendit P. Gretserus pag. 98. & seqq. dum suis argumentis quosdam libros Canonicos eversum ivit, propemodum universos subruisse. Sanè juxta hos Novatores periclitarentur de magna parte suorum librorum Esaias, Jeremias &c. 2. Falsum est & improbabile, omnes *libros V. T. Ecclesiæ veteri traditos esse à Prophetis* (strictè & κατ' ἐξοχὴν ita nominatis, uti sunt Moses, David, 4. Majores, 12. minores) quod tamen unicè contendit Amesius, ut jam etiam vidimus in notis ad cap. 1. Æquivocatione igitur & hic cavillatur. 3. Multiplex & decumana sycophantia est, cùm sine ulla probatione pronunciat: *Quia alii quidam libri (præter eos, quos cum Judæis in præsentia Ecclesia Reformata recipiunt,) in Græcis Bibliorum versionibus primò, & postea in Latinis post tempora Prophetarum cum istis temerè conjuncti fuerunt ab imperitis & incautis hominibus, & in aliquo honore habiti; idcircò à Pontificiis nuper fuerunt canonizati, reclamantibus non paucis inter ipsos Papistas doctores*. Numquid hìc singula propè verba turgent atrocibus calumniis! Pudeat Netthenum, & cæteros Amesii Encomiastas, quòd ita suspiciant *mirabile* hoc *Compendium*, in quo tamen nihil apparet mirius effronte in sycophantando audacia. 4. Falsum est, *libros Tobiæ, Judith, & cæteros*, quos rejiciunt Cacodoxi, *non esse scriptos à Prophetis*, latiùs acceptis, ut paulò ante dictum, *nec ab iis probatos, non Hebraicè, non Ecclesiæ Judaicæ traditos, aut ab iis receptos, non à Christo aut Apostolis ulla ratione approbatos, sed à Canone approbato tacitè seclusos*. Rumpentur citius Puritani omnes, quàm illa tam temerè ab Amesio asserta, ulla irrefragabili authoritate vel ratione probare valeant. 5. Denique blasphemia est: *Eos libros non referre Majestatem scripturæ sacræ: in plerisque eorum varia contineri, quæ cum libris Propheticis, cum semetipsis, & cum veritate manifestè pugnant*. Rectè pronuntiavit P. Thomas Baconus in analys. disp. 3. cap. 13. nu. 193. intolerabilem esse sectariorum impudentiam & iniquitatem, qui, cùm tot aliàs concoquant in libris Canonicis indubitatis occurrentes contradictiones (quarum nonnullæ ibidem relatæ humano ingenio apparent ita insolubiles, ut ex

omnibus fidei nostræ articulis videatur esse
is ipse: quòd in scripturis nulla sit aut f
contradictio) tamen cùm ad Deutero-
Judith, Estheris, Machabæorum &c. ac
moroso sunt stomacho, ut manifestis sca
tibus & antilogiis clamitent. Quænam ve
lyncei, Majestas Divina relucet magis n
& Cantico Cantic. quàm in Sapientia &
co? in libro Ruth, quàm in Judith? &c.
Epistola ad Philemonem, quàm Jacobi
redolet? cùm hæc omnium Novatorum
visa sit *straminea*, & *Apostolico spiritu desti*
Christus & Apostoli magis approbarunt A
phoniam, &c. quam Tobiam, Judith,
ostenditur, hos sine Spiritus S. instinctu
scriptos? à nullo Prophetarum aut Apost
batos? Num Neo-Evangelicis vice ἀποδ
gativum argumentum, communi aliàs sa
culo explosum? Nempè sufficit ipsis rece
dæorum testimonium! Producant, si poss
cum Concilium, aut S. Patrem, qui Can
ranum vel Calvinisticum ex asse approbe
sis plus minus dissentiat. Laodicenam
ctant? Sed hæc Apocalypsim omittit, &
stolam. Melitonem laudant? at Sapient
tit. Hilarium? adnumerat is Canoni Epis
miæ, quam Protestantes tollunt. Hieron
bat iste cum Nicænis Patribus Judithæ l
ce versa omittit Athanasius Estherem, E
Baruch, Gregorius Nazianzenus tam Es
Apocalypsim. Nos verò Catholici, cu
Tridentino Decreto per omnia consentie
centium I. Papam, & S. Augustinum c
Concilio Carthaginensi, (cujus ipse pars
ex primis verò quatuor sæculis, pro singu
troversis, illustria Patrum testimonia: q
ve furor, sive impudentia est, dicere c
Idcircò à Tridentinis PP. canonizatos esse c
temerè ab incautis & imperitis fuerant in g
versionibus Bibliorum adjuncti? Aut cum T
stadiensi ostentatore pag. 23. *Quæ sentent*
mis quatuor Nov. Test. Ecclesiæ sæculis DD.
se habet, ea non potest vocari sententia anti
sed talis est, quam de Canone librorum Vet.
inaudita in Ecclesia ausu sub anathemate prop
Tridentinum, ergo &c. Sanè unicum istuc
rum apud quemvis cordatum detrahit ei f
& existimationem: hæc verò Titii Mino
aut est inscitiæ intolerabilis, aut mend
tum, aut certè cavillatio sycophantica
bioso magis quàm Doctori conveniens: q
jure, vel injuria potius, poterat damna
tissimum Nicæni pro ὁμοουσίῳ, Ephesini pro
ut consideranti patebit. Alia in hanc m
antur ad calcem cap. 10.

Ad CAPUT VI

CAvilli, quibus Amesius argumenta
larmini pro Canone Sacrorum libr
conatus est, partim supra ad cap. 4. rela
tim infrà ad cap. 10. discutientur. Verùm
ticulares S. Scripturæ libros impugnand
ejusdem vestigiis insistimus. Non est ta
hic prosequi difficultates historicas & ch
quæ circa 7. Capita posteriora Esther,
Tobiæ, Machabæos, &c. agitantur;
Gretsero in defensione Libri I. itemque
rio, Tirino, &c. in Commentario abun
stitum; Et quamvis aliquis hæreret alic
extricabilis, quòd minimè reor, non id
authoritas libro tali esset abjudicanda

aliàs fieri deberet Pentateucho, Evangeliis &c. ut suprà monuimus. Perlustrabimus ergo reliqua Amesii, quæ Bellarmino objicit; Ac 1. contra 7. posteriora Capita Esther, judicio Bellarmini in Canonem referenda, quòd in codice, quem Concilia & Patres legere consueverunt, exstitisse omnimodè censenda sint, Amesius post Junium & Hunnium sic arguit: *Non sequitur, etiam Bellarmino fatente: In iisdem exemplaribus continebantur duo libri posteriores Esdræ, quibus continebantur & priores, ergo neque sequitur: Concilia & Patres numerant librum Esther inter sacros & Canonicos; ergo etiam postrema 7. capita Scripturis Canonicis accensent.* Respondeo, Concedo totum. Sed hoc non est argumentum Bellarmini, sed cavillatio Novatorum. Ille enim expressè addit: *Qualem illi legere consueverant*, ut etiam Amesius recitat. Imò multò ampliùs addit Bellarm. quæ Amesius dissimulavit fide non bona; nempe: *Concilia & Patres, qui librum Estheris canonizabant, de eo volumine locutos, quo tum ipsi, tum universa Ecclesia utebatur. Utebatur autem illa Vulgata Græca, quæ 7. capita illa continebat, ut testantur SS. Athanas. & Hieron. itemque Græci textus, qui LXXII. Interpretum nomine circumferuntur &c.* Nil simile de duobus posterioribus Esdræ & Machabæorum dici potest. Ergo cavillatur, & non enervat Amesius. Nimirum aliud est, annecti *formaliter*, tamquam genuinæ partes ejusdem libri, aliud merè *materialiter*, uti posset Canonico jungi liber merè profanus.

2. Sic cavillatur: *Propter 7. illa capita rejectus fuit totus liber Esther à nonnullis. Vel hoc igitur nomine rejicienda sunt adjectiones ex Canonicorum librorum exemplaribus.* Si hæc illatio valeret, oporteret pariter Epistolas Jacobi, Judæ &c. cum Luthero è Canone exscindere, aut saltem illas earum partes rejicere, quibus ipse permotus, non esse Apostolicas prætendit; quod Calvinistæ non admitterent.

3. Ait: *Qui librum aliquem simpliciter in Canonem referunt, non ideò omnes lacinias illi assutas habent pro Divinis.* Ita est, quid hinc infert? Tuum erat probare, illa 7. capita esse *laciniam assutam, & partem spuriam*. Quod iterum num. 4. supponitur, & nec leviter probatur. Th. 9. *Negat esse probabile*, uti cum Origene dixerat Bellarminus, ista 7. capita fuisse aliquando in textu Hebræo, deinde casu aliquo excidisse. Sed nec vel leviter tangit conjecturam allatam: ejusque rationes in contrarium nihil urgent, cùm præter principii petitionem nihil planè contineant.

Ad CAPUT IX.

AMesius contra quædam capita Danielis ex Witakero repetit, quæ vel sunt mera principii petitio, vel explorata mendacia, ut patet ex P. Gretsero in cap. 9. quod cùm ignorare Amesius non posset, tandem in ipsum S. Hieronymum mucronem suum stringit, ac cum Erasmo versipelli damnat S. Doctorem *vafri*, immò aperti mendacii, quòd contra conscientiam *ad placandam imperitorum invidiam*, in Apolog. 2. contra Ruffin. dixerit: *Se, [illegible] in præfat. in Danielem scripserat, non ex sua, sed Judæorum sententia scripsisse.* Nempe hoc est (quod de Calixto testatur Hulsemannus) SS. Patres *tractare ut pupas & crepundia*; cùm placent, laudibus ad cœlum tollere; cùm displicent, ut criminosos plectere. Sed vel hinc elucescit innocentia Ecclesiæ Catholicæ.

Ad CAPUT X.

I. IN hunc locum referre libuit cavillos Amesii, quibus argumenta generalia Bellarmini pro Canone Concilii Trid. libros Deutero-Canonicos in numerum *Sacrorum* referentis, eludere conatur. Jam suprà ad finem cap. 4. notatum: ad definitionem authenticam Concilii non requiri argumenta, singula per se in solidum convincentia; sufficit enim, si ex omnibus in unum conflatis emergat certitudo moralis, quæ per Ecclesiæ decretum, ex Spiritus S. assistentia ἀναμάρτητον, transeat in articulum, cui non possit subesse falsum. Unde cùm Bellarm. I. ostendit: SS. Patres ex illis libris controversis testimonia citare, & quidem tamquam ex Scripturis sacris, Divinis & Canonicis &c. frustrà.

Objicit Amesius: *Etiam 3. & 4. Esdræ, aliosque libros citra controversiam apocryphos, citari à Patribus, vocari* Sacros, Divinos, Canonicos; *immò etiam Patrum, Pontificum, & Conciliorum scripta, ita nonnumquam vocari, licèt alio sensu, ac Prophetica & Apostolica, ut agnoscit ipse Bellarm.* Resp. enim, illas citationes & nuncupationes honorificas seorsim sumptas, esse tantùm partiale motivum ad includendum Canoni sacrorum Voluminum etiam ex. grat. duos libros priores Machabæorum. Longè fortius accedebat alterum; quòd nempe S. Augustinus, cui uni plus quàm 1000. Lutheris, 1000. Calvinis meritò defertur, testatus sit lib. 18. de Civit. Dei cap. 36. *Illos non à Judæis, sed ab Ecclesia pro Canonicis haberi*. Quodque cæteris Canonicis adnumeraverint eosdem Concil. Carthaginense, SS. Innocentius & Gelasius summi Pontifices &c. quod certè viri illi sanctissimi & sapientissimi numquam fecissent, nisi persuasum habuissent, authoritatem canonicam eorum librorum ab Apostolica traditione promanare.

II. Frustrà 1. miratur Amesius: *Quomodo Apostoli sub N. T. alium Canonem V. T. tradiderint, quàm fuerit antiquam illi Ecclesiæ traditus.*

Frustrà 2. consuetam suam næniam occinit: *In scriptis Apostolorum nihil tale apparere, sed contrarium potius &c.*

Frustrà 3. negat, *ullum Patrum tradere hos libros habitos fuisse Canonicos ex traditione Apostolica.*

Frustrà 4. contendit, si verum id esset, *tum multi Patres in Canone V. T. exponendo non secuti fuissent Hebræos &c.* Contra enim est 1. quòd satis probabile sit, etiam eos libros controversos, fuisse à Vetere Hebræorum Synagoga agnitos, ut authoritatis Canonicæ; (vide P. Gretserum pag. 108.) posteriores verò Judæos à priscorum Canone, uti in plurimis aliis rebus, deflexisse, cùm in suo Thalmud Jobum etiam negent esse Canonicum. 2. Etsi gratis daretur, numquam illos fuisse in Hebræorum Canone ante Christum; cur, si, ut supponimus, verè Divini sunt, ac ex speciali assistentia Spiritus Sancti infallibiles, non id ab Apostolis primùm potuit declarari? 3. Quòd de hac Canonizatione nil legatur in scriptis Apostolorum, quid mirum? cùm nec de Canone indubitatorum V. & N. T. librorum quidquam in illis reperiatur. 4. Etsi Patres conceptis verbis non pronuncient, id esse ex traditione Apostolorum, reipsa tamen & implicitè hoc asserunt, dum ajunt: *Ecclesiam illos pro Canonicis habere*. Hæc autem nullum dogma fidei proponit, nisi à Christo & Apostolis profectum. 5. Denique, sicut de Epistolis Jacobi, Judæ &c. ita & de Tobia, Judith &c. potuit apud PP. tertii & quarti sæculi dubitatio oriri, ac traditio Apostolorum ignorari.

III. Probationi Bellarminianæ à Conciliis petitæ perquam ineptè.

Objicit Amesius 1. *SS. Hieronymi & Augustini tempore, necdum à Generali Concilio fuisse quid decretum de illis controversis.* Quid tum? numquid etiam Provinciale, legitimè approbatum, receptum, tantæ authoritatis meritò censetur, ut ejus ductum secuta Synodus Trid. tandem sub anathemate sanxerit hunc, quem nunc veneramur Canonem? *At*, inquis, *cur*

non

non citiùs in aliquo anteriori generali Concilio id præstitum? Resp. Quia numquam ante Lutherum tanta nessitas, quam videtur imposuisse importuna Sectariorum libido novandi pleraque omnia. Numquid ante Arium ὁμούσιον, ante Nestorium θεοτόκον, ante Pelagium peccatum originis, ante Berengarium transsubstantiationem tam clarè, distinctèque definivit Ecclesia?

Objicit 2. *A Pontificiis non probari Canonem 26. ejusdem Concilii Carthag. quo vetatur primæ Sedis Episcopus vocari Princeps Sacerdotum* &c. Resp. Neg. assumptum; tantùm enim de primæ Sedis Episcopo in Africa loquitur: nec ita desipiebant Afri, ut primæ Sedi totius orbis leges auderent præfigere.

Objicit 3. libros illos controversos, *à Concilio Carthag. dici æquivocè Canonicos: aut si verè Canonicos intellexit, tum Laodiceno contradixisse*. Resp. Laodicenum libros illos non rejicit, sed negativè se habet respectu illorum, adeoque non ei contradicit Carthaginense; non magis certè quàm Calvinistæ, qui Apocalypsin & Judæ Epistolam admittunt, quas illa Synodus omiserat. À Carthaginensi Canonicis adnumeratos esse libros duos posteriores Esdræ, dicit, sed non probat Amesius; oppositum patet ex fine Cap. 20. Bellarmini, cui nihil habuit, quod reponeret Amesius; Qui tandem eò prorumpit audaciæ, ut Concilium illud Carthaginense dicat *temerè admodum fecisse, quòd sine ulla singulari ratione* (quæ scilicet Calvinistis arrideat) *libros illos retulit in Canonem quingentis aut sexcentis annis, postquam editi fuerunt, quos & Ecclesia V. T. & Apostoli & Concilia omnia antecedentia extra Canonem reliquerunt*. Sed impudens hæc calumnia ex dictis evanescit.

IV. Dixerat Bellarm. hoc Cap. *Ecclesiam nullo modo posse facere librum Canonicum de non Canonico, sed tantùm declarare, quis sit habendus Canonicus; & hoc nec temere: sed nec pro arbitratu, sed 1. ex Veterum testimoniis. 2. ex similitudine librorum, de quibus ambigitur. 3. ex communi sensu & quasi gustu populi Christiani &c. Et hæc tria Ecclesiam observasse*. Quid his opponit Amesius cap. 2. Th. 7. Nugas & cavillos, more consueto. 1. manifestè falsum, immò implicatorium est, *illa tria* (simul sumpta, ut Bellarm. accipit) *æquè nota fuisse Melitoni, Hilario, Epiphanio, Hieronymo, Concilio Laodiceno &c. qui istos libros extra Canonem reliquerunt*. 2. Si opus foret *testimonio authoris, qui illo sæculo vixit, quo libri illi* (controversi) *editi fuerunt* (uti Amesius prætendit) eliminandi è V. T. essent omnes olim dubii, & nunc à Calvinistis quoque recepti. 3. Etiam de his N. T. libris, scilicet Epistola Jacobi, Judæ, 2da. Petri, 2. & 3. Joannis, itemque Apocalypsi, *varia fuere Veterum Patrum testimonia*; quæ varietas cùm non obstet, quin jam recipiantur ab omnibus, cur obstaret in Tobiæ, Judith, Sapientiæ &c. V. T.? 4. Noctuæ Calvinianæ judicant, *non esse majorem similitudinem librorum* Judith, Sapientiæ, Ecclesiastici &c. *cum Propheticis* Josue, Judicum, Ruth, Regum &c. *quàm esse tenebrarum cum luce, & illam similitudinem, quæ aliqua ex parte in cæteris habetur, non sufficere ad eorum canonizationem*. SS. Augustinus, Innocentius, Gelasius, Conc. Carthag. &c. judicant esse omnino similitudinem: utris creditis, Quirites? 5. Communis sensus populi Christiani per 1200. annos, junctus Veterum testimoniis, & similitudini cum aliis libris, meritò permovit Concilium Trid. ad discernendos illos libros ab apocryphis: nulla in *eo omni sensu* est umbra *privati Spiritus*, quem justissimè characterem hæreseos *irrident* pii omnes. 6. *Si populus Christi non habet alium sensum nunc, quàm habuit olim in Concilio Laodiceno & antè, cùm istos libros extra Canonem reliquit*; cur ergo Calvinistæ cum Catholicis admittunt Judæ Epistolam, & Apocalypsin, quas Conc. Laodicenum extra Canonem reliquit? 7. *Media* prædicta

declarandi Canonicos, cùm habeant ce
ralem, faciunt, ut declaratio Ecclesiæ
missionem assistentiæ Spiritus S. habeat
dei Divinæ, non minùs ac illud post n
tionem ab Apostolis latum de legalibus
15. *Visum est Spiritui S. & nobis &c.* Sed j
mesio relicto, hìc loci, ob materiæ a
ferre opportunum erit,

Quos Cavillos Joan. Gerardus in suo Bellar
teste, ex hypothesibus Bellarminianis
indiscriminatim decerptis conte.

I. Disp. 1. Th. 8. & seqq. ex eo,
Lib. 2. de Verbo Dei cap. 2. §. tertiu
cedit, Israeliticam Ecclesiam ante
tum *Eloquia Divina sibi concredita* fidel
sic arguit: *Cuicumque Ecclesiæ concredita fu*
h. e. Scriptura Canonica, & quæ Ecclesia
fideliter custodivit, illius testimonium in
Apocryphis à Canonicis meritò amplectimur
clesiæ Israeliticæ concredita fuere eloquia D
ra Canonica, eademque depositum illud
ventum fideliter custodivit, fatente Bell
Ulteriùs: *Omnes isti libri, quos in Can*
timus, rejecti fuere ab Ecclesia Israelitic
nium & consensum Ecclesiæ Israeliticæ in r
none controversis illis libris, quos Bellarm.
ab Hebræis rejici asserit, meritò sequimur
cesso argumento ex asse, negatur subl
ut optimè ex P. Sebast. Heissu sugge
P. Gretserus pag. 107. Lutherani nun
poterunt, à Synagoga ante Christu
etiam tempore Christi in terris versati
nem positos & veluti Apocryphos est
quos jam ipsi rejiciunt cum perfidis Ju
stum, qui in suo Thalmud, Jobum e
se Canonicum. Resp. 2. Etsi consta
Synagoga, aut aliquibus ejus Doctor
los libros controversos non fuisse po
nem admissos; nulla hinc prorsus inf
rejectio: sed ipsa se respectu illorum
set; Verùm à Christo & Apostolis re
suprà dixi. Quis verò hìc non stupeat
Lutheranam, quæ cum perfidis Judæ
cum Christiana Ecclesia sentire? Nu
ità subsumere Gerhardum: Jam verò
stianæ Catholicæ concredita fuere el
demque depositum illud semper custo
stimonium hujus saltem non minùs ac
amplecti par est; ergo nefas est seq
bræos in repudiandis controversis ill
mentimur, cùm rejectionem eorum
mus veteri Synagogæ, & hujus rei te
Bellarminum, & Hieronymum, cùm
qui de perfidis posteriorum sæculorum
per hæc etiam evanescit argumentum

II. Th. 14. ex eo quod Bellarm. l
Dei cap. 7. statuit, Esdram constituisse
bræorum, sic arguit Gerardus: *Qui*
comminatione pro Canonicis V. T. libris
quos Esdras in Canonem non recepit, ill
phetica authoritati; prius faciunt Adversa

Resp. Majori propositioni nihil dee
quæ valdè robusta sit. Ex qua enim
ratione irrefragabili convincent Luthe
pora Esdræ nullum fuisse Canonicu
Esdram ita condidisse Canonem, ut
lum addi librum. Et licèt gratis dare
pora Esdræ & Christi nullum illorum
librorum fuisse saltem sub dubio in C
nullis Doctoribus, vel scribis relatum

tur, id à Christo vel Apostolis non factum? At inquit Gerhardus: *Non potest ex ullo probato scriptore demonstrari, controversos illos esse post Esdræ tempora in Canonem unquam receptos*. Resp. Jam suprà probatum est ex probatissimis scriptoribus, SS. Innocentio, Gelasio, Augustino &c. id convinci. Numquam enim viri illi sanctissimi & sapientissimi in Canone illos recensuissent, nisi certissimè fuissent persuasi, illos saltem à Christo & Apostolis canonizatos fuisse, quidquid sit de Veteri Synagoga.

III. Th. 15. ex eo, quòd Bellarmino lib. 2. de Verbo Dei cap. 1. fatente *Libri Canonici V. T. scripti fuerint lingua Hebræa, controversi verò illi, vel non sint ea scripti, vel non ampliùs exstent*, (quod Bellarm. concedit) Gerhardus infert: *eos non esse Canonicos*.

Resp. mira est vel oscitantia vel impudentia Gerhardi, qui indefinitam Bellarmini propositionem assumit tamquam universalem, cùm tamen in ipsis verbis Bellarmini relatis à Gerhardo excipiantur 2. Esdræ & Danielis. Quodlibeticum est, quod ibidem addit nec leviter probat: *Divinam Providentiam textum originalem librorum Canonicorum perire non permisisse*. E quo Scripturæ loco id habetur? Annon potiùs oppositum indicatur, cùm tam multi libri V. T. planè perierint, qui tamen communius & probabilius putantur fuisse Canonici? Annectit hic etiam cavillum suprà in cap. 1. initio explosum; & ineptit cum Hunnio &c. circa linguam Propheticam.

IV. A Th. 16. usque ad 25. conatur *evincere, libros controversos non esse in Canone, iisdem argumentis, quibus Bellarm.* cap. 20. &c. probat librum 3. & 4. Esdræ, orationem Manassis, librum Henoch &c. esse apocryphos. Sed similis est hic cavillo Amesiano jam suprà discusso. Quàm verò inepta hyperbole est, cùm Th. 19. ait: *Genebrardum argumentis æquè solidis probare posse, libros 3. & 4. Esdræ Canonicos esse, ac Bellarminus probat, controversos illos libros esse Canonicos*. Probare Genebrardus debebat, eos libros Esdræ citari à Patribus ut Divinos & sanctos; haberi eos saltem in Græco LXX. legi solitos in Ecclesia; à Pontificibus summis & Concilio aliquo inter Canonicos referri &c. aliàs nec umbram majoris soliditatis probat. Th. 21. in fine affingit Bellarmino, quòd *provocet à codicibus Græcis ad Canonem Hebræum*; hincque infert *sibi quoque circa libros controversos idem jus esse*; sed falsum est quod assumit, ut legenti patebit; & licèt in aliquibus circumstantiis id fieri posset, non sequitur, semper fieri posse.

V. Th. 23. & sequentibus struit subtile argumentum, quod in summa est tale: *Rom. Ecclesia in cap. Sancta Romana; sequitur judicium Hieronymi in repudiandis Origenis, Ruffini, & similium operibus Ecclesiasticis; ergo ejusdem judicio acquiescere debet in discernendis Canonicis & Apocryphis Scripturæ libris*. Sed probanda erat par utrobique ratio, & refutanda disparitas luculenta à Gretsero tradita in cap. 10. At, inquit, *Cùm vulgata editio in Conc. Trident. pronuncietur authentica, æquum est, ut hoc Vulgatæ editionis proœmium non accusetur falsitatis*. Sed ubi Gerhardus viderit Prologum galeatum tamquam Vulg. editionis proœmium præfigi, nescio. Cum aliis ejusdem Sancti Doctoris præfationibus postponi videmus libris ipsis apocryphis. Cur verò æquum non sit, Ecclesiam in hoc relinquere sententiam sancti Hieronymi & paucorum aliorum, & audire potiùs Concilia & Pontifices? Qui *per ὁμοούσιον, Trinitatem, & Crucifixum, obtestatus est* S. Damasum, *ut sibi veram de tribus hypostasibus exponeret sententiam*; Quidni pari reverentia se quoque submisisset SS. Innocentio, Gelasio & Conciliis Oecumenicis? Certè Nicæni auctoritate permotus, Judithæ librum antea in Prologo galeato cum Hebræis rejectum, non dubitavit admittere, ut patet ex præfatione in eum librum. Quod

VI. Triumphus est inanis, quo Th. 26. etiam juxta Bellarm. *pro se ait stare multos Veterum, ut Melitonem, Epiphan. Hilar. Hieron. in exponenda Canone juxta Hebræos*. Nam id universaliter verum non esse, jam contra Amesium suprà ostensum est; Et ut universaliter id verum esset, non præjudicant illi quatuor cæteris pluribus.

VII. *Etiam Cajetanum, Lyranum, Carthus. Hugonem, S. Hieronymi sententiam esse secutos* ait Gerhardus Th. 27. fateri Bellarminum. At qui hunc inspexerit, deprehendet fallere Gerhardum, dum loquitur universaliter de libris controversis V. T., Bellarminus verò tantùm de 7. capp. Estheris. Atque ut dubitari non posset, eum fallendi animo id fecisse, omisit Sixtum Senensem, quem ibid. ait Bellarm. idem sensisse post Conc. Trident. de illis 7. capitibus. Est ergo hic Gerhardi triumphus partim fraudulentus, partim phantasticus. Error innoxius aliquorum Catholicorum Theologorum non tollit consensum Ecclesiæ Catholicæ, præsertim si ille error præcesserit sanctionem Concilii sub anathemate.

VIII. Gerhardus à Th. 28. usque ad 38. pleraque repetit, quæ ab Amesio suprà argumentis Bellarmini cavillatoriè opponi vidimus. Lubet ergo tantùm singulares aliquos Gerhardi lapsus adnotare. 1. Th. 30. ait: *Bellarminum lib. 2. de Conc. cap. 7. statuere: In quæstionibus fidei Concilia priora præferenda esse posterioribus*. Hoc esse vel turpe mendacium, vel stuporem in Theologo intolerabilem, aut saltem *puerilem* lapsum, quis lector intelligens negaverit? Oppositum potiùs ibi Bellarm. haud obscurè indicat. 2. Falsum est, Concilium Laodic. in 7. Synodo confirmatum; falsum est, omnia acta & Canones Synodi Quini-sextæ in Trullo habitæ ab Adriano P. confirmatos. Quod gratianus distinct. 16. adducit, scire debebat Gerhardus, in nova editione Gregorii XIII. esse correctum. Videantur Binius, Coriolanus &c. in illo Concilio 3. Unde habet Gerhardus: *Concilium Carthaginense relinquere* (duos priores) *extra Canonem*, uti audacter asserit Th. 31. In tomis Conciliorum adduntur, ut intuenti patebit. 4. Th. 35. ait *librum Enoch ab Apostolo Juda citari vers. 14.* Idem olim dixerat Hunnius, sed cùm probationem postularit Gretserus pag. 194. cur eam non præstitit Gerhardus, si potuit? Eadem temeritate asserit Th. seq. Orationem Regis Manasse, tertium librum Esdræ & Machabæorum &c. fuisse olim lectos in Ecclesia ut sacros, aut adnumeratos Canonicis. Sed annexio merè materialis alicujus libri vel partis apocryphæ cum libro vel parte Canonica, nihil facit ad rem.

Et hactenus quidem Gerhardus de libris V. T. tantùm cavillatus est; De controversis autem N. T. tam hic quàm in altero Tomo (ubi alioquin omnia corradit, quæ vel apparenter decreto Concilii Trid. de libris Canonicis adversantur) magis mutus est pisce. Idem facit Titius in sua Ostensione, & alii recentiores Lutherani. Quid hoc? anne Lutherum deserunt purissimi Jenenses? At Biblia glossata Jenensium (in cujus laboris partem, ut dicitur in Præfatione eorundem, venit præcipuè Gerhardus) excludunt è Canone, ut non Apostolicas, Epistolas ad Hebræos, Jacobi & Judæ; Apocalypsin verò permittunt arbitrio Lectoris. Cur ergo de his tam altum hic Gerhardi silentium? Nihilne quod circa hos cavillaretur in Bellarmino invenit? Tolerabile foret hoc silentium, at prorsus intolerabile & flagitiosum, quod in lib. 2. Confess. pag. 9. eum admisisse credimus, donec Jenenses, Gerhardus vel Titius oppositum ejus, quod nobis est persuasissimum, ostendant. Sic verò inquit loc. cit. Gerhardus: *Benedictus Arias Montanus in Præf. Bibliorum cum interlineari versione excusorum, & à Theologis Lovaniensibus approbatorum, de controversis illis libris sic scribit*: Accesserunt etiam huic editioni libri græ-

cè

cè ſcripti, qui vocantur apocryphi, *quos Eccleſia Orthodoxa Hebræorum Canonem ſecuta inter Apocryphos recenſet*. Hæc à Gerhardo citata verba non ſunt Ben. Ariæ Viri Catholici, & Theologi, qui Concilio Tridentino interfuit, morique ſine dubio maluiſſet, quàm hareſi tam patente libros ſuos conſpurcare. Excuſa ſunt autem SS. Biblia illa Antuerpiæ à Chriſtophoro Plantino anno 1572. cui editioni etiam additur Cenſura Theologorum Lovanienſium; quæ cenſura omiſſa eſt in altera editione Plantiniana anni 1585. In neutra editione (uti nec in Commeliniana anni 1599.) habetur ſimile quid, quod à Gerhardo affingitur Præfationi. Sed ſecunda Antuerpienſis ſub hæreticis (cùm illic vir Hiſpanus tutò eſſe non poſſet) habet quidem titulo inſerta hæc verba: (*Acceſſerunt & huic editioni libri græcè ſcripti, qui vocantur Apocryphi, cum interlineari interpretatione latina ex Bibliis Complutenſibus deprompta*) reliqua autem à Gerhardo aſſuta verba, nempe (*quos Eccleſia Orthodoxa Hebræorum Canonem ſecuta inter Apocryphos recenſet*) ſunt ſine dubio maligna hæretici gloſſa. Audeat negare Titius, hoc eſſe flagitioſum ſpecimen fidei Gerhardinæ, quo vel ſolo falſarius iſte omnem fidem decoxerit.

Ad CAPUT XI.

Libro Tobiæ Ameſius objicit: *à Bellarmino ad incitas redacto ſine ulla probabili ratione fingi duas Rhages*, ut antilogia ejus libri ſolvatur. Reſp. Si ſolutio Bellarmini (quæ tamen ſine incommodo ſuſtineri poteſt, ut patet ex Gretſero p. 116.) minùs placuit; cur non alteram vel acceptavit, vel refutavit Ameſius, qua apud Seranium in Comment. ejus libri oſtenditur ex profanis quoque Scriptoribus, Æliano, Curtio, Strabone &c. Ecbatanam, ubi habitabat Gabelus, etiam dictam eſſe Rhagam vel Rhages? Sed quid opus eſt immorari tricis iſtis, & antilogiis apparentibus expediendis, quæ paſſim ab Interpretibus SS. librorum dudum ſunt extricatæ? quales & iſtæ. 1. de mendacio, quod Angelo Raphaeli tribuitur, 2. de commento magico, quo fumus cordis cujuſdam piſcis dicitur extricare ōmne genus dæmoniorum. 3. de Domo Dei, quæ falſò dicitur cap. 14. incenſa vivente Tobia. *Ad hæc*, inquit Ameſ. *& milia conſultiſſimum viſum Bellarmino nihil omnino reſpondere*. Certius dixiſſet, de his & ſimilibus ei viſum eſt nihil proponere, tum quia non invenit ea objecta libro Tobiæ à Cacodoxis; tum quia obvia eſt eorum ſolutio ex Interpp. Ameſio autem conſultiſſimum viſum, de more cavillari, cùm enervare non poſſet doctrinæ Catholicæ robur.

Ad CAPUT XII.

Libro Judith ſuffragium Nicænæ Synodi omni niſu eripere ſtudent Heterodoxi: ſed nimis apertum & omni exceptione majus eſt de hoc teſtimonium ſancti Hieronymi; qui ſicut hunc librum, antequam innotuiſſet Nicænum de eo decretum, cum Hebræis è Canone excluſerat, ità poſtquam reſcivit rei veritatem, magnæ Synodo acquievit: *Hunc*, inquit, *librum Synodus Nicæna in numero ſacrarum Scripturarum legitur computaſſe*. Hoc ſanè non eſt fidem relinquere penes authorem, ut fingit Ameſius. Etſi verò vel ſola ea Nicænæ Synodi (cui Laodicena nec repugnat (ut falsò ait Ameſius) nec præjudicare poſſet, ſi repugnaret, cùm ſit anterior, & non Oecumenica) authoritas cuivis pio ſufficere debebat; multò majus tamen anctoritatis pondus additur huic Judithæ libro, quòd SS. Apoſtolorum Pauli & Jacobi teſtimoniis comprobetur. Quod non ità pridem P. Nicolaus Abram in Pharo, ſeu SS. quæſt. lib. 13. bene

obſervavit. Nam cùm 1. Cor. 10. v. 1
ſtolus: *Neque murmuraveritis ſicut quidam*
raverunt & perierunt ab exterminatore. H
natoris, qui murmurantibus Hebræis p
rit, in V. T. nullum niſi in Judith cap
reperitur. Ibi enim verſ. 24. 25. dicitur
murmurationis ſuæ contra Dominum protuler
nati ſunt ab Exterminatore, & à ſerpenti
Sanctus Jacobus autem cap. 2. verſ. 23.
eſt Scriptura dicens: Credidit Abraham D
tum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei a
Hæc poſtrema verba omnino ex eodem
pta ſunt, ubi verſ. 22. legitur: *Abraham*
& per multas tentationes probatus Dei amic
Et quamvis etiam aliis V. T. locis *Ab*
amicus Dei: tamen cùm ſanctus Jacobus
ſignificet, ea verba: *Et amicus Dei appe*
ſe è Scripturis deprompta, Scripturæ
dus eſt illis verbis non abſimilis. Nullu
ritur ſimilior quàm ille Judith: *Dei amic*
Nil enim aliud eſt amicum Dei appellari
cum effici, nec aliud vocari quàm eſſe
hæc ita ſe habeant, etiamſi ſuperſit pra
cultates quidam nodus Chronologicus p
lis creditus, non ideò magis è Canone
bebit excludi, quàm libri Geneſis, Re
gel. &c. Nec quidquam luxatur Canonic
citas, vel principalis aſſertio Bellarmini
tatur 4ta Ameſii objectio, qua ait:
dus approbavit hunc librum, talem approba
exſtabat in editione græca; ſed in hac contine
de templo tum temporis everſo; Vel igitur a
vel mendacium approbavit. Propoſitio eſt Be
Aſſumptio eſt ejuſdem cap. 12. Concluſionem
teſt repudiare. Reſp. non niſi probabilis
mini opinio, quòd ſub Manaſſe contige
dithæ: & quamvis Synodus Nicæna
brum, non tamen mendum, ſi quod ir
ſentit Bellarminus. Quodſi Græcum te
timum & incorruptum nieri quis velit,
verba de extrema templi vaſtatione &
quam fecerat olim Manaſſes, exponet
Serario & Gretſero. Fortè tamen meli
bus antiquis, quos citat & ſequitur P.
cit. cap. 15. & ſeqq. dicitur, contigiſſ
riam poſt reditum populi è Babylone,
pore Xerxis, quem oſtendit vocari in
buchodonoſorem ſimilitudine quadam,
cus, Mithridates, aliuſve quiſpiam
nominis acerrimus diceretur Hannibal
Ameſius à Th. 16. uſque ad finem objic
pediuntur ex dictis.

V I N D I C

Pro Libro Secundo de Verb

Ad CAPUT I.

Quæſtionem hanc ab Ameſio omiſſ
ptura S. perierit, & ab Eſdra fuerit
rardus ſolùm cavillandi ſtudio
Nempe ut opponat Bellarmino Salme
tom. 1. pag. 91. ait: *Eſdram reſtituiſſe*
cros, qui interciderant tempore captivitat
communis ferè omnium Doctorum eſt conſ
communem ferè omnium Doctorum (
conſenſum, ait Gerhardus dici à Bellar
bilem, *& rectè*; Verùm Salmeron han

ibidem ex instituto non tractat; nec dicit, Scripturam universam periisse tempore captivitatis Babylonicæ, nec Spiritu sancto ei dictante omnia, sicut antea fuerant, restituta ab Esdra &c. Unde ejus dictum bene stat cum sententia Bellarmini, quòd scilicet Esdras fuerit instaurator librorum sanctorum, non omnia iterum dictando, sed colligendo & ordinando Scripturas in unum corpus, quarum partes variis in locis invenerat, & etiam emendando, si quæ depravata erant negligentia Scribarum &c. Et hæc est sine dubio longè communissima Catholicorum sententia; nec vox illa, *interciderant*, qua Salmeron utitur, magis significat interitum omnimodum, quàm dispersionem & neglectum custodiæ. Huic sententiæ Salmeronem non adversari colligitur ex ejus scopo. Intendebat enim probare, nullum ex libris Canonicis periisse; id verò colligit etiam ex eo, quòd Esdras restituerit omnes libros sacros. Sive enim id factum fuerit recensendo & colligendo dispersa volumina, sive deperdita de novo dictando, nil facit ad Salmeronis intentum. Qualiter autem potuisset Gerhardus suum cavillandi studium apertius manifestare, quàm dum in Quæstione, quæ ad fidei controversias prorsus non pertinet, Bellarminum laborat reddere Lutheranismi testem.

Ad CAPUT II.

AMesius Th. 1. negat quod dixerat Bellarm. Hæreticos hujus temporis odio editionis Vulgatæ nimium tribuere Editioni Hebrææ; volunt enim omnia examinari & emendari ad Hebræum textum. Falsò id asseri ait *apparere ex eo, quòd alias omnes editiones Vet. Test. ad Hebræum textum æquè emendandas esse ostendimus atque vulgatam*. Lepida enimvero illatio! quid quæso vetat passione agitari, & nihilominus ut passio veletur, agere id quod consequenter agendum est? Cùm enim semel à vulgata ad fontes Hebræos & Græcos provocaveritis odio Rom. Ecclesiæ, non potuistis non omnes Versiones ad illos fontes exigere. Quanto autem eum fructu, res ipsa loquitur. Tanto scilicet & tali, ut ipsosmet vestros Patriarchas cœpti pœnituerit; qui proinde consultius judicarint, servare vulgatam, quàm adeò ineptas, discrepantes, Rabbinizantes potiùs quàm Christianizantes, Grammaticas magis quàm Theologicas, se mutuò damnantes Versiones tolerare. 2. *Nemo* quidem *unquam sanæ mentis nimium esse duxit, exemplum exscriptum* (ἔκτυπον) *examinare ad exemplar primum* (πρωτότυπον) siquidem hoc constet incorruptum & certæ lectionis. At si constet ipsos fontes, ex una parte non fluere ubique limpidos; ex altera verò, etsi nec unica littera in textu esset mutata (quod tamen improbabile, cùm periculum erroris, in Hebræo, ob similitudinem quorundam characterum multò majus sit quàm in Græcis ac Latinis) tamen illa punctorum post S. Hieronymi ætatem per perfidos Masorethas accessio violentam suspicionem parit admissi per illos frequenter erroris, & punctorum in favorem potiùs suæ perfidiæ, quàm veritatis Christianæ delectorum.

3. Tandem sic arguit Amesius: *Vel ad hebræum textum examinanda est editio vulgata; vel ad aliam aliquam Editionem, vel ad nullam? Aliam non dabunt Pontificii. Nullam autem statuere, est latinam facere primam, & sine ulla ratione insanire*. R. Non est examinanda; quia jam est examinata satis, & usu Ecclesiæ ultra mille annos approbata, tandemque etiam per gravissimam Concilii Oecumenici canonizationem sancita. Menda etiam, quæ librariorum incuria aut errore irrepserunt, maxima ex parte jam Sedis Apostolicæ auspiciis sublata sunt. Nec ideò Latinam facimus primam, sed magna ratione ita sapimus, ne insulsis Vulgatæ examinatoribus ostium aperiatur, S. Codicem non tam vertendi quàm pervertendi: ut experientia ineptissimorum & perversissimorum Versorum, apud segreges præcipuè, plus satis docuit, & ad oculum monstravit Gretserus de novis Translationibus.

Th. 2. Cùm hebraici textus corruptio quinque exemplis apertissimè à Bellarmino fuerit ostensa, ut ipse Amesius in duobus prioribus ex Isa. 9. & Jerem. 23. non posset negare mutationem, sed maluerit excusare (non absque præjudicio Christianismi in favorem Judæorum & Arianorum, ut contra Hunnium ostendit Gretserus p. 450.) in tertio autem ex Ps. 22. dixerit ridiculè cum suo Junio *Non esse corruptionem, sed variam lectionem* (cùm in plerisque legitur כארי sicut leo (& pessimè quidem) In aliis rarioribus כרו *foderunt*, uti verè legendum est) In quarto autem ex Psalm. 18. קם *linea eorum*, pro קלם *sonus eorum*, confugerit ad Genebrardum sibi non propitium: In quinto denique ex cap. 2. Exod. necesse habuerit ad Hunni & Junii ægrorum somnium (quo ajebant, esse *versum* illum, qui in Hebræo deest, *in latinis editionibus errore aliquo infartum*) confugere: his tamen non obstantibus effrons cavillator ita concludit: *Cùm igitur in istis quinque locis nihil tale reperiatur, pro confesso habendum est, Hebraicum fontem manare purum & incorruptum*. Nempe hoc est Enervare Bellarminum!

Th. 3. Refert Bellarmini assertionem verissimam, scilicet: (Alii sunt, qui Zelo quidem bono, sed nescio an secundùm scientiam, contendunt Judæos studiosè corrupisse multa loca Scripturæ) addit Amesius: *Quàm perversus est hic Bellarminus! Textus hebraici puritatem defendi antea dicebat ex odio malo, eandem autem temerè impugnari vult ex Zelo bono*. Ast amabò quid hic est perversitatis? Quòd odio Papæ Vulgatam rejecerint Calvinistæ, quis prudens dubitet? cùm eosdem ipsam quoque Orationem Dominicam in principio & fine, odio Papæ, reformasse videamus in Germania. Zelum autem tuendi Christianam religionem adversus perfidos Judæos, esse ex se bonum & laudabilem, posseque eundem ignorantiæ conjungi, quis non æquivocè Christianus negaverit? Est ergo hic perversitas non Bellarmini sed Amesii, & quidem planè Sycophantica, dum non erubuit suam calumniam hoc epiphonemate finire: *Zelus bonus contra legem, proprius est Pontificiorum*. Quid hoc monstri! potestne Zelus esse bonus contra Legem, quæ verè lex sit? sed etsi Zelus aliquis contra legem posset dari bonus, numquid is proprius foret Lutheranis & Calvinistis?

Th. 4. Principalis Bellarmini assertio hæc est: Scripturæ hebraicæ non sunt in universum depravatæ opera vel malitia Judæorum, sed habent suos quosdam errores, qui partim irrepserunt negligentia vel ignorantia librariorum, partim inscitia Rabbinorum, qui addiderunt puncta. Potest etiam fieri, ut ex pravo affectu & odio in Christum, ea lectio interdum ipsis magis probata sit, quæ minùs Christianis favebat. Cæterùm, non tanti momenti sunt ejusmodi errores, ut in iis, quæ ad fidem & bonos mores pertinent, Scripturæ Sacræ integritas desideretur. Quid hic Amesius & Gerhardus? Ille, *non sincerè agere Bellarminum*, ait: & per ly, in universum, *tradere causam adversariis*. Sed hoc est quærere nodum in scirpo, & cavillari. Mens Bellarmini hæc est: Etsi universim de omnibus codicibus Hebræis loquendo, Scripturæ non sint à Judæis ex malitia depravatæ, eas tamen non esse omnino puras, cùm præter librariorum errores, fieri potuerit, ut ex pravo affectu odioque in Christum puncta sic notarent, ut minus faveret lectio Christianis. Quid hic non verissimum? 2. Esto quòd *Errores qui in quædam exemplaria irrepserunt, non reddant editionem omnium exemplarium corruptam*: Quis tamen infallibiliter decernet, utra lectio sit genuina?

Peri-

Periti discernent, inquit Amesius. Sed quinam hi? Hebræine? an Calvinistæ? 3. Ecclesiæ Catholicæ curæ incumbit, conservandi & restituendi aliquam Editionem Scripturæ, & meritò quidem eam, quæ est in communi usu Doctorum. 4. Bene consistere potest cum incredibili religione Judæorum erga sacros libros: ut nihilominus puncta sic adnotarint, quò minùs faveret lectio Christianis. Quid hic repugnantiæ?

Gerhardus autem, uti in quæst. 2. ità & in hac 3. perspicuè nugatur. Fingit iterum Controversiam hanc esse fidei, in qua *Bellarminus vi veritatis* stet cum Lutheranis. Quid est cavillari, aut nugari, si hoc non est? Ne tamen per omnia consentiat Bellarmino, ait Th. 51. *Quibus argumentis Bellarminus probat, malitia Judæorum non esse corruptos fontes, iisdem probari potest., librariorum ignorantia aut negligentia eos non esse corruptos.* Resp. Neg. assumptum. Etsi enim ad providentiam Dei pertineat, ut nullus error noxius irrepat in omnes SS. Scripturarum Editiones; non tamen, ut nullus irrepat minus genuinæ lectionis, & qui fidei bonisque moribus nihil officiat. Qua quæso vel authoritate vel ratione Gerhardus evincet oppositum?

Ad CAPUT VII.

SUper Quæstione: An Codices Græci Nov. Test. sint corrupti; Assertio Bellarmini est eadem, quæ suprà de Hebraicis. Scilicet græcos Codices non esse corruptos generaliter, in omnibus codicibus; nec tamen esse fontes purissimos, ut necessariò quidquid ab eis dissentit, corrigendum sit, ut falsò existimat Calvinus &c.

Objicit Amesius 1. *Si neque Hebraici Veteris, neque Græci Nov. Test. codices sint fontes puri, tum nulla est pura Scriptura in Ecclesia Dei.* 2. *Cum magna infamia Ecclesiæ Rom. hoc affirmatur, quæ depositarium se dicit unicam hujus thesauri, & eam tamen in puritate non conservavit.* 3. *Si nunc aliquid in hac editione desideretur, quod olim exstabat, annumerari saltem debet Traditionibus Apostolicis, quas Rom. Ecclesia habet in numerato, adeoque restituere nobis facilè potest ac debet. Sacra enim Scriptura præcipuè est in corde Ecclesiæ, secundariò verò in libris. Bannez in 1. p. quæst. 1. art.* 8. Hæc verbatim descripsit Gerhardus lib. 2. art. 1. cap. 2. pag. 109. Resp. 1. Nullum est inconveniens in illa sequela. Nullibi enim legitur, Deum aliud pollicitum esse; nec ex se Providentia Divina postulat, ut nulli omnino errores leves, qui nec fidei nec moribus tantillum obsunt, librariorum sive incutia, sive fragilitate humana moraliter inevitabili, in omnes Codices sacros irrepant. Nec arbitror apud ipsos Protestantes, fide Divina persuasum, purissimos esse fontes, saltem in aliquibus determinatis Editionibus. Hoc privilegium & immunitas ab omni mendo quocunque librario, solis competit illis voluminibus, quæ ipsi Scriptores Canonici vel propria manu exararunt, vel ab eorum Amanuensibus excepta ipsi recognoverunt & approbarunt. Unde evanescit etiam secunda & tertia non tam objectio, quàm illa sive Luciano sive Calvino digna subsannatio. Nulla apud pios est infamia Ecclesiæ Rom. quòd à Deo gubernetur congruè statui viatorum, in umbra fidei ambulantium. Sufficit, ut nullus irrepat error substantialis in omnes libros sacros ab Ecclesia receptos. Nemo nisi impius sannio, ideò aversabitur Ecclesiam, quòd obnoxii sint omnes ejus filii lapsibus humanæ fragilitati adnatis, nec fidei tamen morumque ædificationi noxiis.

Porrò cùm exempla corrupti textus Græci tam luculenta Bellarminus attulerit, ut nec Gerhardus nec Amesius ausi sint inficiari omninò: nè tamen desit, quo cavillentur, partim errores tuentur, partim ubi error nimis manifestus est, variam lectionem e-

xemplarium allegant. Nam 1. cùm aj
sum esse, sive legatur 1. Cor. 15. vers
mo de cœlo cœlestis, sive, *Dominus de*
guntur alteram lectionem non esse ge
ram esse assertionem Bellarmini.

2. Cùm certum sit, Marcionem
tuisse *Dominum* pro *homine* in favorem
negabat veram Christi carnem, Ame
cionis lectionem præfert, eamque à
batam asserit, quod falsum esse con
cap. 10. lib. 5. contra Marcionem. F
nem, quam Bellarmino affingit, A
mittit. Tertullianus enim Marcione
arguens, ait loc. cit. nihilominus etia
Marcionis lectione veritatem evinci:
si non homo, quod & primus? Amesius
qua editione Tertullianum sic recitat:
mus Dominus, si & secundus? Nimirum
ctionem contra Catholicos tueatur,
terpolare non dubitavit.

3. Quid clarius, quàm utramque l
rinth. 7. vers. 33. ubi ly *μεμέρισται* di
cis conjungitur cum sequentibus, in
cum antecedentibus, non posse simul
Lectionem græcam testatur S. Hierony
postolicæ veritatis: nihilominus Am
dus Joviniano hæretico contra S. H
ginitatis Encomiasten & Vindicem
re, ac potiùs corrupta græca, quàn
sectari. Par cavillandi studium in
perspicitur, ut dudum monstravit Gr
ræ pretium est iis immorari, cùm rev
troversias vix quidquam faciant.

Ad CAPUT I

AMesius Th. 12. arrodit obiter
hoc Cap. statuit de authore Ed
Certum est, hanc controversiam no
de Amesius acceptat, quod Bellarm
vum Testam. esse non ex versione S.
ex antiqua versione ab illo emendata
stam. esse ex ejus versione, exceptis P
tia, Ecclesiastic. & Machab. libris.
sequentes cavillos. 1. *Non debuisse igitu*
Hieronymi authoritate ad totius hujus edi
firmandam. Resp. id quod supponit,
mendacium. Quis enim Catholicoru
tam tribuit S. Hieronymo? 2. arguit i
tes quæ sunt aliorum, versa sunt accurati
nymus eas vertit, vel magis depravatè.
Hieronymus non optime vertebat: si magi
tota hac Editio non est optimæ notæ inter
Resp. bicornis iste aries non ferit. Di
rationabiliter) potest, parem fuisse
Lucianæam ab Hieronymo emendatai
teris paribus, esset jam vulgata ac co
pta, meritò fuisse quoque retentam,
tam. 3. Ridiculè à nobis exigit, ut
hac mixtura versionis latinæ fuerit introd
quo repugnante? Resp. Nil horum no
mur, cùm nullus hic sit error, & *con*
rimum; qualem cùm *irrepsisse paulatim i*
calumnientur Protestantes, *jure urge*
curatè demonstrent (quod in cæteris hæ
suevit) *quando, à quo, quibus contradi*
ptio facta sit? Et hactenus quidem pr
versiæ præludit Amesius cavillando in
troversa & necessaria? rectiùs utrq
suum Magistrum Joannem Calvinum
plicis mendacii liberasset, quæ illi à
seq. inuritur. Sed cùm æquè sileat *d*

Calvini aperto, ac de quadruplici M. Chemnitii Gerhardus, meritò hic qui tacent videntur consentire Bellarmino, cum ingenti novi Evangelii gloria.

Ad CAPUT X.

CUM Bellarminus hoc cap. Vulgatam nostram Authenticam esse demonstret, Amesius pro more contrà cavillatur, & Th. 13. sciscitatur: *Quid per authenticam velint Pontificii, & quousque illud tribuant latinæ Vulgatæ? Propriè authenticum instrumentum in Jure civili illud ipsum esse, quod vulgò dicitur: Originale. Hoc autem nunquam sustinebunt affirmare de editione latina. Dicunt tamen esse exemplum authenticum, quia ex Originali sine errore transsumptum fuit. Ubi videndum* 1. *An Tridentini illi homines fuerint Notarii publici à Deo constituti, ut exemplis vel copiis (ut appellant) fidem certam facere possint, præsertim versionibus exemplorum. Deinde an fecerint hoc ex certa cognitione, examine idoneo instituto, & collatione facta cum authentico & originali exemplari, quod nec ipsi quidem Pontificii affirmabunt. Hoc etiam explicatione indiget, utrùm nullum omnino errorem in illa admissum volunt interpretis ignorantia aut vitio? an verò nullum contra fidem & bonos mores? de istis enim variant Pontificii, & inter se digladiantur. Bellarminus autem non explicans, quo sensu authenticam editionem capit, authenticam tamen esse satis ineptè aggreditur probare.* Resp. 1. Ad ista interrogatoria dudum responderunt Gretserus, Serarius, & alii. Si bene, cur non acquiescit Amesius? si malè, cur non id demonstrare aggressus est? Omnes isti cavilli (uti & quos argumentis Bellarmini pro vulgata, Amesius, Gerhardus, Titius, & alii opposuere) facilè evanescent apud quemvis candidum & æquum Lectorem, ubi sine passione consideraverit, necessitatem, scopum, & Moderationem decreti illius Tridentini, quæ omnia nuper in Historia ejus Concilii genuina, contra fabulosam Petri Soave Polani, sub auspiciis Alexandri VII. elucubrata complexus est, non Vaticana purpura magis quàm Sapientia Eminentissimus Sforria Cardinalis Pallavicinus, ex cujus lib. 6. cap. 17. sequentia depromere visum est. Dicit Soave, F. Ludovicum Cataneum ex Ordine Prædicatorum asseverasse Tridenti in Concilio: Ad articuli (de latina S. Scripturæ versione) determinationem nihil afferri posse magis appositum, quàm judicium Card. Cajetani (quem hoc loco summis laudibus effert Soave, cum anteà ubi eundem ut Lutheri adversarium introduxerat, exiguam de illo existimationem præ se tulerit) nempe, quòd: *intelligere textum latinum non sit intelligere Verbum DEI, quod errare non potest, sed vocem interpretis errori obnoxiam.* Sed quod ad Cajetanum attinet, loqui de ejus Commentariis in Scripturam, non est loqui de pennis, sed de pedibus pavonis. Quantumcumque enim magna illa mens in aliis operibus fuerit admirationi, tamen in hoc, quia permisit se à Ductore (Hebrææ Grammaticæ quàm Divinorum mysteriorum peritiore) abripi, mansit inglorius. Immò hinc motus est Gabriel Prateolus Episcopus Claromontanus, ut adnumeraret illum hæreticis. Et quamvis hic fuerit rigor indiscretus erga hominem tam pium & Venerabilem; certum tamen est, eos Commentarios nec apud Hæreticos nec apud Catholicos habuisse applausum. Porrò consideremus argumentum in semetipso, quod primò giganteum apparet, sed in fine definit in gigantem, qualem in aere formant nubes mox vi radiorum solarium evanescentes. Quæram ego ex Soave: Voluitne DEUS, ut Scriptura sit veritatis norma infallibilis paucis, imò nullis, an verò universæ suæ Ecclesiæ? Hoc secundum par erat dicere vel maximè Soavem cum suis Lutheranis, utpotè qui non aliam admittunt externam credendi regulam nisi Scripturam. Verùm si hoc est; non potuit restringi Scriptura authentica ad duas linguas, quarum intelligentia in gradu excellenti, id est, qui sufficiat ad bene judicandum, fuerit, jam à conversione mundi usque modò in paucissimis, immò potiùs in nullo. Dico: *potiùs in nullo*, quia cùm juxta morem antiquum Hebræa sine punctis, quæ nostris vocalibus respondent, scribantur; insuper cùm inter consonantes hebræas tanta sit similitudo figurarum, ut inscitia & negligentia librariorum non potuerit apographa relinquere sine variis mendis, & mutatione sensus, tam est liquida & infallibilis declaratio originalis textus Hebræi, ejus linguæ perito, sicut esset codex latinus sine vocalibus, & cum copia mendorum in consonantibus respectu ejus qui callet latinam: immò tantò minùs, quantò revera major est idiomatis latini notitia in quovis mediocri Grammatices didascalo, quàm Hebræi in quovis qui hodie habet ejus intimam cognitionem. Et qui secùs gloriatur, facit ideò, quia non timet Judices competentes, qui possint ejus damnare jactantiam.

Testamentum Novum quod spectat, maxima ex parte Græcè scriptum; textus qui exstant jam de variis mendis notabilibus convicti sunt; quod luculentè apparet, si conferantur cùm textibus compluribus, quos SS. Patres citant. In horum enim libris manserunt incorruptiores ab injuriis librariorum: unde sequitur, illos codices non esse testes idoneos ad damnandam Translationem tot sæculis in Ecclesia receptam. Enim verò quis denique arroget sibi majorem notitiam earum linguarum, majusque judicium, & correctiora exemplaria, quàm habuerit S. Hieronymus? qui vel author, vel ut aliqui malunt, Emendator exstitit nostræ Vulgatæ. Si itaque intelligere Vulgatam non est intelligere verbum DEI, sed hominis erroribus obnoxii, idipsum erit intelligere interpretationem, quam quivis in lingua Hebræa versatissimus dare potuerit textus Hebraici. Ulteriùs: Si hæc ratio valeat, credere oportebit soli primo Originali per authorem ejus exarato, h. e. Prophetis, Evangelistis, Apostolis, quia legere Copiam non erit legere Scripturam Divinam, sed librarii qui fallere fallique possit. Unde patet, in omni hac materia convenienter recurri ad Divinam Providentiam, quæ cùm sit & sapientissima & potentissima, si voluit finem, similiter applicavit media ad illum obtinendum. Sic videmus DEUM, cùm ut rerum naturalium Gubernator debuerit providere, ut mundus haberet certitudinem moralem ad commercium civile requisitam, statuit ad hoc media opportuna, fecitque, ut quisque formaret characteres proprios perfectè, difficulter imitabiles; ut custodes memoriæ publicæ, quantumvis sæpè pauperes & viles, ægrè inducantur ad fraudem committendam; ut duo testimonia rarò conveniant ad dicendum falsum &c. quia totum hoc requiritur & sufficit ad hoc genus vitæ & gubernationis, quod DEUS instituit in Republ. humana. Verùm cùm Idem voluerit in fide certitudinem non modò moralem, sed supremam & infallibilem, conveniebat, ut sua providentia supernaturali tolleret omne periculum deceptionis in eo, quod erat necessarium ad fundandam nostram fidem, & ad procul arcendum omnia principia rationabilis dubii. Quia verò fides velut cardine vertitur Divino Verbo, quod non ad aures singulorum immediatè à lingua DEI pervenit; debuit constituere DEUS quosdam suos Nuntios, qui in suo hoc munere implendo non essent falsificationibus obnoxii. Quia verò isti similiter non poterant suas voces diffundere ad aures omnium, nec scribere exemplar communicabile oculis universorum, necesse erat Divinam Providentiam se obligare ad non permittendum, ut in diffusione talium Scripturarum succedant errores accurata inquisitione & huma-

humana diligentia inemendabiles ad minimum, in iis veritatibus, quas DEUS voluit Ecclesiæ esse notas creditasque cum certitudine fidei. Verùm ad faciendam talem diligentiam, tollendamque ambiguitatem sensuum, & quorumvis aliorum dubiorum, opus erat deputari Interpretem manifestum in terris, qui in hoc teneatur adhibere curam, qualem permittit humana conditio, ut non adstringatur DEUS ad inspirationes miraculosas; sed simul ità interius reguletur, ut hoc faciendo non remaneat obnoxius deceptionibus, qualibus, posita omni studiosissima industria, subjaceret in aliis negotiis. Et hic Interpres est Ecclesia ejusque caput. Similiter necesse fuit, ut mutato sermone humano, & remanente modica notitia linguarum, quales sunt eæ, quibus libri sancti fuere conscripti, semper in lingua nota plurimis, exstaret editio, quæ sit immunis à cunctis erroribus attinentibus ea, quæ DEUS voluit credi fide Divina à suis cultoribus. Non perinde opus est, ut ejusmodi versio ab omni substantiali errore immunis, sit una sola. Unde Concil. Trident. Vulgatam approbando, non voluit reprobare omnes alias à Vulgata distinctas. Et hoc perquam sapienti consilio, quia priusquam perficeretur Vulgata, essetque sat rara linguarum originalium notitia, conveniebat ut ea versio, qua tunc utebatur Ecclesia, esset à prædictis erroribus substantialibus illibata, quantumvis in cæteris imperfecta. Unde si ea adhuc reperiretur, mereretur quoque nomen Authenticæ, licèt alioqui minus bona foret, ac Vulgata nostra. Hæc cùm ita sint, sequitur quòd judicium inter varias versiones, quales sint? quænam pura ab erroribus substantialibus? quæque mereatur dici Authentica &c.? similiter pertinere debeat ad Interpretem Divini Verbi infallibilem à DEO inter homines institutum. Ecclesia autem longo usu in primis in docendo & prædicando vulgatam cœpit tacitè approbare. Dehinc quia in decidendis tam gravibus articulis contra pertinaces & sophisticos hæreticos par erat tollere omnem dubitationem à fundamentis sequentium Decisionum: consequenter voluit declarare (freta Spiritus S. assistentia sibi promissa) aliquam versionem S. Scripturæ latinam, cùm hoc idioma unicè & universaliter notum esset Theologis omnibus idoneis ad judicandum de fidei dogmatibus. Quo in negotio Concilium debens procedere cum diligentia humana, censuit, non esse aliam nunc approbandam nisi Vulgatam; utpote quæ superabat omnes alias authoritate: & cùm jam à tempore S. Gregorii M. usque ad nostram ætatem universaliter fuerit in usu Ecclesiæ, spectabat ad Divinam Providentiam eximere illam ab erroribus in rebus fidei & morum, ut sic ab erroribus Ecclesiam præstaret immunem. Certè si hæc ratio non sufficit, omnes aliæ industriæ novæ nequivissent sufficere ad arcendas illas suprà dictas dubitationes, quæ ex textu Hebræo poterant oriri. Quamvis autem Canon. Ut veterum, dist. 9. velit haberi textum Hebræum pro inteligentia Veteris, & Græcum pro intelligentia Novi Test. (quod dictum non est S. Augustini, cui à Gratiano tribuitur, sed sancti Hieronymi epistol. 28. ad Lucil. Bœticum) observandum tamen est cum glossa in eum Canonem, sanctum Hieronymum tunc nondum elaborasse Versionem ex hebræo fonte; unde postea in secundo Prologo aliter loquitur. Et certum quidem est, eum in concinnanda translatione Latina recurrisse ad fontes, jam verò in eo vivimus ævo, in quo Versio sive composita sive recognita à sancto Hieronymo recepta fuit à tot sæculis in Ecclesia, ideòque per seipsam obtinuit authoritatem & approbationem à DEO. Præterea etsi S. Doctor hodieque ita scripsisset, quid per hoc adversaretur decreto Tridentini? Negamusne, in Vulgata non esse mul-

ta loca æquivoca, multa obscura,
piant è fontibus? Numquid hoc font
quotidie utuntur SS. literarum Inte
idem fecere immediatè post decretum
& dum duraret? Unde planum, nc
sensui Patrum Tridentinorum. Aliud
sionem esse authenticam, hoc est,
sam in ulla parte etiam accidentali &
men etiam inadvertenter difformem C
stantialibus: & aliud est dicere, quò
nem claritatem, omnem energiam,
nes textus Originalis. Prius definitum
tino de Vulgata, posterius est desper
tatis, cùm quævis lingua suos habea
ctus & perfectiones, unde nequit una
nuinæ expressioni alterius. Hinc est
Verbo suo vitam daturus in chartis
nihilominus non impediens miraculosè
tationem (quæ uti res omnes terrenæ
variabiles) non omne illud quod in
netur, constituerit Articulum necess
tur ab Ecclesia sua, cùm multi exste
dubii, & obscuri, quales probabilit
quamdiu manebit mundus. Articuli
sunt à DEO profecti in tali individua
sed sicut monetæ consistunt non tan
quàm in valore, qui remanet post qu
tationem, & juxta quem solùm requi
ditio librorum Interpretis; Quomodo
M. Tullius, in latinum vertendo duas
trarias Demosthenis & Æschinis. S
ginta Interpretes in versione Græca fe
paret ex collatione textuum, & com
vant Expositores. Quid ampliùs? U
tentionem DEI in fundanda sua Fide
non fuisse, nisi hanc ipsam; iidem ill
brorum Authores, qui Spiritu sancto
bebant, non semper narrant facta &
dem circumstantiis, & sermone indivi
sed contenti sunt ità se conformare qu
tiam. Unde apparet subinde discrepar
gelistas in narratione unius ejusdemqu
quod SS. Patres, & Interpretes mode
vant. Porrò quia nullum verbum in S
ptum sine afflatu DEI, ideoque sine
quarum singularium veritatum, & f
profundorum mysteriorum: respectu
riorum & veritatum DEUS non exig
explicitam in Ecclesia, sed vult sua v
haustam abyssum, ad quam pro mo
metiendam non parum juvare poteri
guarum originalium. Unde non vale
gumentum Soavis Polani: *Si versio Vul*
in forma probante, tunc reliquæ sunt mal
tæ iis uti. Falsa illatio! Vertitur nc
linguam vernaculam, cum peritia me
ria, aut alia magni momenti Scriptur
terpretatio sit fidelis, poterit dici A
sufficiet ad decidendam litem, quæ de
maria & principali ejus Scripturæ co
non hinc sequitur, non posse fieri a
magis expressivam, magis propriam,
vel in toto, vel in parte, unde respl
allusiones, & multa vivacitas Author
in altera refulgens. Idem, nec quid
Vulgatæ nostræ tribuitur verbis Decr
In hoc sensu intellecta & declarata
Theologis, etiam iis qui Concilio int
rum & nomina mox memorabuntur.
Judex aut Pars esse alterius exposition
sed monstrare tantùm, quod quisquis
ctiorem & perfectissimam conformitate

lationem vulgatam, & Textum Divinum, impugnat unam classem Theologorum, & non Ecclesiam Catholicam, in qua vetitum non est sequi alteram classem, quæ minùs rigorosè interpretatur Decretum, fundando se in iis verbis, quibus simpliciter vocatur Authentica, & præcipitur: Ne quis Versionem istam in lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus rejiciat. Quo statuitur, eam esse sine erroribus spectantibus ad fidem, & mores, nec continere vel fraudem vel apertam deformitatem (nec in minima parte textus) vel contradictionem &c. quibus casibus non foret authentica, nec mereretur acceptari ab Ecclesia. Præterea foret magna temeritas, anteponere Vulgatæ secundùm totum & ex asse, qualemcumque interpretationem latinam. Ideò dum Synodus verbis apertis declarando, hanc aliis præponit, & solam ex omnibus recipit pro Authentica, vel hæc est melior cæteris, vel Ecclesia operatur imprudenter in electione tanti ponderis; quod affirmare foret impium. Quòd Vulgata conformis sit Originali in omnibus partibus accidentalibus & minutis, nec deviaverit à proprietate illius, permutando aliquam arborem aut animal cum altero &c. pia quidem aliquorum est sententia; sed eam Ecclesia nec damnat nec sequitur. Siquidem Decretum illud Concilii minus strictè intellectum est à multis Authoribus, qui vel Concilio interfuere, vel cum iis qui interfuerunt collocuti sunt, uti sunt Andreas Vega, Melchior Canus, Jacobus Payva, Andradius, Gilbertus Genebrardus &c. Videatur P. Serarius in Prol. cap. 19. quæst. 11. P. Bonfrerius Prologo in Pentateuchum cap. 5. sect. 3. Eadem hæc sententia non leviter confirmatur è literis Legatorum Concilii ad Card. Farnesium recitatis eodem cap. 17. num. 15. Nec porrò opus est recurrere ad aliquod lumen quasi Propheticum (ut somniat Soave) in Authore Vulgatæ, tamquam necessario fundamento talis approbationis. Nam in primis, quis unquam dixerit, Pontifices esse Prophetas aut quasi, quamtumvis falli nequeant in Definitionibus? Deinde in Pontifice admittitur saltem assistentia miraculosa Divina, qua impediatur libertas committendi tale peccatum per voluntatem, & periculum impingendi in errorem per ignorantiam. Author verò Vulgatæ poterat manere obnoxius (cum potentia, ut Theologi vocant, antecedente) periculo omnium illorum defectuum, ac posteà assequi cum Divina gratia (unde dependet omnis bona actio) sed absque prævia promissione, aut assistentia miraculosa DEI, ut ejus lucubratio esset intacta ab omni prædicta labe: & hoc posito, Ecclesia cœlesti lumine freta recepit illam ut probam; sicut etiam posset recipere Tridentinum Concilium in vernaculam versum, quamvis ejus Author, pro beneplacito suo, & sine ullo instinctu miraculoso illud præstitisset. Et hactenus Emin. Scriptoris discursus, quo velut radiis solaribus perstricti Novatorum cavilli evanescunt universi, ac præcipuè Amesii & Gerhardi, utpote indignissimi, quibus ultra immoremur. Qui plura desiderat, Gretserum adeat, imò audiat ipsum Lutherum tom. 3. lat. Witteberg. Comment. de noviss. Davidis verbis in Præfat. ubi ait: *Omnino melius esset omissa hebraica linguæ studio simpliciter retinere illam hactenus receptam & usitatam versionem Bibliorum, quàm tot novas versiones cumulari, quibus nihil proficitur, nisi quòd discrepantia lectionum memoriam legentium turbat, & studium remoratur, ac in multo incertiorem dimittit.*

Ad CAPUT XVI.

I. RE ctè Bellarminus cap. 15. asseruit: Catholicam Ecclesiam non prohibere omnino Vulgares Bibliorum Versiones, ut constat experientia manifesta in universa Germania, Polonia &c. hæresi infectis, sed permitti communiter cum consensu (saltem tacito) ipsius Rom. Pontificis; ne scilicet, si Catholicæ Versiones Vernaculæ desint, Lutherana aut Genevensis subintroducatur. Quòd vero severè vetentur in Hispania & Italia, utpote regionibus à lue hæretica intactis, sanctè & salubri consilio fit, ne ex abusu rei in se optimæ & sanctissimæ, incautum vulgus detrimentum animæ patiatur. Unde Amesius frustra hìc Th. 24. recitat ex Azorio, quæ circa hoc Decretum Indicis lib. proh. Reg: 4. serventur in Hispania. Qui Latinam non callent, meritò præsumuntur, non esse tantæ capacitatis, ut quosvis sacros Codices sine periculo & offendiculo evolvere queant. Nec ulli pio & prudenti mirum videri potest, rem ex se aliàs sanctissimam saluberrimamque, per accidens posse esse noxiam, atque adeò justissimè ejus usu arceri omnes, in quibus prudenter tale periculum præsumitur. Res ipsa loquitur, ex incauta & promiscua Vernaculi textus lectione in Germania, Gallia, Anglia &c. quanta sit oborta Religionis confusio. Nec quisquam negare potest, innumera esse in sacris literis, quæ imperitis mulierculis & rudi vulgo perfaciè errandi aut dubitandi ansam præbere queant; quorum exempla sat multa & luculenta Jacobo VI. Britanniæ magnæ Regi proposuit Card. Perronius lib. 6. Replicæ ad responsum ejus Regis, instantia I. pag. 950. & seq. Videatur & Tractatus integer de hoc argumento Gallicè excusus Joannis Maire Theologi Parisiensis, ubi inter alias rationes prudentissimi ejus decreti adfert: quòd promiscuus SS. Bibliorum usus in Vulgaribus linguis facilè possit unitatem fidei scindere, Communionem Ecclesiæ turbare, Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordinem pervertere, Scripturæ textum frequentibus versionibus convellere, simplicitatem fidelium offendere, scandala & hæreses disseminare, Religionis Christianæ Majestatem violare, sicut res ipsa apud Novatores testatur. Sed videamus quàm præclarè Bellarminum enervet Amesius. Dixerat Bellarminus de Officiis Ecclesiasticis: & usu publico in Ecclesia: Contenti simus illis tribus linguis, quas Dominus titulo crucis suæ honoravit: Quæ omnibus aliis præstant: Quibus ipsi libri Divini ab Authoribus suis initio scripti fuerunt, Hebræa, Græca, Latina. Amesius hìc Th. 25. pro sua pietate Calvinistica negat 1. *Honorasse Christum istas linguas titulo crucis, sed Pilatum eas hoc abusu potius contaminasse*. Hæc impietas excutietur infra sub finem Tomi 2di. Certè nimis adversatur sensui venerandæ antiquitatis & totius Ecclesiæ. 2. Temerè pronuntiat: *Idcirco eas linguas fuisse adhibitas in titulo Crucis, ut omnes præsentes intelligerent mentem Pilati*. Si id accipiatur ita, ut omnes immediatè per se legendo intelligerent, tunc apertè falsum est, id potuisse intendere Pilatum, cùm in Paschate innumeri essent Judæi, quibus nulla earum trium linguarum esset vernacula; (ut taceam, quòd innumeri essent planè ἀναλφάβητοι) si verò de mediata intelligentia per Interpretes obtenta sermo sit, tunc nostram Assertionem confirmat. 3. Quòd *præstantiam nullam* agnoscit hic Calvinista in tribus istis linguis, quam pietas Christiana semper agnovit (ità ut per Hebræam ut sanctissimam, Græcam ut sapientissimam, Latinam ut fortissimam, Sanctitas, Sapientia, & Potentia Crucifixi figuraretur) nihil illis derogat. Eo majorem enim venerationem merentur, quò magis Hagiomachi isti dæmonem æmulati eas horrent & despiciunt. 4. *Nullum Divinum librum lingua latina à S. Evangelista scriptum fuisse*, ait quidem Amesius, sed tam parum probat quam ex Act. 26. *Ab Apostolis etiam alias linguas fuisse sanctificatas ad sacros usus*. Numquid Apostolus non poterat Gentes & Judæos linguis

illis

illis tribus erudire, vel unica etiam earum utendo, ut in die Pentecostes Act. 2. contigisse, cum S. Cypriano etiam Erasmus, plurimique alii censent.

Th. 26. *Apertè falsum esse*, ait, quod Bellarminus perspicuè probaverat, nempe: *A tempore Esdræ Hebræam linguam desiisse esse vulgarem*, h. e. non locutum esse populum aut intellexisse hebraicè. Audiamus quàm fortiter enervet probationes Bellarmini. 1. ait: *Haggæus, Zacharias, & Malachias, ipsi concionabantur post reditum ex captivitate*. Esto! sed quomodo hinc sequitur, Eos vel Hebraicè concionatos? aut eadem lingua usos in concionando, qua in scribendo? 2. Ait: *Interpretationem illam legis, cujus Nehem. 8. mentio fit, non fuisse translationem, sed expositionem concionalem*. Sed unde hoc probat? Oppositum jamdudum Gretserus contra Witakerum & Junium evicit, quod Amesius nec digito quidem est ausus attingere. At quid enim adducuntur ibi v. 9. tot Levitæ Interpretes? Certè non ad concionandum. Cur enim non ipse Esdras id muneris obiisset, cui potiùs conveniebat solemnis Concio quàm Levitis? 3. Vulgus Judæorum post reditum (saltem Christi tempore) usos Chaldæa seu Syriaca, cùm nec ipse negare queat Amesius, Syriaca verò non minus differat ab Hebræa, quàm e. gr. Italica vel Gallica à Latina; tam est improbabile (quod tamen contendit Amesius) Vulgus Judaicum intellexisse Hebræa, quàm certum est, rusticos & fœminas Italas aut Hispanicas non percipere latina Biblia, si prælegerentur. 4. Dum ait Amesius: *In illo loco Joan. 7. v. 49.* Turba hæc, quæ non novit legem, *Sophistam agit Bellarminus satis apertè. Plebs ibi dicitur non novisse legem, non quia literas & syllabas ignorabat, sed quia sensum ejus ipsos latere Pharisæi ex arrogantia pronuntiabant &c.* Hic, inquam, non tam Bellarminum calumniatur, quàm se suamque causam obtruncat. Numquid enim Lex erat valdè perspicua omnibus quibus legendo innotuit? Si ita? ergo qui non norant legem, etiam non poterant legere, quod affirmari loc. cit. ait Bellarmin. Si non? ergo mentiuntur Calvinistæ, cùm contra nos vociferantur: *Quæ omnibus necessaria sunt ad salutem*, qualis erat sine dubio Lex apud Judæos, *solaribus radiis esse in Scripturis expressa*.

Pergit Amesius Th. 27. non tam veritatem quàm seipsum impugnare. Nam quid verius, quàm Apostolos per totum orbem Evangelium prædicasse: & tamen non scripsisse in linguis earum gentium, quibus prædicabant, ut Bellarm. pronunciabat præcedente Capite? Quid verò falsius & propriis Amesii principiis magis adversum, quàm, aliis etiam linguis scripsisse Apostolos? Numquid suprà negabat ipse Latinam Evangelii scriptionem? Nonnè passim cum suis occlamat: *Nil de rebus sacris credendum, nisi quod in Bibliis scriptum*? anne aliquid tale vel leviter in iis insinuatur? 2. Cur verò non liceat nobis, quod Apostolis hac in re licuit? ubinam exstat præceptum, non tantùm prædicandi Evangelium ore, ut omnes gentes intelligant, sed etiam universum codicem Divinum in vernaculam linguam transferendi, cunctisque communicandi? Somnia hæc sunt Lutherano-Calvinistica! Infantibus in Christo h. e. rudibus & simplicibus Christianis prodest lac, seu doctrina pietatis eorum capacitati accommodata, quibus etiam obesset plerumque cibus solidior. Certè gentes illæ apud S. Irenæum, quæ sine ullis SS. Bibliis, sola orali traditione articulorum fidei contentæ, Christo & Ecclesiæ jungebantur, incomparabiliter erant feliciores omnibus Neo-Evangelicis Biblistis. 4. *Proxima saltem post Apostolos ætate transfusam fuisse Scripturam in varias linguas vulgares &c.* ait quidem Amesius, sed unde vel leviter probat? *αὐτὸς ἔφα!* 5. *Si summa Dei providentia factum est*, ne Apostolorum ipsorum scripta pro-

pria, alia lingua quàm una *exstarent*,
mesius, quomodo igitur paulò ante
in dubium vocabat? Cur autem nec
tiones oriri inter variarum gentium Ecc
te suarum exemplarium, si variis lingu
fiissent idem Evangelium aut Epistol
hebraicum Originale & LXX. Interp
incorruptam pariter venerabatur pri
similiter etiam, immò potiori jure,
dem, ut Authentica, & Originalia
gelium Matthæi Syriacè & græcè,
lis scipta? Sed operæ pretium est a
considerare Enervatoris nostri vanitate
mini verissimam Assertionem (quòd
Ecclesia semper Hebræa, Græca, &
usa sit in communi & publico usu S
verbis excipit: *Hoc certissimè falsum e*
paret, quòd in tot linguas Scriptura fue
tot nimirum, ut nec unicam nomin
sius. Producant ejus Hyperaspistæ &
unicam gentem, in cujus linguam
Bibliorum sacer contextus, indeque
blicè lectus primis quadringentis anni
eum ab hyperbolissimo Cretensi. Sol
nem suam probarat Bellarminus ind
Occidentis, Africæ, Ægypti, Hi
Germaniæ, Italiæ, Boemiæ &c. tand
tum hoc meritò clausit his verbis
certè non video quid efficacius desideren
dam audaciam hujus temporis Novatorum
sius his omnibus, præter impudente
nec gry habuit quod opponeret. N
ficiationi mox subjungit: *Quomodo*
publicè, si illis versionibus non publicè u
to falso jungere illationem concolor
te connexam. Est verò haud obiter
plicem hic involvi planè distinctan
quam Novatores confundunt. Prior
S. Scripturæ in varias linguas vulga
mis quadringentis annis? Et in hac
takerus multum satagit; sed nemine
riorem Ulphila Gothorum Episcopo
sub initio quinti sæculi, constat ex
sost. qui Anno Christi 405. ad Olym
Ulphilam à se nuper Sacerdotio in
Matesius conatur id probare ex Ly
sostomo; sed neuter ad rem facit,
bit. Longè enim aliud est, dogma
næ ad innumeras gentes barbaras p
verissimum assertum est S. Chrysosto
Joannem; aliud, SS. Biblia in barb
linguas esse transfusa, quod ille minu
derint verò Calvinistæ, annon ex le
Matesio inuratur stigma illud, quo
quissimè inustum ivit, dum Os imp
bravit. Verissimè enim pronuntiavit T
Bellarmino: nec id vel leviter infir
illam SS. Bibliorum in vernaculas tra
tuor primis sæculis etiam factam e
sent. G. Titius Helmstetensis in sua
rum Ostensione cap. 1. §. 3. satis rid
ex una parte Catholicos criminatur
culiaria & nova, ut ipse mentitur, *do*
sæculorum testimonio neget *probari posse*
men, nec unum invenire potuit è S
ex 4. istis sæculis ullius Versionis Bi
gates mentionem fecerit. Theodoret
allegat, vixit sub medium quinti sæ
prioribus quidquam, nec de Novi
indefinitè de libris, vel potiùs de d
bræis testatur. Titio haud paulò inep
dus, qui post Witakerum non erub

Agrippa referre putidam fabulam; nempe in Concilio Nicæno decretum fuisse: *Ut nemo Christianorum domi sua careret Bibliis*. Verùm unde hæc Magus ille, nisi à nocturno Lutheri Didascalo hausit? Non putem id credidisse ipsum Gerhardum, aut quemvis sanioris cerebri Lutheranum: sed confluere in eam rapsodiam oportebat, quidquid usquam est nugacissimarum quisquiliarum. Neget si potest Titius esse illam Magi citationem vel puerilem vel flagitiosam! Porrò cùm Protestantes ex 4. primis sæculis nihil pro suis vulgaribus versionibus producere queant, debebant saltem elidere violentam illam P. Gretseri conjecturam pag. 814. aut manus dare veritati, ac fateri, primis 4. sæculis non viguisse morem SS. Biblia promiscuè permittendi omnibus. Incredibile enim est, si in plebis usu tunc fuissent SS. libri, ne quidem unico indicio è Scriptoribus vetustis id colligi posse. Solis sanè Episcopis & Clericis crimen traditionis SS. librorum impingebatur à Donatistis: nullus codex sacer vulgari Punica &c. lingua exustus legitur. Quodsi Biblistæ illi fuissent uti Protestantes, quomodo non alicubi emicuissent saltem aliquæ scintillæ moris adeò recepti?

II. Altera Quæstio longè diversa est: An in Officiis Divinis publicis usquam aliquando fuerit usus vernaculæ inter Catholicos, omnibus quæ Lutherum præcessere sæculis? Et constanter Respondemus: Exceptis Moravis per breve tempus, donec Sacerdotes Latinæ peritos nanciscerentur, non posse produci ulla exempla in contrarium. Idque negandum præcisè est, etiamsi gratis concederetur versio illa vernacula apud omnes gentes. Nulla enim hic est connexio necessaria, immò nè probabilis quidem, ut manifesta patet experientia.

Deinceps Th. 29. & seqq. Amesius nihilo fœlicius impugnat rationes à Bellarmino pro usu Ecclesiæ tuendo adductas. Prima est: quia convenit omnino ad Ecclesiæ unitatem conservandam, ut publicus usus Scripturarum sit in aliqua lingua communissima: nisi enim ità sit, tolletur communicatio Ecclesiarum: nemo frequentabit Ecclesias, nisi in sua patria: non poterunt fieri Generalia Concilia; Cùm igitur nulla lingua nunc sit communis toti Occidenti nisi Latina, certè in ea Divinæ Scripturæ legendæ sunt. Hæc Bellarmini probatio moraliter convincit; nec quidquam ab Amesii cavillis debilitatur; qui quidem tam frigidi sunt, ut pigeat referre. Primus nihil ad rem facit. Secundus vel supponit apertè falsum (nempe latinam esse omnibus ignotam) aut petit principium. Tertius est planè ridiculus. Verum quippe est, si cognitio linguæ, in qua peraguntur Sacra, necessaria foret ad hoc ut quis illis intersit, plebejos latinam nescientes à Sacri auditione fore exemptos; Ex hac verò Consequentis absurditate meritò nos inferimus Antecedentis falsitatem, quod Amesius robusta ἀποδείξει firmare debuerat, sed nec ἔνδοξα quidem protulit. Quartus de Conciliis generalibus laborat ignorantia, aut certè dissimulatione veritatis, quam ex usitatissima praxi Ecclesiæ omnium sæculorum tradit Bellarminus lib. de Conciliis.

Th. 30. Alteram probationem Bellarmini truncavit Amesius, ut tantò amplior pateret cavillandi campus. Ratio Bellarmini hæc est: Si ulla ratio esset legendi Scripturas lingua vulgari, ea esset, ut omnes intelligerent; (hoc pronuntiatur sine dubio de solis Divinis Officiis in Ecclesia) At populus non intelligeret Prophetas & Psalmos &c. qui in Ecclesiis leguntur; Nos enim qui latinè scimus, non propterea continuò intelligimus Scripturas, nisi expositores legamus vel audiamus; quomodo ergo intelligent homines imperiti? Opponit dilemma Amesius: *Si nihil populum intelligere velit Bellarminus ex lectione Scripturarum in Vulgari, tum experientia communi contradicit, fidelium praxim pientissimam & antiquissimam damnat, DEI etiam ipsius mandatum futilitatis arguit Deut. 31. 11. Si verò omnia neget à populo intelligi, tunc verum est quod dicit, sed pro ipso nihil facit*. Resp. Modicum illud quod è Prophetis, Psalmis, similibusque difficilioribus libris (de quibus præcisè loquitur Bellarminus) intelligunt plebeji, moraliter pro nihilo reputatur; & quidquid in hoc rudibus decedit, abundè compensatur per pias Conciones, Catecheses, libellos eorum captui accommodatos. Omnibus utrinque pensatis manifesta experientia docet, longissimè præponderare pericula & detrimenta è promiscuo Bibliorum vernaculorum usu promanantia. Videatur P. Gretserus pag. 829. & seq. luculentis exemplis Waldensium, Albigens. Wicleph. Hussitarum, Lutheranorum &c. qui omnes ut suam propagarent hæresim, hac Bibliorum prostitutione sibi viam munierunt; ut longè verissimum sit Bellarmini effatum de hoc detrimento, quod frustrà eludere nititur Amesius. Est quippe summa disparitas inter *Humiliationem Christi, unde multi errandi & blasphemandi occasionem arripuere*, & inter *lectionem Bibliorum vernaculam*. Humiliatio Christi summam Dei Majestatem, charitatem in homines, sapientiam, potentiam &c. illustravit; & absque illa actum erat de salute humana; ut proinde ob scandalum passivum Judæorum nullatenus debuerit omitti. Secùs hic res se habet. Possunt omnia illa qualiacumque commoda, quæ vulgus indoctum ex lectione Bibliorum capit, multis modis & superabundanter compensari; pericula autem illa & damna, ubi & quando prudenter timentur, in usu rerum alioqui ex se bonarum, meritò & piè per Præsulum sanctiones arcentur. Quodsi olim (ut testatur S. Hieron. Epist. ad Eustoch.) apud Hebræos nemo, cujuscumque status aut ingenii alioquin foret, permittebatur, ut ante ætatem sacerdotalis ministerii, hoc est, annum trigesimum impletum, principia Genesis, Canticum Canticorum, Ezechielis exordium & finem legere posset, quidni sapienter idem caveatur universim in promiscua fæce multitudinis? Et sicut apud eosdem Hebræos nefas fuit textum Hebræum in vernaculam vertere, (ut constat ex Thalmud Hebræor. cap. de Sabb. & ex R. Azaria apud Joan. Mair. loc. cit. de R. Ramba Gamaliele, quòd cùm intellexisset, librum Job esse versum in vulgarem linguam, efferbuerit in bilem, & sepeliendo in terra natum suffocarit librum) soli autem id tentabant Samaritani, ità nunc hoc quasi charactere discernuntur Catholici à Novatoribus Cacodoxis. Malè autem infert Amesius: ideò etiam latina Biblia prohibenda. Experientia enim non docuit in editionibus latinis, græcis, & hebraicis, quod in vernaculis: potuisset verò similis prohibitio prudenter plebejis fieri, si idem nos experientia docuisset, quando illæ linguæ olim erant alicubi populares. S. Petrus 2. Petr. 3. vers. 14. non excitat plebem ad lectionem Scripturarum, ut Amesius falsò ei imponit, sed potiùs dehortatur, cùm ait: *Indoctos & instabiles* (quales sunt communiter illi è fæce plebis, & præsertim mulierculæ) *depravare Scripturas ad suam propriam perditionem*.

Th. 31. Vulgares linguæ, inquit Bellarm. argum. 6. singulis sæculis magna ex parte mutantur. Tot verò translationum mutationes non sine gravissimo periculo & incommodo fierent. Nam non semper inveniuntur idonei Interpretes, atque ità multi errores admitterentur, qui non possent postea facilè tolli; cùm neque Pontifices, neque Concilia de tot linguis judicare possint; hactenus Bellarm. Amesius verò *negat esse periculum vel incommodum, si obsoleta vocabula mutentur in familiaria*. Sed quidsi, quod pronum est, mutentur ità, ut sensus planè pervertatur? Amesius ejusque gregales non sunt ex illis Christianis, qui apud S. Basilium

ſilium dicuntur potiùs millies velle mori, quàm videre, ut vel una ſyllaba, aut jota unum perdatur à rebus quæ pertinent ad fidem.

Th. 32. Ultimum argumentum Bellarmini, quòd ſcilicet videatur Majeſtas Divinorum officiorum requirere linguam magis gravem & venerandam, quàm ſunt Vulgares; præſertim cùm in SS. myſteriis multa ſint, quæ ſecreta eſſe debent, ut docent SS. Dionyſ. Orig. Baſil. Chryſoſt. Greg. M. &c. Latina autem etſi non ſit ſanctior, eſt tamen gravior, & magis reverenda, hoc ipſo, quòd non eſt Vulgaris. Hæc ratio in re morali ſine dubio proba eſt. Quomodo verò eam enervat Ameſius? more ſuo cavillando. 1. ait: *Simili ratione concludere quis*, cavillator, *poſſit*, *Biblia & liturgias non debere excudi typis vulgaribus, aut in charta vulgari*. Sed quæſo, quo judicio conſtabit, typos & chartam non eſſe vulgarem, ſicut omnibus conſtat de lingua latina? 2. Etſi ſit *tanta Majeſtas rerum ſacrarum, ut quamlibet linguam afficiant gravitate quadam veneranda* apud pios & doctos: non tamen apud rude vulgus tanta conciliatur Officiis Divinis reverentia per uſum linguæ vulgaris, ac tantùm inter homines ſacros aut doctos uſitatæ. Confirmatur id uſu omnium ferè Gentium, etiam non Chriſtianarum. Turcæ & Perſæ Sacra ſua peragunt lingua Arabica erudita, non vulgari rudibus nota. De Romanis teſtatur Quintilianus: *Carmina Saliorum vix Sacerdotibus ſuis ſatis intellecta, ſed quæ mutari vetat religio*. Et quod longè majus eſt, tempore Chriſti & Apoſtolorum Sacra Hieroſolymis peragebantur lingua Hebræa, quam fuiſſe Apoſtolis (ante Pentecoſten) ignotam teſtatur Euſeb. lib. 3. de demonſt. Evangel. cap. 7. uti & ipſi Judæorum doctiſſimo Philoni, cura ejus linguæ ſanctæ Scribis & Sacerdotibus relicta. Hunc verò uſum linguæ minimè vulgaris, tantum abeſt, ut reprobarit Chriſtus, ut potius ſuo & Apoſtolorum exemplo manifeſtè ſanxiſſe videatur. 3. Blaſphemia Calviniſtica eſt, quòd *multa pudenda ſint in Miſſali Romano, quæ eo nomine ſint ſecreta habenda* (inter quæ præcipua eſſe conſtat, ipſiſſima verba inſtitutionis Ven. Sacramenti) cùm verò addit *in SS. Officiis Scripturæ conſentaneis nihil tale reperiri*: apertè prodit, ſe ab antiquiſſimorum Patrum ſenſu prorſus diſſentire. Utris verò credendum, Calvinone an Apoſtolis Apoſtolorumque diſcipulis? 4. Si ſolùm ratio haberetur in lingua latina, quòd non ſit vulgaris in Italia, pari cum ea paſſu ambularet Anglicana; ſed Latina nullibi eſt vulgaris, & omnibus ferè Europæis eruditis notiſſima; Anglicana verò vix integræ uni nationi nota & vulgaris, alibi ferè ubique contempta potiùs quàm reverenda. Unde evaneſcit Ameſii cavillatio prorſus enervis. Sed videamus Enervatoris Achillem, quem præcipuè Bellarmini argumentis opponit. Eſt verò tritiſſimus ille ex 1. Corinth. 14. depromptus. Hinc ait Th. 33. Lectori ſeſe offerre hæc argumenta. 1. *Sacra publica non debent celebrari illa lingua quam nullus audit; ſed linguam ignotam nullus audit verſ. 2. ergo.* 2. *Debent celebrari illa lingua, quæ poſſint Auditoribus prodeſſe, & eos ædificare verſ. 26. ſed in lingua ignota non ædificantur Auditores verſ. 4. neque iis proſunt verſ. 6.* 3. *Non debent ita celebrari, ut incertum ſonum dent, & à nemine cognoſcantur, ſed in aerem ſpargantur; atqui in lingua ignota ſic ſe res habet. verſ. 7. 8. 9.* 4. *Non debent ita celebrari, ut ille qui celebrat ſit Barbarus auditoribus, & Auditores ſint illi etiam Barbari: ſed in lingua ignota ita eſt verſ. 11.* 5. *Non debent ita celebrari, ut infidelitatis notam Chriſtianis Auditoribus inurant; ſed lingua ignota id facit verſ. 22.* 6. *Preces publicæ non ſunt ita proferendæ, ut ad illas populus non poſſit dicere: Amen; ſed in lingua ignota non poteſt verſ. 16.* 7. *Si ne illa quidem lingua ignota, quæ à miraculoſo Spiritus dono proficiſcebatur atque adeò ſingularem Dei honorem pariebat, licebat in Eccleſia uti ſine interpretatione, multò minus certè licet uti lin-*

gua ignota, hominum induſtria, formata. Reſ
argumenta, & ſimilia, etiam in infiniti
cata nihil probant, niſi oſtendatur, A
loco tractare de Officiis divinis publicè
quod hactenus nemo præſtitit: nec pra
quam, cùm manifeſtum ſit ex proximè
ſtum & Apoſtolos ſuo exemplo approb
Synagoga Officium Divinum in Hebræa li
tunc nec Apoſtoli nec alii de turba pleb
bant. Unde primi argumenti Major ne
nullus audit, ſumatur pro hoc, quòd ne
diſtinctè intelligat. Hoc ipſum quippe eſ
ne. Idem eſt in propoſitione 2. ſyllogiſm
deſſe & ædificari intelligatur, inſtructio p
utilitas & ædificatio oritur ex concionib
mis, &c. In 3. 4. 5. 6. argumento, q
Majori, in Minore falsò ſupponitur, ling
inter Laicos Catholicos ità eſſe ignotam,
incertum ſonum det. Nam à plurimis (ſæp
lleculis) ſaltem in communi ſatis intellig
ſingulis Liturgiæ partibus agatur, adeo
tionaliter poteſt à quovis eorum ſubjici
7mo & ultimo argumento negatur Sequ
Quis enim dubitet, poſſe aliquem dor
miraculosè conceſſo abuti, eo ſcilicet m
re, loco, fine, ut peccet; alium verò
tur, (in Liturgia, ubi Dei cultus, non
dium intenditur) operetur omni ex part
dabiliter? Quæ porrò Ameſius replicat
principii petitionem continent. Uti ſunt
Rationes Apoſtoli ſunt generales, & ad om
publicum in Eccleſia habitum ſpectant. 2.
publica ſunt ad conſolationem, & ædificatio
rectè & principaliter, quod nimis falſu
poſtolus vult expreſſè quemlibet idiotam inte
dùm illud legis Deuter. 27. *verſ.* 2. Totus
Amen. 4. *Abſurdè disjungi iſtos fines, cu*
conſolationem populi, quos Deus conjunxit:
opus eſt frivolas illas evaſiones pluribus
nihil penitus ad rem faciant, niſi proba
ſatū, Apoſtolum ibi agere de publica l
Scripturæ, & Divinis Officiis, non
hortationibus & Canticis ſpiritualibus,
ni componebant ad laudandum Deum
ei agendas; & ſimul ad ſuam aliorun
tionem, & ædificationem: quod Am
dem tetigit.

Th. 34. Argumentum Ameſii eſt hoc
prædicatur Verbum Dei, ſcriptum quoque
opus eſt: ſed prædicatur linguis vernaculis
menti hujus major non habet vel umbi
tatis, nedum certitudinem. Quomo
Apoſtoli omnium gentium linguis præd
tamen non niſi græca (ut vult Ameſi
am Hebræa & latina (uti nos putam
Optimè negavit Bellarminus; connexi
riam inter prædicationem vocalem, (
ter ad fidem eſt neceſſaria, juxta ill
Fides ex auditu,) & Scripturam quam
dum Vulgare. Affirmare hoc, eſt ne
lucere in meridie, cùm ſudum eſt co
verſationes Ameſii nec apparenter quide
tidam illam Majorem, & ex ſupra di
manent.

Th. 35. ait Ameſius: *Tempore Eccleſiæ*
ra S. in multas linguas vulgares fuit tranſla
ordine tertium Ameſii argumentum, ſe
le, imò monſtroſum; cùm nec ſyllog
enthymema. Forſan eſt Inductio? At
ante Conc. Nicænum SS. Biblia eſſe in ul
garem linguam converſa? Demus tam
quod veritas negat; quid hinc Infertu

etiam nunc verti. Quis negat? Ergo debet necessariò verti. Ergo sic versa, in officiis Divinis publicè legenda. Ergo tenentur omnes illa legere. Ergo baculus stat in angulo! Hoc nempe est: ENERVARE Bellarminum! sed producit Amesius in suæ Thesis confirmationem. 1. *S. Hieronymum expressè dicentem in epistola ad Sophron., se translationem dedisse* linguæ suæ hominibus. *Et in Ps. 86. Scripturas lectas fuisse à populis omnibus, ut omnes intelligant.* Resp. Cùm scriberet ad hominem Græcum Hieronymus, per *lingua sua homines* intellexit latinos: quibus iteratò transtulit Psalmos. Illud Ps. 86. *narrabit in Scripturis populorum*; mox ipse explicat his verbis: *Per Evangelia sua locutus est, non ut pauci intelligerent (uti Plato, quem vix tres intelligunt) sed ut omnes.* Hoc verò quid ad rem? 2. ait quòd Theodoretus lib. 5. de Græcis affection. affirmet: in omnes linguas conversas fuisse Scripturas, & nationes illis uti. Falsum est hoc: dudum monuit Gretserus pag. 90. desiderari fidem Interpretis in eo loco Theodoreti, cùm non dicat: libros sacros vel Divinos, vel etiam Hebræos (ut supra Titius) sed φωνὴν τῶν ἑβραίων h. e. vocem seu doctrinam Hebræorum, (& consequenter Christianorum) quos opponit doctrinæ græcorum Philosophorum. Fallunt ergo aut falluntur cum Witakero Amesius & Titius. 3. Verba S. Basilii in Ascet. (ea tamen in quæst. 59. non apparent) quæ ut *planè Divina* laudat, nempe, *Necessarium esse unicuique ex Scripturis discere, quæ ipsi sunt usui ad plenam fidei persuasionem, & ultra non assuefieri humanis traditionibus.* Verissima sunt in vero sensu, quem sine dubio S. Doctor intendit, scilicet, non posse nos salutem consequi per doctrinam humanam & purè Philosophicam, sed necessariam esse revelatam, quæ nobis è SS. Scripturis (mediante vel propria lectione, vel aliena interpretatione) innotescit. Hanc esse ejus mentem vel inde patet, quia alioquin necessitas Imponeretur omnibus omnino adultis discendi literas. 4. Cùm ait Amesius *Deus vult & imperat, ut omnes qui possunt, legant Scripturas*: Sed cur non indicavit locum Scripturæ, quo hoc præceptum Deus tulit? nonne hoc est splendidè mentiri? uti & id quod mox subdit: *Pontificios permittere quibusdam observationem præcepti illius; has autem voces*: concedere, permittere, *sic sonare, quasi res mala esset legere Scripturas.* Postulat denique *ostendi vel rem, vel phrasim hujusmodi apud Scriptorem antiquum.* Jam sæpè dictum, omnibus permitti lectionem SS. Bibliorum in Hebraica, Græca, Latina, uti & in vernacula in Regionibus hæresi infectis: nullum autem exstare præceptum Divinum universale legendi per se, certissimum est. Quàm absurdè autem adstringitur concessio aut permissio ad res malas? Numquid *permittitur* nulla censura innodatis frequentare sacram Synaxin? anne hæc *concessio* est *rei malæ*? Datur ergo concessio rei bonæ non præcepta. Ut verò & *rem & phrasim hujusmodi Scriptoribus antiquis usitatam fuisse* constet, legantur apud P. Gretserum pag. 908. recitata SS. Dionys. Basilii M. Chrysost. testimonia apertissima, quòd mysteria vulgaribus auribus (nedum oculis) non sint vulganda & permittenda. Sed necdum cavillorum finis. Dixerat Bellarminus: In Græcam & Latinam versas fuisse Scripturas, non quia hæ linguæ fuerunt vulgares, sed quia communissimæ. Replicat Amesius. *Si communissima linguæ quærantur in Editionibus & versionibus Scripturæ, hoc fit propter communem usum: talis autem usus nulla ratione facilius introducitur, quàm per linguas vulgares.* Sed hoc est nugari. Bellarminus loquitur de usu communi inter doctos; Amesius de usu communi inter rudes. Ergo nihil ad rhombum. Quomodo verò probat, quod mox subdit: *Si editio Græca, & ejus lectio concessa fuit Ptolomæo, homini Ethnico, sceleratè injuriosi sunt in Christianos, qui non patiuntur eos eadem uti libertate?* Resp. in promptu equidem est ratio disparitatis. Cùm Ptolomæus tantum affectum erga Judaicam nationem & religionem ostenderit, ut & 100000. ejus gentis homines libertate donarit, & ingentis pretii donariis templum Hierosolymitanum auxerit &c. quidni poterant sperare Regis conversionem ex hac sacrorum Codicum communicatione? In simili causa non dubito idem præstaret Papa Turcarum Imperatori, aut cuivis Regi pagano. An ideò SS. Biblia prostituere debebit omnibus è fæce vulgi, cum evidenti periculo abusus.

Tandem Th. ult. producit *S. Chrysostomum, qui sæpissimè hortatur plebem ad lectionem Scripturarum.* Sed quid hinc conficitur? an ut hodieque promiscuè omnibus occinatur illud S. Chrys. hom. 3. de Lazaro: *Non potest fieri, ut quisquam salutem assequatur, nisi perpetuò versetur in lectione spirituali.* Num Calvinistarum ullus ausit sustinere hanc enuntiationem tamquam in rigore veram? Non putem! Accipiendæ ergo ejusmodi hyperbolicæ exaggerationes pro ratione circumstantiarum & personarum, prudenter & cum grano salis, potiusque attendendus est scopus S. Doctoris, qui satis elucet ex iis ipsis verbis, quæ Amesius contra nos se putabat producere ex cit. hom. 3. nempe, ut omnes incitaret ad rerum spiritualium, pietatisque Christianæ sive lectionem sive auditionem. Nam, per hanc solam possunt *libri sacri idiotis & illiteratis prodesse ad salutem* ut per se patet. Unde cùm S. Doctor affirmat: *Ita Spiritum S. dispensasse SS. literas, ut etiam opifex & famulus, & vidua mulier, & omnium hominum indoctissimus, ex ea lectione audita aliquid lucri utilitatisque reportet*: clarum est, non eum exigere lectionem in vernacula, sed satis ei esse, dummodo Divina doctrina frequenter sive legatur (quavis lingua cujus lector peritus est) sive audiatur. Denique tritissimæ huic Objectioni, qua etiam usus est Jacobus VI. Magnæ Britanniæ Rex dicens: *Olim cogebantur omnes ad legendum assiduè privatim SS. literas; quod nunc sub pœna excommunicationis prohibetur*, optimè in Replica ad hoc Card. Perronius respondit. Occasiones quæ adigebant SS. Patres subinde ad inculcandum suis Auditoribus lectionem SS. Scripturarum (uti & ad conquerendum, & quòd nimium versarent SS. literas) erant occasiones loci & temporis, quæ utique obnoxiæ variis vicissitudinibus idem patiuntur, quod propositiones utrinque probabiles, & indefinitæ, ita ut possint admittere antitheses, ac dare materiam contrariis exhortationibus. Nam S. Chrysost. habebat Auditores multos in Philosophia profana versatos, recensque conversos ad fidem (item multos theatrorum vanitati deditos) timens ex altera parte, ne studium Philosophiæ gentilis, unde haurirent regulas vivendi, retraheret ad Paganismum, suasit omni vi lectionem SS. librorum, ut hinc virtutes addiscerent. E contrario S. Hieron. præfat. in Josue, & epist. 105. ad Paulin. conqueritur, quòd nimis vulgata sit S. Scripturæ lectio. Et hujus certè ratio potiùs locum habet hoc tempore, quo Novatores omnia sursum deorsum vertentes, miserum vulgus hac illecebra ad innumeros errores pertrahunt. Quis dubitet S. Chrysostomum, si his temporibus viveret, æquè ac SS. Greg. Nazianz. Hieronymum, Augustinum, contra promiscuam illam & periculosam Scripturæ lectionem, stylum & linguam vibraturum? Si temeraria Scripturæ S. tractatio citra hæresim frequentata, S. Hieronymo ista verba expressit: *Sola Scriptura est, quam sibi passim omnes vendicant: hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc Sophista verbosus, hanc universi præsumunt, lacerant, docent antequam discant &c.* Quid de Neo-Evangelicis dixisset? Quid si vidisset Argulam Lutheri discipulam omnes Universitatis Ingolstadiensis Doctores ad disputandum provocare? omnes idiotas & mulierculas sibi verum Scripturæ intellectum vendicare?

III. Præ-

III. Præter hactenus excussos Amesii cavillos, etiam Gerhardus addit nonnullos. 1. Th. 86. disp. 1. arguit : *Si, ut Bellarm. hic concedit, Hebræa lingua à temporibus Esdræ desiit esse vulgaris & vernacula, ergo ante Babylonicam captivitatem per multa sæcula Judæi in vernacula Scripturas publicè & in communi usu legerunt : Cur antiquo illo jure Ecclesiam hodie volunt privare?* Resp. Non probat Gerhardus (quod tamen maximè oportebat) fuisse sacros Codices in promiscuo usu Judæorum ante captivitatem Babylonicam. Oppositum facilè colligitur. Tum ex eo, quòd Rex debuerit sua manu describere Legem Dei à Sacerdotibus acceptam. Deut. 17. 19. Tum quòd non nisi singulis septennis prælegeretur Lex Mosaica. Deut. 31. vers. 11. Videatur P. Gretserus pag. 886. & seq. 2. Etsi gratis concederetur assumptum, mala tamen esset illatio. Cur enim non potiùs colligatur oppositum ex usu contrario tempore Christi & Apostolorum etiam recepto & probato? Quòd Th. 87. & 78. subdit : Quòd Syriacæ linguæ usus vulgaris habuerit conjunctam Hebraicæ peritiam, falsum esse constat ex dictis supra, ut & quæ usque ad finem 1. disput.

Quæ in disp. 11. Th. 2. & 3. cavillatur è lib. 1. de Verbo Dei, cap. 12. discussa sunt superius in cap. 1.

Th. 4. sic ait : *Quoties Bellarminus allegat Epistolas Pauli ad Rom. Corinth. Ephes. Philippens. Coloss. Thessal. toties nostram suffragio suo confirmat sententiam. Quibus enim Deus & sancti Dei homines Scripturam S. destinarunt, illi etiam Scripturam legere possunt, imò legere debent. Atqui omnibus omnino, & sic etiam Laicis Deus & Sancti Dei homines Scripturam S. destinarunt; ergo etiam laici illam legere debent; quia juxta S. August. lib. 6. contra Faustum* cap. 19. Impium est, si non legimus nos, quod scriptum est propter nos. Resp. sicut totus homo denominatur videns, loquens &c. etsi non nisi per oculos videat, per os loquatur : ita & totum corpus Ecclesiæ est, cui omnis sive Scriptura sive Traditio oralis destinata est. Hinc verò non sequitur, impios esse omnes, qui non per se legunt Scripturas : nec impii sunt Pastores & Doctores Ecclesiæ, qui non nisi antè fractum aut scissum panem Verbi Dei parvulis in Christo permittunt; non magis quàm parentes, qui non permittunt filiolis, ut acuto ipsi cultro sibi panem præscindant. Eundem esse sensum S. Augustini patet ex toto illo cap. 9. Sed instat Th. 6. *Per quod laici in Fide, Spe, & Charitate possunt ædificari, ab eo nequaquam sunt arcendi, sed hoc fieri potest per lectionem Scripturæ* juxta Bellarminum; *ergo ab hac non sunt arcendi.* Resp. Major tantùm vera est tunc, cùm non nisi ædificare potest, non autem per accidens; cùm ob debilitatem vel pravitatem Lectoris sæpè & obesse possit, & hoc proclivius esse experientia doceat. Sanè Christianus quivis Catechesi instructus de Fide, Spe, Charitate, easque inconcussas retinens, non indiget Scripturis nisi ad alios instruendos, ut ait S. August. lib. 1. de doct. Christ. cap. 38. Videatur idem S. Doctor ibid. lib. 2. cap. 6. & 13. & lib. 3. cap. 12.

Th. 7. Repetuntur ferè eadem, quæ antè Th. 86. iterumque contendit Deum voluisse Laicos legere Prophetarum libros. Sed hoc nec apparenter probat. Oppositum est verum.

Th. 8. satis lepidè imò sycophanticè cavillatur : *Juxta Bellarminum historia depictæ possunt collocari in Ecclesiis, eædemque populum instruere possunt. At si in historicis illis picturis Caini fratricidium, Noachi ex ebrietate denudationem, Josephi sollicitationem ad stuprum, Davidem cum libidinis illecebra Betsabææ lavacrum spectantem, Seniores Susannæ pudicitiæ insidiantes &c. populo spectanda proponunt; cur non in Scripturis legi historias illas populo ob scandali metum prohibent?* Resp. Bellarm. indefinitè locutus est de picturis, quæ populum instruere possint ac incitare ad pietatem, quales certè non sunt historiæ à Ger-

hardo allatæ & similes. Tales enim n
quidem domibus (nedum in sacris ædibu
homines pudici & religiosi. Sycophanta
hardus in Minore sui argumenti.

Quæ Th. 9. & 10. arguitatur, explosa
iis, quæ dixerat supra Th. 89. disp. 1.

V I N D I C

Pro Libro Tertio de Verbo

Ad CAPUT II.

IN duobus his primis Capp. vix inve
& Gerhardus argumentum sive ener
villandi idoneum. Deserit hic Parenten
suum Lutherum, quem unà cum Brent
nus cap. præced. meritò arguit insani par
pe : *S. Scripturam esse ipsam per se certis
simam, apertissimam sui ipsius interpretem
nia probantem, judicantem & illuminante*
rus in Præf. Artic. à Leone X. damnat
in lib. de servo arbitr. contra Erasmu
ptura asseveravit : *Nullam ejus partem se
dici : stat ibi, quod ex Petro retulimus,
centem esse nobis Verbum Dei in loco calig
pars hujus lampadis non lucet, potiùs pars
quàm ipsius lampadis erit. Non sic illumina
ut aliquam partem obscuram voluerit relict
verbo, dum nos ad illud jubet attendere &*
dubio Amesium avi sui Lutheri, ideoq
siæ statum aliter ac Bellarminus contra
Brentium formaturus, ait : *Nemo nostru*
vinistarum) *unquam cogitavit omnes par
què esse faciles & apertas &c.* At Luther
que apertè impugnat Bellarminus, nu
rum vel levi mentione facta : unde ei
statu Controversiæ immutato Bellarmi
nus se *enervare* gloriatur, elenchi igno
festè sycophantatur. Potuissemus itaq
gationes merito hìc contemnere : pla
assertiones breviter examinare. *Conten
1. Omnia illa quæ sunt intellectu necessari
apertissimè in Scripturis proponi. 2. Nulla
ritatem esse in Scripturis, ut propter illam
stineant ab earum lectione, quasi nullum fr
cipere possit. 3. Plerisque omnibus difficilior
cis lucem adferri ab apertioribus. 4. Nulla
nem Scripturæ esse admittendam, quæ quoa
tem non possit clarè probari, Scriptura ipsi*
tres posteriores Assertiones nec unica q
tate vel ratione probare nititur, nec e
notæ : ideoque eas meritò ut improba
tarias rejicimus. Secunda manet etian
dictis ad cap. 3. Contra tertiam instant
tis Capp. Prophetiæ Ezechielis, Danie
sis, Cant. Canticorum &c. Quarta re
Calvinistarum experientiæ. Ex quo
Scripturæ, clarè probant, verba illa
meum, in sensu figurativo accipienda
Catholici (imò & Lutherani &c.) noct
mentarii sunt aquilæ vel lynces? Vide
gumenta, quibus primam Assertione
satagit. 1. ex Deut. 30. 11. *Præceptum
tum à te; ergo.* Sed qualis hæc illati
ca, h. e. præcepta moralia, judicia,
Judæis clarè fuerunt proposita; ergo
sunt intellectu necessaria in Novo Test
tem, sunt apertissimè in Scripturis

Si Decalogus facilè intelligitur, tum tota Scriptura non est obscura; tum neque tropi, neque phrases Hebraicæ pariunt obscuritatem: tum denique controversiæ possunt esse circa res facillimas, ut de imaginibus quæ prohibentur in secundo præcepto. Quænam verò est in hac collectione connexio? quænam sunt scopæ dissolutæ, si hæ non sunt? Similis ἀσυλλογιστία apparet in secundo argumento: *Præceptum Domini lucidum*. *Psalm*. 18. 9. *Lucerna pedibus meis Psalm*. 118. *vers*. 105. *& lucerna lucens in caliginoso loco*, 2. *Pet*. 1. 19. *Ergo Scriptura proponit apertissimè, quæ sunt intellectu necessaria ad salutem*: imò in omnibus quæ ut à Deo dicta proponit; quia Verbum Dei ubique est lumen & lucerna. Sed Verbum Dei non nisi æquivocè est solus exterior verborum cortex; verus autem sensus unà cum verbis habitus, sine dubio omni ex parte est lucidus & habentes illuminat. Ille autem verus sensus sæpè est ex se perobscurus, etiam in rebus ex præcepto eredendis. E.G. *Verbum caro factum est*. *Hoc est corpus meum*. Utrumque sanè est ænigma difficillimum, ut circa prius ostendunt hæreses Arianorum, Apollinaristarum, Nestorianorum, Eutychianorum &c. Circa posterius, Sacramentaria impietas &c. Est ergo verissima Bellarmini explicatio, quod nempe Scriptura dicatur Lux & Lucerna, non quia facilè intelligitur, sed quia intellecta cùm fuerit, mentem illustrat. Optimè P. Gretserus Witakero hoc modo respondit pag. 139. Mathematica, & Metaphysica, lucerna est, & illuminat. At ubi lucerna ista hominibus lucet? num in casis rusticorum? minimè gentium; sed in scholis Philosophorum, & Mathematicorum: hic lucet, hic illuminat &c. Eadem est ratio in nostro proposito. Est Scriptura lucerna, non quòd per se nobis luceat, sed quòd quando supra Ecclesiæ candelabrum posita explicatur, tum nobis lucet, tum vera nobis est lucerna. Et sicuti sol lucidus est quidem in se noctu, non tamen nobis in hac mundi parte versantibus; ita nisi nobis applicetur & explicetur Scriptura, quantumcumque lucida sit in se, nobis certè lucerna illuminans non erit. Neque hæc vel tantillum luxat aut enervat Amesius, ac proinde nihil probat; uti nec in tertio argumento, nempe: *Apostoli sunt lux mundi; ergo & eorum doctrina, hoc est Scriptura*. Resp. estò accipiatur gratis Antecedens non solum de eorum vita & moribus, sed etiam de doctrina, plus tamen hinc non sequitur, quàm, eorum doctrinam intellectam illuminare. At replicat Amesius: *Ad Apostolorum munus pertinebat etiam, omnem operam navare, ut eorum doctrina intelligatur* 1. *Cor*. 3. 2. *& in illa parte sui muneris erant etiam Lux*. Resp. *Dedit* sine ullo dubio Apostolus *lac parvulis in Christo*, quia solidiorem doctrinam non poterant capere eo tempore Corinthii; sed quomodo hinc sequitur, debuisse Apostolum in omnibus suis Epistolis merum lac præbere? & non immiscere plurima *intellectu difficilia*, quæ satis erat capi à Ministris Ecclesiarum, ad quas dabantur eæ Epistolæ? Juxta Amesium defuit muneri suo Apostolus: qui secus ac ipse profitetur 1. Rom. 14. *Debitor* fuit tantùm *insipientibus*. Sed pergit sive argutari sive ineptire ex 2. Cor. 4. vers. 3. 4. *Si opertum est Evangelium nostrum, iis qui pereunt opertum est*. Ergo saltem ea, *quæ intellectu necessaria sunt ad salutem, apertissimè in Scripturis proponuntur; quia sine intelligentia doctrina Scripturarum nulla est cognitio aut fides in Christum*. *Apostolus ista conjungit, Bellarminus disjungit*. Resp. Est hoc enthymema prorsus enerve, nec firmatur adjecta probatione, in qua sophisticè ludit in ly *doctrina Scripturarum*; quæ si materialiter & specificativè sumatur, vera quidem est, sed ad rem non facit: si verò formaliter & reduplicativè, pro doctrina scilicet Scripturæ, quatenus scripta, & non tantùm orali traditione ab Apostolis accepta est, sumatur; planè falsa & hæretica assertio est. Quis enim dubitet, non modò omnes illos, qui crediderunt Apostolis prædicantibus sine scripto; sed etiam gentes illas, quæ sine ulla Scriptura, fidem in Christum ex sola orali traditione retinebant (apud S. Irenæum lib. 3. cap. 4.) habuisse veram de Deo cognitionem? & numquid idem hodieque verificatur in omnibus fidelibus idiotis ἀναλφαβήτοις?

Th. 10. *Summa totius Scripturæ*, inquit Amesius, *quæ in præceptis Decalogi, symbolo, oratione Dominica, Sacramentis consistit, habet in Scripturis apertissima testimonia; ergo Scriptura saltem in necessariis ad salutem est apertissima*. Resp. Neg. Anteced. quod probare ne conatur quidem Amesius, adeoque principium petit. Optimè dixit Bellarm. Si tam clara testimonia exstarent de omnibus istis, tum omnes controversiæ essent finitæ. Nec enervatur hoc ab Amesio dicente: *Quasi perversi homines non possint controversias movere de rebus claris*? Non certè possunt de rebus apertissimis, & seriò. Quis unquam hæreticorum admisso Evangelio negavit: Mariam esse Matrem Jesu? Hunc natum in stabulo Bethleem? flagellatum? crucifixum? &c. adeoque falsum est, quod Witakerus ajebat. *Nil adeò perspicuum esse in Scripturis, de quo non aliqui dubitarint*. Ostendatur, quis de istis dubitarit? Similia apertissima testimonia in Scripturis exstare de Consubstantialitate Verbi & Spiritus sancti, de unitate personæ Christi, de Sacramentorum essentia, numero, effectu &c. quis nisi delirus dixerit? Est igitur ingens disparitas inter ea quæ utcumque apertè in Scripturis ponuntur, ut juncto Ecclesiæ sensu, facilè secundùm generalem quandam notionem concipiantur à fidelibus, possint tamen à contentioso pervicacique errone in alium sensum torqueri, (uti fit à Sacramentariis in verbis *Hoc est corpus meum*;) ac inter illa, quæ apertissimè expressa sunt, ut nequeant negari, semel admissis verbis ut Divinis. Sed replicat Amesius: *Dixit antea Bellarm. Præcepta Decalogi facillimè intelligi: pro imaginum tamen cultu disputat postea contra expressa verba secundi præcepti*. Resp. Si admittatur ille, quem Amesius supponit secundi præcepti sensus, (de quo infra, ubi de Cultu Imag.) dicendum est, illam partem 2. præcepti, non esse de lege morali & naturali, universaliter omnes etiam nunc sub lege Evangelica constringente, sed peculiarem populo Hebræo, cui ob nimiam pronitatem ad Idololatriam id vetabatur. Porrò effatum illud Bellarmini de facili intelligentia Decalogi accipiendum est de aliqua minus distincta notitia, quæ nempe cuivis terminos, bene apprehendenti facilè sese ingerit. Nam sensum etiam literalem magis internum vulgus Hebræorum non penetrabat. E.G. in quinto præcepto etiam vetari iram in proximum &c.

Th. 11. ait Amesius: *In Nov. Test. Scriptura est aperta, quæ in Veteri erat clausa*. Quid hinc conficitur? sanè plusquam Amesius probare intenderat; nempe, non modò ea *quæ intellectu necessaria sunt ad salutem*, esse in Scripturis Nov. Test. apertissima, sed etiam omnia alia in Nov. Test. esse clarissima. Imò hinc quoque adversus Amesium sequeretur, in Vet. Test. Judæos nihil intellexisse de fidei mysteriis, cùm adhuc fuerit Scriptura clausa. Verissimus ergo sensus illius *libri clausi* Is. 29. vers. 11. & aperti Apoc. 5. vers. 8. est, quòd in Vet. Test. non solùm sententiæ seu sensus Scripturarum, sed etiam mysteria Christi non intelligebantur, quia omnia tecta erant figuris; at in Nov. Test. quia Christus implevit figuras & prophetias, etsi multi non intelligant sententias (seu sensum literalem) Scripturarum, intelligunt tamen ipsa mysteria Redemptionis etiam rustici & mulieres. Frustra cavillando explodit hoc verissimè dictum Amesius, dum ait: *Quasi fieri ullo modo possit, ut qui intelligit res ipsas, non intelligat sententias illas, res declarantes, in lingua nota enuntiatas*! Numquid hoc usu venit indies?

Cre-

Credit fidelis? Credit fidelis idiota (ſic aliquo modo & confusè intelligit) Deum eſſe trinum in perſonis; ſecundam perſonam, ſeu Filium Humanitatem aſſumpſiſſe &c. propone idem per verba Scripturæ; & videbis, cum (niſi conſtet eſſe Verba DEI) potiùs negaturum quàm aſſenſurum; certò ſuſpenſurum ſaltem aſſenſum, quouſque oſtendatur, Scripturarum ſententias cum ſymboli verbis coincidere. Unde meritò P. Valerianus Magni Capuccinus in regula credendi Acatholicorum, provocavit ad experientiam ingenioſiſſimorum Gentilium, ſub gravis pœnæ ſponſione, ſi quis myſteriorum fidei expers legerit textum SS. Bibliorum in lingua ſibi bene nota, indeque ſine interprete & manuductore, Articulos fidei præcipuos in Symbolo contentos, marte proprio intulerit.

Th. ult. ſic arguit Ameſ. *Patres primæ Eccleſiæ ſine Commentariis legerunt Scripturas. Quorſum ergo nos?* Reſp. primi Patres adiere Commentaria viva, id eſt, Apoſtolos & eorum diſcipulos; poſtea cœperunt Commentaria ſcribere SS. Juſtinus, Irenæus, Clemens Alex. Heraclitus, Melito, Pantænus &c. omnes Origene antiquiores; ut proinde fallat vel fallatur Ameſius cum ſuo Rhenano, dum confidenter aſſerunt: *Origenem primum glaciem ſcidiſſe in enarrandis Scripturis &c.* Neque verò opus erat, ut *ſingulis adeuntibus Apoſtoli Commentaria traderent in integros libros; aut omnes Paſtores adirent Apoſtolos*, (ut Ameſius cavillatur.) Sicut enim diſcipulis Hippocratis & Ariſtotelis, ipſi tales tantique Magiſtri Commentariorum loco fuerunt: ita & apud noſtros primos illos Doctores, Apoſtoli Commentariorum vicem obibant; ex quorum ore & recenti relatione veritatem ubertim haurire poterant, aut ſi ipſis abſentibus dubium oriebatur, facilè per literas aut legatos ſolutio peti poterat, uti factum Act. 15. verſ. 2. Porrò etſi *certiſſimum* ſit *fuiſſe tempus*, (viventibus ſcil. Apoſtolis, *quando Scriptura legebantur ſine Commentariis*; falſiſſimum tamen eſt, (quod aſſerit Ameſius) *fuiſſe etiam tempus, quando difficilius intelligebantur propter Commentaria*, ab Eccleſia approbata; Nam de Lutheranorum & Calviniſtarum verboſiſſimis facilè & verè admittitur Ameſii pronuntiatum? quæ cùm in immenſum excreverint, ut integras Bibliothecas repleant, ad nihil ampliùs deſerviunt, quàm ad coarguendum illuſtre mendacium omnium Novatorum, ac in primis ipſorum Commentantium.

Cum Ameſianis hactenus excuſſis ferè coincidunt quæ profert Gerhardus lib. 2. art. 1. cap. 3. ubi pag. 220. obſervatu digna occurrit Sycophantia, qua ait: *Bellarminus ſui oblitus lib. 4. de Verbo Dei cap. 11. reſponſurus ad locum S. Auguſt. lib. 3. contra Maxim. cap. 14.* Nec ego Nicænum &c. *dicit:* Auguſtinum hæc protuliſſe, quia de illis Quæſtionibus exſtabant clariſſima teſtimonia in Scriptura, quæ ſine dubio anteponenda ſunt omnibus Conciliorum definitionibus. *Jam verò contra. Maxima Quæſtio movebatur de* Trinitate, *ex qua Bellarminus obſcuritatem Scripturæ colligere voluit lib. 3. cap. 1. ubi inter ſumma myſteria in Scripturis tradita numerat SS. Trinitatis dogma*. At verba Bellarmini loco illo cit. tam ſunt perſpicua, ut credi non poſſit, Gerhardum ex ſtupore aut inadvertentia ſic erraſſe, ſed quòd ex mero fallendi ſtudio, id quod Bellarminus *de Donatiſtis & Eccleſia* dixerat, violentè & falſariè ad *Maxim. Arianum & SS. Trinitatis dogma* detorſerit. Ejuſmodi fraudibus ita ſcatet iſta Gerhardina teſtimoniorum colluvies, ut iis expurgandis vix ullus Hercules ſufficere videatur.

In diſp. 2. Th. 12. probare contendit, *Bellarminum Lutheranæ de Scriptura perſpicuitate confeſſioni ſuffragari. I. quia ſic ſcribit*: Præcepta Decalogi cum ſint naturalia, facillimè intelliguntur. Et: In Nov. Teſt. myſteria redemptionis etiam ruſtici & mulieres intelligunt.

Ergo ad minimum principalia doctrinæ Chri
Scripturis perſpicuè ſunt expoſita. Reſp. N
ut patet ex dictis contra Th. 11. Ame
probat ex *Clementis Alex. verbis*, qua
approbando citarat: Nullis celatum eſt
eſt communis, omnibus illuceſcit homi
eſt in Verbo Cimmerius. *At*, inquit C
nullus in Verbo Cimmerius (& quidem in Ve
quo Clemens loquitur) quomodo Scriptura in
obſcura? Reſp. Bellarminus ex Clemente
tribus ibi ex inſtituto probat contra Cal
nibus etiam Gentilibus dari gratiam ſuffi
ſalventur, & media generalia pro om
hoc ad perſpicuitatem Scripturæ. De h
manifeſtè falſa Clementis aſſertio.

Denique Th. 14. *ad argumentum Be*
Scripturæ Verſiones, tot interpretati
aliud clamant, quàm Scripturam eſſe
obſcuram?) Reſpondet Gerhardus verb
lib. 1. de Bapt. cap. 12. §. ult. Non po
Act. 19. ambiguus, quia Hæretici non
eo explicando &c. Si ambigua eſſent om
quibus (hæretici) aliqui non conveni
Scripturis probari poſſet &c. Sed Gerh
cavillatur. Nam hic locus Act. 19. eſt p
ſine ulla ambiguitate à SS. Patribus & C
per intellectus de Baptiſmo Chriſti, qu
12. viri, qui antè erant baptiſmo Joan
therani verò quia ſuo novo errori cla
dent ſenſum ejus obvium & genuinum,
torquent facilè in decem diverſos ſenſu
ritò non cenſetur locus ille verè ambig
Obtruncat ergo Gerhardus ſeipſum,
num. Eſt hic ſanè illuſtre ſpecimen
Lutheranæ, qua clariſſimis S. Scriptura
errori ſuo velando affundit. Addendu
gumentum illud H. Conringii, quo
credebat univerſam Pontificiam Eccleſi
ariete funditus concuti. Eſt verò tale
eſt perſpicuè propoſitum, ita ut omnes haud
percipere, illud non habet vim legis; ſed
infallibilitas (idem eſt de omnibus fidei a
ditu neceſſarii ſunt ad ſalutem) *non*
propoſiti juxta Pontificios. Ergo non ha
quod tamen non admittent Pontificii.
la univerſaliter & confusè ſumpta eſt
ut in Examine ſuo poſtea Conringius
ſtrinxit ita; *Quidquid non eſt perſpicuè pr*
ab omnibus prudentibus, quos intendit Leg
poſſit facilè intelligi (imò acta intelligatur,
vim legis completam, reſpecta ſcilicet illo
ſubſumitur: Sed Articuli fidei non ita
poſiti ſunt in S. Scripturis, ut omnes
lè inde intelligere; ergo S. Scripturæ (e
ticulos creditu neceſſarios ad ſalutem
vim legis completam & in actu ſec
omnium quos Divinus Legislator remo
tendebat ad Legem Evangelicam. Qu
eſt veriſſima, ita nec tantillum juvat
vangelicorum, nec ullatenus probat S
perſpicuitatem apertiſſimam in artic
creditu neceſſariis. Videatur Examen
giani Interrog. 2.

Ad CAPUT II

QUæſtionem principalem Bellarmi
propoſuit: Num Scripturæ inter
aliquo viſibili & communi jud
an uniuſcujuſque arbitrio relinquenda
Ameſio, qui ait: *Statum Quæſtionis iſta*
non declarant. Nam 1. Nemo quiſquam

psit, dixit, aut cogitavit unquam, Interpretationem Scripturæ uniuscujusque arbitrio esse relinquendam. Quid ais Amesi? anne Martinus Lutherus avus vester, Joannes Calvinus parens vester, Melanchthon, Brentius, Kemnitius &c. fratres vestri non sunt *Quisquam vestrorum*? Si dicta illorum, quæ Bellarm. adduxit, non convincunt intentum (etsi non videam, quis alius illis sensus probabiliter affingi queat) quidni id præstabit integer libellus à Luthero Wittebergæ Anno 1523. cum hac inscriptione editus: De jure & potestate Christianæ Communitatis, omnem doctrinam judicandi, & Doctores vocandi, constituendi, destituendi &c. Numquid inter extera portenta etiam hæc ibidem leguntur: *Christus ademit Episcopis, Doctoribus, & Conciliis, jus & potestatem judicandi doctrinam, eamque omnibus tribuit & universis Christianis in communi*. Et ne putaretur loqui de omnibus copulativè, non verò etiam de singulis disjunctivè acceptis, clarè se alibi explicat, & in lib. de Instit. Ministris Ecclesiæ tom. 2. lat. Witteb. sic apertissimè loquitur: *Est Christianus; ergo habet Spiritum sanctum ergo est Judex omnium. Quivis Christianus habet Spiritum S. ergo docetur omnia à Spiritu sancto; ergo omnia judicare potest. Unctio docet illum omnia; ergo Judicis officio rite fungi potest. Christianus est certus, quid credere debeat, & quid non credere debeat: ergo est Judex omnium*. Nimirum ita adulari oportebat ignobili vulgo, ut hac illecebra arctius sibi illum devinciret, & contra legitimos Pastores & Doctores exasperaret! Quidquid autem Amesius reluctetur verbis, reipsa nihil aliud dicit, quàm Lutherus docuit. Nam etsi num. 2. distinguat Judicium, in publicum & privatum: juxta ipsum tamen non datur inter homines: *judicium absolutè authenticum & definitivum, conscientias hominum ad fidem habendam adstringens; limitatum* autem illud quod vocat *ex ministeriali vocatione*, est nomen sine re. Quid enim juvat hoc, si æquè fallibile est, ac privatorum quorumcumque de fœce popelli? Numquid relinquit unumquemque suo in sensu abundare, & arbitrari ad libitum de universo illo ministeriali judicio? Quid ergo nisi verba dat, cùm tandem ipse mutatis phrasibus, Controversiæ statum ita proponit. 1. *An sit inter homines visibilis Judex Controversiarum illarum, quæ sunt de religione, in cujus sententia omnium conscientiæ acquiescere debent*? In affirmativam conveniunt omnes Catholici, sicut hæretici plerique omnes in negativam. 2. *Annon singuli privati homines debeant suo judicio discernere illa, quæ publicè ipsis proponuntur, utrum sint à Deo, necne?* Hoc affirmare est character Hæreticorum, paulò post explodendus. Interim vestigiis Bellarmini insistentes, tractemus.

§. Unico.

De Sensibus Scripturæ Sacræ.

De his prænotavit Bellarminus 1. Hoc proprium esse sacræ Scripturæ, quòd sæpenumero contineat duos sensus, literalem & spiritualem, secundùm illud 1. Corinth. 10. vers. 11. *Omnia in figura contingebant illis, ad correptionem nostram*. Negat hoc Amesius, & ait: *Significatio illa locorum Scripturæ, quæ respiciuntur typi, & res typis adumbratæ, non continent duplicem sensum verborum, sed unum sensum verborum, & alium typorum, qui cùm ad alias res significandas accommodantur, secum ferunt verba quibus explicantur. Pontificii contendunt, unum & eundem cultum in imagine & exemplari terminari. Quidni igitur etiam unus idemque sensus verborum ad typum possit referri, & ad rem typo adumbratam. 2. Quamvis proprium sit Dei, res gestas ordinare ad alias res certò futuras præsignificandas: ut ipsa tamen significatio quorundam verborum, & ad rem repræsentantem & ad repræsentatam simul referatur, tam vulgare est, ut etiam in ludis scenicis quotidie fiat. 3. Apostolus 1. Corinth. 10. vers. 11. nihil agit de typicis repræsentationibus, sed ut Bannez in Thom. part. 1. quæst. 1. artic. 10. rectè explicat*, dicit in figura ipsis contigisse supplicia, idest, in exemplum nostrum: *Si tamen concedatur, Apostolum ibi de typica ratione rerum gestarum loqui, quid hoc ad typicum, spiritualem ac mysticum sensum verborum, præcipuè illorum, quæ habent alium sensum literalem? sed quia ut Abulensis observat in 2. Matth. quæst. 57. & in 13. Matth. quæst. 38.* mystici sensus isti, sunt fictiones Concionatorum, *idcircò ficta etiam conveniunt ipsis probationes*. Respondeo, Quod dudum observavit P. Gretserus pag. 176. Calvinistam Sibrandum, *dum spiritualem sensum oppugnat, eundem confirmare*; Idem hic Amesius agit. Si enim in illis, quæ prius Apostolus de *Judæis ex Ægypto per desertum peregrinantibus* commemorat, sunt velitu typi & imagines, unde videamus, quid fugere, quid sequi debeamus; ergo res illæ priùs gestæ, & postea literis consignatæ, significant tropologicè. At Tropologia pertinet ad sensum spiritualem; Ergo etiam juxta Calvinistas datur sensus spiritualis. Rursus significatio per ipsas res facta, non est sensus literalis, (cùm res non sint literæ;) ergo illæ res habent sensum seu significationem spiritualem. Præter hunc autem datur ibidem etiam sensus literalis in illis verbis: *Scripta sunt autem ad correptionem nostram*. Ergo habemus ibi duos diversos sensus. Nec evadit Amesius, cum ait: *Sensum typorum non esse sensum verborum*: Id quippè tantùm verum est, quatenus res illæ gestæ significabant, non autem quatenus eædem sunt in literas relatæ. Ut sic enim continent illa verba sensum spiritalem Tropologicum. Nec eum juvat doctrina Catholicorum de cultu, qui simul tendit in Exemplar (per se, absolutè & directè;) & in imaginem (per accidens & indirectè.) Hoc enim optimè fieri suo loco ostendetur: Hinc tamen non sequitur, unum eundemque sensum verborum posse referri ad typum pariter & rem typo adumbratam. Disparitas est, quia cultus unicus est, qui diversimodè terminatur ad utrumque, sicut cum amo proximum propter Deum, at hic significatio distincta est, una literalis, quæ immediatè è verbis, altera spiritualis, quæ è rebus gestis per verba expressis indicatur. Unde corruunt etiam cætera. Bannez revera idem dicit quod ibidem Vasq. & alii, qui nobis planè consentiunt. Ut denique verum sit, quod cum Abulense etiam dicit P. Arriaga in Procem. 1. parte de nonnullis mysticis sensibus à Concionatoribus excogitatis; quid tamen hoc facit contra allegorias & alios mysticos sensus, ex communi SS. Patrum sensu intentos à Spiritu sancto? quales sunt illi, qui clarissimè ab Apostolo indicantur. Gal. 4.

2. Ex communi sensu SS. Patrum & Catholicorum omnium docet Bellarm. spiritualem sensum esse triplicem; *Allegoricum*, cùm aliquid significatur in Nov. Testam. ad Christum & Ecclesiam spectans; *Tropologicum*, cùm aliquid significatur, quod pertinet ad mores; *Anagogicum*, cùm vita æterna significatur. Hæc uno flatu disjicit Amesius inquiens: *Absurdum planè est, triplicem facere sensum mysticum, quia tria mysteria significentur*. Et cur? *quia sic centuplex erit sensus literalis, quia centum res variæ per literam significantur*. Nempe Cavillator iste Calvinianus plùs sapit, quam Doctores Sanctissimi Augustinus, Chrysostomus, Gregorius, Thomas, cum universa Ecclesia Christi. Cur enimverò sit *absurdum planè*, sicut, quia communiter scripta & libri (præsertim historici) in hoc conveniunt, quòd etsi res diversissimas significent, tamen quia verba ad significandum adhibita non aliud, quàm quod immediatè præseferunt indicant, sensus ille vocatur generaliter historicus; ita quia

pluri-

plurima Veteris Testamenti Christum & Ecclesiam significant, meritò sub hac universalitate omnia illa Scripturæ loca dicuntur continere sensum allegoricum, & sic de cæteris. Ipse Apostolus Gal. 4. v. 24. satis clarè pro & cum Catholica doctrina stat, dum illa, *quæ de Agar & Sara, de Ismael, & Isaac, de duobus Testamentis, &c.* apertè aliò refert, quàm ad id, quod verba immediatè significant; imò reflexè ait, ea esse *per allegoriam dicta*. Et quid verbis opus est? numquid continentur in eo loco, & passim alibi allegoriæ, tropologiæ, anagogiæ? Quidni ergo in tot classes aptè dividantur omnes significatus mediati, seu sensus mystici? Sed Amesius plus credit suo Witakero, quàm hic Apostolo.

3. Ait Bellarmin. Non esse improbabile, interdum plures literales sensus in eadem sententia reperiri. Idem olim S. Augustin. sæpiùs docuit, ac præcipuè lib. 12. Confess. cap. 20. 27. 28. ubi inter cæteros sensus adfert tres illius loci Geneseos: *In principio creavit Deus cœlum & terram*. Sed nimirum impiè blasphemavit S. Doctor (immò & Apostolus Act. 13. v. 33. Hebr. 1. v. 5. & 5. v. 5.) si Amesio Calvinistæ credimus. Sic enim inquit: *Si varii sunt sensus literales unius & ejusdem loci Scripturæ, tum æquivocatio in Scriptura invenitur; quod quamvis non possit à blasphemia excusari, à Pontificiis tamen quibusdam*, quos inter S. August. primum obtinet locum, *affirmatur*. Blasphemat hic Calvinista quod planè non intelligit. Non enim quia nonnulla Scripturæ verba variis sensibus etiam legitimè & genuinè possunt exponi, ideò fallit illa aut fallitur; sed potiùs tunc vel maximè largiter nos docet. Longè alia ratio oraculi Delphici, similiumque ambiguorum Dæmonis responsorum, qui de eventu rerum ancipites, ejusmodi amphibologias quasi necessariò captarunt, ut quidquid evenisset, prædictum fuisse videretur. Porrò rectius hanc criminationem in suos gregales contorsisset, qui in quàm varios sensus (eosque erroneos, aut hæreticos) sacræ paginæ verba detorqueant, illustri paradigmate constare potest ex dictis ad caput præcedens. Quamvis & solùm illud Hoc est Corpus meum, sufficere queat.

4. Ait Bellarminus: Convenit inter nos & Adversarios: Ex solo literali sensu peti debere argumenta efficacia; quia ille ex verbis immediatè intelligitur, & certum est eum esse sensum Spiritus Sancti. Sed sensus mystici varii sunt: & non semper constat, an sint à Spiritu S. intenti. Plura hic occurrunt notatu digna. I. Junium Calvinistam, acerrimum aliàs Bellarmini adversarium, in toto hoc argumento, de variis Scripturæ sensibus profiteri summam cum Bellarmino consensionem. II. Nihilominus Amesium queri, quòd Bellarminus *nimis familiariter secum agat, cum hic dicit, nos cum ipsis in eo convenire, &c. Quamvis enim* (pergit Amesius) *nullam vim tribuimus sensibus mysticis, ab hominibus fictis, si tamen certò appareat, Spiritum sanctum mysticum aliquid intendisse, firmissima argumenta indè ducuntur: nulla enim est vera sententia, ex qua alia vera non sequantur. Bene Vasquez in 1. quæstion. disputat. 16.* Cùm mysticus sensus sit, etiam ex intentione Spiritus sancti, cùm de eo nobis constat, absque dubio ita efficaciter nobis deservire potest ad probationem, atque literalis. *Sensum autem Scripturæ vocare, quod Spiritus S. non sensit aut intendit, hoc alienum est ab omni sensu.* III. Reipsa tamen Amesium solo cavillandi studio reluctantem, nobis planè in hoc consentire. Neque enim Bellarmini pronuntiatum intelligi debet, nisi de eo, quod ordinariè, & ut plurimùm contingit; uti ex Bellarmini verbis mox adjunctis colligitur; nempe, non semper constare, num mystici sensus sint à Spiritu S. intenti. Ergo implicitè profitetur, si constet vel ex Scriptura, vel ex traditione Ecclesiæ, aut

communi SS. Patrum doctrina, illum
tu S. intentum, præbere efficax argu
ac literalis. IV. Supersedere potuisse
labore, quo Disput. 11. Th. 21. usq
contendit ostendere, Bellarminum f
Sub illa enim distinctione à Vasquio
dentur non posse consentire omnes.
sè Gerhardus Innocentio III. & Bonifa
potiùs S. Bernardo) affingit illum pro
ex sensibus mysticis. Aliud est produc
Allusionem aliquam illustrandi gratia
argumentum convincens. Hoc, non il
loci citati.

Ad CAPUT I

Mirum est, Gerhardum in hac q
sima, & quasi peremptoria
Judice Controversiarum) planè silere
bam Bellarmino porrigere. Amesius c
vel potius eludere: sed frustra, cùm pl
cant intentum, nempe: Cùm debean
poni eo Spiritu quo factæ sunt, hoc
cto 2. Petr. 1. v. 20. Spiritum illum Sc
pretantem certò inveniri in Ecclesia,
cilio Episcoporum confirmato à summ
tius Pastore, sive in summo Pastore
aliorum Pastorum. Bellarminus ad h
hoc cap. præcipuè argumentatur ex
Deut. 17. v. 8. & seqq. 2. Paral. v. 10.
rè explicatur: Deus præcepit Hebræo
in rebus sacris & Religionis, Judicem
sibilem, infallibilem. Ergo multò ma
lectæ suæ Ecclesiæ in terris militanti
hoc tam clarum, quàm breve, mirifi
vatores, ut quò se tutò vertant, hac
nerint. Consecutionem, cùm à mino
lidissimè procedat, rejicere vix ausint
omnem decoxisse videri velint. Quo
gasset Deus Veritati, quod Umbræ in
Christus Ecclesiæ charitate perpetua f
non præstaret, quod Synagogæ repud
rat? cùm præsertim illi per totum orbe
ubi in variis linguis, nationibus & i
gravioresque orituræ erant de fide &
multò magis esset necessarium. Nec v
fugere ad invisibilem Judicem &
cùm idem pari facilitate & falsitate
Principe diceretur; Unde non Conse
Antecedens, vel ex toto, vel ex par
re solent. Summa effugiorum futilit
est, 1. ait *locum Exod. 18. vers. 13.*
pretationem nihil omnino spectare: nam
tum temporis exstabant, teste Bellarm.
Sed quid hoc ad rem? Numquid pot
dum exstantibus Scripturis nihilomin
de fide & Religione? 2. ait: *Moses*
munere fungebatur. Sed hoc ait tantùm;
bari, quòd fuerit ratione muneris,
ratione successionis extraordinarius.
Jethronis mox subjicit, multò minus
cùm certissimum sit, etsi Moses part
cum Judicibus inferioribus, tamen re
sas graviores, Religionis præsertim,
3. ait *Deuter. 17. vers. 8. & seqq. non*
tatione Scripturæ, sed de judicio inter c
idest, de Quæstionibus facti. Item, no
cerdotibus tantùm, sed & de judice civi
Rursus, agi de judicio ex loco tabernacu
consulendus. 2. Paralip. 19. vers. 10.
officium Pontificis ab officio Regis: id verò
ra interpretationem spectare. Sed futilia

potiùs corroborare quàm elidere vim argumenti nostri, patet 1. quia si DEUS constituit summum de cæde, de plaga, de lepra &c. Judicem, qui audiendus simpliciter esset, pœna mortis contumacibus proposita, quantò magis Ecclesiastica, & lites de Religione per illum dirimi voluit, graviores utique illis, & sine comparatione nocentiores? 2. Immediatè illa verba Deut. 17. vers. 5. præcesserat sermo de Idololatra interficiendo. Numquid hic poterat oriri ambiguum difficileque judicium, an reus ille verè commiserit idololatriam, hæresim, blasphemiam? nec modò de ipso facto, sed sensu verborum Legis. Hoc ergo casu vel potuit Summus Pontifex de eo decernere, & verum Legis sensum, cui omnes acquiescerent, exponere, & sic habetur intentum; Vel non potuit? ergo frustrà fuit tribunal hoc supremum, si non potuit graviores causas expedire, cùm faciliores pronum esset, decidi à pedaneis. 3. Etsi gratis demus, non fuisse difficile judicium, nec nisi de stillicidiis, cloacis, cæde, furtis &c. faciendis aut omittendis: poterat tamen tota lis tandem devolvi ad veram Legis intelligentiam, quæ subinde non erat adeò perspicua. Ergo vel hanc potuit dirimere Judex supremus, & sic habetur tribunal de *Credendis*: vel non potuit: Ergo nec potuit ferri sententia de *faciendis* juxta Legem. Si dicas, potuisse ferri sententiam, quæ tantùm imperaret executionem operis externi, licèt contumaciter reluctante intellectu de vero Legis sensu: at hæc evasio manifestè præcluditur verbis Deuter. vers. 10. *Facies quodcumque dixerint, sequerisque sententiam &c.* Quomodo enim facit omnia, & discit à Sacerdote non facienda superbiens, qui sensum suum privatum judicio summi Sacerdotis antetulerit? Ad hæc quid si ille proprii cerebri homo dixisset, expositionem Legis à summo Pontifice profectam manifestè Divinæ legi contraire, & se quidem indicata præstiturum, credere tamen firmiter, se contra Legis præscriptum damnari: quis hunc auderet dicere nec superbum nec contumacem, adeoque eximere ab illa comminatione vers. 12. *Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur homo ille?* 4. Juxta illud 2. Paral. 19. vers. 11. Summi Judæorum Pontifices *præsidebant in his quæ ad DEUM pertinebant*. Ergo vel præsidebant in judiciis de Fide & Religione, vel hæc non pertinebant ad DEUM. Hoc posterius nemo nisi impius, & blasphemus dixerit; ergo admittendum prius. Nec declinabis hoc telum, si cum Calixto, Conringio &c. dixeris: *Esto fuerit Judex in illis Summus Pontifex, at non ideò fuisse hunc erroris immunem, cùm in civilibus quoque controversiis tenerentur sententiæ supremi Judicis, etsi is revera erraret, acquiescere.* Resp. enim, longè aliud esse in Quæstionibus de justitia, similibusque agibilibus, aliud verò in Quæstionibus de speculativa veritate. In prioribus sufficit ferre sententiam, quæ hic & nunc omnibus pensatis censetur formaliter justa & honesta; (habet enim practicam *veritatem judicii*;) at in Controversiis fidei numquam habetur *veritas judicii*, nisi hoc etiam materialiter cum re ipsa consentiat. Fuit ergo Hebræorum Pontifex in ejusmodi fidei Quæstionibus etiam indefectibilis; tum quia Rationali illo vatidico erat instructus, cui Urim & Thumim, h. e. *Doctrina & Veritas* inscripta visebatur (ut etiam indicat Ames. Th. 6. num. 3.) Tum quia si fuisset fallibilis, postulantes informationem de veritate, non accepissent tutò ab eo Judicii veritatem, quod tamen promisisse videtur DEUS Deuter. 17. vers. 9. Tum, quia incredibile videtur, DEUM voluisse sub pœna mortis omnes acquiescere falsæ sententiæ, (quod esse grande inconveniens agnoscit etiam G. Calixtus.) Nec obstat 4. quod Matth. 26. vers. 66. iniquè pronuntiarit Caiphas de Christo, quòd reus sit mortis. Quid enim mirum delirasse tunc Summum Pontificem, cùm Synagoga agonizaret, mox exspiratura cum vivifica morte verissimi Summi Pontificis Jesu Christi? 5. Amesius, etsi in omnem partem quæsierit effugia, videtur tandem Th. 6. num. 4. agnoscere *legem expressam in Vet. Test. de Sacerdotibus, & Judicibus Summis in certo loco: sed de Rom. Pontifice, ait, nullam legem habemus.* Verùm hæc responsio est omnium subditorum perduellium, nec tantillum luxat vim argumenti nostri, à minori ad majus.

Testimonium ex Eccl. 12. vers. 11. 12. petitum bene defenditur à P. Gretsero pag. 1250. sed non urgeo, quia etiam aliqui Catholici per *Unum Pastorem* intelligunt DEUM vel Christum.

Ex Aggæi & Malach. cap. 2. ait Bellarminus, non esse privatorum judicare de sententia legis Domini, sed Sacerdotis, qui cùm sit Angelus, h. e. *Nuntius Dei*, Amesius Th. 8. ad hoc nil aliud respondet, quàm: *Quis negat?* Bene est! Vel ergo planè acquiescit Bellarmino, & deserit pessimam suam causam; vel si tantùm particulam, & non integram sententiam Bellarmini profitetur se non negare, numquid cavillatur, & impostorem agit?

Ad CAPUT V.

Argumenta ex Nov. Test. desumpta, quibus Bellarminus, visibilem Controversiarum Judicem adstruit, & quæ Amesius inani conatu enervare conatur, strictim sunt sequentia: 1. Matth. 16. vers. 19. *Tibi dabo claves regni &c.* Per *claves* non solùm intelligitur potestas solvendi à peccatis, sed etiam ab omnibus aliis impedimentis, quæ nisi tollantur, non potest intrari in regnum cœlorum, siquidem promissio generalis est &c. Excipit Amesius 1. *Nihil hic dici de Concilio Episcoporum.* Expressè, esto! implicitè, negatur. Quidni enim sub Pastore Pastorum etiam intelligantur Episcopi tamquam ejus Assessores & Consiliarii? 2. *Nihil agitur de singulari aliquo Successore Petri, aut summo Pastore ordinario.* Sed quomodo hoc probat? Nos facilè monstramus oppositum illo solemni argumento, quod hactenus contra Helmstadienses stetit inconcussum: Quicumque fidelis, & prudens propter gregem perpetuò conservandum pollicetur Pastorem unum, visibilem, ordinarium: is etiam instituit Pastorem perpetuum; at Christus illis verbis Matth. 16. vers. 19. *Tibi dabo claves &c.* Luc. 22. vers. 32. *Confirma fratres tuos, &c.* Joann. 21. vers. 17. *Pasce oves meas*: propter ovile suum visibile usque ad consummationem sæculi conservandum, instituit Pastorem unum visibilem, ordinarium. Ergo etiam perpetuum. 3. ait, *nil hic propriè dici de Scripturis; sed de peccatis, ut explicatur Matth. 28. 18. 19. Joann. 20. 21. 22.* Resp. Hæc est pura puta principii petitio. In his duobus locis loquitur Christus omnibus Apostolis, ac per eos omnibus sacerdotibus; in primo, soli Petro. 4. ait: *Si per* quidquid solveris, *intelligatur interpretatio Scripturæ, tum etiam per*, quidquid ligaveris, *necessariò etiam debet intelligi Scripturæ obscuratio, ita ut hæc etiam ad officium Petri spectaret.* Resp. Esto! nihil equidem in eo consequenter absurdi est, si rectè intelligatur; nempe, ligatos eos, omnes mansuros ignorantiæ tenebris, qui Petri munus non agnoscunt aut spernunt. Itaque sicut sol nocte abscessu suo obscurat aerem ex se tenebrosum, ita qui Sedi Petri non adhærent, æternis tenebris capti tenebuntur.

2. Probat Bellarm. ex Matth. 18. vers. 17. Hæretici (uti & alii graviter peccantes) si moniti non se emendaverint, sunt ad Ecclesiam, id est, Pastores deferendi. Hos autem qui non audit; debet esse ut

ethnicus & publicanus; & consequenter Pastorum debet esse ultimum judicium &c. Nimis falsum est, petitque denuò principium, cùm ait Amesius: *Per Ecclesiam ibi non intelligi Pontificem Rom. cum Concilio.* Cur verò non? hi enim repræsentant Ecclesiam; immò & supremus Pastor solus; sicut totus homo dicitur ratiocinari, & loqui per caput suum. Et omnis delatio Hæreticorum & damnatio auctoritativa debet tandem niti potestate infallibili Scripturas interpretandi. Ut enim rectè quoad hoc dixit G. Calixtus: *Si sit errori obnoxia sententia, nil refert à quo ea procedat.*

3. Prob. ex Matth. 23. v. 2. 3. Si illi audiendi sunt, qui sedent super Cathedram Moysis, quantò magis audiendi sunt qui sedent in Cathedra Petri, immò Christi? Objicit Amesius 1. *Dicent igitur Pontificii Scribas & Pharisæos habuisse infallibilem potestatem Scripturas interpretandi. Consulant Matt. 16. vers. 12. & 23. vers. 16. & seqq.* Resp. Omnino constanter dicimus, eos non erraße docentes ex Cathedra: universalissimè enim loquitur Christus: *Quæcumque dixerint vobis in cathedra Mosis sedentes, servate & facite.* Videatur S. Augustinus epist. 165. ubi dicit: *Etiam de malis Præpositis cautum nobis esse illa Salvatoris monitione:* Quæ dicunt facite, *quia ex Cathedra non nisi bona & salutaria dicunt.* Ait 2. *Si ipsi Sacerdotes agniti fuissent judices controversiarum, Pharisæorum & Saducæorum secta inter Judæos non durassent.* Resp. Neg. sequelam, quam nec leviter quidem probare Amesio solenne est. Erant falsæ illæ & pravæ persuasiones privatæ, neque ex Cathedra unquam traditæ. Quomodo enim Christus, saltem non minùs ac alias improbitates objecisset Matth. 23. & dixisset: Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui falsam doctrinam ex Cathedra Moysis spargitis! Quia potiùs oppositum haud obscurè Christus insinuat, dum ait: *Quæcumque dixerint vobis servate & facite:* Et, *dicunt enim,* (bene & bona ex Cathedra scilicet) *sed non faciunt.* Ubi manifestè Christus indicat, se reprehendere illos, quòd non facerent secundùm hoc quod publicè docerent ex Cathedra. 3. ait Amesius: *Errarunt saltem in sententia, quam tulerunt adversus Christum, quamvis sint inter Pontificios, qui contrariam blasphemiam defendant.* Respondeo, Hoc postremum est Calvinistica calumnia. Nominetur vel unus Scriptor probatus. Prius est verum, sed nihil ad rem facit. Nam privilegium illud ἀναμαρτησίας in Cathedra Mosis non nisi usque ad Christum durare debebat. Unde ipso Christo jam exhibito, tamquam unico, vero summo Sacerdote totius generis humani, cessavit illa infallibilis assistentia Spiritus sancti, & quidem paulatim, ut bene observat Becanus in Manual. lib. 1. cap. 5. num. 47. & seqq. Quod addit deinceps Amesius; non esse notatu dignum, quod cum S. Cypriano Bellarm. dixerat esse notatu dignum, nempe: *Dominum Jesum & Apostolos, nunquam in tota S. Scriptura reprehendere Pontifices & Sacerdotes Judæorum, nominando eos Pontifices & Sacerdotes, sed solùm sub nomine Scribarum & Pharisæorum, ne videretur reprehendere Cathedram & Sacerdotium, & ut intelligamus, semper deberi honorem Sacerdotio, etsi fortè persona sit minùs bona &c.* arguit, inquam, hoc Amesii & libidinem contradicendi, & arrogantiam, qua S. Martyri Cypriano suum præfert judicium, ob rationes nullius momenti. Nam 1. esto, Prophetæ Vet. Testam. id non observarint, numquid ideò non majoris faciendum Christi & Apostolorum exemplum, contra quod ex universo Novo Testam. nullam instantiam proferre potest? 2. Cujuscumque fuerint perfectionis & honoris nomina Scribæ & Pharisæi, nullam hi ut tales habuere authoritatem & jurisdictionem, qualem habebant in Cathedra Moysis sedentes; sicut Theologi & Religiosi hodie, quantumcumque sapientes & sancti, licèt ingenti essent numero, non pollerent ideò authoritate irrefragabili, qua-

lem in exponendis Scripturis Doctor n
ctus Hieronymus, in S. Damaso Papa
3. Sacerdotes maxima ex parte fuisse Pl
sed non probat Amesius, & quamvis
græcas) id probaret, nil inde conficere

4. Prob. Joan. ult. vers. 17. dixit Jesus
oves meas, doctrina scilicet salutari, qu
quit, nisi sit infallibilis. Amesius ait
Omnes quorum officium est pascere oves,
Judices controversiarum. Respondeo, Ne
eos quorum est pascere omnes Christi
ipsos etiam ovium Pastores, qui & ipsi su
sti, ac proinde etiam Petri.

5. Prob. ex Luc. 22. vers. 32. Rogav
ciat fides tua: *Igitur cujus fides non plan*
tatione, is est infallibilis Scripturæ interpre
controversiarum habebimus, quot sunt fidele.
Ita Amesius impostor, qui omisit sub
Christi à Bellarmino expressè posita:
conversus confirma fratres tuos. Tot erg
controversiarum, quot sunt Successores
bis eitatis, privilegium hoc Indefectibil
est Christus, juxta interpretationem S
liorumque Sanctorum.

6. Prob. Actor. 15. vers. 28. Quæstio
troversa de fide, defertur ad Concilium
tanum, non ad privatum cujusque spiri
nem autem solvunt Apostoli illis verbis
ritus sancto & nobis &c. Quibus ostendun
Concilii, cui præest Petrus, sententia
sancti. Nec evadit Amesius, contende
ordinariis illis interpretibus ad ordinarios n
quentiam in iis, quæ spectant ad certitudin
Nam non fuere illi in Concilio congre
Judices extraordinarii; etsi præter o
stentiam Spiritus sancti legitimis Co
sam, habuerint alia charismata Spiritu
ordinaria.

7. Prob. Gal. 2. vers. 1. 2. Paulus asc
lymam, ut conferret Evangelium cum
fortè in vacuum curreret; unde SS. H
Tertull. &c. disertè affirmant: Eccles
credituram, nisi ejus Evangelium à P
tum fuisset, hoc enim fuisset in vacuum
autem in vacuum cucurrisset, si nihilo
sia credidisset, etiamsi non ostendisset
congressu Apostolorum, *se consensum c*
Apostolis, ut voluntariè fingit Amesius.

8. Prob. Ex 1. Corinth. 12. vers. 8. &
Non omnibus fidelibus dari Spiritum
Scripturas. Et ex 2. Petr. 1. vers. 20. (
tia Scripturæ propria interpretatione n
nullus homo privatus est infallibilis in
sus Scripturæ. Falsum est, quod Ames
locis tantùm *de interpretatione linguarum*
tur, inquit Amesius, *Non datur donum*
nibus; ergo datur Rom. Pontifici. Resp.
tur: Privatis membris Ecclesiæ non d
piti datur, unde participant cæteri om
tem ab errore pernicioso in fide. 3. ait
Spiritus distribuit privatim singulis sicut
infert Amesius, *alligatur Cathedræ Roma*
gratias gratis datas Spiritus distribuat
vult; assistentiam tamen infallibiliter
in bonum totius corporis Ecclesiastici
citus est.

9. Prob. ex 1. Joan. 4. vers. 1. Nolite
credere, sed probate Spiritus si ex D
niam multi Pseudo-Prophetæ exierunt
vatus singulorum spiritus non est Judex
potiùs adhuc judicandum sit. Amesius
ram principii petitionem, & falsitates

πτϛα objicit, cùm 1. ait; *Omnes fideles debere spiritus probare ex præcepto Apostoli*, quod tamen hic unicè aut saltem principaliter controvertitur. 2. Æquè falsum est, tradi ibidem vers. 2. & 3. regulam generalem probandi omnes spiritus. Sic enim nullus hæreticus reprobandus esset, modò SS. Trinitatis & Incarnationis dogmata admittat; quod ipsum est Spiritus hæretici &c. 3. Illustre paradigma dat audacissimi verborum sacrorum non interpretis, sed perversoris, dum vult, Apostoli verba ista (Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex DEO sunt: quoniam multi Pseudo-Prophetæ exierunt in mundum) *manifestè indicare, judicium hoc à singulis pro semetipsis ferendum esse, & non à Pontifice cum ejus Concilio expectandum*. Peccarunt proinde juxta hunc Calvinistam fideles, qui controversiæ de abrogatione legalium decisionem à S. Petro & Concilio Actor. 15. expectarunt: peccarunt fideles omnes, qui à Conciliis generalibus decreta, ut infallibilia secuti sunt; debebant enim singuli pro se ferre judicium de Quæstionibus gravissimis, quas Hæresiarchæ moverant. Numquid hac ratione Amesius, reipsa interpretationem Scripturæ (quæ hic cum probatione Spirituum planè coincidit) cuiusvis arbitrio permittit? quod Capitis initio conceptis verbis perquam præfactè & falsò negaverat.

Ad CAPUT VIII.

PRæter argumenta ex Vet. & Nov. Testam. suprà cap. 4. & 5. allata, Bellarminus, ad demonstrandam necessitatem Visibilis Controversiarum Judicis, probationes petit cap. 6. è praxi Ecclesiæ omnium sæculorum; cap. 7. è testimoniis SS. Pontificum Damasi, Innocentii, Leonis M. Gregorii M. &c. Et Imperatorum Constantini M. Gratiani, Theodosii, Marciani, Valentiniani &c. cap. 8. è testimoniis SS. Patrum Græcorum & Latinorum &c. Quæ omnia, etiam sine argumentis, è S. Scriptura & ratione petitis, cuivis cordato sufficere meritò debebant ad explodendum illum proprii judicii vertiginosum Spiritum, & acquiescendum Pastorum decretis. At Amesius facilè se ab istis omnibus expedit partim pervertendo, partim rejiciendo prædictorum sententias. Ait enim: *Ostendi per hæc: Judicia publica de rebus Ecclesiasticis, ab Ecclesiasticis hominibus ex vocatione publica in Synodis esse tractanda*. Verùm cui bono serviet labor & sumptus ille omnis, nisi sententiæ Synodi tamquam infallibili, fidelium mentes, tam in foro poli, quam fori teneantur acquiescere. 2. ait: *In istis magnam olim fuisse authoritatem Episcoporum Romæ, propter eorum & Urbis, cui præfuere dignitatem*, divinitus utique à Christo, non ab Augusto vel Urbe collatam, ut infrà monstrabitur. 3. *Quosdam*, ait, *inter Episcopos Rom. plus nimio sibi arrogasse, & paulatim obtinuisse: quæ omnia à nobis conceduntur*. Rectè dixisset: Quæ omnia à nobis Calumniatoribus finguntur sine ulla probatione. Denique ait: *Illa omnia revera nihil posse de jure probare in Theologia absque Scriptura*, nempe juxta phantasmata Calvinistarum exposita. Quasi verò non sit insolentissimæ insaniæ, dicere, Universalis Ecclesiæ perpetuam praxim, sanctissimos Pontifices, piissimos Imperatores, sapientissimos Patres omnes simul in tenebris ambulasse, sacræ Scripturæ repugnasse, solos Lutheri & Calvini catulos esse lynceos Scripturarum Interpretes!

Ad CAPUT IX.

QUÆ pro visibili controversiarum Judice Bellarminus in præced. cap. attulerat, eadem hoc cap. tali, ex Ratione deducto argumento confirmat: Non ignorabat Deus, multas in Ecclesia exorituras difficultates circa fidem; debuit igitur Judicem aliquem Ecclesiæ providere; at iste Judex non potest esse Scriptura; quia hæc varios sensus recipit, nec potest ipsa dicere, quis sit verus: præterquam quòd in omni Repub. bene ordinata, Lex & Judex distinctæ res sint. Lex enim docet, quid agendum: & Judex legem interpretatur, & secundùm eam homines dirigit. Denique de Scripturæ interpretatione quæstio est; hæc autem non seipsam interpretari potest. 2. Neque spiritus revelans unicuique privato Judex esse potest; siquidem ille qui est in te, à me neque videtur neque auditur; Judex autem debet videri & audiri ab utraque parte litigante &c. Item judex debet habere authoritatem coactivam, alioqui nihil prodesset ejus judicium; at privati nullam talem habent authoritatem; ergo. Rursus, si spiritus iste privatus revelans esset judex, præcluderetur via conversioni hæreticorum, nec ullæ controversiæ unquam terminari possent. Nam nemo est hæreticorum, qui spiritum non jactet; & qui spiritum suum non præponat spiritibus aliorum. 3. Nec Princeps sæcularis potest esse Judex, quia nihil potest ultra virtutem à causis suis acceptam; Causæ autem Principatus sæcularis humanæ & naturales sunt. Nam efficiens est electio populi: finis est pax temporalis; ergo Princeps quà talis non habet nisi humanam authoritatem. Unde tandem infertur; hoc judicium controversiarum esse penes Principem Ecclesiasticum, vel solum, vel certè cum consilio & consensu Coepiscoporum. Hoc Bellarmini argumentum est sine dubio moralis demonstratio invicta, quam Amesius ità in compendium coarctavit, ut ei magnam partem nervorum inciderit (in hoc quippe sensu facilè agnoscimus ab eo Bellarminum fuisse Enervatum) immò apertè depravavit. Nam ubi Bellarminus dixerat: Scriptura tamquam Lex seipsam interpretari non potest; Amesius perversè ità ponit: *Iste* (Judex) *ipsam* (legem) *interpretari non potest*. Videamus nunc quàm viriliter enervet reipsa vim rationis Bellarminianæ. 1. ait: *Neque enim ignorabat Deus multas exorituras difficultates circa Principem ipsum & Judicem Ecclesiasticum; debuit ergo Judicem hujus Judicis providere*. Resp. Neg. Sequel. Sicut enim supremus Princeps temporalis potest sua jura tueri, sibi ipsi jus dicendo; ità & supremus in Ecclesia Princeps. Neuter in hoc censetur propriam causam agere, sed publicam Regni & Ecclesiæ, ut bene observat P. Gretserus tom. 2. lib. 2. de Pontif. cap. 14. 2. ait Amesius: *Princeps iste Ecclesiasticus, Pontifex Rom. non tollit omnes difficultates, quæ circa fidem oriuntur, ne quidem inter suos subditos. Fervent enim hodie controversiæ inter Jesuitas & Dominicanos de decretis Divinis, Prædestinatione, Gratia, libero arbitrio, & inter totas ferè gentes de potestate Pontificis Rom. tam in temporalibus supra Principes, quàm in spiritualibus supra Concilia generalia, atque adeò de ipso Judice controversiarum*. Resp. Prior illa Controversia inter Dominicanos & Jesuitas suspensa hactenus est à Pontificibus Romanis, quia nihil urgere decisionem hactenus videbatur, cùm salva fide & charitate ventiletur inter Partes. Si bonum Ecclesiæ aliud postulare quandoque videretur, maturabitur decisio; sicut ab Innocentio X. factum vidimus circa quinque propositiones Jansenistarum, Calvinistico veneno turgidas. De potestate Pontificis quoad substantiam, tam in temporalibus quàm in spiritualibus, magnam esse Catholicorum concordiam, ostendi sæpiùs contra G. Calixtum, & H. Conringium Helmstadienses Lutheranos, qui cum Amesio somniant discordias, ubi nullæ sunt. Certè G. Titius Helmstadiensis in nupera sua Ostensione cap. & §. 2. haud obscurè agnoscit, cessare jam controversias istas, idque factum putat ope Jesuitarum. 3. ait Amesius: *Providit Deus per Scripturas, & Doctores ac Pastores, quos Ecclesiæ dedit*,

dedit , quantum satis est ad fidelium ac piorum salutem : aliorum curiositati , & perversitati non debuit providere . Resp. Hoc quidem , quàm verum est de veris Doctoribus & Pastoribus veræ Ecclesiæ, & nostram sententiam vel maximè confirmat , tam falsum est de ministris hæreticorum , qui Controversiarum interminabili agitatione , confusioni Babylonicæ , & Atheismo gnaviter velificantur . 4. ait : *in rebus mundanis , ubi agitur de rebus externis , quæ vi coactiva ordinantur , opus est Judice externo tali vi armato : sed fides non cogitur , atque adeò Principatus Judicis externi in rebus fidei nullum habet locum.* Resp. 1. Non est hic sermo de vi coactiva externa præcipuè , sed de vi coactiva interna per censuras ; Uti patet ex praxi antiquissimorum Conciliorum , quæ per anathematismos sanxere ὁμοούσιον Filium Dei & Spiritum sanctum , unam personam , & duas naturas Christi inconfusas &c. Unde nihil ad rem hic loquitur Amesius . Alter error , quem de fide non cogenda insinuat , infrà suo loco excutietur . 5. ait : *Etiam in rebus humanis bene observat Arist. Rhet. lib. 1. cap. 3. Leges debere , quantum fieri potest , omnia disertè declarare , & quàm paucissima Judicum potestati relinquere . Et Polit. lib. 1. cap. 7. Leges Reipubl. Dominas esse oportere : Principes autem vel Judices , eorum moderatores esse , de quibus leges cavere non possunt . Et cap. 12. Quæ lex explicare non poterit , ne homo quidem explicare poterit . Qui legem dominari jubet , is Deum & leges dominari jubet ; qui verò hominem jubet esse Principem , is hominem & belluam principes esse jubet . Non est igitur cogitandum in perfectissima lege Dei , tantam potestatem relinqui Pontificibus , aut , ut Aristotelis phrasi utamur , belluis Romanis . Quantum detrahitur Scripturæ , quæ est Lex Dei , tantum detrahitur ipsi Deo Legislatori .* Resp. extra oleas vagatur Amesius , & mirum est , quòd sui adeò immemor , qui Aristotelis non modo *Metaphysicam velut impiam* severissimè *profligavit* , & è limitibus Theologiæ proscripsit proprio Opusculo : sed etiam *Ethicæ vulgaris* (Aristotelicæ) *imperfectionem & inutilitatem* se gloriatur detexisse , utpote , *quæ felicitatem plumbeam aut ligneam* sectetur , media autem (*virtutes*) proponat , *quæ nihil sunt nisi splendida peccata &c.* Hic tamen ab Aristotele suppetias emendicet , malæ fidei multipliciter reus. Nam & textum Aristotelis haud fideliter allegat , & eidem in tam paucis verbis ἀντιλογίαν affingit . (Quomodo enim Principes sunt moderatores eorum , quæ Leges cavere non possunt ; si quæ lex explicare non potest , neque homo explicare potest ?) & quod Aristoteles de lege naturali , seu *Mente* pronuntiavit , ineptè detorquet ad leges positivas . Piget pluribus immorari in re ad rem prorsus nihil faciente . Quomodo enim & quàm admiranda Syllogisticè è verbis Aristotelis infertur , nullam debere in Republica esse animatam Legem , seu legum Interpretem , conservatorem , executorem ? cujus oppositum passim in eo Opere Aristoteles inculcat .

Ad CAPUT X.

DIxerat Bellarminus suprà cap. 3. Hæretici docent , Spiritum sanctum Scripturæ Interpretem non esse alligatum Episcopis , vel ulli hominum generi , & ideò unumquemque judicem esse debere , sive ipse donum interpretationis habeat , sive alicui alteri adhærendo , quem eodem dono præditum viderit . Ad hoc Amesius litem contestaturus dixit : 1. *Non adeò grave crimen est affirmare , Spiritum sanctum liberè sua dona distribuere quibus vult* 1. Cor. 12. *vers.* 11. *& non alligari Papæ cum suis Conciliis.* 2. *Cùm unumquemque judicem esse dicimus , intelligimus judicium discretionis , &c.* Videamus ergo , quàm præclarè indiscretum hoc judicium discretionis confirmet . Interim ex supra illatis cap. 4. satis constat , quàm grave crimen sit , pri-

vatum suum (quantumcunque voci
tantùm) judicium præponere publi
quod ex DEI lege mortem temporal
ternam meretur . Constat etiam Ap
12. non loqui de rebus fidei , ut quil
indiscretionem , è Verbo DEI scripto
articulos fabricet , sed de gratia inter
riora Prophetarum vaticinia &c. Et
gratiis gratis datis alicui privato , sai
omnes , ordinarium & stabile donu
in controversiis fidei decidendis , nulli
SS. Scripturis promissum ; quod nos
Concilio è SS. literis suo loco vindica
lum denique est , quod Amesius in ;
privati spiritus , & judicii discretionis ,
ma Sylvestrina , voce : *Scrupulus* . Qu
præsentem facit , quòd scrupulosis hic
cundùm ἐπιείκειαν interpretari Leges &
serum affirmativa?

Th. 21. & 22. producit Amesius ex
Ponam universos filios tuos doctos à Dom
rem. 31. vers. 33. *Dabo legem meam in*
Amesius autem cùm expressè nulla
Conclusionem , sentire debet , vel e-
quivalere suæ Thesi , vel hanc ex il
trum horum ineptius sit , haud facilè
que perquam ineptum , imò sacrilega
se , quis rectæ rationis dubitet ? Qui
lentè detorquere verba sacra ad suas p
das , si hoc non est ? Et numquid væ
terpretatio , sive illatio evertit ipsam
ctrinam , qua admisit ; *Judicium limit*
riali vocatione ? Hoc enim ad quid opu
immediatè doceantur à DEO ? Itaq
quòd etsi de lege DEI ordinaria , n
Divina , & sicut oportet ad salutem ,
dicantem à DEO missum : tamen i
plantat , neque qui rigat esse aliquid ,
terius quoque simul ita congruè affic
accommodetur consensus . *Cathedram*
qui corda (ultimatè & efficaciter) de
ctus Augustinus qui nihilominus alibi
ris Doctoris infallibilitatem exigit . I
remiæ verba : *Non docebit ultra vir proxi*
mes enim cognoscent me à minimo eorum
mum ; optimè à S. August. accipiun
De Viatoribus certè verificari universa
cùm numquam in Novo Test. etiam de
træ , unum verum DEUM non agno
go etiam de Viatoribus verificentur ,
pi debent cum aliqua restrictione . J
ni inter tam multas sacrilegas glossas
Jeremiæ rectè sic interpretantur : Sa
DEI in Novo Test. multò erit clarior
teri , dona etiam Spiritus sancti in N
tò largius distribuentur , quàm factum
opus erit tanto labore in explicandis n
Imò & multò plures gentes ad agnitic
pervenient : præsertim autem in ætern
implebitur hæc promissio . Ita illi .

Matth. 23. vers. 8. *Vos autem nolite*
Quid hinc infertur ? Ergo non debe
Christi esse Pastores & Doctores infall
consummationem Sanctorum ? Apage i
apage insulsam calumniam , quam in
cem tamquam affectantem Magisteriu
norem jaculatur .

Joann. 5. vers. 34. Non ab homine testi
Ergo nec Verbum Dei eget hominum testim
& pro se , concedo : propter nos , N
Amesius : *Si Scriptura erga nos nullam*
caciam , nisi per testimonium hominum , ta

pro se, ideſt, pro ſuo fine, eget hominum teſtimonio. Sed prius eſt Pontificiorum; ergo & poſterius. Reſp. Verbum DEI illis quibus primò dictum eſt immediatè, Prophetis & Apoſtolis, non indigebat ullius hominis teſtimonio; iis verò, quibus non niſi per prædicationem Miniſtrorum Eccleſiæ jam innoteſcit, quis ſani cerebri neget, innoteſcere per teſtificationem hominum? Non vident ſtolidi miniſtri Synagogæ Calviniſticæ, ſe ſuam peſtilentiæ Cathedram hoc modo ipſosmet evertere! Quintum argumentum *ex Joan. 7. verſ. 17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere*, qui miſit me, *cognoſcet de doctrina* mea, *utrùm ex DEO ſit; ergo præter dilectionem DEI requiritur aliud Magiſterium ad Scripturas intelligendas*.

Sextum *ex Joan. 10. verſ. 27. Oves meæ vocem meam audiunt, & ſequuntur me. Ergo non egemus alio Præceptore*. Hunnius Lutheranus, & Junius Calviniſta, nolunt hoc argumentum agnoſcere ut ſuum, ſed Anabaptiſticum, uti & illud infrà ex 1. Joan. 2. verſ. 27. *Unctio docet vos de omnibus &c.* vocant *argumentum lymphaticorum*: Quod tamen ut ſuum tuetur Ameſius. Certè frivolum eſt, & omne Miniſterium etiam Verbi Lutherani & Calviniſtici è medio tollit, ſi ullam vim habet; uti & priora. Optimè dixerat Bellarminus, Chriſtum loqui ſuis ovibus per Scripturam, per inſpirationem, & per os Vicariorum ſuorum apertiſſimè, poſſetque hic aptè addi illud Joannis: *Et hi tres unum ſunt*. Explodit hoc Ameſius, & ait: *Quaſi Vicariorum os magis apertè mentem Domini poſſit explicare, quàm os ipſius Domini: ſicut ergo oves Chriſti, quæ tum præſenti adfuerunt, intelligebant ipſius vocem ſine interprete, ſic etiam hodie poſſunt ex Scripturis*. Reſp. Si de poſſibili ſermo ſit, verum eſt, quod aſſumit in Antecedente Ameſius. De facto autem certum eſt, plura ex ore Chriſti ad Apoſtolos dicta, hos non intellexiſſe, quæ nunc per os Vicariorum Chriſti etiam Idiotæ capiunt. Quàm cæcus eſt Ameſius, ſi non videt, Miniſterium omne ſic penitùs tolli!

Septimum argum. apud ſegreges decantatiſſimum eſt ex Actor. 17. verſ. 11. de Beroenſibus, qui quotidie ſcrutabantur Scripturas, an ità ſe haberent, quæ Paulus prædicabat; *Ergo laicis licet examinare verba Papæ & Conciliorum*. Reſp. Vel id fecerunt Beroenſes ante fidei ſuſceptionem, ut probabiliter ponit Bellarm. & ſic rectè fecerunt illi, recteque adhuc hodie faciet ante converſionem infidelis, ſi examinet ea, quæ à Catechiſta audit. Si verò cum aliis dicatur: eos poſt fidem ſuſceptam, adhuc quotidie fuiſſe ſcrutatos, an ità ſe haberet (cui conſentit Gloſſa Bibliorum Genevenſium, cum loc. cit. verſ. 11. ait: Non comme pour juger de leur ſens, & authoritè, mais pour ſe conformer & eſclaircir tant mieux par le rapport de l' Eſcritture avec la Verite, qu' ils avoient entendiie) exinde plus non infertur, quàm quòd Beroenſes, cùm jam crederent prædicationi Apoſtoli ob miracula ab eo patrata, ſtuduerint magis apud ſe confirmare, viſo, quòd mors & reſurrectio Chriſti dudum fuerit à Prophetis prædicta. Sicut etiam Catholicis jam credentibus licitum & valdè laudabile eſt, ſtudere S. Theologiæ, ideoque per Scripturas & rationes confirmare & declarare ea, quæ nuda fide crediderant. Utraque reſponſio bona eſt, & argumentum ſolvit. Inſulſa verò cavillatio eſt, cùm Ameſius ex verbis Bellarmini infert: *Ergo dum quis dubitat de Concilio Tridentino, poteſt veritatem invenire per lectionem Scripturæ; cùm fidem illi habet, non poteſt*. Reſp. Poteſt utique invenire, quod antè non habet; quod enim antè habetur, non invenitur tanquam non habitum, ſed fortiùs roborari poteſt ejus poſſeſſio. Octavum argum. ex Roman. 12. verſ. 6. omitto, quia Ameſius ait: *Illud ſe non urgere*, & revera nil urget.

Nonum ex 1. Cor. 2. verſ. 15. *Spiritualis judicat omnia, & ipſe à nemine judicatur: Ergo ad ſpirituales homines pertinet interpretatio Scripturarum, non ad Papam aut Concilia*. Reſp. Iterum hic obtruncant miniſterium ſuum Magiſtelli cacodoxi. Quid enim dicent nonnulli idiotæ aut mulierculæ jactanti ſe eſſe ſpiritualem, repudiantique doctrinam Sacramentariam? Cur potiùs clamoſo Prædicanti, dicenti ſe eſſe ſpiritualem credere oportebit, quàm ſibi de ſe? Cùm verò ait Ameſius: *Impudentia ſola certat Bellarminus, cùm certiores nos eſſe vult, Papas omnes regi à Spiritu S., quàm Prophetas eſſe Prophetas*, non videtur mente ſobria & ſana hoc effrons convicium potuiſſe evomere. Qua enim via perſpicere nos poſſumus alicujus privati hominis animum interiorem? cùm plerumque homo ipſe ſe fallat, putans ſe agi charitate, cùm rapitur vel carnalitate, vel amore proprio. De Prophetis & eorum vaticiniis cognitis ut Divinis, nulla Quæſtio eſt: ſed tantùm, unde certitudine fidei ſcire queam, eum qui aliàs verè vaticinatus eſt, nunc quoque à proprio ſpiritu non deludi? Si Eliſæi exemplum non ſufficit, apertè pronuntiantis, DEUM ſe hoc celaſſe; addatur alterum de Propheta Nathan, qui ſpiritu proprio deceptus denuntiavit contra Domini voluntatem, ut templum ædificaretur. Ergo, certiores ſumus de Apoſtolicæ Sedis Præſulibus è Cathedra de fide pronuntiantibus, quàm cujuſquam privati, quantumvis cenſeretur vulgò illuminatiſſimus.

Decimum ex 1. *Corinth.* 12. *verſ.* 11. *Unus atque idem Spiritus dividit ſingulis prout vult: Ergo non eſt alligatum hoc donum Concilio vel Papæ, ſed datur à DEO, cui ipſe voluerit, uti & experientia teſtatur*. Reſp. loquitur Apoſtolus de particularibus (ſeu privatis) hominibus; ſed alia ratio Concilii & Pontificis. Ridiculus eſt Ameſius, cùm replicat: *Etiam Pontifices eſſe particulares homines, & Concilia particularibus hominibus conſtare*. Utique univerſales non eſſe, nemo niſi fatuus ambigit: privatos autem eos eſſe, & non perſonas publicas, ac Eccleſiæ Paſtores à DEO authoratos, quis pius dubitat?

Undecimum argum. ex 1. Theſſal. 5. verſ. 21. *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete*. Ex 1. Joan. 4. verſ. 1. *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex DEO ſint. Ergo etiam Concilii & Papæ ſententia probanda & examinanda eſt*. Reſp. non ſequitur, oportere omnia Eccleſiæ membra id præſtare, & circa omnia etiam quæ jam communi Eccleſiæ ſenſu examinata, & probata ſunt. Ergo ſoli ſpiritus privati & dubii ſub examen cadunt, nec omnium, ſed peritorum. Multi enim, immò plerique de plebe, non plus de ejuſmodi dubiis ſpiritibus & doctrinis decernere queunt, quàm cæcus de coloribus. Principium verò petit Ameſius, cùm replicat: *ad omnes eos ſpectare probationem ſpirituum, ad quos pertinet non omni ſpiritui credere*. Reſpond. Poſterius omnium ovium eſt; prius ferè proprium Paſtorum, à quibus Oves tutò diſcunt, quid credendum ſit. Quàm patenter autem falſum eſt, quod ſubjicit Ameſius: *Per ſe nulla una doctrina magis dubia eſt quàm alia*. Sed quid certius, quàm omnem notitiam minùs probabilem, eſſe magis dubiam per ſe, quàm quæ habet indicia ſummæ probabilitatis? De hoc qui dubitat, modicum aliis dubium relinquit, an habeat ſanum ſinciput. Anne doctrina de Providentia Numinis & animæ immortalitate dicenda eſt dubia, quia nequiſſimi Athei protervè eam in dubium vocant? Nempe væcordibus ejuſmodi cavillis ENERVATUR BELLARMINUS!

Duodecimum argum. eſt ex *Epheſ. 2. verſ. 19. Superædificati eſtis ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum; Papa & Concilium non ſunt fidei fundamentum*. Quid hoc! enthymemane, an Syllogiſmus? Si prius;

eodem

eodem modo licebit inferre: Christus est fundamentum supra quod ædificari debemus; ergo Apostoli non sunt fidei fundamentum; quod repugnat Apostolo. Si est Syllogismus, addenda erit hæc Conclusio: Ergo non estis ædificati supra Papam & Concilium. Resp. Si minor intelligatur de fundamento primario, admittitur totus syllogismus, qui nihil continet contra nos. Si de secundario fundamento, applicante nobis infallibiliter Divinas revelationes, Prophetis & Apostolis olim factas, negatur Minor. Quæ replicat Amesius, petunt principium, vel apertè falsum assumunt, vel putidè cavillantur, ut cùm in fine ait: *A Lino & Clemente non expectabant homines certitudinem illius doctrinæ, quam Joannes Apostolus ipsis prædicabat*. Sic est. Quid hinc conficitur? Ergo post decessum Apostolorum (quorum singuli poterant suam prædicationem & Scripturam reddere evidenter credibilem sequentibus signis) etiam non indigemus infallibilibus Pastoribus & Doctoribus usque ad consummationem sæculi &c.? *σοφῶς*!

Decimum tertium argum. *Si Pontifex judicat de Scripturis, sequitur, Pontificem seu Concilium esse supra Scripturam. & si Scripturæ sensus sine Pontifice vel Concilio non est authenticus, sequitur Verbum Dei accipere robur à verbo hominum*. Resp. Papa non judicat de veritate Scripturæ, quam supponit, sed tantùm de ejus vera interpretatione; Unde non magis est supra Scripturam quàm Jurisconsultus supra leges quas interpretatur, hoc solo discrimine, quòd hic non sit indefectibilis. Verum alioqui est, *si Scriptura apertè diceret aliquid (puta Cœnam Dominicam communicantibus administrandam esse in utraque specie) & Pontifex judicaret contrarium, eum ità judicaturum de Scripturis, ut sibimet illas subjiciat*; hoc inquam, quod Amesius hypotheticè affirmat, verissimum est, sicut vicissim id quod tacitè supponit, quàm verum est de Neo-Evangelicis, tam falsum est de Papa & Concilio. Porrò *Interpretatio Pontificis* non est *absolutè ità recipienda, quia ab illo* (ut à persona privata fallibili) *proficiscitur*, sed quia per assistentiam Spiritus S. ab errore servatur; & ideò *sensus Scripturæ*, qui non *est ipse cortex literæ Scriptæ*, nec *quoad hoc* propriè & principaliter *subjicitur Pontificis*, sed Spiritus S. *authoritati*. Quod denique addit *Pighium*, *Casanum*, *Cochlæum*, *Hosium*, *& alios ejusdem farinæ* defendere Consequens & Consequentiam, videbitur tom. 2. in fine lib. 1.

Decimum quartum argum. *Si à judicio Ecclesiæ pendet fides nostra, ergo pendet à Verbo hominum*. Resp. Verbum Concilii vel Pontificis ex Cathedra docentis, non est omnino verbum hominis, sed aliquo modo Verbum Dei. Non autem sic est *aliquo modo Verbum Dei, quidquid cum Verbo Dei consentit, quamvis ab uno aliquo privato proponatur*; Unde non mirum, à tali verbo, quà tali, non pendere fidem. Quamvis autem infallibilis interpretatio Verbi Dei, absolutè diceretur Verbum Dei, tamen non nisi fatuè (aut certè nimis imperitè) hinc inferretur; *nos tot volumina habere Verbi Dei, quot sunt tomi Conciliorum, Decretorum ac Decretalium Epistolarum, & ea omnia paris esse authoritatis cum Vetere & Novo Testamento*; uti cavillatur Amesius.

Argum. ultim. *Patres in Scripturis exponendis non usurpant prætoriam judicandi potestatem, sed permittunt explanationes suas ab aliis judicari*. Quid indè? ergone Papa & Concilium etiam debent liberam relinquere definitionum fidei admissionem aut rejectionem? Ergo Synodus Nicæna, Constantinop. Ephesina &c. sub anathemare sua decreta sancientes peccarunt? Ogganniat hoc Puritanus suis Hierarchicis Anglis, Statibus Hollandiæ Dordraci coeuntibus, Serenissimo Electori Saxoniæ, aliisque Protestantium Proceribus. Videant quæ dixi in 2. part. Irenici Anti-Calixt. cap. 2.

Et in Exam. Examinis Conringiani I
De cætero: *In docendo potuerunt Patre*
rare, ut privati Doctores, sed ex Ca
tes, *gubernantur à Spiritu S.* quoad infal
minus ac *Apostoli gubernantur*. Coroni
dere & discutere libet Quæstionem,
ità format:

§. I.

Utrum fides nostra (Calvinistica) an I
nitatur fundamento?

Quæstionem hanc movet Amesius
cepta ex argumento 15. Bellarmini,
tione sic ajebat: Sciendum est, pro
concludi tali syllogismo: Quidquid D
Scripturis, est verum; hoc autem re
pturis; ergo hoc est verum. Ex pro
jus syllogismi prima certa est apud o
etiam apud Catholicos est firmissima:
stimonio Ecclesiæ, Concilii vel Pontif
habemus in Scripturis apertas promissi
rare non possint. Act. 15. vers. 28. *Vis*
& nobis. Et Luc. 22. vers. 32. *Rogavi*
non deficiat fides tua. At apud hæreti
conjecturis, vel judicio proprii spiritus
nus. Ad quæ Amesius ait: *Pontificii hom*
dùm hanc Bellarmini *analysin) est hujus*
quid Deus revelavit in Scripturis, illuc
traditiones omnes non scriptæ in primo prin
duntur. Resp. Non magis excluduntur
illud principium, quàm reliqua tria Eva
propositionem: Quidquid S. Joanne
scripsit, verum est. 2. Deus apertè re
pturis, Ecclesiam, Concilium, Pont
non posse errare Actor. 15. vers. 28. L
ubi Ecclesia propter Scripturam credendum e
propter Ecclesiam Scriptura. Hoc effatum
pertè falsum, patet cuivis, cùm nec lo
Scripturæ mentio &c. Pergit Amesius,
autem fides agnoscitur esse talis: Quidquid
ris revelavit, illud est verum. Sed Deus
velavit apertè, Christum esse mundi Redem
cœna tantùm esse ejus corporis signum
dem fidei certitudine credimus Christum, &
dimus ut necessaria, quæ Pontificii dicunt
cipium ipsum credendorum, Ecclesiam scili
Pontificem non posse errare. Illam enim fi
Bellarm. ad authoritatem Ecclesiæ, sed imm
pturam. Sic autem nos credimus omnia cr
Igitur fides ex Bellarmini ipsius confessione es
negabit enim quisquam opinor sanæ mentis,
aperta sint Scripturæ testimonia de Christo,
Romano? Neque ullam aliam conjecturam
privatum sequimur, cùm Christum Redempt
mus immediatè propter testimonium Scripturæ
qui necesse est, cum primùm credunt Ecclesia
Pontificem non posse errare. Resp. Scaten
omnia Amesii fraudibus & erroribus. I
fallitur. I. Dum putat, aut putare se
larminum resolvere fidem præcisè & ad
thoritatem Ecclesiæ, ut in principium;
cipio unicè nos niti, quia continetur i
ris. Hoc etenim si faceremus, fateor à
excusari nequiremus. Sed longè aliter
mox patebit. II. Fucum facit imperitis.
dere satagit in syllogismi sui Minore: *Se*
eadem certitudine, qua nos Catholici credimu
dorum principium. Nimis hoc falsum est.
liùs incautos deciperet, posuit exemplu
Redemptore admissum non à Catholicis

etiam à plerisque omnibus hæreticis, qui quoquo modo nomine Christiano gloriantur. Quodsi ejus loco ponatur articulus Sacramentarius proprius, mox subsumpti falsitas elucescit. IV. Nequiter etiam fallit, cùm Ecclesiæ visibilitatem, sub nomine Rom. Pontificis, cum revelatione de Christo in Scripturis facta comparando ait: *Non negabit quisquam sanæ mentis, quin æquè saltem aperta sint Scripturæ testimonia de Christo* (& præsentia ejus per figuram panis in Cœna) *ac de Rom. Pontifice*, Ecclesia Catholica. Sanæ mentis profectò fuit, qui in verba illa Psal. 30. vers. 13. *Qui videbant me, foras fugerunt &c.* sic scripsit: *Obscurius dixerunt Prophetæ de Christo quàm de Ecclesia; puto propterea, quia videbant in spiritu, contra Ecclesiam homines facturos particulas, & de Christo non tantam litem habituros &c.* Prætcrea nimis falsum est, quod ait Amesius: *Se, & suos nullam aliam conjecturam aut spiritum privatum sequi, cùm Christum Redemptorem* (ejusque corporis tantùm figuram in Cœna) esse *credunt immediatè propter Scripturas*; contrarium enim uno ore testantur omnes Christiani non Sacramentarii. V. Æquè falsum est quod addit: *Necesse esse nos sequi Scripturam, cùm primò credimus Ecclesiam, Concilium, Pontificem non posse errare*, ut mox patebit. VI. Decumanus error omniumque ferè hæreticorum parens est ille, quem his verbis deprædicat: *Nostra fides nititur illo testimonio, quod nunquam est falsum*: h. e. Fides Sacramentaria nititur illo verborum velamine, quo hæreticorum quilibet suæ imaginationis idola convestit, ut quasi ad oculum monstratur in Animadversione Antikedd. Musei §. 10. VII. Fraudulenter ait: *Fides Pontificiorum testimonio nititur Pontificis: quem in multis errare & falli posse ipsi fatentur.* Prior pars hujus Asserti universaliter accepti falsissima est, ut constabit ex infrà dicendis: posterior pars est ad decipiendum incautos composita. Papam ut hominem privatum in plurimis errare & falli posse, fatemur: in judicio ex Cathedra, pernegamus. VIII. Iterum sycophantatur, cùm ait: *Nostra* (Calvinistica) *fides illo testimonio nititur, quo primi fideles* (hoc Thrasonismo quis hæreticorum non gaudet?) *qui primam Ecclesiam Christianam constituebant, adducebantur ad credendum, qui nullum Concilium, Pontificem, aut Ecclesiam, ut fidei suæ rationem spectabant. Pontificii autem alio testimonio nituntur, quod illis* (primis fidelibus) *defuit*. Offuciæ sunt hæ fallendis rudibus idoneæ, quibus aperta mendacia velantur. Quis enim primorum fidelium ab Apostolis ad Christum conversus non nitebatur (tamquam fidem infallibiliter proponente) testimonio Ministri Ecclesiæ Christianæ, quemque talem esse non fieret ei evidenter credibile? Nemo, nemo unus; Loquor de lege ordinaria. Quod denique IX. ait: *Lucem aliquam huic suæ considerationi adferri posse ex ista confessione Alexandri Pezantii in 2. 2. quæst. 1. art. 1. Disp. 3. Fides non resolvitur, tamquam in rationem formalem assentiendi, in authoritatem Ecclesiæ, seu Summi Pontificis, vel per se, vel unà cum Concilio: quia fides Apostolorum, quæ est ejusdem rationis cum nostra, non nitebatur tali authoritate; ergo nec nostra.* Hoc dictum Pezantii rectè intellectum est verissimum, nec tantillum communi & veræ resolutioni fidei Divinæ refragatur, quam juvat hic breviter explicare, ad dissipandas Amesii nebulas, per seqq. assertiones. I. Principium actuum fidei non est aliud, quam ipsa ratio formalis credendi mysteria, nempe, prima veritas revelans. Unde II. sive dicatur fides esse discursiva, sive negetur, (quod inter Theologos sub opinione pendet) semper verum est apud omnes Catholicos, quemvis assensum mysteriorum fidei Christianæ, vel formaliter, vel virtualiter inniti, indispensabiliter, istis duobus principiis: Quidquid Deus revelavit, (sive in Scriptura expressum sit, sive ore tantùm traditum ad alios pervenerit) infallibiliter verum, & credendum est: &, hoc N. mysterium Deus revelavit. III. Cùm revelatio vel locutio Dei sit varia, variisque innotescat; hinc in primis omnes ii, quibus immediatè Deus locutus est, (uti de Apostolis ajebat Pezantius, idemque de Prophetis &c.) nullis aliis adminiculis ac regulis opus habebant ad credendum, nisi illis ipsis indicus, quibus evidenter iisdem fiebat credibile, Deum esse, qui loquitur. IV. Cæteri autem omnes deinceps, præter motiva credibilitatis, indigemus aliquibus regulis infallibilibus, ne aberremus, tum in ipso numero contextu verbali credendorum, tum in ipso genuino verborum sensu. V. Regula ejusmodi alia est non viva, scilicet Verbum Dei, sive scriptum sive traditum; vel viva, & est Ecclesia loquens per Caput suum Rom. Pontificem, sive hoc fiat in Concilio Generali, sive extra, dummodo ex Cathedra & cum debitis industriis fiat. Hinc VI. patet, non requiri necessariò ad omnem fidei assensum etiam nunc, ut propositio fiat per infallibilem Ecclesiæ authoritatem. Nam ipsa infallibilis Ecclesiæ authoritas creditur fide Divina, quæ docet in Ecclesia esse talem authoritatem. Sed ante assensum hujus articuli non exigitur ipsa authoritas infallibilis proposita fidelibus, tamquam motivum assensus; Ergo non ad omnem assensum fidei opus est propositione per infallibilem authoritatem Ecclesiæ. Confirmatur experientia, qua constat, non modò Actor. 3. & 4. S. Petrum, nulla facta mentione Ecclesiæ & Præpositorum ejus, multa millia ad fidem Christi perduxisse; sed etiam alios plures viso miraculo, aut aliis illustrioribus fidei motivis perspectis credidisse in Christum, & etiam sic martyrio vel aliter vita functos, antequam de Ecclesia & posterioribus Symboli articulis instruerentur. Hinc infertur ulterius VII. necessariam esse propositionem dogmatum fidei per infallibilem Ecclesiæ authoritatem tunc demum, quoties assensus fidei dependet per se ab authoritate Ecclesiæ, uti fit in dogmatibus, quibus ante definitionem Ecclesiæ inter Catholicos controversis, & sola Ecclesiæ definitione communiter credibilibus, Catholicè assensum præbemus; ut si jam definiretur immaculata B. Virginis Deiparæ conceptio; aut sicut jam definitum est, quinque propositiones Jansenianas esse hæreticas. Infertur VIII. Ut nunc corpus doctrinæ Catholicæ universum dilatatur sine erroris periculo, consueta & ordinaria Dei providentia requiri talem propositionem dogmatum, quæ conjuncta sit cum publica authoritate Ecclesiæ; quod patet vel exemplo sancti Augustini, cujus est tritum illud: *Ego autem Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ commoveret authoritas*. Patet denique IX. quomodo sine ullo circuli vitio fides Catholica nihilominus resolvi etiam possit aliqua ratione in Ecclesiæ authoritatem. Nam si quis petat à me: Unde scis, Christum esse mundi Redemptorem, Ejus corpus realiter & substantialiter esse sub speciebus panis &c.? (idemque est de omnibus articulis) Respondeo, propter authoritatem Dei in Divinis literis ità revelantem. Unde scis, has literas esse Divinas? Respondeo, quia Ecclesia à Spiritu S. edocta eas infallibili authoritate proponit. Sed unde scis, Eam infallibili præditam authoritate, ac veritatis Magistram à Deo constitutam esse? Respondeo, me id credere propter authoritatem Dei loquentis per eandem Ecclesiam. At unde scis Deum per os Ecclesiæ verè loqui? Respondeo, me id credere, quia volo, seu, quia voluntatis imperio flecto & captivo intellectum meum in obsequium hoc fidei obscuræ (& hic jam mutatur motivi fidei genus, transeundo ab intellectu ad voluntatem, non tamen ideò filum resolutionis abrumpitur.) Unde verò tibi hæc voluntas captivandi Te, & acceptandi

hanc

hanc Ecclesiam ut Regulam fidei vivam & Organum Dei ? Respondeo, quia perspicuè video, id adeò honestatis & prudentiæ legibus congruere, ut manifestæ sit temeritatis, impietatis ac insaniæ, in re tanti momenti id non facere. Quòd si demum instes: unde clarè sciam, quòd hæc sit vera & infallibilis Dei Ecclesia ? Respondeo, quia evidentissimum est huic Ecclesiæ eas notas inesse, quæ cætera Dei quæcumque organa reddidere hominibus credibilia, quæque ad hoc jure desiderari queunt. Evidens enim est, hanc Romano Pontifici ut Capiti visibili junctam congregationem ab Apostolis plantatam esse nemine in dubium id vocante. Evidens est, eam hucusque perstitisse cum perpetua Pastorum & Doctorum successione in unius Dei & Salvatoris professione. Evidens est, in ea semper floruisse plurimos sapientia, vitæ innocentia, sæculi contemptu, miraculorum gloria, ac ipsa sanguinis profusione conspicuos Viros. Evidens est, vetera Prophetarum vaticinia de splendore & amplitudine veræ gentium Ecclesiæ ei soli mirificè convenire. Evidens est, in ea summam esse doctrinæ consensionem, nullas sectas; ac denique nullam in ea unquam factam esse doctrinæ ad fidem pertinentis mutationem &c. Videantur plura huc pertinentia in Analysi P. Thomæ Baconi Disp. 4. per totam, ubi etiam circulum illum spiritus privati in Amesio &c. luculentè revincit. Sed hoc relicto videamus.

§. II.

Nonnulla quæ ex lib. 3. Bellarmini carpit Joannes Gerhardus.

Gerhardus gravissimam illam Quæstionem, de Judice controversiarum, fusè à Bellarmino lib. 3. pertractatam obiter & jejunè tangit; tres verò alias Quæstiones ex eodem Libro movet. Prima, & ordine apud Gerhardum nona, est: *An Scriptura S. interpretatio ex ipsa S. Sriptura peti possit ac debeat?* Producit Bellarminum cap. 9. §. 1. dicentem: Scriptura varios sensus recipit, nec potest dicere, quis sit verus. Et postea: Scriptura seipsam interpretari non potest. Huic asserto opponit Gerhardus locum ex cap. 3. §. sed quamquam, ubi dicitur: Eum sensum, qui ex verbis Scripturæ immediatè colligitur, certum est esse sensum Spiritus S. *Si ille sensus*, inquit Gerhardus, *qui ex verbis Scripturæ immediatè colligitur, est sensus Spiritus S.; ergo sensus spiritus S. sive Scripturæ sensus ex verbis Scripturæ colligi potest.* Sed quæso, quænam hic contradictio ? numquid optimè cohæret, ut Scripturæ sensus in nonnullis sit apertus, certusque, adeoque ab omnibus admissus (*E. G. Abraham duos filios habuit Gallat. 4.*) alibi in plurimis sit valdè controversus, & difficilis sive ex natura sua, sive ob voluntarias Lectorum tenebras ? (uti suprà vidimus ex Actor. 19.) De obviis & planis locis loquitur Bellarm. in cap. 3. de difficilibus & controversis in cap. 9.

Th. 17. adducit ex lib. 1. de Euchar. cap. 9. verba Bellarmini, quibus demonstrare voluit, quòd verba institutionis Eucharisticæ propriè, non figuratè accipi debeant. Hinc infert Gerhardus: *Idem de reliquis articulis fidei dici potest, ac debet; Est enim eadem ratio etiam reliquorum. Proinde in omnibus ac singulis fidei articulis retinendus sensus literalis, qui est à Spiritu S. intentus.* Sit ità, quis hoc negat ? Addit: *Et per consequens ex literali Scripturæ sensu colligi potest & debet, quæ de singulis fidei articulis sit Spiritus S. sententia.* Transeat & hoc de verbis, vel omnium consensu apertis, vel juxta sensum & interpretationem publicam Ecclesiæ.

Th. 19. ex lib. 4. cap. 4. è verbis istis Bellarmini:

Nota duo esse in Scriptura, voces sc
sum eis inclusum; voces sunt quasi v
est ipse gladius Spiritus. Infert Gerhar
Scripturæ non solùm sunt voces scriptæ, s
eis inclusus, utique sensus ille ex Scriptu
debet. Concedo Sequelam de Pastoril
ribus legitimis, quibus à Deo id muner
nego de verbi Lutherani & Calvinis
qui illa satis aperta verba: *Hoc est co*
alia similia impiè ad suorum phantasm
torquent. Idem dicendum ad Th. 20.

Th. 21. proponit Quæstionem decim
lo sensu literali firma & efficacia argumenta
git hic Gerhardus magnam inter Doc
cos dissensionem, & Bellarminum const
theranis docere affirmativam. Sed t
(immò vix esse potest) dissensio, si
bene exponatur, nempe: Ordinariè loc
su tantùm literali petenda esse argumen
sæpè non constat de sensu mystico à Sp
to; Si tamen (ut subinde fit) de hoc c
firma ex eo, ac literali sensu peti pote
ta. Nec plus hic mysterii.

Th. 28. proponit Quæstionem undec
fidei articulis etiam consequentiæ ex S. Sc
sint admittendæ? Nulla est hic quoad i
ficultas, aut articulus controversus n
theranos. Fatentur omnes Catholici
nimum probabile, quamvis Conclusio
ex præmissis fidei deductam esse falter
fide. Unde cùm Pintus, Gonterius, c
Gerhardo citati videntur oppositum se
bio non loquuntur de Conclusionibus,
denter ex veris fidei præmissis deducu
quuntur ad hominem contra Heterodo
purum putum verbum Dei scriptum iden
tamen cùm ad rem ventum est, se
tus docuit, eos quoties contra Catho
tur, semper vel in præmissa alterutr
flagitiosè, juxta suam phantasiam S.
ba torquere, vel saltem pessimè ex pr
quo sensu veris discurrere. Idem Sc
faciunt Lutherani præcones omnes,
larmino sexcenties facit Gerhardus in
re quod excutimus; grandis ideò au
imposturæ reus.

V I N D I C

Pro Libro Quarto De Verb

Ad CAPUT II.

QUIA Amesius contra divisiones
à Bellarmino hoc cap. allatas,
meritò creditur, illas ab eo
Prior divisio sumitur penes Authores T
& ità aliquæ sunt *Divinæ*, quæ accepta
Christo Apostolos docente, & nusqua
literis inveniuntur; uti sunt materiæ &
mentorum. *Apostolicæ*, quæ ab Apos
sunt, non tamen absque Spiritus S. a
nihilominus non exstant scriptæ in eo
quale est Quadragesimale jejunium.
subinde Divinæ etiam dici Apostolicæ
his primùm Ecclesiæ traditæ sint; &
postolicæ interdum dicuntur Divinæ, e
stoli eas non sine spiritu Dei instituer
modo omnes eorum Epistolæ, & Apos

dicuntur Divina pariter & Apostolica scripta, etiamsi in eis quædam sint præcepta Divina, quædam propriè Apostolica; ut patet ex illo 1. Corint. 7. vers. 18. *Præcipio non ego, sed Dominus*. Et postea vers. 12. *Dico ego, non Dominus*. Præter Divinas & Apostolicas dantur etiam *Ecclesiastica* Traditiones, quæ propriè sunt consuetudines quædam antiquæ, vel à Prælatis vel à populis inchoatæ, quæ paulatim tacito consensu populorum vim legis obtinuerunt. Porrò traditiones Divinæ eandem vim habent, quam præcepta Divina scripta in Evangeliis: Apostolicæ non scriptæ eandem quæ scriptæ: idemque est de Ecclesiasticis. Ratione materiæ, aliquæ traditiones sunt fidei, aliæ ad mores pertinent: rursus aliæ sunt perpetuæ, aliæ temporales: aliquæ universales, aliæ particulares: aliæ necessariæ, continentes præceptum, aliæ liberæ.

Ad CAPUT III.

STatum controversiæ de Verbo Dei non scripto, seu ut Amesius vult: De sufficientia: vel ut Gerhardo placet: De perfectione Scripturæ: Bellarminus hoc modo proponit: I. Nos asserimus, in Scripturis non contineri expressam ac totam doctrinam necessariam, sive de fide, sive de moribus; & proinde præter verbum Dei scriptum, requiri etiam non scriptum, idest, Divinas & Apostolicas traditiones. At ipsi (hæretici) docent, in Scriptura omnia contineri ad fidem & mores necessaria, & proinde non esse opus alio verbo non scripto. II. Illi existimant, Apostolos quædam instituisse præter Scripturam, quæ ad ritus & ordinem Ecclesiæ pertinent, quæ tamen non sunt necessaria nec præcepta, sed libera: nihil autem tradidisse præter Scripturam ad fidem aut mores necessariò pertinens. Nos autem agnoscimus traditiones Apostolicas omnis generis. III. Illi putant, traditiones Apostolicas, si quæ fuerunt, nunc non exstare, idest, non certò posse demonstrari aliquam Apostolicam traditionem. Nos è contrà asserimus, non deesse certas vias & rationes, quibus Apostolicæ traditiones ostendantur. Amesius ait: *Se in isthoc statu Quæstionis nihil ferè desiderare: tantùm in primo membro vocem*, expressè, *ambiguè poni; quia non quæritur, an totidem verbis omnia necessaria in Scripturis contineantur; sed vel sententia expressa, vel per necessariam consequentiam indè colligenda. In secundo etiam membro* ait, *eos qui negant, quædam ab Apostolis instituta* necessaria, *intelligendos esse de necessitate perpetua & universali: quidquid enim ab Apostolis institutum fuit, fuit etiam necessarium pro illo tempore, & pro illis Ecclesiis, pro quibus fuit institutum: Illud quoque quod in tertio membro dicitur de certitudine, intelligi debere de certitudine fidei Divinæ, non alia*. Sed 1. quoad ly *Expressè* nihil mutandum aut explicandum est. Neque enim hìc sermo est de revelatione Dei mediata; Illationes verò Calvinistarum & Lutheranorum nec pili æstimandas jam sæpè monuimus, & deinceps innumeris & luculentis exemplis constabit. 2. Falsum esse, instituta omnia Apostolica necessitatem imponentia fuisse tantùm pro eo tempore & loco necessaria servatu, patet exemplo Quadragesimæ &c.? 3. Certitudine fidei constat esse nonnulla, quæ ex Apostolica traditione habentur, ac ad fidem pertinent, ut non rebaptizandos, qui ab hæreticis baptizati sunt; Hæc quatuor Evangelia quæ habemus esse Verbum Dei &c. Alia quæ liberæ sunt observantiæ ab Apostolis instituta non cognoscuntur nisi certitudine morali.

Post statum Quæstionis expositum, notandum est, quòd dum Amesius dissimulat defendere Parentem suum Calvinum, uterinosque suos Brentium & Kemnitium à criminatione mendacii, cujus illos Bellarminus convicit (itemque Gretserus contra illorum hyperaspistas Witakerum & Junium) hoc ipso fatetur, eos reos, cum non exiguo præjudicio causæ suæ, quæ tam mendaces patronos habet.

Ad CAPUT IV.

MUltis ineluctabilibus argumentis Bellarminus hoc Capite sacrarum Traditionum fidem contra Heterodoxos adstruit, quæ ut ordine pertractentur, in seqq. paragraphos distribuere opportunum erit, & in primis.

§. I.

Defenditur Traditionum à Bellarmino asserta necessitas.

I. Bis mille annis usque ad Moysen conservata est religio sola traditione; Ergo S. Scriptura non est simpliciter Ecclesiæ necessaria. Amesius videns Witakeri, Junii &c. sociorum suorum effugia esse à P. Gretsero præclusa, alia molitur, sed infœliciter. Ait 1. *Simili ratione argutari licet, diu conservatam fuisse religionem, non tantùm sine Pontifice Romano, sed etiam sine baptismo & Cœna Dominica, cum similibus institutis; ergo non sunt simpliciter necessaria*. Resp. Concedo totum. Sunt enim hæc tantùm necessaria ex hypothesi liberæ institutionis Divinæ cum decreto obligante. Potuisset Christus simpliciter alia media & præcepta suæ Ecclesiæ præscribere, quis dubitet? Ostendatur verò simile decretum Dei obligans ad habendum necessariò verbum scriptum, & obtinebunt intentum. 2. Ait: *Falsum est, toto illo tempore conservatam fuisse religionem sola traditione ordinaria, è manu quasi unius hominis in manum alterius. Viva Dei vox perpetuò ferè sonabat in Ecclesia*. Resp. Amesius temerè pronuntiat falsum, cujus oppositum nec leviter probare potest; nam posterius effatum non est probatio prioris, sed illustrissima ἀπόδειξις mendacissimæ audaciæ; Quam 2. continuat etiam in Th. seqq. ubi cùm Bellarminus dixisset: Quòd præter Judæos, Job & multi alii ad Ecclesiam Dei pertinuerint: Et in ipso populo Dei etsi Scripturæ extarent, tamen magis usi fuerint Judæi traditione quàm Scriptura, ut patet Tum Exod. 12. vers. 8. Job 8. vers. 8. Judic. 6. vers. 13. Psalm. 43. vers. 1. & 77. vers. 3. Ecclesiast. 8. vers. 11. Tum quia ad tempus Esdræ, Scripturæ non erant redactæ ad formam librorum, ut facilè haberi possent, sed erant dispersæ, ita ut interdum ex negligentia Sacerdotum longo tempore non invenirentur, ut constat ex 4. Reg. 22. ubi ex illa consternatione & trepidatione totius Israelis ob inventionem libri legis, perspicuè elucescit, aut nulla aut pauca exemplaria legis tunc Hierosolymis superfuisse. Hoc cùm è Scripturis, jubare meridiano sit clarius, audet tamen Amesius *manifestè falsum* dicere, quòd Judæi magis usi fuerint traditione quàm Scriptura. Quomodo autem probat tam audax effatum? *Officium*, inquit, *eorum fuit, verba legis perpetuò habere in oculis, in corde & in ore. Deut. 6. vers. 6. 7. 8. 9.* Verba loc. cit. hæc sunt: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*. Hæc ergo est lex, seu præceptum Dei, de quo mox subditur: *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis: & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostiis domus*. Ecce: cùm tanta vehementia inculcetur primum & maximum Dei mandatum in Lege, nullo verbo fit mentio Scripturæ & Lectionis; totum enim quod hic indicatur,

catur, sine ulla Scriptura, in chartis aut membranis exactè perfici potuit; nec prorsus aliud, omni illa locutionum varietate intendit DEUS, quàm exstimulare Judæos, ut curent, ne mandatorum ejus obliviscantur, sed sæpè animo ea revolvant, ac ita præsentem omnium memoriam habeant, acsi frontalibus, dextralibus, & liminaribus inscripta haberent. Legatur S. Hieronym. in illa verba cap. 23. S. Matth. *Dilatant phylacteria sua &c.* & patebit, Amesium verba citata Deuteronomii prorsus Pharisaicè interpretari. Falsum etiam est, quod ait: *Si qui pii vivebant extra Ecclesiam* (Synagogam Judæorum debebat dicere) *visibilem, cum illis extra ordinem egit DEUS*. Sed quomodo extra ordinem, cùm eundem ordinem servarit, duobus annorum millibus ante legem Moysis, & nulli nisi ex gente Hebræa tenerentur legibus illius particularis Ecclesiæ? Cæteri, uti Job ejusque amici, Ninivitæ &c., justificabantur & salvabantur per observantiam Legis naturæ, quæ per veras traditiones à Noè ad ipsos pervenerat.

II. A Christi adventu, inquit Bellarm. per annos multos, fuit Ecclesia sine Scripturis, ita ut adhuc suo tempore scribat S. Irenæus lib. 3. cap. 4. fuisse gentes aliquas Christianas, quæ solis traditionibus, sine Scripturis, optimè viverent. Ex qua deductione satis apparet, Scripturas non esse simpliciter necessarias. Amesius cùm hic nil habeat quod ad rem faciat, confugit 1. ad Vetus Testamentum. Sed de hoc jam non quæritur. 2. Ait ex eo: *quòd sapientissimus DEUS voluit Apostolos Evangelium viva voce prædicatum, quàm primùm scriptis consignare, hoc ipso ostenditur necessitas Scripturæ*. At quomodo quæso ostenditur hæc necessitas? Numquid sicut gentes illæ apud S. Irenæum *optimè vivebant sine Scripturis*, ita poterant & aliæ, ita & omnes? Si autem esset necessitas, sive medii sive præcepti, habere Scripturas Novi Testamenti, non potuissent illæ gentes optimè vivere vitam Christianam, non servando præceptum hoc, quod fingit Amesius, habendi Scripturas.

Hactenus ostendit Bellarminus, Scripturas non esse simpliciter necessarias; jam etiam probatur

§. II.

Scripturas non esse sufficientes sine traditionibus, quamvis traditiones sufficientes fuerint sine Scripturis.

Si Amesio credimus: *Hic Bellarminus duplici blasphemia traditiones extollit supra Scripturas*. Hic nimirum mos est Hæreticorum, cùm maximè convincuntur eorum errores, tunc insolentissimè calumniari, ne victi videantur. Experiamur porrò quàm viriliter enervet Bellarmini argumenta.

I. Argumento. Vel totus Canon Scripturarum simul sumptus est sufficiens, vel singuli libri per se. Non singuli, ut ipsi hæretici admittunt: neque totus Canon; quia multi libri verè Canonici perierunt. Mirificè torquentur hoc argumento Novatores. Amesius, Witakeri, Junii, Sibrandi, &c. magis relictis, Respondet 1. *Non est sufficiens enumeratio in disjunctione. Illi enim libri Scripturæ, qui exstant, conjunctim considerati, neque sunt unus liber, neque singularis*, ut Bellarminus judicat, *totus Canon: istos tamen sufficientes affirmamus*. Sed contra 1. Quomodo sufficiunt, si non sunt totus Canon? quomodo non sunt totus Canon, si (ut Amesius num. 3. contendit) nullus liber Canonicus periit? Contra 2. Si Amesio non sufficit ea enumeratio in disjunctione, sufficiet saltem hæc: Vel totus Canon simul, vel singuli libri, vel aliqua pars librorum sufficiens est. Non 1. & 2. ut Amesius fatetur: ergo aliqua pars. Et quænam hæc? Determinetur, & erit Canon. 2.

Respondet: *Si etiam ex istis, qui exstant,*
ter liber periisset (ut Epistola 2. & 3. Joa
men essent sufficientes ad Ecclesiæ salutem.
in toto Canone, non sufficienter tantùm, se
saluti nostræ providit. Coincidit hæc re
cum illa Dan. Chamieri in Colloq. A
50. qui tamen addebat etiam, Epistola
nem. At cùm urgeretur, Cur non e
posset 1. Epistola sancti Joannis, Jacob
nil respondit, nisi *Argumentantem esse impo*
rùm enim verò unde sciunt, alios omn
se necessarios? & quænam indubitata re
tur hanc doctrinæ perfectionem: quæ
vus Scripturæ Canon? Cur tres illæ p
læ quàm aliæ demi possent? Quid de
versibus singulis statuent? Numquid ta
gentur, ut vix unum Evangeliorum libr
retineant? Aut saltem semper relinqu
nem resolvendam: Quinam & quot lib
ne possint auferri salva sufficientia. 3.
sius ullum è Canonicis libris periisse, a
lo, quo Bellarmin. suprà lib. 2. cap. 2.
vit: Hebræos & Græcos codices non e
sum corruptos. At certè hic paritate
probare oportebat. Maluit tamen San
re, dicendo: *Si perierunt libri Canonici,*
culpa fuit, qui etiam possunt ac debent no
dine scientia infallibilis, quam habere dic
Ecclesiæ restituere. Nempè sales & nugæ
enervant!

II. Argum. Si DEUS totum Verb
adæquatè in Scripturam conjicere volui
ti momenti Apostolis præcepisset, & A
iam alicubi apertè testatum reliquissent
quam factum legitur; Immò ad scriben
necessitate quadam coacti animum appl
takerus & Junius negant Minorem. A
negat Sequelam Majoris: *si de externo*
intelligatur. Verùm quid est opus exte
& quidnam est hoc *Externum*? numqu
verbis istis exprimitur? *Prædicate Ev*
Creaturæ. Marc. 16. vers. 15. 2. Dum A
qui mandatum ex eo, quòd juxta Bellarm.
Deo volente, suggerente & inspirante scrip
dit præcepta cum consiliis & suggestion
perabsurdum, ut Tom. 2. ex institu
Sed adhuc lepidius arguit. 3. *Joanni d*
calypsi mandatur, ut scribat: quod autem
tur, de cæteris intelligitur. Respon. Hoc
tet: Apostolos omnes jussos esse, *devo*
quia quod de uno exprimitur, de cæteris i
licet aut fatuè aut Calvinisticè sapient
gis, ait, *coacti fuerunt Apostoli scribere,*
re. Respon. Non coacti sunt Apostoli,
dicare. Scribere autem vel coactos v
probat Amesius, sed principium petit
ineptiarum finis. Ait enim 5. *Instantia*
Bellarmin. dicit quosdam Apostolorum ob
scriberent, satis ostendit necessitatem Scri
temporis Ecclesiæ notam. Rem oppidò
nempè *novam Ecclesiæ notam*. Hacten
vangelici communiter (& ipsemet Ame
ram Evangelii prædicationem posuer
nus *Scripturæ necessitatem*? Quid verò
tibus, quæ usque ad S. Irenæi temp
Scripturis vixerant? Quomodo auter
runt & Christianè crediderunt, & t
nota Ecclesiæ? Quo porrò syllogism
na colligitur hæc *nota*? 6. Malè sic
propter mandatum Dei, neque propter i
bentis, quæ in Mose non possunt negari,
minus sufficientiam Scripturæ ab ipsa exa

tota ratio nihil spectat ad quæstionem. Rectius ita intulisset: Ex mandato scribendi non infertur sufficientia Scripturæ; ergo multò minus cogitanda est, ubi nullum fuit mandatum.

Ad illud quod addit Bellarminus: *Si Apostoli doctrinam suam ex professo literis consignare voluissent, certè Catechismum aut similem librum confecissent. At illi vel historias scripserunt, ut Evangelista; vel Epistolas ex occasione aliqua, & in iis non nisi obiter disputationes de dogmatibus tractaverunt*. Nota, Amesium omisisse ly *ex professo*, nè scilicet cavillandi argumentum deficeret. Unde Respondet 1. *Quis hoc sibi arrogabit, ut Spiritui sancto sit à consilio, & modum agendi præscribat?* Verùm non præscribimus hic, nisi quod ipsa intentio finis, & mediorum opportunorum electio indè secuta præscribit etiam in actibus Divinis prudentissimis. 2. Instat exemplo *Mosis, qui doctrinam suam literis consignare voluit, & tamen historicè scripsit, sicut Evangelista*. Negatur assumptum de doctrinæ scriptione ex professo, quam ideò astutè omisit Amesius. 3. Ait: *Tam absurdè hic loquitur Bellarminus, ac si concludere vellet, Apostolos non voluisse doctrinam suam literis consignare*. Sed quid mirum, quòd ex truncato per malam fidem Antecedente, absurdum inferatur consequens? Rectene sic infertur? Apostoli ex professo suam doctrinam (universam) non scripserunt; ergo planè non scripserunt. 4. Ait: *Ineptè etiam, si non blasphemè agit Bellarmin. dum innuit, majorem fuisse sufficientiam futuram in uno Catechismo, quàm jam reperitur in omnibus scriptis Apostolorum*. Verùm quis dubitet in ordine ad nudam instructionem de dogmatibus fidei, potuisse Spiritum sanctum facillimè per Apostolos (vel omnes vel singulos) unum aliquem librum conscribere, qui omnia fidei dogmata usque ad hanc diem controversa, verbis apertissimis decidisset? Quis etiam dubitet, talem librum in ordine ad hunc finem præcisè, longè maximam habiturum sufficientiam? Ineptè igitur conviciatur Amesius id quod verum est, aut certè id quod non intelligit.

§. III.

Probatur idem Exemplis.

III. Argument. Bellarmini tale est: Multa sunt quæ ignorari non possunt, & tamen in Scripturis non continentur. Nam 1. Tempore Vet. Test. fœminæ remedium aliquod habebant, quo à peccato Originali purgarentur, sicut pro masculis instituta erat circumcisio, secundum multorum opinionem: quid autem esset pro fœminis, nusquam habet Scriptura. Prima Evasio Amesii est planè nugatoria & ridicula. *Ex confessione*, ait, *Bellarmini cap. 1. omnia scripta sunt, quæ sunt omnibus necessaria. Remedium fœminis necessarium, æque est omnibus necessarium, ac illud necessarium est masculis: Ergo remedium fœminis necessarium est in Scripturis*. Resp. cùm Bellarmini effatum loquatur de iis, quæ Scitu sunt omnibus necessaria, nimis ineptè subsumptum Amesii, de applicandi medii necessitate loquitur. Baptismus in re vel in voto susceptus, est omnibus indispensabiliter in Novo Testamento necessarius, ut Tom. 3. probabitur: notitia tamen ejus necessitatis non est omnibus etiam adultis necessitate medii necessaria; posset enim in infantia baptizatus, ignorans postea baptismi necessitatem, & credens de Trinitate & Christo præcisè quæ in Symbolo Apostolico continentur, posset inquam talis salvari. Adde, Minorem esse planè falsam & absurdam multipliciter, ut consideranti patebit. Secunda Evasio Amesii est mera petitio principii. Tertia est contumeliosa, cùm ait: *Non est ferenda sophistica Bellarmini impudentia, cùm hic dicat: sine dubio tale remedium purgans à peccato necessarium fuisse fœminis; & tamen viris Circumcisionem in illum finem institutam affirmat lib. 2. de Sacram. cap. 13. solummodo secundùm multorum opinionem; præsertim cùm ipse fateatur, multos veterum contra sentire lib. 1. cap. 4. de Sacram. baptis.* Resp. Non est ferenda contumeliosa impostura Amesii, aut certè stupida imperitia, dum Bellarmino affingit sive antilogiam sive amphibologiam. Bellarm. ubique agnoscit necessitatem remedii purgantis à peccato. In lib. 2. de Sacram. cap. 3. tantùm docet, Scotum cum aliis dicere: Circumcisionem justificasse ex opere operato, uti Sacramenta Novæ Legis. Sanctum Thomam verò cum aliis probabilius dicere: Hebræis meritum Christi in Veteri Lege fuisse applicatum per solam fidem, quæ tamen fides requirebat ut conditionem, sine qua non operabatur, Sacramentum Circumcisionis. Numquid ergo hoc loco juxta Bellarm. & omnes Catholicos, necessaria ad justificationem erat Circumcisio? sive deinde necessaria fuerit ut causa, sive ut conditio sine qua non, quod ad rem præsentem non facit. 4. Evasio Amesii, cùm ait, *Circumcisionem, quamvis facta fuerit tantùm in masculis, tamen institutam etiam pro fœminis, quia scilicet pro toto semine Abrahæ Gen. 17. vers. 9. 10.* coincidit ferè cum Witakeri, Junii, & Sibrandi delirio, aientium: *Vim circumcisionis ad fœminas pertigisse, & illas in Circumcisione virorum fuisse consecratas. Nam fœmina tamquam pars Viri habita est.* Fatuitatem hanc recitasse, refutasse est. Intolerabilior tamen in Amesio quàm Witakero & sociis, cum hanc à Gretsero castigatam facilè videre potuerit.

IV. Inquit Bellarm. Non est ullo modo credibile, non fuisse remedium ullum pro masculis morientibus ante diem octavam; & tamen nil hac de re exstat in Scriptura. Ait Amesius. 1. *Æquè est credibile, nullum fuisse remedium pro infantibus Judæorum ante octavam diem morientibus, ac illud quod à Pontificiis creditur, nullum esse remedium pro infantibus Christianorum morientibus antequam possint baptizari*. Resp. Nego assumptum. Disparitas est, quia pro nobis stat illa Salvatoris hypothetica universaliter peremptoria: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* nil tale pro sua credulitate habet Amesius. 2. Ait: *Bellarminus alibi incertum esse dicit, quod hic nullo modo credibile esse affirmat*. Et mox verba Bellarmini lib. de bapt. cap. 4. recitans, rursus impostorem agit, dum truncat de sententia hæc verba prorsus necessaria: *& quod illud esset*. Hæc verba prioribus, non disjunctivè, sed omnino copulativè jungenda sunt, uti conjunctio: *Et*, ipsaque Authoris intentio exigunt. Quos mox laudat, Alex. Alensis, & S. Thomas, nil eum juvant: uterque enim fidei internæ jungit actus externos, etsi hos omittat Amesius in testimonio sancti Thomæ. Quidquid verò de his sit, semper manet principale Bellarmini intentum: Nusquam in Sacra Scriptura exstare testimonium, parvulos sola fide aliena absque ullo externo actu fuisse salvatos.

V. Asserit Bellarmin. Gentiles multi salvati sunt tempore Veter. Testam. & tamen nihil pro eorum justificatione ab originali aliisque peccatis in Scriptura habetur. Amesius ait: *Quasi non disertè scriberetur, benedicendas omnes familias terræ in Abrahamo, Genes. 12. vers. 3. quod promissum accipiendum fuit per fidem, & accipientibus valebat ad justificationem, Rom. 4. vers. 3.* Demus hoc; at ex quo loco Scripturæ ostenditur, gentium quarumvis infantibus per solam fidem parentum fuisse applicatam illam benedictionem promissam?

§. IV.

§. IV.

Traditio est necessaria pro ipsa Scriptura.

VI. Arguit Bellarminus: Necesse est nosse exstare libros aliquos verè Divinos; & tamen hoc, nullo modo ex Scriptura haberi potest. Nam etiamsi Scriptura dicat, libros Prophetarum & Apostolorum esse Divinos, tamen non certò id credam, nisi prius credidero, Scripturam quæ hoc dicit, esse Divinam. Nam etiam in Alcorano Mahumeti passim legimus, ipsum Alcoranum de cœlo à DEO missum, & tamen et non credimus. Ergo hoc dogma tam necessarium; quòd scilicet sit aliqua Scriptura Divina, non potest sufficienter sciri ex sola Scriptura: proinde cùm fides nitatur Verbo DEI; nisi habeamus Verbum DEI non scriptum, nulla in nobis erit fides. Integrè visum est repetere hæc Bellarmini verba, quæ Amesius suo more truncando enervavit, ut haberet campum maledicendi, & comparandi Pontificios Mahumetanis. Statim enim ex ipsis Bellarmini verbis liquet, non comparari Scripturæ libros cum Alcorano, (ut Calvinistæ calumniantur) sed vult tantùm Bellarm. respectu nostri ad eliciendum assensum non satis esse, si Scriptura dicat: hanc vel illam Epistolam esse Divinam & Canonicam; Sed aliud quid præterea requiri: cùm quivis liber, quantumvis ab impostore scriptus, affirmare possit, se Divinum esse, ut patet exemplo Alcorani. Quid hic non rationabile & sanctum? impiè ergo cavillantur Calvinistæ. Nec mirum; hoc enim iis perfacile; difficillimum autem, immò impossibile est ipsis, enervare hoc Catholicorum argumentum, cujus vi Lutherani in Colloq. Ratisbonensi adacti sunt ad hæc ipsissima verba: *Multoties responsum est, esse aliquid necessariò credendum extra Scripturam, tamquam historia à Spiritu sancto tradita, & quidem fide infallibili, scilicet, qui sint libri Canonici, seu Verbum Dei scriptum.* Huic Hunniano asserto planè repugnant cum Pareo Amesius & alii Calvinistæ: Videamus quomodo Amesius probet intentum: *Sacras*, inquit, *Scripturas verè & certè Divinas esse, multis argumentis probat ipse Bellarm. lib. 1. cap. 2. quæ ex ipsis Scripturis petit, nulla mentione facta traditionum. Neque hic negat, hanc doctrinam in Scripturis contineri. Nihil igitur hoc argumento continetur de doctrina non scripta.* Resp. falsò imponit Amesius Bellarmino, quod huic nec in mentem, nec in stylum unquam venit. Numquam in illo cap. 2. lib. 1. vel leviter probare intendit ex ipsis Scripturæ libris, esse hos vel illos verè Divinos aut canonicos. Quòd autem ex communi Christianorum consensione ibidem supponat, esse aliquod Verbum Dei scriptum, cujus authentiam, canonem, editionem infrà suis locis examinanda reliquit, nihil ad rem hìc facit. Si Bellarminum loc. cit. putavit Amesius probasse libros sacros esse canonicos ex ipsis Scripturis, cur non paucis verbis argumentum tam palmare inclusit, & hic conspiciendum omnibus proposuit? Sed nimirum à more suo hic non debebat recedere, Enervare Bellarminum mentiendo & cavillando!

VII. Dixit Bellarmino. Non satis est scire, esse Scripturam Divinam; sed oportet scire, quæ sit illa: immò in particulari etiam scire oportet, istos qui sunt in manibus, esse illos. Hoc autem ex ipsa Scriptura scire est impossibile. Respondet Amesius, cum parente suo Calvino: *Iisdem argumentis, quibus ostenditur aliquos libros esse Scripturam Divinam, simul etiam ostenditur (maxima saltem ex parte) quinam sint illi. Neque est hæc doctrina non scripta, saltem de toto Veteri Testamento, & magna parte Novi.* Quænam verò sunt illa eadem argumenta? Numquid inclyta il-

la Criteria tantopere jactata à vobis?
non probant Luthero, quod vobis cum
bant: Epistolas sancti Jacobi, Judæ,
nis &c. esse libros Divinos? numquid
loquitur Calvinus) illi *spiritum* (Calvi
habens? Nempè huc ad illum privatum
ritum tandem omnis probationis pond
quod idem mox asserit etiam de ipsa
intelligentia. Hic spiritus est ille ocul
videt res illas tam evidentes. Per ocu
sticum clarissimè apparet Divinitas Ep
Jacobi, quæ oculis Lutheranis appare
aut saltem non Apostolica. Huc nem
omnes, qui negant etiam hanc tradi
bris sacris. Lutherani autem, qui hanc
cum Catholicis admittunt, deberent q
quenter admittere, ex Traditione Ec
tem non minus haberi genuinum illor
sensum. Quid enim prodest, scire infall
nam verba sint verè divinitus revelata,
sciam infallibilem eorum sensum in reb
ticulos pertinentibus? Quàm infœliciter
cto claudicaverit in utramque partem
tum & Calvinistarum) H. Conringius
Exam. Examin. Conring. Interrogat. 5
Amesio videtur hausisse illam evident
veterum Scriptorum communem pro
tus privati.

§. V.

Probatur Traditionum necessitas n

VIII. Ait Bellarmino: Credendum
Mariam semper fuisse Virginem, contra
vidii, ut Ecclesia semper credidit; &
est de hac re in Scripturis testimoni
quod hic reponeret non habuit, nisi
malè adducta verba sancti Basilii hom
tate Domini; ubi tamen solùm docet
carnationis & Nativitatis Dominicæ m
tinere, utrum B. Virgo postea cum J
jugalem consuetudinem habuerit: ad
statem sufficere, Virginitatem eò usque
se custoditam. Verbis tamen mox seq
ne quis unquam Christi amantium ad
rat illud: Deiparam non semper man
illibatam. Unde liquet, Amesium &
dasse sanctum Basilium sibi assentient
hunc Sanctum, non censeri debere A
mero Deum amantium.

IX. Credendum est, in Nov. Testam
brandum esse die Dominica, ut contra
tadecimanorum tenuit antiqua Ecclesia
mesius. *De Paschatis*, inquit, *necessitate n*
dendum est; humana instituta non sunt obj
na. Resp. illustre hoc est exemplum reve
dentiæ erga magnam Synodum Nicæna
solent jactare Protestantes, hic tamen
explodunt, maluntque associari hæreti
tadecimanis damnatis, quàm SS. Patri
nantibus. *At*, inquit, *humana instituta*
cta fidei Divina. Resp. Si, ut verba hi
cipiantur, manifestum errorem contine
enim Actor. 15. vers. 28. Decretum A
abstinentia à sanguine & suffocato erat
manum? & tamen quisquis illud vel
vel etiam tunc eùm obligabat recusas
sine dubio hæreseos aut schismatis crim
Nemo authoritatem Ecclesiæ aut Co
nici, aliquid DEI nomine sub anat
pientis aut vetantis spernit, quin sper

(juxta illud : *Qui vos spernit me spernit*) & consequenter semper dum discredit, derogat ei illam authoritatem a DEO concessam, & crimen hæresis committit. Instituta ergo humana Ecclesiæ semper authoritatem à Deo concessam involvunt, quæ sine dubio est objectum fidei Divinæ.

X. Bellarm. Oportet credere, baptismum parvulorum esse ratum. Amesius: *Ex Scripturis hoc probat ipse Bellarm. lib.* 1. *de Sacram. cap.* 8. Resp. suadet id exinde probabiliter, non verò convincit: hoc enim ex sola traditione fieri potest, qua exclusa facilè eluditur quodvis Scripturæ pro Pædobaptismo testimonium, ut experti sunt Lutherani in congressu cum Anabaptistis. Amesius 2. *Omnia scripta esse ab Apostolis, quæ sunt simpliciter omnibus necessaria, fatetur etiam Bellarm. hujus libri cap.* 11. Responsio patet ex dictis §. 3. ad 1. Evasionem.

Omittit hic Amesius duo postrema Bellarmini argumenta; prius de Purgatorio, quod Bellarminus ait Lutherum credidisse, etsi fateretur non posse probari ex Sacris literis. Posterius (minimè dissimulandum, etsi prius à Calviniano facilè contemnatur) est hoc: Credunt omnes hæretici hujus temporis, nullum esse Verbum Dei nisi scriptum. At hoc certè in tota Scriptura nusquam invenitur; ergo omnes hæretici credunt aliquid non scriptum tamquam DEI verbum. Hoc argumentum, quantumvis dissimularit Amesius, planè jugulat efficacissimè omnes Traditionum hostes; & fortè ideò suaviter illud dissimulare omittereque voluit Amesius. Sed non tantùm in præsenti efficaciter sternit hostes Traditionum, sed etiam omnem eorum qualemcumque fidem penitus convellit ac dissipat. Numquam hactenus vidimus, vel audivimus ullum, qui se ab isto monstro Dialectico, ex ipsorum principiis legitimè nato expedite potuerit, nempè: Si nihil credendum est, nisi quod in Sacris Scripturis positum est, nihil omnino credendum, quod in Sacris Scripturis ponitur: Eas enim esse Sacras Scripturas nusquam legitur in Sacris Scripturis, ut per se patet; aut legant nobis inde; Sed juxta Novatores nihil nisi Verbum DEI scriptum credendum est; Ergo neque omnia, quæ in sacris codicibus posita sunt, nec quidquam eorum credendum est; quia nihil horum tamquam Verbum DEI scriptum in Sacris literis ponitur. Ergo suo dogmate falsificante seipsum, funditus evertunt omnem suam fidem, quam jactant Divinam, ostenduntque esse persuasionem merè humanam. Et quamvis scriptum inveniretur, adhuc sine traditione non scripta vim non haberet. Adeò essentialiter necessaria est traditio ad totum corpus doctrinæ Divinæ scriptum infallibiliter servandum. Nec evadunt hic illi Lutherani, qui admittunt quidem hanc Traditionem de libris Canonicis, sed non ut Verbum DEI.

Sic enim & hi omnem suam fidem fundant super re fallibili, ac proinde etiam ipsam suam fidem ostendunt esse fallibilem, immò falsam. Sane absque his tribus principiis planè certis, quæ ex sola traditione Ecclesiæ habentur, omnis fides, humana & fluxa est, nempè: 1. quòd tota Scriptura Veteris & Novi Testamenti sit Verbum Dei: 2. quòd ipsa sit incorrupta (ad eum modum, quo supra de Vulgata diximus) 3. quòd habeamus verum & legitimum ejus sensum. Intelligo autem hæc de toto corpore doctrinæ Christianæ juxta ea quæ dixi supra ad disput. de Jud. Controv. §. 1. num. 6. 8.

Ad CAPUT V.

ALiquas veras traditiones dari, Bellarm. hoc cap. ex Novo Testamento probat.

I. Ex Joan. 16. vers. 12. Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modò. Et Joan. ult. vers. 25. Sunt autem & alia multa, quæ fecit JESUS. Et illa quæ promittebat Dominus Joan. 16. vers. 12. se dicturum, dixit haud dubiè post resurrectionem suam, ut Lucas testatur Actor. 1. vers. 3. Per dies 40. apparens eis, & loquens de regno DEI. At de gestis & verbis Domini post resurrectionem paucissima scribunt Evangelistæ; Non est autem ullo modo credibile, Apostolos, qui illa viderant & audierant, non tradidisse Ecclesiæ. Amesius, cùm omissis cæteris, solùm verba sancti Joannis recitasset, nec vim argumenti Bellarminiani ullatenus expressisset, mox incipit cum suo Witakero calumniari, dicendo: *Non magis ea dicta facere pro Pontificiis, ac pro antiquis hæreticis; quia non magis isti quàm illi possunt ostendere, illa quæ præter Scripturas tradunt, ea esse, quæ tunc Dominus docere differebat: Neque possunt ullo modo probare, illa eadem non esse ab Apostolis scripta.* Præterea: *Nullam speciem Consequentiæ habet ista ratio: Ante Resurrectionem Apostoli quædam non potuerunt portare, ergo postea illa non scripserunt.* Resp. 1. Disparitas inter antiquos illos hæreticos, qui verbo Christi (*Multa habeo vobis dicere*) abutebantur, & nos, luculenta est, quia traditiones, quas habet Ecclesia Catholica, eo ipso, quòd illas habet ut divinitus per Apostolos acceptas, sanctæ piæque sunt, quæque illustrissima habent suffragia à SS. Patribus & Conciliis: secus illæ hæreticorum. 2. Numquid etiam istis verbis: *Hoc est Corpus meum*, utuntur Catholici ad Transubstantiationem, Lutherani ad impanationem, Sacramentarii ad figuram Corporis Christi probandam? An ideò, quia duæ istarum sententiarum sine dubio falsæ & hæreticæ sunt, ideò tertia vera sententia, ex iis Christi verbis non debebit probari? 3. Nullo jure tenemur Nos Calvinistis probare, Ea quæ *Christus Apostolis de regno DEI* (seu Ecclesiæ regimine) *post resurrectionem locutus est*, non esse eadem cum iis quæ Apostoli scripsere. Ipsi potius oppositum ostendere tenentur, cùm nil nisi scriptum verbum admittant. Ubi verò vel leviter simile aliquid scriptum? Præsumptio stat pro nobis, ut argumentum Bellarmini planè evincit.

II. Ex 1. Corinth. 11. v. 2. *Sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis*. Et vers. 23. *Accepi à Domino, quod & tradidi vobis*. Et infrà vers. 34. *Cætera cùm venero disponam*. Certè præcepta hæc de modo orandi & sumendi Eucharistiam, & *cætera disponenda à se*, non inveniuntur scripta; aut assignent nobis loca Protestantes. Sanctus Chrysost. & Theophyl. in eum Pauli locum apertè notant: Apostolum loqui de præceptis non scriptis. Amesius videns Witakerum & Junium infeliciter effugia quæsisse, volendo positivè ostendere, eadem quæ Apostolus dixit, tradita postea scripto consignasse &c. cautius ipse acturus, onus probandi in nos Catholicos confert: *Nisi*, inquit, *Pontificii possint demonstrare*. 1. *Omnia quæ Apostolus præcepit Corinthiis, esse universaliter necessaria ad salutem. 2. Illa quæ præcepit, & tradidit, nusquam esse scripta. 3. Se jam certò scire, quænam illa sint, quæ Apostolus tradidit, & non scripsit, nihil possunt ex illis verbis extorquere in patrocinium suarum Traditionum*. Sed cur, quæso? an quia ita placet Amesio? Sed quo jure exigit à nobis probationem, quibus est abundè satis, quòd constet ex verbis Apostoli, Eum oretenus tradidisse Corinthiis, quæ nusquam legimus? Asserenti incumbit probatio. In æternum autem illi non

osten-

ostendent, per illa *cætera disponenda* intelligi tantùm leviora de ritibus, & non de Sacramentis, Sacrificiò, Ministrorum ordinatione &c. Quàm verò Amesius sui immemor est, cùm suprà Th. 6. num. 3. asserebat: *Joannis duodecies mandatum, ut scribat. Quod autem de uno exprimitur, de cæteris intelligitur &c.* Hic tamen præcepta Apostolica Corinthiis data nolit ad alios pertinere.

III. *Tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram* 2. Thessal. 2. vers. 14. Unde sic arguit Bellarm. Apostolus mandat, ut traditiones etiam non scriptæ observentur; ergo revera observandæ sunt. Amesius: *Nulla species Consequentiæ est in hac ratione: Apostolus Thessalonicenses quædam docuit per sermonem, & quædam per epistolam; ergo quædam docuit necessaria, quæ in nulla parte Scripturæ continentur.* Sit ita. Sed hæc Consequentia Amesii; illa prior Bellarmini est, quæ hactenus stat infracta. Ex dictis ad cap. antec. constat, ne fieri quidem posse, ut omnia sine traditione in scripto habeantur, quæ ad fidei doctrinam universè pertinent. Miser Amesius viderat, tot tamque multiplicia suorum effugia à Gretsero validè præclusa, & SS. Basilium, Chrysost. Hieron. ac præcipuè Vincent. Lirinens. &c. apertissimè stare pro nobis, dum ex hoc loco Apostoli universè pronuntiant: *Eadem fide digna esse tam non scripta quàm scripta; Utraque parem vim ad pietatem habere, & eum qui non scriptis contradicit, imprudentem ea damnare, quæ in Evangelio necessaria ad salutem habentur &c.* Nihilominus maluit quoquo modo contradicere, quàm apertæ veritati manus dare.

IV. Timoth. ultim. vers. 20. *O Timothee depositum custodi;* ubi nomine depositi non Scriptura sed traditio intelligitur, ut facilè ex verbis Apostoli colligitur. Nam si loqueretur de verbis scriptis, non tam anxiè commendaret depositum. Scriptura enim facilè conservaretur in thecis, & à librariis: Apostolus autem vult servari per Spiritum S. in pectore Timothei. Et deinde non adderet: Hæc commenda fidelibus, qui idonei erunt alios docere; sed diceret: Commenda librariis, ut multa exemplaria transscribant. Nec diceret: Quæ audisti à me per multos testes; sed quæ scripsi tibi. Videatur de hoc loco Commonitorium Vincentii Lirin. Amesius hæc more suo facilè enervavit, truncando & omittendo omnes probationes, ac loco responsi calumnias in Rom. Pontificem vibrando; addendo denique glossas textui Apostoli directè contrarias.

V. *Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum,* Epistol. 2. Joan. vers. 12. & 3. vers. 13. Hinc colligitur: Multa à Joanne Apostolo dicta esse discipulis, & per discipulos Ecclesiæ universæ, quæ tamen scripta non sunt. Amesius: *Hac Consequentia ratione concludere licet: nullam doctrinam in tota Scriptura contineri, quam Joannes in duabus illis Epistolis posterioribus non exaravit. Non Scripturæ tantùm, sed & rationi vim faciunt, qui hunc in modum argumentantur.* Sed certè Bellarmini collectio firma est. Si enim Apostolus multa dixit discipulis, quæ non scripsit; ergo per oralem traditionem eos docuit, & nos per ipsos. Quomodo verò hinc pari ratione concludatur effatum Amesii, qui potest capere capiat. Ego sanè facilius hinc colligerem, eum somniasse, aut quovis modo delirasse.

Ad CAPUT VII.

CUM Bellarminus sacras Traditiones, suprà, ex Veteri & Novo Testamento abundè firmarit, easdem testimoniis Patrum & Conciliorum, hisce duobus proximis, & infrà cap. 11. denuò roborat. Ubi cùm respondisset objectionibus quas Hæretici è Patribus petunt, tria posuit notatu digna, quæ hoc

loco referre opportunum erit. Unum
plura ea testimonia, quæ nos è Patri
tionibus citavimus in contrarium. Ali
testimonia expressè docere de traditio
ptis recipiendis; adeò ut hæretici, e
non possent, passim verterentur in bla
stimonia autem ab eis adducta non p
ditiones pertinere, sed per malas Co
tandem ab Adversariis detorqueri. Po
Adversarios evidentia testimoniorum c
quando fateri, à quibusdam Patribus t
defensas; Nos autem adigi non posse,
mus, ab ullo Patrum oppugnatas esse
Amesius his notationibus suaviter diss

Th. 10. ait: 1. *Illud idem quod fuit p*
Doctrinam aliquam necessariam esse,
turis non continetur. *Hoc autem testim*
& Conciliorum) *non p obatur, nec proba*
Amesius hìc infrà Th. 19. 20. & alibi
cap. fraudulenter ludit æquivocatione
ria doctrina. Cùm enim Bellarmin. ca
(Ea quæ sunt omnibus simpliciter scit
salutem, prædicasse Apostolos omnibu
quoque ab illis esse scripta) Amesius
ba, quasi de omnibus creditu necessa
rentur. Est autem longa lataque dispa
& illa *necessaria*. Nam priora; sunt p
Symboli Apostolici, & Decalogi lim
duntur. Posteriora autem sunt plurin
licet revelata, sive scripto, sive tra
transmissa, quæ Catholici omnes impl
cùm paucis illis explicitè cognitis sim
sentiuntur. Et sic inter necessariò (sal
credenda, sine dubio sunt etiam illa
SS. Patres dicunt ex traditione recipie

2. Ait Amesius: *Veteres sæpè Tradit*
quæ in Scripturis continentur; præsertim
in Scripturis non exprimantur. Formulas
rum traditioni tribuunt, quorum sensum e
met ostendunt. Maxima tamen ex parte
nias sine Scripturis receptas (de quibus
per traditiones designant. In iis autem p
faciles & liberales: secundùm illud Hier
fer. Unaquæque Provincia abundet in
præcepta Majorum, Leges Apostolic
Cùm tamen ex Scripturis judicium ferunt
scriptas planè damnant: sicut idem Hier.
Quæ absque authoritate & testimon
quasi traditione Apostolica reperiunt
percutit gladius Dei. Resp. Hæc effug
quam futilia, & vim testimoniorum
& Conciliis à Bellarm. allatorum nec
dunt. Nam esto, nomine Traditionu
censeatur etiam Scripturæ sensus ex tr
siastica habitus (quod vel maximè n
interpretibus adversatur) itemque cert
borum, ut ὁμοούσιος, θεοτόκος &c. De
la, quæ ad ritus potiùs, quàm ad do
re videntur: clarissimum tamen est,
ctorum Basilii, Chrysostomi, Augusti
iam loqui expressè, & quasi in actu
matibus, (ut patet vel exemplo Sym
ci.) Et quamvis de solis ritibus, ver
lis, & sensu Scripturarum loquerentu
baretur traditionum necessitas. Quisqu
nimi ejusmodi ritus institutionem non
te à Deo in Scripturis concessa cont
sis labe sine dubio sorderet.

Ad CAPUT VIII.

ALlata in prioribus Capp. argumenta pro Traditionibus, planè convincunt intentum, etiam pleraque seorsim. Quæ verò hic sequuntur, sunt perquam probabiles rationes & conjecturæ suasivæ, non apodicticæ; cùm hæc res à libero Dei decreto dependeat, qui si voluisset, sine dubio potuisset omnia revelata in scripto tradere ita perspicuè, distinctè & determinatè, ut nulla posset oriri lis de vero verborum sensu. Excipimus tamen unicam & solam traditionem de ipsa tali Canonica Scriptura. Illam enim ad hanc manifestandam necessariò requiri, jam suprà ostensum est; nisi quis vellet loco Traditionis infallibilis fingere continua miracula, quæ Scripturam illam redderent evidenter credibilem, ut dictam à Deo.

I. Argumentum Bellarminus petit à consensu hæreticorum in contemnendis Traditionibus. Ut enim ex communi consensu SS. Patrum omnium ætatum, recipientium Traditiones, colligimus, eas esse recipiendas: ita ex communi consensu hæreticorum omnium ætatum rejicientium Traditiones, colligimus, eas non esse rejiciendas. Perquam sanè rationabilis conjectura, quam tamen explodit Amesius, 1. cùm ait: *Perpendatur similis ratio: Hæretici omnium ætatum rejecerunt gentium idololatriam; ergo non est rejicienda.*

Responsio. Non est hæc similis, sed valdè dispar ratio; quæ non debet sumi à re in qua conveniunt hæretici cum Catholicis, sed in qua dissident. Deinde Amesius iterum truncavit Bellarmini verba, omittendo illud: Ex consensu Patrum in traditionibus recipiendis; alioquin statim patuisset sophisma. 2. ait Amesius: *Manifestè falsum est, omnes hæreticos omnes traditiones rejecisse.* Resp. Neque hoc affirmavit Bellarminus, sed loquitur de omnium ætatum hæreticis indefinitè. Imò si sermo sit de Traditionibus Catholicæ Ecclesiæ, & non de fanaticis & fictitiis, nec unus quidem fortè nominabitur hæreticus, qui illas omnes admiserit. Certè ipse S. Cyprianus, ut suum Anabaptismum tueretur, aliter id præstare nequivit, nisi a Traditione Ecclesiastica ad Scripturam provocando; ut rectè observat Bellarm. frustrà reclamante Witakero.

II. Bellarm. argument. petitur ex more omnium gentium, Judæorum, Atheniensium, Spartanorum, Romanorum &c. In Jure Civili & Canonico vis eadem tribuitur Legi scriptæ, & consuetudini non scriptæ. Ergo natura ipsa quasi clamare videtur, traditiones non scriptas vel necessarias, vel certè utilissimas esse. Quæ Amesius de legibus antiquissimis Romanorum, & definitione Legis ex jure Canonico, &c. affert, disparata sunt, non nobis contraria. Etsi autem *mores gentium & profanorum hominum non semper consonent viis DEI*: in hoc tamen apertè conveniunt Gentes illæ cum Ecclesia Dei, quòd jure non scripto etiam gubernari queant, ut de facto contigisse patet supra ex dictis ad cap. 4. Certè gentes illæ barbaræ, quæ apud Irenæum dicuntur *vixisse sine Scriptura optimè in omni justitia, castitate & sapientia &c.* omnibus Biblistis sine dubio longissimè antecellebant; nec periclitabantur de scientia voluntatis Divinæ, ut Amesius suspicari videtur.

III. Argument. Bellarminus petit ab Ecclesiæ dignitate. Congruit enim ipsi ut Sponsæ Christi, ut habeat nonnulla sibi concredita, quorum cognitio non sit apud omnes pervulgata. Amesius: *Objectio*, inquit, *ridicula simul & profana! Scriptura enim longè alia ratione est in Ecclesia, quàm apud alios. Ecclesia est lex vitæ, & ipsa vita Deuteron. 32. vers. 47. Præterea Moyses expressè dicit: Legem scriptam fuisse sapientiam, prudentiam, & dignitatem Ecclesiæ, supra omnes gentes ante oculos populorum, qui audirent ejus statuta, Deuteronom. 4. vers. 6.* Respond. Non objectio Bellarmini, sed responsio Amesii perquam ridicula est, quæ præter æquivocationem *Scripturæ* nihil in recessu virium habet. Scriptura sacra, quoad characteres manu pictos eadem ratione est in Ecclesia, qua est apud quemvis Judæum, Turcam, Gentilem, Hæreticum, Atheum: quoad interiorem autem medullam veri sensus, sine dubio est longè aliter in Ecclesia ac alibi, quia alibi nullo modo est. Iste autem longè alius modus quoad maximam partem habetur ex Traditione Ecclesiastica; extra quam jactari quidem potest, sed haberi universim & infallibiliter non potest. Nota etiam, Amesium, violentè & contra sensum Moysis ex Deuter. 32. vers. 47. dicere: Ecclesiam esse Legem vitæ & ipsam vitam.

IV. Bellarm. argument. Dignitas multorum mysteriorum silentium requirit, nec decet, ut in Scripturis quæ toti mundo leguntur, explicentur. Quæ hic occinit Amesius, depulsa invenies infrà ad cap. 11. Respons. ad 5. argum. Contumeliæ blasphemæ, quas hic evomit in S. Mysterium Missæ, refutationem aliam non merentur, quàm detestationem Sacramentariæ hæresi debitam.

Ad CAPUT IX.

REgulas ex antiquitate desumptas, pro discernendis veris traditionibus Bellarminus dat sequentes:

I. Quando universa Ecclesia aliquid tamquam fidei dogma amplectitur, & non invenitur in Divinis literis, necesse est dicere ex Apostolorum traditione id haberi. Ratio, quia cùm Ecclesia universa non possit errare, id quod Ecclesia de fide esse credit, sine dubio est de fide. At nihil est de fide nisi quod Deus per Prophetas & Apostolos revelavit, aut quod evidenter inde deducitur.

II. Cùm universa Ecclesia aliquid servat, quod nemo constituere potuit, nisi Deus, quod tamen nusquam invenitur scriptum; necesse est dicere, ab ipso Christo & Apostolis ejus traditum. Ratio est similis superiori, quia Ecclesia nequit errare etiam in operando, ac præsertim in ritu & cultu Divino; Rectèque S. August. Epistol. 118. docet, insolentissimæ esse insaniæ, existimare, non rectè fieri, quod ab universa Ecclesia fit; ergo. Tale est baptisma parvulorum, item, non rebaptizatio ab hæreticis baptizatorum &c.

III. Id quod in Ecclesia universa, & omnibus retrò temporibus servatum est, meritò ab Apostolis creditur institutum, etiamsi illud tale sit, ut potuerit ab Ecclesia institui. Tale est Jejunium Quadragesimale &c. secundùm regulam S. August. lib. 4. contra Donatist. cap. 24.

IV. Cùm omnes Doctores Ecclesiæ, communi consensu dicunt, aliquid ex Apostolica traditione descendere, illud credendum est, Apostolicam esse traditionem. Ratio, quia si Ecclesiæ Doctores omnes, cùm in aliqua sententia conveniunt, errare possent, tota Ecclesia erraret: quippè quæ omnes Doctores sequi tenetur & sequitur. Idemque est, si aliquot affirment expressè, & cæteri non contradicant, cùm tamen ejus rei meminerint.

V. Id sine dubio credendum est ex Apostolica traditione descendere, quod pro tali habetur in iis Ecclesiis, ubi est integra & continuata successio ab Apostolis. Ita S. Iren. lib. 3. cap. 3. & Tertull. lib. de præscript. Amesius his regulis ferè non habuit quod objiceret nisi convicia, & quòd *incertum probaret per incertius*. Quasi verò non certissimum sit, Ecclesiam universam non posse errare, ut suo loco demonstrabitur.

Ipse

Ipse Amesius revera petit principium, cùm ait nu. 4. *Nihil omnino est, quod ab universa Ecclesia per omnia sæcula fuit receptum, ut necessarium creditu aut observatu, quod in SS. literis non continetur.* Falsum etiam est, quod ait num. 3. *Nullam illarum regularum potuisse olim locum habere, cum Ecclesiæ varia contraria planè sibi ab Apostolis tradita fuisse contendebant.* Id enim verum est tantùm in dogmatibus; Ritus enim & observantiæ potuere variè in variis Ecclesiis etiam ab Apostolis institui. Cùm denique ait num. 5. *Si traditiones eadem fide sint recipiendæ cum iis, quæ in Scripturis continentur, propter Ecclesiæ testimonium & Patrum consensum; tum hæc testimonia Ecclesiæ & Patrum eandem certitudinem & authoritatem habent cum Sacra Scriptura: Tum credendum est scriptis Patrum eadem fide qua scriptis Propheticis & Apostolicis credimus: Tum sive Patres loquantur ex Scriptura sive absque Scriptura, nulla est differentia quoad fidem ipsis habendam; quæ omnia sunt planè absurda, & à pietate prorsus aliena.* Respondeo: In tribus istis illationibus nihil esse absurdi, nihil non pium, dummodo omnia rectè accipiantur. Nam revera testimonium Ecclesiæ & Patrum æqualiter se habet respectu Verbi Divini, sive id scripto, sive orali traditione ad nos derivetur. Tam parùm in uno quàm in altero decipi ab Ecclesia possumus. Id quod de Patribus dicitur, intelligendum est tantùm de eorum scriptis, quatenus concorditer testantur de traditionibus. Nec hilum contra probat Amesius.

Ad CAPUT X.

ARgumenta quæ Amesius & hæretici passim, ex Sacra Scriptura contra Traditiones detorquent, sunt ferè sequentia.

I. Deuteron. 4. vers. 2. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Apocalyp. ult. vers. 18. *Si quis apposuerit ad hæc &c.* Nec potest dici, hoc tantùm intelligi de verbo tradito. *Nam Decalogus*, inquit Amesius, *descriptus fuit à Deo ipso: & alias leges ex ore Domini acceptas Moses scripsit*; atque in libro fœderis populo audiente legit. Exod. 24. vers. 7. *Et Moses eadem verba legis quæ viva voce tradidit, absolvit scribere in libro, usque ad finem eorum*, Deuter. 31. vers. 24. Resp. Plus illis verbis non vetari, quàm ut ne addant, aut diminuant præcepta Dei, committendo scilicet aliquid contrarium præceptis affirmativis, aut omittendo aliquid ex iis, quæ præceptis affirmativis jubebantur. Neque est hic ulla disparitas præceptorum ex scripto & non scripto. Quid enim certius, quàm non totam legem naturalem quoad omnia præcepta affirmativa & negativa, fuisse in Deuteronomio distinctè & explicitè traditam; & tamen indubitabile est, ea omnia debuisse servari ab Israelitis non minus ac reliqua præcepta Mosaica. Adhæc, additionem quamcumque non fuisse hìc prohibitam, multa exempla evincunt. Ubi enim in Pentateucho præcepit DEUS, ut Judæi Arcam fœderis in solemni supplicatione producerent, & prosternendo se, illam adorarent? ut postea fecit Josue cap. 6. vers. 6. & seqq. & David Psal. 98. vers. 5. mandavit his verbis: *Adorate scabellum pedum ejus?* (quod de arca interpretantur etiam Genevenses.) Ubi in lege Mosis præcipitur, ut, cùm Arca cum tabernaculo posita fuerint in terra promissionis, in loco quem Deus elegerit, hoc est, in civitate Silo, postea transferatur de loco in locum, ac denique ponatur in Hierusalem? Ubi præcepta legitur ædificatio templi ex ligno, & lapide? altare æneum duplex, mare æneum cum bobus, Icones & Cherubini incisi, columnæ in porticu templi, Jakim & Booz? &c. Neque salvabit Amesius has & similes additiones *per explicationes & accommodationes tantùm*, ut

ipse loquitur. Si enim jam recensitæ sin
plicationes & accommodationes, nulla faci
tur additio (dummodo non contraria
no) quæ non sub præcepto adoratio
DEI possit comprehendi. Nec verò t
an Prophetæ addiderint præcepta nova
factis, quàm: Annon plurimos actus r
cuerint, quorum nulla mentio in Deu
ster? Locus Apocalyp. ult. tantùm lo
falsificatores Scripturæ, ut ibidem fate
tus Calvinista.

II. Amesius: *Si Angelus de cœlo evan*
præterquam quod evangelizavimus vobis, *an*
larm. Apostolus loquitur de omni verbo
sive non scripto, immò de hoc potiùs,
Nam cùm hanc Epistolam ad Galatas
lus, aut nihil, aut parum exstabat de l
stamenti (ut etiam fatentur Zuvinglius
tyr, Gualter. apud cap. Perron. in Repl
Principium ergo petit, cùm replicat A
Paulus *nihil prædicabat, quod in Scriptur*
tur Actor. 26. vers. 22. Notetur hic frau
ni; Apostolus coram Agrippa loco cit.
hil extra dicere, quàm ea, quæ Propheta
fuerant, quòd Christus passurus, moriturn
rus, atque gentibus lumen annuntiaturus esse
hinc infert: Eum nihil prædicasse, qu
Testam. contineretur; quæ est aperta
quod mox addit: *Neque Christianus* (n
Calvinista) *quisquam negabit, Evangeliu*
quod Paulus Galatis prædicaverat, in No
ptum exstare. Verum etsi hoc gratis c
exinde magis fulciretur ejus intentum
certum sit, non exstitisse tunc, cùm a
beret Paulus, Novi Testamenti libros
que, multò minus apud Galatas. A
communis ad hunc Apostoli locum est.
idem esse quod *contra*, uti planè in sir
accipit idem Apostolus Rom. ult. ver
eos qui faciunt scandala & dissensiones p
quam didicistis &c. Ubi certum est ly p
idem esse, quod *contra*; ut non solùm l
vinus Martyr, Bullinger, sed etiam B
sia vertunt: immò Beza addit rationem
scilicet *ad tollendam ambiguitatem vocu*
mesius hic contendendo, ly *præter* acc
lius, ita ut etiam ly *contra* includat, p
pariter, & suis Symmistis contradicit
ra principii petitio est, cùm ait: *In*
est, præter *Scripturas*, *esse* contra *Script*
quid de hoc ipso tota hìc lis est? Vid
gustinum tract. 98. in Joan. & lib. 17. c
cap. 3.

III. Amesius: *Hæc scripta sunt ut cre*
tes vitam habeatis, Joan. 20. vers. 31. Se
stea? Anne ideò superfluæ sunt traditi
scripta sunt ut credamus? Ergo etiam r
lendi erunt, ut superflui, quia Evang
sufficit. Immò Symbolum Apostoloru
nos divinitus pervenit, non alio cert
credamus & credentes vitam habeamu
go vel omnes Scripturæ vel Symbolum
nè hoc argumentari, sed nugari; no
larminum, sed ludere Scripturæ verbis
vertendo in *sufficientiam*. Particula eni
cat relationem, aptitudinem & utilita
minimè verò sufficientiam, & exclus
mediorum utilium.

IV. Amesius: *SS. literæ possunt te s*
ad salutem &c. tota Scriptura est utilis &
homo Dei, ad omne bonum opus perfectè i
mot. 3. *vers.* 15. 16. 17. Hic est Achilles

quo propugnando totus est Amesius, & verbosus ut vix alibi magis. Sed res non est tam abstrusa, si sincerè veritas quæratur. Nam cùm immediatè antè dixerit Apostolus Timotheo, quòd *ab infantia didicerit literas sacras* : & mox subjungat : *Quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Jesu* ; manifestum est, ut agnoscit quoque Calvin. Beza, & Biblia Genevensia, solùm de Vet. Testam. hic loqui Apostolum. Quia verò non minus manifestum est, in infantia Timothei nullos adhuc libros Novi Test. scriptos fuisse ; ac proinde hos non potuisse tunc instruere Timotheum ad salutem, sed solas Scripturas Vet. Test. tunc exstantes ; clarè hinc infertur, non velle Apostolum, quòd SS. literæ, quas ab infantia didicerat Timotheus, possint immediatè docere omnia, quæ faciunt perfectum Christianum, e. g. Institutionem baptismi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Consecrationem & distributionem Corporis & Sanguinis Christi &c. Quidquid autem sit de tricis quas movet Amesius circa ly : *Omnis Scriptura &c.* illud nimis clarum est, non esse idem : *utilem esse Scripturam, ut perfectus sit homo ad omne bonum* ; quod, sufficientem esse, excluso omni alio medio ad eum finem. Omnis panis utilis est ad nutrimentum & sustentationem corporis ; an ideò sufficiens sine potu, sine aliis mediis sanitati tuendæ idoneis? Sol utilis est, ut omne vivens producatur, an ideò sufficiens sine causis particularibus secundis, & universali prima? Nec evadit Amesius, cùm ait : *Quamvis*, utilis est, *non significet*, sufficiens est ; *tamen*, utilis est ad omnia necessaria, & perfectè instruit ad omnia bona, *tantum saltem significat, quantum*, sufficiens est. *Hæc autem utilitatis magnitudo, quam Paulus in summo gradu tribuit Scriptura, hæc, inquam, utilitas illud est, quod à nobis urgetur*. 2. *Si Scriptura sit à Deo in illum finem ordinata, ut perfectè instruat ad omne opus bonum, & ut possit quemlibet sapientem reddere ad salutem (quod Bellarm. concedit) tum certè quilibet contentus esse potest Scriptura tamquam sufficiente Regula fidei & Morum*. Respond. fraudulenter affingit & Apostolo & Bellarmino, quasi dixerint : Scripturam se sola, omnibus aliis mediis exclusis, utilem esse ad omnia necessaria, & perfectè instruere ad omne bonum. Id enim manifestè falsum esset, cùm ad hoc, etiam præter traditiones non scriptas conducant vel maximè usus Sacramentorum, exercitia virtutum &c.

V. Amesius : *Traditiones in Scripturis ubique damnantur, ut Isai. 29. vers. 13. Matth. 15. vers. 6. Galat. 1. vers. 14. Colossenses 2. vers. 8. 1. Timoth. 1. vers. 4. 1. Petr. 1. vers. 18.* Ergone in his sex Capitibus damnari, est ubique in Sacra Scriptura damnari? Annon etiam 2. Thessalonic. 2. est Scriptura, quæ tamen conceptis verbis commendat Traditiones non scriptas æquè ac scriptas? Optimè Bellarm. ostendit, citatis locis non reprehendi genuinas traditiones (quales necessariò admittendæ sunt saltem de Canone & sensu librorum Vet. Test.) sed tantùm eas, quas acceperant à recentioribus aliquibus senioribus, quarum aliquæ inanes, aliquæ perniciosæ erant & contra Scripturam, ipsis dictæ δευτερώσεις, ut apertè docent SS. Iren. lib. 4. cap. 25. & 26. ac S. Hieronym. in cap. 8. Isai. & in cap. 3. Epistola ad Tit. necnon Epist. ad Algasiam qu. 10. Imò & Justinian. Imper. in Nov. 146. His non habuit quod opponeret Amesius præter merissimas principii petitiones & convicia.

Ad CAPUT XI.

Etsi Amesius post suos gregales Witakerum, Junium, Sibrandum, Danæum &c. testimonia Patrum, pro sua Biblistica hæresi militare, nec minimùm probare potuerit ; thrasonicè tamen Bellarminum à suis devictum gloriatur. Videamus hominis triumphum Th. 19. & 20. *Testimonia*, inquit, *illa, quæ ex Patribus adferri solent à nostris, adeò sunt luculenta, ut ad illa dum nonnihil Bellarm. fuerit coactus respondere, necesse habuerit, totam causam nobis tradere. Nam præter multa turpissima subterfugia quibus utitur, hæc est ejus confessio cap. 11.* Primò : Illa quæ sunt omnibus simpliciter necessaria, Apostoli consueverunt omnibus prædicare, *& aliorum quæ sunt omnibus utilia* ; Ita mutile & sine sensu recitat Amesius, cùm aliter habeat Bellarminus, scilicet : Aliorum autem non omnia omnibus, sed quædam omnibus, quæ nimirum omnibus utilia erant, quædam solis Prælatis, Episcopis & Presbyteris, ut de ratione gubernandæ Ecclesiæ, de Sacramentis administrandis, de refellendis hæreticis, &c. 2. Omnia illa sunt scripta ab Apostolis, quæ sunt omnibus necessaria, & quæ ipsi palam omnibus prædicaverunt. 3. Non sunt ut plurimùm Quæstiones illæ, quæ testimonium habent Traditionis in tota Ecclesia receptæ. 4. Exstant in Scripturis testimonia eorum omnium, quæ ad naturam Dei pertinent, vel unionem naturarum in Christo indicandam : & possumus nos circa ea dogmata planè & plenè instrui ex Scripturis, si eas rectè intelligamus. 5. Nullum est vitium, ad quod frænandum non invenitur in Scripturis aliquod remedium. 6. Quæ habentur in Symbolo Apostolico & Decalogo, apertè posita sunt in Scriptura. 7. Professio viduitatis, quale bonum sit, exposuit satis Apostolus. 8. Clarissima Scripturarum testimonia, sine dubio anteponenda sunt omnibus Conciliorum testimoniis. Ex his octo effatis Bellarmini, novem argumenta format Amesius planè homine Puritano digna : *Ex prima*, inquit, *& secunda confessione sic argumentamur. Si illa omnia, quæ Apostoli palàm omnibus prædicaverunt, sunt scripta, tum sermones Apostoli, de quibus loquitur 2. Thess. 2. v. 15. sunt scripti : fuerunt enim toti Ecclesiæ prædicati, sicut Epistola fuit ad omnes scripta. Nequiter igitur facit Bellarminus, cùm illam voculam toties urget ad Traditiones non scriptas urgendas*. Resp. Negatur assumptum. Unde enim Amesius probabit, istos *sermones* omnes omnino quos Thessalonicensibus prædicavit, fuisse omnibus aliis etiam prædicatos & scriptos, directè scilicet & primaria intentione? Certè nemo sanæ mentis dixerit, eas reprehensiones quas in Corinthios, Galatas, & Thessalonicenses vibravit, fuisse scriptas aut prædicatas omnibus, etiam modestissimis & obsequentissimis Philippensibus. *Non ergo nequiter Bellarm. facit*, sed Calvinisticè Amesius sycophantatur. 2. Arguit : *Si omnia omnibus necessaria, vel utilia sunt scripta, tunc tota Dei voluntas ad salutem hominum revelata, est scripta. Est enim tota omnibus utilis, quia facit ad omnium salutem*. Iterum falsum assumit, & supponit fraudulenter à Bellarmino dictum, omnia omnibus utilia esse ab Apostolis scripta. Tantùm de simpliciter scitu explicitè necessariis apertè loquitur Bellarmin. cui annon *nequiter* affingitur contrarium ab Amesio? 3. Arguit : *Si illa quæ sunt omnibus utilia, sunt scripta* (quod iterum falsò supponitur à Bellarmino dictum) *tum illa etiam quæ Episcopis & Presbyteris sunt necessaria*. Responsio est eadem, quia flagitium argumenti idem.

Ex 2. & 3. sic arguit : *Si traditiones non sint de rebus generaliter necessariis aut utilibus, neque de Quæstionibus obscurissimis, tum certè nulla sunt. Nulla enim excogitari potest ratio, quare & res illæ, quæ sunt omnibus vel necessariæ vel utiles, & Quæstiones obscurissimæ scripto ab Apostolis consignarentur, & aliæ nescio quales omitterentur? nisi forsitan cum blasphemia dicent, Scripturam temerè fuisse exaratam, & non summa Dei providentia*. Amesius iterum ludit ludum suum sophisticum, æquivocando, in *necessariis*, jam suprà evolutis ; & falsò supponendo

do

do de *utilibus generaliter*, de quibus nihil hìc pronunciat Bellarm. Certè ea quæ ad Sacrificium, & Sacramentorum administrationem, ad Ecclesiæ gubernationem, ad hæresum confutationem pertinent, non sunt omnibus generaliter scitu utilia, nedum necessaria, ad salutem, rudibus scilicet & incapacibus peritiæ non simpliciter necessariæ; quæ orali traditione sine scripto propagari ad posteros quid vetat? nulla ergo penitùs connexio est illius hypotheticæ Amesianæ.

Ex 4. sic arguit: *Si omnia quæ ad naturam Dei pertinent, in Scripturis contineantur, tum falsò antè cap. 8. pro fundamento Traditionum posuit, quædam esse mysteria, quæ digniora sint, quàm ut in Scripturis explicentur: non sunt enim majora mysteria, quàm de natura Dei & unione naturarum in Christo.* Respondeo, Bellarm. cap. 8. loquitur cum SS. Dionysio, Basil. Chrysostom. Origen. Gregor. &c. de mysteriis Sacrificii, & Sacramentorum; quæ à ministris Ecclesiæ solent peragi, & ab illis antiquissimis & sanctissimis Patribus putabantur non esse prostituenda catechumenis (nedum infidelibus) aut rudibus. Mysterium Trinitatis & Incarnationis huc non pertinet, nec valet argumentum ab illis agibilibus mysteriis ad dogmata speculabilia omnibus creditu necessaria ad salutem, ac proinde à Christo mandatum, ut de iis *edoceantur omnes gentes*: Iterum hinc patet, quàm longè aliter sapiant Calvinistæ, quàm illi antiquissimi Ecclesiarum Pastores & Doctores.

Ex 5. sic arguit: *Si in Scripturis describantur remedia adversus omnia vitia, tum etiam media ibi habentur ad omnes virtutes comparandas. Nihil igitur deest, quod spectet vel ad fidem vel ad mores. Ista enim omnia ad alterutrum horum debent referri.* Respondeo, Nec hypothetici illius assumpti necessaria est connexio; nec Bellarminus dixit de omnibus vitiorum remediis in Scriptura exstantibus. Illarum verò nihil nobis adversatur. Libenter enim fatemur, ea quæ sunt omnibus simpliciter ad fidem & bonos mores scitu necessaria, contineri in Scriptura. Sed quàm multa sunt præter hæc, quæ non omnibus & singulis, sed quibusdam tantùm ob certum munus sunt necessaria, nec tamen in Scripturis necessariò consignari debent?

Ex 6. sic arguit: *Si omnia quæ sunt in Symbolo & Decalogo, apertè posita sunt in Scriptura, tum ibi habemus perfectam regulam fidei & morum.* Respondeo, de confusa & sufficiente pro quibuscumque rudibus, Concedo: de distincta notitia pro omnibus, nego & pernego. Hoc argumentum si valeret, facilè totam Scripturam ut planè superfluam negligere liceret, cùm perfectam fidei & morum regulam haberent omnes idiotæ in Symbolo & Decalogo, si Amesio credimus. Ad quid etiam opus erit Ecclesiæ ministris, cùm Symbolum & Decalogum facilè discant pueri à Parentibus & Didascalis?

Ex 7. sic arguit: *Si talia minuta, qualis est professio viduitatis, in Scripturis exponantur, nihil certè necessarium omittitur.* Huic asserto nihil deest nisi veritas & probatio. In Epistolis scribebant Apostoli de iis, de quibus ipsis offerebatur scribendi occasio vel necessitas.

Ex 8. demum sic arguit: *Si testimonia Scripturæ sine dubio sint anteponenda testimoniis Conciliorum, tum falsum est, quod Bellarminus antea posuit, Verbum Ecclesiæ esse semper Verbum Dei. Nam omne verbum Dei est unius & ejusdem authoritatis. Neque certè habent Concilia talem directionem Spiritus in decernendo, qualem Prophetæ & Apostoli habuerunt in scribendo. Tum etiam certior est fides, quæ nititur claris Scripturæ testimoniis, quàm quæ nititur authoritate Conciliorum.* Resp. Neg. Sequelam Assumpti. Etsi enim Verbum Dei sit unius ejusdemque veritatis infallibilis, & authoritatis irrefragabilis, sive immediatè, sive per legatum aut Interpretem loquatur: nemo tamen negaverit, si (per impossibile) discrepa-
re posset verbum Interpretis à verbo',
se per se proferre dignatus est, antepo
ne dubio illi. Ex hypothesi impossibil
Consequens absolutum. Simile est di
ni, illi Apostolico Galat. 1. vers. 8. *Li*
lus de cælo evangelizet vobis, præterquam
zavimus vobis, anathema sit. Subdolè
truncavit dictum Bellarmini, qui non
xit: Verbum Ecclesiæ esse Verbum D
aliquo modo, hoc est: est Verbum In
cans infallibiliter verbum à Deo dictu

Ad CAPUT XI

ARgumenta hæreticorum contra
ratione petita, sunt:

I. *Impossibile videtur, potuisse tamdiu*
Traditiones non scriptas, propter homini
imperitiam, negligentiam & perversitatem
quod Calvinistis videtur impossibile,
Deo, cujus præcipuè Providentia fit,
in omnes S. Scripturæ Codices error
noxius, nec inter Traditiones Ecclesi
misceantur adulterinæ. Huc quippe sp
mæ illæ Christi pollicitationes: *Ego vo*
ad consummationem sæculi: Qui vos audit
Ecclesiam non audierit &c. Qui trad
Scripturis per bis mille annos ante M
vit in Ecclesia, & per illas Ecclesiam
nunc in Nov. Testam. unà cum Scrip
Traditiones? Iterum meræ principii p
quas obtendit Amesius, quæ pari qui
certiori autem veritate negantur, qu
verantur, & pleraque etiam suprà rej
ex omnibus ejus Replicis, quæ ad dec
nec unicum quidem argumentum posse
aliquam probabilitatem præseferat. Q
lo est hæc colligendi ratio cùm E. G.:
luntas fuisset, ut doctrina ista non scripta
servarentur, ac illæ quæ sunt in Scripturis, à
Apostolis curasset illas conscribi, & non
hominibus mendacibus pro suo arbitrio scrib
rò quis hic non sciscitetur: An Ames
Dei fuerit? Unde illa impossibilitas,
asseveranter fingit? Quid coegisset D
dubio per Apostolos curasset illas Trad
bi, & non ab hominibus mendacibus,
crevisset primùm sine scripto tradi po
stolos? Quæ vel umbra repugnantiæ,
ita potuisset decernere? An si tam ce
(ut somniat Amesius) immineт Tra
scriptis per homines mendaces, qui illa
lorum tempora in scriptum redegerunt
le periculum immineat omnibus Codic
præter unum autographum Apostolicu
qua omnia exemplaria descripta fuerin
(ut ipse ait) mendacibus? Hocne est e
minum? aut potiùs graviter ineptire?
tillum læsit Amesius omnibus suis cavi
las causas adjuvantes Traditionum con
quæ sunt, 1. libri Ecclesiastici, in qu
scriptæ reperiuntur. 2. Usus earum co
numenta externa, ut templa, &c. 4.
excitarunt doctos ad investigandas r
quas, & easdem aliis commendandas.

II. Amesius: *Litera divinæ scriptæ su*
Regulam & normam perfectam fidei & m
læ sunt traditiones non scriptæ. Respo
si dicerem: Symbolum Apostolorum
data sunt, ut habeamus regulam per
morum; Ergo Scriptura Novi Test. n
Dei, aut saltem superflua est. Illatio p

Sed nec Antecedens verum eſt, ſi intelligatur de regula adæquata, & uſquequaque perfecta, ſine ullius alterius acceſſu. Scripta enim litera ſine acceſſu genuini ſenſus (de quo ſine traditione Eccleſiaſtica plerumque non conſtat, ut optimè notavit Vincent. Lirin.) non eſt plus quàm corpus abſque anima. Sed replicat: *Finis legis eſt, ut ſit Regula*. Eſto. *Scripturam autem eſſe legem Pontificii concedunt*; pro aliqua ejus parte, & partialem, Concedo; Totam, & totalem, Nego. Poſt hæc in vanum multiplicat petitiones principii & æquivocationes. Non enim opus eſt *fingere rationem*, quæ ſe ultrò ingerit, *cur quadam doctrina neceſſaria habeant regulam ſcriptam, & alia æquè neceſſaria non habeant?* Siquidem ratio à priori de ſingulis inter ſe collatis eſt purum Dei arbitrium, qui noluit in Scriptura exprimi dogmata de infantibus baptizandis, hæreticis non rebaptizandis, Virginitatem Deiparæ perpetuam &c. voluit verò exprimi alia etiam minoris momenti. Quodſi Ameſius loquatur de iis ſolis, quæ omnibus ſunt ſcitu neceſſaria ad ſalutem, facilè damus, exſtare Regulam tam ſcriptam quàm non ſcriptam, eamque utrinque adæquatam & ſufficientem. At quid hoc ad rem? 2. Qui *perfectè faceret voluntatem Dei Scripturis revelatam*, ſequeretur etiam traditiones, quas Scriptura commendat, immò ne credere quidem (de lege ordinaria) poterit ſicut oportet, niſi per traditionem neceſſariam fuerit adjutus, ut credat has Scripturas eſſe Verbum Dei. Nec ſequitur quod ait Ameſius. 3. *Si Scriptura ſit partialis regula, tum tenentur homines ſupra id quod ſcriptum eſt ſapere, id eſt, ſupra legem & Evangelium*. Non inquam ſequitur: Si enim ſapiant ſecundùm Legem & Evangelium, obedient his præcipientibus: Audire Eccleſiam, tenere traditiones &c.

III. Ameſius: *Si recipienda ſint dogmata non ſcripta, dabitur occaſio multis fingendi & introducendi in Eccleſiam multa falſa ſub nomine traditionis*. Reſpondeo, Hoc argumentum æquè, immò multò fortiùs, valet etiam contra Scripturam, non tam, quòd olim fuerint multi falſi libri ornati titulo librorum Canonicorum, quàm quòd innumeri hæretici verbis SS. Scripturarum ſua venena involvere hactenus ſtuduerint. Quod ergo de *paucis Symboli verbis* pronunciavit S. Auguſt. de fide & Symbol. cap. 1. *Pleroſque hæreticos venena ſua occultare conatos eſſe; quibus reſtitit & reſiſtit Divina miſericordia per ſpirituales viros &c.* Idem de omni verbo tradito ſentire par eſt. At replicat Ameſius. 1. *Experientia ipſa docet, inter Judæos varias traditiones falſas introductas fuiſſe, nullam tamen Scripturam falſam fuiſſe in Canonem admiſſam*. Reſpondeo, ſicut publica doctrina Judæorum nullam falſam Scripturam, ita & nullam traditionem falſam ut Canonicam recepit: nam ſuperſtitiones illæ Phariſæorum, quas Chriſtus meritò reprehendit, non tradebantur ex Cathedra, ſed à privatis Doctoribus. Ridiculum verò eſt quod ſubjungit. 2. *Neque poſtea in Eccleſia Chriſtiana fuiſſet ullus apocryphus liber pro S. Scriptura admiſſus, niſi traditionum authoritas viam illi feciſſet*. Ridiculum, inquam, eſt hoc: quia abſque traditione Eccleſiaſtica nullus planè liber Canonicus poteſt ad poſteritatem propagari; ut ſuprà probatum eſt; & per eandem traditionem impoſſibile eſt apocrypha probari, cùm ex ea præcipuè diſcernantur apocrypha à Canonicis.

IV. *Proprium eſt hæreticorum abſcondere ſua dogmata, ac dicere: Apoſtolos quædam palàm omnibus prædicaſſe, quædam occultè tantùm quibuſdam tradidiſſe*. Reſpondeo, Neg. Aſſumptum. Quia multò magis proprium eſt, aut potiùs commune pluribus hæreticis, venena ſua palàm ſpargere ſpecioſo verbi Dei velamine obducta. Abſurditas illa myſteriorum turpiſſimorum inter Gnoſticos, Manichæos &c. apud SS. Iren. Tertull. Epiph. Auguſt. reſpectivè eſt paucorum. Nihil tale Ariani, Neſtoriani, Eutychiani, Monothelitæ, Sacramentarii, & alii. Myſteria autem apud Catholicos caſtiſſima ſunt, & poſſent omnibus propalari, ſi omnes eorum protinus capaces eſſent, ut ex SS. Dionyſ. Chryſoſt. Baſil. &c. ſuprà dictum. Jam pro coronide hujus Libri.

§. Unico.

Diſcutiuntur ea, quæ Gerhardus contra Traditionum neceſſitatem ex Bellarmino collegit.

Plura ex iis coincidunt cum Ameſianis jam excuſſis, uti ſunt, quæ Gerhardus affert Diſp. 2. Th. 37. 38. & 42. 54. 55. 56. 57. &c. Luſtremus ergo reliqua. Th. 34. 35. & 43. producit varia loca Bellarmini, quibus ipſe argumentatur negativè ex ſolo Scripturæ ſilentio: Hinc infert Th. 36. hoc modo Gerhardus; *Si in Quæſtionibus Theologicis negativè ex Scripturis argumentari poſſumus, utique Scriptura in rebus fidei ſufficienter nos inſtruit. Sed illud; ergo hoc. Connexio Majoris probatur: Quia enthymema iſtud* (Hoc non eſt ſcriptum; ergo non eſt credendum) *deducitur ex ejuſmodi propoſitione: Nihil eſt credendum, niſi quod eſt ſcriptum. Τὸ ἔγγραφον ἐστι πιστόν, vel omne credendum eſt etiam ſcriptum*. Reſpondeo, Quid mirum eſt, quòd contra hæreticos Scripturarios agens Bellarminus, juxta illorum ſuppoſitionem ita argumentetur ad hominem: Hoc N. non legitur; ergo non eſt credendum? quòd etiam idem abſolutè concludat, quando & nulla Scriptura & nulla traditio oppoſitum aut diverſum affirmat. Certè in locis allegatis pro S. Petri primatu, idem prorſus quod Scriptura, etiam traditio vulgatiſſima docet.

Th. 39. & 40. ait: *Largiri Bellarminum Lutheranis ſuffragium Conſtantini M. quo dixit*: Scripturas planè nos inſtruere, quid de rebus Divinis ſentiendum ſit. Excipere quidem Bellarminum: Quòd Conſtantinus loquatur de dogmatibus quæ ad naturam Divinam pertinent: *Atqui*, inquit Gerhardus, *eadem eſt omnium fidei Chriſtianæ dogmatum hac in parte ratio: omnia enim vel de Dei eſſentia, vel de ejuſdem voluntate nos informant; proinde omnia ſunt dogmata Divina*. Sed hoc eſt Logomachiam ventilare. Nemo unquam Theologorum, modò propriè locutus, dixit ſe tractare de natura Divina, cùm de rebus quoquo modo ex libero Dei decreto pendentibus & revelatis agit. Veriſſimum ergo eſt, de Dei natura nobis conſtare ex Scripturis juxta traditionem Eccleſiaſticam intellectis. Quinam autem ſint libri Canonici, ex ipſis libris Canonicis nullatenus conſtare poteſt; Quantumvis hæc Quæſtio etiam aliquo modo referri poſſit inter res Divinas.

Th. 41. Ex eo quòd juxta S. Chryſoſt. Bellarmin. cap. 11. affirmavit: Nullum eſſe vitium, ad quod ſanandum non inveniatur in Scriptura aliquod remedium, hinc infert Gerhardus: *Ergo nulla ſunt traditiones*. Sed quomodo hoc ſequitur? *Quia*, inquit, *hac ratione aqua benedicta, chriſma, extrema unctio, votivæ peregrinationes &c. quæ in Spirituali Scripturæ pharmacopolio non habentur, nullius erunt pretii in cura vitiorum. Præterea ſi nullum eſt vitium, ad quod ſanandum non inveniatur in Scripturis aliquod remedium, conſequens erit, nullum eſſe errorem, ad quem refellendum non inveniatur aliquod telum; cùm errorum & vitiorum hac in parte par ſit ratio, & Scriptura eo fine tradita ſit, ut non ſolùm remedia contra vitia, ſed etiam contra errores nobis ſuppeditet, adeoque ad ſalutem perfectè nos informet*. Reſpondeo, jam ſuprà contra Ameſium oſtendi, nec S. Chryſoſtomum, nec ex eo Bellarminum loqui de omnibus remediis omnium vitiorum. 2. Falſum eſt, extremam unctionem, aquam benedictam &c. non haberi etiam ex S. Scriptura, ut ſuis locis patebit. 3. Nec S. Chryſoſtomi nec Bellarmini verba vel ſenſus de qualibet ignorantia,

verba

tia,

tia, sed de vitiis voluntariis agunt. Quamquam etiam facilè largiri possimus: Scripturam optima remedia præscribere pellendæ noxiæ ignorantiæ. Qui enim semel admiserit illa dicta: *Omnia quæ dixerint vobis, servate & facite*. Matth. 23. vers. 3. *Qui vos audit, me audit*. Luc. 10. vers. 16. *Obedite Præpositis vestris*. Hebr. 13. vers. 17. *Tenete Traditiones quas didicistis &c.* 2. Thess. 2. vers. 14. his & similibus pharmacis facilè quis sanabitur à pestifero tumore hæresis, ac traditiones Ecclesiasticas admittet.

Argumentum Gerhardi Th. 44. est prorsus puerile, & indignum relatu, patetque ejus ineptia ex dictis ad Th. 35.

Th. 48. Quòd Bellarm. cap. 4. pro traditionibus urget 1. Multos libros Veter. Test. periisse, opponit Gerhardus Th. 49. *Pleraque argumenta, quæ probant libros Canonicos non interiisse in conflagratione templi & urbis, probare etiam, nullos libros Vet. Test. esse deperditos, ut enim Divina Providentia non permisit omnes libros Canonicos in Babylonico incendio perire, ita nec permisit quosdam incuria hominum, vel temporum injuria perire*. Respondeo, Valdè magna cernitur hìc disparitas; sicut enim pessimè colligeres: ex eo quòd Divina Providentia non permittat, ut error noxius irrepat in omnes Codices sacros, ita nec in aliquos. Ratio: Quia in omnibus foret damnum gravissimum humanitus irreparabile; non sic in aliquibus tantùm; ita & in casu relato.

Th. 50. idem probare conatur ex illo Bellarmini concesso lib. 2. de Verbo Dei cap. 2. *Quòd Israelitica Ecclesia ante Christi adventum eloquia Divina in Scripturis Canonicis sibi concredita fideliter custodierit. Atqui ex hac fideli custodia evinci potest, nullos libros Canonicos propriè sic dictos interiisse*. Quod probare conatur ex Salmeron. tom. 1. pag. 93. Sed Resp. Opinio utraque probabiliter à Doctoribus Catholicis sustinetur; Nec P. Salmeron aliud dicit, quàm *sibi probabilius videri, libros perditos nunquam fuisse Canonicos*. (Unicuique sua opinio videtur probabilior) Facilè responderetur pro opposita opinione, distinguendo inter libros Canonicos, absolutè pro regula credendi necessarios, quales sunt Pentateuchus, Evangelia &c. & alios, quorum non adeò magna est necessitas; cùm eadem ad articulum fidei spectantia abundè etiam ex aliis habeantur. Responderi quoque posset: Fidelem illam custodiam potissimùm consistere in eo, ut incorruptè servetur textus sacer; & ne per culpabilem negligentiam deperdantur omnia volumina sacra; uti circa ipsum Deuteronomii librum maximè necessarium, ferè contigerat tempore Josiæ Regis.

Quod ait Gerhardus Th. 51. *Si ex eo quòd libri quidam sacri sunt deperditi, Scripturæ imperfectio probari posset, consequens foret, nec ipsum Bellarminum perfectionem Canonis in Rom. Ecclesia probare posse; siquidem ex Myrothecio traditionum deperditos illos libros restituere nequit*. Respondeo, Gerhardus fucum facit Lectori. Bellarminus argumentatur ad hominem, ex Lutheranorum sensu, qui apertè dicunt: Totum Canonem esse necessarium ad hoc, ut sufficiens doctrina habeatur. Ex horum suppositione optimè Bellarminus infert: à 1500. annis, non habuisse nos sufficientem doctrinam, si (juxta Adversarios) tota sit in Scriptura, hæc autem, libris aliquibus perditis, tota non habeatur.

Quæ sequuntur usque ad finem secundæ disputat. excussa sunt inter Amesianos cavillos. Tantùm notetur specialis cavillatio Gerhardi. 1. Quòd Th. 59. & seqq. vel ex crassa ignorantia vel ex malitia supponit Bellarminum dicere, Remedium legis naturæ pro originali infantium, itemque fœminarum & masculorum ante octavum diem decedentium, esse nobis

jam in Nov. Test. scitu necessarium;
tholicorum in mentem venit. Sed to
ti Bellarminiani hæc est; Remedium
stat in Scriptura, & tamen necessar
lutem: ergo habebatur per tradition
2. Th. 65. Postquam iterasset stroph
lib. 1. de Verbo Dei cap. 2. jam ex
excussas (quòd *SS. Scripturis nihil p*
inter Christianismum qualitercunque
tandem finit: *Quodsi, ergo Scriptura*
canti fidem haberi posse ac debere, nega
stultitiæ meritò insimulabuntur. Nam si a
ra habeatur pro libro Divino, necessa
non scriptum, quod de Scriptura hoc ipsi
verbo illi non scripto fides habetur, vel
propter aliud aliquod verbum non scriptu
aliud verbum ἔγγραφον, *quia abàs esset*
nitum. Remanet ergo, quòd verbo isti à
beatur propter seipsum. Jam verò in Co
statuitur: æqualem esse verbi scripti & n
ritatem. Ergo concedere coguntur, si Ve
quod de Canonica & infallibili Scriptura
majestate testatur, fides propter seipsam a
Scriptura, de sua authoritate, majesta
testificanti, fidem propter seipsam adhibe
re; aut admittere coguntur, non esse æq
pti & non scripti authoritatem. Resp. 1.
tum directè petit æquè Lutheranos ill
loquio Ratisbonensi solemniter pluries
mittendam esse Traditionem de libris
fide Divina credendum, à Spiritu S
esse. Resp. 2. juxta ea quæ suprà e
xam. Conring. retulimus: Ordinarius
di sine periculo erroris, doctrinam
est, ut per motiva credibilitatis, &
tia addiscat homo, quænam sit vera
sia, Mater & Magistra fidelium infa
hauriat pari veneratione credenda Ve
pta & non scripta. Utraque credit
pter authoritatem Dei dicentis id sibi
Unde evanescunt sophisticæ nebulæ Ge
paritas enim inter verbum scriptum &
valdè luculentum est: Quòd de lege c
Canonicos à non Canonicis, nemo
la tantopere jactata infallibiliter pro
scernere possit (ut patet vel in Epis
quæ juxta Criteria Calvini est *Cano*
ca, sed juxta Lutheri Criteria est *Str*
mum juxta Jenenses aliosque Junio
videtur esse *neutra*) per motiva auten
dibilitatis innotescit ἀναμάρτητον Ecc
rium, & consequenter oralis ejus tr
profecta; qua mediante, & Canone
nem, & sensum Scripturæ authenticu
In Th. ult. hujus disp. 2. affingit
larmino, quòd Lib. 1. de Bapt. cap. 5
dobaptismum evidenter ex Scripturis dedu
xit: *è solis*; immò paulò ante indic
traditione haberi. Certè ignorare no
hardus, Bellarminum in toto opere
rum sexcenties dicere, hoc N. probari
nempè juxta traditionem Ecclesiæ int
Quæ in Disput. 3. tractat, vix aliu
crambe biscocta. A Th. 4. usque ad 3
pla eorum quæ Bellarm. vocat traditio
vel ipse vel alii Catholici eadem proba
Utrumque bene fit. Plurima enim hal
ptura, licèt non ita apertè, quin sine
clesiastica facilè in pravos sensus, à N
sibi sapientibus detorqueantur. Pleræq
Gerhardo adductæ tam futiles & pueri
geat illis immorari.

Idem Th. 35. proponit 14. Controversiam de norma fidei & morum, quam unicam statuit, Scripturam, aitque *Bellarminum quandoque sic disserere, ut planè negare videatur Scripturam esse fidei regulam*. Idque probare conatur ex lib. 4. de Verbo Dei cap. 4. §. ex quo &c. cap. 12. Resp. ad 2. argum. Et ex lib. 3. cap. 9. §. 1. Ex quibus omnibus ita concludit: *Juxta Bellarminum locis citatis, Apostolis & Evangelistis non fuit propositum ex professo tradere Catechismum &c. opus continuum dogmaticum &c. Et Scriptura non potest dicere, quis sit verus sensus &c. Ergo juxta eundem non est fidei Regula*. Respondeo, simile est illi quo dicerem: Quinquaginta librorum Digestorum Juris Collectoribus non fuit propositum ex professo tradere Institutiones Juris methodo scientifica, nec est opus continuum, nec omnis illa legum farrago potest dicere, quis sit verus sensus, &c. ergo libri Digestorum non sunt norma partialis judiciorum. Sicut autem hoc *puerile* enthymema sibilos meretur Jurisconsultorum, ita illud Gerhardi Theologorum. Unde prorsus otiosa verba coacervat sex istis Thesibus, & *pueriles* antilogias. Sequentes quatuor Theses adhuc sunt insulsiores; quam væcordem methodum qui vellet imitari, multò faciliùs ex ipsis SS. Bibliis posset farraginem corradere apparentium Contradictionum, quæ Calepini Dictionarium exæquaret. Th. 43. obiter tangit quæst. 15. Controversiam de Judice Controv. ubi ait: *Scripturam esse Judicem præcisè negat Bellarm. At si concedatur Scripturam esse normam, negari non potest, Scripturam esse Judicem Controversiarum. Eo enim sensu Scripturam vocamus Judicem, quia est vox supremi Spiritus sancti qui in Scripturis, & per Scripturas ad nos loquitur &c.* Denuò remittendus est Gerhardus ad sibilos Jurisconsultorum, à quibus sine dubio amplè excipietur, si corpus Juris contendat esse Judicem propriè dictum; Immò fortè dubitabunt iidem, an sobrius hæc scripserit Gerhardus? Nec melioris notæ sunt quæ addit. Certè talia, ut dissolutas scopas, pro argumentis stringentibus adducta, meritò ridere queant Logicæ tirones. Mihi equidem imperare nequeo, ut bonas chartas ejusmodi ratiocinationum quisquiliis impleam. Audeat Titius dicere, esse argumenta virilia Theologo digna!

Th. 52. quærit: *An S. Scripturæ authoritas pendeat ab authoritate Ecclesiæ?* Facilis est conciliatio omnium in speciem contrariorum dictorum, si observetur illa Aristotelis & sancti Thomæ usitata distinctio, inter ea quæ sunt notiora natura, & quæ sunt notiora nobis. Item si notes, Ecclesiam absolutè esse sine verbo scripto, Scripturam autem (seclusis continuis miraculis) non posse esse sine traditione Ecclesiastica, ut multis ostensum est in prioribus contra Amesium.

VINDICIÆ
PRO LIBRO PRIMO
DE CHRISTO.

Ad CAPUT II.



LIBET in hoc libro tertio, Gerhardum (præter methodum aliàs præfixam) Amesio præponere, ejusque errorem ubiquisticum, quem ridiculè etiam Bellarmino imputare satagit, suis in locis discutere.

I. Format is Disp. 4. duplicem hac de re quæstionem; priorem sic generaliter: *An Christo secundum humanam naturam vi unionis personalis, & exaltationis ad Dei dexteram dona verè Divina & infinita, verè ac realiter sint communicata?* Posteriorem verò Th. 26. ita: *An inter alia Divina Idiomata etiam Omnipræsentia assumptæ Humanitati Christi sit communicata?* Non solùm Bellarminus cum omnibus Catholicis, itemque Calvinistæ, sed etiam ex Lutheranis Helmstadienses, Norimbergenses, & quotquot libro Concordiæ nomen dare recusarunt, acriter hoc negant, quibus id dogma portentosum & Cyclopicum non tam hæresis, quàm fatuitas videtur, ut vel maximè hic verum sit illud: Nulla fœditas sine amore, nulla fatuitas sine Patrono. Certè D. Calixtus, licèt alioquin Lutheranus, apertè pronunciat: *Qui dicit Christum esse secundùm humanam naturam suam, vi personalis unionis, omnipotentem, omnipræsentem &c. ille est Eutychianus*. Item: *Nec error Papistarum de Transsubstantiatione, neque Calvinianorum de reali præsentia, tam abominabilis est, quàm est Lutheranorum de Ubiquitate Christi, quæ hominis &c.* Quid hic Titius.

II. His tamen non obstantibus, Gerhardus ex eo, quòd Bellarminus hoc capite fatetur, Jacobum Fabrum Stapulensem dogma ubiquisticum propugnasse, quem secutus sit Lutherus &c. infert: *Jam tum in Ecclesia notam & propugnatam fuisse eam doctrinam, tempore Augustanæ Confessionis exhibitæ, & nihilominus Cæsarem cum Principibus Romano-Catholicis approbasse articulum 3. in Responsione ad illam*. Resp. 1. Verum est, monstrosam illam ubiquitatem Parisiis enixum esse Stapulensem; sed mox in cunis suffocatum fuisse infernalem partum 15. Februarii. Anno Christi 1526. in Collegio Sorbonæ; ut ex authentico Instrumento illius Facultatis Theologicæ dato 29. Januarii, anno 1631. ad Illustrissimum & Reverendissimum Episcopum Augustanum refert P. Laurentius Forerus, in libello anno 1658. evulgato, qui inscribitur: Testificatio Orbis contra Christi Ubiquitatem. Resp. 2. Dixit quidem Cæsar, in 3. articulo *nihil esse, quod offendat*, nempè si verba spectes, prout jacent, quæ adhuc hodie omnes Catholici eatenus approbamus, quatenus in simplici & obvio sensu Catholicam veritatem profitentur. Verùm rectè notavit in Harmonia Confessionis Andreas Fabricius mox post Responsionem Cæsaris & Catholicorum Principum: *Tametsi tertius Articulus, doctrinæ Catholicæ (si verba spectes) conformis esse videatur; tamen si quæ monstra Lutherus & Melanchthon hic alant, quis propius expendat, facilè deprehensurum impietatem &c.* Similia indicat ibidem Joan. Hofmeisterus. Plus verò hinc non infertur, quàm quòd Ubiquetarii sub verbis ex se nil falsi præseferentibus, & Catholicum sensum facilè admittentibus, venenum suum occultarint, sicut etiam occultant sub illis Symboli verbis: *Sedet ad dexteram Dei Patris*. Certè idem, quod nos, sensit in hac parte D. Calixtus, quantumvis & ipse Lutheranus, & Augustanæ Confessioni, religione Sacramenti adstrictus.

III. Bellarminus hoc cap. Lutherani, inquit, docent, Christi carnem habere attributa Divinitatis; ex quo sequitur, eos vel esse Nestorianos, vel Euthychianos,

nos, vel monstrum ex utraque hæresi compositum. Si enim dixerint, ea esse communicata *essentialiter*, erunt Eutychiani; si *accidentaliter*, Nestoriani. Ad hoc ait Gerhardus, *dari tertium, juxta ipsum Bellarm. lib. 3. cap. 8. §. Vera, nempè: personaliter. Quod enim ipse de unione asserit, idem nos dicimus de communicatione, quæ ex unione oritur, & naturam unionis sequitur*. Sed Gerhardus videtur nescire quid loquatur. Quid enim est, *communicari personaliter*? an communicari personæ? Hoc quidem verissimum est, quòd personalitati Verbi communicentur attributa identicè, adeoque essentialiter, nil verò hìc ad rem facit. An quòd Humanitati communicentur realiter & intrinsecè, ita ut jam verà & realiter & intrinsecè sit æterna, ubique, omnipotens Humanitas, non minùs ac Divinitas? Hoc verò nec essentialiter, nec accidentaliter, sed tantùm chimæricè illi affingi potest, ut patet ex dictis. An denique quòd vi personalis unionis illa attributa intrinsecè communicentur Humanitati? Sed hoc quidem verum est, quatenus verè in concreto de se invicem possunt prædicari; valdè autem falsum & absurdum est, quòd realiter, intrinsecè, sive essentialiter, sive personaliter, sive accidentaliter possint communicari, non certè magis, quàm ipsa Divinitas communicari potest Humanitati, & hæc illi, ita ut dici queat: Divinitas est Humanitas, & vice versa. Anne admittent ipsi hanc similesque propositiones? Verbum est Humanitas: Humanitas est filia consubstantialis Patri &c. Non reor equidem. At si Verbum immediatè per physicam unionem communicatum Humanitati non facit hanc filiam Dei consubstantialem, quomodo attributa, quæ non nisi mediante Verbo communicantur, Humanitatem ut sic reddent æternam, omniscìam &c.?

Ad CAPUT VIII.

QUIA Bellarminus hoc cap. statuit: Unionem hypostaticam consistere in communicatione subsistentiæ Verbi; hinc Gerhardus infert: *Si ipsa Verbi subsistentia, quæ est idioma Filio Dei maximè proprium, utpote per quam intima Deitatis unitate à Patre & Spiritu S. distinguitur, est assumpta Humanitati communicata; utique idioma aliquod Divinum est assumpta Humanitati communicatum; sed verum prius; ergo & posterius. 2. Si ipsa communicatio subsistentiæ assumptæ Humanitati fieri potuit, & verè facta est absque naturarum confusione & exæquatione; utique etiam reliquorum Divinorum attributorum communicatio non statim introducit naturarum confusionem & exæquationem, quod Bellarminus metuit; sed verum prius; ergo & posterius. 3. Si ipsa Verbi subsistentia sive ὑπόστασις τοῦ λόγου est assumptæ Humanitati communicata, quomodo essentialia attributa τοῦ λόγου non erunt assumptæ Humanitati communicata? cùm hypostasis τοῦ λόγου non sit aliquid realiter distinctum ab attributis essentialibus, & natura Divina cum τρόπῳ ὑπάρξεως in Filio Dei considerata; aliàs persona Filii ex duobus realiter distinctis esset composita; sed illud verum, ergo & hoc. Ubi tamen notandum, quòd in connexione Majoris à communicatione ὑποστάσεως ad communicationem essentialium in hoc mysterio ideò progrediamur, quia Scripturam habemus prævium & ducem; proinde non hic nitimur humanis λογισμοῖς, sed Spiritus sancti oraculis*. Libuit ad verbum hic adscribere Gerhardinos discursus, Ubiquetario & Quodlibetario dignissimos. Triplex Major hypothetica, in quibus pendet tota lis, nec leviter probatur, cumque adverterit ipse Argumentator, se ubique principium petere, satis habuit dicere: *Se hic non niti humanis λογισμοῖς* (quod profectò nimis verum est: nam arcadicæ pecudes vix aliter ratiocinarentur, si possent ullius discursus esse capaces) *sed Spiritus sancti oraculis*; quod nimis falsum est; nisi impia æquivocatione, *oracula Spiritus S.* dicantur verborum Scripturæ cortex, porte
stationem Ubiquetariorum operiens.
puerili ineptia ausum esse *Summum*
Theologum, orbi se deridendum ex
quæso hic Titius?

Ad CAPUT I[X]

QUia Bellarminus hoc cap. conc
ne hypostatica sequi commun
matum, indè Gerhardus Ti
rectè inferri hypostaticam idiomatum com
frustraque dicere Bellarminum: Illam com
non esse realem, respectu ipsarum N
volunt Lutherani; neque esse planè ve
lunt Calvinistæ; sed esse realem respec
utriusque naturæ, non autem respectu
rarum. Contra enim, inquit Gerhard
concessa à Bellarmino hypothesi firmiter fu
gere: Cui realiter communicata est Divin
tia, illi etiam dona verè Divina realiter
ta. Assumpta humana Christi natura reali
est Divina Verbi subsistentia; Ergo etiam
dona verè Divina realiter sunt communic
non videt Majorem nullo prorsus fulc
velut αὐτόπιστον ἀξίωμα prolatam, in
ximè robusta probatione? quia de hoc
lis est, Nec in sequentibus quidquam
variationem Gerhardus affert.

Ad CAPUT X

REctè in hoc cap. Bellarminus:
catione, inquit, idiomatum,
quitur, duo esse in mundo omnipoten
infinita, nempè Deitatem & Human
nit Gerhardus: *Eodem modo contra e*
subsistentiæ Verbi à Bellarmino concessam al
tari: Ex communicatione hypostaseos sequ
hypostases in Christo, scilicet Deitatis & H
dem planè recidit argumentum & Resp
quòd scilicet idiomata illa non essent
communitates: retorquet Gerhardus,
cendum esset de subsistentia Verbi communic
Verùm disparitas est utrobique lucule
stentiam relativam & attributa absolu
possibile est Deum uniri intrinsecè cr
perficiat formaliter creaturam, non
illi hanc vel illam denominationem pe
Ubicate cognoscentis &c. nam si daret una
ret etiam alias omnes; cùm non sit ma
quàm alterius; adeoque faceret Deum
hoc est, Ens habens omnes perfectiones. N
lem denominationem dat, quia entita
duratio, ubicatio, cognitio &c. alter
sius; tribuit proinde tantùm hunc ef
lem, qui est *esse unitum intrinsecè Deo*
Et quia in ratione perfectionis substan
primo & contingenter communicatæ,
est infinita, utique non potest augeri;
tura *subsistit* in ea perfectione. Nihil e
recipiat à Deo unito effectum formal
2. Si attributa absoluta Dei, ut imme
potentia, omniscientia, communicaret
intrinsecè ac subjectivè Humanitati,
immensa, omnipotens, æterna (aut p
cto, immensitas, omniscientia &c.)
sent duo immensa, æterna, ut argume
ni probat. At hypostasis Verbi ità
Humanitati, ut hæc ipsamet non fiat
bi, sed tantùm ut per illam subsistat
complementum in his ratione substant

piat, & ideò manifestum est, non duplicari hac communicatione hypostasim. Conatur quidem Gerhardus id quod de hac posteriori communicatione diximus, etiam priori tribuere, cùm ait: *Per realem idiomatum communicationem non introduci duplicem omnipotentiam, omniscientiam &c. sed illam ipsam τυ λόγυ omnipotentiam, qua est & manet in aternum ipsi essentialiter propria in natura humana; & per humanam naturam, cui est personaliter communicata, sese exercere, sine ulla sui multiplicatione, vel physica transfusione, vel alterius omnipotentia &c. productione.* Sed disparitas à nobis assignata hoc effugio non tollitur. Nam vel illa æternitas E. G. Divinitatis communicatur Humanitati realiter & intrinsecè, ita, ut verè & propriè sit æterna sicut Divinitas, hoc est, initio & fine careat ex se; vel tantummodo communicat ei denominationem æterni ab æterno Verbo, cui immediatè, & Divinitati mediatè unita est? Si hoc posterius dicatur, tunc dat manus Catholicæ sententiæ; si prius, evidenter statuuntur duo æterna, Humanitas scilicet & Divinitas, & prior simul etiam temporalis, quod est sine dubio chimæricum, ac totum Incarnationis mysterium evertens.

Ad CAPUT XV.

GErhardus Th. 27. ex hoc cap. §. 2. cavillandi occasionem captans: *Ubi Bellarminus*, inquit, *omnipræsentia, quam odiosè* Ubiquitatis *nomine traducit, sit adversus, eandem tamen suis hypothesibus statuminat. Nam 1. concedit, Christum secundùm humanam naturam esse ad Dei dextram evectum, & hanc Dei dextram, per potentiam & dominium super omnia definit. En ergo disertam Bellarmini confessionem, per dextram Dei, ad quam Christus sedet, intelligi debere gloriam, potentiam, & Majestatem Divinam. Item Christum secundùm eam naturam, juxta quam sedet ad Dei dextram, pari potentia & honore regnare & judicare omnia cum ipso Patre. Quid ergo restat, nisi ut firmiter hoc modo concludamus. Secundùm quam Naturam Christus sedet ad Dei dextram, secundùm eam pari potentia & honore cum Patre regnat, ac proinde non absens, sed præsens in cælo ac terra dominatur; atqui Christus secundùm humanam Naturam sedet ad Dei dextram; ergo. Vidit Bellarminus nexum & nervum argumenti hujus esse ἀδιάλυτον. Nihilo tamen minùs respondere & eluctari conatur dicendo:* Datam esse Humanitati istam sessionem non ipsi in se, sed in supposito. *Miserum profectò effugium, cui jam antè viam præclusimus §. 11. Concedit Bellarm. lib. 3. de Christo cap. 8. §. His igitur:* Unionem hypostaticam consistere in communicatione subsistentiæ Verbi: *Quia ergo per unionem ipsa Filii hypostasis facta est etiam carnis hypostasis, ideò etiam per illam ipsam hypostaseos humana Christi Natura factam communicationem, eandemque secutam humanæ Christi Naturæ ad dextram Patris exaltationem, caro illius sessionis ad dextram Dei verè & realiter particeps est facta.* Resp. Imaginarius Gerhardi de Bellarmino constricto triumphus facilè dissipatur ex dictis. Vim utique haberet hic Lutheranus Achilles, si hypostasis Verbi communicaretur identicè Humanitati, sicut Verbo communicatur per unionem physicam; quia verò prius non factum est, ideò caro seu Humanitas ipsa in se realiter & intrinsecè non recepit in se omnipotentiam, & reliqua attributa increata. Nec meliùs Th. 33. refellit similitudinem inter Humanitatem Christi & purpuram Regis: Etsi enim non in omnibus similitudo hæc valeat (ut ipse Bellarm. cap. 7. rectè ait) tamen aptè rem explicat, de qua hic disputatur. Similitudines Unionis hypostaticæ cum unione corporis & animæ, cum ferro ignito, utcumque unionem personalem declarant, inquit Bellarminus. Gerhardus verò Th. 37. 38. 39. omnimodam paritatem etiam in maximè dissimilibus exinde malè infert.

Th. 42. Gerhardus vult notari ex art. 3. Confessionis Augustanæ: *Quòd Sessio Christi ad dextram Patris ἐξηγητικῶς per Dominium in omnes Creaturas declaretur, & quòd eadem sessio ad dextram Patris, Christo secundùm humanam Naturam contigisse ibidem asseratur. Ex quo,* inquit Gerhardus, *nascitur immotum hoc argumentum: secundùm quam naturam Christus ad dextram Patris est collocatus, ac per eandem collocationem Dominium in omnes creaturas accepit, secundùm eandem est etiam omnipræsens. Ratio connexionis est: quia ut dextera illa Patris, ad quam Christus est evectus, Divina est & infinita, nulli loco inclusa, à nullo loco exclusa: ita quoque Dominium, quod Christus per collocationem ad illam dextram accepit, est Divinum atque infinitum, nulli loco inclusum, à nullo loco exclusum, proinde non est Dominium absentis, sed præsentis; cùm Christus non regnet more hujus sæculi, sed per modum dextra Dei, nec vicaria aliorum opera in regimine absens utatur, sed creaturis omnibus præsentissimus, modo Divino & incomprehensibili Dominium suum exerceat. Jam verò Christus secundùm humanam Naturam est ad dextram Dei collocatus, ac per eandem collocationem accepit Dominium in omnes creaturas. Dicitur enim in August. Confess. art. 3.* ideò ascendisse ad cœlos, ut sedeat ad Dei dextram, & perpetuò regnet ac dominetur omnibus creaturis: *Ex quo inferimus: Secundùm quam Naturam Christus ad cælos ascendit, secundùm eandem etiam ad dextram Dei consedit; atqui Christus secundùm humanam naturam ad cælos ascendit, ut constat; ergo etiam secundùm humanam naturam est omnipræsens.* Respondeo, Major principalis Syllogismi non modò non est firma, ut possit conferre vires ad immotum argumentum, sed est planè flabilis, immò satis apertè falsa. Nec eam confirmat ratio connexionis allata. Nam etsi dextera Dei sit infinita, immensa &c. non propterea Dominium creatum, humanæ Christi naturæ collatum, etiam est in se infinitum, immensum, increatum &c. Sicut enim creatura nec per absolutam Dei potentiam omnipotentiæ Divinæ capax fieri potest; (cùm saltem seipsam producere, aut in nihilum redigere non valeat) ita nec omnipræsentiæ nec absolutæ æternitatis capax fieri potest. Quòd autem fingitur gubernationi Christi ut hominis necessaria omnipræsentia localis, planè ineptum est. Quidni enim existens in uno cœli loco, possit cognoscere & decernere de omnibus, quæ fiunt bene vel malè in cœlo, in terra, & infrà terram? Resp. 2. Tota ferè hallucinatio contigit Ubiquistis in hac materia, quòd 1. non discernant Dominium creatum ab increato: illud datum est Humanitati; posterius verò nec quidem per absolutam potentiam alteri conferri potest. 2. Quòd putent: *Sedere ad dextram Patris*, nihil aliud formaliter esse, quàm esse consubstantialis excellentiæ, adeoque esse intrinsecè & subjectivè Deum, etiam quoad naturam humanam; quod prorsus chimæricum esse patet ex dictis. Resp. 3. Quàm ambigua sint verba articuli 3. August. Confess. jam suprà indicatum est in not. ad cap. 1. Resp. 4. Posterior syllogismus non vacat vitio quarti termini. Nam in Conclusione ponitur *Omnipræsens*, quod in neutra præmissarum apparet. Porrò si dicas: *Omnipræsentem esse, & ad dextram Dei consedere*, esse unum & idem. Resp. Hoc ipsum vel maximè est in Quæstione, & à nobis censetur indubiè hæreticum & absurdum. Tantum ergo abest, ut Gerhardi argumenta sint immota, ut potiùs deprehendantur pleræque propositiones vel apertè falsæ, vel saltem ambiguæ & fallaces. Immò unica illa Minor posterioris syllogismi, quæ videtur præ cæteris esse minùs vitiosa, ab ipso illaudabili dogmate Ubiquitatis reipsa tollitur: quomodo enim si ubique est, ascendit?

Ad

Ad CAPUT XVI.

I. EX eo, quòd Bellarm. hoc cap. §. *Respondeo, priora &c.* concedit Christi Humanitati collatam potentiam in omnes creaturas &c. Gerhardus infert: *Atqui potentia hæc in omnes creaturas, non potest esse alia, quàm Divina, infinita.* Sed hoc dicit, & non probat: nec probari potuit, cùm repugnet omnipotentia creaturæ. Deberet enim existere antequam existat, aut operari simul, & non esse &c. quæ sunt subtilitates solis Ubiquistarum ingeniis perviæ.

II. Ex eo, quòd Bellarm. lib. 4. de Christo cap. 2. §. *paucis*, affirmat: Christi animam ab ipsa sua creatione, sapientia & gratia plenissimam fuisse, idque probat ex Isai. cap. 11. vers. 2. cap. 61. vers. 1. Psal. 44. vers. 8. Actor. 4. vers. 27. & 10. vers. 38. Gerhardus Th. 13. sic infert: *Si Christo secundùm assumptam humanam naturam in ipsa Conceptione, gloria & Spiritus S. datur sine mensura, ut ex plenitudine ejus omnes accipere potuerint & adhuc possint, utique etiam Christo, secundùm humanam naturam assumptam in ipsa Conceptione, dona verè Divina & infinita sunt communicata. Ratio connexionis est, quia gratiam & Spiritum dari sine mensura, ac finita tantùm & mensurata dona Christo esse data, ἀντιφατικῶς sibi invicem opponuntur. Sed verum prius; ergo & posterius.* Respondeo, Ratio connexionis infirma, immò nulla est. Nam verborum illorum Joan. 3. v. 34. *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum*, sensus non est, quòd Deus Humanitati Christi ita communicarit attributa Divinitatis infinita, ut Humanitas verè esset æterna, omnipotens, omnipræsens &c. (hæc enim manifestè involvunt contradictionem. Quomodo enim omnipotens ea natura, quæ seipsam producere non potest? Ubique, quæ incipit & desinit esse nunc in hoc, nunc in illo loco? Æterna, quæ determinatio tempore cœpit existere? &c.) Sensus ergo est, Deum sanctificare naturam Christi humanam per infinitam & increatam Verbi sanctitatem; non quidem per tantam, quantam ipsi personalitati Verbi communicat, nempè per identitatem; sed tantam quantæ est capax, videlicet per unionem physicam, quæ sine dubio est minor communicatio quàm identitas. Quoad dona verò creata, ut sunt lumen gloriæ, gratia sanctificans &c. ea communicata sunt animæ Christi in tanta intensione, ut moraliter infinita censeri debeant: immò si infinitum Categorematicum creatum esset possibile, indubiè hæc dona creata infinitæ intensionis in anima Christi admittenda essent. Sed ex his omnibus nihil infertur de reali communicatione Divinarum proprietatum in natura humana, utpote quæ simpliciter chimærica est. Unde etiam ruit.

III. Illatio Gerhardi, qua Th. 14. ex eo, quòd Bellarm. lib. 4. de Christo cap. 4. §. 1. dixit (Non esse credibile, quòd Verbum personaliter factum sit homo, & non simul effuderit in ipsa Incarnatione in illam Humanitatem omnia dona, quorum capax erat) assumit: *Atqui si capax fuit infinitæ Verbi subsistentiæ (quod concedit Bellarminus) utique etiam capax erat aliorum idiomatum & donorum.* Negatur planè sequela & paritas. Disparitatem inter ista multiplicem assignare solent Scholastici in 3. part. S. Thom. quas hic omitto.

IV. Ex plenitudine scientiæ quam Bellarm. lib. 4. cap. 1. §. *At Catholicorum*, tribuit animæ Christi, infert Gerhardus Th. 19. *Repletum esse scientia tanta, ut nihil postea discas, quod ante nescieris, nosse omnia, & omnes thesauros Sapientiæ & scientiæ Dei in se reconditos habere, est esse omniscium; sed juxta Bellarm. ut homo tanta scientia ab ipsa Incarnatione pollebat; ergo Christus ut homo fuit omniscius.* Respondeo, Major est nimis falsa. Etsi enim Christi anima cognov
cognoscit Deus scientia visionis (ut c
ma docent multi; non paucis tamen
tibus) tamen non ideò cognovisset o
omnia Dei decreta conditionata, &
quæ ad comprehensivam & Divinam
runtur.

V. Th. 46. ex hypothesi Bellarm. e
charistia à cap. 1. ad 9. de reali præ
Christi in S. Eucharistia simul & seme
cis administrata, sic arguit Gerhardus
nibus, ubi Eucharistia celebratur, corpus
realiter præsens est, nec tamen vel extens
plicatur, vel substantia ejus destruitur &c
Unionis personalis, & sessionis ad dextram
locis, citra expansionem, multiplicationem
potest. Sed verum prius; ergo. Resp. M
ca caret glutine, adeoque sine impu
ruit. Posse divinitus unum idemque c
actionem reproductivam, sive adduct
plurimis locis, infrà tom. 3. ex Cath
constabit: Ubiquitatem Divinam Hu
fecè & subjectivè communicari est Ch
patet ex dictis. Difficultates, quas
Th. 47. contra Replicationes Corpor
gerat Gerhardus, facilè expediunt C
ctat. de Eucharist. Videatur hic P. G
pag. 169. nec tantæ sunt, ut ad porte
tatem, totius mysterii devastatricem
lum confugere oporteat. An denique
replicari queat corpus sive Christi, si
aliud? salva fide & charitate discepta
Mihi multò probabilior est negativa.
firmaretur, nihil tamen hinc præfic
cùm hæc fingatur à suis Patronis esse
vinum; illa autem replicatio immensa
fortiori hinc patet, argumentum quint
(quod Gerhardus accersit à Spiritibus
defunctorum, itemque ab Angelis, q
filio dicit Bellarm. lib. 1. de Beatit. San
nia ubique videre; Gerhardus verò h
quam ineptè, infert: ideò etiam ubiq
tes &c.) esse multò debilius. Nil hic v
pæ dissolutæ.

VI. Proponit Gerhardus Th. 52. t
versiam, prorsus impertinentem, an C
competat cultus latriæ; citatque primò
lib. 1. de Beat. Sanct. cap. 12. ubi assera
manitati non latriam, sed ὑπερδουλίαν c
notetur fraus Gerdardi. Bellarminus lo
loquitur de Humanitate Christi à Verb
de hac est controversia merè Scholastic
criter negantibus, ei competere cultum
citat & sequitur Vasquez; & vicissim n
fortè, affirmantibus, cum Suarezio in
fidei controversias hoc penitùs non s
quòd alioquin homo Christus latria
cum Verbo coadorari, est apud omn
extra omnem controversiam.

V I N D I C

Pro Libro Quarto de Ch

Ad CAPUT II.

TAndem silentium abrumpit Ame
autem, in tribus prioribus de Ch
hu occurrere impugnandum, nisi quòd

cap. 19. errorem eorum, qui dicunt Christum esse Deum à seipso, novam hæresim vocet, à qua quidem ipse Calvinum pronuntiet quoad rem esse immunem, sed tamen quoad modum loquendi sine dubio errasse, & dedisse occasionem, ut de illo scriberentur, quæ scripta sunt à Catholicis. Ab hac criminatione conatur Magistrum suum liberare Amesius, productis Calvini testimoniis. Sed cùm nihilominùs dissimulet alteram accusationem, quam mox Bellarm. subjungit: Calvinum in epistol. ad Polonos, & in lib. contra Gentilem, non tantùm passim asserere, Christum esse *αὐτόθεον*, sed etiam asserere: impropriè & durè esse dictum in Symbolo Patrum: Deum de Deo, *lumen de lumine*. Intolerabilem hanc Calvini arrogantiam, qua Nicænos Patres notare non erubuit, suaviter dissimulat Amesius; & rectà progreditur ad lib. 4. ubi primò ait: *Occurrere quæstionem, non maximè necessariam, de Scientia animæ Christi breviter expediendam*: scilicet,

An Christi anima ita repleta fuerit scientia ab ipsa sua creatione, ut nullo modo in scientia profecerit? Pontificii affirmant, nos negamus, *ait Amesius*.

Catholicam sententiam Bellarm. probat. 1. Isa. 11. vers. 2. *Egredietur Virga de radice Jesse -- & requiescet super eum Spiritus Domini &c.* Idemque indicatur omnibus illis locis, quibus Christus dicitur unctus à Deo, Spiritu S. ut Psalm. 44. vers. 8. Isai. 61. vers. 1. Actor. 4. vers. 27. & 10. vers. 38. Ubi necessariò intelligenda est hæc unctio facta in ipsa Conceptione: Tum quia eam conjungit Isaias cum ipsa Incarnatione: Tum quia aliàs Angelus non dixisset Luc. 2. vers. 11. Natus est vobis hodie Salvator mundi, qui Est Christus Dominus, hoc est Unctus: Tum quia Joan. 1. vers. 14. Verbum caro factum est, plenum gratiæ & veritatis: Tum quia, ut S. August. lib. 15. de Trinitat. cap. 26. ait: absurdissimum esset dicere, Christum anno 30. accepisse Spiritum S. cùm ejus Præcursor acceperit in utero Matris suæ. Amesius non negat, unctionem hanc in instanti Incarnationis factam: *Sed*, inquit, *sicut Divina natura in ipso occultabat aliquo modo suam Majestatem in humiliatione Christi, ne exerceret illam dignitatem, qua postea apparuit in exaltatione: sic cohibebatur etiam spiritus ille Sapientiæ, ne statim in perfectione, sed paulatim pro ratione status Christi exerceretur*. Resp. Disparitas magna est inter utrumque. Occultatio enim illa serviebat tantùm ad apparentiam externam, & quantum ad mysterium Redemptionis, per corpus visibile & passibile peragendum, utile erat, ad quod nihil prorsus conferebat interior omnibus ignotus scientiæ defectus.

II. Bellarm. Christus accepit gratiam sine mensura, Joan. 1. vers. 16. Ephes. 4. vers. 7. Joan. ult. vers. 17. Coloss. 2. vers. 3. Respondet Amesius ex Medina in S. Thom. par. 3. quæst. 7. art. 12. *In Christo esse gratiam infinitam; sed scientiam creatam esse finitam*. At Bellarminus nec dixit, scientiam Christi esse infinitam; nec illis locis citatis hoc voluit probare; sed tantùm, quòd non potuerit proficere, eò quòd acceperit sine mensura, alii autem de plenitudine ejus accipiant cum mensura. Itaque nil hic ad rem facit tota Thesis 4. Amesii.

Ad CAPUT III.

AD probationem è testimoniis SS. Patrum hoc cap. adductam Respondet Amesius 1. *Fatetur Medina in Th. part. 3. quæst. 10. art. 2. Ambrosium, Dionysium Carthus. Epiphanium, Euthymium, & Bedam aliter docuisse*. At in tota quæst. 10. (& ut puto, etiam in toto illo Opere) Medina quatuor posteriores Doctores ne nominat quidem, neque vel leviter tale quid insinuat, quod ei affingitur. Ait 2. Amesius: *Plerique eorum quos Bellarminus citat, vel de persona Christi loquuntur, vel illa testantur quæ nos negamus*. Resp. Non hic opus nisi candido & intelligente Lectore, & facilè patebit vanitas effugii.

Ad CAPUT IV.

ASsertum suum, ex ratione, hic probat Bellarm. I. Quia non est credibile, quòd Verbum personaliter factum sit homo, & non simul effuderit in Humanitatem omnia dona, quorum erat capax illa anima, quæ revera erat anima Dei. Unde S. Damascenus dixit: Eos non credere Incarnationem, qui credunt illam animam paulatim profecisse. Respondet Amesius: *Cùm dona illa non naturaliter & necessariò sequantur unionem, credibile esse, potuisse certo consilio paulatim communicari*. Sed nullo modo credibile est, voluisse Deum Humanitati summè sibi dilectæ non mox cum gratia unionis conferre omnia dona, quorum & capax erat, & quorum carentia non conduceret ad Redemptionem in carne passibili præstandam; ob hoc enim tantùm suspensa fuit gloria corporis, non sine miraculo, quæ alioquin æquè illi debita erat.

II. Bellarm. Sapientia & gratia Christo homini fuit naturalis, ut docet S. August. hoc est, fuit ei connaturaliter debita, posita semel Unione hypostatica; ergo sine miraculo non potuit illis carere. Nulla autem rationabilis causa fingi potest, cur suspenderetur illud debitum connaturale. Unde evanescit replica Amesii.

III. Bellarm. Christus fuit Filius Dei ab incarnatione, & hæres omnium paternorum bonorum, neque debuit expectare successionem ex morte Patris; ergo tunc debuit repleri omnibus donis. Replicat Amesius: *Debuit igitur ab initio Incarnationis tam corpore, quàm anima glorificari*. Resp. Non sequitur. In hoc quippè dispensationem exigebat nostra Redemptio. Nec jus tantùm, quod vult Amesius, sed etiam possessio donorum interiorum ei vel maximè congruebat; nec proderat eorum carentia nostræ liberationi.

IV. Bellarm. Christus homo in ipsa Incarnatione factus est hominum & Angelorum caput. Caput autem non debet esse minus ornatum, aut minus sapiens, quàm sint membra. Neque plus hic valet Instantia Amesiana de gloria corporis suspensa, quàm valebat in prioribus. Excellere autem hoc caput debuit, non solùm qua Deus, sed etiam qua homo, quod non fieret, si paulatim profecisset, ut vult Amesius.

V. Bellarm. Adam creatus est sapientissimus: multò ergo magis secundus Adam in Conceptione. Replicat Amesius: Si ita: *Quidni igitur & in perfecta statura Viri nascebatur Christus, quia Adam ita fuit creatus?* Resp. Non sequitur: Statura enim infantilis conveniebat nato ex Vigine, & qui carnem suscipiebat passibilem. Quod subjungit Amesius: *Secundus Adam, ut erigeret nos ab illa ruina, qua per primum Adamum nos oppressit, descendere voluit in eundem statum (excepto peccato) in quo nos ille reliquerat &c.* discutietur in not. ad cap. seqq. Responsione ad argumentum primum Agnoitarum & Calvinistarum.

Ad CAPUT V.

ARgumenta Calvinistarum à Bellarmino hoc cap. soluta, sunt potissimùm sequentia.

I. Christus ex Hebr. 2. vers. 17. *Debuit per omnia fratribus similis fieri*. Et cap. 4. vers. 15. dicitur: *Tentatus in omnibus similiter, absque peccato*. Respondet Bellarminus: Cùm excipitur peccatum, intelliguntur excepta non solùm peccata, sed etiam omnes illi defectus, qui non erant utiles Redemptioni. Et cùm dicitur, per

omnia

omnia assimilari, nomine omnium intelliguntur omnia quæ ad perfectionem naturæ pertinent, vel ad Redemptionem conducunt. Quæ replicat Amesius, sunt merissima petitio principii. Falsum enim est, & nec minima ratione vel authoritate probari potest. 1. *Ad Redemptionem, tamquam partes humiliationis, conduxisse etiam eos defectus* internos, *quorum singularem utilitatem non percipimus.* 2. *Ad Redemptionis applicationem conducere, quòd sciamus Christum eas infirmitates nostras expertum esse.* Verùm si sic esset, cur non etiam pari immò potiori jure, podagram, febres &c. morbos acutissimos Christo attribuere oportebit? ut nihil dicam de involuntariis concupiscentiæ motibus.

II. Argum. Calvin. Luc. 2. vers. 40. *Crescebat & corroborabatur spiritu, implebaturque sapientia, & Dei gratia erat super eum.* Et vers. 52. *Proficiebat sapientia, & statura, ac gratia apud Deum & homines.* Bellarm. 1. Vox πληρούμενος vers. 40. aliquando significat idem quod, redundans, plenus: uti à nostro Interprete accipitur. Amesius hanc interpretationem rejicit, quasi *non propriam, & germanam, nec convenientem huic loco, propter sequentem vers. 52. & plus significari ea voce quàm esse repletum.* Hæc Amesius ait, sed nil horum probat. Sit tamen ita ut vult. Tunc 2. sensus est hic: quòd sapientia tam increata quam creata, quæ in ipso erat, replebantur indies magis organa corporea, & movebantur atque aptabantur ad opera excellentiora. Amesius: *Hoc aliquid est*, inquit, *sed non totum. Evangelista enim affirmat, eum corroboratum fuisse Spiritu, non corpore solo, quatenus implebatur Sapientia* ἐκραταιοῦτο τῷ πνεύματι, πληρούμενος σοφίας. His verò plus non evincitur, quàm dictum est. Sit tamen etiam hoc, ut vult Amesius. Tunc 3. dicendum est: repletum fuisse Christum Sapientia acquisita per experimentum proprium practicè earum rerum, quas non ignorabat theoricè. Hanc interpretationem etsi probet Junius Calvinista, dicens: *Hoc illud est quod Nos*, Calvinistæ, *affirmamus.* Amesius tamen replicat contra hoc. 1. quod *nusquam aliàs reperiatur hæc phrasis, tali sensu, ut quis dicatur sapientia impleri, eò quòd experitur illa, quæ antea perfectè sciebat. At meritò sufficere debet locus Apostoli, Hebr. 5. vers. 8.* ubi dicitur *Christus didicisse obedientiam per ea quæ passus est.* Itemque S. Ambrosii lib. de Incarn. Dom. Sacram. cap. 7. ubi dicit: *Christum habuisse naturam humanam initio perfectam, & tamen sensu humano profecisse.* 2. ait Amesius: *Hac ratione crescebat in Sapientia, etiam post resurrectionem, non minùs quàm in pueritia: tunc enim primum expertus est, quid sit in cœlum ascendere, sedere ad dextram Patris &c.* Resp. Transeat: nihil hic absurdi, nec contra Nos, aut veritatem ipsam. Solutionem 4. dat Bellarminus: proficiebat Christus Sapientia & gratia, opinione hominum, quibus indies magis aperiebat sapientiam suam. Amesius 1. *Verum hoc est de persona Christi, sed humana natura etiam humano modo proficiebat.* Resp. Verum est id de utraque, ut apertè docent SS. Greg. Nazianz. Cyrill. Damasc. Beda, Bernard. à Bellarmino citati. Exemplo Solis, qui quò magis ascendit versus medium cœlum, tantò magis dicitur proficere in lumine & calore; non quòd in se fiat lucidior & calidior, sed quia magis apparet ejus virtus. Item sicut Doctor dicitur proficere in Schola, cùm doctos reddit Auditores: ita Christus dicitur profecisse, quia fecit proficere. Amesius 2. *Eodem sensu dicitur profecisse sapientia, quo proficiebat statura: conjunguntur enim à Luca vers. 52. Sed reipsa crescebat statura, non opinione solùm;* ergo & sapientia. Resp. Hæc est voluntaria Interpretatio Amesii, quæ eadem facilitate, & jure potiori rejicitur, quàm profertur. Cur enim hac in re non potiùs stemus Interpretationi SS. Patrum, quàm unius Amesii. Quod 3. ex S. Thom. 3. part. quæst. 12. art. 2. *de habitus scientiæ acquisitæ incremento*, adfert, nec contra nos est, nec quidquam

Calvinistarum vel Agnoitarum errori favet
tia acquisita experimentali, uti debet, a
III. Argum. Calvin. ex Marc. 13. ver
illo & hora, neque ipse Filius scit. Resp. B
dicit se nescire diem judicii, quia non sciel
dum aliis. Amesius replicat: *Hac ratione*
dicere, Deum ipsum nescire diem judicii. Neq
stus dicere, Patrem solum scire, qui ficto ho
ignarus est illius diei, quàm homines varii,
satagunt, ut aliis eum demonstrent. Resp.
ullus fictus sensus, sed Christus quemad
erat, ita loquebatur ut Legatus Dei;
verba illa apud Joannem, quibus Chris
omnia quæ viderat in Patre, manifestas
sine dubio restringenda sunt ad omnia,
Christum Legatum suum revelare voluit;
ipsa circumstantia Apostolis notissima (
stus sæpissimè dixerat, se à Patre mis
strigenda est verborum amplitudo. Po
Calumniatorem agit Amesius, cùm ait
tione, turpissima & fallacissima illius æquiv
Jesuitis est in usu, author & approbator consti
Sic enim quod quis certissimum esse novit, p
gare, se scire simpliciter & absolutè quoad
intelligat mente, negare se tantùm quòd scia
omne ferè discrimen tollitur inter verum
mendacium falsum. Resp. Amesius mo
Calvinistarum, præcipuè Anglorum,
daciter, & per calumniam Jesuitis in
met Calvinistis usitatissimum mentiendi
morem; de quo videatur P. Andreas
annes in Apologia pro P. Garneto. N
ti dicimus, quod non omnes Catholic
docent; scilicet: Quoties ipsæ circums
gunt sermonem, fas esse in eo sensu p
ad quem circumstantiæ ea restringunt;
juriam extorquetur secreti veri revelatio
pro libitu vel materialiter & recitativè,
& significativè, proferre; cùm in hoc
Lex naturalis non velit imponere oblig
eoque nec significationem respectu c
landum secretum, ubi & ipsum quo
posset esse revelatio secreti. Videatur
cinus lib. de fide cap. 2. Quod ait Amesi
tres veteres (ut fatetur Maldonatus in hæc
Gregor. Nazianz. Theodoret. Cyrill. Auth
docuerunt, Christum quatenus hominem, d
rasse. Resp. Amesius subdolè omittit,
jicit Maldonatus: Hoc etsi prima auditio
videatur, potest tamen habere bonum
ibidem explicat Maldonatus.

Coronidis loco addit Amesius: *Quo*
huic Quæstioni admiscetur de ratione Chri
correcta, futilis est & invidiosa calumnia
non Controversia seriò tractanda. Sed au
Calvinum blasphemias vomentem in ca
Et deinde judicium permittamus cuivis b
verò ille: *Christi in horto abruptum fuit vo*
cursus, & anxietate constrictus fuit, ut
ter violentos tentationum fluctus alternis v
lare. Hæc ratio est, cur mortem deprecatu
num injiciat, Patrisque imperio subjiciens
subitò elapsum castiget ac revocet. Et in
hæc meditata Christi oratio, sed vis &
subitam ei vocem extorsit, cui statim addit
Eadem vehementia, cœlestis decreti memo
Hucusque Calvini verba tam impia quà
sa aut Interprete non indigent. Agnos
mesii complices & præcones, Calv
lapsum, quòd nedum ignorantiam,
& peccatum Christo tribuere non sit
rum præterea est, calumniam manifesta

Bellarminum contorqueri. Aut si Amesius, & complices, doctrinæ illi sui præceptoris consentiant? fateri cogentur, mentiri Amesium, dum negat, hanc esse controversiam seriò tractandam. Alterutram notam hic non evadit Amesius.

Ad CAPUT VII.

BEllarminus hoc cap. exposita prima sententia Brentii & Calvini, dicentium, quòd: *Descendere ad inferos sit penitùs interire & extingui*, subdit: Hæc non eget refutatione, cùm sit fundamentum Atheismi. Si enim *Christus, quia Divinitate suffultus erat* (ut dicit Calvinus) animam immortalem retinuit in morte corporis; ergo cæteri homines, qui non sunt suffulti Divinitate in morte penitùs extinguuntur. Ergo anima non est immortalis. Amesius clamat hic, Bellarminum impiam quamdam sententiam nonnullis suorum (Calvino & Brentio) affingere, sed calumnia manifesta & planè infernali. Sed id nimis verum esse dudum contra effugia Danæi & Junii Calvinistarum evicit P. Gretserus in hoc cap. 7. Nec Amesius id ignorare potuit, cùm hujus defensionem sæpiùs ostenderit se vidisse. Cur ergo hic pro suo Magistro & Condiscipulis non replicavit adversus Gretserum? Verùm relicta hac impia sententia, proponit Amesius aliam principalem Controversiam de reali descensu Christi ad Inferos: *Pontificii*, inquit, *inferna quatuor esse statuunt. 1. Carcerem damnatorum. 2. Purgatorium. 3. Limbum Patrum. 4. Limbum puerorum cum peccato originali decedentium. Christi autem animam verè, propriè, ac per realem præsentiam descendisse ad limbum Patrum contendit Bellarm., & addit, etiam probabile esse, eam etiam ad omnia loca inferni descendisse, quamvis nullos liberaverit vel ex inferno damnatorum, vel ex limbo puerorum, sed tantùm ex limbo Patrum, & forsan etiam quosdam ex purgatorio. Nos autem* (pergit Calvinista, & litem contestatur) *unicum infernum* (& nè hunc quidem nisi Metaphoricum) *agnoscentes, dicimus, descensum istum localem ad inferos, otiosum esse figmentum. Christum tamen verè dici ad inferos descendisse secundùm Scripturas duplici modo. 1. Ante mortem, dum cruciatus infernales in anima sustinuit, quod est metaphoricè descendere ad inferos. 2. Post mortem, dum in statu mortis detinebatur, corpore in sepulchro manente, & anima ab illo separata, quod est propriè generali sensu ad inferos descendere.* Sunt igitur hic duæ diversæ Quæstiones agitandæ. I. An Christi anima dolores inferni sustinuerit? II. An eadem realiter ad loca inferna descenderit? Prius Calvinistæ (cum Lutheranis Melanchth. Brentio, & Gerhardo hic) posterius nos Catholici affirmamus.

Ad CAPUT VIII.

DOctrina Calvini de Controversia in hoc cap. agitata summatim hæc est. 1. Quòd pœnæ damnatorum non sint aliud, quàm terror & anxietas conscientiæ cogitantis, Deum sibi esse iratum. 2. Quòd Christus descenderit ad inferos, quia apprehendit Deum tamquam sibi iratum propter nos; & ex metu salutis propriæ amittendæ incredibilem anxietatem animi passus sit, qualem pateretur, qui sciret se in æternum esse periturum; unde etiam verba desperationis eum protulisse affirmat Lib. 2. Instit. cap. 16. §. 10. & seq. & in Harmonia cap. 27. Matth. Christum cœpisse versari in inferno illa hora, qua in horto cœpit contristari & orare; deinde profundiùs descendisse, cùm in cruce clamavit: Deus, Deus meus &c. Denique profundissimè, quando coram Dei tribunali comparuit tamquam reus æternæ mortis &c. ibi. §. 12. 4. Huic pœnæ tribuit Calvinus totam ferè nostram Redemptionem, ita ut sine hoc descensu ad inferos, mors in cruce non fuerit futura ullius pretii, ibid. §. 10. Hanc Calvini blasphemam impietatem Junius & Danæus amoliri à suo Magistro conati sunt: sed quia fortè ex Gretsero convictus fuit Amesius, ea impudenter negari, ideò sine ulteriori tergiversatione suscipit contra Bellarminum sui Magistri Calvini defensionem.

I. Argum. Bellarm. Scripturæ totam salutem nostram tribuunt sanguini & morti corporali ipsius Christi, & post mortem corporalem nullam ulteriùs pœnam agnoscunt. Philip. 2. vers. 8. Humiliavit semetipsum &c. Item Psal. 21. vers. 7. & seqq. Isa. 53. vers. 2. & seqq. describuntur sigillatim omnes Christi afflictiones, nulla autem fit mentio inferni. Matth. 20. vers. 19. Marc. 10. vers. 33. Luc. 18. vers. 32. prædicit Christus passiones suas, nulla mentione facta dolorum gehennæ &c. Ad hæc Amesius: *Scripturæ salutem nostram tribuunt morti Christi non simpliciter & singulariter quæ fuit corporalis; sed quæ habuit spiritualem maledictionem Dei & legis conjunctam, Galat. 3. vers. 13. & quatenus consummatio fuit obedientiæ ejus & humiliationis totius, quæ partim corporalis fuit, & partim spiritualis. Philip. 2. vers. 8. Mortem enim illam subivit Christus tamquam Sponsor noster, quæ Adamo fuit denuntiata & nobis debita: illa autem non fuit sola corporalis. Expressè denique dicitur dolores nostros bajulasse Isa. 53. vers. 4. & seqq. Nostri autem dolores, id est, nostris defectionibus debiti, non sunt corporales tantùm, sed & spirituales; eosque in anima sua tulisse Christum, ut partem illius mortis, quam pro nobis passus est, testatur ipse Matth. 26. vers. 38. Undequaque tristis est anima mea usque ad mortem.* Resp. Hanc evasionem compilavit Amesius ex Junio & Danæo; in hoc tamen istis duobus cautior, quòd cùm videret, eos meritò acriter à P. Gretsero reprehensos, quòd expressè dicerent: *Christum debuisse mortem animæ subire, ut nos à morte animæ immunes præstaret*; Amesius aliis phrasibus rem eandem involvit; sed nil proficit: Nam etsi Galat. 3. vers. 13. Christus pro nobis dicatur factus esse maledictio, seu maledictum, non indè tamen ulla tormenta inferni conficiuntur. Maledictio enim crucis non est maledictio inferni, ut maledictum Calvinistarum somnium sibi fingit. Multò minùs colligitur mors animæ & infernalis maledictio ex illa consummata humiliatione per mortem Crucis. Quænam enim inter ista connexio, & non potiùs aperta contrarietas? Aut quæ necessitas est ad hoc ut quis alterum à dolore quopiam liberet, eosdem specie dolores in se recipere? Verbo, nil in omnibus allegatis locis *infernale* invenitur; Id enim primùm ex infernali Magisterio Calvinistarum prodit.

II. Bellarm. Si ab oratione illa in horto, usque ad resurrectionem Christus fuit in inferno, & Deum ut sibi adversum & iratum apprehendebat, tum non dedisset tot signa confidentiæ, fidei & fiduciæ, dum ait Caiphæ: Amodo videbitis Filium hominis venientem in nubibus; dum orat pro Crucifixoribus; promittit latroni paradisum; Patri animam suam commendat. Replicat Amesius: *Quòd Christus dolores istos usque ad resurrectionem sustinuerit, nos negamus. Alteram etiam phrasim* (fuit in inferno) *repudiamus. Suam igitur imaginationem, non nostram sententiam refutat hic Bellarminus. Quod verò ad alteram illam phrasim attinet* (Deum ut sibi adversum & iratum apprehendebar) *nos eo sensu non admittimus, quasi fidem & fiduciæ apprehensionem Christus amisisset* (sicut Bellarm. ipse paulò post agnoscit) *sed quòd gaudium illud non sentiebat, quod ex fide & fiducia solet emanare, sed loco ejus pressuram & vexationem proficiscentem ab ira Dei, non adversus ipsum absolutè, sed quatenus sponsor noster fuit.* Resp. 1. Amesius haud juxta sui Magistri mentem, nec consequenter negat, Christum fuisse in inferno, ejusque dolores sustinuisse usque ad Resurrectionem. Si enim (juxta men-

mentem Calvinistarum) Christus debuit pro nobis inferni supplicia degustare, quando id magis fieri convenienter poterat ac debebat, quàm post animæ à corpore dissolutionem, uti communiter fit in damnatis, quorum vices Christus sustinuit? Quod subjungit: *Bellarminum paulò post agnoscere, quòd Christus fiducia apprehensionem* (ex Calvini mente) *non amiserit, sed tantùm quòd gaudium non sentiebat ex fiducia emanare solitum*, hoc inquam in Bellarmino non reperitur, sed potiùs directè contrarium, ut legenti patebit. Nam etsi post proposita sex argumenta Catholicorum, Bellarminus illam Calvini evasionem ejusdem Calvini verbis proponat: tamen mox in §. At pœna, ostendit verba hæc aliis verbis Calvini, ejusque principali intento repugnare. Nihil etiam ad rem faciunt *intervalla* illa, quæ Amesius fingit, *ut locus interim esset officiis illis, quæ ante mortem ejus essent peragenda*. Ad quid enim intervalla hæc, si ut suprà ex Calvino vidimus, Christus semper magis & magis mergebatur in eos inferni dolores, adeoque in desperationis abyssum?

III. Bellarm. Si redempti essemus per infernales pœnas Christi, deberent signa præcessisse: deberet aliquod Sacramentum extare in memoriam tanti beneficii, ut est Eucharistia in memoriam Passionis: deberet Ecclesia celebrare memoriam hujus beneficii; ut facit in cæteris Nativitatis, Passionis, Resurrectionis; deberet denique Christus depingi in igne gehennæ in medio damnatorum, uti pingi solet in cruce. At nihil horum unquam factum legitur. Amesius 1. retorquet argumentum, & petit; *quibus figuris, Sacramentis, festis aut picturis agonia Christi declaretur?* Resp. Non opus esse, ut ostendantur figuræ, Sacramenta, festa, pro singulis partibus dolorum Christi, sed pro præcipuis, aut in genere pro omnibus simul: nihil autem horum apparet de illa planè singularissima pœna infernali, ac omnium teterrima. Ait 2. *Nullam expressam figuram exstare (nisi apud idololatras) sive Divinitatis, sive animæ, sive eorum, quæ ad animam propriè spectant; nec posse activam Christi obedientiam in re bruta commodè repræsentari*. Resp. hujus effugii vanitas patebit infrà, cùm tom. 2. agetur de Imaginibus. Interim quæro solùm, annon ipsi quoque Calvinistæ in suo cerebro sibi depingant imagines per alienas species corporeas ænigmaticas? Videturque Amesius id mox agnoscere, cùm subdit: *Significabantur tamen aliquo modo spirituales passiones Christi olim per combustionem holocausti igne cælesti, & nunc eodem Sacramento, quo tota Passio Christi declaratur*. Resp. Hoc figmentum voluntarium non modò caret fundamento, sed adversatur quoque ipsi Amesio, qui lib. 1. cap. 5. Th. 2. sensus Scripturæ mysticos rejicit, nisi certò appareat, Spiritum S. eos intendisse. Unde verò certum faciet, per combustionem holocausti igne cœlesti, figurari ignem seu cruciatus infernales? quis unquam Patrum & Theologorum (extra Calvini scholam) hoc sensit, aut tradidit? De his ergo figmentis viderint infernalium traditionum & novorum Idolorum Calvinisticorum formatores.

IV. Bellarm. Patres describunt descensum Christi ad inferos, ut descensum Victoris, & Triumphatoris, non ut Rei. Amesius ut rima elabatur, ait: *Triumphus est duplex, virtualis in campo. Col. 2. vers. 14. & actualis in curru vel sella gloriosa. Ephes. 4. vers. 8. Priore sensu Christus simul reus fuit, & triumphator, posteriore autem descensus Christi opponitur planè ascensui, ut humiliatio exaltationi. Rom. 10. vers. 6. 7. Ephes. 4. vers. 9. Philip. 2. vers. 8. ita ut descensum Triumphatoris eo sensu describere, nihil aliud sit, quàm descensum ascendentis, aut humiliationem exaltati definire*. Resp. Mirum est Amesium tam curtæ fuisse memoriæ, ut cùm dixerit Th. proxima: se negare, Christum infernales dolores sustinuisse usque ad Resurrectionem, ac repudiare

hanc phrasim (*fuit in inferno*) Hic tamen
data distinctione agnoscit descensum Ch
feros, supponat id, quod antè rejecera
De triumpho virtuali in campo tamquam Re
apparens mentio fit in Scripturis ab A
Calvinistico laudatis, & tota distinctio il
tum est Chimæricum. Quomodo enim
pugnans & confligens, potest esse & d
Triumphator? Quod porrò num. 3. con
næum, Basil. Hieron. Euseb. in partes Ca
re, cùm videret id difficulter persuasum
Qui ità describunt descensum Christi, ut v
triumphum, vel virtualem descensum intelliga
tantùm sine Scriptura, sed etiam contra Scrip
tur. Hæc enim disertè docet, liberatum fuisse
illis inferis, ad quas descendit Actor. 2. vers
autem victoria aut triumphi nemo dicitur lib
Maluit Amesius more suo verba illa sacr
sum Calvini sensum detorquere, quàm
duplicem bonam sequi interpretationem
solutis doloribus inferni &c. hoc est, irritis
vit enim Christus dolores inferni, non
batur, sed ne teneretur. Posterior, solu
inferni, quibus teneri ipse non poterat
tenebantur alii, quos ipse noverat libera

V. Bellarm. Fundamentum Calvini
quòd scilicet esse in inferno nihil sit al
timere Deum iratum. Ista enim est hæ
ta in Origene; Et quid hoc est aliud
omnino negare, & atheismo viam mu
vadit Amesius, cùm dicit *Christum non*
tùm, sed etiam sensisse iram Dei. At hoc
de anima sua salute cum verbis desperation
vinus hæc Christo affingit) quid aliud
sentire vel maximè Deum iratum?

VI. Bellarm. Si Christus emisit verba d
videtur gravissimè peccasse. Quomodo a
catum nos à peccato redimere potuit? *A*
cedimus Consequentiam, si propriè desperati
runt, prout à Christo emittebantur; si ve
verba, quæ in hominibus sæpè à desperatio
tur, & ideò desperationis verba vocantur,
angore proveniebant, in eo nihil est peccati
1. Quia pœna damnatorum (quam Cal
porariam Christum sustinuisse) essentia
desperationem, sicut Beatitudo essential
tatem. Replicat Amesius negando Assu
na, inquit, *author est Deus, Diabolus*
desperationis. Pęna est hominis passio, des
monis actio. Resp. Etsi damnatus sit
eliciens desperationem, & meritoria ejus
est objectum necessitans ad desperandum
cretum Divinum perpetuitatem (& con
perationem objectivam) inseparabiliter a
nationi æternæ, juxta illa Christi verba
seu *combustionem æternam*. Amesius 2.
respicit propriè pęnam ipsam, sed continua
æternum. Nullum igitur locum habet in eo
pęnam subit ad tempus breve constitutum,
cum certa spe liberationis; immò cum pot
movendæ, cùm ipsi placet. Similis est calu
quitur apud Bellarm. de dubitatione Christi
Assumpt. Sola enim Beatitudinis æternæ
dubio majus supplicium est, quàm qu
ciatus temporarius. Æternitatem auten
desperationem necessariò infert, evid
damnati esse inseparabiliter tam pœnæ
sensus annexam. Unde plusquam spec
fert pęna damnatorum (hostium Dei,
sima, à quavis acerbissima Purgatorii
rum Dei, præcisè quia hi Spem, illi I
inseparabiliter norunt annexam. His p

§. Unico.

Solvuntur argumenta Calvinistarum.

I. *Christus dicitur à Deo percussus & contritus*. Isa. 53. vers. 4. & 10. Quid hinc sequitur? An ideò pœnas inferni sustinuit? ô specimen argumentationis Calvinisticæ! Aut inferent fortè: Ergo saltem Deum iratum & infensum sensit. Sed neque hoc sequitur: Quidni enim possit Deus non modò permittere, sed etiam infligere cruciatus & mortem corporalem, simulque eundem eximiè diligere? Quàm etiam paradoxè pronuntiat Calvinus (*omnes qui percutiuntur à Deo, pati pœnas infernales*) idemque asserit Amesius; quod nulli Christianorum ante novum hoc Calvini Evangelium in mentem venit. Nec juvat, quod ex recepta S. Thomæ & Scholasticorum sententia refert Amesius: *graviorem fuisse dolorem Christi omnibus doloribus, sine omni solatii sensu &c.* Loquuntur enim tantùm comparatè ad dolores corporales hujus vitæ. Quid verò hoc ad rem?

II. Calvin. *Castigatio pacis nostræ imponitur ei Isa. 63. vers. 5. Omne igitur pœnæ genus luebat, quod nostra peccata merebantur, atque adeò pœnas gehennæ.* Respondet Bellarm. Sic etiam sequeretur, debuisse Christi passionem esse æternam. Sicut autem pœna temporali satisfecit Christus pro æterna, sic etiam morte corporis satisfacere potuit pro morte animarum; quia pretium Redemptionis pensatur ex dignitate personæ, quæ patitur, & ex charitate, qua patiebatur. Amesius 1. recurrit ad suum effugium suprà excussum, de *duratione non essentiali pœnæ infernali*. 2. ait: *Curiosæ præsumptionis esse inquirere quid per absolutam potentiam fieri potuerit per mortem Christi &c.* Verùm nec hoc faciunt hic Catholici; sed quid præcisè ex Scriptura de doloribus Christi tenendum sit, statuunt. 3. ait: *Posita saltem voluntate Dei, de Christi ut Sponsoris ac mediatoris nostri passione, fieri non potuit, ut satisfaceret justitiæ Dei dimidiata humana natura passione.* Resp. Hæc est mera petitio principii. Æquè enim hinc inferretur, non potuisse (posito decreto Dei de satisfactione ex rigore justitiæ præstandam per Christum) tunc satisfacere nisi per pœnam æternam, æquivalentem omnibus omnino pœnis damnatorum omnium simul sumptorum. Nimis ergo falsum est (quod semper supponunt, nec unquam probant Calvinistæ) debuisse Christum sustinere pœnas nobis debitas secundum determinatam & specificam suam rationem.

III. Calvin. *Christus in horto agone & horrore ad sanguineum usque sudorem perculsus non fuit ex metu mortis corporalis, quam Martyres multi & alii etiam cum exultatione subierunt. Aut ergo infirmior omnibus hominibus fuit, aut non solùm corporis mortem, sicut cæteri, sed etiam animæ periculum metuebat.* Resp. Neg. Sequel. Nam Christus timuit, quia voluit: cæteri si non timent, est, vel quia Deus infundit consolationem majorem, quàm sit illa pœna; vel quia diabolus obstupefacit sensum aliquorum sibi addictorum; vel quia avertunt animum à cogitatione pœnarum. Nihil horum in Christo, qui non permisit, ut redundaret gaudium ex parte superiore in inferiorem, sed defixit mentem in omnia tormenta impendentia. Amesius multa hic verbis replicat, sed parum ad rem. Quod enim quærit *de objectiva causa hujus horroris*, unde fuerit? facilis responsio est: Quia Christus voluit sibi etiam in imaginatione repræsentari omnes reipsa post inferendos cruciatus, ignominiam, peccatorum gravitatem &c. quibus quantum Deus offensus esset, intimè perspiciebat; & hinc solutio in sanguinis grumos. Sed inquit, *Pœna gehennalis*, secundùm Medinam, *est privatio omnis omnino consolationis*. Resp. Rectè Medina citatus, nemine Catholicorum abnuente; at minimè hinc sequitur, quòd ubicumque invenitur privatio consolationis, ibi quoque sit pœna infernalis. Quoties enim contingit homines non modò flagitiosos, sed etiam valde sanctos & perfectos ità mœrore obrui, ut nullam guttam consolationis supernæ vel infernæ percipere sibi videantur, ut S. Theresia de se testatur, quòd cùm plerumque cœlestibus deliciis abundaret, subinde tamen per breve tempus tanta fuerit desolatione obruta, ut videretur sibi nec unam muscam posse necare propter Deum &c. Quis autem nisi fatuè dixerit, S. Theresiam tunc gehennæ pœnas degustasse? Quod Num. 4. ait Amesius: *Distinctio illa ficta inter superiorem & inferiorem partem animæ rationalis nullum fundamentum habet vel in Scripturis vel in sana Philosophia, & à Maldonato Jesuita, quoad istud negotium rejicitur & refutatur in cap. 26. Matth. ex illis verbis: Non sicut ego volo.* Resp. Maldonatus nec tantillum loco cit. favet Calvinistis. Tantùm ait Christum gessisse se tunc in illa agonia, acsi purè esset homo cui nihil constaret de decreto Divino &c. Distinctio illa *partis superioris & inferioris animæ rationalis*, hactenus in omni sana Theologia & Philosophia recepta, nihil læditur à Novatorum morsibus; qui cùm nihil secundùm superiorem rationem, seu, ut vocat S. Thom. rationes æternas, sed omnia, secundùm rationes humanas, temporales, inferiores agere videntur, non ideò communi nostræ naturæ præjudicare queunt. Videatur P. Cornelius in c. 6. ad Rom. vers. 22. ubi inter cætera etiam Calvini hæresim revincit, qui superiorem rationem, seu interiorem hominem unà cum libero arbitrio è medio tollere conatur; & planè ἀδύνατα statuit, dum putat, in eadem omnino animæ portione & facultate esse hanc pugnam, quam Paulus eo cap. in seipso depingit, consequenter hominem etiam justum simpliciter tam esse peccatorem quàm justum, quod implicat. Quod n. 5. addit, nihil prorsus facit ad rem, aut contra Nos. Quòd num. 6. negat, *Christum sua sponte, nulla cogente pressura defixisse mentem in omnia tormenta impendentia*; non probat intentum ex Hebr. 12. vers. 2. Plus enim indè non habetur, quàm quòd *pro gaudio sibi proposito*, hoc est, loco gaudii quo frui poterat, præelegit crucis passionem. 7. *Debent* quidem *Martyres omnes imitari Christum in morte ferenda*, (quod inquit Amesius;) sed quomodo sequitur quod infert: *eos non magis avertere debere cogitationes suas à morte imminente, quàm Christus deliberato consilio avertebat!* Sanè hoc neque veritati, neque Amesii intento videtur congruere.

IV. Calvin. *Christus exclamans*, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti! *iram Dei aliquo modo sensisse se ostendit*. Resp. Nulla hic fit mentio iræ Dei erga Filium, sed solius derelictionis. Dereliquit enim Deitas Humanitatem in pœnis, noluitque eripere; ut sacrificium perficeretur, quo mundus redimendus erat. Respondet Amesius, non quidem *ullam expressè fieri mentionem iræ*, sed tamen fieri. Sed unde nobis hoc persuadetur? 2. ait Amesius. *Pessimè sonat illa forma loquendi:* Deitas reliquit Humanitatem. Sed cùm Bellarminus expressè addiderit; in pœnis; & *hanc derelictionem in pœnis* probet ipse Amesius, ut quid ergo sycophantatur in Bellarminum? 3. ait: *Non omnis quisquis patitur persecutionem, dicendus est derelictus à Deo*. Ità planè est. At cur non optimè dicatur Humanitas Christi derelicta in pœnis, cùm Divinitas reliquerit illam pati diros cruciatus sine ulla perfusione solatii ex parte superiori in inferiorem? Denuò principium petit Amesius ut antehac, cùm sine ulla probatione contendit, derelictionem illam debere esse iram Dei in Filium, quæ est merè voluntaria blasphemia.

V. Calvin. *Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni.* Act. 2. v. 24. *Nam si non pertulit Christus dolores inferni, quomodo potuit ab eis absolvi?* Responsio duplex S. Augu-

stini

stini jam suprà relata est à Bellarm. in Respons. ad 5. argum. Nec præter inania verba quidquam replicat Amesius; unde Calvinistica interpretatio, ante Calvinum Christianis penitùs ignota, nec tolerabilis evadit.

VI. Calvin. *Christus ex Hebr. 5. vers. 7. in diebus carnis suæ, preces supplicationesque &c. offerens, exauditus est à metu.* Resp. Etiamsi concederetur εὐλάβειαν hìc non significare reverentiam, sed metum, ut contendunt soli Calvinistæ contra Græcorum Chrysostomi Theophyl. & Oecumenii interpretationem; adhuc nec minimùm probatur, *metum* illum fuisse ob iram Divinam in Filium charissimum; Certè nec authoritate, nec ratione ulla probabili id suadere queunt Calvinistæ: & cùm in cæteris omnibus, tum in hoc maximè mendicant turpiter principium. Plura de verbis illis Apostoli videantur apud Cornelium ibidem.

Ultimum argumentum Calvini omittit Amesius, quia non vidit modum liberandi suum Magistrum à mira impudentia in S. Hilario citando: cùm Junius Calvinista id irrito conatu apud Gretserum tentarit.

Ad CAPUT X.

CUM Calvinistæ negent, Christum revera post mortem descendisse ad inferos; sed tantùm animam, in passione iram Dei sustinendo, & damnatorum pœnas subeundo; corpus verò in sepulchro relinquendo, dici descendisse ad inferos; Veritas Catholica jam per partes probanda est: ac primò, quòd inferorum nomine non sepulchra, sed loca subterranea intelligenda sint. 2. Quòd animæ justorum ante Christi mortem fuerint in illis inferis. 3. Ad illos etiam Christi animam descendisse. Primum ergo hic facilè probatur.

I. Quia ex nomine Inferorum, quo utuntur SS. Scripturæ Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, cognosci potest, ubi sint inferi. Nomen Inferni Latinum, non est dubium, quin sit distinctum à nomine sepulchri. Invenit Amesius unicam Instantiam ex *Ambrosio qui ser. 57. & 38. verba illa Angelorum Luc. cap. 4. vers. 5. quibus arguunt Mariam quærentem Christum in sepulchro, ità reddit.* Quid quæris apud inferos? Sed quid hoc ad rem? Numquid Bellarminus apertè de Scripturis sacris loquitur?

II. Bellarmin. Nomen Græcum ᾅδης Matth. 11. vers. 23. ubi urbs Capharnaum descensura dicitur ad infernum, non potest accipi pro sepulchro, quia ridicula esset antithesis inter in cœlum & sepulchrum. Neque Luc. 16. vers. 23. ubi dives dicitur in inferno fuisse in tormentis. Amesius cùm reipsa nil solidi haberet, quod his opponeret, maluit tamen aliquid in rem suam nil faciens proferre, quàm omnino tacendo acquiescere.

III. Nomen Hebræum שאול *scheol*, significat voraginem, & ordinariè accipitur pro loco animarum subterraneo, & vel raro vel numquam pro sepulchro. Amesius vult Bellarminum hic manifestè hallucinari 1. in eo: *Quòd locum animarum tantùm hac voce notare vult, cùm in Scripturis ad corpus etiam expressè applicetur.* Genes. 42. vers. 38. *Deducetis canos meos ad inferos.* Resp. Errat Amesius. Nam phrasi Scripturæ Vet. Testam. deducere ad inferos, est, aliquem occidere; clauso enim adhuc ante Christi ascensionem cœlo, quotquot moriebantur, censebantur pergere ad inferos, sive essent justi, (ad limbum & purgatorium;) sive scelerati, (ad locum damnatorum.) 2. *Quòd pro loco tantùm accipit, & non pro statu, cùm in Scriptura confundi soleat cum morte, & opponi vita. Isa. 38. vers. 18.* Resp. Non excludit Bellarm. statum, dummodo hic à loco non separetur. 3. *Quòd tam certò pronuntiat locum animarum esse subterraneum, cùm disertè innuitur Eccles. 3. vers. 21. sententiam in Ecclesia* (Calvinistica)

receptam etiam ante adventum Christi fuisse,
hominis ascendat sursum. Resp. Sententia il
sia Dei usque ad Calvinum fuit inaudita; ‹
fingit loc. cit. disertè innui, nisi idem pari
tu hominum scelestissimorum audeat affirr
tio enim ibi est indefinita. 4. ait: *Falsum*
vocem ordinariè in Scripturis locum talem desig
inceps conatur verbosè loca Scripturæ à l
ducta (nempe Genes. 37. vers. 35. num.
Psalm. 138. vers. 8. Isai. 14. vers. 15.) in
sensum detorquere; uti & instantias noni
terpretatione LXX. & S. Hieronymi &c.
omnia quæ profert, verissima essent, ad re
men nil facerent; cùm non modò ipse Am
haud obscurè consensum antiquæ Eccles
dicat, dum pro sua Calvinistica in SS. Pa
tia ait: *Patres multi dum in re incerta, certi ‹*
re voluerunt, Vani *planè in conjecturis suis c.*
ferni evaserunt. Nihil ergo certi ex eorum con
stanti consensu potest hac de re probari. Sed ‹
etiam juxta citationem Amesii, & multò
za Calvini discipulus, dum agit contra Br
quistam, asserit: eos in meridie cæcutire,
ria Lazari & divitis non deducunt verum
rorum, ubi damnati torquentur: adeoqu
circiter pugnat pro inferis veris corporalib
ac subterraneis, ut Brentio contradicat,
Tract. contra Castalionem ex odio Cath
gnet, ut veros & locales inferos destru
pulchra convertat. Est sanè hoc Calvi
observatu dignissimum, quod pro merito
Cornelius à Lapide in illa verba Act. 2.
derelinquens animam meam in inferno; quæ v
pervertit: *Non relinques cadaver meum*
Causam verò reddens, cur mutaverit *a*
pus, & *infernum in sepulchrum,* respondit:
feci; cùm hunc præcipuè locum à Papist.
suum limbum constituendum videamus,
iam indè descensum illum animæ Christi ad u
gitaverint. Sed de hoc Patrum consensu
12. denuò agemus. Amesius ut Bezæ h
leret, de illustri isto ejus facinore (satis
larm. exposito) magis mutus fuit pisce.
autem Th. 24. num. 7. Bellarmino *Jesuit*
tiam affingit, quod *jactarit* consensum o
qui de hac translatione scilicet LXX. S.
Chaldæa &c. judicare poterant; cùm tar
Jesuita in eundem locum dixerit: *Opin*
rum, & de Christianis multorum, verbum
aliud significare quàm sepulchrum. At fide
cedit Amesius: addit enim Pererius, m
Christianis esse: *maximè hæreticos,* & i
iam pauculos è Catholicis, quos hac ‹
ritò vocat: *malè hebraizantes &c.*

Ad CAPUT XI.

I. A Animas justorum ante Christi a
in limbo, cœperunt negare p
(quod constet) Calvinistæ, ità ut opposi
quæ eos in cœlo collocat, nec Calvi
inaudita fuerit in Ecclesia Dei. Neque ho
nino audet Amesius, sed opponit ementi
Pontificiorum in 27. Articulis ab Ivello Ca
Hardingum luculenter demonstratam: de qu
Deinde ait: *Non est tamen inauditum, nequ*
neque in Patribus animas piorum ante Christi ‹
se in Paradiso, aut sinu Abrahami, in regn
statu beato. Verùm cur non paucis, vel
expressò testimonio id probavit? Sanè qu
sti adventum in Vet. Test. vel unius fiat
in statu usquequaque beato, in regno ‹

Paradiso, immò etiam in sinu Abrahæ (hic enim solùm ex historia Lazari à Christo Luc. 16. vers. 23. relata innotuit) mox post pium ex hac vita decessum fuerit collocatus, non reor posse vel probabiliter suaderi, nedum aperto & certo Scripturæ contextu evinci, quod tamen in præsenti prorsus necesse foret præstare, ut dogma tam inauditum invehatur. Porrò nobis Catholicis sufficere posset, quòd adversarii pro sua novitate nec unicam vel apparentem rationem vel authoritatem producant, pro nobis verò stet sensus universalis Ecclesiæ per 16. sæcula, & complura SS. Patrum expressa testimonia à Bellarmino relata. Videamus tamen, quomodo etiam SS. Scripturarum testimonia eludere conetur Amesius. 1. ad illud Gen. 37. vers. 35. Jacob & Joseph descendebant ad Inferos, ait: *Hoc est moriebantur, sicut antea fuit probatum.* Ast ubi? frigida nonnulla effugia Amesii vidimus in not. ad præcedens cap. sed nec vel unam apparentem probationem hujus theseos.

II. Bellarm. Luc. 16. vers. 26. Hiatus tantùm fuit, nihil solidi inter locum damnatorum & sinum Abrahæ; utræque igitur animæ fuerunt in eadem voragine, licèt multum inter se distantes. Plura hic Amesius regerit, quæ etsi liberaliter darentur, ad rem parùm aut nihil facerent, cùm quidquid tandem sit de *hiatu* seu *chasmate*, certum habeamus, designari distantiam talem, quæ ex Dei decreto non permittat permutationem inter statum utriusque partis, nec transmigrationem ultro citroque permissam esse. Et per hoc Dei decretum more humano metaphoricè describitur ipsum locale intervallum, quod tunc adhuc inter damnatos & in sinu Abrahæ quiescentes intercipiebatur. Quæ ex Jansenio, Cajetano, Emman. Sà, Maldonato, & Patribus ab hoc citatis adferuntur, nil nostra lædunt, sed potiùs confirmant.

III. Bellarm. 1. Reg. 28. vers. 13. Anima Samuelis de terra ascendere visa. Amesius: *Non fuit*, inquit, *anima Samuelis, quæ Magicis artibus non potuit evocari, sicut hæc umbra de se fatetur vers. 15. sed illusio Satanæ.* Ast falsum est, fateri Samuelem, se magicis artibus evocatum; imperio enim Dei id factum, præveniente Deo conatus Pythonissæ. Verùm si Calvinistæ librum Ecclesiastici inter Canonicos haberent, non facilè dubitare possent, verè Samuelem tunc ab inferis reversum prophetasse, hoc enim loc. cit. satis apertè indicatur.

IV. Bellarm. 1. Petr. 3. vers. 19. 20. Spiritus justorum in carcere fuisse dicuntur. Fatetur id Calvinus cum Catholicis. Amesius tamen supra Magistrum sapiens, ait ibi designari *Spiritus rebelles*. At si de tempore prædicationis Noë id accipiatur, verum quidem est; sed nihil obstat, quo minùs postea superveniente diluvio, antequam mergerentur, egerint pœnitentiam.

V. Bellarm. profert locum Zachar. 9. vers. 11. Tu autem in sanguine Testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Amesius mavult cum perfidis Rabbinis, & novellis Rabbinizantibus, hunc textum detorquere ad nescio quam Ecclesiam, tantùm, quia per errorem librariorum in hebræo textu, masculinum reperitur mutatum in fœmininum, refragante sensu & scopo totius contextus, ut bene ostendit in eum locum Cornelius à Lapide post Riberam ibidem. Certè S. Hieronymus Hebraicæ linguæ peritissimus communem Catholicorum sententiam, ex eo loco, hisce conceptis verbis confirmat: *In sanguine passionis tuæ, eos qui vincti in carcere tenebantur inferni, in quo non est ulla misericordia, liberasti.* . . .

Ad CAPUT XII.

OMissis duabus primis probationibus, quibus realem Christi descensum ad inferos non evinci ipse Bellarminus fatetur.

Probatur id I. ex Matth. 12. vers. 40. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ; hoc est, secundùm corpus in sepulchro, secundùm animam in limbo. Ita Catholici communiter post Tertull. Iren. Hieron. Chrysost. &c. Quæ oggerit Amesius ex Catholicis nonnullis, non adversantur communi sententiæ. Neque enim qui semel de una parte loquitur, excludit alteram.

II. Principale testimonium, quo planè convincitur intentum, est Act. 2. vers. 27. *Non derelinques animam meam in inferno.* Non immeritò miratur Junium Gretserus, & nos hic Amesium, cur malint Bezæ sibi prorsus non constantis perversionem sequi, quam (non dico tritam antiquorum & recentiorum Doctorum Catholicorum, sed saltem) Calvini viam tenere. Hic enim Christi descensum ad inferos metaphoricum, hoc est, perpessionem pœnarum infernalium, & inde factam liberationem, ex hoc loco vel maximè stabilire solebat, quod tamen à Bezana & Amesiana perversione penitùs eliditur. Sanè cuivis prima mox fronte apparet perquam dura & violenta mutatio *animæ* in *cadaver*, & *inferni* in *sepulchrum*. Nec habet pro se Amesius positivum argumentum, ut apertè fatetur, quo suam perversionem probaret; sed solùm ex libidine contradicendi elidere, vel potiùs eludere conatur genuinum sensum. Ait ergo 1. *Respondere se expressis verbis Petri ipsius vers. 31. Locutus est* David *de resurrectione Christi.* Christus autem resurrexit à morte vers. 24. & quoad corpus (quod propriè suscitatur) à sepulchro. Respondeo, Omnino locutus est & David & Petrus de Resurrectione Christi, quòd hic *non derelictus sit in inferno, neque caro ejus viderit corruptionem.* Quid verò poterat apertius dici pro nobis. Nam cùm dicitur, ipsum Christum non derelictum, intelligitur potior ejus portio, scilicet anima: & cùm mox subditur: *nec caro ejus*, sine dubio intelligitur caro Christi vel animæ. Esset enim fatua battologia, si hic esset sensus: Caro Christi non derelicta est in sepulchro, nec caro ejus vidit corruptionem; qualem tamen battologiam Calvinistæ, Articulis Symboli de Sepultura & descensu Christi ad inferos, ineptissimè affingunt. 2. ait: *Per manifestam consequentiam ex Act. 2. vers. 29. Locus ac status in quo Christus non fuit relictus, unus & idem fuit cum illo, in quo David dicitur relictus; (essent aliàs quatuor termini, ut ajunt, in Apostoli syllogismo;) sed ille status, in quo David fuit relictus, non alius fuit, quàm mors; neque locus alius, quàm sepulchrum; ex vers. 29. Ergo.* Resp. Syllogismus hic Puritano dignus est, cujus nec Major, nec Minor in Scriptura reperitur; & hæc apertè falsa est, ut ex ipsis verbis Apostoli patet. Clarissimè enim pronuntiat vers. 34. *Davidem non ascendisse in cœlum*, & vers. 29. *Sepulchrum ejus adhuc superesse.* Loquitur ergo tam quoad Christum, quàm quoad Davidem, de utraque parte, anima & corpore. Et numquid resurrectio necessariò utrumque includit? 3. ait: *Argumentum etiam desume ex vi ipsius phraseos, & scopo Psalmi, unde citatur. Non relinquere, est liberare: liberare, est eripere à malo & miseria. Miseriam autem nullam patiebatur Christus in limbo Patrum, sed in morte & sepulchro.* Resp. Æqualis miseria est respectu cadaveris, reunionem cum anima desiderantis. In utroque sanè defectus & miseria fuit, dum non erant conjuncta, quæ conjuncta esse debebant. Deinde non oportet sejungere, quæ SS. David & Petrus conjunxere, nempe: Non derelinques animam in inferno, nec carnem in sepulchri corruptione, sed suscitabis & reunies utramque. Deinceps confirmationem & declarationem Bellarmini Amesius aggreditur.

Dixit Bellarm. 1. ψυχὴ non nisi animam propriè significat, & ᾅδης non nisi infernum. Contra Ame-

sius:

fius : *Si ista concedantur*, inquit, *nil indè sequetur, nisi etiam voces, in Scripturis, non nisi propriè usurpari ostendat*. Resp. Regula Tychonii apud S. Augustinum, ab omnibus recepta, jubet verba S. Scripturæ in proprio sensu interpretari, quoties id sine absurdo fieri potest. Quæ verò hic vel umbra absurditatis, si propriè accipiantur, anima & infernus? immò figurata acceptio hic perabsurda est, quæ integrum Symboli articulum (de descensu Christi ad Inferos) destruit, ab omnibus veris, & non æquivocè Christianis semper ità intellectum. Unde instantia unica ex Psalm. 147. vers. 7. nihil hanc Bezo-Amesianam absurditatem tuetur aut excusat.

Dixit Bellarm. 2. Actor. 2. vers. 31. anima distinguitur à carne cùm dicitur: Nec derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Amesius: *Anima non magis distinguitur à carne vers. 31. quàm à sancto Dei vers. 27. & Psalm. 16. vers. 10. Quòd autem unum & idem quoad rem ipsam designant, apparet ex Actor. 13. vers. 35. ubi unum ponitur loco amborum. Et ex Actor. 2. vers. 29. ubi unum tantùm de Davide affirmatur, ut possit de Christo vers. 31. sub illis phrasibus affirmari*. Resp. Neg. Assumpt. quod nec leviter Amesius probat, cùm potiùs oporteret contrarium inferre, nempe: utrobique animam à corpore distingui; ut proinde sensus verborum illorum (*nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*) clarus sit iste: non permittes ut Sanctus tuus (*Unigenitus*) videat corruptionem corporis sui in sepulchro. Omnibus autem locutionibus illis & versiculis unum idemque intendi (scilicet Resurrectionem Christi à mortuis) verissimum quidem est, sed minimè obstat, quò minùs explicitè alicubi pars compositi disjunctim, alicubi tantùm una ponatur.

Dixit Bellarm. 3. Anima numquam accipitur pro cadavere, cùm in cadavere sit privatio vitæ; nec possumus dicere, vitam esse in sepulchro, cùm ibi sit corpus sine vita. Amesius 1. *Fatetur ipse Bellarm. paulò post disertis verbis Genes. 37. vers. 22. & nu. 19. vers. 13. animam significare corpus & carnem: corpus absque vita, quale notatur Levit. 21. vers. 11. num. 19. vers. 11. idest, cadaver. 2. Vita dici potest esse in sepulchro, eo modo quo* Gloria *dicitur habitare in pulvere*, & vita in terra conculcari Psalm. 7. vers. 6. Resp. 1. Falsum est, Bellarminum paulò post (in Responsione ad 3. rationem Bezæ) fateri, *animam* significare cadaver in locis cit. Etsi enim corpus absque vita, reipsa sit cadaver, tamen iis locis ponitur נפש *nephesch*, quod, ut ibid. dicit Bellarm., significat tam animam, quàm animal, immò & corpus; ideoque solet plerumque illi נפש *nephesch* tamquam indeterminato Substantivo addi adjectivum *Vivens &c.* ut mox dicetur. Resp. 2. Etsi alioquin valde impropria locutione dici posset vita esse in sepulchro; nulla tamen hic prorsus est ratio, sed merissima Bezæ & Amesii libido, contra sensum totius Ecclesiæ, novandi & versandi omnia sursum deorsum. Causam tam insolentis facti audivimus suprà in not. ad cap. 10. ipsum Bezam reddentem, quæ meritò cuivis sufficiat, sine ulla alia ratione, ad explodendum impium commentum.

Dixit Bellarm. 4. Usus non admittit Synecdochen partis pro parte. Amesius; *Satis nobis est*, inquit, *si anima ut pars hic ponatur pro toto, idest, pro Christo, qui fuit quoad corpus in sepulchro*. Resp. Aliud intendebat Beza suis argutiis; quem illis verbis, etiam Amesio fatente, rectè Bellarminus refutavit.

Bellarm. 5. Multum interest inter נפש *nephesch* & ψυχὴ. *Nephesch* enim sine ullo tropo, non tantùm animam, sed & animal, immò etiam corpus significat; unde etiam ferè semper adjectivum: *Vivens*, habet adjunctum: quia significat aliquid indifferens ad vivum & non vivum. At Græca vox ψυχὴ & latina, *anima*, non est tam generalis significationis. Præterea

anima Actor. 2. opponitur carni, cùn
que anima relicta est in inferno, neq
corruptionem. Amesius hic triumphat,
larminus ad incitas planè redactum se ost
perrumpere possit, nihil pensi habet, quod a
dicit. Sed est Triumphus iste prorsus ima
& Bellarmini verba ità truncarit, ut
non fecerit, & pro re ipsa nec habea
probabile argumentum, quo musteum
tueatur. Hoc tamen non obstante, h
bi fingit triumphum, quòd circa usum
nem unius voculæ possit captare effug
totum hoc largiremur, quòd nempe
idem significet quod ψυχὴ & *anima*,
bationis pro causa Bezana? Si quid
suam probare volebant, ostendendum
ψυχὴ vel anima absolutè posita, suma
vere. Cùm verò ipsemet Amesius ne
sit, נפש in Hebræo latiùs patere quàm
lud legatur sumptum pro cadavere, a
solutè sumpta numquam pro cadaver
evidens est, pessimè Bezam illud Lev
Super mortuo non contaminetur, ly *mort*
animam, tantùm ut Actor. 2. pari lice
tare animam Christi in inferno existe
daver ejusdem, sepulchro inclusum.
quomodo Sus Minervam. Ait Amesiu
niat Bellarm. de Nephesch, quod omnis L
gnificare scilicet aliud indifferens ad vivum
cùm vivum & non vivum sint contradicen
cuncta entia, & non entia suo ambitu comp
possint quidquam indifferens aut tertium hab
arguit, Logicam Amesianam negare
Logica non insana affirmat, nempe:
uni è contradictoriis duabus aliquid c
te rei, tamen dari voces & conceptus
versales, qui abstrahant ab inferiorib
Theologos datur conceptus Sapientiæ,
cisus à creato & increato; apud Phil
ceptus substantiæ, corporis &c. abstra
& non vivente, licèt à parte rei non d
nisi vel vivens vel non vivens. Hæc
Tyrones nesciunt. Unde cùm in re tan
via non modò deliret pro se Amesius,
rum sine comparatione doctiorem se,
rit, meritò quis dubitet, an ista sol
compos scripserit, aut an potiùs ad
gica naturalis *redacta* non fuerit? Hoc
nè est, & notatu dignissimum specime
rodoxi. Musteum est commentum C
& Amesii, non modò incognitum Ch
siæ usque ad Calvinum, sed etiam
ipsorum fratribus Lutheranis, qui &
ctum Symboli Apostolici articulum,
Scripturarum Patrumque testimonia,
ad inferos descensum profitentur. Ipsi
unicum (uti aliàs ferè semper in cæte
siis) habuit vel ex Scriptura, vel Pa
tione petitum novi dogmatis fundamen
num operosè, & præter morem, verb
solida veritatis Catholicæ firmamenta
exhibita, quovis modo cavillis, arg
vocationibus, aliisque illaudatis artibus
vel maximè sentit se vi veritatis oppress
jori contentione, & verborum etiam co
strepitu in sapientissimum Cardinalem
bus semidocta turba Calvinistarum a
perlustremus brevissimè cætera.

III. Argum. Bellarm. ex Roman. 1
descendet in abyssum, hoc est, Christum
care. Hic ostenditur Christus post m
abysso, quæ longissimè abest à cœlo,

dissimis terræ partibus. Amesius aliud effugium non habet, nisi ut persuadeat, idem esse hic, descendere in abyssum, quod Deut. 30. vers. 13. *trans mare*. At unde hoc probat? Certè Apostolus non de mandato Dei, ut Moyses eo loco, sed de ipso Christo interpretatus est, cùm dixit: *Quis ascendet in cælum?* &c. de suo (vel potius Spiritus sancti) instinctu mox subjunxit: *Quis descendet in abyssum?* Unde clarum est, quòd quis in triduo mortis eum inventurus, in abyssum descendere, non autem trans mare peregrinari debuisset.

IV. arg. Bellarm. Eph. 4. vers. 9. Christus descendit in inferiores partes terræ. Amesius præclaram glossam verbis Apostoli addit, hoc est, inquiens: *In inferiorem partem mundi, quæ est terra*. At verba Apostoli sunt per se clara, & glossæ satis aperte adversantur. Quis enim Philosophorum aut Grammaticorum unquam dixerit, idem esse: *inferiorem partem mundi* ac *inferiorem partem terræ*? Verba Apostoli tam perspicua sunt, ut nec Puritanorum Jenensium glossa à Catholico sensu discedat. Mirum est autem, quòd Calvinistæ hic non notent suam cavillandi libidinem. Cùm enim aliàs toties clament: Articulos fidei credita vel intellectu necessarios (quales si non sint ii, qui continentur in Symbolo Apost., quinam erunt?) apertissimè in Scripturis proponi; hìc tamen in articulo Symboli necessario tam miserè tergiversantur, & omnes nervos intendunt, ut apertissima verba, in alia verba & sensum illegitimum detorqueant. Et hæc testimonia è SS. Scripturis sine dubio convincunt, juxta interpretationem vel intelligentiam, uti per se plenam, & expeditam, ità prorsus communem, & Catholicam.

Ad CAPUT XIII.

AD Controversiam, de Descensu Christi, plenè pertractandam, Bellarminus hoc cap. junxit, & dilucidavit locum obscurissimum ex 1. Petr. 3. & 4. Quem sine dubio non attigisset, aut saltem non ita fusè pertractasset Amesius, si ut alioqui vult videri, brevitatis, ita & hic fuisset Veritatis studiosus. Sed omisso etiam hoc obscuro testimonio (pro quo elucidando, sive magis obtenebrando multa fusissimè commentatur Amesius) adhuc veritas Catholica sibi constat. E contra, licèt quamcumque ejus loci interpretationem sequaris, nec quidem apparens exinde argumentum pro Calvinistica sententia extundi potest. Non libet itaque in tenebris istis discutiendis immorari, sed remittere Lectorem ad ejus loci Interpretes. Nihil equidem facilius, sed & nihil ad Controversias fidei expediendas inutilius est, quàm loca Scripturæ maximè obscura & controversa in omnem partem versare; cùm alioquin in talibus cuique jus fasque sit abundare in suo sensu.

Ad CAPUT XIV.

DOgma Catholicum de Descensu Christi, Bellarm. hoc cap. confirmat ex Traditione SS. Patrum, quæ cùm sit luculentissima, ut nisi aperta Patrum verba violentè aliò torqueantur, rem planè convincant: non desunt tamen & hic effugiola & cavilla Amesio. Ait 1. *Patres varii nihil aliud intelligant per descensum ad inferos, quàm communem mortis statum.* 2. *Descensum describunt pœnalem, & humiliationis partem* 3. *Liberationem hominum ex inferno appellant sæpè liberationem à reatu & judicio damnationis imminentis.* 4. *Hanc liberationem tribuunt non locali descensui animæ, sed mortis passioni.* 5. *Ex iis, qui localem animæ descensum tradunt, nihil certi colligi potest, vel quoad terminum ad quem, vel quoad finem & usum talis descensus.* Verum unde hariolatur Amesius, Patres aliud intelligere, quàm apertissima eorum verba præ se ferunt? numquid plerique ajunt: *Descendit ad infernum solus, regressus autem cum multitudine: abiit, ubi erant animæ mortuorum: prædicavit iis, qui erant apud inferos: pro omnibus Sanctis ad inferna descendit: indè protoplastum revocavit: descendit ad inferos, ut indè justos liberaret: descendit ad infernum anima Deificata, ut iis, qui sub terra in tenebris & umbra mortis sedebant, lux refulgeret.* Verba S. Augustini vel sola sufficere debebant etsi paucissima. Sic enim ille Epistol. 57. *Neque ipso die in cœlo futurus erat homo Christus Jesus, sed in inferno secundùm animam, in sepulchro autem secundùm corpus.* Et epist. 99. *Quis ergo nisi infidelis negaverit fuisse apud inferos Christum? Secundùm animam eum fuisse apud inferos apertè Scriptura declarat.* Quibus similibusque velut radiis solis limpidissimis planè dissipantur tenebrosa effugiola Amesii. Quod autem in fine subjungit: *Ex Patribus descensum animæ localem tradentibus nil certi colligi potest, vel quoad terminum ad quem, vel quoad finem & usum talis descensus, & in istis definiendis hæsitat Bellarminus, ut totam suam defensionem (ne dicam conscientiam) meritò reddat in ista causa suspectam*, ostendit denuò insignem sycophantiam & studium fallendi indoctos. Usuvenit in plerisque Fidei dogmatibus, ut ipsa Articulorum substantia sit apud omnes fideles certa, expressa & uniformis confessio; de circumstantiis verò, modis, finibus &c. salva fide & charitate locus sit disputationi inter Theologos. Quisquis ergo ex horum incertitudine quati aut everti ipsam Articulorum substantiam existimat, vel est miserabilis vecordiæ, vel intolerabilis fraudulentiæ. Alterutra laborare hic Amesium in septemplici cavillo, verbosè usque ad finem deducto, quivis non incautus & rudis observabit. Nec aliam porrò ista merentur refutationem. Sed jam Amesio dimisso, videndum

§. Unico.

Quid Gerhardus in præsenti Controversia objectet?

In Disput. IV. Controv. III. quærit: *An Christo homini competat cultus religiosæ adorationis sive λατρεία?* Sed de hoc agemus tom. 2. sub finem. Controv. 4. quærit: *An Christus tempore passionis suæ dolores infernales in sanctissima sua anima senserit?* Conaturque ex Bellarmino nonnulla adferre pro ea perpessione infernalium dolorum. Sed nihil continent, quæ non abundè jam discussa sint in errore Calvinistarum, cui Gerhardus ferè suffragatur.

Controversia V. Gerhardi Th. 61. sic formatur: *An Christus eo fine ad inferos descenderit, ut Patrum Sanctorum animas ex limbo liberaret?* Consentit Catholicis contra Calvinistas in substantia descensus illius realis ad inferos; dissentit verò in fine isto, quem Catholici omnes cum communi SS. Patrum sententia tuentur. Videamus igitur, quosnam arietes ex Bellarmino in Bellarminum detorqueat.

Objicit 1. Quòd Bellar. lib. 1. de Beat. SS. c. 3. §. 1. ex Eccles. 11. vers. 27. probet: Sanctos statim à morte frui beatifica Dei visione: *Atqui*, inquit, *si animæ justorum, etiam in Vet. Test. statim à morte ad Deum veniunt, utique non detruduntur priùs in limbum, inferni superius conclave.* Resp. Suam assertionem, & simul e lumbis objectionis solutionem Bellarminus eo ipso loco adjunxit, nempe: id verum esse post cœlum per Christi ascensionem apertum. Sed quid multis, annon & Lutheranum vulgus in Cantico ejus Festi publicè plenis buccis idipsum concrepat? Objicit 2. *Juxta Bellarm. lib. 4. de Christo cap. 16. §. penult. Christi passio semper est æquè efficax. Atqui si passio Christi semper est æquè efficax; in Vet. Testam. æquè ac in Nov. Test. effi-*

cax

cax erit ; & per consequens sicut pii Nov. Test. virtute passionis Christi , recta in cœlum subvehuntur , neque opus est ullo in limbum descensu : ita quoque de piis Vet. Test. idem statuendum erit . Resp. Merita Christi sine dubio sunt ejusdem efficaciæ in omnibus salvandis , si de cætero omnia paria ponantur . Verùm hoc deficiente , quid mirum est , quòd diversis aliter & aliter in actu secundo applicentur : ac in specie , quòd ante Christi ascensionem , porta cœli per sanguinem Agni nondum reserata , nemo posterorum Adami ingredi potuerit?

Objicit 3. probationi Limbi Patrum ex Zachar. 9. vers. 11. *Quòd idem Bellarm. lib. 1. de purgator. cap. 3. de eodem loco Prophetico sic differat:* Etsi hunc locum adducant passim pro liberatione ex limbo ; tamen meliùs convenit liberationi animarum ex purgatorio , quas Christus eduxit . Mirabilis est hæc collectio Gerhardi contra limbum . Cur non potiùs sic infert: Locus citatus meliùs convenit purgatorio ; ergo bene convenit limbo . Quid enim vetat rem vel dictum unicum convenire duobus ; uni bene , alteri meliùs?

Objicit 4. *Quòd Bellarmin. limbum probet ex Luc. 16. vers. 26. Chasma magnum inter nos firmatum est . Et tamen idem Bellarm. lib. 2. de Verbo Dei cap. 10. & seqq. magno conatu disputet :* Versionem vulgatam latinam esse authenticam , *à qua juxta Conc. Trident. non liceat ad fontes provocare . Vulgata verò χάσμα reddidit per chaos , quod est rudis indigestaque moles . Quomodo ergo nihil solidi inter δοχεῖον Lazari & divitis Epulonis interjectum fuit ?* Resp. Hic cavillus evanescit ex dictis lib. 1. de Verbo Dei cap. 10.

Objicit 5. Quòd Bellarm. lib. 1. de Beat. SS. cap. 3. *ità locum Apostoli Hebr. 11. vers. 39. exponat , ut fundamentum Limbi , quod in eo quærunt Becanus & Cornel. à Lapide , destruat .* Resp. Bellarminus ibi dat tres expositiones ; & secundam , quæ est illa ipsa Becani & Cornelii , non modò non reprobat , sed eandem à textu græco satis firmari asserit , quantumvis tertiam , utpote SS. Patribus frequentiorem præferat . Neque per hoc Bellarminus fundamentum limbi destruit , quòd ex Hebr. 11. illud firmari posse neget , cùm cæteroquin ipsemet hic cap. 21. pluribus aliis S. Scripturæ textibus illud abundè confirmarit . Anne verò fundamentum Dogmatis alicujus subvertit Doctor , si putet , non ex hoc uno , sed ex aliis multis efficaciter convinci ? Imperitus profectò sit Doctor , cujuscumque etiam sectæ , qui ita sapiat ; cùm apud omnes nihil frequentiùs sit , quàm ut præter testimonia Scripturæ , juxta quamque partem convincentia , etiam produci soleant , quæ quidem aliis probabiliter persuadere videntur , aliis verò prorsus non . Ex hi sunt Gerhardini illi , dicamne Arietes valentissimi , an parvulorum imbelles sagittæ?

V I N D I C I Æ

Pro Libro Quinto De Christo.

Ad CAPUT I.

DOctrina Bellarmini de Christo Mediatore in hoc cap. summatim hæc est .

I. Vocamus Mediatorem eum , qui inter aliquos dissidentes , aut certè non conjunctos medium se interponit , ut eos redigat ad concordiam , vel novo fœdere conjungat . Contingit autem hoc dupliciter : 1. Per substantialem aliquam mediationem . 2. Per operationem . Primo modo dici potest Christus Mediator secundùm personalitatem , quæ connectit duas naturas , sed non dissidentes ; quia Humanitas Christi numquam

fuit contraria Divinitati . De hac vet
non quæritur , sed : qua Christus innoc
conciliavit peccatores . Amesius 1. re
substantialem Mediationem , adeoque fa
rè de nomine , quod nihil facit ad C
præsentem . 2. ait *: Assumptio ipsa natu*
forma servi , pars fuit humiliationis Christi
rationis illius , qua mediationis munus perag
vers.7. Resp. Hoc dici non potest , quia
la est actio solius Dei ; ergo non pars
Christi , cùm hanc necessariò præcedat
lam supponat ; atque ipsi animæ Christi
ti naturæ) Verbo hypostaticè unitæ l
deligere sibi corpus vel gloriosum vel pa
aliis Scholasticis eruditè tradit Aldretus
Thom. ex illo Hebr. 10. vers. 5. *Hostiam*
noluisti , corpus autem aptasti mihi &c. 3.
facit , quod *natura humana , prout in nob*
jus causam Christus agebat) Deo fuerit inim
modo enim infertur (ut absurdè inten
Humanitatem Christi fuisse dissidentem
riam Divinæ ? 4. Potest omnino , imò
Controversia *substantialis Mediatio Christ*
tione sejungi . Habet enim se hic merè
ac ut principium *Quod* , non verò ut
formale , eliciens operationes ad munu
pertinentes: nec de operante supposito
quæritur , sed utrinque supponitur . Et
lum alium in finem haberet talem substantia
ter , quàm ut per illam perageret partes
(quod Amesius quidem ait , sed non
verò perquam probabiliter , si non om
negant) adhuc tamen substantialis Med
stionem non venit directè & formaliter.

II. Bellarm. Mediatio in opere , q
fieri potest : 1. Discernendo & judican
ut arbitri faciunt . 2. Referendo hinc ind
ditiones , ut Internuntii solent . 3. Or
plicando . 4. Solvendo & satisfaciendo .
nibus modis potest intelligi hæc Quæstio
quam Naturam Christo conveniat Me
cium ? Amesius : *Intelligitur Quæstio de*
quæ Christus vel nostro nomine apud Deum
mine apud nos egit vel agit , ad Deum nob
reconciliandos . Hæc omnia etiam pertinent
nem Christi : quorum tamen non minimam p
regno Christi collocatur , Bellarminus omisit .
illa omissa ? Forsan in decursu Disputat
pabuntur.

III. Bellarm. Sententia communis C
est : Principium *Quod* operabatur opera
fuisse Deum & hominem simul : sed pri
illa opera fiebant , aut formale eorum
fuisse naturam humanam , non Divina
stæ & Lutherani contendunt : Christum
ficium Mediatoris secundùm utramque
principium formale . Amesius 5. *Princip*
formale , quo effectum aliquod producitur , n
quàm vis illa causa , quæ facit ut tale effe
Si igitur Pontificii negent , Naturam Divina
generis principium in Mediatione Christi fu
procurante , tum otiosam statuunt Divinam I
lam virtutem in toto hoc negotio exercentem
pium illud apud ipsos etiam Scholasticos recep
Per Deum hominem , reparationem hu
factam esse , utpote qui ut Deus potuit ;
mo , debuit satisfacere : *tum valore & dig*
spoliant totam Christi mediationem : tum
Scriptura contradicunt , disertè affirmanti :
Spiritum æternum seipsum obtulisse Deo
14. Resp. Negamus omnino , Naturam I
se principium influens physicè in operati

diatoris munus requisitas. Nec est ullum incommodum in hoc, quòd Divinitas solùm conferat dignificationem moralem actionibus Theandricis ab Humanitate elicitis: neque etiam vel in minimo labefactatur receptum illud inter Scholasticos effatum; Nam, qua Deus, contulit sine physico influxu operationibus humanis valorem infinitum; ac proinde non spoliamus totam Christi Mediationem valore & dignitate. Scripturæ denique multò minùs contradicimus; hæc enim verbis cit. plus non vult, quàm Spiritum Dei excitasse Christi Humanitatem ad prædictas actiones. Excitatio autem, suasio &c. non physicè influunt in opera ejus qui excitatur, sed solùm moraliter, ut per se notum est.

Amesius 2. *Nos autem ita contendimus Christum exercere officium. Mediatoris secundùm utramque Naturam, ut communionem statuamus in opere, sed distinctionem virtutis, & modi in naturis operantibus. Sic dicimus Christum passum esse secundùm humanam naturam, sed sustinuisse & vicisse ea quæ passus est, vi & virtute Divinæ Naturæ. In humana natura satisfecisse: sed pretium, dignitatem, efficaciam, & applicationem illius satisfactionis, à Natura Divina provenire: omnes denique Mediatoris operationes humanas à Christo exerceri secundùm humanam naturam, & Divinas secundùm Divinam. Quæ sententia magna ex parte confirmatur ex illa concessione Vasquezii in 3. part. disp.* 85. *cap.* 3. Per se & reduplicativè non potest dici: Hic homo, in quantum homo, est Mediator: aut Deus, in quantum Deus; sed Deus homo, in quantum Deus homo, est Mediator. Resp. Ergo bene, sed brevissimè Calvinistarum sententiam expressit Bellarminus; quid proinde opus fuit longiori illa paraphrasi? Vasquez non favet Amesio. Idem enim quod Bellarminus dicit, & nos omnes fatemur, nempe: Christum qua Deus homo est, esse Mediatorem. Hinc verò non sequitur: non esse aliud principium eliciens, & aliud dignificans.

Ad CAPUT II.

PRO roborando dogmate Catholico de Christo Mediatore Bellarminus Argumentum I. desumit ex 1. Tim. 2. vers. 5. Unus Mediator Dei & hominum homo Christus Jesus. Replicat Amesius: *Plus hinc non sequi, quàm Christum Mediatorem esse hominem* Sed hoc falsum est. Ad quid enim adderetur ly *Homo*, nisi ad exprimendam naturam, secundùm quam Christus est Mediator; ut optimè notat S. August. 2. ait Amesius: *Expressit*, Apostolus, *naturam, secundùm quam est Mediator, sed non, secundùm quam solam*. Sed cur quæso non exprimeret utramque, si secundùm utramque sit Mediator? 3. Amesius: *Ratio fuit, ut moneret fideles, ne de ullo hominum genere desperarent, sed pro iis orarent, quia Christus homo factus communem personam sustinuit, non hujus aut illius generis hominum, sed hominum*. Resp. Ratio hæc in cerebello Amesii nata ab Apostolo nec leviter insinuatur. Numquid verò pari, si non excellentiori modo Apostolus ad id præstandum moneret, si addidisset: Christum non tantùm qua homo, sed etiam qua Deus est, esse nostrum Mediatorem. Sed instat adhuc Amesius: *Simili ratione concludere quis posset, Christum tantùm secundùm humanam naturam habere potestatem remittendi peccata, quia Matth. 9. vers. 6. dicitur*: Filium hominis habere potestatem remittendi peccata. Resp. Disparitas est luculenta, quia satis constat, Divinæ naturæ principaliter convenire potestatem remittendi peccata, quod nec Pharisæi quidem in dubium vocabant. Hic autem exprimi debuit, quis sit noster Mediator.

II. Bellar. Apostolus distinguit Mediatorem à Deo: *Unus*, inquit, *Deus, & unus Mediator*. Ergo secundùm humanam naturam tantùm Christus est Mediator. Contra Amesius: *Distinguit idem Apostolus Christum ab homine Galat.* 1. *vers.* 1. *Non per hominem, sed per Jesum Christum: non sequitur tamen indè, Christum, tantùm secundùm Divinam naturam vocasse Paulum. Christus autem rectè distinguitur à nudo Deo, & à nudo homine prout est* θεάνθρωπος. Resp. Iterum arguitur à dispari, & ideò nil inde sequitur. Apostolus tantùm indicare vult, se non vocatum per, & à puro homine: hinc autem minimè infertur, à puro Deo, & non à Christo Deo homine vocatum esse Apostolum. In proposito autem cùm Apostolus exprimat, Mediatorem esse hominem, & eum expressè à Deo separet, manifestè soli homini, tribuit Mediatoris officium.

Ad CAPUT IV.

PRofert Bellarm. hoc cap. SS. Patres, qui luculenter negant: Christum esse Mediatorem, quatenus est Deus. Amesius putat se meliùs scire, quid voluerint Patres, quàm ipsimet Patres. Ait enim: *Patres nihil aliud volunt, quàm necessitatem unionis personalis indicare in Christo Mediatore. Negant igitur, qua simpliciter Deus est, esse Mediatorem, ut ostendant eum esse Mediatorem, quatenus est Deus in carne manifestatus*. Resp. Hæc glossa Calvinistica textui SS. Patrum apertè repugnat. Quomodo enim hodieque vel Theologi in scholis, vel Episcopi in Conciliis dogma nostrum clarioribus verbis exprimere potuissent, quàm se expressit S. August. (cum aliis PP.) dum in omnibus Operum suorum Tomis toties affirmat: *In quantum homo, in tantum Mediator; in quantum autem Verbum, non medius, quia æqualis Deo &c.* Sed Amesius usurpat sibi privilegium explicandi SS. Patres, & Scripturas, quale exercent Carnifices in catasta erga reos, ut loquantur quod nolunt.

Ad CAPUT V.

ARgumenta à Ratione petita hic profert Bellarminus. I. Mediator debet esse medius, id est, distans ab utraque parte dissidente, aliquo modo. At Christus ut Deus non distat à Deo ullo modo. Amesius aliud effugium hic non reperit, nisi recipiendo se ad substantialem Mediationem, non modò contra expressam protestationem Bellarmini, quòd de illa hic non agatur; sed etiam contra ipsiusmet Amesii confessionem, quòd *nomen Mediationis in sua propria significatione non sit nomen substantiæ*. Quomodo ergo hic audet ope hujus impropriæ significationis (de qua hic nulla Quæstio movetur) declinare, aut eludere vim argumenti efficacissimi?

II. Bellarm. Christus non est Mediator secundùm utramque naturam simul, quia sic non distat à Deo filio, nec persona nec natura. Etiam hic putat se invenisse rimam Amesius, & ait: *Distat quoad statum œconomicum, quo existit illa persona sub alia forma, ut loquitur Apostolus Philip.* 2. *vers.* 7. *Hoc antea fassus est Bellarm. cap.* 1. *de Christo, ut substantialis Mediator est*. Iterum verba dat Amesius, & fallacissima quidem. Nihil minus quàm ei affingit Amesius, fassus est cap. 1. Bellarminus, ut legenti patebit. Status œconomicus hic nihil facit ad rem. Humanitas enim Divinitati unita non potuit facere, ut natura & persona Verbi distaret à Deo.

III. Bellarm. Si Christus esset aliquo modo Mediator secundùm naturam Divinam, tum Pater etiam & Spiritus S. essent Mediatores. Amesius: *Non magis hoc sequitur, quàm hoc: Si Filius Dei sit aliquo modo secundùm naturam Divinam incarnatus, tum Pater etiam & Spiritus S. sunt incarnati. Mediatorem agere convenit Divinæ naturæ, non ut natura, sed ut tali modo existenti,*

qui

qui modus non convenit Patri aut Spiritui S. Resp. Iterum in prorsus dispari causa parem vim sequelæ fingit Amesius. Nam Incarnatio præcisè, immediatè, & formaliter facta est in hypostasi, & non in Natura Divina; hæc autem eadem natura (juxta Calvinistas) esset formaliter principium, *Quo* exerceretur officium Mediatoris, nullatenus verò personalitas. Ergo pariter omnes personas Divinas necessariò denominaret elicientes opera Mediationis.

IV. Bellarm. Sacrificare, & sacrificando satisfacere, non potest Deo convenire secundùm Divinitatem, cùm illud sit opus subditi; ergo nec munus Mediatoris. Est argumentum hoc planè convincens & apodicticum; cùm sacrificare non possit nisi inferior Superiori; ac proinde si Divina natura Verbi sacrificavit Deo Patri, erit filius minor Patre; qui est apertus Arianismus. Amesius hic non habet quod opponat, præter meras principii mendicationes & falsò Suarezium citatum. Quod ex Hebr. 9. vers. 14. ait: *Argutiam Bellarmini militare contra ea expressa verba, Scripturæ:* Per Spiritum æternum obtulit seipsum; jam suprà excussum est. Quomodo verò hæ propositiones expresè æquipollent: *Christus per Spiritum æternum obtulit se; & Spiritus sanctus obtulit Christum?* Durum telum necessitas! & tamen hoc est ENERVARE BELLARMINUM!

V. Bellarm. Si operatio propria Mediatoris convenit Christo ratione utriusque naturæ, sequitur confusio operationum, & consequenter naturarum in Christo, quæ est hæresis Eutych. & Monothelit. damnata in VI. Synodo. Action. 17. Amesius: *Nulla sequitur confusio vel hæresis, si duo principia formalia secundùm distinctas suas virtutes & operationes ad idem opus cooperando concurrere dicantur. Magna differentia est inter operationem & opus, & inter motum & rem motu factam: Illam saltem moderationem circa mediationis opus exeruit Divina natura, qua factum est, ut efficacia & dignitas illius operis proveniat à Divinitate.* Resp. Non extricat se ab Eutychianismô aut Monothelismo per hanc evasionem. Nam duo illa principia formalia: Divina & humana natura, secundùm suas distinctas virtutes deberent concurrere ad unum idemque indivisibile sacrificium. Hoc autem prorsus impossibile est respectu naturæ divinæ, nisi hæc ejusque operatio confundatur cum natura humana; quæ est ipsa medulla Eutychianismi. Major differentia non est inter opus, & operationem, quàm inter fieri & factum esse rei; Sacrificii verò oblatio nec in fieri nec in facto esse (siquidem hoc gratis largiamur) potest sine sacrilegio Arianismi Divinæ naturæ attribui. Multò minùs Dignificatio, quæ à Verbo moraliter in opera Humanitatis promanat, ullo modo est physica operatio, (ut suprà dictum,) aut influxus & efficientia realis Divinitatis in illud opus. Tunc enim illa efficacia, & proinde sacrificium, non magis esset Filii, quàm Patris aut Spiritus Sancti; cùm omnis operatio illis sit communis, quia per essentiam Divinam illis convenit. Amesius ad hæc nescit respondere, nec in minimo ea quatere: Unde planè non tangit nervum argumenti Bellarminiani, nisi quod truncando dicta, enervare sibi videatur.

Ad CAPUT VI.

ARgumenta Calvinistarum contra Catholicam doctrinam sunt. I. *Ex Joann. 10. vers. 15. Ego animam meam per meipsum depono. Hoc dicit Christus, ut mediator; non est autem hic naturæ humanæ actus.* Resp. Bellarm. Ponere animam, est hominis, non Dei. Nihil enim aliud est, quàm mori; sicut resumere animam nihil aliud est quàm resurgere; quamvis potestas ponendi illam & recipiendi ad libitum,

sit à Deo data ipsi homini, ut exponu
& Chrysost. contra Amesium: *Quamvis*
passivè, sit mori; & assumere animam pa
gere, si tamen activè sumantur istæ phras
cessariò sumi debent) tunc ponere animam
tere animam in morte, & assumere anima
mortuam. Hæc autem non sunt hominis. R
catione hic multa involvuntur. Si eni
morali, libero scilicet voluntatis conse
Humanitas Christi liberrimè acceptavit
sibile, & ipsam mortem à Judæis im
quidem absque eo libero consensu num
occidi. Porrò si loquamur de Physica
vendi unionem animæ & corporis,
pulandi in resurrectione; fuit ea fine c
liter in Divina natura, & instrument
na, vel in triduo mortis, in anima
à corpore separata; ita ut in omni rigo
propositio: Anima Christi corpus suu
fuit ac resumpsit. Unde evanescunt ca
loco Amesius addensat, ut cùm ait:
(de physica tantùm loquitur) *sit human*
tum natura humana habet potestatem Divin
est, habet divinitus concessam instrum
tem, sicut ad quævis alia miracula:
men ideò ipsam Omnipotentiam Divin
natura subjectivè & intrinsecè, ut co
supra ostensum est. Cæterùm hic ea
tio est in *potestate Divina*, qualem nc
nuper quæst. 10. §. 3. num. 1. 2. ait An
tentia omnium Scholasticorum, Christus u
fuit homo: quomodo igitur Christus ut hom
mendi potestatem habere potuit? Resp. Ea
moralis quàm physica, fuit in ipsa a
dictum. 3. ait: *Caro Christi mortua ne*
dem habuit humanam, nedum potestatem
perficiendi: Sic est: Sed quid hoc ad n
Tolet. quos citat, rectè dicunt, ea
principaliter esse Divinitatis, sed mi
eam divinitus collatam esse animæ, u
vinitatis instrumento, in operibus mira
dis. Medina in 3. part. S. Thom. quæs
lè citatur ab Amesio. Nil ibi hac de
la etiam fide sententiam S. Augustini à
tatam retulit, omissa altera sibi apertè
te, scilicet: *Manifestissimè ut homo loqu*
habeo ponendi animam meam &c.

II. Argum. Calvin. *ex 2. Corinth. 5. ve*
in Christo mundum reconcilians sibi. Hinc,
sius,) *Dei partes aliquas fuisse in reconcil*
da, ostenditur. Bellarm. Reconciliare, i
Mediatoris. Deus ergo non reconcili
tor, sed per Mediatorem, quem proc
nos misit. Amesius 1. *Reconciliatio à C*
Mediatoris. Resp. Ut hominis subsisten
sistentis, Concedo; ut Dei præcisè,
sius 2. *Deus personaliter in Christo existen*
bi mundum, ut Cajet. illum locum interpr
igitur ut reconcilians, & Mediator, non ta
sed etiam Deus. Resp. Neg. Antec. &
sensum Calvinisticum: juxta dicta verò s
Concedo totum. Possunt quippe verb
que sensum commodè admittere; nem
ut dignificans, non ut eliciens opera
Amesius 3. *Apostolus disertè testatur Act*
Ecclesiam redemptam fuisse sanguine Christi
Deus homo non tantùm procuravit Mediatore
diatoris munere functus est. Resp. Con
juxta dicta ad cap. 5. Quòd nempe D
cundùm humanam naturam elicuerit:
factorias, quibus hypostasis Verbi infin
contulerit.

III. Amesius : *Quamvis apud Calvin. non reperiantur verba ex Heb. 4. vers. 14.* Transivit cœlos &c. *Et cap. 7. vers. 3.* Sine Patre, & Matre : *in his tamen plus est roboris, quàm ut Bellarmini responso possint eludi.* Bellarm. Hæc rectè probant, Personam Pontificis nostri esse Divinam. Verè enim Jesus summus Pontifex, qui penetravit cœlos, quique sine Patre, sine Matre est, & simul Patrem habet & Matrem, Deus est; sed non qua Deus est, penetravit cœlos; nec, qua homo est caret Matre, aut Patrem habet: ac denique, non qua Deus est, Pontifex est. Nam virtus quidem, qua Christus penetrabat cœlos, à Deo erat; tamen ipsum penetrare cœlos, cùm sit loco moveri, non potest Christo secundùm formam Dei, quæ immutabilis est, sed solùm secundùm formam hominis convenire. Pari ratione Christus Deus caret Patre, sed ut homo; caret Matre, sed ut Deus. Idem verò Patrem habet, quia est Deus de Deo: & Matrem habet, quia filius hominis est. Denique Verbum Deus (ut S. Athanas. & Cyrill. rectè docent,) Sacerdos est, sed secundùm formam hominis. Hactenus Bellarm. cujus omnia verba placuit hic adnumerare, ut omnibus constet, quàm verè Amesii Encomiastes Nethenus gloriatus sit: *In hoc mirabili compendio Bellarmini argumenta* (quidni & Responsa?) *ita ab Amesio contrahi, ut sæpè illorum vis indè melius, quàm ex prolixa Bellarmini disputatione pateat: quam & pari virtute enervet ac dissipet.* Videamus ergo palmare specimen Compendii Amesiani: Hæc rectè probant (inquit Bellarminus) personam Pontificis nostri esse Divinam; virtus qua Christus penetravit cœlos à Deo erat, sed Verbum Deus, Sacerdos est secundùm formam hominis. Jam verò audiamus Enervatoris triumphum phantasticum, cùm ad cit. verba subjungit, *Concedit hic Bellarm. totum illud quod volumus. Personam Mediatoris fuisse Divinam; Virtutem, qua Mediatione functus est, fuisse Divinam: sub forma hominis hanc personam fuisse Mediatorem. Si enim per* secundùm formam hominis, *intelligit virtutem humanam non Divinam, tum sibimet ipsi apertè contradicit; quia simul affirmat virtutem fuisse à Deo, id est, à Divina natura.* Ita triumphat Amesius! Injuriam facerem mediocriter etiam docto Lectori, si strophas mendacissimas velim singillatim explicare. Æquivocatio in ly *Virtute Divina*, paulò ante indicata est, qua observata, decumana fraus Puritani hujus, luce meridiana clarius patescit. Sed necdum finis triumphi. Subdit enim Th. 14. *Totam etiam causam tradit nobis Bellarm. in Patrum testimoniis eludendis cap. 7. ubi concedit:* 1. In quibusdam operibus Christi concurrisse Deitatis & Humanitatis actiones. 2. Omnia miracula Christi fuisse partim Divina partim humana. 3. Mediationem substantialem non tantùm humanæ, sed etiam Divinæ naturæ fuisse necessariam, ut opera Mediatoris essent infiniti pretii. *Nam* 1. (pergit Amesius) *nulla opera Christi magis Divina sunt, quàm illa quæ spectant ad Redemptionem, quæ non immeritò majus opus à quibusdam habetur, quàm ipsa creatio.* 2. *Qui nihil miraculi agnoscit in Redemptionis opere, is miraculum est, aut potius monstrum.* 3. *Si Mediatio substantialis utriusque naturæ fuit necessaria ad dignitatem operationis, tum certè ad operandum: nulla enim dignitas redundat à natura in operationem, nisi illa natura operetur.* Ita mensuram gloriosi Triumphatoris, imò fraudulenti Impostoris cumulatissimè Amesius implet! Bellarminus sanè proximè sequenti cap. triplicem ex SS. Dionysio, Irenæo, & Augustino, petitam Objectionem Calvinistarum clarissimè solvit, quæ etiam nullam reipsa continet difficultatem, cùm præsertim eorum Patrum mens nobis planè concors ex aliis, eorundem testimoniis fit apertissima.

Lustremus porrò tergeminum Amesii cavillum. 1. Verè dixit Bellarm. In quibusdam operibus Christi (miraculis scilicet) concurrisse Deitatis & Humanitatis actiones. Cùm verò subsumit Amesius (*Atqui nulla opera Christi magis sunt Divina, quàm illa quæ spectant ad Redemptionem &c.*) planè fallit aut fallitur. Nam pati, orare, sacrificare &c. nullatenus sunt opera miraculosa, quæ à solo Deo principaliter exigant prodire, sed prodeunt ab Humanitate donis supernaturalibus jam antè instructa. Quis hoc in dubium vocet? 2. Verissimum est, omnia miracula Christi fuisse partim Divina, partim humana. At non potest assignari ullum opus ad Redemptionem nostram directè & immediatè pertinens, quod in se spectatum, sit, aut esse possit ipsius Divinitatis: nam orare, sacrificare, pati, (quibus præcisè nostra Redemptio peracta est,) repugnant Deitati; nec ideò has actiones potest Divina natura dici coefficere, (secluso generali concursu, de quo hic nihil agitur,) quia antecedenter Humanitati largita est dona creata supernaturalia quibus mediantibus tales actiones Mediationis elicuit. Miraculosum equidem est, Humanitatem assumi hypostaticè à Verbo, perfundi gratia & lumine gloriæ quasi infinito &c. At his semel positis, nullum miraculum, sed valde connaturale est, ut ea Humanitas exerceat actiones humillimas, quas perspicit Divinitati esse acceptissimas. Itaque μορμολύκειον est, quod ut monstrum intentat Amesius. 3. Quàm certum est, mediationem substantialem necessariò debuisse supponi ipsi Mediationi formali & actuali, ut hæc indè suam dignitatem & valorem infinitum participaret; tam falsum est, illam ideò ad operationes satisfactorias cooperando specialiter concurrisse. Eodem modo nimis falsum est, ad dignificationem operis requiri etiam cooperationem specialem naturæ Divinæ, & suppositi dignificantis. Certè opera Christi purè humana, & ex se planè indifferentia, liberè exercita, fuere omnia & singula, ex se, dignitatis & valoris infiniti, ut in 3. part. communiter tradunt Scholastici) idque ratione suppositi, cujus ea opera ab Humanitate elicita, esse censentur: At quis ideò mox dixerit, non potuisse Christum sine speciali & miraculoso Dei concursu edere, ambulare &c.? Unde patet, præter gerras sophisticas, aut certè intolerabilem planeque incredibilem inscitiam, nihil esse mirandum in isto Triumpho Amesiano.

Ad CAPUT VIII.

ARgumenta à Ratione petunt Calvinistæ. *I. Renovare corda, & dare Spiritum S., sunt opera Mediatoris; atqui hæc sunt Solius Dei.* Bellarm. Meritoriè hæc facere, est proprium Mediatoris; sed efficienter, & ut authorem doni hæc facere, non est Mediatoris. Amesius: *Negare, hanc efficientiam esse Christi Mediatoris, nihil aliud est, quàm negare* omnem potestatem in cœlo & in terra datam esse Christo, contra expressum textum Matth. 28. vers. 18. dare eum vitam æternam suis. Joann. 10. vers. 28. Baptizare eos in Spiritu & igne. Matth. 3. vers. 11. Mittere Spiritum à Patre. Joann. 15. vers. 26. Conservare suos in hoc mundo. Matth. 28. vers. 20. vers. 55. *In summa nihil aliud est, quàm Christum negare efficaciter esse Jesum vel servatorem.* Resp. Hæc sunt terriculamenta puerorum, ludibria eruditorum. Optimè Bellarminus de causa meritoria concessit, de efficiente negavit; nec tantillum plus obtinent Amesianæ exaggerationes perquam futiles & pueriles. Ostendo manifestè. Pone, quod de facto verissimum est: meruisse Christum Mediatorem sua oratione, sacrificio, passione, morte &c. omnia media, quibus ad gloriam perducimur. Finge rursus (quod in æternum non fiet, & ut ego reor, ἀδύνατον est,) post peracta my-

stetia

steria omnia Redemptionis, Resurrectionis, Ascensionis &c. destrui unionem hypostaticam. Quæso jam numquid adhuc vi meritorum Christi prædestinatis obtinget salus, & omnia media ad illam conducentia? Quis dubitet? Ergo merè per accidens est ad ipsum munus mediatoris formaliter & præcisè spectatum, quòd jam de facto Christi Humanitas, etiam ut instrumentum Dei concurrat ad pleraque eorum, quæ cum tanta emphasi visus est contra nos vibrare S. Scripturæ spicula. Dico *pleraque*; nam *mittere Spiritum S.* non videtur ullatenus nisi Divinæ personæ Patris & Filii convenire. Sed parum hoc refert.

II. Amesius queritur, Bellarminum *aliam unam ex Calvino rationem de Mediatione Christi inter Deum & Angelos, longè petitam obscurè proposuisse, putasseque se posse eum suspicionibus iniquis onerare: interim verò reliquisse Rationem Calvini primam*: quia in Christum ut Mediatorem est credendum. *Secundam*: quia ut Mediator summum imperium tenet in coelo & in terra. *Tertiam*: quia jungit nos cum Deo. *Et quartam*: quia facit nos participes Divinæ naturæ. *Has omnes rationes cum variis Scripturæ testimoniis dissimulat Bellarminus. Quid hoc est aliud, quàm fortiter fugiendo, sophisticè pugnare*. Resp. Has rationes omnes esse elumbes. Ad primam, negatur. Ad secundam negatur Assumptum. Ad 3. & 4. patet ex Responsione ad proximum I. Argumentum.

Ex hactenus disputatis contra Calvinistas, facilè etiam solvuntur 3. cavilli, quos Gerhardus disp. 4. Th. 70. & seqq. struxit. Idem Th. 79. & seqq. probat ex Bellarmino, quòd sine cognitione Christi, & fide ipsius meritum amplectente, nemo salvetur; quod non est controversum, cùm id omnes Catholici affirment, saltem extra casum ignorantiæ invincibilis, & per se loquendo. Denique ridiculus est, dum claudit totam Disputationem proposita Controversia purè Scholastica: An Filius Dei fuisset incarnatus, si homo non fuisset lapsus? Nempe quia Bellarm. contra Scotum aliosque, cum S. Thoma aliisque innumeris negativam docuit, Lutheranæ ὀρθοδοξίας testis est. Nugæ nugarum!

Ad CAPUT IX.

IN Quæstione hujus cap. *An Christus sibi aliquid meruerit?* Amesius verborum parsimoniam magna errorum copia compensat. *Duo*, ait, *certissimè de hac Quæstione (minus necessaria) statuimus. 1. Sententiam illam, quam Pontificii hac de re tuentur, esse vel falsam, vel incertam saltem ex parte, & ex parte sibi repugnantem. 2. Curiosæ temeritatis esse, aliud meritum tribuere Christo respectu sui ipsius, quàm viam aut modum ab humilitate ad gloriam perveniendi*. Audiamus quàm certis rationibus fulciat hæc adeò sibi certa. Sic ergo infert: *Pontificii docent, Christum ab instanti Conceptionis fuisse perfectè Comprehensorem & beatum. Comprehensoris autem non est, sibi aliquid mereri, sed viatoris tantum, secundum doctrinam scholæ*. Hic sistit Amesius. Vultne ergo ut nos inferamus: Ergo Christus qua Comprehensor non meruit, qua Viator meruit. Numquid verè? *At*, inquit, *non explicant nobis, utrum primariè meruerit sibi? si secundariò nobis, vel vice versa? neque definiunt, an meritum, quo sibi aliquid acquisivit, fuerit meritum ex congruo vel ex condigno? vel quo pacto aut fœdere nitebatur? neque adhuc ostenderunt, quomodo unum & idem meritum proportionem habeat ad peccatores liberandos, & justum exaltandum? nec denique rationem reddunt idoneam, quare aut quomodo corporis gloriam & nominis exaltationem habuerit Christus ex merito, & non gloriam animæ?* Resp. Etsi nihil horum explicare possemus, & determinare aliquid fide certum de modo & circumstantiis: an ideo substantiam hujus dogmatis, satis clarè in Scri-

-pturis traditam, supprimere oportebit
(hæreticis nostris perquam usitata in
Controversiis) si utendum esset, fac
dogmata destrui funditus possent. Est
ndeste perversa mente perversorum ho
dus, qui cùm deberent (si veritatem a
rentque) ex certis & notis indagare in
ipsi præpostero ordine, ex modis &
nondum exploratis, sed scholæ discrep
certa fidei decreta arietare, & excut
Resp. 2. Sine dubio Christus meruit pri
hic enim fuit finis ipsius Incarnationis
hili interest: alterum meritum tantù
ter se habet. Resp. 3. Omnes supponu
explicitè definiunt, omne Christi me
condigno. Fuere quippe omnia, imò
ra Christi, ex se meritoria ex condign
ti: idemque est de pacto, saltem impl
liquet, proportionem superabundanten
tium ad peccatores liberandos, sed eti
ros justos exaltandos, si pro justitia co
meritum Christi fuisset à Deo destinatu
sparitas nimis manifesta assignatur inte
mæ, quæ Christo ab instanti Concept
Filio Dei ὁμοουσίῳ debebatur, & cujus
penitus conduxisset ad Redemptionem
inter gloriam corporis, quæ miraculo
toriè fuit dilata, ut posset in corpore
pro nobis satis pati. Plura videantur
passim occurrentia. Quæ autem dixi,
nes rata sunt.

Deinceps Th. 20. adducit Amesius
ponsum ex S. Thoma part. 3. qu. 19. a
lius est animæ gloria numquam carere
mereri. Sed melius fuit, gloria corpo
carere, & ex merito illam acquirere
dignitate merendi. Melius est enim, c
aliquid ex merito habere, quàm sine m
S. Thomæ Responsionem instat Amesi
illud quod fundamenti loco ponitur melius e
bere ex merito, quàm sine. Propius enim
ctionis modum, qui in Deo reperitur, haben
boriosi meriti procuratione. Resp. Fundam
mæ bene intellectum (nempe de eo qu
gumenti perfectionum accidentalium) e
Pertinet enim ad laudem creaturæ rat
per libera obsequia promereri perfectio
debitas, quam easdem otiosè & merè
pete. Instat: *Una est gloria totius natur*
uno & eodem jure debet acquiri, non part
& ex altera parte sine merito. Resp. Hæc
mendicatio principii. Quid enim aliud
titur? Similis farinæ est 3. Instantia,
qua dignitas ad Christum accessit merendo,
præcipue accessit. Resp. Accessit hoc, in
cilium sibi congruum, gloriosum scilic
stat 4. *Anima beata non est in statu meren*
Videatur P. Esparza de Incarn. qu. 40.
Th. 21. & ait: *Philip. 2. vers. 8. Neque p*
propter, *nec particula*: Et, *aliud aliquid n*
quam congruentem paritatem rationum int
Christi, & ejus glorificationem. Parallela
allegata ex Matth. 16. vers. 18. Et ego dico
trus &c. nihil minus notat, quàm meritori
tri enim concessio non meruit, ut ille consti
fundamentum & Monarcha; quia tum om
dem confessionem edunt, admitterentur e
Principatum. Simili argumento concludere
Christum etiam merendi legem Sacerdotibus
21. *vers. 24.* Si dixeritis mihi, & ego
Hebr. 2. vers. 9. Propter mortis perpe
cat mortem fuisse finem humiliationis, non

Resp. Fatuum esset, spreta communi SS. Patrum interpretatione deflectere ad insulsam perversionem Calvinistæ, Amesii, quasi verò satis esset multa dicere, & nihil probare. Advertit sine dubio Amesius, argumenta Calvini Catholicis objecta, esse prorsus contrita à Bellarmino, nec suppetere alia robustiora: ne tamen omnino sileret, putidis cavillis sibi ludendum putavit. Quantum ad S. Petrum, sine dubio per suam confessionem, non meruit ex condigno Principatum Ecclesiæ; Ecclesiæ congruum tamen judicabat Christus, ut cùm vellet uni Apostolorum suam commendare Ecclesiam, eum potiùs hoc præmio decoraret, qui excellenti actu fidei de sua Divinitate præ cæteris id merebatur. Puerilis verò illatio est: Ergo omnes qui Confessionem hanc faciunt, merentur etiam totius Principatum Ecclesiæ. Nugæ, gerræ, sibilo & strepitu petulcorum puerorum dignæ!

Finit tandem Amesius Quæstionem his verbis; *Concedit Bellarminus cap. 10. proximè sequenti: Non descendisse filium Dei, ut sibi aliquid acquireret; & non negat, omnem gloriam ipsi humana natura debitam, fuisse sine ullo labore. Nulla ergo alia ratio subesse videtur, quare Pontificii tantopere contendant, Christum sibi aliquid meruisse; quàm ut fundamentum jaciant doctrina sua de meritis humanis; cùm tamen libertatem illam arbitrii Christo tribuere non audeant, quam ad meritorium hominis opus ita necessarium esse statuunt, ut ex meriti ratione eandem demonstrare soleant; potentiam scilicet bene vel malè agendi.* Resp. Libertas & meritum hominis infrà Tom. IV. ex instituto contra hæreses asseretur. Conjectura illa Amesii, cur meritum Christi ita urgeamus, fundamento caret, & perquam vana est. Illud verò inscitiæ in Theologo non ferendæ: quòd ad omne meritum putet requiri libertatem ad malè operandum. Nec vidit lynceus ille Puritanus, se, hoc posito, adigi ad confitendum alterutrum ex his duobus; nempe: aut Christum potuisse peccare, aut, non potuisse etiam nobis mereri quidquam. Quamvis ex alibi dictis, videatur à Calvinistis supponi: Christum ante Resurrectionem peccare potuisse; ac proinde Deum posse damnari, & pejorem fieri Diabolo &c. Quæ qui concederet, *(ajebat olim Capreolus) non tam rationibus, quàm flammis esset coercendus.* Huc nempe collimat pietas Calvinistica in Christum, ut eum privet vel libertate, vel meritò, vel impeccabilitate.

VINDICIÆ
PRO LIBRO PRIMO
DE SUMMO PONTIFICE.

Ad CAPUT IX.



Quæstionis totius cardo vertitur in eo: An visibile Regimen totius Ecclesiæ militantis debeat esse Monarchicum? Pontificii affirmant: nos negamus, ait Amesius. E contra Bellarm. hoc cap. Catholicum dogma probat.

I. Regimen omnium optimum & utilissimum, est Regimen Ecclesiæ; sed Regimen Monarchicum est omnium optimum & utilissimum. Amesius 1. *Tota hæc ratio est otiosa & inepta speculatio; quia nullum Regimen, aut aliud quodlibet institutum, simpliciter optimum aut utilissimum potest vocari, nisi habita ratione subjecti, cui ad finem suum dirigendo inservit. Cùm igitur tanta sit varietas in hominibus regendis: nullum unum regimen (humanitus loquendo) dici potest absolutè optimum, & omnibus utilissimum.* Resp. Tota hæc evasio est perquam inepta; quia sine urgente causa contradicit sententiæ omnium Sapientum, Hebræis, Græcis, Latinis, Theologis, Philosophis, Oratoribus, Historicis, Poetis, ut eruditè & copiosè demonstravit Bellarm. supra cap. 2. Quod autem hic omnibus, in comparatione formarum Gubernationis, absolutè visum est præferendum, sine dubio non est otiosa speculatio, sed sapiens naturæ ipsius dictamen. Et per se loquendo, quævis hominum vel Angelorum Respublica melius Monarchicè, quàm Aristocraticè, aut purè Democraticè regitur; quidquid sit de hoc, quòd temperamentum aliquod ob humanas imperfectiones Monarchia utiliter admittat. Amesius 2. *Quod optimum videtur in sua natura & utilissimum, illud ab Ecclesiæ regimine potest abesse: E. G. ut Rectores tales sint, qui non possint errare; sive de jure quaratur, sive de facto: quod Bellarminus suo Monarchæ Pontifici non audet arrogare.* Resp. Optimum illud, quod ex Infallibilitate Summi Pontificis capit Ecclesia, liberaliter omnino à Christo est indultum; porrò quantum ad finem præfixum, penitus necessarium est: videlicet, ut fideles omnes, qui per umbram fidei ambulant, sine periculo noxii erroris, suo Capiti visibili adhærentes, ab omni errore damnabili immunes serventur. Hoc autem concessum esse Ecclesiæ, infra ostendetur; nec plus requiritur in hoc statu viæ ad optimum regimen. Amesius 3. Monarchia, Aristocratia, Democratia, non possunt in contentionem venire, quæ cui sit præferenda, nisi in iis societatibus, quæ ἀρχὴν καὶ κράτος, id est, dominium & imperium in sua rectura admittunt; Regimen autem Ecclesiasticum visibile, non est imperium sed ministerium. 1. Cor. 4. vers. 1. Resp. Ecclesiasticum Regimen, Ministerium pariter est & imperium, non quidem purè humanum & naturale, sed Divino imperio ministerialiter subordinatum. Etiam Politicum imperium, quod non est Despoticum aut tyrannicum (uti apud multas barbaras gentes usuvenit) est Ministerium: nempe non in commodum proprium, ut herile dominium, sed, ut patria potestas, in bonum filiorum institutum. Apostolus in ea ipsa Epistola ad Corinthios, utraque, non minus sacrum hoc imperium, quàm ministerium indicat, non modò cùm cap. 5. vers. 5. *Incestuosum tradidit Satanæ in interitum carnis, per arma militiæ suæ potentia Deo*; sed etiam cùm cap. ult. epist. 2. ad Cor. vers. 10. ait: *Hæc absens scribo, ut non præsens durius agam, secundùm potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem &c.* Amesius 4. *Ecclesia universalis non est societas visibiliter una. Unum ergo singulare Regimen unius Monarchæ non potest esse optimum Ecclesiæ toti, quamvis esset optimum societati omni singulari. Confirmatur Ant. Quia Ecclesiæ ipsæ particulares sunt corpora completa, omnem cultum à Christo institutum in sese exercentes. Neque enim ullus cultus est proprius Ecclesiæ œcumenicæ qua talis &c.* Resp. Antecedens est error omnium hæreticorum Ecclesiæ perduellium, ut Tom. II. constabit: falsum quoque est quod assumitur

tur

tur in Confirmatione: nam particulares Ecclesiæ, nisi unitæ cum Capite visibili, nec fidem illibatam infallibiliter, nec disciplinam Ecclesiasticam conservare diu sine illa subordinatione possunt, ut experientia docet Unum ovile visibile requirit similem Pastorem ex Christi ordinatione Joan. 10. v. 16. 5. Amesius: *Sunt inter ipsos Pontificios magna authoritatis, non Doctores tantum varii, sed & integra Academia, & Ecclesiæ nationales quæ negant Regimen Ecclesiæ esse Monarchicum. Doctores enim Sorbonici vel facultas Theologica Parisiensis, statum Ecclesiæ ab ejus regimine distinguens, regimen ejus statuit esse* Aristocraticum, *quod etiam* omnium optimum & naturæ convenientissimum *esse, non dubitant affirmare. De Eccles. & Polit. potest. anno* 1611. Resp. Hoc esse decumanum mendacium, imo calumniam Calvinisticam, facilè testabuntur omnes Doctores Sorbonæ Parisiensis, qui schismaticum illum (libelli quem citat Amesius) Authorem Edmundum Richerium, mox anno sequenti 1612. damnarunt & proscripserunt, uti & Card. Perronius Archi-Episcopus Senonensis, & Aquensis cum suis Suffraganeis. Videantur quæ scripsi contra Calixtum 1. part. Irenici cap. 5. Amesius 6. *Non est nostrum pronuntiare, quod regimen sit optimum: & indè inferre, Deum debuisse illud in Ecclesia constituere, sed potius ex Verbo Dei inquirere, quale regimen Deus in Ecclesia instituit: & ex eo certò concludere, tale regimen esse Ecclesiæ optimum & utilissimum.* Resp. Non id faciunt Catholici, quod Amesius ipsis imponit. Bellarm. cap. 2. Ex omnium sapientum sensu, tantùm demonstrat, Monarchiam esse optimam; Sequentibus verò capp. ex Verbo Dei ostendit: Christum in regimine Ecclesiæ instituendo; ab illo communi Sapientum sensu non recessisse. Si ex Verbo Dei scripto, juxta quarumvis Sectarum sensum exposito, certò concludere oporteret optimum Ecclesiæ regimen; ex sola patria Amesii haberemus omnes formas unà cum *ἀναρχία*. Nam præter plurimos Catholicos, qui ex Verbo Dei Monarchiam Rom. Pontificis agnoscunt; publicè prævaluere, quos Amesius vocat. Hierarchicos: qui Aristocratiam Episcoporum sub uno capite Ecclesiæ Anglicanæ (jam ultra decennium truncato) ex Scripturis contra Presbyterianos tuentur; his ex eadem S. Scriptura Hierarchicos illos, ut hæreticos rejicientibus; quibus tandem omnibus supervenere Independentes, qui ex iisdem Scripturis omnimodam *ἀναρχίαν* invexere; atque ita Quacqueris stolidissimis ad plus quàm Babylonicam confusionem introducendam ostium aperuere.

II. Bellarm. Certum est, Ecclesiam immortalium Angelorum, exemplar esse Ecclesiæ mortalium hominum. Hebr. 8. vers. 5. Certum autem est, inter Angelos unum esse, qui aliis omnibus præest; Qua dignitate primo præditus fuit, qui nunc Diabolus vocatur. Job. 40. vers. 14. dicitur *Behemoth Lucifer* Isa. 14. vers. 12. Ezec. 28. vers. 13. dicitur *circumdatus lapidibus pretiosis*, id est, Choris Angelorum. Post casum autem Diaboli S. Michael ejus locum obtinet. Apoc. 12. vers. 7. Amesius 1. *Hujusmodi* certa, *sunt mera somnia, & signa certa hominis laborantis febri Monarchica. Nam 1. Hebr. 8. v. 5. agitur de cæremoniis Legis, non de Ecclesia Christiana, qua talis est &c. 2. Hierarchicum illum ordinem, quem statuunt inter Angelos, Scholastici ipsi non ex Monarchico imperio, sed ex cognitionis, officii, & actuum variis gradibus petunt. Tom. 1. part. qu. 108. 3. Apud ipsos etiam Scholasticos, ut Bannez in 1. part. 63. art. 7. docet.* Non est error aut temeritas negare, supremum Angelorum cecidisse &c. 4. *Behemoth Job. 40. vers. 14. est bestia: Lucifer est Rex Babylonia &c. Si verò ad lusorias allegorias confugiat Bellarm. vim facit legi ab ipsomet lata lib. 3. de V. D. cap. 3.* Ex solo literali sensu peti debent argumenta efficacia. 5. *Per Michaelem Apoc. 12. vers. 7. intelligitur Christus, sicut manifestè apparet ex vers. 11.* Vicerunt eum per sanguinem agni. *Neque per Angelos Michaelis intel-*

liguntur ibi alii quàm fideles animæ sua p
mortem. 6. Nihil opus opus est Angelo M
ministeriali, quia Monarcha principalis in
præsens. Resp. Istiusmodi effugia, sunt v
ta, & deliria laborantis febri anarchica
minus in comparationem adduxit inter E
talium cum Hierarchia cœlesti, pla
congruunt ex recepta Ecclesiæ traditi
tetur Junius Calvinista) ac præsertim
rum & vetustissimorum Patrum; quo
affirmans plus valet, quàm 100. Luthe
lanchthones, 600. Calvini, 1000. Am
ut de Magistro Sententiarum ajebat oli
carus. Explicatio illa loci Paulini Hebr.
affertur ut apodictica, & evidens, sed v
lis. Undecumque sit ille ordo Hierar
rum, modò sit, uti retulit S. Pauli dis
sius Areopagita, id nobis sufficit. Quic
facit, quòd inter Scholasticos non om
sed tantum probabilissimum censeatur, S
gelorum decidisse? Ex sensu mystico,
tione Ecclesiastica communiter recepta
non negat Bellarm. peti argumenta eff
pra dixi. Per Michaelem Apoc. 12. v
Christum, non *manifestè apparet* (in
quem unicè urget,) sed nec obscurè a
indè infertur. Quid enim consequentiæ
lectio: Sancti vicerunt propter sanguin
merito passionis Christi; Ergo Micha
Ecclesiæ, cum exercitu suo invisibilite
conem & Antichristum pugnans,) no
gelus, sed ipse Christus? Quæ sani cer
tio non inferat potius oppositum? Nec
tima illatio: quæ si valeret, è medio t
gubernationes; cùm Deus, cui tandem
regimen subordinatur, ubique sit præs

III. Bellarm. Testamentum Vetus fuit
sed in Veteri fuit regimen Monarchicum
mesius 1. *Testamentum Vetus quoad regimen*
figura Novi; quoad visibilem ejus statum à Ch
Christus enim est corpus, cujus umbra fuit in
to. 2. ait: *Simili ratione concludere quis p*
templum ac locum solemnis cultus constitui de
mento Novo. Resp. Umbras prorsus vana
kero & Junio sectatur Amesius. Fuerit
Vet. Test. umbra & figura Christi: a
tantùm quoad personam propriam, sed
qui visibiles post ejus ascensionem Vicar
clesia Christiana futuri erant: Et quid
eundem typum posse esse plurium ty
agnus Paschalis fuit typus sacrificii cruen
at numquid idem quoque typus erat C
sticæ? Non reor etiam Sacramentarios
Quidni ergo possit idem Pontifex Hebræ
pus Christi, & etiam ejus Vicarii gener
verò hinc infertur, debere proinde eti
Test. esse unicum templum solemnis cult
Test. Cur enim, si in uno vel aliquibus
spondet veteri nova Ecclesia, ideò etiam
in omnibus, quantumvis incommodè &

IV. Bellarm. Comparatur Ecclesia ex
lieri, sponsæ, ovili, domui, navi; se
num habet Imperatorem, mulier unum
gnum unum Regem, ovile unum pasto
unum œconomum; & navis unum gube
mesius more suo dissimulat Bellarminum
dines deprompsisse ex SS. PP. Cyprian
Chrys. Ambros. &c. ut tantò liberius ill
Videamus porrò quàm futilibus ratiunc
Nulla harum similitudinum usquam in Scrip
ad externum regimen Ecclesiæ declarandum
ipsum in Quæstione est. Unde autem pr

ficum ejus, quod enim SS. PP. dicit Bellarminus? 2. ait: *Manifestè falsum est, unum semper Vicarium ac ministerialem esse Imperatorem exercitus, Caput corporis, pastorem ovilis, œconomum domus, Gubernatorem navis.* Resp. Argutia hæc in rebus moralibus (in quibus regulæ non nisi à communiter contingentibus desumi solent) est cavillatoria & nugax. Quis enim negat ita plerumque esse? & quotusquisque est qui viderit corpus biceps? 3. ait: *Ecclesia tota in Scripturis nusquam dicitur, aut piè dici potest, exercitus Papæ, corpus Papæ, domus Papæ, &c. Ergo huic fictitio Monarchæ ista similitudines non conveniunt.* Resp. Neque Regnum Neapolitanum E. G. dicitur esse Regnum Prætoris, qui illud loco Regis administrat; neque exercitus (qui Duce Susio aut Montecuculi, in Septemtrione militant) dicuntur esse illorum, sed Cæsariani: an ideò ab illis non gubernantur? Nugæ! 4. ait: *Non potest à blasphemia excusari quod Bellarm. annotat, scilicet posse Joan. 10. vers. 16. per unum Pastorem intelligi Petrum ejusque Successores. Illud autem ridiculum est, quòd unum tantùm œconomum intelligi vult Luc. 12. vers. 24. eumque ipsum esse Petrum. Hujusmodi argumenta non sunt digna seria aliqua refutatione, quæ à conscientia Authorum, & communi sensu lectorum satis refutantur.* Resp. Proprium opus Calvinistæ est, blasphemare, quod non vult credere. Anne etiam SS. Cypr. Chrysost. Ambros. &c. blasphemarunt, quos in ea doctrina sequitur Bellarminus? Sed quid mirum, dici nos blasphemos à Calvinistis, dum verba Evangelii ex mente SS. Patrum exponimus? cùm ipse Dominus Jesus dictus fuerit à Judæis blasphemare, quando veritatem unicè mundo necessariam profitebatur.

V. Bellarm. Christus cùm in terris degeret, Ecclesiam visibilem administrabat, ut Summus erat Pastor & Rector; ergo nunc etiam Ecclesia debet habere externum & visibile regimen Monarchicum; alioquin non esset eadem Ecclesia; nam juxta Aristot. tamdiu manet eadem Civitas, quamdiu manet eadem Reipublicæ forma. Amesius 1. *Christus quoad externam personam, quam sustinuit in terris, non gessit se ut visibilis Monarcha, sed maxima ex parte ut Minister Luc. 22. vers. 27. Matth. 20. vers. 28.* Resp. Jam antè dictum est, stare simul imperium & ministerium; imò omne laudabile Imperium inter homines semper esse Ministerium. Certè ipsemet Salvator de se dicit Joan. 13. vers. 13. *Vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis; sum etenim.* Amesius 2. *Minister exterius propriè fuit Judæorum tantùm Rom. 15. vers. 8.* Sed quid hinc contra nos? Amesius 3. *Sacerdos Judaicus (judicio Bellarmini) fuit tum temporis visibilis Ecclesiæ Judaicæ Monarcha. Numquid ergo duo simul Monarchæ visibiles fuerunt, iique à se invicem ità dissentientes?* Resp. Fuit Caiphas visibilis Monarcha Synagogæ repudiandæ, & jam jam agonizantis; cui tamen Christus voluit obedientiam præstari ex cathedra docenti, Matth. 23. vers. 3. Fuit tamen Christus Summus Monarcha jam in actu primo constitutus ab ipso Conceptionis suæ instanti: in actu secundo autem cœpit potestatem suam paulatim exercere, colligendo sibi populum novum ex Judæis & Gentibus. Nihil hic repugnantiæ. Amesius 4. *Ecclesia potest esse eadem quoad essentiam, quamvis externum ejus regimen, quod est adjunctum præter essentiam accedens, magna ex parte commutetur.* Resp. Si de grege ovium aut caprarum ageretur, facilè dari posset, quod vult Amesius; At de Republica humana, quæ necessariò debet habere formam aliquam regiminis, dici nequit, ipsam formam regiminis esse extra essentiam Reipubl. ut sic. De incondita turba Independentium Anarchicorum verum est quod prætendit Amesius; sed non de Christi Ecclesia.

VI. Bellarm. Quibus rationibus probatur, debere unum Episcopum præesse Parochis, Archi-Episcopum Episcopis, Patriarcham Archi-Episcopis, iisdem probari potest, unum Pontificem Summum debere præesse Patriarchis. Amesius 1. *Nos autem* (Puritani Independentes) *subsumimus, nullis argumentis posse probari Monarchicam Superioritatem Patriarcharum, Archi-Episcoporum &c. ex Scripturis; atque adeò etiam Monarchiam Papæ destitui omni probatione.* Resp. Ob hunc Puritanismum Anarchicum, patria sua pulsum esse Amesium, fatetur Netthenus in ejus præconio, tamquam hostem capitalem ordinis hierarchici. Hanc verò suam confusionem Babylonicam nec ex Scripturis, nec ex ulla sana ratione probare potest, ut infrà Tom. II. videbimus.

VII. Bellarm. Ecclesia non potest propagari sine universali Capite, cui sollicitudo incumbat totius corporis conservandi & propagandi: nemo enim debet prædicare nisi mittatur. Rom. 10. vers. 15. Mittere autem in alienas provincias non est Episcoporum particularium, cùm hi habeant suos certos limites, extra quos nullum jus habent. Amesius 1. *Quòd nemo prædicare possit nisi mittatur, intelligitur de missione Dei.* Resp. Sic est. Sed jam Deus nullum mittit immediatè, nisi eum muniat diplomate obsignato signis & portentis. Ordinaria jam missio est per homines, qui & ipsi legitimè missi fuerint; porrò hæc missio omnibus Lutheranis & Calvinistis deest. Amesius 2. *Mittit Deus Concionatores in omnes partes mundi sine Vicario. Matt. 9. vers. 38. Luc. 9. vers. 49. Mittunt etiam homines, qui charitate & zelo Dei commoti, sive Ecclesiastici sive politici, id agunt, ut alii donis aptis instructi & approbati, opus istud aggrediantur. Mittit ipsa charitas &c.* Resp. Hæc quidem garrit Amesius: at ubi scripta sunt? Amesius 3. *Hæretici possunt suos errores propagare sine Pontifice: quidni & orthodoxi veritatem?* Resp. Zizania crescunt sine cultore; quidni & omnis florum fructuumque species? Argumentum Puritano dignum!

VIII. Bellarm. Necesse est, ut omnes fideles idem sentiant omnino in rebus fidei; sed hoc esse non potest, nisi unus sit Summus Judex. Amesius 1. *Omnes verè fideles idem sentiunt in necessariis, sine Summo Judice externo: in aliis non est absolutè necessarium, ut idem sentiant.* Resp. Ubi hoc scriptum? quomodo legis? Nos Catholici legimus: *Qui prævaricatur in uno, factus est omnium reus.* Qui non credit Deo loquenti, infidelis est, sive multa sive pauca non credat: *Unus Deus, una fides &c.* Amesius 2. *Pontifex nondum effecit, ut omnes Pontificii idem sentiant, ne de ipso quidem Rom. Pontifice, & ejus in judicando potestate: non magis quàm vetus Pontifex Pharisæos & Saducæos idem sentire fecit.* Resp. De substantia potestatis Pontificiæ, cunctisque Articulis fide Divina credendis, omnes convenimus; de modo & circumstantiis minimè definitis, meritò omnibus permissa est libertas, donec legitimo præcepto restringatur. Puritanis Hierarchici, Ubiquistæ &c. censentur hæretici, & tamen in necessariis conspirant. O bellam unitatem! Amesius 3. *Fides non ingeneratur imperio hominis judicantis; neque unitas ejus per tale imperium conservatur, sed per Verbum Dei; ex cujus usu si non sequatur unitas, hoc utentium vel abutentium fit perversitate.* Resp. Etiam castitas, justitia, aut quævis alia virtus non ingeneratur imperio; & tamen justè, legibus etiam humanis, coercentur furta, adulteria &c. Quantum verò unitati fidei conservandæ prosit etiam vis coactiva exterior, docet S. August. epist. 50. & aliis locis innumeris; Cui ex sensu universalis Ecclesiæ loquenti plus credendum, quàm omnibus Calvinistis & Lutheranis, qui vim coactivam in Catholicis detestantur, cùm ipsi eandem, ubi rerum potiuntur, impotenter & crudeliter exerceant. Amesius 4. *Petro ipso cum aliis Apostolis adhuc superstite, dissidia & hæreses variæ exoriebantur. Non virtute atque vi visibilis alicujus Monarchiæ, sed Spiritu Dei conservatur Ecclesia, ne istis dissidiis dissipetur. Zach. 4. vers. 6.* Resp. Ortæ sunt equidem hæreses Apostolis superstitibus,

bus,

bus, verum hi tali lue infectis nec Ave dici voluerunt, & de illis universim pronuntiarunt: *Exierunt è nobis, sed non erant ex nobis &c.* & tamen omnis hæc colluvies sunt fratres in Christo apud Biblistas. Etsi Spiritus Dei, in unitate Ecclesiæ servanda, faciat quod suum est; non tamen ideò debent Principes, tam Ecclesiastici quàm politici negligere quod suarum est partium. Sed jam sit

§. I.

Solvuntur Argumenta Hæreticorum contra Monarchicum regimen Ecclesiæ Catholicæ.

I. *Matth. 20. vers. 26. Luc. 22. vers. 24. Reges gentium in eas dominantur &c. verùm non ita erit inter vos &c.* Respondet Bellar. Istis verbis non removet Dominus Monarchiam ab Ecclesia, sed potiùs eam instituit, & admonuit, diversam esse à civili Monarchia gentium. Non enim ait: Vos non præsidebitis; sed non præsidebitis sicut Reges gentium. Amesius 1. *Instituitur istis verbis comparatio dissimilitudinis inter Reges gentium & ministros Ecclesiæ; illud igitur removetur à ministris Ecclesiæ, quod tribuitur Regibus; sed Regibus nihil hic tribuitur nisi Dominium & Imperium: ergo hoc illud est, quod à ministris Ecclesiæ removetur.* Resp. Imperium Despoticum herile, quale solent gentes in suos exercere, & Christus suis interdixit, nec nos illatenus in Ecclesiæ ministris probamus. Amesius 2. *Illud à Ministris Ecclesiæ removetur, quod filii Zebedæi quærebant, & de quo Discipuli inter se contendebant; sed hoc fuit Dominium. Matt. 20. vers. 21. Luc. 22. vers. 24.* Resp. Concedo totum. Nihil hic contra Regimen Ecclesiæ Catholicæ. Confundit autem Amesius hic & num. seq. Imperium cum Dominio. Posterius excluditur à ministerio, non autem prius, ut jam suprà dictum. Porrò quod num. 4. subjicit: *Bellarminum, in eo quòd institutionem Dominii & Monarchiæ ex illis verbis Christi colligit, semetipsum superare sophistica impudentia &c.* pleroque effrontes Sycophantas superat Amesius, dum aperto mendacio affingit Bellarmino *institutionem dominii*; quasi verò omnis Gubernatio sit dominii, cùm tamen toto cœlo distent, Dominium enim est in commodum Domini possidentis servum; Jurisdictio autem, Imperium politicum (& multò magis Ecclesiasticum) sicut & patria potestas, sunt in commodum filiorum & subditorum &c. Unde evanescunt cæteræ cavillationum quisquiliæ, quales etiam sunt, quas regerit sequentibus Bellarmini verissimis verbis, cùm ait: *Clarè subjungitur: Qui inter vos major est, fiat minor, & Præcessor (græcè ἡγούμενος Dux, Princeps) fiat sicut Minister. Unus igitur erat à Domino Dux designatus.* Hæc valdè perspicuè & verè Bellarm. profert ex Evangelio. Tenebras tamen in meridie quærit Amesius dicens: Si unus erat designatus Dux, *quomodo factum est, quòd sæpiùs quærebant & contendebant, quis esset maximus?* Sed sciscitabor & ego ex Amesio: Si Christi Domini passio, crucifixio, mors, & resurrectio, apertè fuit Apostolis indicata, quomodo ipsi nihil horum intelligebant? Cur non potiùs ex filiorum Zedebæi ambitione, & reliquorum contentione colligitur, eos non omnino ignorasse designatum Petrum, caput omnium; sed stimulis ambitionis actos in vetitum niti maluisse? Quæ deinceps voculis, ἡγεμὼν, ἄρχων &c. verbosè addit, logomachia sunt. Adjungit Bellarminus: Christus verè præerat, & Dominus erat, quamvis non sicut Reges gentium. Suo igitur exemplo rem declarans, vult unum ex suis verè præesse, sed absque libidine dominandi, ut Reges gentium, qui plerumque sunt Tyranni. Hæc referens Amesius 1. enervat Bellarmini dictum omittendo ly Gentium, ut sic invidiam conflaret ei, quasi omnes argueret tyrannidis. Numquam autem probabitur,

Christum omnibus Regibus tribuere, qu
Regibus tribuit, nempè, Dominari, quo
mesius verbosè inculcat. Post hæc concec
utrumque fuisse, & jus dominii in Ecclesiam,
nistrantis; insimulat tamen Bellarminum
teram tantum partem (de dominio) trah
plum, adeoque verbis Evangelicis *vim fac*
rè ipsemet Amesius dictis Bellarmini vim
præesse sine dominandi libidine (quod Be
asserit) sit revera præesse ministrando,
xemplum. Sed reponit num. 2. *Christus n*
cuit imperium, sed fuit ut minister, in form
igitur dominii in semetipso exhibuit suis disc
dum. Resp. Quòd Christus numquam in
xercuerit externum imperium seu vim coa
nitum, cùm fuerint subditi voluntarii,
recti, amore potiùs quàm metu ducendi;
sent omnes subditi, non opus foret impe
quale exercuit Apostolus in incestuosum.
liores sint, quos dirigit amor, plures tamen
git timor. A prioribus, boni Prælati no
honorari, sed amari: à posterioribus ve
stialem vitam agunt, timeri desiderant;
ctus Gregorius Magn. applicans huc illud
ror vester sit super bestias terræ.

II. Calvin. *Apostolus totum sacrum Ecclesi*
& regimen à Christo institutum repræsentans
tionem facit unius visibilis Monarchæ. Ephes.
in commendatione unitatis, propter unum
Spiritum, unam spem, unam fidem, & un
nullam mentionem facit unius Pontificis,
Bellarm. 1. Pontificatus summus disertè
postolo in illis verbis: *Et ipse dedit quosd*
postolos. Et clariùs 1. Corinth. 12. vers. 28
stolos. Summa enim potestas data est om
lis; sed Petro soli ut Ordinario Pastori,
succederetur; aliis verò tamquam dele
sius 1. *Si omnes Apostoli habuerunt summa*
non nullus fuit Monarcha. Resp. Per *summ*
potestatem in omnes fideles, non Apost
cui æqualitati non obstat præeminentia
inter ipsos Apostolos, qui solus summam
ritatem in Successores transmittat. Am
tius ut Apostolus fuit ordinarius Pastor, tu
rius & ordinarius Pastor idem sonant: tu
Apostoli fuerunt ordinarii Pastores. Resp.
quitur, si sermo sit de eodem respectu e
enim vetat, idem officium respectu uni
rium, respectu aliorum extraordinariu
quos esse ordinarios quoad munus pastor
pale ad posteros transmittendum, simu
dinarios quoad munus in eorum persor
dum? Amesius 3. *Si ordinaria & perpetu*
isto loco disertè ponatur, tum continetur in
postoli; adeoque omnes etiam Apostoli simi
cessionem. Respondeo, Nego Sequel. n
bari Subsumptum, cui experientia refra
sius 4. *Apostolus & delegatus idem sunt;*
Petrus, quàm cæteri, fuit delegatus; nec
teri delegati, ordinariam successionem habu
stolatus. Respondeo, Ex sola voce om
lis communi, certum est, non posse
temporaneum, an perpetuum officium
verùm ex constanti Traditione SS. Pat
experientia patet, solius Petri fuisse ord
larminus 2. Potest etiam responderi: A
loco tantum enumerasse varia dona qu
clesiæ, non verò Hierarchiam. Amesius
revera non delineavit, sed hierodulam.
Hanc in illa inclusam suprà ostensum e
Puritanus iste omnis Hierarchiæ Ecclesi
ostendit se cum Apostoli a Ecclesia nil

commune, cujus sacrum ordinem S. Dionysius Areop. integro libro de Hierarchia Eccles. descripsit. Amesius 2. *Omnes tamen ministerii gradus, tam extraordinarios, quàm ordinarios enumerarunt.* Resp. Genericos, esto; ultimospecificos, Negatur. Bellarm. 3. Papa in illis verbis comprehenditur. Ephes. 4. vers. 4. *Unum corpus & unus spiritus.* Ut enim in corpore naturali ideò servatur unitas membrorum, quia omnia parent capiti; ita tunc quoque in Ecclesia servatur unitas, cùm omnes obediunt uni. Amesius 1. *Non quæritur in argumento, quid comprehenditur, sed quid exprimitur.* Respondeo, Expliciti & impliciti vis eadem est. Amesius 2. *Si comprehenditur in illis verbis, ut causa unitatis corporis, tum vel unum corpus facis sine spiritu, vel per spiritum; sed utrumque absurdum.* Resp. Sicut corpus physicum unum censetur, cui est unum caput, cui capiti cætera membra obediunt, intus agente spiritu: ita & corpus morale ac mysticum, ab unitate capitis, cui omnia membra inferiora parent, unitatem accipit, spiritu intus latitante, & membris per caput, actum & motum suppeditante. Nihil hic non congruum, nihil absurdum. Amesius 3. *Papa non est causa unitatis spiritualis & mysticæ; sed talis est unitas corporis per Spiritum.* Resp. Non est causa principalis, Concedo: ministerialis seu instrumentalis, Nego. Amesius 4. *Christus ipse illis verbis non propriè designatur, ut causa unitatis Ecclesiæ, sed vers. 5.* Unus Dominus; *ergo neque Vicarius Christi.* Resp. Cur non utroque significetur Christus ut causa unitatis, nihil ostenditur obstare.

III. Calvin. *Christus solus est caput Ecclesiæ. Ephes. 1. vers. 22. & 4. vers. 15. Col. 1. vers. 18. ergo faciunt injuriam Christo, qui aliud caput addunt.* Resp. Christum solum esse caput Ecclesiæ, in Scripturis non legitur, sed est additio Lutherano-Calvinistica. Deinde respondet Bellarm. 1. Papa est caput, non cum Christo, sed sub Christo; non igitur fit injuria Christo, sed augetur ejus gloria, quia Christus est caput nobiliori modo, sicut Rex est supra Proregem. Amesius multiplicat verba; sed sunt mera verba, quæ simplici inficiatione evanescunt. Nemo Catholicorum affirmat, Papam omnibus modis, quibus Christus, influere vitam, sensum &c. spiritualem. Vanissimis ejusmodi cavillis pariter tollenda essent omnia capita moralia, & Principes creati. Ita scilicet ubique Anarchiam spiritus ille Puritanicus olet. Bell. 2. Multa eorum, quæ conveniunt Christo in S. Scriptura, tribuuntur etiam hominibus sine injuria Christi, ut Lux, fundamentum, Pastor, Episcopus, Apostolus, Doctor. Amesius 1. *Non tribuuntur sine expresso consensu Christi: nec tribuuntur uni alicui homini singulari.* Esto: at idem est in denominatione capitis. Frustrà hic litigat de explicita denominatione: modò res exprimatur, perinde est de voce; eodem enim recidit sive vocetur Caput, sive Cephas, Petra, fundamentum, vel Pastor omnium ovium Christi &c. Sed instat Amesius 2. *Etsi cætera, quæ propriè ad ministerium referuntur, possint hominibus tribui suo modo: illa tamen quæ significant arctissimam Christi & Ecclesiæ conjunctionem, (ut Capitis & Sponsi,) neque possunt neque debent ad ullos homines transferri.* Resp. Hoc quidem dicit Amesius, sed quomodo probat, id nullo modo posse & debere fieri quocumque sensu? Negabunt id nobiscum omnes Angli Hierarchici, qui Regem suum, caput totius Ecclesiæ Anglicanæ agnoscunt. Sanè si Deus ipse suum nomen hominibus (Superioribus & Judicibus) communicat: *Ego dixi Dii estis*, cur non etiam in sano sensu nomen capitis? Amesius 3. *Illorum nominum relatorum quæ tribuuntur hominibus, correlata etiam ad eosdem homines referuntur: si igitur Papa sit caput Ecclesiæ, Ecclesia etiam rectè diceretur corpus Papæ; hoc autem est inauditum.* Bellarm. 1. Causa ejus rei est, quòd Christus sit caput principale & perpetuum totius Ecclesiæ. Ut enim Regnum non dicitur esse Proregis, sed Regis, & domus non est œconomi sed Domini: sic Ecclesia non est corpus Petri aut Papæ, qui solùm ad tempus & alterius loco gubernat, sed Christi, qui propria authoritate & perpetuò illam gubernat. Amesius 1. *Principalitas & perpetuitas non sunt causa (ne quidem sine qua non) cur relata & correlata ad se mutuò referantur; ergo eorum defectus non potest esse causa, cur non sic referantur.* Respondeo, ad Antec. Principalitas & perpetuitas non sunt causa, ut quovis modo & sub quacumque denominatione ad se invicem referantur, *Concedo*: ut certo modo & sub certa denominatione ad se invicem referantur, *Nego* Antec. ut manifestè patet in exemplo allato à Bellarm. œconomi & Proregis; quod tamen Amesius enervandi gratia dissimulavit. Amesius 2. *Rex in suo Regno, ut Deo inferior, non est absolutè principalis; ut mortalis, non est perpetuus Rex, & tamen Regnum dicitur esse Regis.* Respondeo, Hæc est insulsa in vocabulis cavillatio, quæ si quidquam valeret, tolleret è medio omnes causas creatas, quæ absolutè ab omnibus vocantur principales, respectu instrumentalium & minùs principalium. Amesius 3. *Si Papa non sit perpetuus Rex, quid fiet Ecclesia, & ejus unitati, cùm interciditur ejus caput? præsertim si interregnum sit aliquot annorum.* Resp. Cavillatur Amesius in perpetuitate, sicut ante in principalitate. Perpetuitatem accipit hic Bellarm. continuam unius hominis; etsi in alio sensu moraliter censeatur iste Vicariatus Divinus perpetuò durare, etiam Sede diu vacante; ut infra suo loco dicetur. Bellarm. 2. Cùm Ecclesia dicitur Corpus Christi, vox illa Christi, potest commodè referri, non tam ad Christum ut caput, quam ad eundem ut hypostasin hujus corporis: quemadmodum cùm dicimus: illic jacet corpus Petri aut Pauli, non significamus Petrum vel Paulum esse corpora, sed personas, quarum illa sunt corpora. Amesius 1. *Bellarminus hic in os contradicit Paulo Ephes. 1. vers. 22. 23. & 4. vers. 15. 16. & 5. vers. 23. Col. 1. vers. 18. & 2. vers. 19. qui disertè docet, Ecclesiam vocari corpus Christi, quatenus Christus est ejus caput.* Resp. Qui dicit unum, non negat alterum cum eo compossibile. Calumniatur ergo Amesius Bellarminum, qui libenter admittit principalem illam significationem *Corporis* ab Apostolo indicatam. Amesius 2. *inaudita est ista significatio hypostaseos, & absona ejus applicatio. Petrus enim non potest dici caput illius corporis, quod hic jacet: sed Christus rectè vocatur caput illius corporis, cujus Bellarm. vult eum esse hypostasin.* Resp. Neg. Assumpt. Tota deceptio in eo consistit, quòd Amesius vel non advertit, vel dissimulat, ly *corpus* posse (& solere etiam) dupliciter sumi. 1. respectu capitis. 2. respectu ipsius personæ, cujus est corpus. Et hic posterior modus est usitatior, quantumvis illum Amesius præfractè rejiciat. Quando Apostolus 1. Corinth. 12. vers. 12. Christum ipsum (sive propriè, sive synecdochicè) inclusit Ecclesiæ, manifestum est, Apostolum sumere *ly corpus* in posteriori sensu, & sic cavillari Amesium.

IV. Calvin. *Non potest unus homo sufficere omnibus Ecclesiis regendis; ergo Ecclesiæ universæ regendæ inepta est Monarchia.* Bellarminus 1. Ut unus per multos sibi subjectos ministros & Pastores totam Ecclesiam regat, non solùm possibile est, sed etiam utile & commodum. Fecit id Paulus 2. Corinth. 11. vers. 28. & unusquisque Apostolorum. Amesius multùm hic nugatur; pleræque tamen ejus cavillationes etiam impugnant caput Ecclesiæ Anglicanæ; unde superfluum reor illis specialiter refellendis immorari. Num. 6. ait: *Si unusquisque Apostolorum idem fecit, tum omnes fuerunt universales Monarchæ, & simul etiam variis Monarchis parebant. Quorsum tanta confusio in regimine omnium optimo?* Resp. Universalis illa cura omnium Apostolorum, nec præjudicabat primatui S. Petri, (ut pa-

tet

ter ex Act. 15. vers. 7. & seqq. Gal. 2. & aliis locis;) nec confusionem pariebat; quia neque Apostoli in se invicem ullam Jurisdictionem aut Superioritatem exercebant; neque etiam promiscuè immittebat se quisque ad plantandum & rigandum quovis modo ubique, sed omnia bene, ordinatè, prudenter & pacificè transigebant. Bellarm. 2. Deus dedit imperia majora, quàm nunc est orbis Christianus, uni homini: Uni aliquando totum ferè orbem parere voluit; facilior autem est gubernatio Ecclesiastica, quàm politica. Amesius 1. *Bellarminus nunquam seriò cogitavit cum Apostolo 2. Corinth. 2. vers. 16.* Et ad hæc quis idoneus? Resp. Sine dubio serio non semel cogitavit Bellarm. quàm pauci *sint* per orbem *idonei* Ministri Evangelici, *ut ubique Christi bonus odor sint*; qui est germanus sensus ejus loci, qui minimè loquitur in specie de gubernatione vel politica vel Ecclesiastica universali. Itaque Amesius hìc & alibi deprehenditur esse ex *plurimis* illis *adulterantibus Verbum Dei*, de quibus Apostolus ibid. vers. seqq. Amesius 2. *Deus sæpè in ira dat populis multis Regem unum.* Resp. Esto: sed & nonnumquam dat placatus & ex magna gratia, ut MM. Constantinum, Theodosium &c. Amesius 3. *Dat Regibus imperium, quo possint Proreges & Præfectos sibi servituros creare.* Resp. Dat & Pontifici plenitudinem potestatis, qua possit validè & licitè omnia, quæ ad gubernationem animarum conducunt; inter quæ est etiam constitutio Episcoporum, non Papæ sed Deo subditisque servientium. Amesius 4. *Deus nulla lege instituit tam latè patentia imperia.* Esto. Sed quomodo hinc sequitur, nec eum Ecclesiæ suæ certam Legem, de determinata ratione gubernandi reliquisse? Amesius 5. *Papa est, si Pontificiis credamus, & Ecclesiam, & ipsa Imperia, vel directè vel indirectè gubernare.* Respondeo, Amesii est, directè & indirectè mentiri.

V. Calv. *Paulus, Apollo, & Cephas vestri sunt 1. Corinth. 3. vers. 22.* Bellarm. ait: Non percipio vim argumenti. Amesius: *Vis argumenti, quoad causam præsentem, est in eo, quòd moventur Corinthii hoc argumento, ne pendeant ab ullo homine, tanquam à Domino suo, quia omnes sunt eorum Ministri ex æquo, non minus Cephas quàm Apollo. Nemo igitur hominum est Dominus aut Monarcha Ecclesiæ.* Resp. Esse hoc argumentum perquam dignum Calvinistis: Nullus Monarcha bonus, est suorum subditorum Dominus propriè dictus, uno Deo excepto. Apage calvam logomachiam!

VI. Calvin. *Christus pariter omnes Apostolos misit Jo. 20. vers. 21.* Quid hinc infertur? Ergo hoc loco Christus unum alteri non præposuit. Sic est. Ergo nec alibi. Unde hoc probas? Nos dicimus per illa verba Joan. 21. vers. 17.: *Pasce oves meas*; Petrum omnibus præpositum; oves autem Christi sunt omnes, etiam Apostoli. Amesius: *Si nec in missione, per verba*: Ego mitto vos, *neque in Spiritus S. communicatione*: Accipite Spiritum S. *neque in potestate remittendi & retinendi peccata*: Quorum remiseritis peccata &c. *si inquam in nullo horum, de quibus agitur Joan. 20. unus alii fuit præpositus; certè pascere oves, non est privilegium unius supra alios; quia mittebantur omnes ad pascendas oves.* Resp. Sed non mittebantur cæteri ad pascendas omnes oves.

VII. Amesius. *Præter hæc argumenta, multa alia sunt, quibus hæc Monarchia convellitur. Nos unum tantum adjiciemus, quod apud omnes integri judicii* (Calvinistici) *homines vim habebit efficacissimæ demonstrationis. Si Deus in Ecclesia talem constituisset Monarcham visibilem, qualem Pontificii nobis depingunt, & obtrudunt; non sine dubio accuratè & perspicuè illa omnia in Novo Testamento descripsisset, quæ ad hujusmodi regimen & statum necessariò requiruntur. Ratio Consequentiæ est manifesta. 1. A sapientia Dei, quæ res gravissimas (qualis est hæc juxta Pontificios) curat, fieri maximè notas. 2. Ab exemplis hujus proportionis diligenter observata. Christus enim accu-*

ratissimè describitur in utroque Testamento
mus Sacerdos in Vet. Test. usque ad minuti
&c. Monarcha autem Pontificius, Judæum
gissimè superat, & ejusdem est rationis cu
in terris agente, quoad potestatem, quam
sia Dei. Sed 1. in toto Nov. Test. neque M
Monarchiæ alicujus Ecclesiasticæ, & visibilis
aut titulus reperitur. 2. Sedes hujus Imperii
gnatur, nisi forsan sub titulo Sedis Meretr
gnæ, & Bestiæ Antichristianæ in Apocalypsi
gulare notatur vel ab isthoc solo Monarcha
vel illi soli ab aliis tribuendum. 4. Nulla
Majestatis traduntur, quibus possit dignosci.
ta ratio successionis. 6. Nulli subordinationis g
lum exercitium aut praxis &c. Certissimè i
licet, hujusmodi Monarchiam non fuisse à
tam. Respondeo 1. Hoc argumentum a
quibus mens ab hæresi non subversa e
test & debet non apodicticum, sed ne
dem. Nam ut dissimulem manifestum
quòd Monarchia Papæ sit ejusdem rationis
terris agente, cùm Catholici uno ore ne
potestatem Excellentiæ, qua Christus p
cium & Sacramenta instituere, sine Sac
cata remittere &c. hoc inquam dissimul
Majoris, si (ut Amesius innuit) tamq
& infallibilis habeatur, manifestè falsa
nim nobis eam ex Scripturis ostendent
oe naturæ innotescit. Opposuit Catho
hunc arietem H. Conringius in sua illa
sione, qua sperabat se Papatum omnem
vulsurum. Sed in Examine Examinis
propriis Conringii verbis meritò reject
Major hypothetica: Verba ejus hæc
at! quod non est æternâ naturæ Lege constitu
est arbitrarium, illud tu pulvis & umbra
revelatione instructus, audes profiteri, pro
ita planè à Deo debere fieri. Itaque nisi e
doxi (quod ad Cal. Græcas præstabi
ctionem in hoc, quòd Deus legem aliq
ferat sine tabellis scriptis, nil contra
Resp. 2. Sapientiam Dei alligatam esse
randi & providendi rebus Ecclesiæ,
persuasio, sed temeraria deliratio.
200. annos plures gentes barbaras in
Castitate, Religione, & fide conserv
potuisset similiter, si voluisset, omne
pondeo 3. Exemplum à Vet. Test. non
nia illa ferè erant typica, Christum,
siam præfigurantia, itemque pro una
Judaica; ideò meritò illi ritus & cærem
nutim determinata. Secus in Novo Te
sia omnes gentes erat complexura, in
(uti Moyses in Vet. Test.) nil scripto tr
Apostolos voluit omnes Ritus & Lege
aut scripto mandari, aut etiam ferri,
luit posteriorum sæculorum Pastoribus
& constituendum relinquere; inter qua
dus peragendæ electionis & successioni
Resp. 4. Falsum est, quod Amesius a
Nov. Test. nihil reperiri de Monarchia Pet
rum; contrarium paulò post patebit.
hil designari ab ipso solo præstandum; al
Joan. 21. vers. 17. Falsum, quòd *nulla in*
jestatis exstent. Numquid *claves Regni C*
Petro dedit? Denique ne singula percu
Christus verbis apertis suum decretum p
sic voluisset describi: *Simon Petrus esto u*
neralis, omnium mearum ovium Pastor su
potestate relinquas sibi Successores Roman
adhuc Amesius, & cæteri Cavillatore
ri elusissent hæc omnia, dicentes, h

accipiendà. Quod enim Tropistæ Sacramentarii audent in verba clarissima de corpore naturali Christi: (Hoc est Corpus meum;) cur non audint idem in verba de capite mystici sui Corporis? Hac quippè arte enervatur Bellarminus!

§. 2.

Lustrantur, quæ Gerhardus contra visibilem Monarchiam objicit.

I. Disp. 5. Th. 3. & seqq. opponit Catholicæ doctrinæ ex ipso Bellarmino, quòd *Apostolis fuerit concessa potestas summa regendi Ecclesiam. Atqui hinc colligitur, formam Ecclesiæ à Christo institutam non fuisse Monarchicam; cùm præsertim juxta eundem Bellarm. Apostolica potestas sit prima & summa in Ecclesia.* Hinc ita colligit Gerhardus: *Qualis fuit forma Ecclesiæ Apostolicæ & primitivæ, talis quoque debet esse forma Ecclesiæ nostræ. Rationem petimus ex Bellarm. Jam verò forma Ecclesiæ Apostolicæ & primitivæ hæc fuit, ut summa potestas non uni, sed pluribus concederetur; ergo etiam nostræ Ecclesiæ talis debet esse forma.* Lutheranis formam Ecclesiæ Apostolicæ & primitivæ jactantibus Respondeo 1. ex Tertull. de præscript. *Edant ergo origines suas: evolvant ordinem Episcoporum suorum: ostendant, ex qua authoritate prodierint &c.* Respondeo 2. Instituit Christus formam Monarchicam, Aristocratia & Democratia temperatam: Et quamvis dum essent Apostoli superstites, nulla esset necessitas aut utilitas exercendi in actu secundo authoritatem supremam S. Petri in cæteros Apostolos; & hi in alios omnes se inferiores haberent parem potestatem supremam; tamen hinc nil demitur authoritati supremæ S. Petri in actu primo. Neque enim ad hanc ut sit, requiritur, ut necessariò quovis tempore respectu quorumvis se exerat exerceatque.

II. Gerhardus Th. 6. & seqq. ait: *Has duas Bellarmini propositiones non cohærere*: Optimum est esse solum. *Et*: Summum bonum est consortium æqualium. Respondeo, Nulla hic est antilogia. Nam optimum est esse solum; & unum in natura & authoritate imperandi omnibus: At unitas hæc in natura & dominio, non excludit, sed necessariò postulat consortium & æqualitatem trium personarum.

III. Gerhardus Th. 7. ait, urgere Bellarminum, quòd optimum regimen sit Monarchicum, proindè etiam Ecclesiæ regimen tale esse debere. Huic effato opponit 1. *quòd Bellarm. in cap. 3. ἐπιγραφῇ statuat: Aristocratia & Democratia admixtam Monarchiam utiliorem esse in hac vita, quàm sit simplex Monarchia.* Resp. Optimum regimen est Monarchicum abstractè sumptum: Monarchicum simplex est optimum in Deo & Angelis; mixtum in mortalibus.

Objicit 2. *Commisti circulum à Bellarm. quia lib. 1. cap. 4. §. 2. sic arguit*: Monarchia simplex in imperio Dei & Christi locum habet: debent autem optima quæque Deo & Christo attribui; ergo optimum regimen simplicem Monarchiam esse necesse est: *E contrà in cap. 9. hæc habet*: Monarchia est optimum regimen; ergo Ecclesiæ (quæ est regnum Christi) regimen debet esse Monarchicum. Respondeo, Circulus vitiosus est, cùm duæ propositiones se mutuò probant, hæc illam, & illa vicissim istam. Vel adhuc magis strictè: Est una aliqua propositio vel argumentatio, probans hoc per illud, & præsupponens illud idem probatum per illud. Seu: cùm Consequens ex antecedente illatum, nulla alia præterquam antecedentis notitia fultum & probatum, mox iterum ad sui antecedentis probationem assumitur. At Bellarm. nil tale in locis cit. facit, sed (ut alia sileam,) In prioris argumenti Antecedente agit de Monarchia simplici; in Conclusione verò posterioris de Monarchia vel mixta, vel abstractà à simplici & mixta. Quomodo ergo hic posset esse Circulus?

Objicit 3. *Quod juxta Bellarm. Monarchia Papalis statuatur res fidei, ergo*, inquit Gerhardus, *non ex politicis principiis, sed ex fidei tabulis demonstranda est Papalis Monarchia.* Respondeo, Utrumque agit Bellarm. & quod alibi passim jure optimo fit, ut dogmata fidei, Fide Magistra, Ratione Ministra declarentur & probentur à Theologis; ita ut maximè deceat in hac re ostendere, Sapientiam increatam & incarnatam conformiter ad communem omnium Sapientum sensum (qui non potest non esse ipsius naturæ & Dei) instituisse suæ regimen Ecclesiæ.

Objicit 4. Gerh. & ex tribus effatis ex Bellarm. lib. de laic. cap. 10. collectis (1. Meliorem esse gubernationem Christi per se, quàm Per Vicarium. 2. Vicario non esse opus, ubi leges præstò sunt. 3. Leges sufficienter stare pro ipso Principe) sic infert: *Ergo Christus unicus Ecclesiæ Monarcha, licèt invisibilis sit, tamen non indiget visibili Vicario, ac Monarcha subordinato.* Respondeo, Si hæc illatio in formam syllogisticam redigeretur, mox appareret ejus monstrositas & falsitas. Sed hoc solenne est Gerhardo, quidlibet ferè colligere ex quolibet. Qualis enim judicii & connexionis est, illa quæ Bellarminus eo loco adfert ad probandum: expedire ut leges ferantur à Principe; ad gubernationem Christi immediatam detorquere? Anne vidit, hac ratione & cavillatione tolli & Aristocraticum & qualecunque Ministerium; etiam Lutheranum? Vel ergo intellexit, assertionem & probationem illo cap. 10. veram & probam esse; vel non intellexit? Si hoc; mirè rudis est: Si illud; à puerili cavillatione excusari nequit. Ut prætercam, quòd in 3. effato sensum Bellarmini invertat, cùm ait: *Leges sufficienter stare pro Principe;* quod sine dubio falsum & absurdum est. Sic enim in Imperio, nullo opus esset Judice, cùm leges Imperiales stent sufficienter pro Cæsare.

5. Ex cap. 7. lib. de Cleric. adfert dictum Bellarmini: Quòd alia sit ratio terrenæ, alia cœlestis, hoc est Christianæ Reipubl. Exinde infert Gerhardus: *Ergo ab illa ad hanc non potest duci firmum argumentum.* Respondeo, Ita est, universaliter loquendo; non potest in iis, in quibus discrepant; potest, in quibus conveniunt. Similis ineptia admittitur Th. seqq. 10. Ex eo enim quòd juxta Bellarm. differat Sacerdotium Veteris & Novi Testamenti, infert Gerhardus: Ergo idem etiam est dicendum in constituendo regimine Ecclesiastico; ita ut non valeat argumentum à Summo Pontifice Veteris, ad Summum Pontificem Novi Testamenti. Verùm hoc argumentandi modo inferret etiam Gerhardus: Sacerdotes Novi Test. non debere comedere, vestiri &c. Quid videtur de hoc Titio?

Denique Th. 12. claudit primam Quæstionem eleganti hac ratiocinatione: Juxta Bellarm. lib. 2. de Concil. cap. 19. Non est mirum, si manet Ecclesia sine remedio humano efficaci, quandoquidem non nititur ejus salus præcipuè humana industria, sed Divina protectione, cùm ejus Rex Deus sit. Jam subsumit Gerhardus: *Sicut Ecclesia est corpus mysticum & spirituale, ita quoque caput ejus est mysticum & spirituale; proinde non indiget capite aliquo visibili.* Quidni subsumamus & nos pariter: Sicut caput Ecclesiæ (Lutheranæ) est prorsus mysticum & invisibile, ita & ejus corpus est mysticum & invisibile: & sicut totum corpus, ita & singula membra sunt mystica & invisibilia, & Prædicantes omnes sunt mystici & invisibiles. Sed pudet diutiùs istiusmodi nugis Gerhardinis excutiendis immorari. Et tamen Titius non credit esse puerilia.

Ad

Ad CAPUT X.

QUæstio est : *An Petrus sit universalis totius Ecclesiæ Monarcha, loco Christi ab ipso Christo constitutus ? Pontificii affirmant, Nos*, Calvinistæ, *negamus* ; ait Amesius. Sed contrà, à Bellarmino dogma hoc

I. Probatur duobus locis Evangelii, quorum altero promittitur, altero exhibetur Primatus Petro. Amesius : *Quamcunque potestatem in Ecclesia legimus à Christo suis discipulis fuisse promissam, eandem etiam legimus ab ipsis fuisse exercitam & usurpatam. Marc. 16. v. 15. 20. Bellarminus igitur totam suam causam hic prodit, cùm duobus locis promissam & datam Petro Monarchiam istam contendit, & unum tamen locum non potest proferre, ex quo cum aliqua specie probaret, acceptam eam à Petro fuisse, & usurpatam*. Resp. Antecedens sine dubio falsum est, nec leviter ex Marc. 16. probatur. An enim potestas *prædicandi Evangelium omni Creaturæ*, est sola & omnis potestas à Christo Apostolis data ? Vellet Amesius mox ante conflictum amoliri telum amentatum Bellarmini, sed frustrà.

II. Bellarm. Matth. 16. vers. 18. *Tu es Petrus &c.* Horum verborum planus & obvius est sensus, ut intelligamus sub duabus metaphoris promissum Petro totius Ecclesiæ Principatum. Amesius 1. *Si tam obvius & planus est horum verborum sensus, sub duplici metaphora enunciatorum, tum idem ille sensus debet aliis in locis absque metaphoris explicari: hoc autem ne Bellarminus quidem affirmat.* Resp. Amesius passim hypotheticas falsas sine ulla probatione assumit tanquam αὐτόπιστα. Ubi enim quæso alibi explicatur *Sal terræ*. Matth. 5. vers. 13. ? Ubi *festuca & trabs*. Matth. 7. vers. 3. ? Ubi *margaritæ ante porcos missæ*, ibid. vers. 6. ? Ubi *vinum novum & utres veteres*. Matth. 9. vers. 17. ? Ubi *arundo vento agitata*. Matth. 11. vers. 7. ? & similia innumera. Amesius 2. *Si tam planus esset sensus, Apostoli eum intellexissent*. Resp. Ad hoc data est solutio in not. ad cap. antecedens. Amesius 3. *Patres etiam variè, aliquando saltem, alio sensu hæc verba accepisse, quàm Bellarm. accipit, adeò notum est, ut ipsi Pontificii non soleant hoc diffiteri*. Resp. Quid hoc ad rem ? aut contra nos ? Anne vel unicus est ex SS. Patribus, qui explicationem Bellarminianam improbet ? annon plerique omnes eandem apertis & conceptis verbis tradunt ? Amesius 4. *Veteres omnes Scholastici cum suo Magistro aliter accipiunt, dum potestatem illam, de qua hic agitur, Sacerdotalem esse docent, Apostolis primò datam, & per illos aliis. Lombard. lib. 4. Sent. dist. 10. &c. Sacram etiam facultatem Theologiæ Parisiensis dissentire plurimum à Bellarmino circa sensum horum verborum; sicut & Concil. Constantiense & Basileense, omnibus est notum : multò enim minus hoc loco tribui Petro contendunt, quàm Bellarminus vult ; Sicut ex adverso Canonistæ multò plus inde Petro & Pontifici Rom. arrogant, quàm ipse Bellarm. largitur, ut videre est apud Caretium. Neque istam litem adhuc diremit Judex ille Fidei Romanus. Sensus igitur à Bellarmino probatus, neque est planus & obvius, neque omnium Catholicorum communis*. Respondeo, Fumos vendit Amesius. Lombardus loco cit. apertis verbis loquitur primò de *clavibus illis, quas Dominus tradidit Petro, & successoribus ejus*. Etsi verò in tota illa dist. 18. ex instituto agat præcisè de clavibus, quatenus est earum usus apud Sacerdotes in solvendis & retinendis peccatis per Sacramentum pœnitentiæ; nullibi tamen vel ipse, vel alii Scholastici negant, adæquatam Clavium potestatem, principaliter & secundum plenitudinem esse in S. Petro & Successoribus, in cæteris autem Sacerdotibus inadæquatè & participativè, ut constat ex innumeris eorum locis. Quæ de Theologis Parisiensibus iterato mentitur, jam excussa sunt in not. ad cap. præcedens. De Concil. Constantiensi & Basil. nihilo veriora eum effutire ostendi

ex DD. Gallis in 2. parte Irenici Ant
De Canonistis item & Caretio &c. in
cap. 5. num. 5. Omnis dissensio inter Cat
testate Papæ sive spirituali, sive tempo
nisi de modo & circumstantiis : in sub
conveniunt.

III. Bellarm. Ex textu apertè deducit
sonam, quæ dicebatur Petrus, esse Pe
persona erat particularis, sed ut Pastor
clesiæ. Amesius : *Neque ex isthoc textu*
alio potest deduci, Petrum fuisse caput Ecc
Petra fuit, ut fuit caput, tum nulla ratio
Resp. Ex eo quod juxta verbum Christi
Joannis fuit Ecclesiæ factus Petra, opt
quòd & factus sit caput Ecclesiæ. Am
nebrionum, non ex notioribus ignotior
te, sed ex ignotioribus notiora everter
Possumus hoc tuto concedere, Petrum ut A
cæteris Apostolis fuisse aliquo modo Petram
tam, unum ex multis ; ita ut Monarchia
probetur, sed evertatur. Resp. Non nego
giversari Calvinistas, & aliquid concede
contra pervicaces suos errores inferatur.
quàm bene & verè hoc tantùm & non p
Petra, inquit, *aut fundamentum dicitur,*
ficium sustentat. Ecclesia autem firmiter fu
liter, virtute & efficacia Christi reali ; & e
ter, certa illa institutione & doctrina, q
ejus vis & efficacia, ad certam fidem in ip
Priore sensu Christus est unicum Ecclesiæ fun
tero autem sensu, quæ doctrina de Christo,
tum ; idcircò etiam per Metonymiam causa
doctrinam, cum infallibili certitudine Eccle
dicuntur etiam fundamenta : non Petrus t
reliqui Apostoli, Apocal. 20. vers. 21. atqu
ta, Ephes. 2. vers. 20. Optime igitur com
unum redeunt tres illæ interpretationes hujus
veteres occurrunt : Christus est Petra : Con
doctrina de Christo est Petra, & Petrus ip
Christi ; est etiam (metonymicè) partiali
hic feritur aut metitur fictitia Petri Monar
deo 1. Amesius miscet falsa veris. Verè
stum efficacia & virtute reali sustenta
2. Eos etiam rectè dici fundamenta, q
sti infallibiliter declarant. 3. Talia su
omnes Apostolos & Prophetas. 4. Op
re hæc tria : Christus est Petra, Con
vel doctrina de Christo est Petra ; & P
Apostolus, est Petra. Hæc, inquam,
vera sunt, uti & illud, quo Petra
tum dicitur illud, quod totum ædifici
Falsò autem (aut saltem fraudulenter
tur tota ratio fundamenti ad doctrinam
nem, exclusis cæteris, quibus totum
pus rectè gubernatur. 2. Falsò & subd
gitur diversam usurpationem ejus vocis :
Ecclesia. Aliud enim est, esse *fundamen*
sia, & aliud, esse *fundamentum mini*
Prius iterum est duplex. Nam aliud est
objectivum fidei ; aliud suggestivum au
proponens. Fundamentum objectivum
materiale objectum ; de quo 1. Corin
dicitur : *Fundamentum aliud nemo potest*
quod positum est, quod est Christus Jesus :
inter objecta fidei Christianæ, ut sic
Deus & Homo crucifixus pro peccatis
ra objecta omnia huic superædificantur
tum suggestivum fidei, seu formale, c
& quo movemur ad credendos Articu
est etiam duplex, nempè : Principale
quod est Spiritus Sanctus, de quo Joan
suggeret omnia. Alterum est instrumen

niſteriale, ſcilicet vox & ſtylus eorum, quos Spiritus S. elegit ad promulganda myſteria fidei. Et in hoc poſteriori ſenſu dicimur Epheſ. 2. v. 20. ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum. Jam verò *fundamentum Miniſterii Eccleſiæ* eſt is, qui habet ſupereminentem authoritatem regiminis & miniſterii Eccleſiaſtici. Et hoc diſtinguimus à *fundamento fidei*, non quòd Miniſterium primitivum & originale Eccleſiæ contineat munus promulgandi myſteria fidei; (unde Apoſtolus 1. Tim. 3. verſ. 15. Eccleſiam vocavit *Columnam & firmamentum* fidei;) ſed quia fundamentum miniſterii extenditur ulteriùs, & plures (uti S. Lucas inter alios) erant fundamentum fidei Eccleſiæ, qui nihilominus non erant fundamentum Miniſterii Eccleſiaſtici. Et de hac poſteriori ratione Fundamenti, de qua Ameſius magis mutus eſt quàm piſcis; (quod utique cum omnibus Eccleſiæ perduellibus agnoſcere detrectat;) ſatis tamen apertè loquitur Chriſtus, cùm ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c.* uti haud obſcurè colligitur ex ſequenti promiſſione *Clavium, poteſtateque ligandi & ſolvendi*, adeoque collatione omnium, quæ ad rectam Eccleſiæ gubernationem ſpectant. Hinc patet 3. falſum eſſe, (quod indicat vel ſupponit Ameſius) Apoſtolum Petrum tantùm ideò eſſe fundamentum, per metonymiam ſic dictum, quia doctrinam fidei cum infallibili certitudine promulgavit; (ſic enim etiam SS. Marcus, Lucas &c. dicerentur fundamenta,) ſed ideò vel maximè, & planè ſpecialiter, quia Cathedræ S. Petri innititur tota unitas Eccleſiæ Catholicæ; ut apertè fatetur S. Cyprianus de Unit. Eccl. dicens: *Petrus, ſuper quem Chriſtus fundavit ſuam Eccleſiam, & inſtituit originem unitatis.* Et epiſt. 40. *Una Cathedra fundatur ſuper Petrum per vocem Domini.* Et Optat. Milev. lib. 2. contra Parmen. Romæ à Petro poſita eſt Cathedra una, ut unitas ſervetur ab omnibus &c. Et lib. 7. *Unus peccator*, Petrus, *accipit claves, ut negotium unitatis formetur &c. ſine qua re unitas, quæ eſt tam neceſſaria, non poteſt eſſe &c.* Patet 4. Falsò dici ab Ameſio, tres illas interpretationes coincidere, ita *ut Petrus tamquam Apoſtolus Chriſti ſit tantùm, metonymicè, partialis Petra.* Nam in ratione *fundamenti Miniſterii Eccleſiæ* eſt unicus & ſolus Petrus illa Baſis unitatis Eccleſiaſticæ, cui quia ſe objiciunt omnes perduelles hæretici & ſchiſmatici, ſine vera fide & charitate extra arcam Eccleſiæ pereunt. 5. Denique patet, non eſſe *fictitium* illum *S. Petri primatum, cui*, ait, *hic nec feri nec meii*. Oppoſitum adhuc magis ex ſeqq. conſtabit.

IV. Bellarm. Fides Petri, eſt fundamentum, idque duplici ratione 1. quia ob meritum ejus fidei conſecutus eſt Petrus, ut ſit fundamentum Eccleſiæ. 2. Quia Petrus in eo potiſſimùm eſt fundamentum Eccleſiæ, quòd cùm fides ejus deficere non poſſit, ipſe omnes alios in fide ſuſtentare debeat. Ameſius 1. *Hoc idem eſt ac ſi dixiſſet Bellarm. Fides eſt fundamentum in relatione ad Petrum, & Petrus eſt fundamentum in relatione ad fidem, quæ circularis eſt explicatio dogmatis vertiginoſi.* Reſpondeo, Utrumque hic concurrit; ſed Petrus directè & formaliter eſt fundamentum, ejus fides verò cauſaliter & meritoriè. Itaque nullus hic circulus niſi in vertiginoſo ſpiritu Ameſii. Ameſius 2. *Neque fides Petri, neque Petrus ullo ſenſu poteſt dici fundamentum Eccleſiæ, niſi in relatione ad Chriſtum, qui unicum eſt fundamentum reale.* Reſpondeo, Nec Bellarm. nec Catholicorum ullus hoc negat. Ameſius 3. *Si fides merebatur, ut Petrus eſſet fundamentum Eccleſiæ, tum hoc fecit (ſecundùm Bellarmini diſtinctionem) vel ut abſolutè conſiderata, vel in relatione ad Petrum. Si 1. tum priſci Prophetæ, B. Virgo, Simeon, Zacharias, Joannes Bapt. Apoſtoli idem etiam meruerunt; (hos enim omnes antea credidiſſe, Chriſtum eſſe filium Dei vivi, Bellarm. hoc ipſo cap. 10. affirmat.) Si 2. tum ſingularis aliqua vis merendi fuit in perſona Petri antecedenter ad ejus fidem, quæ potuit tantam virtutem in actum ſuum derivare, ſupra id quod aliorum perſonæ poſſunt.* Reſp Merebatur ea fides quatenus præ aliis Apoſtolis relucebat in Petro, non quidem de condigno, ſed ex mera congruitate; ita ut cùm vellet Chriſtus uni ſuorum XII. Apoſtolorum, ejuſque Succeſſoribus commendare univerſam ſuam Eccleſiam, congruum erat, ut potiùs ei, qui in examine de vera & ſalvifica fide, optimè, immò ſolus reſponderat, adeoque in ſchola Chriſti maximè præ aliis profecerat, conferretur hoc præmium; ut expreſsè in illum Matthæi locum notant Sanctus Hilarius & alii. Ameſius 4. *Si Petrus hoc tempore meruiſſet iſtam dignitatem, eandem etiam aliquo modo ſtatim accepiſſet. Quod tamen Bellarm. negat. Promiſſio mercedis antecedere ſolet meritum, non ſequi: & debuit etiam hic neceſſariò antecedere, niſi Bellarm. dicat, hoc meritum fuiſſe ex mera dignitate operis, aut perſonæ, ſine ullo pacto antecedente.* Reſp. Sequela nulla eſt: & tota Replica manifeſtè fallit in caſu, quo quis motu proprio, nullo præcedente pacto, ob aliquod obſequium inſigne pollicetur ſe operanti collaturum hoc vel illud Beneficium. Verbo: Meritum congrui non oritur ex pacto. Ameſius 5. *Fides aliorum Apoſtolorum non magis deficere potuit, quàm fides Petri. Neque Petrus Paulum magis in fide confirmavit, quàm Paulus Petrum.* Reſp. Fidem aliorum Apoſtolorum in Succeſſoribus defeciſſe, conſtat experientia; quantumvis ipſi in propria perſona etiam eſſent indefectibiles; ſed de hac jam non loquimur. Reſp. 2. Apoſtoli omnes à Spiritu S. confirmati in fide & gratia, non indiguerunt mutua confirmatione. Hæc ergo potiſſimum reſpicit S. Petri Succeſſores, quoad totam Eccleſiam, poſt Apoſtolos exſtituram. Ameſius 6. *Si firmitas & efficacia fidei ad alios ſuſtentandos, ſit ratio fundamenti; tum illi ex Succeſſoribus Petri, qui talem fidem non habuerunt, non fuerunt fundamenta.* Reſp. Neg. Suppoſitum. Etſi enim in Petro meruerit ſingularis vis fidei & efficacia, ut præ reliquis poneretur ipſe fundamentum Eccleſiæ à Chriſto; talis tamen eximia fides non propterea neceſſariò eſt in Succeſſoribus: ſicut cùm Rex ob heroica facinora equitem & omnem ejus poſteritatem nobilitat & locupletat, non ideò requiruntur in hæredibus ſimilia merita, ut paternis privilegiis fruantur.

V. Bellarm. Per ædificationem Eccleſiæ ſuper Petram ſignificatur, Petro eſſe commiſſum regimen totius Eccleſiæ, & præcipuè circa fidem; Petræ enim fundamentali id eſt proprium, totum ædificium regere & ſuſtentare. Ameſius 1. *Talis igitur eſt explicatio hujus metaphoræ ſecundùm Bellarminum: Conſtituere Eccleſiam ſuper Petram* (ſecundariam) *eſt conſtituere Petrum ſuper Eccleſiam.* Sic eſt, non equidem ut Dominum (ut paſſim cavillatur Ameſius) ſed ut Rectorem & œconomum. Quid hic non conſonum SS. Evangelio & Patribus? Quid hic ſannis & ſibilis dignum? Ameſius 2. *Ædificare, nunquam in S. Scriptura ſignificat committere regimen. Sed ſemper conſtituere, aut creſcere facere, aut promovere.* Reſp. Contrarium videre licet Jerem. cap. 1. verſ. 10. & paſſim. Ameſius 3. *Regimen iſtud Monarchicum committere homini, præcipuè circa fidem, eſt hominem conſtituere Dominum fidei, quod Apoſtolus abominatur. 2. Corinth. 1. verſ. 23.* Reſp. Neg. Aſſumpt. quod & Grammaticè & Theologicè falſum eſt. Cur verò Ameſius hoc non dixit ſuo Regi? Aut fortè ob hanc ipſam calumniam patria pulſus eſt? Quæ idem Ameſius 4. ex S. Thoma de ratione fundamenti & deinceps num. 5. ſubjicit, jam paulò ante expedita ſunt.

VI. Bellarm. Fides non propriè dicitur Fundamentum. Ameſius: *Magis propriè quàm Petrus Eccleſia diſertis verbis dicitur ſuperſtrui fidei, Judæ verſ. 20. De Petro non ſic.* Reſp. Ameſius egregiè, more ſuo, enervat Bellarminum. Nam 1. truncat ejus verba, quæ

in

in Bellarmino (sensu alio quàm quem frustillum illud præfefert) sic habentur: Fides absolutè sumpta rectè quidem dicitur fundamentum Justificationis & omnium virtutum. At Ecclesiæ non propriè est fundamentum fides. Debent enim ejusdem generis esse fundamentum & reliquum ædificium. Est autem Ecclesia hominum congregatio, quasi lapidum vivorum; ergo lapis qui est fundamentum, debet esse etiam aliquis homo. Hucusque Bellarm. Verba S. Judæ vers. 20. nihil favent Amesio: *Vos autem charissimi superædificantes vosmetipsos sanctissima vestra fidei &c.* Sensus enim, etiam juxta glossam Lutheranorum Jenensium, hic est: Vos autem, dilecti, perficite ædificium spirituale pietatis, in quo fides in Christum.

Ad CAPUT XI.

I. BEllarm. hoc cap. allata objectione Lutheri, qua dicit: non valere hanc Conseq. Super Petrum ædificatur Ecclesia; igitur Petrus est Rector Ecclesiæ; sicut nec valet hæc altera: Super fidem ædificatur Ecclesia; ergo fides est Rector Ecclesiæ. Respondet: Omnia sunt intelligenda juxta naturas rerum. Fides est fundamentum, ut principium sine quo non; sed Petrus ut Rector: talis enim est dependentia unius hominis ab alio. Quæ adversus hæc sic eliquata & transformata profert Amesius, jam soluta sunt præced. cap. Pergit autem hic cavillari in *Monarchia & dominio* exagitando.

II. Bellarm. Tribus modis Apostoli omnes fuere Ecclesiæ fundamenta. NB. Enervator addit de suo: *æquè & æqualiter*, loco verborum sequentium, quæ omittit: sine ullo tamen præjudicio Petri. 1. Quia Ecclesias ipsi primò fundarunt. Ex hoc modo, ex æquo sunt Apostoli fundamenta. 2. Ratione doctrinæ à Deo revelatæ per ipsos. Nec in hoc Petrus major est cæteris. 3. Ratione gubernationis. Omnes enim fuere Rectores & Pastores Ecclesiæ universæ; sed non eodem modo quo Petrus. Illi enim habuerunt summam & amplissimam potestatem ut Legati, Petrus autem ut Pastor ordinarius. Deinde ita habuerunt plenitudinem potestatis, ut tamen Petrus esset caput eorum, & ab illo penderent, non è contrario. Ita cum aliis SS. Patribus Hieron. *Licèt*, inquit, *super omnes Apostolos ex æquo Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio.* Amesius 1. infert: *Ergo nihil hinc proprium Petri indicatur. Nam singularis iste modus gubernandi Petro proprius, nullo verbo aut syllaba hujus textus declaratur.* Respondeo, Ista tria communia Apostolis, & duo propria Petri à Bellarmino allata, continentur in variis Evangelii locis, juxta communem SS. Patrum expositionem, quam Amesius nec extremo digito attingit, sed despuit. Et certè hæc verba Matth. 16. vers. 18. ita singulariter Petro, & emphaticè dicta sunt, ut nulli alii ex Apostolis conveniant. Quamvis enim omnibus dixerit Christus: *Accipite Spiritum S. quorum remiseritis &c. Ite in mundum universum, prædicate &c.* nulli tamen nisi Petro dixit: *Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcunque ligaveris &c.* Quod sine dubio multò universalius sonat, quàm priora omnibus Apostolis dicta. Amesius 2. *Si omnes Apostoli habuere* plenitudinem amplissimæ potestatis in universam Ecclesiam, *tunc certè pares fuerunt Petro quoad potestatem. Major enim potestas non fuit Petri.* Resp. Amesius assuit particulam, *in universam Ecclesiam*, subdolè; quasi singuli Apostoli habuissent etiam potestatem in ipsum Petrum, qui certè ab illis nihil dependebat; è contrà illi à Petro, cui principaliter, originariè & soli primùm collata est illa in omnem omnino Ecclesiam authoritas; postea verò Joan. 20. vers. 21. 22. per associationem extensa est eadem po-

testas ad cæteros Apostolos, quatenus
& communicarent Petro, habentes rel
lum tamquam ad Centrum & fontem v
tis Ecclesiæ. Hinc & soli Petro Christ
tavit, ut ea nova nomenclatione indica
tum & fontem omnis potestatis Ecclesi
sim SS. Patres fatentur. Amesius 3. *Ora*
testas alicujus Pastoris major est Apostolic
rinth. 12. *vers.* 28. Primùm Apostolos .
falsum est, Paulum eo loco recensere c
bra Pastorum & Ministrorum Ecclesiæ
donis gratis datis, Prophetiæ, miracul
tis, generibus linguarum. Quis hanc p
rit ordinariam? Amesius 4. *Extraordinari*
data, majorem certitudinem directionis fo
re, quàm ordinaria; ut videre est in Mose
Prophetis & Sacerdotibus. Per hanc igitur
postoli reliqui supra Petrum elevantur. Re
sum assumit Amesius. Nam sine dubio
dinem habebat sententia de Fide subseq
motum Pontificum in Vet. & Novo T
buit Mosis & Petri. In hoc tantùm d
Moses & Petrus tamquam fundatores c
statis Ecclesiasticæ, possent suam auth
raculorum patratione reddere evident
eorum verò Successoribus non Prophet
competebat Ecclesiastica potestas, &
ut patet in Rege Davide.

Ad CAPUT XI

DE persona accipiente claves & po
mam, Amesius hoc cap. sequen
I. Bellarm. Persona cui dicitur: Til
Matth. 16. vers. 19. fuit Simon filius Jo
therus, & cæteri hæretici hæc verba cl
vant, ut videantur esse obscurissima. *A*
mus, Simoni Petro ita fuisse promissas clav
iam promissa sint reliquis Apostolis, & to
aliquo modo, cujus personam eo tempore ge
tur August. in Joan. Tract. 50. & 124. Re
totum in sano sensu admitti. Sed fraud
retici contra apertum & planum verb
SS. Patribus receptum, torquent ita,
lare Petro promissum & præstitum sit à
que profert Amesius (nec proferre pot
tionem urgentem, cur S. Petro non a
præ aliis fuerit promissum, cùm tam c
sit: *Tu es Petrus, & super hanc petram a*
Tibi dabo claves &c. Et cùm passim jact
tum Verbum Dei scriptum, hic tam j
ta verba, quæ nec umbram quidem i
præ se ferunt, contra Traditionem
pro sua libidine detorquent ad Ecclesi
reliquos Apostolos. Jure optimo ma
greges omnes adstringimus, ut nobis v
pturæ textu, si non apertiore, saltem a
demonstrent, non esse hic Petro prom
sto id, quod verba ejus manifestè præ
teantur se verbis Scripturæ pro mera
buti, & versare in hanc vel illam p
commodo. Porrò Bellarminus deinc
Lutheri, Amesii &c. præcludenda (qu
trus tunc Ecclesiæ personam gesserit
duobus modis potuisse Petrum persona
rere; vel *historicè*, ut re verè à se gesta
men rem ab Ecclesia gerendam; vel *pa*
la re à se gesta significaret tamen rem
rendam. Nos verò dicimus, priori mo
clesiæ personam gessisse, ita ut ipse verè
ter acceperit Claves, & simul etiam sign
clesiam suo quodam modo easdem acce

probatur, quia tot modis personam Petri designavit Christus, ut non pluribus circumstantiis describere soleant aliquem certum hominem Notarii illi, qui instrumenta publica conficiunt. Et quorsum hoc, si nihil ipsi Petro propriè promittitur? Deinde, quia non erat eo tempore Petrus Ecclesiæ Legatus aut Vicarius, ut aliquid ejus nomine acciperet. Rursus, illi præcisè & immediatè ac principaliter promittuntur Claves, qui dixerat: *Tu es Filius Dei vivi*, & cui dicitur: *Et ego dico tibi.* Item ei dictum est: *Tibi dabo claves*, cui paulò post dicitur: *Vade post me Satana*, at hoc non est dictum Petro in persona Ecclesiæ, ergo nec illud. Ad similia Bellarmini planè solida, affert Amesius plurimum quidem verborum, sed rei planè nihil, quod difficultatem ingerat. Latè excurrit in variis repræsentationibus & typis distinguendis, ac deinde concludit, Petrum accipiendo Claves repræsentasse Ecclesiam, agendo & suo & Ecclesiæ nomine, ita ut ex parte ageret, & ex parte repræsentaret simul per se agentes. Sed hujus Asserti nullam planè affert probationem, nisi nudam assertionem alterius disparati, quod ipse ait huic simile: *Sicut*, inquit, *Matth. ult. cùm Christus dicebat Apostolis: Ego vobiscum sum &c. illi accipiebant hanc promissionem tanquam ad se pertinentem, & simul etiam nomine Ecclesiæ, quod significatur seqq. illis verbis: usque ad consummationem sæculi.* Sed non probat Amesius intentum. Est quippè inter utramque promissionem ista convenientia, quòd sicut Petro & Successoribus promissa est authoritas summa gubernandi Ecclesiam, in hujus præcipuè commodum, ita & omnibus Apostolis, eorumque Successoribus Episcopis, promissa est præsentia invisibilis, protectio & assistentia spiritualis in commodum totius Ecclesiæ. At quomodo hinc sequitur, nihil speciale & proprium Petro & Successoribus ejus esse promissum in commodum Ecclesiæ? Videtur advertisse Amesius, frustrà se niti, nisi convellat istam restrictionem clavium, soli Petro (& Successoribus) promissarum; ideò sub peculiari titulo id urget.

§. Unico.

Contra istam restrictionem Clavium, quasi soli Petro promissarum, multa sunt argumenta nostrorum, sed nos unum tantùm urgebimus, inquit Amesius.

I. *Si soli Petro sint claves promissæ, tum soli etiam Petro sunt datæ; sed omnibus Apostolis, non soli Petro sunt datæ. Matth. 18. vers. 18. Joan. 20. vers. 22. 23.* Bellarm. 1. De posteriore loco nulla est difficultas. Nam certum est, non dari per illa verba omnem potestatem clavium, sed tantùm potestatem Ordinis ad remittenda peccata. Matth. autem 18. non determinatur ad peccata. Ligantur enim homines non tantùm peccatis, sed etiam Legibus. Deinde, minus est, relinquere hominem in suo statu, quam ligare, idest, novum vinculum ei imponere. Amesius multa hic opponit ex Scholasticis, putatque se hinc explodere diversas illas potestates, Ordinis & Jurisdictionis &c. Sed quia infrà ex instituto hac de re disserendum erit, cavillos Amesianos eo rejicimus. Bellarm. 2. Matth. 18. v. 18. nihil datur Apostolis, sed tantùm promittitur, explicatur & prædicitur, quantam potestatem Apostoli, eorumque Successores essent suo tempore habituri. Datæ sunt autem claves Apostolis omnibus. Joan. 20. vers. 23. & 21. vers. 17. Nam Joan. 20. vers. 21. cùm Dominus ait Apostolis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*; tunc eis potestatem Jurisdictionis attribuit. Fecit enim his verbis eos quasi Legatos, & suo nomine Gubernatores Ecclesiæ; verbis autem sequentibus: *quorum remiseritis peccata &c.* dedit eisdem potestatem Ordinis. Ut autem intelligeremus, hanc summam potestatem, collatam Apostolis omnibus, ut legatis, non ut Pastoribus ordinariis, & cum quadam subjectione ad Petrum, soli Petro dicitur Joan. 21. vers. 17. *Pasce oves meas*; quemadmodum etiam soli illi dictum erat: *Tibi dabo claves*. Amesius 1. *Quamvis ante Resurrectionem non data sint claves Apostolis, ut in summo vigore exercerentur, quia antea non plenè à Christo mittebantur: quod tamen aliquo modo data fuerint, apparet ex eo, quòd missi fuerant antea, non solùm duodecim, sed & alii septuaginta discipuli. Matth. 10. vers. 7. Luc. 10. vers. 1.* Resp. Missio ad prædicandum ut sic, & prædicationem miraculis confirmandam, non est exhibitio clavium, seu potestas ad remittenda peccata, & reliqua Sacramenta administranda; Neque vel leviter ex illis locis probatur, datam tunc fuisse Discipulis potestatem remittendi peccata. Meminisse debebat Amesius, quomodo num. prox. contenderit, Clavium nomine indicari peccatorum ablationem, quæ certè non venit nomine missionis ad prædicandum, ut sic. Amesius 2. *Non quæritur in præsentia, quando sint datæ claves, sed annon eadem potestas Clavium sit omnibus promissa v. Matth. 18. vers. 18. quæ est promissa (ex Bellarmini sententia) soli Petro. Matth. 16. vers. 19. Hoc Bellarm. negat.* Resp. Utramque meritò quæritur. Falsum autem planè est, quod Amesius ait: *Bellarminum non negare, eandem potestatem promissam Apostolis. Matth. 18. vers. 18. quæ Petro Matth. 16. vers. 19.* Falsum id esse (si accipiatur eadem potestas adæquatè) constat; cùm suprà apertè docuerit, cæteros Apostolos accepisse amplissimam potestatem gubernandi Ecclesiam; non tamen cum potestate eam transferendi ad Successores, & independenter à Petro. Falsò igitur isti supposito, falsum quoque superstruit Amesius, cùm num. 3. subjungit: *Illud quod promittitur omnibus, Matth. 18. vers. 18. cùm idem sit cum eo quod promittitur Petro, Matth. 16. vers. 19. id etiam alicubi debet dari. Ergo vel idem datur Joan. 20. v. 22. 23. vel det nobis Bellarm. alium locum in quo datur.* Resp. Cùm non idem adæquatè promissum fuerit, nec idem adæquatè dandum fuit. Itaque Joan. 20. vers. 22. 23. omnibus Apostolis promiscuè, etiam Petro, data est potestas clavium amplissima; soli autem Petro cap. seq. Pastoralis ordinaria potestas, à qua & dependerent cæteri Apostoli, utpotè & ipsi Oves Christi. Cur enim, quæso, seorsim repetivisset Petro eandem potestatem, si nihil ultra id, quod in priori cap. omnibus simul dederat, ei conferre voluisset? Ad quid tam sollicitum & accuratum examen de Dilectione sui præ cæteris? Amesius 4. *Bellarm. disertè sua defensione contradicit. Hactenus enim contendit, soli Petro esse claves promissas; jam verò concedit, & promissas & traditas omnibus fuisse.* Respondeo, Bellarm. semper dixit, independentem, perpetuam, & ad Successores transmittendam potestatem Clavium soli Petro concessam; aliam temporariam & dependentem Apostolis cæteris; quid hic antilogiæ? Amesius 5. *Quàm absurda & ἀσύγκλωστα sunt hæc commenta?* Apostoli facti sunt Sacerdotes in ultima Cœna: Clavem Jurisdictionis acceperunt Joan. 20. vers. 21. Clavem autem ordinis Joan. 20. vers. 22. 23. Resp. Sacramentariis omnia sunt commenta. Cæterùm Amesius omnibus suis exclamationibus, admirationibus, & interrogationibus, nec unius quidem topici argumenti specie, quidquam contra nos probat; è contrà veritas Catholica in omnibus illis, quæ ipse, ut *absurda commenta* criminatur, patebit ex infrà dicendis.

Ad CAPUT XIII.

PErgit Bellarm. hoc cap. stabilire dogma Catholicum de Primatu S. Petri.

I. Per *Claves datas* intelligunt omnes Catholici summam potestatem in omnem Ecclesiam; quod probatur

ipsa

ipsa metaphora Clavium in Sacra Scriptura usurpata, ut Isai. 22. v. 15. ubi describitur depositio unius Summi Pontificis, & institutio alterius. Et Isai. 9. vers. 6. *Factus est principatus super humerum ejus*. Christi autem principatum significari per claves, negare non potest, qui legit locum Apocal. 3. vers. 7. *Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clavem David*: Et idem patet ex communi consuetudine. Verbis autem illis: *Quodcunque ligaveris &c.* intelliguntur præcepta, leges, censuræ, &c. *Solvere* autem dicitur, qui remittit peccata, liberat à pœna, dispensat in lege, votis, juramentis, &c. Sic interpretatur verba Christi S. Chrysostomus, quòd iis Petrus *factus sit Pastor & Caput totius Ecclesiæ*. Amesius 1. *Si per summam potestatem intelligat Bellarmin. Monarchicam, tum apertè falsum est, quod dicit de omnibus Catholicis. Nam Catholicorum istorum Magister lib. 4. dist. 18. aliter definit claves. Sic etiam hodie Sorbonici Doctores &c.* Resp. Mendax hæc crambe jam suprà explosa est; reliqua, quæ de *Clavibus Sacramenti Pœnitentiæ* reperit ex Scholasticis, infrà excutientur. Mirum autem est, quòd eadem toties repetat, quæ tamen ad rem non faciunt; omittat verò illam interpretationem, qua Calvinus per Claves regni cœlestis nil aliud quàm prædicationem Evangelii intellexit. Nimirum vidit se convictum, tum ipsa rei veritate per se clara, tum omnium Veterum sensu, quibus Calviniana illa interpretatio prorsus ignota fuit. Amesius 2. *Quamvis Principatus Ecclesiasticus homini concessus neque Isai. 22. v. 15. neque alibi in tota Scriptura significetur; Claves tamen aliquando Principatum ac Dominatum notare non negamus. Sed puerilis est sophistica, indè inferre, quòd Matth. 16. vers. 19. Monarchiam designent. Si nobis liberet esse tam argutis, sic diceremus: Clavis est scientia. Luc. 11. vers. 52. Ergo Petrus accipiens Clavem, nihil aliud accepit quàm scientiam.* Resp. Amesius audacter & temerè negat, quod Isai. 22. vers. 15. satis apertè de Summo Pontifice affirmat Eliacim, ut exponunt S. Hieronym. & alii Interpretes ejus loci. Potestatem verò illam, de qua ibid. Isaias: *Aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat*, quis dubitet significare principatum Monarchicum? Sed Amesius semel imbutus prava persuasione, quòd potestas regendi in uno solo existens (Monarchica communiter dicta) non inveniatur nisi in purè sæculari dominatu, hic identidem æquivocatione & nominum abusu cavillatur; nec veretur etiam SS. Patres, & quosvis Doctores Catholicos *puerilis Sophisticæ* arguere, cùm verba Scripturæ apertè pro nobis stent, Amesius verò pro se nihil habeat, nisi frontem & os Sycophanticum. Si Calvinistis liberet esse tam argutis, ut Claves regni cœlorum Matth. 16. vers. 19. Petro promissas, restringerent ad clavem *Scientiæ*. Luc. 11. vers. 52. In promptu nobis erit responsio ex ipsis Christi verbis, quibus dedit potestatem omnem, solvendi & ligandi, per illas Claves significatam; qua quidem indubiè etiam includitur infallibilis scientia, seu definitio Controversiarum fidei: at nulla ratione solùm illa; sed etiam omnis potestas ordinaria, quæ juxta Christi leges conducere potest ad bonum Regimen totius Ecclesiæ.

Ad CAPUT XIV.

TRaditionem Clavium Petro factam, Bellarminus, pluribus ex Joan. 21. vers. 17. deductis argumentis probat. Et quidem 1. ex illo nomine: *Simon Joannis*, quo solus Petrus appellabatur; quo modo etiam Matth. 16. vers. 19. nominabatur, cùm eidem hæc potestas promissa est. 2. Illi dicitur: *Pasce oves meas*, cui dicitur: *Diligis me plus his?* Hoc autem soli Petro dici manifestum est, exclusis aliis omnibus, etiam Apostolis. 3. Ex trina interrogatione:
Diligis me plus his? ut hæc responderet
ni solius Petri. 4. Ex illis verbis: *Con*
trus &c. Denique ex SS. Chrysost. Cy
Ambros. Max. Leone, &c. Quid ad ta
ta Amesius? Fatetur candidè, eam
ad solum Petrum tunc temporis quidem
se: contendit autem, Bellarminum no
re, soli Petro ita factam, ut alio tem
liter directa sit ad alios Apostolos. Sed
bebat, non Bellarmino, sed sibi incum
bandi, qui nihil admittit, nisi quod S
ctis & factis Christi indicat. Ubi autem
teris in tali forma, post tam accuratum
xit Dominus: *Pascite oves meas?* Amesi
rem ipsam dictum est omnibus Apostolis,
Docete omnes gentes. Resp. Amesii, &
ex Sacris Scripturis ostendere, Pastor
toris Ecclesiastici munus in sola præd
consistere. Pars est hæc regiminis, sa
verò totum Regimen.

Ad CAPUT X

COhærenter ad cap. antecedens Be
minat hìc vim vocis *Pascere*, & d
illud summam illam potestatem Petro
Quod probat I. Quia propriè non d
qui cibum quacumque ratione ministra
curat & providet alteri cibum, ut pa
vers. 42. *Quis, putas, est fidelis dispensa*
II. Per ly *Pasce*, ex communi usu
telligitur omnis actus pastoralis. Talis
tantùm præbere cibum, sed etiam duce
esse, regere, castigare. Unde in SS.
accipitur pro regere. Psal. 2. vers. 9. Is
Mich. 5. vers. 2. Matth. 2. vers. 6. imm
merum lib. 2. Iliad. Idem apertè docen
Augustin. Gregor. &c. Quid ad hæc
strepere omnino non audet; ne tamen
ritati det manus; ait 1. *Ista omnia fieri*
laribus Ministris. Resp. Hæc est aperta
omnes; & singuli etiam Ministri Angli
(antequam à Puritanis independentibu
retur) præerant, eumque regebant &
2. ait Amesius: *Ita pascere, non esse M*
Ita nugari, est fœda Logomachia. 3. a
de Ecclesiasticis ministris dicitur, nusquam
significat tantùm procurare cibum, sed & m
Sed nos cum Bellar. asserimus, eo signifi
procurationem cibi, sed omnia quæ ad
nationem ovium Christi pertinent. S
Amesius usitatam calumniam, scilicet
manos excidisse Monarchia sua, quia non
cibi ministratione, quod per βόσκειν, Jo
& 17. indicatur. Resp. Ubinam in Scr
obligari Pastorem, omnes actus pastor
se obire? Exercent quippè actus Past
res præter prædicationem, ligando,
pensando, controversias decidendo, E
do, concionando per alios etiam &c.
deatur Cardin. Hieronym. Seripandi d
storia Concilii Trident. Card. Pallavic
num. 5. Amesius infert: *Ergo Pontifice*
tes non funguntur præcipuo munere Pastori
scere prædicando. Respon. Hoc non legi
vers. 19. ut Amesius falsò citat. Adhu
2. *Ergo per alios concionando Papa, in e*
cit, quàm quod muliercula qualibet possi
Ille solus potest dici per alium prædi
suas (justis impedimentis obstantibus)
tit, cùm alioquin id per se præstare po
An autem Amesius mulieri in Ecclesi

tit? Si ita; ostendat vel ex Scriptura, vel etiam unico exemplo probato 16. sæculorum, id jus fasque esse. Si non; Ergo cavillus ille mentitur.

Ad CAPUT XVI.

Bellarminus hoc cap. relata sententia Lutheri, negantis, illis verbis: *Oves meas*, universam Ecclesiam significari, econtrariò Catholicum dogma stabilit dicendo.

I. Nobis exploratum certumque est, omnes omnino Christianos, etiam Apostolos ipsos, tamquam oviculas commendari. Ad hæc Amesius dicit, sed minimè probat, non *alia ratione hic oves Petro pascendas commendasse Christum, quàm Matth. ultim. omnibus & singulis Apostolis commendavit totum mundum*. Ast pro expositione & sensu Catholico stant SS. Patres à Bellarmino citati. Cur verò novellos Interpretes, absynthio (odii in Roman. Ecclesiam) inebriatos sine ullo fundamento audiremus? Ejusmodi contradictorias assertiones in sequentibus etiam multiplicat Amesius; sed nec species quidem probationis aut argumenti in plerisque apparet, ut non sit opus iis referendis immorari. Unicum tamen addo: Dixerat Bellarminus Pronomen: *Meas*, sine restrictione, manifestè significare omnes oves, cùm illud *Meas*, extendatur ad omnes simpliciter, cùm nullus in Ecclesia sit, qui se Christi ovem esse non glorietur. Objicit Amesius, *Ezech. cap. 34. ubi non tantùm universaliter, sed etiam particulariter accipiuntur* Oves meæ. *Item, si Pater Tutores plures liberis suis constitueret, & diceret uni*: Cura diligenter liberos meos, *nemo inde colligeret, eum cæteris tutoribus majorem potestatem accepisse, aut ipsi magis quàm reliquis omnium liberorum curam esse commissam*. Resp. 1. *Meas oves*, aliquoties reperitur in eo capite Ezechielis, cùm verò adjicitur: *ægrotum, confractum, dispersum &c.* apertè restringitur ad tales particulares oves; quod nihil ad rem nostram facit: Cum vers. 15. ait: *Pasce oves meas*, sine dubio intelliguntur omnes oves æquè universaliter ac intellexit Christus Joan. 21. vers. 17. Resp. 2. Simile illud multùm claudicat quoad pleraſque circumstantias, ex quibus pendet vel constitutio Tutorum aut Gubernatoris, vel commendatio qualiscumque. Hæc enim nec tutorem, nec Pastorem, aut Principem facit; cùm (ut verba sonant) possit talis commendatio locum habere in omnibus amicis, nulla habita ratione Tutelæ & gubernationis.

II. Bellarm. Pascere oves est habere curam ovilis, unum verò est tantùm ovile. Amesius: *Sed illud unum ovile, curatur ab eo, qui pro sua virili illis ejus partibus consulit, quas potest adire*. Resp. Hoc Prædicantium regimen repugnat totius Ecclesiæ praxi; imò & hæreticorum reliquorum, qui non sunt Puritani Independentes. Repugnat quoque omnibus officiis Regum, Principum, Magistratuum &c. qui morali sua præsentia, & non locali aut physica subditos pascunt & regunt.

III. Bellarm. Aliquas indefinitas oves commendare, non est sapientis Provisoris: idem enim est, acsi commendarentur nullæ, quia nullæ possunt cognosci. Amesius: *Eodem modo commendantur oves, quo Gentes Matth. ult. Quamvis autem istis verbis opera non fuerint distributa; idem tamen Provisor, qui mandatum hoc dedit generaliter, singulariter adfuit Apostolis Spiritu suo, qui ducebat eos in suas quasi provincias distinctas. Act. 13. vers. 2. 4. & 16. vers. 9. & 18. vers. 9. & 20. vers. 22. ita ut oves illæ, quæ verbo fuerunt indefinitæ, definitæ fuerint Spiritu ad verbum accedente*. Respon. Evidens est, longè aliud esse, docere gentes, & ad Christum convertere ac baptizare; aliud pascere *oves Christi*. Gentes ante fidem susceptam oves Christi non sunt, ergo manifestè falsum assumit Amesius, cùm ait: *Eodem modo commendari oves Petro, Joan. 21. quo gentes Matth. ult.* Similiter fingit distinctionem Provinciarum & missionem Apostolorum &c. immediatè factam esse per Spiritum sanctum. Id sanè locis citatis minimè indicatur. Imò Act. 13. vers. 2. satis clarè patet, Spiritum sanctum per Simonem, Lucium, & Manahen, ordinasse & misisse Paulum ac Barnabam ad prædicandum gentibus. Quantumvis & hæc nihil ad rem faciant, dum hìc quæritur: An Christus Petro omnes suas oves commendarit. Jam verò

§. Unico.

Refellitur præcipua Amesii Objectio.

Quamvis, inquit Amesius Th. 17. *multa alia opponi possent fictitiæ huic elevationi Petri in Ecclesiasticam Monarchiam: illud unum tamen hoc loco urgebimus, quod petitur à comparatione Petri & Pauli, tamquam æqualium, Galat. 2. vers. 5. & 2. Corinth. 11. & 12.* Bellarm. 1. Propositum Pauli in epistola ad Galatas non fuit, ostendere, se non fuisse Petro subjectum quoad gubernationem; sed Evangelium suum æquè Divinum esse, & immediatè à Christo acceptum, atque Evangelium Petri. Amesius: *Etsi Evangelii sui certitudinis præcipuam habuit rationem, tamen ut medium eò faciens, authoritatem suam tuetur, aliàs nullam vim haberet in comparatione mentio eorum, qui sunt in pretio, & qui existimantur esse columnæ: nam immediata revelatio ex æquo ad omnes pertinebat*. Resp. Consulere voluit debuitque Apostolus suæ prædicationi, ita & propter hanc, authoritati suæ: utraque porrò integra constabat & illibata, tum quòd Paulus Evangelium immediatè à Christo edoctus esset, tum quòd idipsum à Petro quoque approbatum, tamquam Coapostolus omnibus passim gentibus prædicaret, immò etiam plus, quàm ullus alius Apostolorum in Evangelio laboraret. Quòd autem ejus prædicatio & authoritas nullam vim haberet, nisi per omnia esset æqualis S. Petro, nec verbo insinuat sanctus Paulus. Amesius 2. *Si in immediata revelatione Paulus fuit Petro æqualis, tum certè Petrus non pascebat Paulum, aut confirmabat eum ut Pastor*. Respon. Esto quòd non indiguerit Paulus directione Petri quoad se, & suum Evangelium à Christo immediatè acceptum: necesse tamen habuit, propter alios, quibus prædicaturus cum fructu esset, conferre cum Petro, Joanne & Jacobo, ne in vacuum curreret, & ne Pseudo-Apostolis jactantibus, doctrinam Pauli ab Apostolis reprobari, fideles ei non crederent, & sic omnis labor cassus redderetur, ut observant SS. Hieron. August. Tertull. &c. Amesius 3. *Apostolus dicit: Nihil mihi contulerunt. Galat. 2. vers. 6. Bellarminus dicit: immò aliquid in gubernatione. Apostolus inquit: In nihilo inferior fui summis Apostolis. 2. Corinth. 11. vers. 5. Bellarminus: immò in gubernatione. Annon istæ sunt præclaræ glossulæ?* Resp. Numquid istæ præclaræ sunt cavillationes Puritanicæ? Ex præcedentibus certè versibus clarum est, Paulum 2. Corinth. 11. non loqui de Primatu & regimine Ecclesiastico, sed tantùm dicere; se nulli Apostolorum cedere in prædicatione Christi, in donatione Spiritus, in sinceritate Evangelii, in laboribus &c. immò etiam in his superare cæteros. Resp. 2. Etsi probabile sit, Paulum ibi se verè comparare magnis Apostolis, Petro, Joanni, Jacobo; Incertum tamen est, & non minùs probabiliter, quàm communius ab aliis tenetur, intelligi Pseudo-Apostolos, qui seipsos magni faciebant. Quamvis verò Petrus, Jacobus, & Joannes Paulo nihil contulerint, quoad Evangelium in se, (de quo præcisè loquitur Paulus Gal. 2. vers. 6.) tamen approbatio Petri fecit, ut cum fructu alius prædicaret, ut dictum est. Ames. 4.

Qualis

Qualis fuerit ista subjectio quoad gubernationem, Bellarminus non potest explicare. Monarchia non consistit in voce gubernationis, sed in re ipsa. Resp. Auctoritas in actu primo potest optimè stare, quin se exerat in actu secundo respectu aliquorum. Sicut enim juxta Apostolum: *Justo non est lex posita*, cogens videlicet, & authoritativè imperans, cùm ipse lege interiore charitatis actus longè majora præstet, quàm ulla lege ei posset imponi: ità & perfectis, ac Apostolicis viris non opus est Prælato, qui in actu secundo in ipsos exerceat potestatem.

Bellarm. 2. Dextræ societatis v. g. non prohibent, ut intelligamus Petrum Paulo fuisse majorem in officio gubernationis. 1. Reg. 23. vers. 25. Amesius: *Omnino manifestè prohibet, si accipiatur cum illa oppositione, quam habet in textu ad vers. 6. Nihil mihi contulerunt; imò econtrariò dextras societatis mihi dederunt.* Resp. Optimè cohærent ista, accipere aliquos immediatè à Christo Evangelium & potestatem prædicandi, & esse socios simul in prædicando, ita tamen, ut unus eorum sit primus, non tantùm ordine, & qualicumque dignitate, sed etiam authoritate.

Bellarm. 3. Quales olim fuerint, nihil mea refert, vers. 6. dicitur in laudem; quòd quamvis olim fuerint imperiti homines, & vilissimi piscatores, jam tamen magni erant Apostoli. Amesius: *Quisquis*, inquit, *ad Logicam revocaverit sententiam illam, videbit sensum ejus esse: quamvis Apostoli illi existimabantur esse aliquid, propter externa personæ privilegia, quæ olim ipsis fuerant concessa, & non Paulo, eos tamen Paulo nihil adjecisse.* Resp. SS. Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Anselmus &c. pollebant Logica tam naturali quàm artificiali præ omnibus Calvinistis, & tamen nulli eorum glossa illa Amesiana in mentem stylumque venit. Debuisset porrò ipse ostendere, quomodo ex Libro Perihermenias, aut L. Analyt. (aut potiùs Elenchis) extundatur ille novus sensus Patribus ignotus, à Luthero, ut apparet, primùm inventus?

Bellarm. 4. Divisio illa de qua Paulus loquitur Galat. 2. vers. 7. & seqq. non fuit jurisdictionis, sed Provinciarum ad commodius prædicandum; ut Petrus præcipuam operam in conversione Judæorum poneret, Paulus econtrariò Gentilium conversioni potissimum studeret. Respondet Amesius: *Hæc ut ut vera sint, tamen nihil ad rem.* Imò maximè ad rem; quia sic eliditur objectio Lutheri, & cæterorum, qui indè inferebant: Ergo Petri Apostolatus nihil ad nos pertinet, quippè qui non ex Judæis sed ex Gentibus sumus. Vidit nimirum Amesius, nimis vera esse, quæ ad alias, & ad hanc quartam Objectionem copiosè & eruditè disseruerat Bellarminus; ne tamen nihil contradiceret, satis esse putavit, non tacere. Unde, quæso, ex SS. Literis probat: quòd *si jurisdictio Petri fuisset major, & singulari modo universalis, Apostoli proculdubio Paulum ejus rei monuissent, & idem monuisset Paulus in Concionibus & Epistolis.* Sed unde Amesio constat, non fuisse Paulum de Petri primatu sufficienter eruditum? Argumentum negativum hic nihil valet. An enim omnia ubique explicitè inculcanda sunt?

Bellarmin. 5. Minori licet reprehendere majorem, modò res id postulet, & debita reverentia servetur, sicut Paulus Petrum reprehendebat. Galat. 2. vers. 11. Amesius; *Papæ culpas redarguere præsumit mortalium nullus. Dist. 42.* Resp. Judicialiter & authoritativè, Concedo; fraternè & charitativè, Nego. Hoc sanè cogitur admittere Amesius, cùm pares omnino faciat Apostolos; quo posito non poterat Paulus authoritativè & judicialiter reprehendere Petrum. Amesius 2. *Causa justa, & reverentia debita, requiruntur etiam in reprehensione parium.* Respond. Sic est; sed quid hoc contra nos? An verò *singularis illa reverentia, quæ Monarchæ debetur, in reprehensione ista non apparet?* SS. Augustin.

Cyprian. Gregor. M. &c. censent,
trus superior à Paulo inferiore fuerit
tus, insignem quidem fuisse Petri
Pauli zelum ac confidentiam; nulla
tentiam à Paulo inferiore admissam.
lemne est SS. Patrum sensum rejicere,
dare; modò Pontifici quoquo modo
nus quem pro se allegat, nihil primatu
sa decerpit. Dum enim ait: *Paulum
tantùm æqualem, sed etiam majorem in
Apostolorum vertice Petro*, apertè osten
qui de authoritate regendi (alioquin
perior) sed de sapientia & zelo.

Ad CAPUT XX

BEllarminus postquam Primatum P
tura initio huius Libri abundè pr
dem à cap. 17. usque ad præsens, 28.
bus Petri prærogativis magis stabilit;
1. Mutatio nominis. 2. Primus inter
per nominatur. 3. Solus ambulavit sup
culiariter habuit revelationem Matth.
stabilitas ipsi & sedi ejus promittitur ib
tum solvit cum Christo. Matth. 17. v
scatione miraculosa fuit Princeps. 8.
confirmare. 9. Primus ex Apostolis v
mortuis excitatum. 10. Ipsius pedes C
vit. 11. Ipsi soli Christus mortem pra
est in electione Matthiæ. 13. Primus
vangelium per Spiritum sanctum datur
nem 3000. hominum. 14. Primum m
15. Damnavit hypocrisim in Anania
Transivit per omnes. Act. 9. vers. 32.
cœpit prædicare Gentilibus. 18. Mira
est ex carcere ad instantes preces Eccle
loquitur in Concilio. Actor. 15. 20. P
sit. 21. Solus baptizatus fuit propriis m
22. Solus à Christo Episcopus ordinatu
ab ipso. 23. Ille primum hæresiarcham
gum detexit, damnavit & extinxit. 2
collocavit. 25. Apparuit ipsi Christus
ejus. 26. Ecclesiæ, quas ipse fundarat,
sunt Patriarchales. 27. Celebratur fest
dræ. 28. In literis formatis, post non
lii, & Spiritus sancti, adjungitur nome
sius 1. *Malè sophisticeque facit Bellarminu
linè agat de Prærogativis, & nulla tamen
cet nobis, quid intelligendum sit per Præro*
Quid opus definire rem omnibus etiam
mam? Tu voca favores, beneficia &c.
Hoc certum est, eas prærogativas, no
las seorsim sumptas, sed simul in unum
quidem cum iis circumstantiis, antece
comitantibus, vel consequentibus, qui
fectas eas Bellarm. præclarè ostendit,
tum. Neque verò aut Bellarm. aut al
prærogativas, etiam conjunctim accep
apodicticum argumentum Primatus S.
tem probabilissimum, si præsertim ab
aut pravo affectu in Rom. Ecclesiam
Amesius 2. *Prærogativa solet accipi pro
cellentia unius supra alterum. Sed neque
in potestate consistit, neque potestatem
nisi eo modo, quo quidlibet ex quolibet sol*
Sine dubio non omnis excellentia (pr
ca, in virtute & sapientia consistens)
testate sive physica, sive morali in ali
& excellentiæ quædam extrinsecæ,
alia signa opinionem præclaram de
rius testantia, quæ eò censentur esse
ris, quò à majori proficiscuntur. Cù

plerasque relatas 28. prærogativas à Christo præcipuè S. Petro collatas esse; non possunt non (habito præsertim respectu ad principalia testimonia Matth. 16. vers. 18. Luc. 22. vers. 32. Joan. 21. vers. 17.) validissimè suadere intentum. *Quidlibet ex quolibet probare*, est proprium Neo-Evangelicorum. Amesius ejus artis illustria hactenus specimina dedit; & dabit porrò haud paulò illustriora, præsertim mox ubi de Antichristo. Amesius 3. *Paulus nulla in re, atque adeò ne quidem in prærogativis fuit inferior Petro.* 2. *Cor.* 11. & 12. Resp. 1. Incertum est, an Paulus per *magnos Apostolos*, 2. Corinth. 11. vers. 5. intelligat Pseudo-Apostolos, ut volunt multi, an potiùs verè primarios Apostolos Petrum, Joannem, & Jacobum. Resp. 2. Etsi hoc posterius cum S. Chrysostomo intelligatur, plus tamen hinc non evincitur, quàm Paulum: *nihil minus fecisse à magnis Apostolis*, & ut ipsemet ait: *Se nihil minus fuisse iis, qui sunt supra modum Apostoli.* Idest: Eum nihilo minus perfecta Corinthiis seu verbo annuntiasse, seu opere exhibuisse, quam fecerint alii quicumque Apostoli: quod sanè verissimum est, ut & ipsemet Paulus explicat 1. Corinth. 15. vers. 10. cùm ait: *Plus omnibus laboravi.* Sed quid hoc contra Primatum Petri perpetuum, & in Successores propagandum? Quantumvis & prærogativæ Pauli, non minùs ac illæ Petri redundent in Ecclesiam Romanam; habent enim se duorum illorum Principum Apostolorum Excellentiæ, sicut excedens & excessum, ut consideranti patebit. Amesius 4. *Ex prærogativis à Bellarm. allatis multa sunt manifesto falsa: ut* 2. 4. 5. 14. 19. 22. & 26. *Multa sunt incerta, ut* 10. 17. 21. 24. *Quædam sunt vanissimæ nugæ, ut* 6. & 7. *Quædam sunt communes aliis cum Petro, ut* 5. 6. 9. 15. & 16. *Quædam etiam superstitiosæ, ut* 27. & 28. *In vicesimaquarta de Petri Sede Romæ collocata, Bellarminus sibimet ipsi duplici ratione contradicit. Nam Cap.* 16. *fatetur Petrum præcipuam operam posuisse in conversione Judæorum: & eâ etiam nomine contendit, honorificentius fuisse munus Petri quàm Pauli, quia Judæos maximè respiciebat: hic autem Petri operam & Cathedram potissimum fixam vult esse Romæ; & in eo magnam prærogativam, & apertum signum Principatus notat, quod missus fuerit ad orbis terrarum caput, & urbium Reginam.* Resp. Censura hæc Amesiana breviorne sit, an flagitiosior, haud facilè dixerim. Nam 1. quòd prærogativam 2. falsitatis arguit, fallit ipse; etsi enim Bellarminus dixerit: *Petrum nominari primum semper*, expressè tamen excepit locum Galat. 2. vers. 9. *Jacobus, Cephas, & Joannes*: & addidit, non esse certum, an Paulus sic dixerit, cum SS. Ambros. Hieron. August. & Chrysost. legant: Petrus, Jacobus, & Joannes &c. 2. Pro Bellarmino affirmante, Petrum habuisse peculiarem revelationem de Divinitate Christi, stant verba Evangelii, apertè semper in numero singulari de Petro loquentia. Nam quod Joan. 6. vers. 70. videantur etiam cæteri Apostoli agnovisse eum esse Dei filium, non probat plus, quàm quòd eo modo Christum tunc putarunt filium Dei, quo omnes Sanctos solemus ita vocare, vel etiam ut Salvatorem mundi (qualiter & Nathanael eum agnovit Joan. 1. vers. 49.) quod verò quisquam ante Petrum Christi filiationem Deo Patri consubstantialem agnoverit, ex nullo Scripturæ loco evinci potest. 3. *Stabilitas perpetua Sedis Petri* promissa Matth. 16. vers. 18. credita semper à SS. Patribus & universa Ecclesia, non luxatur tantillum futili Calvinistarum inficiatione. 4. Si *Petrus primum miraculum non fecit*, Actor. 3. vers. 6. & seqq. cur aliud anterius non indicatur? 5. Manifestè mentitur Amesium, cùm negat *Petrum primo locutum* in Concilio Apostolorum Hierosol. evidens est inspicienti Act. 15. vers. 7. & seqq. 6. Quod *Petrus solus à Christo ordinatus sit Episcopus*, firmis argumentis probavit Bellarm. cur hæc non disjicit Amesius? Nimirum evidenter falsa illi sunt, quæcumque in Saeris literis non exprimuntur. 7. A Petro *fundatas Ecclesias, semper habitas esse Patriarchales* Orbis Christianus clamat: negant mustei Calvinistæ. Utris creditis Quirites? 8. Quomodo potest incertum videri Amesio, Christum Petro primùm pedes lavisse; cum S. Chrysost. etsi parùm probabiliter Judam præcessisse suspicetur, tamen hinc Primatum Petri ex eo colligat: quòd nullus præter Judam passurus fuisset, ut sibi ante Principem Apostolorum pedes lavarentur? 9. Incertum non potest dici: *Petrum primum convertisse Gentiles* Act. 10. Rationes de hoc dubitandi tam sunt leviculæ, ut ne Calvinistæ quidem post Bellarmini discussionem ausi sint iis quidquam fidere. 10. Homini Calvinistæ *merissimas nugas videri*, quòd *Petrus cum Christo solverit tributum*, & *in piscatione miraculosa fuerit Princeps*, quid mirum? Solus enim cum suo Danæo (qui *nugas nugerrimas* vocat) plus sapit, quàm SS. Augustin. Origen. Hieron. Gregor. Chrysost. &c. qui Ecclesiam militantem, & triumphantem gemina illa Petri piscatione manifestè designatam, tam ingeniosè quàm verè docent. 11. Prærogativas, quintam 6. 9. 15. & 16. communes aliis cum Petro fuisse, satis apertè mentitur Amesius, contra verba minimè obscura S. Scripturæ. 12. Annon meritò blasphemus & audax Novator audiat Amesius? Qui quod Witakero, Sutlivio, Chamiero, aliisque Symmistis ante se non occurrit, vel forsan dicere horruerant, ipse *superstitionis* arguere non veretur, nempè *festum Cathedræ S. Petri, & literas Formatas*; quibus jam ante 1300. annos, nomen Petri, nomini SS. Triados additum, tamquam Symbolum Catholicismi, legebatur. Denique Antilogia quam Bellarmino Amesius affingit, inanis est: Quæ enim vel umbra repugnantiæ in hoc, quòd *Petro circumcisionis, Paulo præputii cura, non exclusive & negative, sed principaliter & potissimùm duntaxat commissa fuerit*, (prout etiam sub his ipsis terminis agnoscit Danæus,) & quòd Petrus nihilominus Romæ Sedem Apostolicam perpetua successione continuandam, Dei jussu statuerit? De utroque dubitare velle, *non videtur esse posse sani cerebri, sed mentis emotæ, aut certè frontis perfrictæ*, ut bene in Cap. 2. vers. 7. Epist. ad Gal. Cornelius à Lapide.

Ad CAPUT XXV.

A Testimoniis clarissimis Patrum, quæ pro stabiliendo Primatu Petri, Bellarminus hoc cap. affert, Amesius se paucis expedit: *Patres*, inquit, *quos Bellarm. citat. Cap.* 25. (*qui saltem inter eos, antiquiores fuerunt*) *quamvis primatum dignitatis & ordinis tribuant Petro singularem inter Apostolos; & primatum potestatis Apostolicæ cum cæteris communem, in Ecclesiam; nullam tamen Monarchiam ipsi, vel in Apostolos, vel in Ecclesiam, datam fuisse agnoscunt.* Resp. Hæc evasio est perquam frigida & frivola; quin & Antecessoribus Amesii satis contraria: Nam Danæus maluit impudenter negare, verum esse, quod Patres dicunt, quàm negare, Patres dicere, quod tam apertè dicunt. Immò addere non veretur: *Patres errore ejus potestatis jam fascinatos, sic perperam sensisse & scripsisse; ideoque fidem illis minimè habendam, cùm dictum Christi* (Tu es Petrus Matth. 16.) *pessimè de Petri persona sint interpretati.* Sed sanè ferream frontem & plumbeum os habet ille, qui futili illa distinctione Amesii, elidi vel eludi posse sentit locutiones Veterum tam apertas, tam frequentes, tam emphaticas, quibus asserunt S. Petro *Summam rerum de pascendis ovibus fuisse traditam: super ipsum, velut Petram, fundatam fuisse Ecclesiam: primum fuisse Christianorum Pontificem: cæteris fuisse à Christo prælatum discipulis: electum ut Ducem & Principem Apostolorum, Caput, & cæterorum primum: Ecclesiæ futuræ Pastorem, super Apostolos præsidentiam accepisse: Primatum*

habuisse;

habuisse; omnibus prælatum: cunctis Apostolis & Ecclesiæ esse præpositum. Hæc in summa SS. Patres, quorum verba Bellarminus Cap. 21. adnumerat.

Ad CAPUT XXVIII.

TRia ultima Capita Libri primi præterire se ait Amesius, *eò quòd neque Jacobum neque Paulum potestate elevet supra Petrum*; (in quo rectius sapit quàm Lutherus.) Quod verò addit, se *Peccata Petri alio loco non habere, quàm ut probabilia fuerint indicia, nullam exsortem potestatem illi fuisse concessam*, nec umbram quidem habet verisimilitudinis. Sed hoc dimisso. Tandem deveniendum ad Gerhardum, qui cùm Exlex sine ordine quaqua potest, Bellarminum carpat, ejus cavillationibus, quas super Primatu Petri adfert, excutiendis, hic locus opportunus visus est. Præter alia autem quæ Amesianis communia, cum iisdem profligata sunt.

I. Sic arguit Th. 15. Juxta Bellarm. cap. 27. §. *Et fortasse*. Paulus & Petrus sunt summi Apostoli, ac sunt inter se pares; vel certè ignoratur, uter alteri præstet; *ergo non potest dici, quòd Petrus potestate major sit. Nam potestatis ratione, Superioritas vel solùm, vel præcipuè æstimatur*. Resp. Neg. Cons. Quia etsi extra controversiam sit apud Catholicos, Petrum potestate, Paulum Sapientia, & rerum pro Christo & Ecclesia gestarum gloria excellere; adhuc tamen potest ignorari, uter eorum absolutè in judicio Dei præstet, majorique & altiori gloria substantiali in Beatitudine refulgeat. In cultu autem Sanctorum Ecclesia non attendit præeminentiam Superioritatis præcisè, imò neque etiam Gratiæ, & Gloriæ præcellentiam, sed utilitatis, quam attulere posteris, ut notat eodem Cap. Bellarminus.

II. Th. 22. sic arguit: Juxta Bellarm. cap. 27. §. 2. Paulus ad omnes gentes missus fuit, cæteri verò Apostoli ad certas dumtaxat Provincias; *ergo Petrus, qui est in numero illorum cæterorum, non potest dici universalis Episcopus. Qui enim non ad omnes gentes, sed ad certas provincias mittitur, is nisi velit legationem suam deserere, aliis omnibus dominari nequit*. Resp. Neg. Cons. Bellarm. enim loco citato, numero cæterorum Apostolorum non includit Petrum, sed potiùs non obscurè excludit, dum eum Paulo confert: nec certè Petrus se continuit in una Provincia, uti plerique alii Apostoli: multò minùs ei fuit certa Provincia assignata.

III. Th. 24. Apostoli reliqui tamquam Judices ad definiendum interfuere Concilio Hierosolymitano, ut ait Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 16. *ergo Petrus non fuit solus summus & authenticus Controversiæ illius Judex. Neque enim Concilium illud indixit, nec Monarchica potestate ei præsedit, nec solus definitivam sententiam protulit, nec decreta Concilii solus executioni mandavit*. Resp. Sine dubio omnes & singuli Apostoli pollebant authoritate infallibili in decidendis Controversiis. In hoc tamen Concilio, cui (præter Paulum) non nisi Petrus, Joannes, & Jacobus intererant, revera Petrus vers. 7. quæstionem quasi Judex definit; cujus sententiam mox Jacobus, & cæteri omnes approbant, ac sequuntur, ut ait S. Hieron. Theodor. & alii Patres. Quidquid demum obstrepant hæretici.

IV. Th. 30. Ex eo quod Bellarm. cap. 1. §. ult. statuit: Petro hoc loco, Matth. 16. promitti, quod post resurrectionem ipsi à Christo erat dandum, sic colligit: *Vel sensu idem est: Tu es Petrus, & Tu es Petra, vel non est idem. Si prius, consequens erit, Petrum illo ipso tempore, quo hæc illi dicta sunt, constitutum fuisse Ecclesiæ fundamentum; quod tamen Bellarminus negat. Si posterius, tum enervatur argumentum, quod Bellarminus ex nomine Syriaco Cepha, utrobique à Christo usurpato dicit, quando lib. & cap. iisdem §. Prima sententia &c. sic scribit:*
Dominus Syriacè loquebatur, & Syriaca
tur Cephas Joan. 1. Cephas autem Petra
Dixit ergo Dominus: Tu es Cepha, &
ædificabo Ecclesiam meam. Concludimus
Christus hoc loco aut solùm promisit Petro
fallibilitatem, aut exhibuit. Si solùm pro
Tu es Petrus, & non potiùs: Tu eris Pet
quomodo cum Primatu & infallibilitate co
trus paulò post à Christo audit: Vade post
Non tam Catholicos, qui pro certo
stum Matth. 16. promisisse, quem J
contulit Primatum, quàm Christum
hoc dilemma. Posset enim (pari Luthe
Eidem objici: Si (ex Te) iste Simon
vel Petra, cur deinceps, & non jam
super illum Ecclesiam tuam? At pron
cavillo occurrere. Cùm enim Ecclesia
tere Crucifixi ædificanda esset post R
sapientissimus Architectus jam antè
fundamentalem lapidem præparavit
Jonæ; quamvis porrò firmitatem incor
stare nollet, priusquam id post Spirit
Ecclesia ita exigeret; liberum tamen C
nomen Petro tunc temporis, velut p
exhibendæ imponere. Quæ Gerhardus
riaco *Cepha*, & *Petra* ac *Petro* ex ed
oggannit, meræ nugæ sunt, & logo
ut constat ex iis, quæ de authoritate
nis ex Card. Pallavicino supra attuli.

V. Th. 49. ex eo quòd Bellarm. d
apud Isai. promissa Sobnæ, non intel
remissionem peccatorum, & Verbi m
Principatum Ecclesiasticum &c. Sic in
Aut Matth. 16. vers. 19. nomine Clavium
quod Isai. 22. vers. 22. aut aliquid diversu
sequens erit, verbis hisce: Tibi dabo Cl
esse datam potestatem remittendi peccata,
Verbi, sed Principatum Ecclesiasticum;
statuit Bellarm. in cap. 12. §. verùm. Si
quens fuerit, locum Isai. 22. non esse hui
parallelum. Resp. Neutrum sequitur. I
posteriori parallelus est, non quoad ra
ctam, sed abstractam Principatus Ec
utrobique promittitur, in veteri auten
cipatus ille non continebat remissione
& Ministerium Verbi, uti in Novo T
tinet.

VI. Th. 50. Quia Bellarminus cap. 1
verbis Christi: Pasce oves meas, demo
Petro traditam esse summam Ecclesia
tem in universam Ecclesiam, &c. co
rhardus ex eodem Bellarm. lib. 3. de
Ex solo literali sensu duci firma argumen
debuisse hic Bellarminum, Primatum Rom
summam rei Christianæ, ex figuris & al
sed afferenda erant clara & perspicua dic
est allegorica locutio, nulla figura a
Christus metaphora usitatissima & vu
fideles suos vocat Oves. Voluntario
tate laboret necesse est, qui hic aliqui
cinum flagitat; ut jam supra etiam co
villum notavimus.

VII. Th. 55. ait Gerhardus: Si o
fuere universæ Ecclesiæ Pastores, ac,
reliquis Apostolis per verba: *Sicut mi*
quod Petro datum per verba: *Pasce o*
Bellarminus asserit lib. 4. de Rom. Po
Qua veritatis specie dici potest, quòd p
oves meas, reliqui Apostoli, ut oves,
regendi fuerint dati? Quæro ego vicissim
te Gerhardus in verbis Bellarmini mu
Pastores? Omnis quidem Pastor Eccle

Doctor, non autem vice versa. Quæro 2. Cur omiserit illa verba, quæ (cavillationem hæreticorum quasi prævidens) mox subjecit Bellarminus: *Quomodo autem hæc non impediant Petri Primatum, alibi ostendimus?* Nimirum omnia proportionaliter accipienda sunt, juxta superius dicta, quæ hìc iterare non vacat.

VIII. Th. 57. Adducit expositionem illorum verborum Luc. 22. *Ego rogavi pro Te*, &c. Quæ nonnulli Doctores Parisienses interpretantur de Petro, ut universalis Ecclesiæ figuram gerebat: subdit Gerhardus: *Fatetur igitur Bellarm. quosdam Pontificios docere, quòd Dominus hic oraverit pro Ecclesia universali. Ergo non singulariter pro Petro; ac proinde Petri Primatus Monarchicus ex his verbis evinci non potest*. Resp. Bellarminus ibidem mox addit, pauculos illos excentricos falli. An verò error paucorum illorum, præjudicare poterit communiter receptæ & veræ interpretationi? Numquid hoc est gnaviter cavillari?

IX. Mox Th. sequ. sic argutatur: Juxta Bellarm. loc. cit. Dominus saltem mediatè oravit etiam pro aliis Apostolis. Atqui *si Christus non solùm, Joan. 17. sed etiam hoc loco, saltem mediatè oravit pro omnibus Apostolis, utique ex eo, quòd Christus peculiariter pro Petro rogavit, non potest Monarchicus Ejusdem Primatus demonstrari*. Resp. Nulla hìc apparet connexio hypothetica Gerhardina. Pro Petro cùm Christus singulariter orabat, ut fides ejus nec in propria Persona, nec in Successoribus unquam deficeret; pro cæteris autem Apostolis non ita, cùm eorum Successores defecisse à fide constet. Oravit certè Christus mediatè, nedum pro cæteris Apostolis, sed pro omnibus etiam fidelibus, per sedem Apostolicam in fide confirmandis, sed pro Petro id fecit immediatè, directè & principaliter.

X. Th. 67. Ex eo quod Bellarm. lib. 4. cap. 23. §. 1. dixit: Apostolos immediatè Jurisdictionem à Christo accepisse, colligit Gerhardus ità: *Si Apostoli immediatè à Christo acceperunt omnem Jurisdictionem, ac in Apostolica authoritate continetur omnis potestas Ecclesiastica, certè Apostoli non sunt Episcopi ordinati à Petro, sed immediatè à Christo*. Resp. Hoc nimis imperitè dici, apud omnes Catholicos semper in confesso fuit. Quis dubitet S. Ambrosium e. gr. ad Archi-Episcopatum Mediolanensem omnium suffragio Canonicè electum, debuisse nihilominus omnes Ordines ab infimo usque ad supremum ab aliis accipere? Idemque est, si quis non ordinatus in Papam eligatur, accipit hic immediatè à Christo omnia, præter SS. Ordines.

V I N D I C I Æ

Pro Libro secundo de Romano Pontifice.

Ad CAPUT XI.

PRimatum Rom. Pontificum, ut Petri Successorum, Bellarminus præced. cap. defendit.

I. Fundatur jus successionis Rom. Pontificum in eo, quòd Petrus Romæ suam sedem, jubente Domino collocaverit, atque ibidem usque ad mortem sederit. Contra Amesius: *Fundatur igitur 1. non in jure, sed in facto. 2. In tali facto Petri, quod in Scripturis non narratur, neque ex illis potest ullo modo probari. 3. In tali facto, quod non constituit jus humanum, nedum Divinum. 4. In tali facto, quale vim hujusmodi juris communicandi habere negant doctissimi Pontificiorum. Nam Scotus in 4. dist. 24. Cordubens. lib. 4. quæst. 1. Cajetan. de primatu Papæ cap. 23. Bannes in 2. 2. quæst. 1. art. 10. contendunt per accidens tandem conjungi Episcopatum Orbis & Urbis, non jure Divino, aut imperio Christi, ita ut jure Divino Episcopus Romanus non sit Petri Successor, sed possit eligi in Successorem Petri Episcopus Parisiensis, aut quilibet alius. Hanc etiam sententiam errorem esse in fide, aut cum fide pugnare, negat Azorius Jesuita Institut. moral. part. 2. lib. 4. cap. 12. Jus igitur Pontificum Rom. non est de fide, neque nititur jure Divino tanquam fundamento, sed facto, omni ex parte falsum incerto. Incertum enim est 1. An Petrus unquam fuerit Romæ. 2. Incertum etiam, an sit mortuus Romæ. 3. Certum est, eum non fuisse propriè loquendo Episcopum Romæ. 4. Illud etiam certissimum, eum Pontificem Roman. non constituisse sibi in eodem munere, quo ille functus est, & cum paris authoritate Successorem*. Resp. 1. Amesius videtur nescire quid loquatur. Qualis enim Consequentia hæc? *Jus Rom. Pontificum fundatur in facto; ergo non in jure seu lege aliqua*. Numquid ipsum factum, successio scilicet canonicè electi fundatur in jure Divino, cùm Deus voluerit perpetuò durare Pontificatum? Nonnè fatuè diceretur, Successionem Cæsaris non fundari in jure, quia fundatur in facto, nempè in suffragiis Electorum? Resp. 2. Quod factum Petri ideò rejiciat Amesius, quia in Scriptura non exprimitur, facit idem quod plerique hæretici, qui omnes Traditiones Ecclesiæ spernendo, totius fidei Christianæ basim subruunt, ut supra tractando de Verbo Dei vidimus. Resp. 3. Impudens hyperbole est dicere: *Factum S. Petri, quo, jubente Domino Romæ Sedem collocavit &c. ne quidem humanum jus constituere*. Meritò Amesius ob hoc dictum JCtorum sibilis exploderetur. 4. Crimen falsi multiplex admittit, dum Cajetano, Bannezio &c. affingit opinionem, cujus oppositam ipsi expressè tuentur. Quòd Scotus etiam malè pro Soto citetur, typothetæ tribuerem, nisi infrà eodem modo repeteretur, & aliæ Editiones quoque ita haberent. Et quidem unicus Dominicus, quod sciam, à Soto est, qui in 4. distin. 24. qu. 2. art. 5. (cum expressa tamen protestatione correctionis admittendæ) dixit: Summum Pontificatum non esse ex jure Divino connexum cum Episcopatu Roman. sed independenter ab hoc posse Ecclesiam, successionem illam Sedis Apostolicæ annectere vel nulli, vel cuicumque libuerit Episcopatui. Sed hæc sententia etsi utcumque tolerabilis sit (quia nimirum nihilominus firmiter statuit Successionem Summorum Pontificum in Sede Romana, specificativè sumptam, esse juris Divini) meritò tamen communiter ut improbabilis rejicitur; De qua re infrà latius. Porrò ex tot falsis suppositionibus, quid mirum, falsam ab Amesio Conclusionem inferri? Adhuc intolerabilius est, dum *incertum* habet id, quod ante Lutherum furentem nemo Catholicus, nemo hæreticus (Marsilio Paduano & Wicleffo exceptis) affirmavit. Nempe S. Petrum Romæ mortuum esse, & Romanos Pontifices ejus Successores esse, tam certò exploratum fuit omnibus, ut etiam SS. Patres non dubitarint hæreticis dicere: Negare non potes, Petrum Romæ &c. Proficit autem Amesius tandem ita in suo furore, ut quod olim omnibus etiam hæreticis fuit certissimum, certissimè falsum esse ipse asserere non erubescat. Hæc equidem procedendi methodus aptissima est ad funditus convellendum Christianismum universum. Sed revera longè universaliorem in Traditione continua authoritatem habemus pro Rom. Cathedræ Successione, quàm pro Divinarum Scripturarum Canone; Quo, per Amesianam impudentiam, negato, quid superest?

II. Bellarmin. Petrum fuisse Romæ, apparet 1. ex eo, quòd fuit in Babylone 1. Petr. 5. vers. 13. Hanc autem epistolam Romæ scriptam esse, testatur Papias

pias apud Euseb. & S. Hieronymus. Et Roma passim in Apocalypsi vocatur Babylon, ut notat Tertullianus & apertè colligitur ex cap. 17. Apoc. vers. 5. & 18. 2. Ex eo, quod Romæ fuit Ecclesia collecta, antequam Paulus eo veniret. Quis autem illam Ecclesiam collegit, si Petrus non fuit Romæ? Prius autem apertè testantur Euseb. Ambros. Epiph. Chrysost. &c. 3. Ex historia de Evangelio S. Marci, qui Romæ scripsit, quod Petrus ibi prædicavit, ut testantur gravissimi Scriptores. 4. Ex historia de Simone Mago. Amesius 1. *Utrum Petrus fuerit Romæ necne, non magnopere contendimus aut laboramus; sed incertum hoc dicimus in Scripturis relinqui, neque istis argumentis evinci. Nam Babylon quamvis in typicis visionibus Apocalypseos Romam designet, non sequitur tamen indè, quòd in simplici salutatione Apostolica, ubi neque ratio, neque exemplum est ejusmodi tropi, eo sensu capiatur.* Resp. Si non magnopere laboras & contendis contra communem XV. sæculorum sensum, cur ergo tot verba partim falsa, partim vana multiplicas? Hac via, cui Amesius præfractè insistit; quid demum non incertum reddi queat, etiamsi communi omnium sensu sit certissimum? Non equidem ex sola Apocalypsi, sed simul ex gravissimorum testium alleveratione moraliter convincimus, Babylonem à Petro Romam vocari. Rationem etiam sufficientem ejus mutationis suggerit Card. Baronius A. C. 45. nempe Petrum ideo nomine proprio Romam non expressisse, quod Hierosolymis ex carcere evasisset, nec ab omnibus sciri vellet ubi degeret &c. quæ ratio non fuit *Paulo & Luca*; undè non mirum *quòd ipsi passim loquantur de Roma, nusquam tamen Babylonem appellent*; quod urget Amesius. Amesius 2. *Ecclesia potuit ibi colligi, antequam vel Petrus vel Paulus eò venerint, eodem modo quo fuit collecta Samaria, ita etiam Antiochiæ, quem alterum faciunt Episcopatum Petri. Illud certè testatum habemus Actor. 8. vers. 4. 5. & 11. vers. 18. Doctrinam Evangelii multis Romanis prædicatam Hierosolymis antea fuisse. Actor. 2. vers. 10. Paulus etiam ostendit Rom. 16. vers. 7. Andronicum & Juniam, qui Romæ habitabant, in Christo, vel Christianos fuisse, antequam Petrus fingitur Romæ fuisse: erant autem hi* insignes inter Apostolos. *Quidni igitur & eorum opera, aliqua saltem ex parte fuerit Ecclesia illa collecta?* Resp. Amesius perquam perversè divinat. Petrum primum tradidisse Romanis Evangelium testantur tot SS. Patres, & cum iis Theodosius M. Imperator in Leg. Cunctos populos. cap. de summa Trinitate: & ipse tamen ex frigidis conjecturis à possibili ad factum argutatur, sine ullo teste vel sacro vel profano. Et cum ipse mox num. seqq. *Historias de Marco & Simone Mago* rejiciat, *eo quod fide tantum humana nitantur, earumque testes oculati nulli possint produci*; quanto justiùs hæ conjecturæ explodùntur unius Puritani Angli cavillationibus innixæ? Cæteram crambem, quam a Th. 3. usque ad Th. 10. proponit de Petri morte & Sede Romæ collocata, libet transilire. Quodnam enim operæ pretium esse possit (præsertim in opusculo compendioso) post Bellarminum & Gretserum, iis nugis excutiendis inhærere, ubi pro Veritate Catholica stat antiquitas universa; ita ut ipse Calvinus, quantumvis alioquin effrons, etsi *rem totam esse dubiam* pronuntiasset, ità nihilominus concluserit, *Tamen propter Scriptorum consensum non pugno, quin illic* (Romæ) *Petrus mortuus fuerit; sed Episcopum fuisse, præsertim longo tempore, persuaderi nequeo.* At certè propter eundem consensum idem de Episcopatu, quod de morte sentiendum erat. Sanè prodigiosam illam impudentiam, sive Ulrici Velenii (ignoti alias tenebrionis) sive sub larva ejus, Lutheri vel Melanchthonis, plures etiam è Protestantibus videntur improbare, uti de Helmstadiensibus & si-

milibus Neutralistis aliàs notavimus
Gretserus *arbitratur divinitus accidisse*
tam insani commenti (sive Velenu
Lutherus aut Melanchton fuerit) su
brevibus gyaris, & carcere dignum, pronu
operi suo insano notissimis illis ex
bus: *Aude aliquid gyaris &c.* Verùn
quæ ex superabundanti à Bellarmino
tt. excussa sunt, & ab Amesio,
sed tantùm cavillandi studio potuere
titulo Conjecturarum, in disceptation
ci, principale punctum Controversiæ

Ad CAPUT X

ROman. Pontificem succedere Pe
Ecclesiæ Primatu, Bellarm. pro
I. Ex Divino jure & ratione Succ
cenim Petro aliquis jure Divino succe
test alius assignari quàm Rom. Pont
succedit. Amesius 1. *Sicut Petrus non h
tificatum Ecclesiæ universæ quàm Paulus
Successorem quàm Paulus in illo debet h
sa* est prior pars. Nusquam Paulo
*Super te ædificabo &c. Pasce oves meas
te, ut fides tua non deficiat &c.* Amesi
*sio concedatur, non est igitur necessarium
in solidum quasi hæres ejus ex asse su
Imperatori in initio unus succedebat, post
Oriente, alter in Occidente. Fuerunt eti
sticos, qui docuerunt, Ecclesiam posse sin
Pontifices creare & habere, ut Armacan
autem duos, cur non & quot sunt Archi
piscopi Diœcesani?* Resp. Bene Amesiu
Independentium Anarchicum dogma
non & nullum? Nefas Ecclesiæ est, a
formam introducere, quàm à Christo
ipsa recta ratio exigit. Armacanus &
muniter, & meritò, non tam Scholast
rones habentur à Scholasticis; quon
Gallia nuper pullulantem, mox in h
Episcopis & Scholasticis applaudentibu
nocentius X. Amesius 3. *Jus Divinum
promulgavit; sed ut unus aliquis succedere
tificatu, nullibi à Deo promulgatur; hac i
nititur jure Divino.* Respon. Minorem
potest firmare Amesius, nisi decantat
mate: *Quod non est in Scripturis express
esse Lex divinitus promulgata.* Quo, u
stravimus, tamquam nervo Antichristu
universa Christi fides & Ecclesia. Am
*quibus hæc propositio à Bellarm. probatur
nugarum antea satis explosarum.* Respon.
phantari, ac thrasonismis calumnisq
sed videamus, quàm efficaciter Amesi
bur Bellarmini, cujus est hæc ratio
Pontificem esse propter Ecclesiam, non
pter Pontificem; atqui Ecclesia non m
uno Pastore, quàm tempore Apostolor
etiam magis &c. Ergo moriente Petro
teri re Pontificatus, qui non in Petri co
in Ecclesiæ utilitatem institutus erat;
re, quousque Ecclesia manet. Amesiu
*iam fuerunt propter Ecclesiam, & Eccles
judicio standum sit) non minus nunc ege
tis, quàm olim, & tamen Prophetia non*
Resp. Rectius ejusmodi effugia vocasset
quisbas nugarum. Quis enim sapiens, d
tiæ, æque ac ordinarium Ministrorum
cessarium sensit, præter hunc Somniat
mo hoc effugio vehementer roboratur
menti, quod paulò aliter formatum, al

Doctores Helmstadienses productum, hactenus stetit inconcussum, & est tale: Quicumque propter gregem unum, visibilem, perpetuò conservandum, sapienter instituit unum Pastorem visibilem, instituit etiam Pastorem perpetuum; At Christus Matth. 16. vers. 18. Luc. 22. vers. 32. Joan. ultim. vers. 17. propter ovile suum visibile usque ad consummationem sæculi conservandum, instituit Pastorem unum, visibilem, ordinarium; Ergo Christus iisdem verbis instituit Pastorem perpetuum. Sed non est perpetuus in persona Petri; ergo in ejus Successoribus. Ergo cùm Heterodoxi hodie nullum alium possint assignare legitimum S. Petri Successorem, quàm Alexandrum VII. fateri coguntur, quòd Christus universæ Ecclesiæ suæ hunc pro tempore Pontificem constituerit. Nihil hic ab adversariis negari potest nisi Minor; sed quæ partim in superioribus, partim in seqq. ex communi sensu SS. Patrum ità perspicua apparet, ut etiam Acatholici ingenuè fateantur, ita Patres intellexisse illa loca Scripturæ, sed in hoc hallucinatos esse. 2. Ratio Bellarmin. petitur ex Unitate Ecclesiæ; hæc enim est una & eadem omni tempore; ergo non debet mutari forma Regiminis; Unde si tempore Apostolorum unus erat supremus, & Caput Ecclesiæ, hoc etiam tempore esse debet. Amesius: *Ecclesia non est una, externa aliqua combinatione in unam aliquam singularem Societatem. Sic enim Scriptura nbique loquitur de Ecclesiis.* Resp. Quisquis Scripturam vel obiter legerit, non poterit dubitare, Amesium splendidè mentiri; cùm, licèt subinde de particularibus Ecclesiis agens, numero multitudinis utatur, frequentissimè tamen, unam, sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, sub nomine unius Corporis, Sponsæ, Domus, Regni, Ovilis, &c. depingit; quæ omnia externam & visibilem unitatem manifestè designant. 3. Ratio petitur ex verbis Domini Joan. 21. vers. 17. *Pasce oves meas*. Officium Pastoris est ordinarium & perpetuum, proinde tamdiu durare debet, quandiu durat ovile. Amesius: Etiam omnibus *Apostolis Christus dixit*: Prædicate & baptizate. *Sed officium prædicandi & baptizandi est ordinarium & perpetuum, dum manet Ecclesia*. Ergo. Resp. Neg. Min. Nam *docere & baptizare*, tantùm dicitur Apostolis Matth. ultim. respectu *omnium gentium*, ad quas convertendas Dominus illos tunc misit; Unde manifestum est, illud præceptum ut sic, præcisè ut verba sonant, non injungere munus ordinarium & perpetuum. 4. Ratio Bellarmin. Dominus omnes oves Petro commisit, non solùm ratione loci, sed etiam ratione temporis, ut suprà ostensum est. Amesius: *Omnes etiam gentes omnibus Apostolis commisit usque ad consummationem sæculi*. Matth. 28. vers. 19. 20. Resp. Manifestum est ipsa experientia, planè diverso modo illis hoc commissum usque ad consummationem sæculi. Nulli enim pastores ordinarii sive Diœcesani, sive Parochiales succedunt Apostolis in illa universali commissione, sed omnes suis limitibus coarctantur, sub uno Sedis Apostolicæ Præsule & Oecumenicæ Ecclesiæ Pastore. 5. Ratio: Ecclesia habet Caput præter Christum, ut patet ex 1. Corinth. 12. vers. 21. ubi postquam dixit Paulus, Ecclesiam esse unum Corpus, subjecit: *Non potest caput dicere pedibus: non estis mihi necessarii*; quod certè non convenit Christo. Nullum aliud Caput assignari potest præter Petrum; nec debet moriente Petro manere corpus Ecclesiæ sine Capite. Amesius: *Eadem etiam ratione probatur ex eodem loco, Ecclesiam habere unam manum & duos pedes*. Resp. Verum est, Nugator potest ita cavillari; sed certè non eadem, sed potiùs nulla ratione hoc sequitur; ut quivis videt, qui ad Apostoli mentem oculos non claudit. 6. Ratio: Sacerdotium Vet. Test. figura fuit Sacerdotii Novi Testamenti, & Successio illius, Successionis hujus figura. Amesius: *Fuit figura Christi unici Sacerdotis nostri, qui nullum habet Successorem: Successio igitur non fuit figura Successionis, sed continuationis æternæ*. Respon. Evasio hæc frivola præclusa est supra in not. ad lib. 1. cap. 1. Argum. 3.

II. Bellarm. Pontifex Rom. successit Petro (in urbe Roma morienti) in tota ipsius dignitate & potestate. Nullus enim fuit unquam, qui se Petri Successorem, ullo modo asseruerit, vel pro tali sit habitus præter Romanum & Antiochenum Episcopos; sed Antiochenus non successit Petro in Pontificatu Ecclesiæ totius: ergo Romanus. Amesius: *Si Pontifex Rom. successit Petro in tota ipsius potestate & dignitate, tunc Linus, Cletus, Clemens, vel quicumque primus fuit Episcopus Romanus, dignitate & potestate super Joannem & reliquos Apostolos, qui Petro supervivebant, tamquam eorum Pastor & Caput fuit constitutus*. Resp. Nihil hoc Corollarium habet absurdi; cùm Superioritatis illius in actu secundo exercendæ nulla fuerit necessitas respectu Apostolorum, ut supra dictum est. Amesius 2. *Petrus habuit potestatem ejiciendi dæmonia, linguis loquendi novis &c. Matth. 10. vers. 1. Luc. 9. vers. 1. Marc. 16. v. 17. Habuit etiam illam dignitatem, ut ejus Epistolæ, partes sint Canonicæ Scripturæ. Numquid ista conveniunt Pontifici Romano?* Resp. Non requiruntur ista ad potestatem universalis Pastoris ut sic. Nam potestas illa, miracula edendi, & Canonicos libros scribendi tantùm requirebatur in primis illis Evangelii plantatoribus. Verùm bene apparet, nihil solidi suppetere Amesio ad eludenda Bellarmini argumenta, cùm tam insulsis cavillis ea eludere conetur. Sed hoc ei satis non est, nisi dicta sua atrocibus conviciis exornet; qualia mox sequuntur, cùm num. 3. subdit: *Si nemo præter Papam asseruerit se Petri Successorem, eo modo quo ille, hoc inde fuit, quòd hæc impudentia propria debet esse Meretricis illius magnæ &c.* Omitto cætera, quæ sanè talia sunt, ut non tam in Pontifices Romanos, quàm in plerosque sanctissimos Patres, immò in totam Ecclesiam Catholicam, ejusque præcipuum Caput Christum sint injuriosa & blasphema. Nempe hoc est solvere argumenta, & enervare Bellarminum?

III. Bellarm. Successio ipsa est ex Christi instituto, & jure Divino: sed ratio Successionis, qua Episcopus Rom. potiùs quàm Antiochenus vel alius succedat Petro, ex facto Petri initium habuit, (quòd Romæ Sedem fixit, & tenuit,) non ex prima Christi institutione. Omnino tamen asserendum est absolutè Rom. Pontificem esse Caput totius Ecclesiæ. Quamvis etiam Roman. Pontificis successio, non sit fortè de jure Divino, pertinet tamen ad fidem Catholicam. Non enim est idem, aliquid esse de fide, & esse de jure Divino. Etsi autem Rom. Pontificem succedere Petro, non habeatur expressè in Scripturis, tamen succedere aliquem Petro, deducitur evidenter ex Scripturis: Illum autem esse Roman. Pontificem, habetur ex traditione Apostolica Petri, quam traditionem Concilia generalia, Pontificum decreta, & Patrum consensus declaravit, ut seqq. cap. demonstrabitur. Amesius 1. *Si Successio ipsa esset ex Christi instituto, & jure Divino, (cum ejus cognitio sit omnibus non tantùm utilis, sed etiam necessaria,) fuisset proculdubio in Scripturis declarata. Concedit enim Bellarm. lib. 4. de Verbo Dei cap. 11.* Omnia necessaria & utilia fuisse ab Apostolis scripta. *Sed nullum locum Scripturæ proferre potuit Bellarmin. quo hæc Successio declaratur. Dum tria illa verba:* Pasce oves meas, *eo detorquet, sine ulla ratione insanit*. Resp. Amesius quasi phreneticus, dum hoc Libro contra Rom. Pontificem (sibi petram scandali) disputat, planè seipsum malis artibus superat, præcipuè falsificando, calumniando, & blasphemando ea, quæ vel non intelligit, vel ex reprobo sensu abominatur. Compendifaciendo enim locum illum Bellarmini, nonnulla ad rem prorsus facientia fraudulenter truncavit, uti est præci-

præcipuè illa reduplicatio (*quatenus Rom. Pontificem*) in in quo maximè vis veritatis latet. Resp. 2. Etiam crimen falsi admittit, dum fraudulenter verbis Bellarmini ex lib. 4. cap. 11. de Verbo Dei addit ly *utilia*. est enim falsissimum, ita Bellarminum scripsisse: & sine dubio est planè contra ejus mentem, & doctrinam constantissimam. Resp. 3. Nimis etiam falsum est, (quod Amesius ex Catholicorum esse sensu indicat,) *cognitionem de Successione Petri ex institutione Christi omnibus esse non tantùm utilem, sed & necessariam*. Hoc, inquam, est decumanum mendacium. 4. Denique non tam Bellarmino, quàm SS. Patribus, quorum vestigia hìc premit, *insania* notam inurit. Amesius 2. *Unde hæc hæsitatio, & perplexa ratio loquendi de Successione Pontificis Romani, quà talis*, non est ex prima institutione Christi: fortè non est de jure Divino. *An datur secunda & tertia institutio Christi circa Successores Christi? an dubitant ipsi Jesuita, quo jure Pontifex Rom. sit Petri Successor, & Vicarius Christi?* Resp. Amesius turbatus pleraque malitiosè confundit. Bellarminus nihil hæsitanter, nihil perplexè, sed valdè candidè & apertè pronuntiat pro cujusque objecti merito. Successionem Rom. Pontificis in Sede Petri omnibus Catholicis fide Divina certam esse affirmat; an verò illa Successio, non tantùm quæ est in Rom. Pontificatu, sed etiam quatenus est in Romano Pontificatu, sit juris Divini, non est de fide certum, sed tamen probabilissimum, & Catholicis plerisque persuasum. Ideò Bellarm. hac de re loquitur, sicut solemus omnes prudenter in simili eventu loqui, scilicet: *Licèt hoc fortè non esset juris Divini, est tamen de fide Divina*. Sic in simili, infrà, à Bellarmino dici posset: Etsi fortè non sit ex jure Divino, ut Episcopi suam jurisdictionem à Papa accipiant, tamen eam ipsis competere, ex fide certum est. Amesius 3. *Si Successio Episcopi Romani in Pontificatu Petri ortum suum habuit ex facto Petri, tum non ex institutione, aut jure ullo Divino: alicius enim factum non constituit jus Divinum*. Similiter arguit Gerhardus Th. 17. & seqq. Resp. ut jam suprà; ipsum factum supponit institutionem & jus Divinum; sicut etiam nunc Pontificatus Alexandri VII. immediatè oritur ex electione Cardinalium & acceptatione Ecclesiæ; hæc tamen nihil prodesset, nisi fundaretur in jure Divino, quo Christus Ecclesiæ dedit facultatem, & determinandi modum electionis, & electionem ipsam ac acceptationem peragendi. Idem cogentur Puritani admittere de suis qualibuscumque ministris Verbi Calvinistici, ut consideranti patebit. Amesius 4. *Non debet absolutè affirmari, quod est absolute falsum. Non minùs autem falsum est (etiam ex sententia Soti, Cordubensis, Bannes, Ochami, & similium, à quibus Bellarm. ipse non planè dissentit) Pontificem Rom. esse jure Divino Caput Ecclesia, quàm Hispanicum aut Gallicum aliquem Episcopum, hujus aut illius tituli, esse jure Divino ejus Cardinalem*. Resp. De falso testimonio quod affingit Banni, Cordub. &c. jam suprà dictum. Cùm denuo Scotus ponitur, non videtur Typothetæ lapsui, sed inscitiæ Amesii tribuendum. Insignis verò imprudentia (nè dicam impietas) est, dicere, id quod SS. Marcellus, Athanasius, Ambrosius &c. & cum iis pleríque Catholici omnes affirmant, esse tam falsum, quàm id quod de conjunctione Cardinalatus cùm titulo Episcopatus ex jure Divino negant omnes Catholici pariter ac hæretici. Ut jam mirum non sit, quòd præcipuo suo Adversario Bellarmino manifestè falsum affingat, cùm ait, eum non planè dissentirè à sententia Soti. Amesius 5. sic arguit: *Si Successio Pontificis Rom. pertineat ad fidem, tum vel jus ejus, vel factum tantùm est de fide. Non jus, quia non est certo Divinum, ex Bellarmini confessione: non factum, quia ante Petri mortem (qua nullam in fide mutationem introduxit) non fuit de fide, ex confessione etiam*

Bellarmini. Resp. Jus succedendi Petro, q
Pontifices habent, absolutè est ex jure Di
tamen est de fide, sed tantùm probabilissi
communiter Theologi contra Dominic. Sc
tur cum Bellarmino, & defendunt, id Ron
ci competere *reduplicativè, quatenus Rom. P*
Amesius quia vel non intellexit, vel se non
simulavit: incautum Lectorem decipit, q
ipsum, etiam H. Conringio usuvenisse con
proindè in Interr. Apolog. VIII. rem expl
plo domestico & obvio, quod hìc paucis j
tere. Quærebam, annon in Brunsvvigia, S
essent Ecclesiæ suæ Utopicę Oecumenicæ
Ministri, Pastores, Superintendentes? An
ne dubio. At quo jure tale ministerium inst
numquid Divino? (juxta cujusque sectæ
nem intelligo.) Jam, si nostrum aliquis M
Superintendenti Helmstadiensi, Leydensi &
rem illam spiritualem ex jure Divino negar
in SS. literis nec verbo fiat mentio de Minis
perintendentibus istis; quid responderent,
se vel pueriles ineptias, aut futiles cavillos
hìc Lutheranis & Calvinistis reponimus.
Conringius ad omnium mortalium judic
rendo, an quod ejusmodi verbis (*Tu es P*
per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam
meas &c.) est conceptum, vel levem spec
legis, quæ ad Pontifices Rom. debeat refe
vi similiter & ego, & provocavi ad om
strorum & Superintendentium judicium,
ex verbis Christi, quibus Apostolos jussit pr
ni Creaturæ Evangelium, baptizare, &
stiam præbere, credant sibi jure Divino co
Ministerium; quantumvis nè gry quidem,
nistro vel Superintendente, alicujus Urb
culari, in Bibliis universis reperiatur? Ve
suum Ministerium fateantur carere omni
juris Divini; vel agnoscant futilem esse
exigere à Pontifice Rom. quatenus præc
tifex Rom. evidentem juris Divini constitu
natus est quidem Conringius in suo Exar
tatem aliquam inter suos Ministros Neo-I
& Papam assignare; sed tam infœliciter,
per multo crassiores & intolerabiliores err
contra quem hìc agimus, palliare potuer
di in examine ejus Conringiani Examir
rog. VIII. §. 2. Sed pergit strenuè sycoph
tanus noster, præcipuè dum ait num. 7
Bellarmini est observanda. Dùm disputat
putant; In Scripturis multa esse contendi
non pertinent ad fidem, cujus generis vult
storias Vet. Test. & multas etiam Novi
Dei cap. 12. Hic autem Pontificis Rom. caus
ne ulla distinctione vult penulam Pauli, tam
Episcopi Romani esse de fide, ut Episcopi pa
nem, quamvis nullibi scriptam, ad fidem
Successio igitur ista potiorem locum habet in
quàm omnes historia Vet. Test. & multa N
deo, Quisquis non eodem, quo Amesiu
morbo laborat, non poterit non tam luc
minis perversitatem mirari & execrari.
nisi oculis lustrate utrumque Bellarmin
lib. de Verbo Dei, cap. 12. sic ait: *In Scr*
sunt, quæ EX SE *non pertinent ad fidem, id*
ideò scripta sunt, quia necessariò credenda er
sariò creduntur, quia scripta sunt, ut patet
storiis Vet. Test. de multis etiam historiis Eva
rum Apostolorum &c. Hoc verò cap. §. 19.
Non est idem, aliquid esse de fide, & esse
id illustrat exemplo, inquiens: *Nec enim*
sunt, ut Paulus haberet penulam; est tamen
fide, Paulum habuisse penulam. Quid hì

loco non verissimè asseritur ? an vel Lutherani, aut etiam Calvinistæ aliquid horum in dubium vocare ausint ? nisi cui fortè absurdus Calixti error arriserit, quem excussi 1. part. Irenici Anticalixtini cap. 1. §. 6. Sed necdum sistit furor Amesii, ait enim num. 8. *Ultimum illud est artificium Logicæ Babylonicæ, confundere in unum, Orbis & Urbis Episcopatum. Vera Logica docet, illa munera esse distincta, quorum objecta sunt distincta. Orbis autem & Urbs non sunt unum & idem. Connexio illa, quam coguntur jam habere in electione Pontificis Rom. non est major, quàm est conjunctio Episcopatus, & sæcularis Principatus tam Urbis quàm reliquæ ditionis Romanæ; qui enim eligitur Episcopus, eo ipso fit Princeps.* Resp. 1. Quamvis vera Logica (seu recta Ratio) doceat, munera illa esse formaliter distincta, quæ habent objecta realiter distincta; non potest tamen eadem recta Ratio negare, quin duo munera, quæ habent objecta & operationes realiter distinctas, possint eidem numero subjecto convenire; alioquin enim nullus Calvinista posset Theologiam docere in Scholis, Catechismum in Synagoga sua, & reddere debitum conjugi suæ. Siquidem hæc esse munera, objecta, & munera realissimè distincta, nemo sani cerebri inficiabitur. Resp. 2. Conjunctio illa utriusque Episcopatus Orbis & Urbis, non potuit ab hominibus proficisci, & tot sæculis persistere; ut mox plura dicemus. Principatus sæcularis conjunctus Episcopatui Rom. nihil habet non passim alibi obvium, & planè humanum.

Ad CAPUT XXXI.

Bellarminus à cap. 13. usque ad præsens, magna eruditionis copia & soliditate, Successionem Pontificis Rom. in Ecclesiastica Hierarchia confirmat: ac 1. ex Conciliis generalibus Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi &c. 2. Ex testimonio Summorum Pontificum duodecim, sanctitate & eruditione in primis sæculis illustrium; dissimulatis antiquissimis illis antiquissimorum Martyrum & Pontificum Epistolis Decretalibus, quas Cacodoxi ut dubias aut nothas rejiciunt. 3. & 4. ex 12. Græcorum & 13. Latinorum Patrum consensu. 5. Ex origine & antiquitate hujus primatus, cùm revera ejus initium usque ad Christum & S. Petrum inveniri nullum queat. 6. Ex authoritate, quam semper exercuerunt Veteres Pontifices in cæteros Episcopos. Siquidem legibus à Pontificibus Romanis Episcopos in toto orbe institutos, vel depositos, vel restitutos, ut subjectis exemplis à Bellarmino ostenditur. 7. Ex legibus, dispensationibus, & censuris. 8. Ex Vicariis Papæ. 9. Ex jure Appellationum. 10 Denique ex eo, quòd Summus Pontifex à nemine judicatur. Hæc omnia non modò in unum conflata, sed etiam pleraque seorsim sumpta, homini nullo præjudicio laboranti, nec pravis affectibus odii, invidiæ &c. turbato, planè sufficere possent ac deberent, (etiam seclusis argumentis supra deductis,) ut persuadeatur, Primatum illum non ex humana, sed Divina authoritate prodiisse. Proposui aliquoties (tum H. Conringio in Exam. Examinis Interr. IV. §. 6. quæst. 5. Electione & Authoritate Alexandri VII. &c. pag. 28. Tum Martino Urso Norico Prædicanti, aliisque Protestantibus,) considerandum, quod sequitur. G. Calixtus, & plures Indifferentistæ cum illo, dudum professi sunt: *Posse Rom. Pontifici propter communem tranquillitatem Christianorum, Superioritatem in Episcopos, quam alioqui habet jure humano, etiam à se permitti*, dummodo &c. Non modò Neutralistæ Cassander, Grotius &c. sed etiam Melanchthon, Bucerus, & alii Lutherani & Calvinistæ, ingenuè fassi sunt: *Nec doctrinæ consensionem, nec Disciplinam Ecclesiasticam sine tali principatu Hierarchico conservari posse.* Hoc posterius verissimum, prior verò Calixti opinatio falsissima est. Vidit ergo Melanchthon, Bucerus, & alii Errones, quid unitati Ecclesiæ & disciplinæ conservandæ conducat; & non viderit hoc Christum ejus Conditor ? aut cùm necessariò & ipse viderit, tamen illum Sponsæ suæ unicæ & dilectissimæ invidisse, quis prudens & bonus sibi persuaserit ? Agnoscunt plerique Protestantium, (qui tamen Rom. Pontificem esse ipsissimum Magnum Antichristum vociferantur,) spiritualem illum in omnem Ecclesiam Principatum, jam à Constantini M. Imperio, persecutionibus Gentilium cessantibus; ita ut Jenenses Glossatores id etiam suis Biblis, tamquam Verbum divinitus revelatum inserere non dubitarint. Quæro ego, an apud homines non omnino rerum humanarum imperitos, posset ullam veri speciem habere: Nisi à Christo ipso Fidei nostræ authore, Principatus ille institutus fuisset, potuisse eum vel humana vi institui, aut tot sæculis conservari? inter tot populos & nationes, tam inter se alioquin diffidentes & æmulas? Dicent fortasse, idipsum esse mysterium illud iniquitatis, quo Deus permiserit involvi universam Ecclesiam tenebris Antichristianis, ut ultra quatuordecim sæcula sub ejus tyrannide gemerent, & talem captivitatem, plusquam Ægyptiacam aut Babylonicam, paterentur, tamquam divinitus sibi immissam. At quæso Te, quisquis es; modò cum Fide Catholica, etiam frontem & mentem omnem non abjeceris; potestne non dico evidenter credibile, sed vel modicè videri probabile, omnes Principes, Episcopos, Pastores, Doctores &c. Christianos & Catholicos, tot sæculis fuisse ita magicis incantationibus, non tam fascinatos, quàm infatuatos & excerebratos, ut ab uno Episcopo inermi paterentur se sub jugum mitti; inductis omnibus Episcopis, ut illi uni omnes se submittant; Imperatoribus & Regibus, ut agnoscant, ac pedes osculentur tamquam Christi Vicarii; idque tot sæculorum decursu, in tanta hominum varietate, casuum vicissitudine, quasi Divinam potestatem conservando, absque potentia humana ? Hæc quisquis pacato & solerti animo libraverit, facilè assentietur Eminentissimo Cardinali Pallavicino lib. 12. Historiæ Concilii Tridentini cap. 3. num. 8. contra errores Petri Soave Polani sic argenti: Certè S. Augustinus sensit Conversionem mundi sine miraculis factam, fore miraculorum miraculosissimum, sufficientissimumque ad comprobandam fidei nostræ veritatem; Porrò, multo magis stupendum miraculum, & validius ad confirmandam legitimam authoritatem Pontificum existimasset, ipsorum authoritatem amplificatam in Christianitate, si hoc contigisset contra sensum antiquæ Ecclesiæ, & sine titulo manifestæ rationis: siquidem in conversione à Paganismo, multi homines venerabiles ob morum sanctitatem, docendo Religionem honestissimorum præceptorum, dimicabant adversùs sectas bestiales & damnatas ab ipso lumine Rationis; & nihilominus ad fidem stabiliendam innumerabiles ex illis tolerarunt vincula & cruces: è contrario autem si in præsenti negotio evenit uti Soave depinxit, & Pontifices, (quantumvis multi eorum imperfectæ virtutis,) sine tali impugnatione & contradictione, consecuti essent hanc amplissimam & altissimam jurisdictionem, cum imminutione Episcopalis & sæcularis, quæ non ita videbantur rationi adversari, uti adorare saxa pro Deo; id procul dubio esset magis stupendum miraculum, quàm illud prius.

Contra nubem testium omni exceptione majorum à Bellarmino productam, & validissimarum rationum pondus, non habet Amesius quod obtendat, præter pauca, eaque inanissima verba. Ait 1. *Non agitur hic de quolibet Primatu, sed de Primatu Monarchico pote-*

potestatis. Sic est; quid tum? 2. Non Quæritur: An Rom. Pontifex aliquando habuerit talem potestatem? sed an ab initio fuerit? Resp. Utrumque meritò inquiritur, & ex primo infertur secundum. Nisi enim Christus hunc Primatum fundasset, non potuisset humanitus institui, & tot sæculis ita conservari. 3. *Quandocunque inceperit Pontifex primò Monarcham agere, inquirendum restat, quo jure hoc fecerit, Divino, humano, an omnino suo, hoc est nullo?* Resp. Hoc tantùm inquirendum videri potest perduellibus subditis. Fideles enim, quibus per generalia signa & motiva evidenter credibilis facta est universim Fides Christiana, & Ecclesia Catholica, non possunt de hoc Primatu ullam habere rationabilem dubitandi causam: cùm etiam, secluso omni Verbo Dei scripto aut tradito, per se omnis recta ratio dictet, debuisse Christum Dominum aliquem visibilem Vicarium instituere, cui defuncto, (etiam nulla de hoc per successionem perpetuam propagando, instructione, vel lege superaddita,) Ecclesia semper debeat alium Cathedræ primæ hæredem substituere. Anarchiam profectò, hoc est, confusionem Babylonicam, (qualem novelli Independentes introducere moliti sunt,) nec Verbo Dei scripto aut tradito, nec sapientiæ ac Bonitati Divinæ, nec ulli rectæ Rationi congruere, nimis clarum est. Aristocraticam verò, aut Democraticam gubernationem Ecclesiæ, absolutè quidem nullam involvere repugnantiam fatemur, sed eam nec præsumi, nec prudenter ex ullo signo colligi posse, æquè manifestum est; cùm alterutrius illarum institutio, & multò clarioribus verbis debuisset exprimi, quàm institutio Monarchicæ gubernationis, (pro qua stat præsumptio validissima ex ipso naturæ lumine,) & longè pluribus indigeret sive miraculis, sive extraordinariis assistentiis, quibus & unitas Ecclesiæ & fidei infallibilitas conservari posset; ut rem sine fuco inspicienti patebit. Unde etiam inter Cretenses sycophantias referri debet effrons effatum Amesii, quòd nempe: *Rom. Pontificem, Primatum potestatis Monarchicæ ab initio, jure divino habuisse, nullum Concilium antiquum, nemo inter veteres Patres unquam affirmarit, aut vel per somnium cogitarit.* Quid? anne in Concilio Ephesino (ut omnia alia omittam) nec per somnium de Primatu Rom. Pontificis cogitatum est, cùm nemine abnuente Philippus Presbyter, Apostolicæ Sedis Legatus, coram œcumenica Synodo pronuntiavit: *Nulli dubium, imò sæculis omnibus notum est, S. Petrum Apostolorum Principem, Caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, à Dn. Jesu cælestis regni claves accepisse. Nec non per Successores suos hucusque semper vivere, causasque decernere, semperque victurum esse.* Revera hoc non per somnium, sed à vigilantissimo vigilantissimis ita dictum est, ut, qui *jus Divinum* ibi agnoscere nolit, eò quòd totidem conceptis verbis id non clarè exprimatur, se putidum cavillatorem esse inficiari nequeat. Sed pergit Amesius, & ait 4. *Ab exercitio potestatis, ad jus ejus, nulla est consequentia.* Quid ais Amesi? An ergo vos mustei Evangelistæ soli sapere cœpistis, & universa Ecclesia antiqua quarti & quinti sæculi, (ut de aliis nihil dicam,) jam Antichristiano phyltro ebria deliravit, cùm ejusmodi potestatis Monarchicæ exercitium nemo unus ex sanctissimis & sapientissimis Doctoribus vel leviter improbarit, imò plerique omnes & verbis & factis apertè probaverint? Sed ut gregales suos, Danæum, Junium, Sibrandum, Sutlivium &c. *petulantes conviciatores* impudentia superet, vano suo effugio subdit: *Neque tamen verum est, quod de ipso exercitio narratur.* Et cur non verum? Nempe quia juxta axioma Antichristiano-Calvinisticum, nihil credendum, & verum est, nisi quod in SS. Bibliis exprimitur. Pergit 5. *Leges, dispensationes, & censura Monarchica, in Ecclesia Dei ab homine profecta, arguunt hominem peccati in templo Dei*

sedentem tamquam Deum. Ergo juxta hu
num, *homo peccati, in templo Dei seden
Deus*, fuit S. Greg. M. S. Innocentius, S. Juli
tifices Sanctissimi. Imò & ipse Gentium Ap
evadet Calvinisticam hanc argutationem;
ipso, homine utique, non absimiles censu
sationes &c. profectas esse, legimus in eju
Amesius 6. *Appellationes Ecclesiasticæ, ab una
aliam, non sunt ad jurisdictionem superioren
communionem & auxilii fraterni communicat
que revera fuerunt ejusmodi Appellationes
primos Christianos: Socrates in hist. trip. l.
Solus & primus fecit Cyrillus, ut sicut in pub
libellis uteretur appellatoriis.* Nimirum expec
Calvinus cum sua sobole, ut doceretur I
tholica, quid sit appellatio Ecclesiastica
enim id S. Athanas. qui injustè ab Oriental
tus, appellavit ad S. Julium Apostolicæ S
lem. Ignoravit & universale Concilium
(Nicæni pars vel Appendix;) ignoravit tot
etiam primis sæculis. Ritus ille per solemn
appellandi, ad substantiam nihil, sed ta
villandum pertinet; ad quod extrema v
pia Amesium adegit. Amesius 7. *Nullum no
tatis, nedum potestatis, quod apud antiquos F
buitur Episcopo Romano.* Sed si ita, cur ipse n
nomina Pontifici Rom. olim tribui solit
ei fuisse communia? Meretur ergo & h
pata mendacia reponi. Quod ut adhuc
spiciatur, proderit præter ea, quæ Bellar
ex SS. Patribus collegit, jungere ea, q
philus Raynaudus in peculiari de hoc
tavit, quod est de *Corona triplici Rom.*
nit tandem hoc Caput Amesius non mi
mendacitate: *Præcipuis*, inquit, *nostroru
nihil opponit Bellarm. præter unius & ejusden
titionem ad nauseam usque ingeminatam.
igitur ut sigillatim vindicentur. Neque reve
tam immanis, universalis Monarchiæ postula
do coargui, quàm infringendis tabulis illis,
stamem ejus proferuntur.* Quid audio? C
hactenus, non esse Respondentis sed Op
tium, quod *principii petitionem* vocamus
Babylonico-Calvinistica Logica aliud st
deo. Hactenus puto omnium sapientum
censebatur Thesim suam probè sustinere
nus vitio *petitionis principii* laborare, q
titiones adversariorum, quas hi convince
Sed, ut antè dixi, etiam hic Amesium
pia (æquè ac socios suos apud Gretser
vam hanc prætensionem adegit. Suffice
ad coarguendum primatum hunc. infringere
quas in ejus *probationem adducunt* Catholi
hoc feliciter ab Amesio hactenus præsti
& periti Lectoris esto judicium. Jam ver
cipuos in hunc librum habet,

§. Unico.

Gerhardini Cavilli expediuntur.

Is præter hactenus discussa, sic argu
*Juxta Bellarm. successio localis absque doct
verè Apostolica; Ergo nisi demonstretur P
eandem profiteri & propugnare fidem, quan
viva voce prædicavit, & in scriptis suis a
quit, non possumus eos pro veris Petri S
gnoscere.* Resp. Consecutio nulla est,
gumentum totum quantum perduellibus
guissimum est. Quod si, ut optimo jur
spiciatur vestrarum Ecclesiarum Capitibus
videant ipsi Neo-Evangelici, quomodo f

verò præsumptio stet pro Catholicis, Protestantium est, demonstrare mutationem doctrinæ factam, ut ostendi contra Conring. in Exam. ad Interr. IV. & in Appendice I. contra Musæum. Quanquam ex abundanti jam à pluribus demonstrata est illa successio doctrinæ Apostolicæ, ac præcipuè nuper in Quæst. Vexata P. Laur. Foreri.

II. Sic arguitur Th. 25. *Juxta Bellarm. lib. 4. cap. 4. §. ad secundum.* Neque Scriptura, neque Traditio habet, sedem Apostolicam ita fixam esse Romæ, ut indè auferri non possit. *At si sedes Apostolica potest Roma auferri, utique dici nequit, Rom. Episcopum, ideò quia est Rom. Episcopus, Petro in Apostolica Sede succedere. Item si non est de jure Divino, ut Papa sit Episcopus Rom. utique ex eo, quòd Petrus Rom. Ecclesiam fundavit, et Romæ mortuus fuit, probari nequit, Rom. Episcopum in Monarchia Ecclesiastica esse Petri Successorem; aliàs Rom. Episcopatui successio illa necessaria & indivulso nexu adhæreret.* Resp. 1. Si supponatur sententia communissima, (quam veram omnino putamus, etsi oppositam Soti non dicamus esse hæreticam, sed tantùm improbabilem;) tunc consequenter dicendum est, Sedem Apostolicam non posse Roma auferri, & Rom. Pontificem, quia Rom. Episcopus est, Petro in Apostolica Sede succedere. Hoc tamen bene infertur: neutrum horum esse de fide, sed moraliter certum. Hinc verò nihil contra Bellarminum. Resp. 2. Falsum est, quod secundo loco subsumit Gerhardus. Nam etsi non esset Juris vel præcepti divini, ut Romanus qua Romanus semper sit Apostolicæ sedis Successor; sed liberum reliquisset Christus determinationi Ecclesiæ, (sicut jam de facto liberum reliquit ejus determinationi, quomodo fieri debeat ejus electio,) adhuc esset juris Divini Pontificatus Ecclesiæ Romano Episcopatui ex Ecclesiæ determinatione annexus; ut pluribus monstratum est suprà. Verum quidem est, tunc non posse ex eo, quòd Petrus Romæ sit mortuus post fundatam ibidem Ecclesiam, probari, Rom. Episcopum, qua talem, esse Petri Successorem; Ut autem absolutè censeatur Successor Petri ex jure Divino, sufficit etiam juxta determinatum ab Ecclesia modum (si Soti opinio supponatur) facta successio.

III. *Fuisse interruptam aliquoties successionem 1. per Antipaparum dissensionem. 2. per hæreticam à vera fide discessionem. 3. per illicitam occupationem*, ait Th. 26. & seqq. *cogi Bellarminum fateri*. Resp. Non cogitur. Primo enim & ultimo eventu vacare censetur sedes, dum incertus est Pontifex: per secundum casum, si admittatur possibilis, non interrumpitur successio, sed desineret hæreticus, esse Papa. Quòd autem defacto id contigerit, calumnia est multoties depulsa.

IV. Ait Th. 31. *Si Petrus non solùm Romanus, sed etiam Antiochenus Episcopus fuit, (ut scribit Bellarm. lib. 2.* §. mansit;) *utique Antiocheni Episcopi æquali jure cum Romanis fruuntur, seque non minus Petri Successores esse gloriari poterunt, quàm Romani &c.* Resp. Sequela planè nulla est; quia Petrus nec Antiochiæ mortuus, nec pro Antiocheno Episcopatu, sicuti pro Romano determinavit successionem vel Christus, vel, ipso annuente, Petrus.

V. Triumphat Gerhardus, quòd Bellarm. lib. 2. cap. 17. nolens volens *largiatur suffragium Concilii Chalcedonensis, quo contradixit Primatui Rom. Pontificis, volens et exæquare Constantinopolitanum* Patriarcham. Sed quid lucri ex ista ambitiosorum Græcorum præsumptione? Non hinc Bellarminus, aut quisquam Catholicorum *fateri cogitur*, Monarchico Papæ Primatui (*à quibusdam Conciliis legitimis, & Patribus sancitis*) fuisse contradictum; Nemo enim nescit, nemo negavit Catholicorum, nunquam ferè defuisse vel hæreticos, vel schismaticos, qui Rom. Pontifici contradicerent. Quàm impudens verò fraus, imperitia, aut oscitantia intolerabilis est Gerhardi, cùm subdit Th. 35. Notandum verò, quòd Decretum illud Concilii Chalcedonensis repetitum sit & confirmatum in Concilio Constantinopolitano, cujus decretum juri Canonico insertum est. cap. *Constantinopolitana* dist. 22. Resp. Etiam atque etiam notandum est 1. Constantinopolitanum hoc Concilium esse habitum anno 381. Chalcedonense verò, anno 451. Quomodo ergo illud anterius, alterum septuaginta annis posterius confirmare potuit? 2. Canon. ille Constantinopolitani Concilii expresse ait: *Post Romanam* debere Constantinopolitanam habere primas. Nonne Titius vel hic saltem *flagitiosè* egisse Gerhardum agnoscet? nonne vecors porrò esset, si huic Gerhardo Authores citanti fidem adhiberet? Mox Th. 37. haud absimile specimen falsimoniæ exhibet, dum ait: *Quòd Concilium Carthaginense III. Can. 26. voluerit prohibere, ne Rom. Pontifex universalis appelletur; atque idipsum agnoscere quoque Roffensem in Confut. Luth. art. 8. uti & quòd Carthaginense etiam potuerit prohibere hunc titulum Romano Pontifici &c.* Sed hæc omnia sunt spissa mendacia; ut cuivis patebit, Concilium illud, itemque Decretum Gratiani, & Roffensem inspicienti. O! fidem Græcam Puritani Jenensis! Quid hic Titius?

VI. A falsis testimoniis delabitur ad ejusdem coloris argumenta. Nam ex eo, quòd Bellarm. lib. 1. cap. 9. §. At Papa; dixerit: Papam regere solùm eam partem Ecclesiæ, quæ est in terris; sic colligit: *Qui est Caput Ecclesiæ universalis, ille etiam est Caput Ecclesiæ triumphantis. At Papa non est Caput Ecclesiæ triumphantis; siquidem solùm regit eam partem Ecclesiæ, quæ est in terris; Ergo Papa non est Caput Ecclesiæ universalis.* Resp. Concedo totum de Capite principali, & Ecclesia tota adæquatè sumpta. Quis enim Catholicorum unquam aliud sensit, dixit, scripsit? Verùm dum lego seq. Gerhardi Thesim 42. vehementer dubito, an homini sanum fuerit cerebrum, dum ista scriberet. Sic enim inquit post priorem syllogismum: *Vidit hoc Bellarminus; ideò in recensendis Petri prærogativis lib. 1. de Rom. Pont. cap. 20. prærog. 7. sic disserit: Prima Petri piscatio Luc. 5. designat Ecclesiam militantem. Secunda piscatio Joan. 21. denotat Ecclesiam triumphantem.* Jam ergo insignis Petri prærogativa est, quòd in utraque navi & piscatione, quæ apertissimè totius Ecclesiæ statum significat, semper Petrus Princeps invenitur. *At si huic figuræ*, inquit Gerhardus, *debet veritas respondere, utique etiam Successor Petri Principatum Ecclesiæ triumphantis habere debet.* Resp. Hoc cum priori Thesi non cohæret; sed & nequaquam indè infertur, Petrum & Successores habere Principatum Ecclesiæ triumphantis. Plus enim non vult Bellarm. cum SS. Patribus, quàm, per Petri & Successorum ejus Principatum pervenire homines ad Ecclesiam militantem, ubi sunt mali bonis permixti, & ad triumphantem, ubi non sunt nisi boni & magni pisces.

VII. Iterum arguitur Th. 44. *Linus, qui ex hypothesi Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5. Petro successit in Sede Romana, vel eandem, quam Petrus habuit, jurisdictionem est sortitus, vel non eandem, sed inferiorem. Si eandem; tum Linus fuit superior Marco Evangelista, quippe quo Petrus fuit superior. Si non eandem: tum Petro mortuo Alexandrina Sedes non fuit inferior Romana; quippe cui Marcus Evangelista Lino superior præfuit, cùm Linus nec Apostolus nec Evangelista fuerit.* Res. Jam suprà cum Bellarm. dixi: Successores Petri non debere in omnibus, quæ habuere Apostoli, necessariò succedere; scilicet: non in authoritate scribendi libros Canonicos, facultate patrandi miracula &c. Authoritate igitur Apostolica & Ecclesiastica seu Hierarchica absolutè Linus prior fuit Marco. Quæ deinceps Thes. 45. 46. & 47. adducit, expedita manent ex responso ad 3. Argum. suprà. Th. 49. & 50. cavillatur circa verba S. Gregorii M. à Bellarm. allata. Sed legantur verba S. Gregorii à Bellarm. citata, & mox evanescet

cavil-

cavillus: Satis enim ibi explicat, quo sensu Romana, Alexandrina, & Antiochena Sedes, sint unius, & una; ac proinde quomodo ex hac unitate nihil decedat Primatui Romano.

VIII. Iterum arguit Gerh. Th. 51. *Quia juxta Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 27. §. 4. & 6.* Pontifex ex charitate ab alio in Ecclesia corripi potest, & Pontificem hæreticum Ecclesia judicare potest. *Atqui supremum & absolutum dominium requirit*, infert Gerhardus, *ut Papa à nemine in terris judicari possit; docente eodem Bellarm. lib. 2. cap. 26. §. 1. Aut ergo supremum dominium Pontifici denegandum, aut Papam hæreticum ab Ecclesia judicari posse, negandum est.* Resp. Virtus virtuti non præjudicat. Cur enim charitas non æquè exerceatur erga Superiorem, quàm erga æqualem? Resp. 2. Si Papa in notoriam hæresim incidit, eo ipso à Christo potestate exutus est, & Ecclesia sententiam declaratoriam ferens non judicat Papam, sed declarat, eum qui fuit Papa, sua potestate à Christo exutum esse.

IX. Claudit denique hanc Quæst. cum Illatione Th. 53. *Juxta Bellarm.* Isa. 8. vers. 14. *Petrus est etiam aliquo modo lapis in fundamentis Sion probatus, angularis, pretiosus &c. Atqui si ex hoc loco argumentum pro astruenda Christi Divinitate formari potest, ut formant Lucas cap. 20. vers. 17. Petrus Epist. 1. cap. 2. vers. 7. Paulus Rom. 9. vers. 23., necessariò soli Christo, non autem vel Petro vel Pontifici Romano competit locus citatus.* Resp. Locus ille Isaiæ in sensu literali propriè & principaliter soli Christo convenit; unde in hoc sensu optimè probatur Divinitas Christi. Hoc tamen non obstat, quin idem locus aliquo modo *non ineptè*, inquit Bellarminus, in Romanum Pontificem quadrare possit. Gerhardi erat ostendere ineptitudinem aut incommodum in hac accommodatione. Sed facilè vidit, frustrà se id facturum, cùm multoties munera & prædicata Christi in SS. literis communicentur suo modo ejus Apostolis, Pastoribus &c.

VINDICIÆ

Pro Libro Tertio de Romano Pontifice.

Ad CAPUT I.

Bellarminus, cùm ex ipso nomine Antichristi luculentè demonstrasset, Rom. Pontificem non esse illum Antichristum, de quo Apostoli præmonuerunt, tandem Caput his verbis claudit: Hinc habemus argumentum primum contra adversarios. Nam cùm Antichristi nomen significet hostem & æmulum Christi, & Rom. Pontifex se Christi famulum, & Christo subjectum in omnibus fateatur; non autem Christum se ullo modo esse dicat, neque illi se parem faciat, manifestum est, eum non esse Antichristum. Contra hæc insurgit Amesius: *Sunt quatuor (ut loquuntur) termini in hoc syllogismo. 1. Pontifex Romanus. 2. Hostis & æmulus Christi. 3. Qui se dicit hostem & æmulum. 4. Antichristus. Multi possunt esse hostes & æmuli Christi, quamvis non dicant se esse tales. Diaboli cùm Christum verbis confitebantur, Marc. 1. vers. 24. Luc. 4. vers. 41. fuerunt tamen hostes Christi. Sic & de Pseudo-Apostolis 2. Cor. 11. vers. 13. Coloss. 2. vers. 18. &c. Antichristus venturus est in mysterio, & cum seductione 2. Thess. 2. vers. 7. id est, ut Medina interpretatur*: sub specie ac velamine quodam pietatis &c. Resp. Fallit Amesius, cùm fingit in argumento Bellarmini quatuor terminos. Sic enim debet formari argumentum ex mente Bellarmini: Qui nec verbis nec factis ostendit se æmulum & hostem Christi, ille non est magnus ille Antichristus, sed

Papa non se talem ostendit.
2. Thess. 2. vers. 7. ubi tam p
tur futurus Antichristus, ut
dem, Dei vel Christi famul
quandoquidem manifestè, 8
super omne quod dicitur D
ex ore ejus ulla vox humilit
tur, quia est illud *Os loquens*
tamen pietatis apud gentiles,
test cum aperta professione o
que constat inter Hebræos &
dixerim, si omnino Cathol
quis ea verba scripsisset de A
falsariè tribuit Medinæ. Is e
de Antichristo *antonomasticè*
ejus typum gerentibus, præcurre
nis & malitia. De illo enim
asserendum est, quòd Antich
quem Paulus describit esse hom
ac totus scelestus erit, adeò ut
sen, homo peccati, quàm Pec
Falsum esse, quod Bellarmin
se Christum dicere, aut ill
apparere ex ipso Bellarmino
lapidem angularem illum de q
dicit se illum unum Pastorem
affirmat se esse Caput Ecclesiæ
suprà suis locis excussæ sun
ciat, has & similes denom
nisi minus principaliter, m
datitiè; ex quo nihil contr

Ad CA

ROM. Pontificem no
minus hoc cap. ex e
una tantùm persona est,
runt & erunt, eadem dig
Ergo Papa non est Antich
rem. Sed probat Bellarm.
alius nomine suo, illum accip
Christo opposita designatu
ne suo venturum. Ita de A
pretantur SS. Ambrosius,
Irenæus, Augustinus, T
in cap. 7. Daniel. sic ait:
Scriptores Ecclesiastici tra
ne mundi, quando regnu
surrecturum esse Unum *de h*
habitaturus est corporaliter.
persona intelligitur; tum
nit personam personæ, n
ctam sectæ; tum, quia in
dæis pro Messia accipiendi
certum hominem expecta
aliis falsis Prophetis accipi
mi tam ante, quàm post
frigidum est Amesii effugi
ly *alius* non magis hìc una
personam significare, quà
vers. 1. & 10. vers. 24. 25
vers. 17. Gal. 1. vers. 19. J
leviter probatur, & rep
tioni Patrum, qui docen
Messia accipiendum. Uti
Christi verbis: *Si alius v*
accipietis. Quis autem nesc
singularem personam pro
go frontem Amesius, c
dicit hoc Christus. Idem fa
Bellarminus: Omnes al
se in nomine alterius, ut

Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misi eos. Christus autem apud Joannem loquitur de alio, qui veniet nomine suo, nec agnoscet Deum, sed extolletur super omne, quod dicitur Deus. Est porrò hic notandum, cautè & astutè Amesium hìc SS. Patrum mentionem dissimulare, quos alii Calvinistæ, præsertim Danæus, Sutlivius, Sibrandus, Junius, & Abbatus, apud Becanum & Gretserum, horrendis & impudentibus conviciis excipiunt, eò quòd in hoc de Antichristo dogmate, ac specialiter in hoc S. Joannis textu aperto nobiscum stent. Nempe pudet Amesium aperto Marte pugnare cum SS. Patribus in actu signato, sed non in actu exercito.

Præter locum Joannis, (qui sine dubio solus cum SS. Patrum expositione cuivis cordato sufficit,) probat Bellarm. singularem personam 2. etiam ex 2. Thessal. 2. vers. 3. *Ille iniquus, homo peccati, filius perditionis, &c.* In Græco habetur, *ὁ ἄνθρωπος ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας* &c. Articulus autem ille Græcus ὁ ut testatur S. Epiphan. hæres. 9. contrahit significationem ad unam rem certam. Et licèt hæc Regula patiatur alicubi exceptionem, ut oggerit Amesius; hìc tamen eam valere, constat ex dictis & dicendis.

Idem probat Bellarm. ex 1. Joann. 2. vers. 18. Daniel. 7. vers. 25. & 11. vers. 31. & 12. vers. 11. Apoc. 13. vers. 13. & 17. vers. 5. Sed ab his omnibus Amesius se facilè expedit dicendo: *Falsum est*; Quantumvis SS. Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, Irenæus, (imò alicubi Calvinus & Beza) ità, ut Bellarminus, de Antichristo interpretentur. Sed videamus quid contra singularem Antichristi personam proferat Amesius.

I. Arguit: *Antichristus cœpit tempore Pauli in mundo versari, & tamen in fine mundi conficietur, 2. Thessal. 2. vers. 8. Ergo non est unus singularis homo.* Bellarm. Antichristus tempore Apostolorum cœpit in mundo versari, non in se, sed in suis Præcursoribus. Notandum: quòd Junius Calvinista tam impudens fuerit & præceps, ut dixerit: *Exstitisse jam tempore S. Pauli Antichristum, non tantùm in Præcursoribus suis, sed etiam in propria persona*. Sed cum Amesius ex Gretsero didicerit, hoc admisso, cogi se ad designandum Antichristum in propria persona tempore Pauli, nec alium inveniri posse præter S. Petrum; hunc autem, Antichristum appellare quin impium & blasphemum sit, Amesius negare non posset; aliam rimam elabendi invenit: *Hoc est*, inquit, *quod volumus in hoc argumento: peculiarem quandam tyrannidem ibi notari, cui paulatim subserviebant illi Præcursores, sicut Beza ipse, cujus est hoc argumentum declarat; ita ut omnes pertineant ad corpus illud, cujus Caput maximè propriè est Antichristus*. Resp. Non videtur Amesius ipse scire quid velit in eo argumento. Nam si Antichristus caput est omnium illorum Præcursorum, & hi omnes ejus tyrannidi subserviebant, nullam speciem veritatis habet, quod ipsi fabulantur. Quomodo enim Pontificatui Romano subserviebat vel Neronis crudelitas, vel Simonis Magi aliorumque hæreticorum impietas? utramvis enim, vel utramque, per *mysterium jam operans* intelligunt SS. Patres & interpretes; nec videtur posse aliud rationabiliter assignari, cùm utraque funditus exscindere Papatum universum si potuisset, voluisset. At inquit Amesius 2. *Quis sanus credet, hæreticos & tyrannos à tempore Apostolorum, præcursores fuisse unius singularis hominis, in fine mundi, venturi, & ad brevissimum tempus regnaturi? Certè præcursores isti, si conjunctim saltem spectentur, pejores multò fuerunt, quàm possit esse Antichristus triennis.* Resp. Catholici omnes cum unanimi Patrum consensu id credunt; & haud paulò sanioris cerebri sunt (ut de fide nil dicam) quàm tota natio Puritanica. Nec certè in hoc credendo, imò & intelligendo est ulla difficultas. Nequitia enim illa Præcursorum, hoc est, vel crudelitas tyrannorum, vel impietas hæreticorum, præludit quasi typus & umbra supremæ illi impietati & tyrannidi, quam sub mundi finem Antichristus exhibebit. Ad rem verò non facit, quòd illorum impietas & crudelitas in unum conflata forsan excessura esset impietatem Antichristianam; non enim omnes simul sumpti, sed saltem singuli, persecutionem spiritualem & corporalem Antichristi præfigurant.

II. Arguit Amesius: *Per Antichristum, qui in Nov. Test. bestia vocatur, non magis intelligendus est unus singularis homo, quàm per bestias Danielis unus singularis Rex*. Resp. Daniel non intelligit per singulas bestias semper singula Regna. Nam cap. 8. vers. 3. intelligit per *Arietem* Darium Regem Persarum, & per *hircum* Alexandrum Magnum. Amesius: *Falsum hoc esse disertè testatur Angelus Gabriel, Dan. 9. vers. 21. 22. 23.* Resp. Hìc impudente Junio impudentior est Amesius. Ille enim ex mente Bezæ agnoscit, non semper in Daniele (& signanter cap. 8.) per singulas bestias singula regna intelligi.

III. Arguit Amesius: *Apostasiæ caput est Antichristus. Sed non est paucorum annorum sub uno Rege perficienda. ergo Antichristus non est unus Rex paucorum annorum*; Resp. Si numerare placeat, plures quàm quatuor terminos inveniemus in syllogismo Amesii. 1. Apostasiæ caput. 2. Apostasiæ. 3. Rex unus paucorum annorum. 4. Sub uno Rege perficienda. 5. Antichristus. Quòd si informe hoc monstrum reformetur, sic: Antichristus est Apostasia (vel Apostasiæ caput;) sed hæc non potest esse paucorum tantùm annorum, & unius Regis: Ergo nec Antichristus est paucorum annorum, & consequenter unus numero homo. Resp. Utraque præmissa, si non apertè falsa, saltem vix (in bono sensu) probabilis est. Nunquam enim probabitur, non posse talem generalem defectionem à fide (præsertim præsupposita hæresum & Machiavellismi tam insigni dispositione) brevissimo tempore contingere. Multò minùs poterit probari, defectionem illam seu apostasiam potiùs esse à fide, quàm ab Imperio Romano. Amesius quidem intrepidè hìc quæ placent affirmat, quæ displicent, negat; sed negry probat. Sive enim per Apostasiam *μετωνυμικῶς* intelligatur ipse Antichristus; (ut volunt Patres Græci apud Bellarminum, quod nec Amesio displicet;) sive discessio ab Imperio Romano, ut multi Patres Latini volunt; sive etiam defectio à Fide, ut contendit Calvinus cum suis; optimè hæc omnia stare possunt cum una persona Antichristi, sub quo fiat generalis discessio ab Imperio Romano, & defectio à fidei Christianæ professione publica, & utraque intra paucos annos. Quænam, quæso, ratio, vel quæ verba Apostoli his adversantur? Dicit is quidem vers. 3. *Nisi venerit discessio primùm, & revelatus fuerit homo peccati*: at hinc non rectè infertur, discessionem illam esse necessariò peccaminosam, & ipsissimam Antichristi apostasiam. Imò ex his ipsis verbis potiùs contrarium infertur, nempè: duo illa esse omnino distincta tempora. Priùs enim debet fieri discessio illa, (sive à Fide, sive ab Imperio Romano,) deinde verò subsequetur revelatio Antichristi; Et hoc præcipuè juxta glossas Neo-Evangelicorum, qui volunt à multis sæculis contigisse Apostasiam, modò autem à Luthero revelatum fuisse mundo Antichristum. Unde Gerhardus quoque docet, non fuisse Articulum fidei, quòd Papa sit Antichristus, antequam id mundo revelaretur per quintum Evangelium tertii Eliæ. Falsum etiam planè est, quod sine fundamento dicit Amesius: Paulo contradici, si dicant apostasiam à Fide non necessariò (adæquatè) coævam esse Antichristo; Falsum, inquam, quia nec syllaba aut jota reperitur in Apostolo, quod necessariò ponat utrumque adæquatè coævum. Cæterùm non est dubium, maximam dispositionem ad Atheismum

(& con-

(& consequenter Antichristianismum) positam esse per apostasiam Lutheri & sequacium; qui paulatim omnes vergunt ad Psittaco-Domino-Calixto Indifferentismum, ac porrò ad Atheismum. Dixerat postremò Bellarm. Etsi daremus generalem apostasiam à Fide, & multis jam annis durantem, esse Regnum Antichristi, non continuò sequeretur: Papam esse Antichristum; nam adhuc quæstio tractanda esset, quinam defecerint à fide & religione Christi: nosne an Lutherani? Hic arripit occasionem Amesius, exspatiandi in campum caninæ (immò blasphemæ) facundiæ, qui nusquam est patentior, quàm in hac de Antichristo disputatione. Ait ergo: *Quinam defecerint à Fide & Religione Christi, nosne, Calvinistæ, an Papistæ, non erit Quæstio apud illos, qui utrosque noverint, & utramque professionem comparaverint cum doctrina Christi in Scripturis expressa, si præjudicio remoto, vel mediocrem adhibeant considerationem. Qui namque* 1. *ex operibus Legis quærunt justitiam Rom.* 9. *vers.* 32. 2. *Qui doctrinam docent dæmoniorum de matrimonio & cibis.* 1. *Tim.*4. *vers.* 1. 3. 3. *Qui non cavent sibi ab idolis* 1. *Joan.* 5. *vers.* 21. 4. *Qui non acquiescunt in Christo, ut unica Mediatore,* 1. *Tim.* 2. *vers.* 5. 5. *Qui Deum colunt secundùm mandata hominum, Matt.* 15. *vers.* 9. 6. *Qui religiosè colunt Angelos & alias creaturas, Col.* 2. *vers.* 18. 7. *Qui calicem denegant Cœnam Dominicam celebrantibus, & speciem tantùm panis ipsis præbent,* 1. *Corinth.* 11. *vers.* 26. 8. *Qui fideles arcent à lectione sacræ Scripturæ, Joan.* 5. *vers.* 39. 9. *Qui denique nihil habent omnino, in quo non aliquo modo degenerarunt à simplicitate illa, quæ est in Christo,* 2. *Corinth.* 11. *vers.* 3. *illi procul dubio defecerunt à fide & religione Christi. Hæc, qui in Papistis non videt, cæcus est.* Resp. Si ista vident in Papistis, sine dubio sunt ex iis, de quibus ait S. August. Tract. in Joan. *Ipsi vocant se videntes; sunt autem hæretici.* Meræ calumniæ sunt, & sacrilegæ interpretationes Scripturæ, quæ in Catholicos impiè detorquet Amesius. Annon enim & Ariani, aliique hæretici, eadem depravatione Scripturarum possent Orthodoxis objicere discessionem ab ea fide, quæ non est nisi idolum propriæ cujusque phantasiæ. Porrò quinam à vera & avita Christi fide discesserint, non meliùs perspici potest, quàm lustrando doctrinam & praxim Ecclesiæ antiquæ quarti & quinti sæculi; in quibus celebrata sunt quatuor Concilia œcumenica, quæ & Sacramentarii gloriantur se venerari. Mentiar, nisi supra quinquaginta articulos facile sit ex certissimis testimoniis assignare, in quibus evidens est, nos cum primitiva illa Ecclesiæ doctrina & praxi sentire, Calvinistas verò è diametro repugnare. Videri potest elegans & summaria collatio tum Catholicorum tum Sacramentariorum cum antiqua Ecclesia quarti & quinti sæculi, in plerisque ejusmodi articulis, apud Cardin. Perronium in Replica ad Responsum Serenissimi Regis Britanniæ Jacobi cap. 28. Quam & in Latinum traductam, suæ Apologiæ subjunxit Petrus Bertius Belga.

Ad CAPUT III.

NEcdum venisse Antichristum, & consequenter Rom. Pontificem non esse Antichristum, Bellarminus seqq. cap. probat. Porrò Amesius, ut effugiis cavillatoriis viam præparet, sic ait: *Tam facilè hoc dicitur à Pontificiis, atque à Judæis dicitur, nondum venisse Christum; & eadem etiam ratione. Sicut enim Judæi fingunt sibi Christum, qualem Deus nunquam promisit: sic Pontificii talem exspectant Antichristum, qualem Scriptura nunquam descripsit. Illi satis vident, Christi notas nemini convenire nisi Jesu Domino nostro, quem non recipiunt: hi etiam intelligunt, notas Antichristi nemini convenire præterquam Papæ, quem Antichristum agnoscere nolunt. Sicut illi igitur Christum, ita hi Antichristum in perpetuum exspe-*
ctabunt. Resp. Utut Judæi
miles in ratione una genera
omnibus reliquis sunt dissi
ni & Calvinistæ sunt illis p
Nam sicut ex mero odio &
Christum: ita & Luthera
rum. Judæi Christi mira
lumniabantur; Lutherani
ctissima quæque in Roman
bunt. Judæi Scripturæ verb
affectum depravatum, tor
Lutherani & Calvinistæ c
antiquæ sensum & consens
ex mero odio & invidia,
carium detorquent. Judæi
Vicarium Roman. Pontifi
recipient Antichristum ve
siam: Lutherani & Calvir
tent, non quidem ut suo
proprium est,) sed ut Ro
hosti, cum quo facillimè (
cta Lutherano-Calvinistica
pando jugi sacrificio, cult
quæ omnia proximè dispo
tatis avitæ vastatrix. J
sent, nisi hic vitia eorum
Calvinistæ in suo capite &
se à Roman. Pontifice se
voluisset in Lutheri error
sandis. Dicant nobis Lut
Lutherus sub ipsum temp
municationis bulla (nisi
mæ expediebatur, Leon
scripsit: *Eum Danielem i*
scorpiones, Agnum in medi
ipse tutatus sit; cujus celebrat
rarum orbe, tantorum viror
vitæ inculpatæ fama, quàm
nis possit quavis arte impeti
mano Pontifice sensit &
tra mentem, & rei verita
tis; fateri cogimini, Leon
& sanctum, non nisi imp
ro, furiarum stimulis jam
christi nomen accepisse.
strum arguitis flagitii into
sacrilegæ, & mendacissim
cùm ista scriberet, Leon
non agnovit. Si ita? erg
christo, in ejusque se obi
modo non adigeretur ad
fulmen illud Vaticanum,
theri revelavit hunc An
Christus veritatem Judæis di
dæmonium habens; ita & e
ejus sequaces in viam re
factus est, & ex agno D
niele Nemrothus, ex E
christus evasit. Hæc gene
stico furore, in hac de An
muniter non modò omne
sed etiam mentem & ho
dentur. Scilicet quidvis
Quàm enim insanum est
asserit: *Catholicos intelliger*
venire præterquam Papæ?
ne? Tune perspicis, qui
quidem ex teipso id affirm
si cum Lutherano Danh
Euclideam demonstrationem
tuo G. Povello, Deum
scire Pontificem Rom. esse,

Pontificiam Ecclesiam Antichristi Synagogam, *quàm Deum ipsum esse in cœlis*, *Creatorem visibilium & invisibilium*, *&* Jesum Christum *verissimum Messiam &c.* Si enim de rebus, quæ ita vobis abstrusæ, nobis autem clarissimæ sunt (uti sunt cogitationes nostræ,) tam impudenter mentimini; quis nisi vecors credet vobis de animi vestri sensu loquentibus? cùm experiamur, nullis vos abstinere mendaciis, nullis calumniis, nullis contumeliis, dummodo inflammatam vestram in Rom. Pontificem rabiem exsaturare, & miserum vulgus, specioso Divini Verbi prætextu, tam in execratione Pontificis, quàm in vestri veneratione continueatis. Sed redeundum in viam, unde nonnihil, nec omnino importunè, digressi sumus.

Ad CAPUT IV.

ASsignat hîc Bellarminus sex notas, ex quibus demonstratur, necdum venisse Antichristum. Duæ præcedunt, scilicet, prædicatio Evangelii in universo orbe, & omnimoda desolatio Rom. Imperii: duæ comitantur, nempe reditus Henoch & Eliæ, itemque persecutio gravissima & notissima Antichristi: duæ sequuntur ejus adventum, nempe duratio ejus per tres annos, & finis mundi. Ex his sex signis in Scriptura indicatis demonstratur, Antichristum necdum venisse, ac multò minùs Papam esse Antichristum.

1. Demonstratio est: Quia Scripturæ testantur, in toto mundo prædicandum Evangelium, antequam veniat ultima persecutio ab Antichristo excitanda, Matt. 24. vers. 14. Amesius ait: *Nihil ibi dicitur de adventu Antichristi*, *sed prædicandum Evangelium dicitur universo mundo ante destructionem Hierosolymæ*, *ibid. vers. 16.* Tunc qui in Judæa &c. Resp. Certum est, in eo cap. nonnulla prædici à Christo futura ante excidium Hierosolymæ, & nonnulla, quæ finem mundi præcessura sunt; & inter posteriora esse prædicationem Evangelii in toto Orbe omnibus gentibus; ut consentiunt SS. Patres. Amesius 2. *Per universum orbem non intelligendæ sunt omnes Orbis particulæ*, *sed multæ ejus partes*, *ita ut ad cæteros etiam virtualiter pervenerit idem Evangelium*, *nullo genere hominum ab illius beneficii participatione excepto*, *ut videre est Rom.* 10. *vers.* 18. *Col.* 1. *vers.* 6. 23. Resp. Hæc est glossa Neo-Evangelica, textui sacro è diametro opposita, cum ait: *In testimonium omnibus gentibus*; *& tunc veniet consummatio*. Item: *Dominabitur à mari usque ad mare: adorabunt eum omnes Reges terræ*, *omnes gentes servient ei*. Psal. 71. vers. 11. Ubi hic restrictio Calvinistica? Utri credemus? Et quid quæso illa *virtualis perventio Evangelii*, quam fingit Amesius? nonne est pura puta non-perventio? Quàm denique projectæ audaciæ est Amesius; cùm Apostoli conceptis verbis petierint *signum adventus Domini*, *& consummationis sæculi*, & ad hanc interrogationem, conceptis similiter verbis Christus respondeit: *Prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe*, *in testimonium* omnibus *gentibus*, *&* Tunc veniet consummatio. Quænam alia *consummatio* nisi *sæculi*? de qua interrogarant Discipuli. Amesius tamen directè Christo contradicit, dum impudenter ait: *Sit signum finis templi*, *urbis*, *& Reipublicæ Iudæorum*, Non finis Mundi. Utri credemus? Sed non sufficit contradixisse semel ac iterum; mox enim quasi Christum correcturus subdit: *Si ad excusationem tollendam* (quod sanè Christus indicat illis verbis: *in testimonium illis &c.* uti etiam Jenensium Glossa ait: *ne ulla gens ignorantiæ causa se excusare queat*) *necessaria sit prædicatio Evangelii in omnibus gentibus*, *necessarium est etiam ut omnibus & singulis mortalibus ab initio prædicaretur*. Annon hoc est velle corrigere intentionem Christi? Ex his ergo omnibus firmissima manet prima demonstratio?

Ad CAPUT V.

SEcunda demonstratio: quòd Antichristus needum venerit, desumitur ex omnimoda desolatione Imperii Rom. proximè Antichristum antecedente. Sed manet adhuc successio & nomen Imperatorum Romanorum; Ergo Antichristus necdum venit. Amesius 1. *Propositio non potest ex Scripturis* (Calvinistica glossa interpolatis) *probari*. Resp. SS. Patres tam Græci quàm Latini apertè, ut nos Catholici, intelligunt verba Apostoli 2. Thess. 2. vers. 7. *Tantùm ut qui tenet nunc*, *teneat*, *donec de medio fiat &c.* Cuinam ergo credendum? Amesione, an Patribus? Amesius 2. *Si per omnimodam desolationem*, *talem intelligat*, *quæ consistere non potest cum nomine aut titulo Imperii* (Nota bene, addendum erat: Et eum successione) *sic falsa est propositio*. At eam convincit Bellarminus, cujus firmamenta nec leviter quatit Amesius. Certè Romanorum Imperatorem, cum qui & Germaniæ Rex est, agnovere hactenus ferè omnes Europæ nationes, frustra hæreticis, ac æmulis nonnullis è Pseudo-Politicorum natione oggannientibus. 3. Amesius, *de medio fieri*, contendit esse idem ac *diminui*, *non verò destrui omnino*. At repugnant cum SS. Patribus & Scripturæ Interpretibus, ac Theologis, omnes Grammatici non-perversi. Certè etiam qui imminutus est, tenet; sed qui tenet non est de medio sublatus; ergo qui imminutus est, non est de medio sublatus. Amesius 4. *Hæc remotio antecessura fuit non adventum*, *sed revelationem Antichristi 2. Thessal.* 2. Resp. Nusquam Scriptura distinguit revelationem Antichristi ab ejus adventu. Tam erit plenus crudelitate & impietate ejus adventus, ut sit nefas futurum fidelibus dubitare, hunc ipsum esse, qui tot sæculis timebatur. Amesius 5. *Illa remotio Imperii sufficit ad Antichristi revelationem Romæ exhibendam*, *quæ Romam vacuam Antichristo relinquit*, *ut sedem sui Regni ibi possit collocare*. Resp. Amesius hanc blasphemiam nec apparenter ex Scriptura probat, sed ex proprio loquitur eum suo Patre Diabolo. Archi-Episcopum illum anonymum ab Aventino, malæ fidei historico, laudatum, qui dixerit: *Imperatorem esse vanam appellationem*, *& solam umbram*: nullus prudens potest præferre omnibus cæteris. S. Thomam in 2. Thessal. 2. Lect. 1. falsò citat, mutilat, & in pravum sensum torquet Amesius. Verba S. Thomæ hæc sunt: *Dicendum est*, *quòd nondum cessavit Rom. Imperium*, *sed est commutatum de temporali in spirituale*, *ut dicit Leo Papa in sermone de Apostolis*. *Et ideò dicendum*, *quòd discessio à Rom. Imperio debet intelligi*, *non solùm à temporali*, *sed à spirituali*, *scilicet à fide Catholica*. Ubi manifestum est, non loqui S. Doctorem de temporali Imperio Papæ, sed de spirituali.

Ad CAPUT VI.

TErtia demonstratio desumitur ab Henoch & Elia, qui nondum venerunt; Ergo neque Antichristus venit. Vivunt enim illi adhuc, ut venienti Antichristo se opponant, & conservent electos in fide Christi, & tandem Judæos convertant, Malach. 4. vers. 5. Eccl. 48. vers. 9. 10. & 44. vers. 16. Matth. 17. vers. 11. Apoc. 11. vers. 3. ubi apertè etiam tempus prædicationis eorum indicatur, scilicet diebus 1260. Amesius. *Eodem planè modo Judæi olim Matth.* 17. *vers.* 10. *Marc.* 9. *vers.* 11. *ratiocinabantur*: *Elias debet venire ante Christum*; *sed non venit*; *ergo nec Christus*. *Somnia sunt planè gemella*. Resp. Persuasio illa Judæorum de reditu Eliæ verissima fuit quoad substantiam, & satis ab ipso Domino confirmata his verbis: *Elias quidem venturus est*, *& restituet omnia*. Potuissetne Christus verbis apertioribus confirmare sententiam Catholicam? Neque

ullo

ullo modo hæc evertitur verbis sequentibus : *Dico autem vobis, quia Elias jam venit*. Sensus enim juxta communem SS. Patrum interpretationem verus & planus est iste : Elias quidem (ut rectè docent Scribæ) venturus est, & præcurret adventum meum, sed secundum, ad judicium extremum. Tunc enim comparebit Elias Thesbites unà cum Henoch, & restituet omnia, idest, omnes reliquos Judæos reducet ad me, meamque Ecclesiam. Sed qui primum meum adventum præcurrere debebat, non est Thesbites, sed alius Elias, non nomine, sed re & virtutibus, nempe Joannes Baptista. Ita SS. Iren. Tertull. Hieron. Chrysost. August. Gregor. & cæteri Patres communiter. Sed *Patrum sententia hic nullius momenti sunt*, ait Danæus : *Hieronymum fefellit traditio, apud antiquos superstitio illa invaluit : unde de Patrum testimoniis non laboramus, quos constat seductos esse : Credula nimium simplicitas veterum, & negligentia favet Bellarmino : unde meritò in illis aliquantulum assentiendi temeritatem*, ait Abbatus. *Patres à vero plurimùm aberrarunt, ideoque in hoc argumento communem errorem minimè stabilit SS. Patrum auctoritas*, inquit Junius. *Id quod ait Bellarminus, senserunt quidem Patres, sed communi & jam recepta sæculi sui opinione, quæ à Judæorum Rabbinis profecta est, decepti sunt*, ait Danæus. Amesius autem non quidem ita apertè in SS. Patres irruit, reipsa tamen multò iniquius eos traducit, dum multoties eorum sententiam sub nomine Pontificiorum, vocat *fabulas, somnia &c.* Et hic quidem strenuè pergit se iis opponere, & omni vi (falsificationum, & audacissimorum effatorum) evincere, Malachiam tantùm loqui de primo adventu Domini, & de Joanne Baptista in spiritu & virtute Eliæ præcursuro. Effugiola verò per se vanissima sunt, cùm Amesius ait : *Malach. 4. vers. 5. & Matth. 17. vers. 11. Nulla fit mentio vel Henochi venturi vel Antichristi, sed Eliæ tantùm. Apoc. 11. vers. 3. ubi agitur de Antichristo, nulla fit mentio vel Henochi vel Eliæ*. Resp. Esto non fiat nominatim : at alii ibi cum nullo veritatis colore intelligi queunt : de duobus autem illis habetur indubitata traditio Ecclesiastica apud SS. Patres, fundata in verbis Christi. Quàm verò audacter pergit tamquam evidentissimas veritates obtrudere, quæ, si non evidenter falsa, saltem verisimilia non sunt. Ait Malach. 4. vers. 5. prædici de primo adventu Christi idque evidentissimè patere ex loco parallelo Malach. 3. vers. 1. 2. At in cap. 3. nulla fit mentio Eliæ, sed prædicitur adventus Christi primus in templum suum, præparante ei viam S. Joanne Bapt. In quarto autem cap. apertè dicitur : *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis*. Quod verò mox subdit Amesius: *Cùm etiam Evangelista Marc. 1. ultima hæc verba Veteris Testamenti, prima fecit Novi, sicut rejicit hoc facto suo libros omnes apocryphos ab hominibus vi interjectos, sic etiam eadem satis clarè interpretatur de primo adventu*. Hoc inquam Amesii effatum apertè falsum est. Conferantur inter se cap. ult. Malachiæ, & cap. 1. Marci, & si quis potest, dubitet, Amesium esse splendidè mentitum, parique pseudologia hinc rejicere libros, quos ab hæreticis suprà vidimus expungi è Canone sacrorum voluminum. Sed necdum falsiloquiorum satis. Postquam enim operosè sategit ostendere per *diem Domini magnum & horribilem*, intelligi primum Christi adventum, pervertens varia Scripturæ loca, & detorquens contra communem sensum, ad suam phantasiam; subdit : *Hæc est clara explicatio loci, quam Arias Montanus in Malach. didicisse se testatur ab Angelo Gabriele*. Resp. Hæc est clara perversio Prophetæ, & decumanum crimen falsi in citatione verborum Ariæ Montani. Leguntur equidem ea verba apud Ariam; sed præcessit explicatio, ver-

bis & sensu prorsus diversa
tam exaggeratæ impietatis
ctaretur. Infringere debet
rat Bellarm. Primum Chri
literis vocari diem Domi
sed tempus acceptabile &
subjungit : *Ne fortè venien*
idest, ne veniens ad judic
iniquos, omnem terram
Eliam, ut habeam quos
primo adventu non venit
dicari; nec perdere, sed
quem nec attigit quidem
lud verò quod Bellarm.
vers. 7. 8. de Henochi &
esse intelligendum, ex e
insepulti per tres dies relin
ri, & in cœlum ascensur
dere Amesius, sed præter
corporum Henochi & El
sticam interpretationem
tantopere & universaliter
ab ipsomet Amesio, ex
Evangelici decreto damn
gnum affert. Quod enim
in spatio non posse omnibus
dicare, & ab iis mortuos
Resp. Quamtumvis id ve
Nam neque id Scriptura
requirit, cùm sufficiat in
in Metropoli Antichristi
statum famam ad Orbis
adhuc insulsius assertum
& Elias ibid. dicuntur
& duo candelabra, ideò
propriis & apertis declar
rali & proprio, sed mys
vinisticis Præconibus acci
refutasse est.

Ad CAP

Quarta demonstratio
tum est, Antichr
vissimam & notiss
publicæ religionis Cærem
nihil adhuc videmus. Na
Inquisitionem &c. non p
pta conferri cum unica
vel cujusquam alterius.
vinistæ in Gallia, & Be
horrendè cruciatos enec
combusserint Inquisitores
&c. His & similibus evide
tichristum necdum veniss
dum habuit, præter hor
contumelias, ac impiissi
Apostolicam, in omnes
ipsum tremendum Euchar
ea describere, cùm & a
tantillum lædant, aut
recurrant. Non est tame
Populus dissimulanda illa,
hoc (pudenda contradictio
Eccles. militant. lib. 3. ca
Bellarminus, *qui intelligun*
pore Antichristi : loquitur e
satione sacrificii Judæorum.
vel intolerabili & pudend
(quod vix credi potest,
jugi sacrificio per Antich
nielis cap. 12. in altero a

Hierusalem & templi, adeoque cessatione Sacrificii Aaronici; uti apertissimè patet ex cap. 9. Daniel. Vel si hoc advertit, palmare specimen edidit sinceritatis Calvinisticæ; ob quod meritò ab omnibus habeatur intestabilis.

Ad CAPUT VIII.

QUinta demonstratio ducitur à tempore. Antichristus non regnabit nisi tribus annis cum dimidio. Daniel. 7. vers. 25. & 12. vers. 7. Apoc. 12. vers. 14. At Papa jam regnavit spiritualiter plusquam 1500. annis; Ergo Papa non est Antichristus. Quid ad tam luculentam apodixin Amesius? 1. Declamat, *impossibile* videri, quòd *ab una singulari persona tantillo tempore tanta patrentur &c.* Sed fides Calvinistica non est mensura eorum, quæ intra tale tempus geri possunt ope Luciferi per ejus primogenitum, in quo ille velut corporaliter habitabit. Quanquam nihil obstat, quò minùs ei concedantur plures anni, quibus pravæ dispositiones passim in Orbe introducantur ad facilè recipiendum Antichristum, ut cum aliis bene ait etiam Beregandus ille apud Dionys. Carthus. falsariorum more ab Amesio citatus. Sed quidquid de hoc sit, quis neget, brevi tempore maximum & latissimè diffusum incendium excitari posse, præsertim ubi materia subjecta multis annis ad flammam concipiendam præparata est, & ubi res summa vi, cui nemo resistere potest, geritur, ut hic certè fiet, ipsis quodammodo inferis ad propagandum Antichristi regnum effusis, & plerisque etiam, qui tunc vivent, ad defectionem pronis, mundo jam ad universalem apostasiam per tot Antichristi præcursores (hæreticos, Mahumetanos, Judæos, Macchiavelistas, & Atheos) disposito: ita ut turmatim mortales in perniciem ruituri sint; Cui malo fideles, qui tunc erunt, & suo in gradu constantes persistent, medelam ferre non poterunt, quia vel immaniter trucidabuntur, vel in latebras & speluncas compellentur; ut bene dudum Abbato respondit Gretserus. Porrò ut Amesius suæ incredulitati fidem conciliet, ait 2. *Certè ficta hac Antichristi chimæra in causa est procul dubio, cur illud quod de Antichristo dicitur, multis Pontificiis videatur fabulosum.* Notandæ hic sunt singulæ particulæ; in quibus, ut paucis, ita emphaticis verbis, tam insanum mendacium credulis suis discipulis persuadet. Nec minùs notandum, immò stupendum est, quod subdit: *Ut Medina in Thom. part. 3. quæst. 8. art. 8. testatur.* Repeto, est hoc insanum planè mendacium, & effrons crimen falsi. Nam Medina sic orditur expositionem ejus articuli: *Quibusdam videtur fabulosum, quod de Antichristo dicitur. Cæterùm fabulosum esse nequit, quod Divina Scriptura exactissimè tradit.* Et infrà: *Itaque secundùm fidem asserendum est, quòd erit singularis quadam persona &c.* Unde sole meridiano clarius est, Medinam non de Pontificiis, (qui de fide tenent, Antichristum, ut singularem personam, per annos tres & medium, regnaturum,) sed de hæreticis locutum esse, cùm dixit: *Quibusdam videtur fabulosum &c.* Adeoque Amesium iterum meruisse, ut ex Lege Cornelia de falsis plectatur, aut saltem infami stigmate notetur. Quod 3. addit *Danielem cap. 7. & 12. non agere de Antichristo*, est antiqua nænia Abbati, Sutlivii, Sibrandi, Danæi &c. Calvinistarum, quos ex ipso Daniele evidenter falsitatis convincit P. Gretserus hoc loco. Cur verò Amesius ea enervare non aggressus est? Addit ibidem Gretserus pag. 886. quæ si Amesius ulla veritatis specie enervare potuisset, saltem aliquem suis calumniis & mendaciis colorem induxisset. Sunt autem Gretseri dicta hic repetitione & observatu dignissima. *Intolerabilis*, ait, *prorsus est hæreticorum petulantia & inverecundia, qui cum semper clamitent, ex allegoriis non posse deduci efficax argumentum; simul tradant, ea quæ Daniel cap. 7. & 12. canit*, ad literam de Antiocho Epiphane intelligi debere, neque uni loco plures sensus literales substerni: *hic tamen doctrina sua obliti, omnia, quæ ipsorum judicio de solo Antiocho Daniel scripsit, ad Rom. Pontificem allegoricè accommodant; & hæc omnia ab Antiocho, tamquam à typo, ad Papam, tamquam ad eum, cujus Antiochus typus fuerit, transferunt; tamque certa esse asseverant, quàm quæ certissima, nec quemquam rem tam dilucidam, & solis luce, ut jactitant, evidentiorem, in dubium revocare volunt.* Similiter, *mirum dictu! quando Luthero-Calvinici ex Apocalypseos capitibus argumenta ducunt contra Papam, quasi ipse sit Antichristus, tum Joannes loquitur de Antichristo: sed quàm primùm Catholici Doctores ex ipsis Capitibus Apocalypticis ostendere conantur, Papam non esse Antichristum, quando prædicantes eum hac calumnia onerant, tum Joannes nihil de Antichristo agit, sed præcisè de diabolo. Egregium verò artificium, risuque largo dignum! Quid cum his hominibus inceptes, quibus in disserendo non est regula veritas, sed phantasia, & quidem sinistris affectibus, potissimum odio miserabiliter excæcata?* Hæc una consideratio iis, qui à Ministris Lutheranis ac Calvinisticis miserè decepti sunt, sufficere meritò poterat ad explodendum illud tam impium, quàm insulsum de Papa Antichristo commentum. Sed suppetit adhuc una frigida evasio Amesio, Ex Apoc. 12. vers. 14. &c. *Triennis ista duratio non potest probari, nisi prius probetur*, tempus, *nihil aliud significare quàm annum*, & tempora, *præcisè duos annos.* Resp. Sufficere meritò fidelibus debet continua traditio Ecclesiastica, & universalis antiquitatis consensus. Neque vel unicum probatum Scriptorem nominare queunt, qui Antichristi 1270. circiter annos assignarunt, sunt Lutherani & Calvinistæ. Unde verò id hauserunt, nisi à Luthero post excommunicationem à Leone X. inflictam, illuminatissimo, non tam per iram furoremque fulmine illo Vaticano accensam, quàm per nocturnum ejus Didascalum? Nec potest rationabiliter dici, poni numerum certum pro incerto: id enim fieri non consuevit in numero perfecto, pleno, rotundo, uti sunt 10. 100. 1000. &c. hic verò est permixtio & varietas numerorum. Neque semel tantùm expressit Scriptura hunc numerum, sed sæpè illius meminit; neque uno, sed variis modis illum expressit. Et quidem ter sub hac forma: *Per tempus & tempora, & dimidium temporis*: Bis verò sub hac: *Mensibus quadraginta duobus.* Semel denique sub hac: *Diebus mille ducentis sexaginta.* Omnes autem istæ formæ loquendi assignant tres annos cum dimidio. Prima reperitur Dan. 7. vers. 25. & 12. vers. 7. Secunda Apoc. 11. vers. 2. & 13. vers. 5. Tertia Apoc. 11. vers. 3. Quis hic dubitandi modum non ponat? quis prudens ad Lutherano-Calvinistica somnia deflectat?

Ad CAPUT IX.

SExta demonstratio sumitur ex circumstantia adventus Antichristi, qui erit paulò ante finem mundi. Si enim Antichristus jamdudum venisset, deberet quoque mundus esse jamdudum finitus; at hoc falsum esse evidens docet experientia. Brevitas autem illa temporis inter Antichristum, & diem judicii, constat ex Dan. 7. vers. 8. ubi postquam *de parvulo cornu*, scilicet Antichristo, sermo fuit, mox subdit Propheta: *Aspiciebam donec throni positi sunt.* Apoc. 20. vers. 3. *Oportet illum solvi modico tempore, & vidi sedes, & sederunt super eas, & judicium datum*

est

est illis, &c. 2. Thess. 2. vers. 8. *Tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet Spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui &c.* Amesius ne gry quidem habet, quod opponat, præter frigidam antithesim: *Mundus*, aït, *post adventum Antichristi, debet necessariò diu durare, ut mysterium illud perficiatur &c.* Ast unde illa necessitas? *Quia*, inquit, *impossibile est tantillo tempore perfici mysterium iniquitatis*, quidquid Daniel & Joannes de modico tempore & instante judicio vaticinentur. Numquid hoc est esse ad incitas redactum?

Ad CAPUT XI.

CApite hoc & præcedenti Bellarminus aliam demonstrationem protulit, ex Nomine & Charactere Antichristi. Si enim Antichristus venisset, atque is esset Romanus Pontifex, certò constaret de Nomine à Joanne Apoc. 13. vers. 17. prædicto. At de Nomine Antichristi non modò magna Controversia est inter Lutheranos & Calvinistas, sed & revera adhuc à mortalibus ignoratur; ut omnes Catholici agnoscunt. Idemque est de charactere Antichristi. Amesius 1. *Si omnia vaticinia impleta sunt clarissima, qua fide contendit Bellarm. de Verbo Dei lib. 3. cap.* 1. magnam partem Scripturæ vaticinia continere, quibus nihil difficilius &c. & principium & finis Ezechielis sunt obscurissima, & numquam in tota Scriptura explicantur. *Sunt hæc vaticinia, maxima saltem ex parte impleta, quare non & clarissima efficiuntur?* Resp. Illa quæ in Prophetiis Vet. Testam. ad dogmata fidei pertinent, jam quoad Christum & Ecclesiam impleta; communiter in Ecclesia, quoad rem ipsam sunt clarissima, (ut etiam fatentur plerumque Neo-Evangelici;) verba tamen, & contextus sacer, etiam de iisdem potest adhuc alicubi esse obscurus & difficilis, etsi alibi perspicuè proponatur juxta Ecclesiasticam traditionem. Amesius 2. *Nominis hujus ratio non omnibus clarè constare debet, sed sapientibus* (Lutheranis & Calvinistis) Apoc. 13. vers. 18. At si sapientibus constare debet, Proceres Lutherani & Calvinistæ sapientes non sunt, qui tantopere inter se diffident, ut videre est apud Bell. Grets. &c. Immò Lutherani ipsi cum suo Patriarcha non consentiunt. Nam blasphemæ glossæ Bibliorum Jenensium tenent, ex S. Irenæo nomen λατεινος esse nomen Papæ Antichristi; cùm tamen mox contrarium ex Luthero subjiciant, nempe Patriarcham suum per numerum istum annorum *666.* intelligere numerum annorum sæcularis Principatus Papæ Antichristi; Quod tam evidenter Veritati, quàm Jenensium expositioni repugnat; ut omnino verum videatur, quod nuper in calce Appendicis prioris contra Musæum scripsi: Neo-Evangelicos istos interpretes certare de prærogativa mentiendi. Ad illud quod ait Bellarm., de nomine Antichristi inter Lutheranos & Calvinistas magnam esse controversiam; Respondet Amesius: *Controversia de nomine Antichristi, nulla est inter nostros: sed quo sensu aptissimè conveniat.* Sed negat Solem lucere in meridie sereno cœlo.

Ad CAPUT XII.

HOC cap. monstrat Bellarm. ex Antichristi ortu, natalibus, stirpe & familia, ac quòd maxime venturus sit propter Judæos, ab iisdemque tamquam Messias recipiendus &c. Papam non esse Antichristum &c. ex cap. 5. Joan. vers. 43. *Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Et 2. Thess. 2. vers. 10. *Eo quòd charitatem veritatis non acceperunt, ut salvi fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio &c.* Sicut nobiscum de Judæis in-
terpretantur SS. Hieronym. Iren. Amb
Hippol. Theodor. Cyrill. August. Hilar
Damasc. & qui non? Quid adhæc A
quid reverenter excipit hanc nubem
pretum? *Non est*, inquit, *quòd miretu
hujusmodi fictitia nota non conveniant A
Hæc enim esse* Vanorum Hominum (S
prà nominatorum, & Catholicorum
ra commenta, *satis apparet, quia nullu
habent in Scriptura* (juxta glossas Luth
sticas exposita.) 2. *Quia Scripturis* (L
vinisticè expositis) *adversatur, qua do
suum caput futurum Apostasia post Pauli te
da*, 2. *Thessal.* 2. *vers.* 3. *Judæi autem
& fuerunt abjecti, Rom.* 11. *vers.* 22.
*mundi misericordiam consequentur ibid. ve
quid verò eodem temporis momento recipe
Antichristum*? Resp. Non eodem mom
diu postquam receperint Judæi Antichr
Messiam, eumque Spiritu oris Chri
viderint, resipiscent Judæi. Unde
pturæ (Calvinistico-Lutheranis glossis
latæ) consonum affirmamus. Erit on
stus Rex Urbis Romanæ, tunc ad
pulso summo Pontifice, reversæ;
SS. Patres & Interpp. in cap. 17. A
ad Judæos, uti objicit Amesius. Se
*tione pugnat, ut omnes populi gentium
sese hominis Judæi imperio.* Resp. Subm
mi, non volentes, sed coacti; mu
nam ejus admirati, eum sequentur.
contra rationem, nisi Lutherano-Calv
tò minùs Catholica doctrina de Ju
Antichristo pugnat cum aliis notis à
ditis, ut Amesius objicit. Quæ enim
pugnantiæ, quòd prædicatio Evange
jam sit peracta? *Sed*, inquit, *Rom
latio, & Sacramenti altaris abolitio &c.
relationem habent ad hominem Judæum,
cipuè versantem.* Resp. Nulla alia rela
inter illas notas & Antichristi adve
quam coexistentiæ, ut per se patet.

Ad CAPUT X

BEllarminus hoc cap. probat, Se
non fore Romam (uti contendu
Hierusalem. 1. ex cap. 11. Apoc. v
citur: Duos testes, Henoch & Elia
cum Antichristo in Hierusalem, & ib
tichristo occidendos. 2. Ex Apoc.
Joannes dicit, decem Reges, qui s
manum Imperium, & quibus regnan
tichristus, odio habituros purpuratam
est, Romam, & eam desolatam
etiam igne crematuros. Quomodo
test esse Sedes Antichristi, si eo ip
beat everti & comburi? 3. Ex 2. T
Ita ut in templo Dei sedeat; ubi non
mitanum intelligitur à SS. Hippolyt.
lar. Ambros. Hieron. Chrysost. Aug
masc. Sed hæc omnia Amesio meræ
enim ait: *Una fabula posita, alia putid
Antichristi est Civitas illa magna, sept
&c. Apoc.* 17. *vers.* 9. *Numquid ista co
lyma?* Resp. Non certè conveniunt H
neque convenit Romæ ibi descriptæ
sti, quæ erit eversa & combusta f
ut eo cap. dicitur. Torquet se hic
effugium inveniat, ait: *Non combur
tempore, quo regnabit & florebit Anti
abibit in exitium. Ibidem enim dicuntu*

Antichristo tradituri, & sub ipso diu militaturi, *vers.* 13. & 14. Sed hæc non juvant Amesii commentum. Illi ipsi enim 10. Reges, qui Antichristo militabunt, quomodo possunt dici ejus sedem eversuri & combusturi? Semetipsos evertunt fabulones Lutherano-Calvinistici. Sed quid non audeant, qui omnia sursum deorsum versant, dummodo Rom. Pontificem misero vulgo persuadeant Antichristum?

Dixerat Bellarm. Apoc. c. 17. v. 16. intelligi Romam, non Christianam, sed ethnicam; hinc impostor Amesius infert: *Antichristus igitur tandem à Bellarmino collocatur in duabus sellis, Hierusalem & Roma &c. Malè certe consuta sunt ista fabula, & nimis monstrosa.* Sic est. Immò pessimè consutæ sunt istæ fabulæ à sutore Calvinistico, & monstrosissimè. Numquam Bellarmino venit in mentem, quod et Amesius affingit, cùm è diametro oppositum conceptis verbis affirmet, & multis confirmet. Et hæc quidem, ut superiora plura, supplicium ex lege Cornelia de falsis haud vulgare merentur: illud verò sibilum; cùm ad illam probationem Bellarmini ex cap. 11. de Sede Antichristi in urbe, ubi Dominus crucifixus est, locanda, ait 1. *Dominus noster non propriè fuit crucifixus in urbe Hierusalem, sed extra urbem.* *Hebr.* 13. *vers.* 12. 2. *Crucifixus fuit Dominus authoritate Romana, non Hierosolymitana; ut in illa actione, Hierusalem vocari possit platea Roma.* Hæc, inquam, risum, non refutationem merentur. Sed: Durum telum necessitas! Aliquid dicendum erat, ut non videretur suis convictus. Verè durum telum necessitas! Qui suprà cum suis gregalibus tanto impetu exsufflavit omnem Scripturæ sensum spiritualem & mysticum; hìc, ut Papam faciat Antichristum, admiranda metamorphosi transformatur totus in Interpretem mysticum, usque adeò ut etiam hæc apertissima verba Pauli: *Ubi Dominus crucifixus est*, dicat *esse spiritualiter intelligenda, sicut urbs illa spiritualiter vocatur Sodoma & Ægyptus.* Sed fidem mereretur Amesius, si, uti de *Sodoma* & *Ægypto* id in sacro textu exprimitur, ita de *crucifixione* exprimeretur; ast cùm id non fiat, ea metaphorica crucifixio antilogiis Calvinisticis adnumeranda est; præsertim cùm ea tropica crucifixio multò magis Lutherano-Calvinisticis urbibus, quàm Romanæ conveniat.

Ad CAPUT XIV.

BEllarminus hoc cap. demonstrat, Papam non esse Antichristum. Hic enim 1. Negabit Jesum esse Christum, ac proinde oppugnabit omnia Salvatoris instituta. 2. Asseret se esse verum Christum. 3. Affirmabit se Deum esse, & pro Deo coli volet. 4. Solum se Deum esse dicet, & omnes alios Deos & idola oppugnabit. Hæc autem non conveniunt Pontifici Romano. Ergo &c. Amesius 1. *Quædam horum conveniunt Antichristo, sed non omnia. Quia aliquam similitudinem Agni debet habere. Apoc.* 13. *vers.* 11. Tam Antichristus quàm cœtus ipsius (*ait Dionys. Carthus. in illum locum*) Christo similes apparebunt, per simulatam sanctitatem. *Debet aliquam similitudinem habere Propheta. Apoc.* 16. *vers.* 13. *Debet denique* (*Bellarmini judicio*) *Sabbatum observare.* Respondeo, Bellarminus ex Scriptura evincit, Antichristum ex professo negaturum, Jesum esse Christum, ac proinde omnia ejus Sacramenta tamquam seductoris conculcaturum: Tum quia, nisi oppugnet verum Christum, non recipietur Messias à Judæis, quod tamen dixit Christus Joan. 5. vers. 43. Tum quia, cùm omnes hæretici (typici Antichristi) aliquomodo negent Jesum esse Christum; ut constat ex 1. Joan. 2. vers. 22. ipse verus Antichristus singulariter & omnibus modis negabit Jesum esse Christum. Tum denique, quia per hæreticos dæmon operari dicitur mysterium iniquitatis, quia illi occultè Christum negant; At Antichristi adventus dicitur revelatio, quia ille palam Christum negabit. Sed hæc nec extremo digito tetigit Amesius. Effugiola verò quæ adfert, perquam frivola sunt, siquidem optimè stant simul ista duo, nempe: opponere se expressè vero Christo Domino nostro Jesu, ejusque Sacramenta omnia conculcare; & nihilominus externam aliquam similitudinem cujusdam Sancti hominis Dei præseferre. Cùm enim Divinitatem affectaturus sit Antichristus, sine dubio & miracula, & Prophetiam, & aliquam sanctitatem affectare debebit. Sed Sanctitatem Jesu Christi contemnet & negabit. Neque verò his adversatur, quod supra ex Medina dicit, immò ex 2. Thess. 2. vers. 3., *Antichristum non tam sceleratum, quàm scelus futurum & hominem peccati.* Nam, ut Beregandus ille, suprà falsariè ab Amesio laudatus, ait: *Potest fieri, ut primò omnes gentes* (multorum annorum spatio) *suæ ditioni subjiciat*, (& etiam per aliquam simulatam sanctitatem & miracula, plerosque, exceptis paucis electis, seducat,) *postea verò in superbiam elatus, se pro Deo coli instituat. Nam sicut mihi videtur, in tribus annis & dimidio, persecutionis tempus tantummodo comprehenditur, in quo & per se, & per suos discipulos, & per ostensionem signorum tota virtute laborabit, ut culturam Deitatis omnes homines sibi impendant.* Ex his patet & error & fraus Amesii. Fallit etiam aut fallitur, cùm Apoc. 13. vers. 11. confundit bestiam aliam cum priore, hoc est, Pseudo-Prophetam ejus cum ipso Antichristo, ut ex ipso sacro textu liquet. Sabbati quoque observatio, quam in Antichristo urget Amesius, potiùs ejus intento adversatur, & evertit, quod exstruere moliebatur. Si enim Sabbatum servari volet Antichristus, manifestè se ostendet Christo vero è diametro contrarium. Illud denique ridiculum est, quod Amesius ex eo quòd Antichristus ex Apoc. 17. vers. 5. *debeat esse Mater scortationum, idest, idololatria*, inferri vult, Antichristum non omnia facta Christi veri impugnaturum; ridiculum inquam; ut taceam, quòd Apoc. 17. vers. 5. non agatur de Antichristo, sed de Roma tempore Antichristi ad Paganismum reversa, ut suprà dictum ex consensu SS. Patrum & Catholicorum omnium. Amesius 2. *Quæ Antichristus dicitur in Scripturis dicturus, aut negaturus, potest dicere & negare in corde suo. Psal.* 13. *vers.* 1. *in operibus suis Ezech.* 28. *vers.* 2. *Contraria interim simulare pergens.* Esto! Non quæritur hic, quid possit, sed quid facturus sit? Amesius nec leviter quàtit asserta quatuor Bellarmini, etiamsi omnia, quæ hoc num. 2. blaterat, admittantur. Quid enim roboris habeat illud effatum, Quòd Antichristus: *Non dicturus sit se Deo majorem &c.*? licèt enim id dicturus non esset, affirmabit se tamen æqualem, homousion, hypostaticè unitum &c. Amesius 3. *Pontifices Romani, occulto suo modo* (& quis ille? quomodo Calvinistis innotuit?) *& reipsa dicunt & negant illa omnia, quæ Scriptura prædixit Antichristum dicturum & negaturum.* αὐτὸς ἔφα! Nempe Calumniari ἀντιχριστιανῶς, est ENERVARE BELLARMINUM!

Ad CAPUT XV.

IN hoc cap. demonstratio sumitur ex miraculis Antichristi, quorum sunt præcipuè tria 1. Finget se mori & resurgere Apoc. 13. vers. 3. 2. Faciet, ut imago bestiæ loquatur, ibid. vers. 15. 3. Ignem de cœlo descendere faciet, ibid. vers. 13. Sed nihil horum fecit Pontifex; ergo non est Antichristus. Amesius. 1. *Primum illud de fictione mortis, fingitur à Pontificiis: in textu non habetur.* Nempe non modò SS. Patres & Catholici cæci sunt, sed & plerique

Luthe-

Lutherani & Calvinistæ sunt Amesio lusciosi. Ipse solus vidit, eo loco non agi de simulata morte & resurrectione Antichristi. Immò neque in duobus reliquis quasi miraculis Amesius quidquam solidi esse putat, ad probandum intentum. Videamus quomodo verba Apocal. clarissima eludat: *Neque secundum*, inquit, *illud quasi miraculum narratur, sed ut restitutio, vel renovata repræsentatio collapsæ potestatis. Demissio etiam ignis de cælo, proponitur potius ut exemplum magnorum signorum, quæ Antichristus edet, quàm ut singulare quid ab ipso factitandum. Nihil est igitur solidi in toto hoc argumento.* Respondeo. Hæc glossa Calvinistica textui sacro palam adversatur. Quid enim clarius his verbis: *Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram &c.* Et rursus: *Datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiæ, & ut loquatur imago bestiæ &c.* Utri creditis Quirites? Amesius 2. *Miracula quæ tribuuntur Antichristo, non uni tantùm singulari personæ debent adscribi, sed prædicatoribus discurrentibus in nomine Antichristi.* Resp. Sicut hoc facilè admitti potest; ita applicatio mystica Amesii, cùm ait: *hæc ipsa miracula Pontificiis prædicatoribus vel Monachis discurrentibus fuisse olim familiaria, ut mortuorum excitationes per Sanctos, Imaginem Crucifixi S. Thomæ locutam, uti & statuam B. Virginis, (commemorem sui sexus;) ignem de cælo demissum, apud Lanturnum &c.* hæc, inquam, applicatio in primis repugnat dogmati Neo-Evangelico, universaliter tantùm sensum literalem in argumentando admittentem, ut sæpè dixi. Deinde tota quanta, ex blasphema Pharisæorum pharetra deprompta est. Verùm has sycophantias, uti & illam de Agno cereo &c. non est operæ pretium hic operosiùs excutere; dabitur alibi opportunior locus. Videatur interim de hoc cereo Agno P. Theophili Raynaudi Tractatus qui inscribitur: *Christianus cereo Agni symbolica imagine expressus*: ubi cap. 11. grunnitus Sectariorum validè exsufflat.

Ad CAPUT XVI.

TAndem hoc cap. arguitur evidenter, Papam non esse Antichristum, ex iis quæ de Regno & præliis in S. Scriptura leguntur. 1. Antichristum ex humili loco prodeuntem, per fraudes & dolos Regnum Judæorum adepturum. Daniel. 11. vers. 20. 21. Ubi licèt de Antiocho eadem aliquo modo dicantur, tamen, ut habet communis expositio Christianorum apud S. Hieron. multo perfectius competunt Antichristo. 2. Pugnabit cum tribus Regibus, Ægypti, Lybiæ, atque Æthiopiæ, eorumque regna occupabit. Daniel. 11. vers. 42. & cap. 7. ubi S. Hieronymus habet solemnia illa verba (*dicamus quod omnes Scriptores Ecclesiastici tradiderunt &c.*) supra recitata. 3. Subiget sibi alios septem Reges, & sic mundi totius Monarcha futurus est, ut ex Daniel. & Apocalyp. 17. Hieronym. Chrysost. Cyrill. &c. deducunt. 4. Cùm innumerabili exercitu, toto orbe Christianos persequetur; quod est prælium Gog & Magog, juxta Ezech. 38. vers. 18. cap. 39. vers. 1. & Apoc. 20. vers. 7. Unde clarissimè & quasi *Euclidea demonstratione* (ut cum Hodomoria Argentinate loquar) evincitur, Papam non esse Antichristum. Amesius ad incitas redactus in toto hoc Capite, sed præcipuè in fine, hoc modo ait: *Quòd Antichristus ex humili loco ortus, per fraudem, dolos & bella, Monarcha evaserit aliquo modo totius mundi, & Christianos ubique persequatur, verum est, & optimè convenit Roman. Pontifici*; (immò mendacissimus Coccysmus est, sibique minimè constans.) *Cætera neque fundamentum ullum habent in Scripturis*, (Lutherano-Calvinistica interpretatione detortis,) *neque humanitus confici possunt tribus annis cum dimidio, quibus terminis regimen Antichristi Bellarminus cum reliquis Pontificiis concludit*. Nempe *omnes Scriptores* I
Hieronymo talpæ sunt: Lutherani & C
ces & aquilæ! Sed post Amesium in c
bri tandem sequantur.

§. Unico.

Cavillationes Gerhardi discuss

Gerhardus Disp. 6. Thes. 55. conat
larmino probare, Papam esse Antichr
Bellarminus ex Sybillarum oraculis Divinita
bat lib. 1. de Christo cap. 11. §. 1. Atqui ii
culis Papa Romanus Antichristus, Roma I
tur: in cujus confirmationem videri v
& Wolfium Lutheranos JCtos, & hi
famissimum mendaciorum & calumnia
torem. Resp. Hoc est congruum Summ
rum Theologo argumentum, non solu
dignissimum. Sed cur verba non adn
nomen Sybillæ non expressit? cur authc
& classicum non laudavit?

Quæ Th. 56. testimonia nonnullorur
versariorum producit, non magis prol
liqua convicia Lutherano-Calvinistica
nec ille ipse Arnulphus Aurelianensis.
Salisburgensis, à Gerhardo citati, in se
Calvinistico, Papam Antichristum vo
enim revelatio quinto Evangelio secun
reservanda erat. Nihilominus ne quidq
cuis & Euclideis demonstrationibus d
mendaciis & obesis falsitatibus eas e:
dus. Quarum prima est: Quòd Sync
confirmaverit sententiam Arnulphi A
Non est qualecumque mendacium, f
quod vel solum, Gerhardi nomen dc
vis bonos viros reddere infame ac c
enim Th. 58. *Circa idem tempus Anni 12*
S. Amore Theologus Parisiensis publicè doc
Antichristum, & Romam Babylonem; S
mum Bellarminus lib. de Script. Eccles. v
& doctum. Sed ubi, quo anno, Be
Gulielmum à S. Amore ita vocat? Q
thor tradit illam ejus doctrinam de A
in quo ejus Libro exstat? Nonne in C
Auditne Titius negare hunc esse vel pu
vel crimen lege Cornelia plectendum
nim Gerhardus Gulielmum Episcopi
cum Gullielmo à S. Amore. Prior à Be
& doctus audit, non posterior, cujus
speciales errores damnati sunt. 3. Ejus
quod Th. 60. ait: *Bellarminum in Chr*
1306. vel ut alii volunt 325. non negare Pet.
tanum similia de Papa docuisse. At Bell.
nitùs ejus Petri, nedum ejus doctrina
cit. Forsan hoc ipsum Gerhardo est
O! eandotem Æthyopicum Lutheran
simum! 4. ait: Nilum Thessalonicen
matum Papæ librum scripsisse, ab I
est productum. Sed an nihil de suo Int
deburgensis assumserit, quis fidem faci
tra Primatum disputantem Nilum, Bel
lib. 2. Quòd vero idem in eodem lib. (
videre non licuit). multis rationibus d
pam esse Antichristum, securè adnun
daciis Gerhardinis, donec probetur cc
sumptio enim validissima stat contra C
semel malus, semper præsumitur malus in
licti. 5. Quod pari fide Græco-Luther
Franc. Petrarcham Th. 62. patebit in
nimum lib. de Script. Eccles. A. C. r
dicem de Roman. Pont. cap. 20. No

omnis Titii declamatio, ut labem multiplicem Gerhardo abstergat.

Deinceps Th. 64. & seqq. conatur refutare Bellarminum docentem (Quòd Papa se nullo modo parem faciat Deo) ex ipso Bellarmino. Sed quæ profert, tam sunt insulsa, ut pigeat recitare. *Puerilia* planè sunt jacula, ne relatu quidem, nedum refutatu digna. Paradigma esto unum pro omnibus. Recitat Bellarm. celeberrimum illud & omni acceptatione dignissimum S. Bernardi eloquium lib. 3. de consider. in quo Papa vocatur: *potestate Petrus, unctione Christus.* Hinc ita sycophantatur Gerhardus: *Atqui si Papa habet omnem potestatem in cælo & in terra; si est unctione Christus; quomodo affirmari potest, quòd se nullo modo dicat Christum?* Rectiùs ego sciscitabor: si assecutus est sensum Doctoris mellifluí & Catholicorum omnium; cur sycophanticè in pravum detorquet? Si non; cur blasphemat, quod non intelligit?

Th. 70. doctrinam de *singulari una persona Antichristi* impugnat ex Bellarm. asserente, *quod illud* Matth. 16. vers. 18. Tu es Petrus & super hanc Petram &c. *quamvis exprimatur numerus singularis cum Articulo & particula:* super hanc &c. *nihilominus tamen ad totam Pontificum, in una Sede sibi invicem succedentium seriem referatur.* Ergo pariter &c. Resp. Disparitas luculenta est, quia illis verbis Christus unum Ovilis perpetui Ordinarium Pastorem instituit, ac consequenter etiam perpetuum in Successoribus: At sufficit, ut Ecclesia sustineat unicum tam immanis & quasi infinitæ impietatis & tyrannidis adversarium Antichristum. Antilogia Th. 72. & 73. de prædicatione Evangelii in toto mundo ante adventum Antichristi ne apparens quidem est. Etsi enim etiam primis seculis in toto mundo (hoc est in Europæ, Asiæ, Africæ provinciis aliquibus) sparsa fuerit prædicatio; hinc tamen non sequitur, in omnibus regnis & provinciis illarum trium partium Orbis veteris, & in America idem contigisse.

Thes. 75. Secundæ notæ, quæ est destructio Rom. Imperii, opponit Gerhardus, quòd *juxta Bellarmin.* eodem lib. 3. cap. 5. §. probat &c. *quatuor Monarchiarum successio usque ad finem mundi se extendit, ideoque omnimoda destructio Roman. Imperii non possit Antichristi adventum præcedere.* Resp. Finis mundi, moraliter & non physicè aut mathematicè acceptus hic intelligendus est; exclusivè, non inclusivè; atque idem est, ac finem mundi tunc instare. Frigidior adhuc est Antilogia Thes. 76. 77. & seqq. Penitùs verò ridiculus est Gerhardus, dum Antilogiam captat in Bellarmino, ex hoc, quòd ipse cum certa Catholicorum sententia reditum Henoch & Eliæ tempore Antichristi docuerit, & tamen ibid. §. quo loco dicat: Non posse se satis mirari, cur Episcopus Jansenius, contra omnium veterum opinionem de adventu Henoch & Eliæ nolit convinci ex loco Siracidis. Hoc, inquam, à sobrio scribi non potuit. Quæ enim hic vel umbra contradictionis?

Contra IV. Bellarmini demonstrationem de *cessatione publica religionis &c.* tempore Antichristi, opponit, quod juxta Bellarm. lib. 3. de Eccles. cap. 13. Ecclesia *non possit in mundo esse invisibilis, ita ut Pastores & oves se invicem non agnoscant. Cum hoc autem non posse stare, ut cessent omnes publica religionis caremonia.* Resp. Optimè hæc simul stare poterunt; uti de facto contingit in Anglia, Belgio &c. ubi publicus Catholicæ Religionis usus vetitus, & tamen Pastores & oves optimè se invicem agnoscunt; uti & contigit in decem persecutionibus trium primorum sæculorum. Unde & quod Thes. 81. ait Gerhardus: Aut *ergo Missa non est verum Eucharistia Sacramentum, aut durare debet usque ad finem mundi*, libenter admittimus; nam ad celebrationem cœnæ Dominicæ non requiritur permissio publica; alioquin Ecclesia primis tribus sæculis etiam caruisset Eucharistiæ Sacramento. Porrò indignæ sunt ejusmodi illationes vel Theologiæ tyrone.

Antilogia, quam ex V. Demonstratione Bellarmini Gerhardus conflare & persuadere conatur, nihilo est prioribus solidior, & probè inspectis Bellarmini locis, ultro evanescit. Similiter & Thes. 84. & 85. Cur enim ex eo, quòd juxta phrasim Scripturæ, *novissima hora dicitur* tempus à primo Christi adventu usque ad secundum; hinc inferatur, Antichristum non venturum paulò ante finem mundi; sed consummationem sæculi idem esse cum illa novissima hora? Numquid sunt hæ quisquiliæ nugacissimarum nugarum?

Sequitur Thes. 87. Chrysipæum acumen: Juxta Bellarm. *Nomen & character Antichristi describitur in verbis Apoc. 13. vers. 18. Ergo falsum est, quod Bellarm. c. 10. urget: Papam non esse Antichristum, quia si hic esset, de ejus nomine certò constaret; cum tamen de hoc sit maxima controversia.* Ergo baculus stat in angulo! Ergo Gerhardus somnians ista scripsit! Anne descriptio ænigmatica, & numeris Platonicis obscuritate suppar, quamdiu mysterium nondum revelatum habetur, unum & idem est cum perspicua notitia rei jam præsentis? Æque arguta collectio est, quam mox subdit: *Martinus V. in Bulla ad Inquisitores disertè dicit: Ii qui nolunt Rom. Sedem pro Capite agnoscere, nec domicilia teneant, nec larem foveant, nec contractus ineant, nec mercaturas exerceant &c. Ergo character Antichristi in manu dextera omnium, aut in frontibus clarè apparet. Ergo Papa Antichristus jam dudum manifestè se prodidit*, quod erat demonstrandum! Vim Bellarminiani argumenti Th. 89. à Gerhardo relati, non puto ab eo perceptam. Quæ enim oppositio inter has duas propositiones: 1. Antichristus asseret se esse verum Christum in lege & Prophetis promissum. 2. Antichristus nondum venit, nec constat de ejus nomine & charactere? Numquid Logicæ Lutheranæ privilegium est, quælibet colligere ex quolibet? Ejusdem farinæ est, quod sequitur Th. 91. *Juxta Bellarm. probabilior quidem valdè, non tamen omnino certa est opinio SS. Irenæi, Hippolyti, Ambrosii, Augustini, &c. quòd Antichristus sit nasciturus ex tribu Dan; Ergo*, infert Gerhardus, *non est certum, Papam non esse Antichristum, ex eo, quòd Roman. Pontificum nullus fuerit gente aut Religione, aut ullo modo Judæus.* Resp. Solidior hæc argutatio non est, ac ista: Gerhardus non est Svevus; Ergo non est Germanus.

Cavillus Thes. 93. planè evanescet, si notes, nos, cùm dicimus, Antichristum fore Judæum, non accipere strictè ex tribu Juda; sed pro Hebræo ex Israelitis cujuscumque tribus.

Quæ deinceps usque ad finem, quatuor vel quinque Thesibus accumulat, de Sede Antichristi, & quòd extollet se supra omnem Deum &c. jam suprà in Amesianis expedita sunt.

Ad CAPUT XVII.

HIC est supremus hæreticorum conatus, mendacium ponere spem suam. Mænades hìc agunt plerique omnes, ac tantus eos in hac re æstus corripuit, ut non immeritò singulos possimus affari verbis S. Hieronymi lib. 3. apolog. cap. 9. *Tu videlicet flammeus, immò fulmineus, qui in loquendo fulminas, & flammas ore conceptas tenere non potes; atque ut ille Barchochobas author seditionis Judaicæ, stipulam in ore succensam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere videretur; ita & tu nobis alter Salmoneus, omnia per quæ incedis illustras, & nos fumosos arguis.* Et revera æstus ille rabiosus mentem hæreticis evertit, ut cùm meras fatuitates fundant, apodixes Euclideas sibi nectere videantur. Quis sine risu legat vesanias Gabrielis Poveli? & tamen hic idem mox in fronte libelli *Deum sanctè testatur, se evidenter scire Papam esse Antichristum.* A quo vix abest

Hodo-

Hodomoria Argentina. Et ne in cæteris percensendis hæream, non possum non hic adnotare, quid Lutheranus quidam tenebrio (qui nomen suum huic anagrammati voluit includere: Divino subiet Christus honore necem) Heilbronnæ Anno 1633. in hoc argumento (de Antichristo) præstiterit, libello typis evulgato, sub auspiciis Illustrissimi Domini Apelii Ochsensterni, hac inscriptione (Sententia definitiva SS. Verbi Divini ad Danielem, Esdram, & Joannem Prophetas &c.) Hic ille malesani sui cerebri fatuitates, tamquam mera Divini Verbi axiomata, & omnibus demonstrationibus Mathematicorum præferendas jactat; nempe (ut pauca è plurimis referam) Austriaca Domus suus instat Terminus, adsit! Spiritus S. Romano Imperio excidium manifeste minatur &c. pag. 44. Manifestum fit cuivis, Romani Imperii exitium præ foribus esse. Stat igitur sententia Dei, quæ revocari nequit, de fatali & totali Romani Imperii excidio &c. pag. 31. Luculentissimè monstrat lectori pag. 71. & seqq. ex Daniel. 11. 1. Bestiam Romani Imperii & meretricem illi insidentem, nempe plenitudinem potestatis Apostolicæ vers. 36. 2. Affectationem cultus Divini ibid. 3. Pollutionem præternaturalem, quæ necessariò consequitur rejectionem conjugii à Deo ordinati, quæ neque Sodoma nec Gomorrha majorem vidit. ibid. 4. Abnegationem Dei veri vers. 37. 38. 5. Potestatem absolutam in translatione Regnorum &c. Loci subjectum addit Daniel. vers. 45. nempe Romam pag. 78. & seqq. Ex cap. 12. Danielis, Antichristi causa corrumpens propinqua est, Rex Aquilonis (Sveciæ.) Quò facilius Heros ille incomparabilis agnosci ab omnibus queat, Propheta valdè sollicitus est in ejus descriptione, &c. Præmia quoque quæ manus Regis Aquilonaris ex strage Antichristi habitura sit, non reticet Propheta, uti & Apocal. 11. Ex eodem cap. 12. Daniel. vers. 14. tempus, tempora, & dimidium temporis, indicant annos 1260. quibus Electi (sancti clanculari Lutherani & Calvinistæ) probabuntur: sume hic tempora strictè pro annis, & mysticè resolve annos in menses, menses iterum per 30. in dies; & habebis annos 1660. Hos si numeres ab anno Christi 367. pervenies ad annum 1627. ibi finiri debuit probatio electorum. Procedit deinceps pag. 97. & seqq. ad lib. 4. Esdræ cap. 10. quem contendit esse Deutero-canonicum, quidquid alii reluctentur, & in Bibliis vernaculis non ponatur. Pag. 124. ex eodem lib. 4. cap. 12. vers. 14. firmissimè à se demonstrandum, ait, quòd per pennas 12. Austriaci Imperatores intelligendi sint. Deinceps ex Apoc. 5. vers. 10. ostendit pag. 157. inchoari ab anno 600. Millenarium animarum vendicatricium sub regno Antichristi, usque ad Annum Christi 1600. Ab illo tempore sol obtenebratus, idest, Verbum Dei obscuratum hominum malitia, quæ sacco piloso Mahumetici Alcorani, & Pagano Papisticarum Traditionum illud obvolverunt. Inde Luna, hoc est, Ecclesia cùm luce minutentia Verbi Divini privaretur, necessariò obscurari & deficere incipit. Post sexcentas fatuitates S. Joanni affictas, tandem pag. 189. & seqq. ex Apoc. 10. monstrat, quòd tum Millenarius Antichristianus Anno Christi 1599. finitus fuerit. Millenarium sanctum (electorum Lutheranorum & Calvinistarum) sub initium sæculi 16. incepturum, non præcisè in anno 1600. sed in seqq. aliquot lustris. Abbreviabitur autem Millenarius Sanctorum (Lutherano-Calvinisticorum) in initio & fine Initium adimet huic Millenario annos plus minùs 30. Sub hoc Millenario sancto Ecclesiæ suæ quoque crux non deerit: immunis tamen erit à jugo ferreo illius Bestiæ Romanæ, liberumque veræ Religionis exercitium ubique obtinebit sub Evangelicis Principibus. Ut mysterium iniquitatis 15. temporibus, sæculis succrevit; ita 15. temporibus parvis, idest, annis communibus ab anno 30. ad 45. conficietur: Interea plurimus de Pontifice: Da Gott in Kürtzer Zeit ubern Hauffen vverffen vvird, vvas Teuffel und Pabst innerhalb 1500. Jahren haben zusammen gestoppelt. pag. 215. ex c. 17. Apoc. ait: Decem cornua sive 10. regna quæ ex

ruina prisci Romani Imperii prognata, si
glia. 2. Bohemia. 3. Dania. 4. Gal
mani titulo Romanorum hactenus superbi
7. Hungaria. 8. Italia. 9. Polonia. 1c
tenus fuere primi. Hæc regna omnia &
formationem Evangelicam, potentiam s
mano tradiderunt, & pugnaverunt cum
retrix adhuc imperaret aquis multis, id
tionibus. Sed miro Dei consilio, ordo
sus est. Decem enim Regna, quæ prii
lium Roman. Pontificis, idem quoque
debent; ubi in primis se verum præsta
(Svecus pag. 218. Indicit funus Babylo
v. 9. additque: In textu omnia sunt. T
Efflorescentem Ecclesiæ (Lutheranæ &
statum in terris usque ad Judicium, at
cap. 20. Apocal. describit: Nihil, inq
potest iis, quæ hoc universo cap. propon
datur hunc in modum: Quemadmodum
rano-Calvinistici) non adorantes Bestia
tes characterem ejus; præterito Millenar.
tùm non oppressi sunt: sic vicissim Miller
Imperium super omne cælum obtinebunt &
le clariùs elucescit, per hunc Millenariu
(Lutherano-Calvinistici) cum Christo re
æternitatem intelligi non posse; quia cùm
fuerimus promoti, Satan nunquam nos
terit, &c. Quisquis igitur amat Verbum
phantasiæ relictum) hasce Dei promiss
& inter se invicem conferat: tum de futu
theranæ & Calvinisticæ) in terris fæ
continuò cessubit. pag. 223. Atque ita
gratiam Demonstravi, Sanctam Dei
to priùs ferreo Imperio Roman. Meretric
leta, & sanctius Imperium (Svecicum)
(Lutherano-Calvinisticum) manere. E
ex Apollinis tripode, sed ipsissimis Spir
me allata sunt, & 1000. modis tum secu
cum ipso historia, quà sacra quà profa
tiunt, tanta apud cunctos authoritatis e
Omnes illi qui Antichristo Romano, ab i
dum banno percusso, in Verbo (Lutheran
condemnato, & ultimo propediem suppl
vent, tremendum Dei judicium nequid
Heus! heus igitur Mandatum Dei avoc
ex illa popule mi! deserite Babylonem
mis, facultatibusque; neque consiliis, au
sia ipsam porrò juvate aut firmate, ne i
gorum ipsius participes fiatis, cum jactur
marum, & æternæ salutis. Nunc quod
mo Maximo gratias ago quas possum con
pro eo quod infinita sua Sapientia radios
temporibus nil tale merentibus manifeste
suum consilium de conservatione & prop
sub finem mundi clarissimè patefaciat &c.
radigma illustre interpretationis Neo-E
an mereatur potiùs elogium stolidæ fat
resis sacrilegæ, cuivis æquo Lectori a
linquo: Id verò eo fine, modica ex
serere libuit, ut ex unius palmari insa
terorum omnium hæreticorum æstime
non omnes tam eminenti, ut tenebr
cia & furore efferantur; nemo tame
qui non eundem differendi de Antich
rem accuratè observet. Verbis porrò
Romanum Pontificem velant rabiem
lem, quem alioquin universaliter urge
cùm aliàs Papam Antichristum facen
allegoricum vel mysticum constante
mendaciis, conviciis, calumniis &c.
Amesius in omni hac illaudabili arte,
cedit; etsi Povello, Sibrando, Abb

Calvinistis &c. apud Gretserum pro merito depexis aliquanto cautior. Producit hic viginti argumenta, innumeris (gemmarum adinstar) distincta mendaciis, falsificationibus, calumniis, cavillis, sacrilegiis, verbi Divini perversionibus &c. Non reor operæ pretium esse singula verbatim recitare & discutere. Referam solùm, quæ vim aliquam præ cæteris habere videbuntur, paucisque ostendam eorum futilitatem. Primò igitur ejus argumenta (si tamen argumenta) ordine producere juvabit.

I. *Nota Antichristi quæ ponuntur 2. Thess. 2. vers. 4. & seqq. competunt in Regnum Papæ, & ejus membra. 1. Quia regnat in Ecclesia sub prætexta Ecclesiasticæ authoritatis. 2. Sumit sibi jus mutandi doctrinam Christi, & cultus à Deo institutos: sua autem vult observari tamquam Divina. 3. Sumit sibi jus de animabus post hanc vitam. 4. Non vult ab Ecclesia, aut alio judicari. 5. Hæc & similia summa sævitia defendit.* Resp. Hoc argumentum est ex conglobatis spissisque calumniis. Verba Apostoli sunt hæc: *Homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.* Quid hic in sensu literali contra Papam? ne gry quidem. In sensu verò mystico aut accommodatitio, quis tam hebes, ut non majori cum colore veritatis, eadem verba Amesii, in parentem ejus Calvinum, aut avum Lutherum retorquere possit? Immò illas ipsas quinque Amesianas calumnias de utroque Patriarcha facillimum erit in sensu accommodatitio verificare Verè enim Lutherus & Calvinus authoritatem Ecclesiasticam sibi arrogarunt, supra omnes Pontifices & Doctores doctrinam Christi adulterarunt, ut ipsimet de se invicem liberaliter profitentur: Jus in animas defunctorum sibi sumpserunt, extinguendo Purgatorium & Limbum Patrum adscribendo cœlitibus eos, qui sine dubio cremantur in Tartaro: nolunt ab ullo judicari, nec legem *interpretandi Verbi Divini* pati: & hæc omnia tuentur summa sævitia, ut elucet præsertim ex Theatro crudelitatis Calvinisticæ &c.

II. *Papa sibimet jus arrogat ligare, quibus visum est legibus, conscientias, & æternis pœnis subjicere: Sacramenta pro libidine sua, vel nova instituere, vel quæ à Christo instituta erant corrumpere & vitiare, immò penitus abolere, ut in ipsorum vicem substituat sua sacrilegia; media consequendæ salutis aliena prorsus à doctrina* (Quint-) *Evangelica comminisci: totam denique pro suo nutu mutare.* Resp. 1. Ut hoc argumentum aliquid valeat, major debebit esse hæc: *Quicumque ista commemorata facit, ille est magnus ille Antichristus ab Apostolo, Daniele, & Joanne descriptus.* Ast hanc majorem nusquam nobis Amesius ex Scripturis leget; sed tantùm ope Hermeneuticæ, vel Syllogisticæ Quodlibetico-Calvinisticæ extundet: quam pari facilitate, & majori æquitate à nobis rejici, quàm ab ipsis proponi certum est. Resp. 2. Amesius nihil assumit hic (ut antea) quod non adipatam contineat calumniam; & quod non incomparabiliter majori cum specie veritatis de Lutheranis & Calvinistis affirmari queat. An non enim docente nocturno Lutheri Didascalo, quinque Sacramenta Christi, ab omni Christianitate semper agnita, funditus destruxerunt; Eucharistiam vitiarunt, & in vacua & egena symbola permutarunt, atque vix baptismo pepercerunt? Quidni ergo Calvini Synagoga dicatur Antichristi regnum juxta propria Amesii principia? Porrò cùm à nobis, probatio exigetur; potiori jure nos Amesio, quàm ille nobis reponere poterimus: *Probari non debent, quæ non sunt dubia: Hæc autem* (de Sacramentis) *ab omnibus non sponte cæcutientibus possunt non tam videri quàm palpari*, præsertim in Sacramentariis.

III. *Papa adimit Christo Sacerdotium cum Prophetia. 1. Quia non solùm Christum vult audiri, sed magis se suosque aliud Evangelium adferentes. 2. Quia multos alios Mediatores in cœlo pro Christo substituit. 3. Quia infinitos Sacrificulos pro Christo in terra substituit. 4. Quia per merita suorum nos vult salvari.* Resp. Amesius iterum non probat Majorem, quæ hic reticetur, ex Scriptura: nec mirum, cùm ibi non contineatur, sed tantùm in virtute colligendi quidlibet ex quolibet. Allata enim ab Amesio, meras & atroces calumnias esse, patebit infrà in particularibus materiis; Sicut enim Calvinistis, ita & nobis, æquè promptum, sed magis verum erit dicere: Calvinistas Christum nolle audire, sed sibi suisque magis arridere Quint-Evangelium partim secundùm Calvini, partim secundùm Martini phantasiam concinnatum.

IV. *Papa aufert etiam Christo Regnum, quia in terris vult ipse esse Caput Ecclesiæ: in cœlis verò alios Opitulatores & Servatores nobis constituit, ad quos in miseriis nos confugere jubet.* Resp. Iterum reticet & non probat Majorem, quæ sine dubio nullibi in Scriptura reperitur. Assumit verò quod nos in bono sensu facilè admittimus. Conclusio autem subintellecta sine dubio est evidenter falsa, ob Majorem manifestè falsam; quæ si vera esset, etiam Græci Schismatici, Angli Hierarchici &c. Antichristi dicendi essent; cùm & hi Regem, Caput Ecclesiæ agnoscant; illi nobiscum colant Intercessores in cœlis; immò & ipsi Calvinistæ, qui intercessores in terris admittunt.

V. *Papa sumit sibi potestatem agendi quodlibet, ita ut nemo audeat ei contradicere, sed omnes voluntatem ejus accipiant pro Lege.* Resp. Non est hoc argumentum, sed mendacium, lippis & tonsoribus notum.

VI. *Papa vult se audiri plus quàm Deum, blasphemansque vociferatur, Scripturam esse fontem omnium hæresum & schismatum, esse ambiguam & obscuram.* Resp. Iterum obtrudit assertionem sycophanticam loco argumenti, jam suprà satis excussam.

VII. *Papa oppressit Politias plurimas, & innumeras Ecclesias.* Resp. Etsi hoc decimanum mendacium ut pura puta Veritas admitteretur: quomodo tamen exinde inferre liceret, Papam esse illum Antichristum solemnem, de quo Daniel, Paulus, & Joannes scribunt?

VIII. *Papa totam ferè pietatem in eo collocat, ut multa magnaque templa splendidè exstructa, omnigenis pretiosis ornamentis niteant, cantuque reboent.* Resp. Si externam pietatem intelligat, non multum mentitur Amesius; Sed mirum est, quomodo hinc inferri valeat Antichristus? cujus erit prosternere & vastare templa omnia Deo in honorem Christi & Sanctorum exstructa; quo in opere equidem vix habet prodromos sibi obsequentiores, quàm Muselmannos & Calvinistas.

IX. *Papa eodem modo agit in suis Sociis & asseclis ditandis, quo prædictum fuit de Antichristo Apoc. 18. vers. 3. 15. 16.* Resp. Vix credidissem, in tam paucis verbis, posse tot flagitia includi. 1. Nullum hic argumentum est, sed mera assertio calumniatrix. 2. Apertè mentitur de sociis & asseclis ditandis. 3. Ditatio, qualis in Papa inveniri potest respectu bene meritorum, non potest comparari cum largitionibus aliorum Regum ac Principum; Unde in hos, juxta Amesium, conveniet Antichristi prædicatum. 4. Illud Caput Apocal. 18. vers. 3. 15. 16. non agit de Antichristo. 5. Nulla ibi mentio nisi de Mercatoribus. 6. Cur à litera & historia ad allegoriam (contra legem sibi positam) transsilit Amesius? 7. Quale argumentum est hoc: *De cujus virtute deliciarum Mercatores terræ divites facti sunt, ille est magnus ille Antichristus, de quo Apoc. 18. Sed de virtute deliciarum Papæ Mercatores terræ divites facti sunt; Ergo Papa est Antichristus.* Numquid hoc emoti cerebri est delirium, aut furentis insania? Et tamen hæ sunt apodixes Calvinisticæ, quibus ENERVATUR BELLARMINUS, & evertitur Papatus!

X. *Papa*

X. *Papa prohibet conjugium, & ciborum usum, quæ doctrina sunt dæmoniorum.* Resp. Doctrina dæmoniorum, est turpiter ad suas blasphemias stabiliendas abuti verbis Apostoli, ut suo loco ostendetur de pessimè cit. 1. Tim. 4. vers. 1.

XI. *Papæ doctrina Evangelio Christi adversatur 1. in eo quòd non solùm verum Deum, sed & homines mortuos invocari vult, & Ethnico more, alligat cultum & invocationem Dei ad certas statuas.*

XII. *Adversatur 2. doctrina Papæ Evangelio Christi, quòd docet, non propter solùm Christi meritum, sed partim etiam propter nostra bona opera nos justificari & salvari.*

XIII. *Adversatur 3. in eo quòd docet semper dubitandum esse, an habeamus remissionem peccatorum; quæ dubitatio simpliciter pugnat cum fide.*

XIV. *Adversatur 4. cùm docet, in sacrificio Missæ Christum à Sacerdotibus quotidie Deo Patri offerri.*

XV. *Adversatur 5. cùm negat Dubitationes de Deo, securitatem carnalem, contumaciam & concupiscentiam nobiscum natam, & in renatis reliquam, esse peccata.*

XVI. *Adversatur 6. Evangelio Papa docens, hominem posse legi Dei satisfacere, & hac impletione legis, justum esse, & vitam æternam mereri.*

XVII. *Adversatur 7. Evangelio Papa, addendo præceptis Dei, & totam Ecclesiam suam præceptis obruendo.*

XVIII. *Ex diametro 8. adversatur docens & decernens, utramque partem Cœnæ Domini non esse omnibus Christianis ministrandam.*

XIX. *Adversatur 9. dum docet Contritionem mereri remissionem peccatorum, & confessione auriculari, & satisfactionibus indebitis, pro æternis pœnis peccatorum satisfieri; & hæc ipsa tamen pecuniis redimi posse.*

XX. *Hæc omnia eo turpiora sunt in Papa, quòd hæc omnia faciendi ac statuendi jus sibimet arrogat, quatenus ut Princeps Episcoporum, supremam potestatem habet in omnes reliquos Episcopos, & totam Ecclesiam, cùm tamen ne Episcopus quidem sit; utpotè qui nihil Episcopale facit in docendo, Sacramenta administrando, monendo, hortando, & disciplinam Ecclesiasticam administrando.* Hæccine sunt amentata illa tela Amesii, Arietes ineluctabiles, quibus se enervasse Bellarminum, & Antichristum exarmasse singulis paginis crepat? Nulla hic argumentorum (qualia in Capitis inscriptione pollicetur) vel species, nedum vis. Pleraque sunt nudæ assertiones Calvinisticæ, hoc est, hæreticæ, calumniatoriæ, mendaciis adipatis suffarcinatæ; & tamen etiam illis omnibus admissis & suppositis vix modicè probabilis sive conjectura, sive consequentia inde extundi potest. Quæ à num. 10. usque ad 20. blaterat, in specialibus Controversiis diffluuntur. Collegerat P. Gretserus centum mendacia in specialibus ex Alastore Anglicano Gabr. Povelo; ac pluribus fatigatus ait: *Qui chiliadas Povelianorum mendaciorum contexere cupit, hic uberem inveniet materiam. Nihil hoc Calvinista ad mentiendum projectius, ita ut in tanta vanitate & petulantia, velut in lucidissimo speculo agnoscam Spiritum Antichristi, quo jam nunc Antichristi futuri herus Diabolus, præcursores Antichristianos afflat. Contunde in mortario totum Poveli librum, ne guttam quidem ingenii exprimes; nihil in illo, quod ullum ingenium, aut ullam ingenuitatis vel modicam umbram indicet &c.* Vix meliora de hoc 5. cap. Amesii pronuntiari queunt. Nolo pretiosum tempus iis recensendis conterere, aut bonas chartas impiis ineptiis replere: specimen tantùm daturus, ex innumeris paucula depromam. Thes. 24. num. 5. *Nomen ipsum* Domini Dei nostri, *Papæ approbanti tribuitur à suis. Extrav. Joan. 22. in gloss. Decretal. lib. 6. tit. 6.* Satanicam hanc calumniam excussi in 1. part. Irenici Anti-Calixt. cap. 12. num. 4. Quàm verò Amesius peritus sit juris Canonici, patet ex hac ejus citatione. Thes. 23. sic ait: *Docet Bellarm. apertis verbis, hactenus esse in potestate Papæ, mutare doctrinam Christi, ut si Papa præciperet vitia,*

vel prohiberet virtutes, teneretur Ecclesia cre-
se bona, virtutes malas. Inspiciatur lib. 4
Roman. Pont. cap. 3. & liquebit effrons
Thes. 27. num. 2. ait: *Sacramentum novu*
pa, cùm species vel accidentia panis & vini
cramenta. Stuporne an malitia hic potior
Media consequendæ salutis à Papa introducta
larm. quidem ipse negat. At ubi? *Cùm Bel*
pam esse Legislatorem, & Deum ejus execu
Papam effert in ista relatione supra Deum,
gumentum nobis suppeditat, quo Antichristum
scamus? Quidni ergo & Amesius fuerit
dum suæ Conjugi, filiis, ancillis præce
occultam transgressionem Deus plecter
sunt? Thes. 28. num. 4. *Legimus apud omn*
qui docent, Ecclesiæ vel Papæ authoritatem
esse rationem formalem, propter quam Chr
tis & aliis fidem habeamus. Quam hero
mendacium, norunt omnes Theologi,
cos, imò nec unicum ita sentire, & p
haberi constet. Videatur P. Esparza de
q. 15. Th. 33. Produxerat Amesius C. S.
ubi dicitur: Si Papa infinitas animas se
num traheret; tamen nemo debet ei di
cis? Et glossa: Papæ est pro ratione
duo facinora illustrissima designat Ames
Apostolus hanc authoritatem dat Christianis
cuicumque, quamvis fuerit aliàs Apostolus,
niæ fuit S. Bonifacius, cujus sunt illa ve
Angeli cœlestis, denuntient Anathema Mara
non hoc est ad suam rabiem detorquer
stoli? 2. ait: *Hic specimen habemus egr*
scientiæ illius, quam Bell. attulit ad Contr
das, & artis quam exerces. Non potuit neg
defendere dicendum. Quomodo igitur evad
manor] bicornem quodlibeticam interpretation
quâ defendi possint blasphemiæ omnes, quas
vel Pater ejus Diabolus possit eructare. Si
dixerit se esse Deum, & neminem esse
quidni confugeret ad Bellarmini dilemma?
non sit, cur mihi objicitur? Si vera sit, e
At si impostor Amesius interpretation
non omisisset, non habuisset calumnia
nim mox subdit Bellarminus: Dicam
Si vera non est ea sententia (S. Bonifac
verum est, Pontifici plurimas animas
ros trahenti, non posse dici, quid faci
igitur verè Caput est Rom. Pontifex om
rum, & cunctos judicaturus, à nem
dus. Hæc Bellarminus. Non sic certè
dilemmate illo Amesiano Antichristus
ut applicanti patebit. Th. 38. num. 4.
pondet, omnia dogmata, quæ apud SS. P
te revelatum Antichristum leguntur
Sanctorum, cœlibatus, delectus cibor
hilominus pertinere ad Antichristum, &
Th. 40. num. 2. ait: *Multi Scholastici &*
defendunt, hominem naturalem, antequam
gratiam, posse suis operibus ex congruo
mereri, dum facit quod in se est. Resp.
(si non omnes) expressè censent eam
Semipelagianam; ergo calumniatur
sius; uti & cùm mox subdit: *Docent*
minem, qui est in charitate, posse aliis
mereri. Sufficiant hæc, ut (nisi ex s
innotuisset) ex ungue leonem, vel p
draconem possit æquus Lector agnosce
quæ profert Amesius, talia sunt, ut
materiam declamandi uberrimam, n
gnum Theologo argumentum vel p
rendi queant suppeditare.

VINDICIÆ

Pro Libro Quarto de Potestate Spirituali Summi Pontificis.

Ad CAPUT II.

AMesius ex prioribus assuetus non argumentari sed calumniari, in eodem tono orditur hanc disputationem de infallibilitate Papæ; *ex qua*, inquit, *jam olim plerique boni* (puta Schismatici & impii Sacramentarii) *Hildebrandum Antichristum esse concludebant, quòd semetipsum errare non posse gloriabatur; Quod etiam postea Everhardus Episcopus Juvama, nomen blasphemia esse dixit scriptum in fronte Antichristi*. Deus sum, non possum errare. *Aventinus lib. 5. & 7. Sed ad hanc prarogativam Papa probandam, nihil ferè ex Scripturis profert Bellarminus. Satis habuit eam prolixe explicare, & humanis prasumptionibus obiter aliqua modo fulcire. Non possumus igitur tam distinctè atque antea, totam Controversiam simul tractare*. Hoc est, non potest argumenta invenire Amesius, quibus Papæ indefectibilitatem quatiat, nisi è locis communibus Criminatorum. Quomodo verò nihil ferè ex Scripturis pro sua sententia affert Bellarminus, cùm Amesius ipse desudet, ut ab eo allata, quomodocumque eludat? Et quamvis revera nec unum Sacræ Scripturæ testimonium pro hoc dogmate nobis suppeteret, tamen traditio Ecclesiastica longè clarissima abunde sufficeret. Imò ipsum naturale lumen rationis, suppositis iis quæ in superioribus roborata sunt, hoc tam perspicuè docet, ut non modò Bellarminus hic cap. 1. §. deinde, sed etiam G. Calixtus Lutheranus asseverantissimè pronuntiarit: *Negari non posse, si Christus suo loco Roman. Pontificem universa per Orbem Ecclesia præfecit, ideò præfecisse, ut controversias fidei sententia falli nescia decideret ac terminaret, cui mentes fidelium adhærere oporteat*. Sed ad rem. Duo sunt (ut Bellarm. hoc cap. notat) in quibus conveniunt hac in re Catholici cum hæreticis; & totidem, in quibus Catholici inter se contra Hæreticos.

I. Est, posse Pontificem ut Pontificem, & cum suo cœtu consiliariorum, vel cum generali Concilio, errare in Controversiis facti particularibus, quia ex informatione testimoniisque hominum præcipuè pendent. Quæ hic cavillatoriè objicit Amesius de canonizatione Sanctorum, in Tom. 2. expedientur.

II. Posse Pontificem, ut privatum Doctorem, errare etiam in Quæstionibus juris universalibus, tam fidei quàm morum, idque ex ignorantia. Amesius addi vult, *quòd etiam ex improbitate & perversitate voluntatis contingere possit*. Sed quidquid de hoc sit, vera omnino est assertio Bellarmini; qui enim dicit unum, non excludit alterum, sed præscindit. Deducit tamen hinc tria Corollaria Amesius. 1. *Si Papa possit errare ut privatus Doctor; tum potest errare in officio Pontificis, quo non tantùm publicè, sed etiam privatim docere tenetur*. Resp. Non sequitur, quia privato Doctori ut sic, non competit publicum munus pascendi. 2. Infert: *Tum etiam non est Apostolus, nec Apostolica prærogativa gaudet*. Sic est, universaliter loquendo; nam suprà dixi, ad Apostolatum Papæ perpetuum non exigi facultatem scribendi libros canonicos, miracula patrandi &c. 3. *Tum denique potest esse hæreticus, & privatim totum illud verbis, scriptis & factis destruere potest, quod publicè videtur ædificare, in Ecclesia confusionem & ruinam*. Resp. Si ponatur quòd possit esse hæreticus, nequit ea præstare quæ vult Amesius, deponetur enim à Christo, & depositio hæc declarabitur ab Ecclesia, si publica fuerit & notoria ejus hæresis.

III. Bellarm. Catholici omnes inter se conveniunt. 1. Pontificem cum Generali Concilio non posse errare in condendis fidei decretis, vel generalibus præceptis morum. *Videtur hic* (Amesio) *Bellarminus concedere, posse Pontificem etiam cum generali Concilio errare in condendis specialibus præceptis morum: quorsum enim additur, ly generalibus? Concedit ergo quadam illorum decreta non esse sancta. Inde etiam sequitur, Papam cum Concilio posse errare in fide. Est enim de fide, omnem virtutem esse bonam, & omne vitium malum*. Respondeo, Qui præscindit à particularibus, nil de iis affirmat, vel negat. Ergo Amesius cavillatur. Corollarium quod mox subjungit num. 2. expedietur infrà. Frigidum scomma, quod num. 3. addit, quo *Generali Concilio cuicumque non plus tribuitur quàm scurra curvis mendacissimo*, imò ipsi mendaciorum Patri Diabolo, qui & *ipsi non errant, cùm sequuntur Prophetas & Apostolos non errantes*, hoc inquam, Cingarorum nugis congruit.

IV. Bellarm. Conveniunt Catholici 2. Pontificem solum, vel cum suo particulari Concilio, aliquid in re dubia statuentem, sive errare possit sive non, esse ab omnibus fidelibus reverenter audiendum. Vide recognitionem Num. 28. Amesius I. *Sunt miserrima Papa mancipia, qui hoc statuunt: & Papa qui hoc sibi arrogat, profitetur palam, & præ se fert Diabolicam tyrannidem spiritualem. Nihil enim cogitari potest magis tyrannicum, quàm quod hac sententia innuitur, & cap. 5. hujus libri, sicut & à Cererio de potestate Papa lib. 1. c. 23. num. 17. declaratur: Si Papa vitia præcipiendo, vel virtutes prohibendo erraret, utique Ecclesia, vitia esse bona & virtutes malas, nisi contra conscientiam peccare vellet, credere teneretur*. Resp. Qui Amesium sequuntur, sunt miserrima propriæ phantasiæ & affectuum mancipia. Quid econtrà fęlicius homine obediente, qui suorum prælatorum præcepta exequitur, quotiescumque, in iis nullum peccatum cernitur? Si enim constaret esse peccatum in objecto præcepto, non esset ea vox obedientiæ sanctæ, sed tentatio. Magnæ sapientiæ & fęlicitatis est, regulam sui intellectus & voluntatis sibi ponere Superioris à Deo præpositi intellectum & voluntatem, quamdiu is nihil apertè contra Dei voluntatem præcipit aut suadet. Sed Lutherani & Calvinistæ hanc Christianam Philosophiam non capiunt, quia nolunt, sed calumniantur. Quòd num. 2. Effatum Bellarmini infringere conatur Amesius per instantiam *Theologorum Venetorum & Ecclesia Gallicana, qua hactenus recipere noluerit Concilium ipsum Tridentinum à Pontifice approbatum*, frustrà est. De Ecclesia Gallicana falsum narrat Amesius. Jam anno hujus sæculi 14. in Synodo Generali Episcoporum Galliæ recepta sunt à Clero ejus nationis omnia decreta de Reformatione ejus Concilii, ut refert eo anno Henricus Spondanus Episcopus & ipse Gallus. Cur autem eadem Decreta non universaliter etiam à sæcularibus recepta sint, nudam veritatem candidè nuper detexit, ex testimonio duorum summæ authoritatis Cardinalium Pallavicinus ibidem lib. 24. cap. 10. numer. 15. ubi sic inquit: Multis annis post Concilium Tridentinum Magnus Rex Henricus Quartus promisit cum juramento Pontifici Clementi VIII. omnem operam se positurum in hoc, ut decreta in Regno integrè recipiantur; quod non fecisset generosus & victoriosus Princeps, si putasset Synodales eas constitutiones iniquas aut nocivas. Sed liberiùs veritatem percipere ex uno è principalioribus, & sapientioribus Ministris, quos habuit unquam Corona Franciæ? Videamus literas impressas Cardinalis Ossati 15. Februar. 1597. Is persuaturus Secretario Villeræo, convenire Regi observantiam talis juramenti,

sic

sic scribit : In Concilio parum aut nihil Parlamentum invenit, de quo possit queri; illud ipsum modicum facilè potuit habere remedium. Immò liberius adhuc indicando Regi excusationem adhibitam à se coram Pontifice Clemente VIII. nomine Suæ Majestatis, exprimit in binis Epistolis veram causam difficultatis in hac causa occurrentis; nempè quòd Concilium Tridentinum in Francia displicuerit pluribus & majoribus; primò omnibus hæreticis, qui medullitus abhorrent ab omni eo concilio : præter hos Catholicis potentioribus, nempè Parlamentis, Capitulis, & Dominis, quibus grave est, non posse gaudere Beneficiis Eccles. incompatibilibus, & cum talibus abusibus, qui vetantur in Concilio. Hoc dicebat maximus hic Vir nomine Pontificis Regi. In seqq. scripsit prænominato Villeræo, ult. Mart. Anno 1599. Quòd nihil repererit in Concilio repugnans authoritati Regiæ; Nec dubitabat indicare Regi, in eo Concilio esse satis multa favorabilia, nihil noxium Ecclesiæ Gallicanæ : nisi fortè aliqui putent, *Simoniam, & alios abusus, & vitia, esse privilegia Ecclesiæ Gallicanæ*? Et hic sensus non fuit Ipsi singularis. Notum est enim, cum quanto ardore promoverit eam Concilii acceptationem in publico Statuum Franciæ conventu Parisiis, 1614. alius Doctissimus & religiosissimus Minister Regni Card. Perronius, & cum ipso Episcopus Lussonensis, qui deinceps purpura Vaticana ornatus, appellatus Card. Richeliacus, celebratur inter excelsiora nomina totius nationis Gallicæ. Hucusque Card. Pallavicinus.

V. Bellarm. Quatuor sunt sententiæ, quarum prima est: Pontificem etiam ut Pontificem, etiamsi cum generali Concilio definiret aliquid, posse esse hæreticum in se, & docere alios hæresim; & defacto aliquando ita accidisse. Hæc sententia est hæretica. Amesius : *in eadem hæresi nobiscum fuit Apostolus Paulus, cùm affirmavit* : omnem hominem esse mendacem. Rom. 3. vers. 4. Resp. Secundùm phantasiam hæreticam Amesii, transeat assumptum; à parte rei, negamus. Si enim ita, ut Amesius garrit, sensisset Apostolus, fuisset etiam ipsemet ita mendax, ut dono infallibilitatis non polleret; ac proinde illa ejus enuntiatio esset seipsam falsificans, & evertens, nec Paulus in suis Epistolis majorem fidem mereretur quàm Amesius.

VI. Bellarmin. Secunda sententia est : Pontificem etiam ut Pontificem posse esse hæreticum, & hæresim docere, si absque Concilio generali definiat. Hæc sententia non est propriè hæretica, nam adhuc ab Ecclesia tolerantur, qui illam sententiam sequuntur. Videtur tamen omnino erronea, & hæresi proxima. Amesius 1. *Hæc fuit sententia Parisiensium Doctorum Gersonis, Almaini &c. & est adhuc sententia Ecclesiæ Gallicanæ Pontificiæ. Idem sensit Gratian. dist. 19. Cap. hoc autem. Alphons. à Castro lib. 1. advers. hæres. Cap. 2. 4. & 8. cum infinitis aliis Pontificiis, qui non planè se compararunt ad assentandum Papæ. Hæc denique sententia fuit Concilii Constantiensis & Basileensis, ab ipsis Papis, Martino V. Nicolao V. & aliis approbata. Altera autem sententia est Curiæ tantùm Romanæ, idest Parasitorum Papæ.* Resp. Amesius mentitur hic in infinitum, cùm non modò in particulari, tam multis imponit falsam sententiam, (uti evidens est inspicienti Marianam eo cap. 8.) sed etiam expresè ait *esse infinitorum aliorum*, quæ fortasè hodiè nec unius est Catholici. Hoc enim nomine nequaquam veniunt Jansenistæ (Calvinistis gemelli,) Indifferentistæ, & similis larvæ ex gente Pseudo-Politicorum. Verè hæc à me dici nemo negaverit, qui legerit ea quæ de hoc argumento scripsi contra G. Calixtum in 2. par. Irenici c. 6. ubi excutiuntur singillatim, quæ de Conciliis Constantiensi & Basileensi, ex Dionysio Carthusiano, Al-

phonso Tostato, Card. Cameracensi,
driano VI. &c. objici solent. Item q
Conringium in Exam. ad Interr. IX. §
rog. XII. §. 1. præcipuè ex Theologis G
Vel sola illa Epist. 80. Episcoporum Ga
centium X. pro damnatione quinque er
nianorum luculentissimè convincit men
sis. Inventus est nuper quidam Thom
qui cùm inter Anglos Catholicos cens
men in suæ Buccinæ sono Tract. 1. de
log. §. 22. ausus est scribere : *Hanc opini
lis authoritatis Pontificiæ non posse non e
cam, & ex natura rei matricem infinitor
morum errorum, & ex Theologorum scripti
exterminandam &c.* Verùm hic furor pe
cedum Lusitanum Minoritam Anno 1
qui inscribitur : *Tessera Romana*, delatu
postolicam, proscriptus est nuper ab A
una cum auctore infanissimo Jansenist
tum Amesii : *Cur Papa oppositam sentent
non anathemate percutiat?* Respondet Can
cilio Generali ea Quæstio tractaretur,
fallibilitatem Rom. Pontificis ex contu
Ecclesiæ de Fide definiendam. Neque
dubitare queo, cùm nunc omnes Theo
constare potest, in hoc puncto conse
XII. Salmanticensium Theologorum t
D. Caramuelem num. 70. Theologor.
constat, ubi ajunt cum Suare Disp. 5.
num. 4. *Id certa fide tenendum, idque ip
nem fidelium Doctorum sensum.* Idemqu
logos hodiè universim sentire, non m
lio, Gamachæo, & aliis Sorbonicis
ex Epist. 80. Episcoporum liquet. Ut
pa specialiter illam sententiam, ut h
net, non opus est : quia nihil prodes
sine Concilio generali contra homine
in promptu enim esset illi exceptio,
lius judicium non sit infallibile. To
sententia, tamquam non apertè hære
ter tamen de formali hæresi suspectu
tientem. Toleratur sicut & nonnulli
municati, non specialiter denuntiati
rati. Unde evanescunt nebulæ, quas
natur offundere Amesius. Fallitur aut
cùm ait : Nondum determinatum est
trum Pontifex Romanus certum &
enim habeat in Quæstionibus Fidei
que adeò an supremam potestatem
sia, necne? Ex dictis enim patet,
certum & determinatum esse. Nam
dixi. 1. Infallibilitas Papæ indefinitè
nibus Catholicis de Fide. 2. Infallibi
tem unà cum Concilio generali al
finientis, est æquè apud omnes Ca
de tenenda. 3. Eadem infallibilitas,
generalis adminiculo, controversiam
finientis, omnibus Catholicis est in
determinatè certa, ut si non ex om
(quod puto,) saltem ferè omnium c
ditione Apostolica continuò in Ecc
etiam de fide. Videantur etiam Qu
part. 2. Irenici Anticalixtini.

VII. Bellarm. Tertia sententia est
posse ullo modo esse hæreticum, nec
hæresim, etiamsi solus rem aliquam
suis : *Hæc futilis adulatio, Pighii ferè
suis cordatioribus temeritatis damnatur.
artic. 8. pag. 55. & in 22. qu. 1. art. 10
ratione probabilis à Bellarmino vocatur,
bationem vel approbationem, in gratiam
tat.* Resp. Etsi plurimi opinionem,

minùs probabilem deferant: tamen nec Bannez, nec alii eam temeritatis arguunt, ut falsò illis tribuit Amesius. Dixit quidem Bannez 1. part. qu. 1. temerarium esse dicere, nullum Pontificem unquam errasse de facto: at in hac censura sine dubio excessit, & ipse potius notam temeritatis in ferenda tali censura incurrit: eum hodie communiter, & cum Bellarmino perquam eruditè & solidè Theologi, omnes errores in definitionibus fidei nonnullis Pontificibus attribui solitos, ostendant esse nullos. Sed in ordine ad Controversiam nostram, parum refert, utram quis teneat opinionem.

VIII. Bellarmin. Quarta sententia est, Pontificem sive hæreticus esse possit, sive non; non posse ullo modo definire aliquid hæreticum, à tota Ecclesia credendum. Hæc est communissima opinio, certissima & asserenda. Amesius 1. *Mirum est, hujus opinionis communissima nullum testem ex omnibus Scholasticis proferri à Bellarm. præter unum Thomam &c.* Respondeo; Mirum est ita cæcutire Amesium in meridie, ut nesciat Cajetanum, Turrecrematam &c. à Bellarmino citatos esse eximios Scholasticos. Cretensis hyperbole est, quod addit: *Esse hoc novum commentum, non Patribus tantùm, sed & Scholasticis antiquis ignotum.* Videantur quæ contra Calixtum, Conringium, & Titium hac de re protuli; & tum demum quis dubitet, si potest, Amesium impudenter negare, quod alii ejus gregales fatentur; ideoque SS. Patres arguunt adulationis, & erroris, tamquam Pontificiæ authoritatis amplitudine jam tum miserè fascinatos? Porrò inepta cavillatio est, cùm subdit: *Hæc communissima sententia, nihil aliud est quàm negatio Conclusionis: Cum enim contra se disputatur: Qui potest esse hæreticus, potest definire aliquid hæreticum à tota Ecclesia credendum; Sed Papa potest esse hæreticus; Ergo potest Papa definire aliquid hæreticum à tota Ecclesia credendum. Respondetur à Bellarmino, sive possit esse hæreticus sive non, non potest definire aliquid hæreticum à tota Ecclesia credendum.* Resp. Hic syllogismus si fuisset Bellarmino objectus, negasset sine dubio totum. Nam Major universaliter accepta, est falsa. Potest enim is, qui ab intrinseco obnoxius est hæresi, per Divinam assistentiam esse & manere immunis ab illa; & etiamsi laberetur in hæresim personaliter, à Deo tamen ob bonum Ecclesiæ impediri, nè definiat judicialiter & authoritativè hæresim. Minor est planè incerta, cùm utraque pars probabiliter sustineatur. Frivola enim cavillatio est jam sæpiùs explosa, cùm ex modo, qui inter Scholasticos nonnihil controversus est, contra substantiam rei arguitur. Hoc enim si ullam vim haberet, pronum esset universa fidei dogmata evertere; cùm nullus detur, qui tam certus sit de omnibus quoad substantiam, quin tamen admittat simul disputationem utrinque probabilem de modis, circumstantiis, &c. adjunctis. Quamquam rectè Bellarminus annotet, quòd: Etsi nonnulli Doctores dicant, Pontificem non posse errare, si prudenter, audito aliorum consilio procedat; alii verò dicant: Pontificem etiam solum nullo modo errare posse; reipsa tamen istos omnes non dissentire. Nam hi non negant, teneri Pontificem maturè procedere & consulere viros doctos; sed solùm intendunt, ipsam infallibilitatem non esse penes Consiliarios, sed in solo Papa: sicut vice versa illi priores non ponunt infallibilitatem in Consiliariis, sed tantùm volunt explicare, Pontificem debere facere, quod in se est, consulendo peritos &c. Si quis autem peteret; an Papa erraret, si temerè definiret? sine dubio prædicti DD. omnes responderent, non posse fieri ut Pontifex temerè definiat. Qui enim promisit finem, sine dubio promisit media quoque ad eum finem necessaria. Parum autem prodesset scire, Pontificem non erraturum, quando non temerè definit, nisi etiam scire-mus, non permissuram Dei providentiam, ut ille temerè definiat. Malè contra hæc citat Amesius Azorium & Bannezium. Apud priorem enim nihil tale reperio in loco citato. In posteriore autem loco truncat verba Bannezii, fraudulenterque hujus decisionem dissimulat, quæ revera cum Bellarmino consentit. Ait enim ad 4. Argum. *Quòd Papa & Concilium non possint relinquere ejusmodi diligentiam, neque relinquent illam unquam, cùm res fidei definire parant. Et hoc est tam certum, quàm certum est, non posse Concilium & Pontificem errare in definiendis rebus fidei. Præterea, si hanc certitudinem non haberemus, facilè possent hæretici definitiones Pontificum & Conciliorum calumniari, dicentes; non adhibitam fuisse debitam diligentiam &c.* Unde patet futilis cavillatio & græca fides Amesii. Quod addit: *non dari exemplum, quo Deus promiserit alicui mortalium, ipsum semper eam diligentiam adhibiturum, &c.* falsum patet ex iis, quæ dixi supra de Summo Veter. Test. Pontifice. Neque verò opus est promissione explicita, cùm hoc ipso quòd non promisit illuminationem immediatam, sed voluit diligentiam adhiberi, simul promiserit, se effecturum suavi sua providentia, ut ea semper pro negotii gravitate adhibeatur. Certè ita quoque eum Apostolis ex parte videtur factum, ut constat ex Act. 15. vers. 7. ubi *conquisitio magna facta est*, quid statuendum esset de abrogatione Legalium. Quid enim opus fuisset tanta conquisitione, si habuissent immediatam revelationem?

IX. Ut hæc sententia (de infallibilitate Papæ) facilius intelligi & confirmari possit, statuemus aliquas propositiones. Amesius: *Una propositio statuenda primò fuit, sine qua ista sententia non potest ullo modo intelligi aut confirmari, qua tamen inter Bellarmini propositiones non comparet: illa nempè, qua certa regula traderetur, quomodo fide Divina possint homines fieri certiores, quando hic vel ille Pontifex, qui Ecclesia Romanæ præest, sit verus & legitimus Petri Successor, & legitimè definiat aliquid à tota Ecclesia fide Divina credendum?* Post fusè relatas opiniones Bannezii, Cajetani, & Azorii sic pergit: *Ex istis apparet, nihil esse certi in decretis Papæ, neque posse Ecclesiam ab illis pendere, quamvis generales omnes propositiones à Bellarmino statuta gratis ipsi concederentur. Miserrima enim sunt illa refugia Azorii: Nos, id est Ecclesia, credimus hunc esse Summum Pontificem, quia Ecclesia sic credit. Quasi diceret: Ecclesia credit, quod Deus nusquam revelavit, quia Ecclesia hoc credit.* Resp. Non hoc, quod Amesius infert ex malè allegatis, sed oppositum apparet, si candidè quod res est proponatur. Numquam Azorio venit in mentem aut stylum, quod ei hic per calumniam affingitur, ut illud Cap. 5. §. *deinde*, inspicienti apparebit. Veritas ergo (quam fusiùs contra Herm. Conringium in Interrogatione Apologetica, & in Examine Exam. Interrog. X. declaravi) summatim hæc est.

§. Unico.

Probatur, certum ex fide esse, hunc numero N. N. esse legitimum Christi Vicarium, ac proinde infallibilem.

Quia cùm Christus voluerit Ecclesiæ suæ militanti usque ad consummationem sæculi, unum, visibilem, ordinarium Pastorem præsidere; & hunc nollet vel semper vivere, vel per generationem carnalem propagare genus suum, & ex hoc Successores in munere Pastorali; evidens est, saltem ex interpretativa voluntate & decreto Christi, relictum esse dispositioni Ecclesiæ, & præcipuè ejus Capitis, ut pro ratione circumstantiarum determinetur, quo modo eligendum sit caput tam necessarium. Probo id hac ratione: Quia quicumque absoluta voluntate subditis aliquid

aliquid mandat faciendum, nec tamen modum executionis præscribit, hoc ipso relinquit determinationem mediorum in arbitrio subditorum. Sed Christus (ut ex quæst. 2. & 3. suppono) absoluta voluntate mandavit Ecclesiæ, ut habeat Pastorem ordinarium perpetuum. Ergo Ecclesiæ determinandum reliquit modum &c. Major constat ex illo axiomate: Qui vult efficaciter finem, vult etiam efficaciter media. Ergo quisquis præscribit absolutè finem ponendum, nulla modorum aut mediorum facta mentione, hoc ipso interpretativè imperat liberam electionem mediorum efficacium.

Objicit cum Amesio Conringius 1. *Si Deus permittit interdum, ut aliquando nullus sit Papa, aut verò (ut in schismate) planè incertus; ergo Providentia Divina non est constitutum, ut Papa sit regula fidei. At verum est prius; ergo & posterius. De Minore nemo dubitat. Major item est evidens. Repugnat enim Sapientiæ, ut rei, quæ debet esse æterna, stabilis & certa, principium ac regula constituatur id, quod incertum sæpè est, & interdum planè non superest.* Resp. Majoris illius connexio nulla est, adeoque nobis est evidenter falsa, si eo modo intelligatur: *Providentia Divina esse constitutum, ut Papa sit Regula fidei*, quo nos Catholici intelligimus, & omnino intelligi debet: nempè tunc Papam esse infallibilem Regulam fidei, cùm & ipse sit canonicè electus, acceptatusque ab Ecclesia, & controversia aliqua agitetur de fide, & Papa ex cathedra pronuntiet. Uno horum trium deficiente (uti deficit, cùm vel schisma est, vel Sedes vacat, vel nulla urget controversia decidenda, vel non ex cathedra definitur) non est Papa infallibilis fidei regula. Sed instat & quærit Conringius: *Cùm non obstet Deus, quò minùs diu saltis præsint interdum nulli, interdum incerti, interdum flagitiosi Pontifices; unde novimus ejusdem permissu non fieri interdum, ut multitudo illum adoret ceu Pontificem, qui Pontifex legitimus non est? Si syllogismo aliquo robusto discrimen istud ostenderis, magnum te virum demonstrabis.* Respon. Syllogismus robustus hic esto. Quicunque fidelis & sapiens pollicetur aliquem finem se præstiturum, ille etiam obligatur ad media convenientia præstanda; Sed Christus Dn. fidelis & sapiens pollicitus est finem se præstiturum (scilicet assistentiam Spiritus sancti, qui maneat cum Ecclesia sua in æternum;) Ergo Christus Dn. obligatur etiam ad media efficacia præstanda. Jam verò non sunt media convenientiora ad veritatem supernaturalem incorruptè servandam, quàm Verbum Dei scriptum, & sensus eorum genuinus ab Interprete uno, visibili, & infallibili exhibitus. Ergo ad hæc præstanda Christi Dn. Providentia & fidelitas obligatur, scilicet ad incorruptos codices Sacræ Scripturæ (juxta modum supra lib. 1. explicatum) & legitimos Successores in Sede Apostolica. Confirmo hoc, & interrogo: Annon Christus, si voluisset, potuisset instituere Caput Ecclesiæ infallibile, cui omnes fideles sub pœna mortis æternæ tenerentur in causis fidei obedire, his ex. gr. claris verbis: *Ego te Simonem Petrum jubeo esse Pastorem universalem Ecclesiæ meæ in toto mundo, & promitto tibi & omnibus in Rom. Cathedra legitimis Successoribus, quòd velim vobis conferre infallibilem assistentiam, ne unquam portæ inferi & hæreses prævaleant contra Ecclesiam meam &c.* Annon hoc eventu omnes censerentur legitimi S. Petri Successores, qui quovis demum modo electi pacificè acceptantur & coluntur ut tales a maxima parte fidelium sine ulla contradictione? Quidni? Essent enim omnes illi legitimi S. Petri Successores, quos sive legitimè, sive vitiosè electos sine controversia acceptat Ecclesia; cùm ab hac acceptatione tamquam ab ultima dispositione censeretur Christus velle pendere illam quasi formam, potestatem scilicet plenissimam & infallibilem à se immediatè conferendam. Et hoc (quod de possibili non vide-

tur ab ullo sanæ mentis homine posse neg
asserimus nos de facto contingere; & nè
tarent, & non haberemus regulam vivam
fidei, sic planè debuit fieri.

Instat Conringius 2. *Saltem Pontificum*
(uti est illa Julii II. in Concil. Lateran. qua
Papalis Simoniacè facta absolutè declaratur in
tificum electionem, acceptationem & constitutio
tam reddunt. Quàm facile enim est, ut tale
niacum irrepat in electione? Resp. 1. Certun
Julii II. Constitutionem non de præteritis
turis electionibus loqui. Resp. 2. Multò pr
sententia Card. Thusci, Sopran. &c. quò
Simonia notoria; qua sententia supposi
certum est, numquam acceptatum iri e
ctionem ab Imperatore, Regibus, Episc
quis Catholicis. Unde nullum juxta hoc
riculum, aut incertitudo successioni Papa
biliter formidari. Resp. 3. Etiam juxta op
nacinæ opinionem, adhuc non sequere
moda, quæ objiciuntur. Ratio est, qu
modò Ecclesia supplet quidquid supplere
etiam (ut optimè notavit Card. Pallavici
de num. 143.) non debent nec possunt h
commoda intelligi, nisi respectu illius p
nis, quam faciunt nunc DD. Cardinale
fatemur non reddi certum de fide, quòd
rus Pontifex. Unde quamvis talis electi
li impedimento fuisset irrita, adhuc sequ
lectio, nullo jure positivo irritabilis, q
Ecclesia, acceptando illum hominem p
tifice. Hæc enim acceptatio licèt movea
præcedenti, non est tamen conditionata
ta, cùm meliùs sit Ecclesiæ habere pro
quem, qui fuerit invalidè electus, quà
carere vero Pontifice, & eum pro tali
reipsa talis non sit. Quòd si Dominia r
non esse in incerto, & ideò inductæ sun
nes, non solùm jure civili, sed aliquæ e
mi temporis de jure gentium & naturali,
pendenter ab errore fit Dominus rerum
non erat Dominus: quanto magis expe
in incerto authoritatem Divini Vicarii
jure Divino & naturali est, ut quicunq
ab Ecclesia pro tali, evadat talis, etia
fuerit. Huc spectat illa ratio, quæ aff
barius ff. de offic. ubi declaratur, quòd
ignoranter in Prætorem, & pro tali ha
lum fecerit acta valida, sed fuerit verus
niam Populus Romanus qui eum pro t
tuit dispensare, & censetur ita voluisse.
est consideranda tamquam constitutio
proveniens à potestate juris civilis, (alic
futura, non præterita, super quibus lex
sed tamquam interpretatio prudens & P
ris naturalis: nam independenter ab on
ne positiva censetur populus Romanus
casu voluntatem quam expediebat eu
ergo in præsenti negotio etiam penes t
est potestas providendi sibi de legitime
ties Electores ordinarii (sive culpabil
pabiliter) non provident in futurum
git, cùm eorum electio fuit irrita, &
tur rata. In tali ergo casu, Ecclesia
eligere quem accepiat, non obstanti
que ejus defectibus.

Sed instat 3. Amesius: *In isthoc syll*
legitimè electus, vel acceptatus, in t
sti Vicarius; Sed N. N. est ita electu
Ergo est Christi Vicarius) *assumptio ta*
certa est; Ergo Conclusio non constat fide
mana, cui falsum subesse potest. Atqui

loc. cit.) *si sola fide humana credimus, hunc vel illum esse Summum Pontificem, non potest ejus judicium esse fide Divina certum & verum, neque obligari potest Ecclesia ad judicium vel sententiam hujus vel illius Pontificis fide Divina credendam: nam definitio fidei, Papæ authoritate facta, tandem resolvitur in authoritatem ipsius Papæ. Unde tandem infertur, nihil esse certum & infallibile in definitionibus Papæ.* Respon. Quidquid olim disputarint Theologi, an sit de fide, hunc numero Alexandrum VII. esse verum Christi Vicarium, & S. Petri Successorem? Id post Clementem VIII. cœpit esse extra Controversiam, ut palam sit, de hoc certitudinem non tantùm moralem sed Theologicam haberi; ea verò fundatur in hoc syllogismo, cujus utraque Præmissa est de fide, nempè: Quia Ecclesia (cùm sit firmamentum & columna veritatis) non potest errare in rebus ad communem totius Ecclesiæ religionem pertinentibus. Atqui judicium quo Ecclesia Alexandrum VII. E. gr. acceptat, pertinet ad communem totius Ecclesiæ religionem; Ergo Ecclesia non potest errare in hoc judicio; adeoque de fide est, hunc numero esse verum Pontificem & Christi Vicarium. Plura de hac re vide apud Suar. Arriag. & cæteros Scholasticos in Tract. de Fide.

Ad CAPUT III.

HOC Cap. Bellarminus principalem suam assertionem defendit, nempe: quòd Pontifex, cùm totam Ecclesiam docet in his quæ ad fidem pertinent, nullo casu possit errare. Perquam ineptè intercedit hic Amesius, & nodum in scirpo quærens, ait. *Nulla rationis umbra potest reddi, quare non æquè possit errare Papa, cùm totam Ecclesiam docet; atque cùm docet aliquam Ecclesiæ partem &c.* Resp. Cum larvis luctatur Amesius & fingit sibi adversarios ubi non sunt. Omnes libenter cum Bellarmino fatemur: Quòd si vel ad unius Episcopi, vel cujuscumque instantiam Pontifex aliquam fidei Controversiam definiat, eadem infallibilitate pollere, ac cùm Oecumenicæ Synodo aliqua Quæstio fidei decidenda proponitur. Neque enim Amesius ex illa propositione Bellarmini (*cùm totam Ecclesiam docet*) ansam suspicandi sumere debet, quasi secus dicendum sit, cùm Papa aliquam particularem Ecclesiam docet. Inania ergo verba sunt, quæcumque hic multiplicat.

I. Igitur probatio sumitur ex Luc. 22. vers. 31. 32. Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Amesius 1. *Nihil indè concludi posse, pro infallibilitate Papæ, Pontificii multi fatentur. Sic enim Bannez loc. citat.* Sed verba, uti recitat Amesius, apud Bannezium non reperio, sed planè oppositum: Nam responsurus ad primam Objectionem pro opinione Abb. Pighii de personali infallibilitate Papæ, sic ait: *Dicimus ergo, quòd Petri Successores succedunt illi in hoc privilegio, quod Lucæ 22. illis verbis habetur: Ego rogavi pro te &c. quantum attinet ad officium Summi Pontificatus, & communem Ecclesiæ gubernationem; Non autem sunt hæredes illius privilegii, in iis, quæ spectabant ad Petri personalem dignitatem.* Unde luce meridiana clarius liquet falsi crimen Amesii jam toties iteratum. Qui autem sunt *illi multi* quos jactat? cùm unicus Bannez quem nominat, contrarium manifestè doceat. Cur verò tam cautè dissimulat omnia illa luculentissima apud Bellarminum testimonia Sanctorum Patrum, qui ita interpretantur illa Christi verba? Certè vel illa sola, etiamsi omnia alia fundamenta deessent, sufficiunt ad persuadendam hanc veritatem. Præ illis sanè quivis non perversus explodet cavillos, quos Amesius mox subdit, cùm ait: *Nihil hic dicitur de* docenda: *nihil de* tota Ecclesia: *nihil de* errore: *nihil de* Papa. *Quis igitur Alchymista potest hanc promissionem convertere in illam, quæ promitteretur:* Papam non posse errare, cùm totam Ecclesiam docet res de fide? Sed in his & sequentibus perspicuè nugatur Amesius, & tergiversatur; ea cavillationibus suis ventilare intentus, quæ à Bellarmino examinantur, non approbantur. Perquam ineptè verò (ut priora ad rem nil facientia omittam) claudit has cavillationes, dum ait: *Ecclesia non indiget uno aliquo, sed multis, quorum fides non deficiat, sed à quibus possit confirmari. Infallibili verò Confirmatore, præter Scripturam & Spiritum sanctum negamus Ecclesiam indigere.* Itane? At quomodo possunt hæc fieri? Si illi multi (qui sine dubio sunt Ministri Calvinistici, juxta Amesium) possunt confirmare alios, & ipsorum fides non potest deficere; Ergo ipsi sunt Confirmatores infallibiles. Quis dubitet? Porrò quidnam ampliùs nos requirimus in Rom. Pontifice? Imò plerique Catholici ne quidem tantum requirunt; quia sentiunt, quòd etiamsi Papa possit personaliter errare, & in hæresim labi; non possit tamen judicialiter ex Cathedra definiendo, non confirmare fideles. Ergo ex una parte Amesius suis Calvinisticis aut Prædestinatis arrogat id, quod Pontifici vult auferre: ex altera verò parte, in paucis verbis sibiipsi haud obscurè contradicit.

II. *Bellarmin.* Dominus duo privilegia Petro impetravit. 1. Ut ipse non posset unquam veram fidem amittere. 2. Ut ipse tamquam Pontifex, non posset unquam docere aliquid contra fidem. Sive ut in sede ejus numquam inveniretur, qui doceret contra veram fidem. Primum fortassè non manavit ad posteros: secundum sine dubio manavit; ut est concors sanctorum Patrum sensus. Amesius 1. *Non sunt duo privilegia, sed unum:* Non amittere fedem, & non docere contra fidem. Resp. Clarum est, posse ista separari realiter; quidni ergo sint duo privilegia? Quis dubitet posse amittere fidem internam, illum, cui ad actum externum negationis fidei aut falsæ doctrinæ, negaretur à Deo concursus? Amesius 2. *Non fuerunt ista privilegia propria Petri, sed communia Apostolorum.* Resp. Ut erant personalia, Concedo; sed Nego de posteriori, quatenus ad Successores manaturum erat: hoc enim hæreditarium fuisse in Petro, probatum est syllogismo invicto supra. Amesius 3. *Si unum ad posteros non manavit, quod fundamenti rationem habuit; non est credibile, alterum ad eos manasse.* Resp. Incredulis Calvinistis hoc videtur incredibile; (de quibus Godofr. à Valle, Parisiis combustus, dixit apud Maldonatum, oportere priùs Calvinistam fieri, qui velit Artem non credendi, à se conscriptam addiscere;) fidelibus autem non tantùm credibile, sed moraliter evidens videtur, suppositis cæteris, quæ constat Christum in constituenda sua Ecclesia servasse. Amesius 4. *Ut hoc conveniat Petri Successoribus, oportet ut omnes negent Christum.* Respon. Hæc illatio, digna Puritano, similis est illi, qua concluderetur; oportere omnes Ministros verbi Calvinistici esse piscatores aut Publicanos.

III. Bellarm. Petrus cum Successoribus dicitur Petra & fundamentum Ecclesiæ non ruituræ; Ergo nec Petrus nec Successores ejus possunt ruere aut errare. Amesius 1. *Petrus nullo modo est fundamentum Ecclesiæ, nisi respectu doctrinæ Apostolicæ, quam ex immediata revelatione habuit; Sed in isto respectu nullos eum habere Successores ipsi fatentur.* Resp. Falsum assumere Amesium in Majori propositione, monstratum est suprà tractando de Primatu Petri. Unde & ruit, quod mox subdit. Amesius 2. *Petrus hoc respectu non potuit errare: Papam autem illo privilegio non gaudere Bellarmin. concedit.* Resp. Bellarm. non tam concedit, quàm ut problema utrinque probabiliter à diversis assertum proponit. Amesius 3. *Papam posse hæreticum esse, & damnari, Bellarm. non negat. Quomodo autem ædificium erit in cœlis, cujus fundamenta varia sunt in inferno?* Resp.

Bel-

Bellarm. potius negat, ullum Papam fuisse hæreticum, dum omnes Pontifices, qui ab aliquibus hæreseos insimulabantur, ab ea labe planè liberat. In eo autem quod Amesius infert, nullum est inconveniens: In casu enim, quo Christus Apostolos non confirmasset in gratia, & voluisset permittere aliquorum ex iis lapsum post resurrectionem, sicuti permisit Judæ apostasiam antea: contigisset idem, quod ut absurdum hic infert Amesius. Nihil autem in eo esse incommodi, patet vel ex illo Apostoli dicto, cùm ait: Castigo corpus meum, nè cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar. Amesius rursus hic asturè dissimulat testimonia SS. Patrum.

IV. Bellarm. Ex Joan. 21. v. 17. Pasce oves meas &c. fit hoc argumentum: Papa est Doctor & Pastor totius Ecclesiæ; Ergo tota Ecclesia illum sequi tenetur; Ergo si ille erret, tota Ecclesia errabit. Nec evades, si dicas: oportere illum sequi, si rectè doceat, alioqui magis Deum, quàm homines esse audiendos. Contra: Nam quis judicabit, rectenè Pontifex doceat? Non enim est ovium judicare, an Pastor erret, præsertim in rebus dubiis. Neque potest dici: Posse tunc recurri ad generale Concilium, saltem cui etiam ipse Papa intersit. Contrà: Quia soli Petro dicitur: Pasce oves meas: solum Petrum vocavit fundamentum, non Petrum cum Concilio; unde patet totam firmitatem Conciliorum legitimorum esse à Pontifice. Deinde sæpè non potest celebrari Concilium generale. Et quid si in tali Concilio dissiderent Patres à Præside suo? &c. Amesius ista egregiè *enervavit*, nempè, more suo, truncando. Deinde ait: 1. *Petit principium*. At hoc demonstratum est supra de primatu Petri. Amesius 2. *Pastor potest errare, Ecclesia illa, cujus est Pastor, non errante. Papam posse esse hæreticum, Papæ ipsi concedunt*. Respon. Potest errare, ut privata persona, transeat: judicialiter aliquid definiens ut Pastor, nego. Amesius 3. *Judicare discernendo, possunt ac debent de doctrina, pastores illi omnes, qui jubentur Spiritus probare* 1. *Joan.* 4. *vers.* 1. Respon. Hæc nænia Lutherano-Calvinistica jam satis in superioribus explosa est. Amesius 4. *Hoc ipso manifestè declarat Papa se esse Antichristum, quòd illum locum in Ecclesia sibi vendicat, ut ipso errante & ruente, tota Ecclesia corruere debeat. Sic enim Gregorius Epistol. lib. 4. Epist. 32. & 36. Joannem Constantinopolit. arguit Antichristianæ præsumptionis: Universa igitur Ecclesia corruet, quando is, qui appellatur Universalis, cadet*. Resp. Amesius hoc ipso manifestè declarat, se esse calumniatorem & cavillatorem, dum aliter accipit ly *Universalis*. Ecclesiæ supremum Pastorem & Doctorem infallibilem agnovisse se S. Gregorium M. manifestum est ex lib. 18. epist. 52. ubi Vigilium per Gallias Vicarium suum constituens, excepit: *Si de fidei causa contentionem evenire contigerit, ad nostram studeat perducere notitiam, quatenus* A NOBIS VALEAT CONGRUA SINE DUBIO SENTENTIA TERMINARI. Quæ de Summo Pontifice Veteris Testamenti hic Th. 16. repetuntur, jam satis supra expedita sunt.

V. Bellarmin. Probatur idem duplici experimento. 1. Quia sola Rom. Sedes nunquam defecit à fide. 2. Quia Papa plurimas hæreses solus sine Concilio generali damnavit. Amesius 1. *Petitur principium*. Resp. Sic est, sed juxta Amesium, qui probationem omisit. Nam Bellarminus ostendit per inductionem, omnes Patriarchales Sedes defecisse: Nihil verò tale posse de Romana ostendi. Amesii erat demonstrare, quo tempore, & quas hæreses, contra antiquam Patrum fidem Pontifex invexerit in Roman. Ecclesiam? quamdiu non datur luculenta Instantia, manent Roman. Pontifices in possessione Innocentiæ. Videatur pars 2. quæst. Vex. P. Foreri 1. cap. Amesius 2. *Non agitur hic de Sedibus & Sellis, sed de sedentibus & docentibus Papis*. Resp. De his ergo demonstretur defectio, & quando?

quomodo? per quos contigerit? sicuti n
distinctè monstramus de Ubiquetariis, S
&c. Amesius 3. *Multi alii damnarunt va*
Conciliis generalibus, & sine Papa Roman
thoritativè, & judicio definitivo? minir
lia damnatio, suprema tandem Pontific
thoritate nitebatur; ut nominatim de h
na constat, quæ licèt in Conciliis Pal
vit. & Carthaginensi damnata fuerit, ne
sebatur *causa finita*, antequam *hac Synod*
dem Apostolicam mitterentur, & inde resc
ut his verbis testatur S. August. serm. 2.
postoli, & S. Prosper in Chronico. Ph
stadienses, Calixtus, Conringius, Titi
libilitati Pontificiæ objecere, & à me
videri possunt in 2. part. Irenici Anti-C
Examine Exam. Conringiani, præsertim
ubi præcipuè ursi illustrissima testimon
tii I. Papæ, S. Gregorii Nazianzeni,
S. Hieronymi, Philippi Presbyteri in C
sino, & Rheginonis Abbatis, quæ me
esse queant, & ibidem à frivolis evasi
gii & Titii vindicantur.

Ad CAPUT I

STatuit hoc Cap. Bellarminus, q
Pontifex Romanus non potest err
neque Romana particularis Ecclesia.
telligendum est de errore personali om
rum, ita ut tota illa Ecclesia fieret ap
verissima est hæc propositio, si intell
sia Romana, dum ibi persistit Apost
verò sic intelligatur, quasi Sedes Apo
sit unquam Roma aliò transferri; est
bilissima sententia: non tamen adeò ce
nino de fide. Hactenus Bellarm. Co
Majus est quod tribuitur hic à Bellarmino
quàm quod tribuit ipsa Papa. Papam en
vult à judiciali errore, non à personali;
fraudulenter ita ait Amesius; Bellar
præscindit ab utroque, vel potius a
Papa personalem ἀναμαρτησίαν) & Ec
à personali: fides autem personalis multò
judicialis: & error personalis magis est
ranti, quàm judicialis. Hic etiam acco
dicialiter quidem, ex hac hypothesi, err
Romana; si quidquam de fide statuat
omnium: quia si sic erraret, errarent u
naliter. Nihil igitur accedit Papæ, fea
plurimum ex hac propositione, dum E
ipsi non tantùm adæquatur, sed etiam a
Quòd si quis cum Albert. Pighio &c.
etiam personaliter errare non posse; r
sit evanescit. Respond. 2. Posita ad
sententia, præstantior omnino est pr
ca erroris immunitas in sententia j
quidquid sit de privata illius persona
mallet tali Judici in sententia fere
credere causam suam, quàm alteri
interius errare non posset? Nam no
si non posset, hoc ipso etiam fallere
spond. 3. Falsum omnino est, illa du
conjuncta, ut contendit Amesius
Ut enim bene ex eo sciscitatur Gret
infallibilitatem alicui personæ dare nc
nus judiciarium munus gerit; & non
privata persona est? Vel etiam dare
errore alicui cœtui, quasi personale
quam totus cœtus in errorem inci
non dare immunitatem ab errore u

T 4

cujus dogmatis? Amesius debebat oppositum probare, & non tantùm Witakeriana effata sine fundamento repetere. Amesius 2. *Infallibilitas Papæ non potest infallibilitatem personalem ipsi Papæ adferre; quænam verò fingi potest ratio, quæ istam conferret Ecclesiæ Romanæ?* Resp. Papa illam non confert Romanis, sed Deus intuitu Papæ, seu Sedis Apostolicæ. Amesius 3. *Privilegium istud Ecclesiæ Romanæ nullo argumento confirmatur vel ex Scripturis, vel ex Traditione, vel ex communi consensu Patrum, vel ex Scholasticis ipsis; ita ut omni specie probabilitatis destitutum cogatur planè mendicari.* Resp. Cur ergo Amesius non infirmavit authoritates illas SS. Patrum à Bellarmino adductas? Accedit, quòd Bellarminus propositionem illam in priori sensu acceptam non pronuntiavit esse certam de fide; qualis si diceretur, deberet omnino de ea constare ex Verbo Dei scripto aut tradito: solum ergo illam pronuntiat qualitercumque veram, præcipuè ob testimonia SS. Cypriani, Hieronymi, Gregorii, Nazianzeni, Cyrilli &c. Amesius 4. *Adversatur Scripturæ Rom. 11. vers. 20. & rejicitur ab omnibus, qui non sunt adulatores Curiæ Romanæ.* Resp. Hæc est decumana calumnia, quæ post Danæum, Junium &c. non veretur SS. Hieronymum, Gregorium, & alios Patres, Parasitis Roman. Curiæ adnumerare. Locus ille Apostoli Roman. 11. nihil ad rem facit; Agit enim tantùm de singulis fidelibus cujuscumque Ecclesiæ ex Gentibus ad fidem conversæ, comparatione Judæorum: ut bene contra Witakerum ostendit Gretserus, quem *enervare* debuisset Amesius, si quid præstare voluisset. Illud verò prioribus criminibus falsi accensendum, quod ex Bannezio nomine Soti, Cajetani &c. recitat: *Ex Scriptura certum non est, populum Rom. non defecturum à fide &c. Quin immò videtur hoc indicari 2. Thessal. 2. vers. 3. ubi (si credimus Lactantio, Athanasio, Chrysostomo, Ambrosio, Hieronymo, & aliis) per defectionem intelligitur abolitio populi Romani.* Sed certum est, nihil simile haberi apud Bannezium, tam in editione in fol. quàm in 4. Ad rem ipsam quod attinet, fatemur omnes cum Bellarmino, Populum Roman. paulò ante consummationem mundi ad paganismum rediturum, & Rom. Pontificem inde pulsum iri. Sed hoc nihil ad rem nostram: hic enim agitur de tempore, quod Antichristi tyrannidem propè mundi finem præcedet. 5. Tandem Amesius arguit *contradictionis* Bellarminum, acsi *hic neget, quod antea lib. 2. cap. 12. disertis verbis affirmabat. Ibi enim dicit Romanum Pontificem ut Rom. Pontificem Petro succedere, esse de fide, quamvis non sit de jure Divino: hic autem fatetur: Non esse omnino de fide, à Rom. Sede non posse separari Apostolicam Sedem. Sed magis animosè pugnavit pro Rom. Pontifice, quàm pro Ecclesia Romana.* Resp. Fingit antilogiam Amesius, ubi nulla est. Non enim repugnant invicem duæ illæ propositiones. Etsi enim non sit de fide, à Romana Sede non posse separari Sedem Apostolicam: de fide tamen est: quandiu conjunctam videmus Sedem Apostolicam Romano Episcopatui, Romanum Episcopum, etiam ut Romanus Episcopus est, Petro succedere, (ut ex continua traditione SS. Patrum liquet,) adeoque Ecclesiæ Caput esse. Quid hic contrarietatis?

Ad CAPUT V.

HOC Capite assertio Bellarmini est: Neque in præceptis morum, quæ toti Ecclesiæ præscribuntur; neque in rebus necessariis ad salutem; vel in iis, quæ per se bona vel mala sunt, errare potest Summus Pontifex. Amesius 1. *Mirum est, improbissimos homines, vel hominum potiùs monstra (quales multos fuisse Bellarminus fatetur) non posse generaliter decernere contra bonos mores.* Resp. Amesius facit Multos ex *non paucis*, & omittit, quæ Bellarm. addit (Si vera sunt, quæ de iis scribuntur.) 2. Mirum id videtur Amesio, quia causam vel nescit, vel agnoscere non vult, nempè Divinam providentiam & assistentiam, quæ pro bono Ecclesiæ talem lapsum non permittit in Capite alioquin improbo. Cur enimverò id non possit is, qui per asinam Balaam locutus est; & per impium Caipham (quòd esset Pontifex illius anni) prophetavit? Amesius 2. *In singularibus præceptis posse Papam errare Bellarmin. agnoscit: Omnia autem singularia ab universali non differunt reipsa.* Ergo potest etiam in universalibus morum præceptis errare. Resp. Amesius satis ridiculus hic est, & vel stuporem fingit, vel fraudem admittit. Ineptè nimis dicitur, universalia præcepta, quæ pro tota Ecclesia feruntur, constari ex singularibus, (ut jam dissimulem, à præstantissimis Philosophis negari, Universale nihil aliud esse, quàm omnia singularia confusè cognita, uti contendunt Nominales.) Incredibile est, Amesium hic ita obstupuisse, ut non caperet, quòd Bellarm. per præcepta universalia intellexerit leges, quæ universaliter feruntur pro Ecclesia; particularia verò, cùm Pontifex in causis particularibus judicat inter partes dissidentes, & unum condemnat, alterum absolvit: in quo casu certum est, posse eum errare, vel ex subreptione, vel etiam ex pravo affectu. Amesius 3. *Concedit etiam, posse Pontificem superfluam, minus discretam, inutilem, & nimis gravi pœna sancitam legem toti Ecclesiæ præscribere. Sed hoc est errare in Cathedra: hoc est, in Pontificis officio errare: hoc est temerè definire; quæ omnia Papam posse negavit antea Bellarminus.* Resp. Nego subsumptum. Non enim promisit Christus Petro & Successoribus, quòd numquam sit defectura ejus prudentia & probitas, sed fides tantùm. Porrò definitionem Cathedræ Apostolicæ, & quam authoritatem atque *ἀναμαρτησίαν* hæc habeat, non à Calvinistis, sed ab ipsius Ecclesiæ Catholicæ perpetuo sensu discere oportet. Probationes Bellarmini omnino firmæ sunt, nempe 1. Quia si Papa in præceptis Morum ad salutem necessariis erraret, tunc tota Ecclesia graviter læderetur in necessariis; quod est contra promissionem Christi Joan. 16. vers. 13. Spiritus Sanctus *docebit vos omnem veritatem* (saltem necessariam ad salutem.) 2. Quia Deus tunc deesset Ecclesiæ in necessariis; quandoquidem præcipit illi, ut sequatur Pontificem, & tamen permittit Pontificem errare. At certè Deus nulli deest in necessariis. 3. Si posset errare in moribus per se bonis & malis, tunc Ecclesia non posset dici Sancta, præcipuè ob legem & professionem sanctam: immò consequenter etiam necessariò erraret in fide. Amesius non habuit quo hæc everteret, sed meras antitheses proposuit. Ultimum tamen Bellarmini dictum, nempè: Si Papa erraret præcipiendo vitia vel prohibendo virtutes, teneretur Ecclesia credere, vitia esse bona, & virtutes malas; sic excipit Amesius 1. *Tenetur Ecclesia credere, eum esse Antichristum & Primogenitum Diaboli, qui hanc authoritatem sibi arrogat, ut fides ipsi magis quàm Deo habeatur.* Sic est. Sed quis Pontificum, quis hæresiarcharum etiam, sibi hoc arrogat? Si de arrogantia implicita sermo sit, Novatores nostri id quidem affingunt Romano Pontifici, sed ipsimet revera præstant. Quod enim Lutherus omnium Patriarcha dixit: SE LEGEM INTERPRETANDI VERBI DEI NULLAM PATI, idem omnes ejus filii & nepotes gnaviter sectantur. Sed vide omninò recognitionem num. 29. Amesius 2. *Non est mirandum, quod Theologi Pontificii defendunt: Papam non posse contra fidem & bonos mores decernere; cum profitentur, se teneri credere fœdissimas hæreses esse veras doctrinas, & turpissima vitia esse sanctitatem, si Papa ita decernat. Non opus est hic disputatione, sed anathemate potiùs maranatha?* Respon. Verè non opus hic est disputatione, aut alio etiam anathemate, quàm ut calumniam Amesii detestemur. Bellarminus tantùm

loqui-

loquitur de Quæstionibus dubiis Exempl. Grat. cùm inter Theologos controvertitur, sitne hæc actio licita, sancta &c.? an talis contractus sit justus &c.? ut ipsemet expressit in Librorum suorum Recognitione: Et in talibus dubiis tenentur subditi acquiescere resolutioni Superioris. Idem est proportionaliter in Quæstionibus speculativis. Cùm verò patens est error aut vitium, quod proponit Superior, tunc non est audiendus, sed tamquam tentator repellendus. Atque hic est communis omnium Catholicorum sensus manifestus. Quia ergo evidens est, subditum in re dubia bene facere, conformando se judicio & voluntati ejus, quem Dei loco veneratur; (etiamsi enim erraret speculativè, eliciendo actionem materialiter malam, formaliter tamen faceret opus honestissimum;) consequenter evidens est, teneri Deum, totius Ecclesiæ Præsidem, ab errore servare immunem, ne hic omnem Ecclesiam involvat erroribus & pravis actionibus, esto formaliter non malis, nec imputabilibus. Quid hìc non verum & sanctum? Quid in Amesiano cavillo non fallax & improbum?

Ad CAPUT VI.

PApam etiam ut privata persona est, hæreticum esse non posse, ait Bellarminus probabile esse, pieque credi posse; idque suaderi, tum ex suavi dispositione Dei: Quia cùm Papa debeat veritatem semper docere, & sine dubio id facturus sit, cùm id jussus sit facere, juxta dictum Christi: *Rogavi pro te &c.* hoc certè non commodè præstabit Papa hæreticus; quamvis enim id absolutè quidem fieri posset, ut evenit cum asina Balaam loquente; non tamen congruit Divinæ Providentiæ, quæ disponit omnia suaviter. Tum experientia: Quia hactenus de nullo Papa probari potuit, quòd fuerit hæreticus. Amesius hìc opponit Bannesium, qui oppositam suam sententiam probabiliter etiam defendit; sed alterius contrariæ probabilitatem non elidit; quam & ipse ab argumentis Andreæ Duvallii Theologi Sorbonici fusiùs vindicavi in Irenici part. 2. cap. 5. quæst. 4. quæ non lubet hìc repetere, cùm fidei controversiam proximè non concernant. Ad alterum argumentum quoque Amesius nihil affert nisi ex Bannesio; qui quidem strenuè suam Thesim sustinuit: Credo tamen, si legisset, quæ post ipsum à Card. Baronio, Gretsero, Forero, Duvallio &c. pro Honorii Papæ innocentia allata sunt, mutaturum fuisse (saltem quoad hunc Pontificem) suam opinionem. Sed jam dimisso Amesio, in unam congeriem cogenda, & lustranda sunt

§. Unico.

Quæ Gerhardus contra infallibilitatem Pontificis objicit.

I. Gerhardus disp. 7. Thes. 3. sic arguit: *Quod non potest in Ecclesia semper haberi, ad illud non potest in Controversiis fidei recurri, & consequenter illi non competit authenticum judicium. At verus & legitimus Pontifex non semper habetur in Ecclesia, ut patet ex schismate inter Antipapas. Ergo. Majorem probat Gerhardus ex Bellarm. lib. 4. cap. 3. ubi ait: Concilium generale non posse semper haberi, ideoque non in eo solo, sed in Romano Pontifice esse etiam judicium infallibile.* Respondeo, Major non est Bellarmini, uti à Gerhardo ponitur: Estque nimis magna disparitas inter Concilium Generale & Papam, quoad hanc difficultatem. Nam ordinariè quoad Papam nulla est, cùm non nisi semel (post Urbanum VI. usque ad Martinum V.) fuerit tam diuturnum schisma, idque jam ab initio

Christianæ Ecclesiæ usque ad præsens
cilii autem generalis tot & tantæ sun
ut non modò primis tribus sæculis ob
Gentilium cogi numquam potuerit, s
variæ & sæpè vix eluctabiles remoræ
injiciantur, ut vel in Concilio Trid.
tur ejus genuina historia apud Card. I

II. Ex eo quod Bellarm. lib. 3. de
cap. 9. dixit: Judex debet habere aut
ctivam, alioqui nihil prodesset ejus ju
arguit Gerhardus Th. 8. *Atqui talem p*
vam non obtinet Papa. Quamvis enim n
ne excommunicationis, sed etiam ferro &
tra adversantes: tamen non potest eos co
de sibi assentiantur. Resp. Hanc object
tiam esse non negabunt omnes JCti.
luntas in nulla materia sive sacra sive
gi possit quoad actus à se elicitos, u
nes sapientes: ratum est tamen etiam
logos illud JCtorum: *Coacta voluntas*
tas. Sufficit ergo in quocumque Judic
ctivam, ut possit & actionem omissio
reddere illicitam & peccaminosam, u
tatur, reus in conscientia obligetur a
namque: ac insuper, ut possit Judex
no transgressores deprehensos plectere
hæc cavillatio *puerilis*, etsi ægrè audia

III. A Thesi 19. usque ad 22. ol
nem Doctorum Catholicorum, an C
pra Papam? An Papa sine Concilio
fallibilis? &c. Hinc ait *vehementer lab*
Rom. Pontificis. Sed hæ nebulæ jam
sunt. Videatur etiam Irenici part. 2.
& 3.

IV. Ex eo quod Bellarm. lib. 2. d
cap. 9. resp. ad 7. ait: Pontifici in
dientiam negari posse, Gerhardus T
sequi ait: Pontificem non esse summum,
absolutum judicem, aliàs enim in omni
diendum. Resp. Hunc cavillum nulli
in palæstra Theologica Tironi prop
possem. Sibilum, non responsum m
ferè plusquam *puerius*.

V. Quæ Th. 23. affert de *ordinar*
rio Judice, & quòd ab uno ad alium
&c. vix majoris sunt momenti. Nim
sum, omnem extraordinarium quovi
superiorem.

VI. Th. 25. hoc modo arguit: *Ju*
nem à Bellarmino approbatam, Pontifex
batur judicare juxta legem Divinam.
Pontifex. Ergo absoluta & infallibilis po
tificis ex Deut. 17. vers. 8. non probatur.
Conseq. de infallibili potestate; Con
ta ab omni lege independente, quam
ci Papæ tribuunt, sed affingit Gerha

VII. In Th. 32. 33. & 34. ex var
ctis venatur antilogiam, & ait: *Vid*
tatoris hujus vertiginem. Pontificibus Jud
authenticum, & infallibile judicium con
Matth. 23. vers. 2. 3. & tamen illo temp
tur Judæi audire Scribas & Pharisæos
sis sedentes, præsens erat Christus, &
administrabat. Ergo ex concessione Bella
poterant. Vicissim si tempore Christi
Ecclesiam per se administrantis, Judæoru
rare poterant, quomodo ex verbis Mat
evinci potest judicium summum, authen
bile ipsis competere? Resp. Bellarminu
tent, licèt non in vertiginoso capite
unicè intentus est ad antilogias con
landa omnia sursum deorsum. Summ

Vet. Test. durare equidem debebat usque ad Christum; porrò cùm hic terminus non consisteret in indivisibili, dos quoque illa infallibilis Cathedræ non fuit simul & semel in uno instanti illis ablata; sed potiùs, ut bene notat Becanus, Christo jam præsente cœpit Synagoga agonizare, & quasi paulatim exspirare, præcipuè cùm in penultimo Concilio Caiphas pronuntiavit sententiam contra Christum, partim falsam & iniquam, partim veram & sanctam ex Spiritus Sancti instinctu, ut testatur Joan. cap. 11. vers. 49. Prophetabat enim Caiphas, non quidem formaliter; (aliud enim omnino intendebat,) sed materialiter, Spiritu S. linguam ejus movente, non cor. Videatur S. Chrysost. ibi. Cùm verò sententiam in Christum tulit Summus Pontifex, & coram universo Concilio dixit: *Reus est mortis*, tunc exspiravit omnino Sacerdotium Aaronicum; (in cujus signum *velum templi scissum est*,) omnesque ejus leges & Cæremoniæ; quæ tamen etsi mortuæ, non simul mortiferæ esse cœperunt, nisi post sufficientem promulgationem Novæ Legis & Sacerdotii.

VIII. Th. 36. ait, quòd juxta Bellarm. *Pascere oves* rationales, *præcipuè intelligatur de doctrina: hac autem ratione præceptum hoc minimè omnium ad Papam pertineat*. Respondeo, Hæc est cavillatio Prædicantica, qui somniant, neminem docere, nisi pro concione declamando.

IX. Ex discrepantibus sententiis Catholicorum à Bellarm. relatis, sic infert Gerhardus Th. 41. Ergo *infallibilitas Pontificia non est fidei articulus*. Resp. Ex suprà dictis constat, Sequelam esse nullam. In substantia enim conveniunt Catholici omnes, nempè, quòd Papæ judicium ex cathedra sit infallibile, abstrahendo à modo &c. Vide dicta.

X. Post longam recitationem verborum Bellarm. ex lib. 2. de Rom. Pont. cap. 30. sic arguit Th. 54. *Si Papa in fidei articulis non posset errare, frustrà tam operosè quæreretur: an Papa hæreticus possit deponi; quemadmodum otiosè quæreretur: An Angeli in bono confirmati, gratia & salute possint excidere &c.* Resp. Si tam incertum esset de Angelorum confirmatione in gratia, ac est immunitas ab hæresi personali in Papa, sine dubio inepta esset Quæstio. At cùm res videatur incerta: ii qui ajunt eum posse incidere in hæresim, meritò disceptant, an & quomodo deponi possit?

XI. Ex eo quod Bellarm. ait lib. 4. de Rom. Pont. cap. 7. Papam debere adhibere media humana, infert Gerhardus Th. 59. *Si infallibilitas est in solo Pontifice, Concilia non sunt necessaria. Ergo Papæ infallibilitas non pendet à Conciliorum investigatione*. Respondeo, Nulla hic est sequelæ necessitas. Sicut enim Christus potuisset Petrum & successores reddere ita infallibiles, ut nullo adhibito medio, immediatè illuminarentur à Deo, ita etiam potuit, ut non nisi adhibito tali medio id fieret; quod tamen medium non confert infallibilitatem, sed sola assistentia Spiritus Sancti promissa, sub illa conditione sine qua non. Quæ Th. 60. additur illatio, minùs adhuc valet. Etsi enim Papa non sit Theologorum eruditissimus, potest tamen præstantissimorum aliorum Judiciis auditis sufficienter decernere. Annon & inter *Apostolos fuit magna conquisitio* Actor. 15. vers. 7.? Nec tamen ideò Paulus aut Joannes (Petro indubiè sapientia superiores) debebant à Christo in constituendo Capite præferri.

XII. Quod Th. 64. arguitur, excussum est suprà in Amesianis. Quod autem ibidem addit: *Si Papa errare potest ut homo, certè non potest ab errore immunis esse ut Pontifex, aliàs omnes Episcopi possent eo modo excusari*. Lepida est illatio! Sine dubio omnes particulares Episcopi possunt falli, & quidem ut homines, non ut Episcopi, & quidem collectivè non divisivè. Nam non sunt singuli seorsim Judices Controversiarum constituti.

XIII. Disp. 8. Th. 43. ex Bellarm. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 3. §. 3. ait, hunc concedere: *Donum perseverantiæ non pertinere ad omnes Petri Successores. Ex hoc ita colligimus, Christum in his verbis* (Luc. 21. vers. 32. Ego rogavi) *non orare pro Pontificibus Romanis, nam in §. 3. subjicit Bellarm.* Donum infallibilitatis, quo non possit aliquis unquam veram fidem amittere, est aliquid amplius, quàm donum perseverantiæ. *Ergo si donum perseverantiæ non pertinet ad omnes Petri successores, nec donum infallibilitatis pertinebit; & per consequens, Christus donum Infallibilitatis illis non impetravit. Ratio est, quia cui non competit minus, quod majori includitur, illi nec competit majus, quod minus includit.* Respondeo, Cavillatoriè colligit Gerhardus, immò crimen falsi committit, dum affingit Bellarmino illam propositionem: *Donum infallibilitatis, quòd aliquis non possit unquam veram fidem amittere, est aliquid amplius, quàm donum perseverantiæ*: Sed hæc propositio quoad priora duo verba non est Bellarmini, sed Gerhardi. Nam illud unum prius privilegium, quod Bellarm. ait esse amplius dono perseverantiæ, est, nunquam veram fidem amittere, non verò donum infallibilitatis in decidendis fidei controversiis, ut fraudulenter fingit Gerhardus. Posset enim absolutè Christus alicui conferre donum infallibilis judicii in controversiis fidei, cui tamen neutrum ex duobus illis privilegiis (scilicet 1. nunquam amittendi fidem. 2. perseverandi in fide usque ad finem.) detur. Unde patet luculenta deceptio Gerhardi.

XIV. Ibid. Th. 48. sic colligit: *Si (juxta Bellarm.) converti à peccatis non convenit hominibus, nisi quatenus privatæ personæ sunt; utique etiam non convenit Petro, nisi quatenus fuit privata persona; ac proinde fuit donum personale: Ergo Christus Petrum ut personam privatam hic alloquitur, ac per consequens, nihil in his verbis continetur, quod ad successores Petri Romanos Pontifices pertineat. Prius totidem verbis agnoscit Bellarminus: Ergo & agnoscat posterius.* Resp. Neutiquam agnoscet, quia Sequela est Gerhardina, hoc est, de more languida, frivola, aut potiùs nulla. Evidens est, Christum Petro tunc duo dona contulisse; alterum personale, conversionis scilicet à peccato negationis; alterum, pro bono Ecclesiæ, commune. Hæc potuerunt sine dubio & conjungi quoad fidem, & separari; sed utrum factum sit, non liquet. Interim certum est, unum non necessariò dependere ab altero. Posterius autem ad hæredes transmitti, constat ex traditione Ecclesiæ, & ipso fine ob quem concessum est; de priori non item. Ergo malè illud *fortasse* in priori trahitur etiam ad posterius.

Ad CAPUT XIV.

A Capite 8. usque huc, Bellarminus hæreticorum objectiones contra infallibilitatem Romani Pontificis refutavit. E contrà Gerhardus Disp. 7. Thes. 43. usque ad 49. unà cum suis symmystis multiplices eis errores impingit. 1. Opponit Honorium Papam. Sed ad hoc jam responsum suprà ad cap. 6. 2. Objicit Nicolaum I. Sed hic hæresim non admisit; tum quia trium personarum in baptismo pronuntiationem non definivit ex cathedra; tum quia ut privatus Doctor non illam pertinaciter tuitus est. 3. Objicit Innocentium III. Verùm hic erravit, opinando Christum nullis verbis consecrasse. Porrò Gerhardus ridiculus est, cùm putat hunc *errorem non debere communiter refelli, eò quod sit Papæ* ut privati Doctoris; ut sic enim non est infallibilis. Quidni ergo refutetur? Similiter impiè Joannem XXII. contendit admisisse hæresim, (dum opinatus est, animas Sanctorum, non esse beatas ante diem judicii;) eò *quòd Innocentius III. multò ante Joannem XXII. oppositum disertis verbis docuerit in cap. Apostolic. Extra. de Presb. non bapt.* At non definivit hac

de

de re quisquam Pontificum ante Benedictum XII. Joannis successorem. Quoad Joannem XXIII. verò, ut hic censeretur hæreticus, non satis est fuisse accusatum, sed convictum & damnatum. Verùm etsi & hoc factum fuisset, nil inde contra nos; non enim fuit verus & indubitatus Pontifex. Post ejus verò discessum Constantiense Concilium mansit etiam sine capite dubio; qui ante depositionem saltem habebat titulum coloratum.

Innocentii VIII. dispensationem cum Norwegis sine vino celebrandi sacrificium, mirum est Gerhardum objicere, cùm ex Bellarmini Recognitione, ejusque defensione apud Gretserum scire potuerit & debuerit; fabulis simpliciter annumerandam esse illam Volaterrani sententiam; cùm apud omnes alios, & etiam in Archivio Romano rei tam insolentis nec leve vestigium exstet. Vide recognitionem Num. 32. Quod Th. 49. & 50. de Canonizatione Sanctorum movet, uti & de Honorii damnatione per Adrianum in duabus Thes. seqq. discutietur Tomo 2. Th. 55. *Liberium publicè errasse*, inquit Gerhardus, *negari nequit, quia à Papali sede per Ecclesiam fuit dejectus, ut fatetur Bellarminus. Ergo fuit hæreticus.* Resp. Nego Sequel. Fecit enim aliquid exterius, ex quo poterat probabiliter præsumi lapsus etiam interius: at præsumptionem hanc non bene esse elisam à Bellarmino, debebat Gerhardus ostendere.

Disp. 8. Th. 1. arguit Gerhardus Bellarminum: *quòd frigidè & oscitanter Paparum errores excuset.* Carpit verò Th. 2. quòd *in plurimis ibid. relatis elevet antiquorum Scriptorum fidem.* Resp. Facit id ob rationes gravissimas, & ideò benè; etiam Lutherani & Calvinistæ quælibet SS. Patrum & gravissimorum Scriptorum testimonia, ex mero affectu pravo in Papam, pro libitu & elevant & rejiciunt, & ideò malè

Th. 3. & 4. ait: *Si fidem authorum elevare non potest* (Bellarminus) *respondet: illos qui errasse memorantur, non fuisse veros Pontifices.* Ac deinceps sciscitatur: *Quomodo privatus homo potest certò agnoscere, quis sit verus & legitimus Pontifex, quando tempore schismatis plures de Papali dignitate invicem disceptant, & ipsi Pontifices in hoc discernendo errare possint, ut de facto errarunt Stephanus & Sergius?* Respondeo, Omnes fideles sunt certi, omnes illos esse veros Pontifices, quos major pars Ecclesiæ ut legitimos acceptavit, nec apparet ullum schisma in electione intervenisse. Si secus contingat, certum itidem est, tales Pontifices esse dubios, etiamsi aliqui præ aliis videantur habuisse jus probabilius, ut contigit in Urbano VI. & qui eum secuti sunt usque ad Joannem XXIII.

Th. 5. ait Gerhardus: *Si negare nequit veros & indubitatos Pontifices fuisse, quorum errores sunt in propatulo, respondet, ipsos errasse in Quæstionibus facti.* Uti de S. Gregorio dicit, dum hic concessit quibusdam Presbyteris, ut absente Episcopo possint confirmare. *At,* inquit Gerhardus, *de Ministro Confirmationis est quæstio fidei, non facti: unde Adrianus VI. hinc collegit, Gregorium Papam in hoc errasse. Sed hac ratione iterum sequitur, Pontificem errare posse, quia Adrianus ille æquè fuit Pontifex ac Gregorius.* Resp. 1. Quæstio fidei est, an Presbyter possit ex delegatione Papæ esse minister extraordinarius Confirmationis? Et hanc non determinavit S. Gregorius. Quæstio facti est, an S. Gregorius bene vel malè fecerit, delegando id munus ex causa honesta aliquibus Presbyteris? Et respondetur: Etsi à parte rei id fuisset illicitum, si tamen inculpatè & probabiliter ipse opinatus id licitum esse, sic juxta hanc opinionem operatus fuisset, non errasset certè in definiendo, cùm nihil ibi intenderit definire. Quemadmodum si Papa dispensat in matrimonio rato, non propterea definit, Papam posse dispensare in matrimonio rato. Resp. 2. Gerhardus

turpiter errat, cùm Adrianum VI. F
scripsisse ista in 4. Sent. de Confirma
Nam Adriani opus in 4. Sent. prodii
scensiana Kal. April. Anno 1516. cù
tificatum evectus fuerit non nisi qui
ut omnibus compertum est.

Thes. 6. turpiter fallit aut fallitur,
nium dogmatum certitudinem ad infalli
tiam tandem revocari. Sed hoc, univ
do, omnino falsum est: verum est
troversiis decidendis; In iis enim q
versia semper credidit omnis Ecclesia
cum infallibilitas Papæ: ita quoque
infallibilis manet universalis Ecclesia
tehac semper creditis. Videantur q
ring. dixi in Exam. Examinis Interr.
Interr. 10. §. 3.

Th. 9. ait: *Si negare nequit, quosda*
in Quæstionibus fidei errasse, respondet,
se aliquid contra fidem, sed suam tant
privatos Doctores exposuisse. Addit C
plum *de Vigilio Papa, qui anathema*
in Christo consitentibus. At certum est
hil definivisse ex cathedra, immò
facere, cùm ille tunc Pontifex non
verius. Sed inquit Gerhardus, *Nicol*
tinens errorem, inseritur Juri Canonico.
omnia, quæ (nempè concomitanter
cretis Pontificum, sunt de fide; i
quæ in Conciliorum decretis qualiter
guntur. Eadem ratio est de decretis
riæ, Alexandri, Cœlestini, Inn
Gerhardus à Th. 11. usque ad 15. r
cavillari, ita tam avidè discere volui
finire ex cathedra, facilè hic se expe

Pergit Gerhardus Th. 16. *Vel eò*
Quòd Pontifex exemplo tantùm erraveri
ctrina. Sic Marcellinum, Liberium,
rium M., Stephanum IV., & Sergium I.
resi Bellarminus. At huic exceptioni me
lud Gratiani c. testes 2. quæst. 7. Quòd
fide exorbitare, & alios exemplo vel v
re. Resp. Nimis absurdum est quo
Gerhardus, paris malitiæ esse, negar
vi tormentorum coactum, & spo
nere interius & docere exterius hær
sine dubio intelligendus est in casu
nlla coactione & metu extrinsecus
tat alios ut à fide deficiant. Plus n
turalis ratio exigit, aut admittit.

Th. 21. ait: *Si negare non potest,*
rebus fidei errasse, eò confugit: quòd
re, cùm nondum fuerit aliquid certi
tum. Ita excusatur Nicolaus I. Joannes
clesia definitio non facit aliquod dogma
sed tantùm declarat. Resp. Sic quidem
quoties absque hac declaratione hon
ficienter propositum, quòd talis art
erroneus, non potest esse pertinacia
ter nec hæresis. Vix unquam, au
ulla hæresis respectu Dei immediatè
nis autem hæresis (saltem ordinariè
quòd quis nolit suum judicium de re
nere authoritati Ecclesiæ proponenti

Th. 23. inquit: *Vel eò confugit Bel*
tifices ex ignorantia erraverint, ut S. Ze
dit Th. 24. *Quòd si ergo tot ac tam*
tifex potest errare, videlicet circa pers
terno, ob metum mortis, ut homo pr
particularis, exemplo, opinionem suam
&c. quis me certum reddet, Pontificem
Cathedra pronunciantem errare non poss

det varia illa effugia eo tantùm fine arguté & astuté excogitata esse, ut Paparum erroribus in oculos & manus incurrentibus color aliquis obduci possit? Sed quæro ego vicissim: Quis nisi odio Rom. Pontificis excæcatus, non videt, miseros illos Cavillatores non posse vel unicum producere exemplum, quo manifesta fiat vel unius Papæ hæresis formalis, aut decisio hæretica? ac proinde eum justissimas illas excusationes, quibus ab ea labe Pontifices omnes vindicat Bellarminus, nullis sufficientibus argumentis Gerhardus eludere posset, maluisse tamen ita modo declamatorio hic introducere, apud imperitum vulgus plausum, apud doctos sibilum meritura.

Ad CAPUT XV.

HOC cap. Bellarminus Quæstionem proponit & quærit 1. An Papa habeat veram potestatem in omnes fideles, in spiritualibus, ut habent Reges in temporalibus, ita ut sicut illi possunt condere leges civiles, & punire transgressores pœnis temporalibus: ita Pontifex possit condere leges Ecclesiasticas verè obligantes in conscientia, & possit transgressores punire, saltem spiritualibus pœnis &c. Amesius: *Contendit igitur hoc in loco Bellarm. verum esse id, quod antea lib. 3. cap. 19. pudebat eum fateri: Papam scilicet in Ecclesia regnare.* Resp. Amesium ineptam logomachiam ventilare, planum erit inspicienti verba Bellarmini in utroque loco.

II. Bellarm. Quæritur de legibus justis, nam injustæ leges non sunt propriè leges. Nam leges injustæ ratione materiæ non obligant, neque debent ullo modo servari; quamvis illæ quæ sunt injustæ ex parte finis, vel authoris, vel formæ, seu modi, servandæ sint, quando sequeretur scandalum si non servarentur. Amesius: *Verba dat Bellarminus. Nam antea cap. 3. docebat:* Non esse fidelium judicare, an Papa erret necne: *Et cap. 5.* Non esse subditorum, hac de re dubitare, sed simpliciter obedire &c. Resp. Verba dat, non Bellarminus, sed more suo Amesius. Nulla in dictis Bellarmini est antilogia: ejus mens in superioribus satis explicata manet.

Ad CAPUT XVI.

PONtifices posse leges condere, probat Bellarminus I. ex Deuter. 17. vers. 12. *Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, -- morietur homo ille.* Hoc à simili, vel majori debet etiam intelligi de Pontificibus Christianis. Amesius 1. *Nihil hic dicitur de novis legibus condendis.* Resp. Explicitè esto: ast id sine dubio continetur in Imperio. Amesius 2. *Nihil de imperio Sacerdotis (nisi ex corrupta versione) sed de ejus ministerio* לשרת. Resp. Imperium Sacerdotis est ministerium, ut jam alibi ostensum est. Amesius 3. *Nihil ibi de uno Pontifice. Prudens lector* (ait Cajetanus in illum locum) *adverte, quòd definitio ambigua causa, non ab uno, sed à multis Sacerdotibus & judice describitur &c.* Respondeo, Quod notat Cajet. est pro nobis. Nam etsi in Sanhedrim fuerint 70. Sacerdotes aut Seniores, unus tamen erat supremus judex, cujus illi erant consiliarii & assessores.

II. Bellarm. *Quodcumque ligaveris &c.* Matth. 16. vers. 19. Ligare autem significat legem imponere, Matth. 23. vers. 4. *Alligant onera gravia &c.* Amesius 1. *Non sequitur, si aliquando ligare sit legem imponere; ergo in hoc loco ita sonat. 2. Ne quidem Matth. 23. vers. 4. significat impositionem novarum legum, sed legis Mosaicæ exactionem. 3. Nihil ibi magis de Papa dicitur, quàm de quovis Presbytero.* Resp. Si præfractè negare sine ulla ratione (immò contra rationem) est *enervare* Bellarminum, Amesius id insigniter præstat. Quis verò ante Calvinum ejusque pullos & fratres somniavit, non plus de Petro ejusque Successoribus agi Matth. 16. v. 19. quàm de quovis Presbytero? Numquid cæteri Lutherani & Calvinistæ ipsimet ly *onera gravia* interpretantur Traditiones & Leges humanas? Anne verò vel apparens ratio affertur ab Amesio, cur Matth. 16. non æquè (si non magis) ligare significet legem & præceptum imponere?

III. Bellarm. *Pasce oves meas*, Joan. 21. vers. 17. ubi Christus utitur Regio vocabulo: *Pasce.* Amesius: *Pascitur vento Papa, dum Pastoris nomine, quamvis non pascat, in solium Regium evehitur.* Resp. Facilius est Amesio scommatibus nugari, quàm argumentum solvere, quod ex eo loco fabrefactum videre potuit apud Gretserum contra Sibrandum. Est verò tale: Quicumque peculiariter sine restrictione, & à quocumque alio homine independenter, jubetur oves Christi pascere, ille habet potestatem ferendi leges obligantes in conscientia &c. Sed illud habet Petrus ejusque hæredes, juxta dicta lib. 1. de Rom. Pont. in expositione loci Joan. 21. *Pasce oves meas.* Ergo.

IV. Bellarm. Apostoli Act. 15. vers. 28. novam legem condunt de sanguine & suffocato &c. Amesius 1. *Non sequitur argumentum ab Apostolis ad Papam.* Sed cur non? Numquid præter authoritatem scribendi libros Canonicos, & miracula patrandi, (quæ duo in initio Ecclesiæ erant necessaria,) reliqua potestas Apostolica est adhuc hodie eodem modo, si non plùs Ecclesiæ necessaria? Amesius 2. *Nulla hic lex nova fertur ab Apostolis.* Resp. Sive vocetur nova, sive renovata, parum refert; certum enim est, veterem Mosaicam fuisse per mortem Christi abrogatam: ergo de novo hæc obligavit; quidquid hic tricetur Amesius, ex Carthus. Cajet. Alens. nonnulla nihil ad rem facientia producendo. Amesius 3. *Paulus qui interfuit Concilio, & optime illud intelligebat 1. Cor. 8. v. 7. 9. 10. & 28. apertissimè docet, non esse illicitum comedere idolothyta, nisi inde infirmi scandalizentur.* Resp. 1. Valdè verisimile est, Decretum illud Apostolicum ad Corinthios non pervenisse; tum quia literæ fuerunt tantùm expeditæ ad Ecclesias Syriæ & Ciliciæ, ut constat ex Actor. 15. vers. 23.; tum quia Apostolus meritò judicavit non expedire, ut traderet illis hoc præceptum Apostolicum, eò quòd nosset eos ad superstitionem pronos, itaque respondit iis 1. Corinth. 8. & 10. quod præcisè juxta legem naturalem tenendum erat. Amesius multis quidem, sed ferè inanibus verbis replicat; nisi quòd mendacio, seu falsi crimine ea farciat, dum ex Actor. 16. vers. 4. persuadere vult: *Paulum præceptum illud tradidisse omnibus Ecclesiis per quas transibat.* At verba vers. 4. hæc sunt: *Cùm autem pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & Senioribus qui erant Hierosolymis.* Quænam verò fuerint illæ civitates, dicitur cap. 15. vers. 41. his verbis: *Perambulabat autem Siriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum.* Nihil ergo est, quo Amesius vel leviter fundeat suum intentum contra priorem Bellarmini responsionem. Etsi tamen liberaliter concedatur, præceptum illud Apostolicum fuisse quoque Corinthiis traditum, adhuc non evincitur, quòd absente etiam scandalo aut periculo idololatriæ, nullam vim habuerit illud præceptum; quantumvis enim immolata non essent mala, nisi propter istas duas causas, potuerunt tamen absolutè prohiberi, cùm multa ex se licita prohibeantur, ne ad illicita pertrahant, & tali prohibitione posita, sunt absolutè illicita. Sed instat Amesius: *Juxta Apostolum tantùm ratione scandali & periculi sunt mala; Ergo nulla alia ratione.* Resp. Ant. verum est tantùm, quando præcisè sermo est de licito vel illicito; Ex jure verò positivo potest fieri malum ex prohibitione, quod ex se esset indifferens, aut bonum. Solent autem leges, etsi ratio illas ferendi ex præsumptione oriatur, obli-

obligare, etiamsi illa ratio hic & nunc cesset in particulari casu; dummodo non cesset positivè & contrariè, ut communiter dicunt Theologi in Tractatu de Legibus.

V. Bellarm. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c.* Rom. 13. vers. 1. *Ideò necessitate subditi estote, non tantùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Eodem cap. vers. 5. ubi etiam de Ecclesiasticis æquè ac de politicis Magistratibus loqui Apostolum fatetur Calvin. lib. 4. cap. 10. §. 5. Amesius ut tam apertum testimonium effugiat, duas rimas invenit. Prima est planè sycophantica & futilis, cùm ait: *Locum Apostoli non magis favere legibus Papæ, quàm decretis Mahumetani Muphti.* Sed jam ex suprà dictis constat hujus calumniæ vanitas: Quidquid enim de Papa ut sic esset, Apostolus tamen manifestè loquitur de quibusvis potestatibus sublimioribus, quæ valeant obligare in conscientia; quod nobis hic sufficit. Altera ergo rima Amesii est, qua ait: *Quamvis hominum leges bonas, quatenus sunt bonæ, observare Dei lex conscientias nostras adstringat; non sequitur tamen inde, ipsas leges hominum conscientias obligare.* Resp. Sequitur omnino. Non quidem id poscunt humanæ potestates, tamquam ipsæ ex se, & authoritate independente & imparticipata id haberent, sed ex potestate sibi divinitus concessa & ministeriali. Unde Apostolus toties ibi repetit: *Dei enim minister est.* Interim illa subordinatio superioris creati non obstat, quo minùs verè talis sit potestas, ut possit ipsa reddere subditis in conscientia illicitum, quod absque præcepto tali humano aliàs fuisset licitum. Et sicut potestas physica creata ad quoscumque effectus, etsi non sit nisi à Deo, verissimè tamen potest esse causa in suo ordine adæquata: ita & potestas moralis, etsi tota quanta derivata & communicata à Deo hominibus, tamen vim habet adstringendi subditos in conscientia. Sicut etiam Deus suis præceptis non obligat quatenus Deus est, sed quatenus Superior est; ita & humana potestas sublimior non obligat in conscientia, quatenus humana est, sed quatenus superior est, quantumcumque hanc superioritatem habeat ex concessione Divina. Unde similis est ista cavillatio Calvinistica, acsi quis petulans subditus diceret Principi S. R. Imperii, cui immediatè subest: non posse sibi Principem imperare, cùm omnem suam jurisdictionem habeat ab Imperatore. Apage ineptias!

VI. Bellarm. *Quid vultis? in virga veniam ad vos?* 1. Corinth. 4. vers. 21. Atqui si Apostoli habebant *virgam*, hoc est, puniendi potestatem ad posteros transmittendam, habebant etiam vim coactivam; nam illa sine hac frustrà est: Si habebant vim coactivam; ergo præcepta eorum non erant tantùm admonitiones, sed vera imperia; qualia Lutherani & Calvinistæ agnoscunt esse illa, quæ Pater dat filiis, & Magistratus subditis. Amesius præter manissima verba hic nil habet. Qualia sunt & frigidissima illa, quæ fundit ad illud argumentum ineluctabile, quod ex 1. Tim. 3. vers. 2. depromitur, ubi Apostolus legem statuit: *ne bigami ordinarentur*; quæ sine dubio est lex positiva & Ecclesiastica, obligans in conscientia. Amesius ait 1. *Paulus non fuit Papa Romanus.* Quid tum? Sed Petrus fuit, & quod ille potuit imperare, potuit imperare etiam hic, ejusque hæredes. 2. ait: *Nihilo plus novæ legis fuit in iis quæ Paulus docet de castitate Episcopo necessaria, quàm in iis quæ tradidit de cæteris virtutibus in eo requirendis.* Nihil ad rhombum inania hæc verba. Nisi Lutherani & Calvinistæ monstrarint: bigamiam successivam esse Sacerdotibus jure naturali vel Divino vetitam, (quod ad Kalendas græcas præstabunt,) evidens manet, hanc legem esse novam Ecclesiasticam, in conscientia o-

bligantem; Similis futilitas evasionum
apparet ad illud 1. Tim. 5. vers. 19.
terum accusationem noli recipere &c. Ubi
cetur, Episcopum habere suum trib
tra forum conscientiæ: in hoc enim
velle admittere testes extra ipsum
reum. Amesius dum oppositum non
re, mirum est, si fuit vigil, aut sol
cerebri; uti & dum separare vult po
mam (de hac enim Quæstio est) ju
testate ferendi leges; aut dum cavilla
dari judices qui non possint ferre lege
danei nimirum, & quotquot non ha
nem & Imperium supremum. Quis ist
verò hæc faciunt contra demonstrat.
Certè argumenta à Bellarmino in co
plusquam sufficienter evincunt veritate
quæ etiam magis confirmatur ex cla
trum testimoniis, & usitatissima prax
Conciliorum. Amesius hoc totum le
satagit, dicendo: *Patres antiqui nihil*
de Papa potestate in conscientias omnium
testantur ipso usu, Episcopos in C
hanc potestatem in conscientias fidel
sequenter idem reipsa testantur de eo
tur esse Vicarium Christi, & Caput
næ Ecclesiæ.

VII. Bellarm. Idem confirmat ratio
ter leges Divinas & civiles sunt nece
ges ad bene gubernandam Ecclesiam
bligant in conscientia: cùm omnis
vim coactivam, à consilio & libera
stinctam. Ergo. Major probatur: Q
gelicæ sunt nimis universales; deben
nari per Ecclesiasticas; sicut & lex
pter suam universalitatem determinat
viles &c. Amesius 1. *Possunt leges con*
Pro particularibus Ecclesiis, esto: pr
clesia, nego. Amesius 2. *Nulla nov*
reales sunt necessariæ, quæ non invenit
1. *Timoth.* 2. *Directiones ordinis, & dec*
get, neque propriæ, religionis. Resp.
Apostolus illic; sed prorsus oppositu
rendo legem de non ordinando bigam
negatur, esse in Ecclesia nonnullas c
nis, haud in conscientia obligantes:
omnes tales esse, repugnat universali
sti. Primus qui Christianos omnibus
solutos mentitus est, fuit Lutherus, qu
gelici Libertini pronis auribus & ani
Amesius 2. *Conclusiones ex Verbo Dei e*
non sunt novæ leges humanæ, sed partes
quas non exclusit Gerson &c. Resp. N
de evidenter deductis ex lege Evang
Evangelica & Divina esse facilè annu
stio est: Annon Ecclesia possit determ
pus quàm modum SS. Eucharistiæ su
quoties? an in Paschate? an à jejun
Tales determinationes, Ecclesiæ relic
praxis universalis, & approbat Ratio

Ad CAPUT X

I. ARgumentum quo hæretici C
tatem impugnant, desumptu
ult. *Baptizate &c. docentes eos servare*
davi vobis, non quæ vos mandabitis
Hæc glossa Lutherano-Calvinistica co
& sensui Christi Domini. Numquid
quæ Apostoli Gentibus prædicare deb
hoc, ut præcepta Apostolorum & S
dirent? Nonne Paulus ipse legem Apo

focato & sanguine (non utique Divinam aut naturalem) promulgasse legitur Act. 15. vers. ult. & cap. 16. vers. 4. Nec verum est (uti cavillatur Amesius) *Simili ratione ex illo Christi:* qui vos audit, me audit, *probare Bellarminum posse, licere Prælatis novum Evangelium condere, quia in mandatis Christi fuit, ut reciperetur Evangelium Pauli.* Sed hoc non à sana ratione, sed tantùm per Dialecticam Lutherano-Calvinistico-Quodlibeticam inferri potest. Quòd verò Amesius in patrocinium advocet Cajetanum Cardinalem, semel pro semper notandum pronuntio: Ejus authoritatem, qua posterioribus vitæ suæ annis Scripturas magis ex Rabbinorum nugis, quàm ex sensu & traditione Ecclesiastica interpretatus est, levis aut nullius esse momenti, adeoque pedes pavonis, ut ait Cardin. Pallavicinus.

II. Ex Deut. 4. vers. 2. & 12. vers. 32. *Non addetis ad verbum &c. Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito.* Ad hunc Achillem Lutherano-Calvinisticum abunde responsum est suprà, tractando de Tradit. Porrò Amesius multiplicat hic verba non tantùm otiosa, sed & perniciosa, uti est. 1. *Quid magis impiè dici potest, quàm quædam ex præceptis Dei posse per detractionem ab hominibus expungi, ita ut decem revocentur ad octo?* Sed quæro ego vicissim: Quid magis ineptè dici potest, quàm damnare impietatis id quod non intelligis? Quænam, quæso, impietas est, omnia Divina præcepta revocare ad duo tantùm, nempè dilectionem Dei & proximi? aut duo postrema Decalogi præcepta reducere ad sextum & septimum? 2. ait: *Gravius est crimen, addere novum præceptum, quàm addere opus præceptum. Neque enim potest addi opus ex præcepto, nisi addatur præceptum.* Respondeo, Hoc effugium petit id quod est in quæstione: supponit enim non posse addi ullum præceptum humanum Divinis, & non posse mutari Divinum, nisi per additionem novi præcepti humani. At oppositum est verum. Nam Lutherani & Calvinistæ non addunt novum præceptum (etiam juxta suam opinationem) præcepto Christi de communione Eucharistica, etiamsi addant calicis sumptionem tanquam præceptam, quam tamen veritas negat esse præceptam. Item, quis dubitet esse sine comparatione gravius crimen, si quæ secta diceret, in Calice Eucharistico ponendam dimidiam partem aquæ cum vino, quàm addere præceptum, ut Eucharistia non sumatur nisi à jejunis, sub reatu culpæ mortalis? 3. Festum Dedicationis templi constat à Juda Machabæo institutum, neque ab ullo unquam superstitionis nota aspersum, uti hic facit miser Amesius, & negat illud præsentia Christi Joan. 10. fuisse approbatum. Denique ut cæteras futiles evasiones sileam, unicum illud præceptum Apostolicum Actor. 15. omnia Amesiana, vel quæcumque Lutherano-Calvinistica commenta infringit. Qua fortè de causa Jenensium Biblia glossata omittunt penitùs illa ultima verba ejus Capitis: *Præcipiens custodire præcepta Apostolorum*; quod Nota bene.

III. *Isaia 33. vers. 22. Dominus judex noster, Dominus legifer noster &c. Jacob. 4. vers. 12. Unus est legislator.* Resp. Etiam unus Magister, & unus Pater, Matth. 23. vers. 8. Sicut ergo hoc non obstat, quo minus Amesius potuerit generare filios, & docere Evangelium secundùm Calvinum: ita nec illud obstat Legislatoribus creatis. Et sicut de quacumque potestate universaliter dici potest cum Christo: *Non haberes potestatem, nisi data tibi esset desuper.* Et cum Apostolo: *Non est potestas nisi à Deo*; ita & specialiter de Superioribus dici potest: *Per me Reges regnant, & Legum Conditores justa decernunt.* Ut verò perquam insulsum & paradoxum est, tollere omnes Patres, Magistros, & Judices creatos à mundo, ita non minus absurdum, immò sacrilegum & impium est, tollere Legislatores, qui, immò per quos Deus justa decernit. Minimè ergo repugnant Legum Conditores subordinati, uni illi, qui idem *unus Legislator est & Judex, qui potest perdere & salvare.* Hoc enim unicus ille præstare potest, cæterorum verò nullus.

IV. *Frustrà me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum. Isai. 29. vers. 13. Matth. 15. vers. 9.* Etiam hæc objectio expedita satis fuit suprà, ubi egimus de Traditionibus. Hoc loco Bellarminus respondet, citatos textus intelligi de mandatis, quæ vel adversantur Divinis, vel saltem sunt inutilia & superflua. Amesius cum suo Witakero non habuit, quæ reponeret, nisi trivialia & calumnias sexcenties auditas & protritas. Sine dubio graviter peccat, qui neglectis mandatis Divinis obsequitur humanis: qui verò obsequitur etiam humanis ut adimpleat Divinum (*qui vos audit, me audit.* Et: *Obedite Præpositis vestris,*) non est otiosus Auditor, sed laudabilis factor verbi.

V. *Christiani sunt liberi à mandatis hominum. 2. Cor. 3. vers. 17. Gal. 4. vers. 31. & 5. vers. 1.* Respondeo, Egregia enimverò probatio! Nulla certè hic reprehenditur lex humana expressis verbis, ut per se clarum est. Qualis enim illatio est: *Ubi Spiritus, ibi libertas: Estis filii liberæ, qua libertate nos Christus liberavit. Nolite jugo servitutis iterum contineri.* Ergo nullis tenemur obsequi mandatis humanis? Nonne & hoc nascitur ex Dialectica Lutherano-Calvinistico-Quodlibetica? Optimè responsum à Bellarmino est: Libertatem Christianam consistere in liberatione à servitute peccati, legis cæremonialis, & judicialis, non verò ab obedientia Prælatorum. Quis dubitet, si Amesius præcepisset filiæ suæ, ut nulli nuberet nisi Ministro Puritano, hæc verò detrectasset tale connubium, & alteri se junxisset, Amesium illam ut flagitiosam & gravis inobedientiæ ream (immò & matrimonium irritum, juxta Neo-Evangelium) pronuntiaturum fuisse. At si dixisset illa: Deus non præcepit mihi ut nubam Ministro; alioquin ostende ubi? Quid hic reposuisset Amesius, nisi: Ibi præcepit tibi Deus nubere Ministro, ubi jussit obedire filios Parentibus. Idem nos jure optimo maximo dicimus de omnibus legibus & præceptis Superiorum quorumcumque: cum non tantùm imperium Paternum, sed etiam politicum & Ecclesiasticum sit in bonum subditorum, quos hac ratione nullatenus reddit servos, nisi Dei. Visum est autem Amesio futile argumentum suum insigni Emblemate illustrare, dum sic finit: *Imminutionem libertatis Christianæ à Prælatorum arrogantia & usurpatione proficisci, agnoscunt Patres Concilii Ephesini canon. ultim. dum cavent: Ne sub specie administrationis rerum sacrarum, potentiæ sæcularis typhus irrepat, sensimque imprudenter libertatem illam amittant, quam nobis Dominus noster Jesus Christus proprio sanguine largitus est.* Porrò hoc Amesianum emblema pertinere ad Legem Corneliam de falsis, nemo negabit, qui verba genuina illius Canonis inspexerit, quæ sunt sequentia: *Nullus Episcoporum alienam invadat provinciam, quæ non prius ab initio sub illius seu antecessorum suorum fuerit potestate. Sed si quis occupaverit, vel ut sibi subegerit, idem ipse restituat, ne Patrum statuta frangantur.* (Nota bene) *neve sub specie sacræ functionis, potentiæ tumor irrepat, sicque incogitantes & paulatim libertatem perdamus, quam Jesus Christus Dominus noster, Redemptor hominum omnium, proprio sanguine nobis quæsivit & condonavit.* His lectis dubitet qui potest, annon Amesius sit Magister eximius in Dialectica Lutherano-Calvinistico-Quodlibetica, possitque fide Punica, Græca, aut si quæ deterior est, quidvis mutare in quodvis?

Ad

Ad CAPUT XVIII.

VI. OBjiciunt hæretici: *Liberati sumus à Caremoniis Judaicis divinis, quæ fuerunt Divina: ergo multò magis ab humanis*. Resp. Non sequitur. Cæremoniæ enim illæ Vet. Test. fuerunt figuræ Novi futuri; ac proinde re ipsa præsente, cessare debuerunt. Nec obstat quod Amesius ex Alensi, & S. Thoma adducit. Nam etsi verum sit quod ait S. Thom. 1. 2. quæst. 19. 2. art. 2. *illas Vet. Test. caremonias, ratione cultus divini, qui pro illo tempore erat observandus, habuisse rationem literalem, sive ad vitandam idololatriam, sive ad rememoranda Dei beneficia, sive ad insinuandam excellentiam divinam &c.* non minùs tamen verum est, *habuisse illas simul rationem, secundùm quod ordinabantur ad figurandum Christum &c.* Secundùm has posteriores rationes debuerunt cessare post Christum, succedentibus in illarum locum aliis à Christo (ut Sacramentis) & Ecclesiæ Prælatis, instituendis. Etsi ergo propter priores rationes potuissent servari, & de facto etiam nonnullæ earum in usum receptæ sint,) simpliciter tamen propter posteriorem rationem cessant post Christi mortem. Unde patet putida Amesii cavillatio, qua ex uno ab Alense & S. Thoma affirmato, sophisticè vult inferre ablationem alterius, cùm tamen ab illis utrumque ponatur. Quæ subdit de multitudine legum & cæremoniarum apud Catholicos, calva calumnia est, cùm ipse negare nequeat, sine comparatione pauciores & leviores esse Pontificias leges, quàm Moysis; cùm quæ universos & singulos adstringant, vix ultra quinque reperiantur; quod autem ad *gravitatem attinet*, nimis falsum est. Porrò cum Amesius ait: *Unam confessionem auricularem, cum Satisfactionum cura & Purgatorii redemptione, magis opprimere conscientias hominum, quàm pleraque omnia Judæis præscripta*. Imperitè aut fraudulenter hoc dicitur. Nam nihil horum ex lege ulla positiva, sed ex lege Divina ferè fixum est, ut, qui post plenariam in baptismo obtentam noxarum indulgentiam, ubi per contritionem, aut juncta absolutione Sacerdotali cum attritione, reatum culpæ deleverint, pro pœnis temporalibus sive in hac vita per orationem, jejunium, eleemosynam satisfaciant, aut satispatiantur post hanc vitam; quæ lex Divina perquam rationabilis est, ut Tom. 3. dicetur.

Ad CAPUT XIX.

VII. OBjiciunt hæretici: *Altare Achaz ab Uria paratum 4. Reg. 16. vers. 11. hoc nomine damnatur, quod humanum fuit inventum. Novi etiam incolæ Samariæ cap. 17. vers. 25. plectuntur, quòd novis caremoniis Deum colebant: Et Manassis peccatum insigne fuit cap. 21. vers. 11. quòd altare novum extruxerat in Hierusalem. Ergo illicitum est, quidquam aliud circa Divinum cultum præscribere, quod Deus non præscripsit*. Resp. Non reprehenduntur illi ob cultus novitatem, sed propter superstitionem & idololatriam, quibus illa nova institutio sordebat. Huic verissimæ responsioni nil habet Amesius quod reponat, nisi manifestè falsa, aut impertinentia. 1. Enim, quid ad rem facit, quòd *qui idololatria reatu tenentur, possint etiam ac soleant in aliis peccatis implicari*? 2. Unde probat, nisi ex coccysmo Lutherano-Calvinistico, *idololatriæ malitiam participare, qui novas Caremonias propriè religiosas, aut nova media cultus in Ecclesiam Dei introducunt*? 3. Quomodo sequitur: N. N. *potuit novum altare erigere; Ergo & novum Sacrificium instituere*? Anne hæc illatio sanæ mentis? 4. Unde probat, quod somniat: *Salomonem fuisse extra ordinem à Spiritu sancto actum*? 3. Reg. 8. vers. 64. Ubi hoc scriptum est? Anne firma collectio hæc: *Salomon concepit tunc preces; ergo fuit actus specialiter à Spiritu sancto ad novum altare erigendum*? Nonne hoc argumen
ex Dialectica Quodliberica? 5. Sim
hæc: *Moysi non est permissum ut facere
ad exemplar, quod ostensum est illi à Deo*
postolis, eorumque Successoribus? Ub
pta est Major, quæ subjicetur in enthy
qua apodixi naturali convincitur id qu
à libero Dei decreto?

Ad CAPUT X

VIII. ARguunt: *Nolite fieri servi hom*
vers. 23. Sic esto, quid tum
scientia subjecta est. Ergo nihil potestatis i
num competit. Ergo nulla datur lex Eccles
conscientia. Resp. Nego ultimam Con
hanc non habent leges humanæ ex se,
su Dei. Unde cùm Apostolus præcepis
nima, etiam *propter conscientiam, potesta*
ribus obediret; de hoc Magistratu itera
nister enim Dei est, adeoque in obliga
conscientiis, vice Dei fungitur. Quàm
hæc illatio: Nolite fieri servi hominu
obligamini legibus humanis in conscien
latis. Porrò haud sanior quæ sequitur.

IX *Conscientia ad forum solius Dei per
solus scrutatur corda: ipse solus potest dan
mortis æternæ; Ergo etiam solus ad pœna
tias hominum obligare*. Responsio est ead
prà vidimus Amesium filtæ dedisse in
object. Verissimum est quod Bellarmi
dixit: Uno modo conscientiam perti
solius Dei; scilicet, solus Deus pote
scientias, & judicare de actibus interni
non patent. Alio modo non ad sol
pertinet conscientia, sed & ad forum h
tenus scilicet homo ex præcepto ita ob
externum faciendum, ut si non facia
in conscientia sua, se malè facere; &
conscientiam obligandam. Hæc, inqu
traduntur à Bellarmino, nec enervant
dum 1. novam fingit obligationis defin
etiam includat, *posse judicare de interni
ternam infligere*. At quis Theologoru
num ita definivit obligationem in co
quid ad hanc aliud requiritur, quàm
reddere actionem aut omissionem aliq
eo ipso nimirum, quòd ille qui oblig
tia, superior est, cujus judicium &
subdito esse regula judicii, & volunta
si ab ea regula discrepet, advertat se
enim est peccare, nisi aberrare à regu
tet non tantùm in peccatis Morum,
ræ & Artis. Hoc ergo prorsus sufficit
in conscientia. Nec evadit Amesius,
instantiam sumptam à *Medico, à cujus
dat ægrotus, possit quidem meritò judicare
& tamen non obligari se in conscientia à*
inquam, non obstat; nam ægrotus si
fit hoc à lege naturali, qua jubetur san
dia congrua curare; quòd autem à M
non obligetur, quid mirum, cùm hic
cipere, sed tantum consulere; Suppo
lem Medicum non esse ex ægroti Su
hoc verò ex illo arguere, quodlibeticu
gniter cavillatur Amesius dicendo:
*hic plus juris non tribuit homini in conscien
obliget ad opus externum, abrogat obiter
leges ferendi de fide & moribus internis,
tam confidenter arrogabat*. Respondeo,
finit aliquid de fide aut moribus, no
agibilibus: nec edicit, ut omnes fid

lem vel talem actum Fidei; sed tantùm declarat ipsam legem Divinam: contra quam quisquis peccat, non censetur peccare contra præceptum aliquod humanum, sed Divinum, quod jubet credere super omnia id, quod, ut à Deo revelatum sufficienter proponitur. 4. Nodum in scirpo quærit Amesius, cùm carpit Bellarminum, quòd *nullam statuis differentiam inter potestatem Papæ, & Principis alicujus Ethnici, in conscientiis hominum obligandis; cùm tamen Jesuitarum doctrina* (teste Filluc. Tom. 2. num. 4. c. 2.) *recepta sit: Ecclesiasticam legem (non civilem) posse determinare, culpam præcipiendo sub mortali, quia directè habet vim in animas, obligando conscientias.* Resp. esto, discrepent in hoc, cur verò in communi non conveniant, quòd utræque possint obligare in conscientia? Anne modus superadditus tollit, & non potius supponit substantiam? an quia asinus non ratiocinatur ut homo, ideò etiam non videt, gustat, tangit &c. ut homo? Quod 5. ex dicto Bellarmini (Leges humanæ non obligant sub pœna mortis æternæ, nisi quatenus violatione legis humanæ offenditur Deus) infert Amesius: *Ergo non directè, proximè, & per se obligant*; aut malè sentit, nobisque non consentit: aut si rectè nobiscum sentit, malè loquitur. Debebat enim sic inferre: Ergo non principaliter, & propria authoritate, sed ministerialiter, & potestate sibi divinitus communicata, directè tamen, proximè & per se, obligant in conscientia Prælati tam Politici quàm Ecclesiastici, uti & Parentes &c. Et si in hoc sensu, *obligari homines in suis conscientiis ad bonas leges observandas docent omnes*, (etiam Lutherani & Calvinistæ;) sopita erit omnis hæc lis. At subdit mox Amesius: *Leges tamen ipsæ humanæ non obligant conscientiam, sed illa lex, cujus violatio propriè infert mortis reatum.* Resp. Hoc idem est acsi dicat: Causæ secundæ nihil operantur physicè, sed Causa prima, cui secundæ subordinantur. Quod enim est potestas physica in causis physicis, hoc est causa moralis & vis obligandi in Superioribus, sive creati hi sint, sive increatus. Non obligat Deus ut Deus, sed ut Superior: ergo ubicumque est Superior habens potestatem moralem à Deo communicatam & dependentem, præcipiendo bene, obligat in conscientia. Quod deinceps ex Seneca, S. Thoma, Valentia, Azorio, Suarezio refert; quòd non possit Superior creatus præcipere actus internos &c. verissimum quidem est, sed ad rem nostram nihil facit. Gerhardus hic silet.

Ad CAPUT XXII.

Quamvis in ista quæstione non agit adversus nos Bellarminus, inquit Amesius, *sed contra Pontificios quosdam de plenitudine potestatis Papæ non satis, ut videtur edoctos, atque adeò possit à nobis præteriri: operæ pretium tamen erit, breviter observare, quomodo Bellarminus in omni parte hujus disceptationis, aut veritati, aut sibimet ipsi semper adversatur.* Hactenus Amesius, inclytus ille veritatis patronus.

I. Bellarm. Triplex est in Pontifice aliisque Episcopis potestas. Una Ordinis, altera Jurisdictionis interioris, tertia Jurisdictionis exterioris. Prima refertur ad Sacramenta conficienda & ministranda: secunda ad populum Christianum regendum in foro interiori conscientiæ: tertia ad eundem populum regendum in foro exteriori. Amesius hic nobis obtendit sui Puritanici ministerii potestatem hæreses docendi, non magis à Deo acceptam, quàm Caliphæ aut Muphti Turcarum; quam proinde nihil attinet hic operosius excutere. Ait 2. *Absurdè distingui potestatem Ordinis à reliquis. Ordo enim (ait Alexand. Alens. part. 4. quæst. 21. m. 4.) non est potestas, sed habet sibi annexam potestatem ligandi & solvendi in foro pœnitentiæ, & in foro Causæ. Item potestas, sine ulla ratione justa, distribuitur in Jurisdictionem interiorem & exteriorem. Una enim & eadem est potestas (ait idem ibid.) ligandi & solvendi in foro pœnitentiali, & in foro judiciali, licèt actus sint diversi.* Respondeo, Alensem mala fide referri. Nam in priori loco apertè dicit: *Clavis quoad usum ligandi & solvendi in foro pœnitentiali tantùm est Sacerdotum. -- Duplex est potestas descendens à Christo, una ad cohibitionem in judiciis, in Episcopis & aliis: altera autem potestas in foro pœnitentiæ; hæc est Sacerdotum.* In posteriori loco sub finem ait: *Actus essentialis Clavis est ligare & solvere in foro pœnitentiali; alius est minus essentialis, ligare & solvere in foro judiciali. Et nota, quòd una potestas sequitur Ordinem, alia dignitate cum Clave &c.* 3. ait Amesius: *Malè definitur potestas Ordinis per relationem ad Sacramenta, quia Episcopi à Deo ordinati ordinantur præcipuè ad pascendum populum verbo Scientiæ ac Sapientiæ. Et secundùm Pontificios, qui Sacerdos ordinatur, non potest omnia Sacramenta administrare, Ordinum puta & Confirmationis. Præterea dum Sacramentum Pœnitentiæ administrat, exercet Jurisdictionem, ita ut non possint hac ratione distingui potestas Ordinis & Jurisdictionis internæ.* Respondeo, Amesius multa garrit, sed nihil probat. Cur non fulcit ista vel apparentibus Scripturæ verbis, sine quibus aliàs loqui hæretici erubescunt? Somnia sunt ista Ministellorum Lutherano-Calvinisticorum, quibus omnis functio est, declamare. Quasi verò non omnibus Christianis necessarius sit Sacramentorum usus, plurimis verò, minimè auditio popularium concionum. Porrò quid ad rem facit, quòd non quivis Sacerdos possit ministrare omnia Sacramenta? De potestate Ordinis & Jurisdictionis internæ non magis peritè judicat Amesius, ac cæcus de coloribus. Denique ait: *Regere internè, & regere externè, non constituunt duas Jurisdictiones: quia internum & externum non variant naturam vel essentiam rei, sed modum tantùm.* Resp. Dato quòd hoc verum sit apud Lutheranos & Calvinistas, tamen apud omnes Catholicos meretur non tam refutationem, quàm sibilum & explosionem. Moralis illa sacra potestas gemina nimis differunt. Nam Jurisdictio interna necessariò requirit characterem sacerdotalem, & procedit secundùm rei veritatem ab ipso Reo expositam, cum obligatione secreti strictissimi; Porrò externa potest etiam à non ordinato exerceri; proceditque secundùm præsumptiones, (uti aliàs in foro politico,) nec ullum postulat secretum, sed palàm exercetur. Hanc verò novam non esse, & (ut fingunt Ministelli) à Papa introductam, si Lutherani & Calvinistæ ex Apostolo 1. Corinth. 6. colligere nolint, saltem ex Cod. Theodos. & Justin. tit. de Audientia Episcopali addiscant, aut credant suis JCtis.

II. Bellarm. De prima & secunda potestate non est Quæstio nostra. Nam de prima certum est apud omnes, illam æquè immediatè habere à Deo Episcopos ac Papam: confertur enim per quandam consecrationem, quæ æquè operatur in uno ac in alio. De secunda est quidem aliqua dissensio: quidam enim eam immediatè à Deo conferri volunt; alii ab homine per simplicem injunctionem. Ambo tamen in eo conveniunt, quòd usus hujus potestatis pendeat à jurisdictione exteriore. Præterea duæ istæ potestates pertinent ad materiam de Clavibus Ecclesiæ. Amesius 1. blasphemat quod non intelligit, dicens: *potestatem sacerdotalem ad confectionem Sacramenti Eucharistici derivatam esse* (per mendacium) *ab Antichristo.* Hoc non responsum, sed execrationem Sacramentariæ impietatis meretur, nec vel apparenter quidquam probat in contrarium. 2. Falsum est, *quòd si prima potestas sit à Christo immediatè, idem quoque certum fore de secunda & tertia.* Nam secunda non continetur in prima: potest enim esse simplex Sacerdos, qui (extra casum necessitatis)

sitatis) nullum habeat subditum, quem sacramentaliter absolvat. Tertiam verò esse à secunda valde distinctam patet ex dictis. 3. Amesius S. Thomam malè pro suis ineptiis producit. Neque enim ille 2. 2. q. 184. art. 6. ad 2. dicit, quòd jurisdictio (sive interna sive externa) semper cum consecratione conjungatur; (oppositum quippe frequentissimè contingere, nemo Catholicorum nescit;) neque sentit vi ipsius consecrationis conferri Jurisdictionem, sed subinde concomitanter se habere. Nec igitur per consecrationem ut sic præcisè, nec etiam per simplicem inunctionem, sed per electionem & institutionem Canonicam confertur Jurisdictio Episcopalis tota quanta; etsi interior in actum secundum prodire nequeat, nisi consecratione subsecuta. In sequentibus suis *quisquiliis* Amesius mirè omnia confundit, dubium an ex inscitia, an ex malitia, an ex utraque. Nihil certè nos urgent: imò seipsum apertè evertit. Cur enim, quæso, *nihil omninò* (ut ipse contendit) *quod habet Bellarminus de usu potestatis internæ ab externa jurisdictione pendentis, legitimum usum etiam Sacramentalis potestatis ab eadem pendere, Pontificii docent*? Numquid si usus potestatis Sacramentalis juxta Pontificios (teste Amesio) pendet ab externa potestate, optimè dixit Bellarm. pendere usum potestatis Sacerdotalis à jurisdictione exteriore? quod tamen simul inficiatur Amesius. Sic enim solemniter ineptit, cùm ait num. 5. *Neque valet quidquam quod addit Bellarm. de duabus primis potestatibus, quòd pertinent ad Claves. Nam ut Toletus observat, potestas conficiendi corpus Christi non dicitur Clavis. Et Scholastici ipsi non minùs externam quàm internam Jurisdictionem Ecclesiasticam referunt ad Clavium potestatem. Neque ullam jurisdictionem promisit Christus Ecclesiæ, aut ipsi Petro, quæ in Clavibus contineatur. Et ridiculum est fingere, Christum dedisse Pastoribus potestatem aperiendi & claudendi, clanculum in aure confitentis, sed non publicè coram Ecclesia.* Resp. Neque Bellar. hic aliud dicit, quàm Toletus & Catholici cæteri. Fallit ergo aut fallitur ridiculè Amesius, cùm affingit Bellarmino, quod ei in mentem numquam venit, nempe: clavem fori pœnitentialis (de qua sola hìc loquitur Bellarm.) pertinere etiam ad Clavem hanc. Quòd verò Sacramentalem absolutionem velit fieri publicè, multis modis agit ridiculè, ut constabit tom. 3. de Sacramento pœnitentiæ.

III. Bellarm. Conveniunt omnes in eo, Jurisdictionem Episcoporum, saltem in genere, esse de jure Divino. Nam Christus ordinavit, ut sint in Ecclesia Pastores & Doctores: Et nisi ita esset, Pontifex mutare posset hunc ordinem, & instituere, ne ullus sit in Ecclesia Episcopus; quod sine dubio non potest facere. Amesius redit ad antiquum coccysmum; *De talibus*, inquit, *Episcopis, & Jurisdictione apud nos usitata, nullum vestigium juris Divini in Scripturis* (Lutherano-Calvinistica interpretatione depravati) *haberi*. Sed hoc tam verum est, quàm alterum illud satis perspicuum mendacium, quod mox subjicit: *Ne quidem in hoc convenire omnes Pontificios*. At cur nec unum dissentientem nominavit? Addit verò illustre paradigma candoris Calvinistici, imò criminis Falsi, cùm ait 4. *Extra dubium non est apud Pontificios, Papam non posse mutare aut tollere ordinem istum Episcoporum. Bannez 2. 2. quæst. 1. art. 13. æquè hoc posse Papam facere concedit, ac sine præmissa consultatione debita: res fidei temerè definire. Azorius autem Instit. moral. pag. 2. lib. 3. cap. 30. pro confesso ponit, Episcoporum jurisdictionem Romanum Pontificem jure posse tollere, minuere, restringere, mutare &c.* Multipliciter prævaricatur hic Impostor Amesius. Nam 1. nequiter ludit, & Lectoribus simplicibus illudit, in ly *tollere ordinem Episcoporum*. Si enim propriè accipiatur (uti oportet hic) *tollere*, pro eo quòd extinguere totum illum statum & fun-

ctionem Episcopalem, fide certum est C
Papam id non posse. Si verò *tollere*, sit
hunc vel illum Episcopum loco movere, m
nihil hic fit contra illud jus Divinum, q
tum est à Christo, ut illa functio sempe
Ecclesia; Ac proinde Amesius fraudulent
fert, Assertionem Bellarmini non esse ext
apud Nos; quod est manifestè falsum. 2. V
nezii ea recitantur fide ab Amesio, ut
nisi vecors fidere deinceps velit. Sic enim
nez: *Respondeo; licèt Summus Pontifex poss*
alterum Episcopum amovere, nec in locum ex
designare: non tamen admittendum est, quòd
clesia, aut in magna ejus parte tam temerè
te abutatur. Quemadmodum Theologi periti
necessarium esse, Summum Pontificem præm
tione res fidei definire. Cùm autem objicitur
finiat absque consultatione, poterit errare, R
casum non admittere. Sic etiam in præsenti
mittendum, quòd Summus Pontifex, quamvi
testatem amovendi singulos Episcopos, amove
& nullos designet &c. Hactenus Bannezius,
sius enervat sicut Bellarminum, hoc est
pervertit &c. fide consueta. Eandem for
subire Azorius, qui nihil aliud docet,
larminus.

IV. Bellarm. Tres sunt de hac re Theol
tentiæ. Amesius: *Non consentiunt igitur*
sese, neque de Episcoporum authoritate, ex
rum salutem & Conciliorum authoritatem pe
neque de plenitudine potestatis Papæ, quæ, & qua
da. Resp. de substantia rei conveniunt
verò de modo & circumstantiis disputet
ficit; alioquin omnes articuli fidei qu
tiam quoque negandi & tollendi essent
xi contra usitatissimam Lutheranorum,
starum futilissimam næniam. Nulla triu
pinionum Papæ aut Conciliorum auth
lædit, etsi media sententia & veritati &
rhoritati magis congruere videatur.

V. Bellarm. Sententia verissima est, E
authoritatem non a Christo, sed à P
pere immediatè. Amesius 1. *Si res ita*
isti Episcopi sunt immediatè creaturæ, vicar
pæ, non Christi. Resp. Sequela hæc est
siana & enervis. Sed probat & ait 2.
tione profitetur se profanum, sacrilegum,
nuis. Gregorius enim teste Bellarm. hæc o
de eo, qui ita vult esse universalis Episcopus
tantùm vicarii illius. Quòd autem Papa
per hanc dependentiam quam habent ab ips
rios suos, manifestè apparet ex doctrina & pr
hoc mysterium explicatur & probatur. Alià
loc. cit.) non posset Papa aliquid muta
dictionem Episcoporum, uniendo, ampl
gendo &c. quod videmus fieri: non m
copi confirmatione Papæ: non posset
judicium advocare, quæ pertinent ad Ju
piscoporum: non posset sine errore d
mus talem virum tali Ecclesiæ, &c. *Si*
ad Episcopos redigendos in ordinem Vicarior
sufficiet. Neque certè tam ægre debet hoc ab
libus ferri, cùm illi etiam eodem modo subj
res plebanos vel Parochos; sicut Balivi su
Resp. Quàm falsa & imperita sit hæc p
sti, possent illum vel JCti & Politici
quos indubitatum est, Electores & Prin
Imperii nihil minùs esse quam nudos V
Imperatoris, quantumvis ab hoc accipia
Jurisdictionem, præstito homagio & fid
antèque Superioritatem & Regalia, etsi
dependenter. Gravem illi interpretare
V

qui eos in numerum Ballivorum vellet redigere. Idem verò prorsus est in Episcopis respectu Papæ, quod in Imperii Romano-Germanici Principibus respectu Cæsaris, cùm regimen Imperii à pluribus jam planè imitetur formam regiminis Ecclesiastici, ut facilè patebit consideranti. Porrò quàm falsum sit, eam dependentiam à Papa, hujusque authoritatem peramplam, obesse authoritati Episcoporum, egregiè ostenditur in nobilissima illa Dissertatione, quam coram Cæsare Carolo V. & Statibus Imperii Wormatiæ Anno 1521. habuisse describitur Hieron. Aleander apud Card. Pallavicinum in Introd. cap. 9. & 10. lib. 1. hist. Conc. Trid. cap. 25. & alibi.

Ad CAPUT XXIII.

VI. Bellarminus: Apostoli acceperunt immediatè à Christo omnem suam authoritatem. Amesius: *Hoc quidem verè dicitur, sed nullo modo congruenter iis quæ antea Bellarm. pro Papa sapiùs dictitavit.* Resp. Quæ ex lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9. 12. & 16. refert Amesius, nihil obstant. Nam etsi omnem potestatem acceperint à Christo immediatè, quis tamen neget, potuisse illam Christum ita temperare, ut vellet eam cum aliquo respectu & directione Capitis visibilis exerceri? Numquid possunt simul & oviculæ S. Petri exstitisse, & nihilominus à Christo fuisse & ordinati, seu consecrati (Sacerdotes & Episcopi,) & omni Jurisdictione instructi? quæ inter hæc est repugnantia? nulla certè; sicut & in cæteris quæ Th. 7. 8. & 9. ex Bellarm. recitat. Nam hæc dependentia Apostolorum à suo Capite S. Petro, non tollitur per collationem Jurisdictionis immediatè à Christo. Cùm verò Thes. 9. Bellarminum vult reddere ἀντιλεγόμενον, Falsi crimen Amesius admittit. Non enim Bellarmini verba fideliter reddidit, cùm ait, *Apostoli à solo Christo facti sunt*, & ab ipso constituti Sacerdotes & Episcopi Joan. 20. vers. 22. Verba Bellarmini quæ Enervator more suo contraxit, hæc sunt: *Quod autem ante Christi passionem Apostoli essent, nec tamen Episcopi essent aut Sacerdotes, nec ullam haberent Jurisdictionem, non est mirum. Dominus enim variis temporibus varias contulit Apostolis potestates*, (Episcopatum per S. Petrum, ut probatum est suprà, nihil contradicente Amesio; cæteras per seipsum immediatè;) *& præcipuè Joan. 20. vers. 22. absolvit, quod ante passionem inchoaverat.* Nonne falsificando verba Bellarmini Amesius eum enervavit? Et tamen ex his tam gloriosis facinoribus triumphum sibi decernit, cùm ait: *Ex istis contradictionibus satis apparet, Bellarminum non tam veritati, quæ unica est & sui similis, quàm scenæ, cui inserviendum ipsi fuit & tempori, tam assertiones, quàm argumenta sua accommodasse, & easdem Scripturas variè, modò huc, modò illuc, prout occasio ferebat, detorsisse.* Ita Impostor semper sui similis falsificationes calumnia exaggeravit.

Ad CAPUT XXIV.

Bellarminus septem argumentis probat, Episcopos à Papa accipere Jurisdictionem. Prima desumitur ex num. 11. vers. 25. ubi derivatur virtus Seniorum à Moysis virtute. Constat autem Papam in Ecclesia eum locum habere, quem habuit Moyses in populo Judæorum. Amesius hic campum nactus in typo seu simili multiplicandi dissimilia, non memor fuit illius; quòd omne simile sit dissimile, adeoque actum egit: ad secundum verò, tertium, & septimum argumentum obmutuit. Videamus quid opponat quarto, quinto, & sexto.

Quartum argumentum petitur ex inæqualitate Jurisdictionis, quam si Deus immediatè conferret, omnes Episcopi, sicut quoad potestatem Ordinis, ita & Jurisdictionis, essent æquales. At modò unus Episcopus habet unum, alius centum oppida &c. Non ergo hoc est à Deo, sed à Principe totius Ecclesiæ. Amesius: *Deus instituit Episcopum, qui esset unius Ecclesiæ Pastor. Perinde sic argumentatur Bellarminus, acsi diceret: Unus vir habet unam uxorem, alius duas, alius plures. Ergo jus conjugii non est à Deo terminatum.* Resp. Amesius omnino Puritanicè & Independenticè philosophatur, qui meritò debuisset addere. 1. Quotnam animarum congregatio præcisè requiratur & sufficiat ad unam Ecclesiam constituendam? quid de Apostolis dicendum, quibus erat Jurisdictio pro toto mundo? anne ergo singuli rurales Parochi sint independentes à quovis alio? anne aliquid ingeniosius potuerit excogitari à Lucifero ad confusionem Babylonicam introducendam? Annon candidè pronuntiandum, totum orbem Christianum in tenebris ambulasse usque ad ortum Presbyterianorum & Independentium? Cùm verò subdit Amesius, ex argumento Bellarmini *sequi potestatem Ordinis & Jurisdictionis interna non esse à Deo, quia alius in uno oppido consecrat & audit confessiones, alius autem idem facit, huc illuc cursitando.* Resp. De Ordine id vel stupidè vel cavillatoriè infertur: de Jurisdictione interna conceditur Illatio: in hac autem debuisset vel umbram inconvenientiæ ostendere.

Quintum argumentum: Quia alioquin Papa non posset Episcoporum Jurisdictionem auferre, aut mutare, si haberent eam à Deo. At certum est, eum id posse facere, & sæpè fecisse, ut testatur S. Bernardus Epist. 131. Amesius: *Certum igitur est, Papam efferre sese supra Deum.* Inferamus & nos. Certum ergo est Jacobum VI. magnæ Britaniniæ Regem (qui idem se posse non dubitavit) extulisse se supra Deum. Et fortè ob hoc dogma Puritanicum extorris factus est patria sua dulcissima? ut videtur indicare in ejus Elogio M. Nethenus.

Sextum argumentum: Eposcoporum Jurisdictio nullo verbo Dei fundatur. Nihil enim adferre possunt adversarii, nisi verba Christi ad Apostolos dicta; illis autem verbis datur Apostolis amplissima Jurisdictio in Ecclesiam universam, quam certè ipsi non concedunt Episcopis. Amesius: *Pastores & Doctores in genere à Christo ordinatos & constitutos in Ecclesia probat Bellar. cap. 22. ex Ephes. 4. vers. 11. Ipse dedit &c. Et Actor. 20. vers. 28. addit alterum locum de constitutione eorum speciali: Spiritum S. vos instituit Episcopos.* Resp. Constituti dicuntur Episcopi à Spiritu S. non immediatè, sed mediatè, quia Apostoli, inspirante Deo, illos Episcopos constituerunt. Item, Deus immediatè in genere instituit, ut essent aliqui Pastores & Doctores, determinationem verò commisit suo Vicario. Porrò hinc malè infert Amesius: *Ergo non constituti fuerunt à Pontifice Romano; neque potuit eorum jurisdictio auferri aut mutari à Papa: ergo non diversimodè acceperunt potestatem Jurisdictionis interna & externa, sed integri Episcopi constituti sunt &c.* Hæc, inquam, inferuntur juxta regulas Dialecticæ Quodlibeticæ. Minor certè inter hæc connexio apparet, quàm inter Lutheranismum & Calvinismum. Nihil verò ad hanc rem facit distinctio inter immediationem suppositi & virtutis, quam verbosè & inutiliter Amesius inculcat.

Notandum porrò haud obiter, quòd solutionem sex objectionum, quas Bellarminus cap. ult. dedit, Amesius planè dissimularit, uti & in superioribus fecit, ubi nec verbo mutiit contra solutionem eorum, quibus Infallibilitatem Papæ arietabant adversarii. Quo tacitè professus est, argumenta suorum à Bellarmino validè fuisse enervata, nec habere se, quo vel ad speciem enervaret Bellarminiana responsa.

VINDICIÆ

Pro Libro Quinto de Potestate Pontificis Temporali.

Ad CAPUT IV.

IN quatuor primis Capitibus hujus libri Bellarm. probat 1. Papam non esse Dominum totius mundi. 2. Non esse Dominum Orbis Christiani. 3. Non habere de jure Divino directè ullam merè temporalem jurisdictionem. Amesius: *Verè quidem hoc dicitur à Bellarmino. Sed contra sententiam & praxim Papæ, contra testimonium commune omnium Canonistarum, & contra authoritatem maximorum Theologorum Pontificiorum, sicut Alexand. Carrerius prolixè ostendit lib. 2. de potestate Papæ: ubi etiam hanc opinionem Bellarmini operosè confutat, & ejus nomine ipsum Bellarminum inter impios Politicos aut hæreticos ponit; & cap. 5. anathema ipsi non dubitat denuntiare; approbante Cardinale, cui librum suum inscripserat, & ipsa Papa, cui palpum istum obtrudebat. Imò non desunt inter ipsos Jesuitas, qui publicis scriptis opponant sese Bellarmino. Sic enim Azor. part. 2. lib. 4. c. 19.* Concludimus veram esse Canonici juris Interpretum sententiam, Romanum Pontificem habere utramque potestatem, spiritualem & temporalem &c. Mihi non placet modus loquendi, quo utuntur Victoria, Sotus, (*Bellarminus*,) quia insinuare videntur, penes Papam solùm esse unam potestatem spiritualem, non temporalem &c. In Jure autem Canonico absolutè & simpliciter dicitur: Papam utrumque gladium habere, spiritualem & temporalem, jure quidem & habitu, quamvis usu & actu non nisi in certis quibusdam casibus. Resp. Hactenus Amesius solemne suum tenet, hoc est, confundit subdolè, & veris falsa permiscet; his tamen nimium prævalentibus. Nam 1. calumnia est: Bellarmini sententiam esse contrariam sententiæ & praxi Papæ. 2. Falsum est in re ipsa omnes Canonistas contradicere Bellarmino, cùm citato loco Azorius iterato fateatur oppositum, dum ait: *Hæc sententia etsi quibusdam Juris Canonici Interpretibus propria esse videatur, ex ipsa tamen Jure apertè colligitur; quòd ab ea ipsi Scholastici Theologi non dissentiunt, nisi verbis & sermone duntaxat.* Et infrà: *Ex his colligunt (Sotus, Victoria) ac ingenuè fatentur, idem penitùs re docere istos authores, quamvis non verbis, quod Canonici juris periti &c.* Unde patet 3. quàm immanis fit illa Cretensis hyperbole, cùm ait Bellarmini sententiam esse contra authoritatem maximorum Theologorum Pontificiorum. 4. Sycophantatur, cùm Alexandrum Carrerium adducit tamquam communi sententiæ Canonistarum & Theologorum suffragantem, & à Cardinali ac Papa approbatum. Oppositum constat esse verissimum. Nam ut ex P. Andrea Eudæmon-Joanne in cap. 2. ad epist. Casauboni pag. 12. notavi in 1. part. Irenici Anti-Calixtini cap. 5. n. 5. illa aliquorum Canonistarum opinio (quam è Theologis non maximis secuti sunt Augustinus Triumphus, & Alvarus Pelagius) grande præjudicium contra se tulit: cùm Joannis Marræ Neapolitani, & Alexandri Carrerii libri nimium de potestate Papæ exorbitantes, Romæ edicto publico à Congregatione Cardinalium è nutu Papæ proscripti & damnati sint. Ut vel ex hoc exemplo luce meridiana clariùs appareat, quibus fabulis suos pascat Amesius; qui miseri, modò is Papæ adversetur, mox sua ut mera Evangelia amplectuntur, & venerantur. Ubi & nota: Carrerium JCtum, non Theologum fuisse.

Ad CAPUT VI.

PRobat hoc cap. Bellarminus: Habere
ordine ad bonum spirituale, summa
tem disponendi de temporalibus rebus omniu
norum. Amesius 1. *Quod una manu abstuli*
tera dat. Nam 1. Summa potestas coactivè a
temporalibus est Dominium in temporalia. D
buitur Papæ: constituitur Dominus in tempor
antea fuit negatum. Resp. Potestas illa est
proprietatis, nego; Jurisdictionis, conc
que Papa propriè & strictè non est Do
communiter solet accipi) qui possit ad
modum quovis modo salva justitia dispo
res illas penitùs destruendo. Amesius 2.
differt potestas Papæ à proprio & directo dom
fine, aut ordine ad finem, (quæ est unica d
tio, quæ hic indicatur,) tum formaliter &
non differt. Papa ergo à Bellarmino fit D
Christiani, quoad essentialem & formalem
minandi. Resp. Hæc cavillatio patet ex
ctis de dominio proprietatis & Jurisdictio
verò omnia, quæ hic multiplicat, nih
dunt Bellarmini assertionem. Quid enir
cit: *quòd multa temporalia ad bonum spiritu*
dirigere non possit Papa magis, quàm princeps
diatè autem ad spirituale bonum omnia diri
debeat ac possit Princeps Politicus quàm Papa
Christiani æquè completum dominium habean
quàm infideles. Hoc enim verum tantùm
Concivium. Sicut autem respectu Reip
tur singuli pro bono communi, privat
di & bonorum jacturam facere: ita cu
& bonum Ecclesiæ exigit, tenentur om
ges exponere se & sua, vi alti illius I
habet Deus in omnia, & quia sic exi
Ecclesiæ animarumque salus; cui unive
randæ eùm vicaria authoritate præsit
habet ipse indirectam potestatem in te
patebit ex argumentis, quæ frustrà arr
Quæ ex S. Thoma, Boaio, Carrerio,
jetano, & Bonaventura recitat, non
minum, qui nusquam asserit, omnes &
gationes & jura subesse nutui Papæ; i
rerius quidem, qui alioqum enormiter
lem illimitatam potestatem Papæ arro
fumos Amesium vendere patet.

Ad CAPUT VI

INdirectam potestatem Papæ in temp
bat Bellarminus I. Potestas civilis sub
stari spirituali. Nam 1. finem habet
2. Sunt inter se hæ potestates connexæ
tiam: sed spiritualia non dependent à
ergo hæc ab illis pendens, illique subj
temporalis administratio impediat spiri
omnium judicio tenetur Princeps tem
illum modum administrandi. Amesius
civilis spirituali debeat esse subjecta, modo
ut Sorbonici interpretantur, suasive, direc
miter ad ministerii Ecclesiastici naturam,
potest dubitare. Sed inde nihil concludi pote,
vel pro Ecclesiæ authoritate, in pœnis temp
dis. Resp. 1. Falsò citantur Sorbonici p
Calvinistica ista interpretatione. Legan
Philippi Marnæi (Calvinistarum in Gal
fletum iniquitatis præfatur Doctor Sorb
dus Cocquæus, ubi commentum hoc
esse: *mera somnia, & vanas imposturas,*
quàm confutandas &c. Verba ejus recitavi

cap. 5. §. 2. Resp. 2. Argumentum Bellarmini probat non tantùm suavem directionem in bonis, qui charitate aguntur, sed etiam gravem compulsionem in eos, quos timor corrigit, aut aliàs mediis efficacibus ad officium quoquo modo reducit. Valdè enim imperfecta esset Respublica Christiana, si sibi non possit consulere, nisi quantum suasionibus dulcibus potest impetrare. Interim haud opus est, nec ullatenus conveniens, ut ipse Papa vel Ecclesia per se irroget temporales pœnas & coactiones. Unde rectè S. Bernardus dixit: *Etiam temporalem gladium esse Ecclesiæ, non quidem ejus manu, sed nutu stringendum, cùm opus est.* Amesius 2. *His iisdem rationibus aquè speciosè probat Carrerius, Papam directè habere potestatem omnem temporalem.* Resp. Quàm speciosa, immò quàm fœda & deformia sint ejus argumenta, videre licet apud P. Gretserum hic. Amesius 3. *Simili planè ratione probari posset, Medicos habere temporalem potestatem in omnes Opifices illos, quorum opera in iis rebus collocatur, quæ ad victum, vestitum, & vitæ conservationem spectant, quia sanitati ac vitæ conservationi, cui Medicorum est invigilare, subordinantur.* Respond. Transeat hæc rationis similitudo juxta Logicam Lutherano-Calvinistico-Quodlibeticam. Quis unquam somniavit, Medicos habere jurisdictionem in ægrotos, ut possint illis præcipere? Et quis febri correptus deliravit, Jurisdictionem eam extendi etiam ad fabros, pectiarios, cerevisiarios, coquos &c. qui corpori servando & fovendo artes suas applicant? Alensis citatus loquitur de alliis, Amesius de cæpis.

II. Bellarm. Respublica Ecclesiastica debet esse perfecta, & sibi sufficiens in ordine ad suum finem consequendum. Necessaria autem est ad finem spiritualem potestas utendi & disponendi de temporalibus rebus. Amesius 1. *Ecclesia, nisi una cum Christo spectetur, non est Resp. perfecta, ne quidem quoad statum integralem.* Quæro ego: Quid ergo ei deest, cùm habeat Caput homogeneum & subordinatos gubernatores, cum decenti ordine, & functionum diversitate? Quid, inquam, tali militanti cœtui sensibile deest? Amesius 2. *Non sibi sufficit per se, sed suam sufficientiam per fidem apprehendit in Christo sitam.* Respond. Non hic Quæstio est de auxiliis internis & spiritualibus, sed de iis, quæ ad externam bonam gubernationem pro salute animarum requiruntur. Apprehensio illa phantastica similis est ei, qua fatuus apprehendit se sapientem, ut alibi monstrabitur. Amesius 3. *Per media visibilia non potest omnes difficultates superare ad finem suum consequendum, sed Deo fideli protectori se commendat &c.* Respond. Quis hoc nescit? Sed & quid hoc ad rem? Amesius 4. *Non est necessarium ut ipsa Ecclesia habeat potestatem de temporalibus disponendi: quia Deus habet & exercet potestatem omnia in ejus bonum convertendi.* Idem est acsi dicam: Causa prima sufficit: ad quid ergo finguntur secundæ? Stertamus in aurem utramque, Deus facit totum! Nempe hoc est arcanum illud magnum Sapientiæ Calvinisticæ! Amesius 2. *Sorbonici in libello de Ecclesiastica & politica potest. sect. 23. rectè respondent. Omnis sufficientia Politia Ecclesiasticæ ab observatione mandatorum Dei, non à jure gladii, aut Monarchia temporali petenda est, Matth. 28. vers. 20.* Respondeo, Eximii illi Dioscuri (ut eos vocat Andreas Duvallius Sorbonicus Theologus in egregio opere de Summo Pontifice) sunt excrementa Sorbonæ; nempe Simon Vigorius, ne Theologus quidem, nedum Sorbonicus; & Edmundus Richerius, Theologus quidem, sed erroris convictus à Sorbonicis, qui palinodiam cecinit, ac libellum illum de Ecclesiastica & politica potestate Anno 1612. editum, ac à Cardin. Perronio Archi-Episcopo Senonensi, & pluribus aliis damnatum & proscriptum, ipse quoque damnavit, eamque declarationem consignavit Eminent. Cardinali Richelio; ut refert Henricus Spondanus Gallus Appamiarum Episcopus in Continuat. Annal. Anno Christi 1629.

III. Bellarm. Non licet Christianis tolerare Regem infidelem, aut hæreticum alios pervertentem. Sed judicare de talibus pertinet ad Papam; ergo etiam judicare, Regem esse deponendum. Amesius 1. *Falsa est propositio, sicut Scriptura ubique clamat.* Ast ubi sic clamat? Oppositum potiùs scimus eam clamare, cùm jubet *auferre malum de medio nostri*, 1. Cor. 5. vers. 13. Amesius 2. *Falsam esse assumptionem antea fuit probatum.* Sed & ostensum vicissim, eam probationem ficulneam & enervem, nostram verò convincere. Arbitretur cordatus quisque nullo affectus aut mentis vitio laborans. Amesius 3. *Ex propositione & assumptione concessa, Conclusio non sequeretur. Quamvis enim Monetarii sit judicare de moneta, non est tamen ejus, judicium ferre in monetæ adulteratores.* Resp. Disparitas manifesta est, quia Monetarius non habet jurisdictionem in falsarios; at Ecclesiæ in suo Capite visibili competit Jurisdictio in omnes fideles, cùm alius Judex deest, uti deest, cùm Rex nullum in terris agnoscit superiorem politicum. Bellarminus: Non licuit Judæis eligere Regem non Judæum, Deut. 17. vers. 15. Eadem autem est ratio apud Christianos tolerandi, aut non deponendi Non-Christianum, quæ fuit apud ipsos eligendi Non-Judæum. Amesius 1. *Electio & depositio Regum non pertinebat ad Ecclesiam, sed Rempublicam Judaicam, idest, non ad Judæos, qua Ecclesiasticam, sed qua politicam societatem constituebant. Eligi non debent multa, quæ tamen licitè possunt ferri.* Resp. Quod dicit Amesius, non probat vel unico Scripturæ dicto. Certè id pertinuisse ad Ecclesiam, non ad politiam Judaicam, argumento est haud levi, quòd Saul & David primi Reges per Samuelem, non verò per Proceres Hebræos constituti fuerint. Verum quidem est: *Tolerari posse quæ non debent eligi*, sed tunc demum, cùm tolerantia non est nocentior bono communi, quàm averruncatio & excussio jugi molesti & perniciosi; vice versa non erit laus patientiæ, sed languor & detestabilis ignavia in promovenda Dei gloria & animarum salute. Amesius 2. *Ipsi Judæi Cæsarem tolerare à Christo docentur.* Resp. Esto. Sed nec Cæsar Judæos volebat pervertere, neque hi erant resistendo. Amesius 3. *Integra & propria ratio, quare solus Israelita debuit eligi in Regem inter Judæos, non fuit periculum idololatriæ, ut Bellarm. fingit: nam Proselyti etiam excludebantur.* Resp. Si ea ratio non est adæquata illius legis, quænam alia erit? Certè etiam alienigenis meritò poterant accenseri Proselyti, sicut & Neophytos Episcopatu arcet Apostolus. Præsumptio quæ universaliter erat contra alienigenas, non mox extinguebatur, dum quis eorum fiebat Proselytus. Amesius 4. *Primi Christiani tolerabant multos Nerones.* Resp. Id factum, quia tunc ipsis deerant vires: alioqui enim potuissent sibi jure constituere Magistratus Christianos; quod patet ex 1. Cor. 6. Amesius 5. *Ecclesia igitur per aliquot sæcula (ex Bellarmini sententia) non fuit Resp. perfecta, neque vires habuit necessarias ad finem suum consequendum.* Resp. Sit ita quoad statum externum. Illam verò imperfectionem externam Reipublicæ supplevit copiosa gratia Dei, qua confortabantur innumeri ad plantandam & fundandam sanguine suo Ecclesiam, qualis postea in florenti statu, cessante persecutionum turbine, visebatur sub piis Imperatoribus. Unde & Musæus nuper, unà cum aliis Lutheranis & Calvinistis, distinguendum sibi censuit *inter Ecclesiæ statum liberum seu proprium & florentem, ac inter statum ejus accidentalem sive tyrannide pressum.* Amesius 6. *Si virium defectus fuisset causa tolerationis, tum talium Imperatorum gubernatio non fuisset precibus Ecclesiæ juvanda, ad quod tamen Paulus hortatur*

1. Ti-

1. *Timoth.* 2. *verſ.* 2. Reſp. Cùm Apoſtolus jubet orationes fieri pro Regibus &c. *ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate &c.* ſine dubio non loquitur de perſecutoribus, ſed de Principibus prudenter & juſtè Rempublicam adminiſtrantibus, quales non erant illi Nerones. Et certè Epiſtola illa prior ſcripta ad Timotheum eſt intra quinquennium illud laudatiſſimum Neronis, à quo ſequentibus annis nimium degeneravit, ut proinde de illo meritò dicat Tertullianus in Apologetico: *Primus Nero in Chriſtianos ferociſſe legitur gladio. Sed tali Dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur.* Ameſius 7. *Hac ratione ſubjectio fuiſſet ipſis præſtanda ſolùm propter iram, non etiam propter conſcientiam: quod idem Apoſtolus negat. Rom.* 13. *verſ.* 5. Reſp. Non ſequitur. Erant enim illi tyranni, non invaſores juſti aliàs Imperii: non poterant ergo ſinguli privati juſtis eorum legibus & præceptis denegare obedientiam, niſi poſtquam Eccleſia Chriſtiana judicaſſet, debere hìc & nunc ſe in libertatem aſſerere, vim vi repellendo; quod noluit primis ſæculis, ut ita copioſo Martyrum cruore fortiùs fundaretur Eccleſia. Carrerius ab Ameſio ſanior & modeſtior Bellarmino pronuntiatus, idem in hoc ſentit. Nam nec Bellarm. negat, *Legem Chriſtianam neminem* (Gentilium etiam) *ſuo jure aut dominio privare.* Quis autem dubitat vim injuſtam, per ſe loquendo, licere Chriſtianis repellere? nec habere Gentiles dominium aut jus perſequendi Chriſtianam religionem. Mirum verò eſt, quam Ameſius hìc ſit indulgens in tyrannis gentilibus tolerandis, qui cùm de Catholicorum Principum imperio agitur, de eorum jugo excutiendo, immò idololatria Antichriſtiana funditus extirpanda, eſt Vindex acerrimus cum ſuo M. Calvino, Mornæo de Pleſſis, Paræo &c. Puritanis; qua de re infrà Tom. 2.

IV. Bellarm. Reges & Principes omnes Chriſtiani, pacto vel expreſſo vel tacito, ſceptra ſua ſubjecerunt Chriſto, & etiam ſub pœna regni perdendi pollicentur ſe defenſuros Chriſti fidem; Ergo ſi fiant hæretici, poſſunt ab Eccleſia judicari & deponi. Ameſius: *Subjecerunt animas ſuas etiam Chriſto, ſub pœna mortis & omnis generis cruciatus: non tamen ſequitur inde, vel Papam vel Eccleſiam poſſe iſtas pœnas illis infligere: Eadem ratione concludere poſſit Bellar. Papam poſſe omnes ſuis bonis privare, & poſtea mortis ferre ſententiam in omnes Chriſtianos non Chriſtianè viventes.* Reſp. Hoc non video quomodo inferatur, niſi beneficio Logicæ Calviniſtico-Quodlibeticæ. Depoſitionem enim Principis Eccleſiam evertere molientis, meritò Papa decernere poteſt, ob Eccleſiæ pacem & animarum ſalutem. Privatio autem bonorum, & mors illata omnibus non Chriſtianè viventibus, per ſe loquendo directè, immediatè, & ordinariè non evertit Eccleſiam, aut grande ei nocumentum infert.

V. Bellarm. Paſtori neceſſaria eſt poteſtas lupos arcendi omni ratione qua potent: arietes furioſos recludendi, & oves paſcendi, ita ut eis convenit. Ergo ſi ex ove fiat lupus, aut aries noxius, poteſt arceri à Paſtore. Ameſius 1. *Cuilibet Plebano Paſtori magis iſta conveniunt, quàm Papæ.* Reſp. Si nuda aſſertio ſufficit Ameſio, quidni ſimplex inficiatio ſufficiet quoque nobis? Interim videtur tacitè concedere, bonum eſſe Bellarmini argumentum, dummodo Paſtor ſit bonus. Ameſius 2. *Hæc facienda ſunt à Paſtore licitè, & jure Paſtorali. Vel igitur nihil dicitur, vel petitur quæſtio.* Reſp. Sine dubio licitè facienda ſunt. Cur verò petitur principium, cùm dicitur, quòd Paſtor debeat lupos arcere quovis modo licito? Cur non liceat excommunicare notorium hæreticum? omnibuſque aliis præcipere, ne cum eo ullatenus in ſpiritualibus & temporalibus communicent? Quid hìc illicitum? Ameſius 3. *Poteſtas harum rerum non magis eſt neceſſaria Paſtori, quàm vires, illas exercendi.* Reſp. Nego aſſumptum. Habet enim quivis Eccleſiæ Paſtor in actu
primo jus & poteſtatem paſcendi, & de
gem ſuum; quantumvis in actu ſecundo
ſectum & obſtacula ineluctabilia fruſtrane
teſtas illa legitima ſemper ſupponitur in
Principe; at non vires.

Ad CAPUT VII

Confirmat hoc Capite Bellarminu
ſuam XII. Exemplis. I. ex 2. Para
& ſeqq. ubi Rex Ozias fuit ad arbitrium
paratus, & conſequenter authoritate ſe
tus propter lepram corporalem. Ergo
nunc Papa propter lepram ſpiritualem.
agendum ſit exemplis ex Vet. Teſtam. per
& firmior eſt inſtantia, quæ petitur à Salo
dicante & deponente Abiathar Sacerdoten
Reg. 2. *verſ.* 27. Reſp. Vel in lege ve
temporalia magis quàm ſpiritualia ſpec
ficem in politicis & criminalibus Regi ſu
ſicut Rex in ſacris ſuberat Pontifici;
lomon non ut Rex, ſed ut Propheta &
vinæ juſtitiæ Abiathatem exauthoravit
Ameſium. Ameſius 2. *Ozias non fuit a*
privatus, ſed uſu ejus in ordinaria proc
Reſp. Eſto. Id tamen authoritate Po
Ameſius 3. *Neque facta fuit ejus ſeparat*
Sacerdotis propriè, ſed Dei. Eſto & ho
enim Dei & Pontificis optimè in ho
alterum ut Principalis, alterum ut M
ſius 4. *Neque conſequenter fuit regno priv*
paratus potuit per alios regere. Bellarm.
pa, quod poſſit per alios Epiſcopi munere
Neque hæc evaſio proficit, nuſquam
ter hoc ex Scriptura colligitur; nec i
tio vicaria aliàs ab Ameſio probatur.

II. Bellarm. Jojada Pontifex juſſit
interficeretur, & Joas Rex crearetur
verſ. 11. Ameſius 1. *Athalia non fuit l*
Ideò etiam eam ejici & occidi voluit
iniquè invaſerit regnum, legitimo h
maximè verò quod ſimul impia eſſe
pernicioſa. Ameſius 2. *Non fuit à Joja*
ſed à tota congregatione confœderata. Se
cus Jojadæ Pontificis id factum; qu
meſius 3. *Jojada quæ fecit hac in re p*
fecit ex ſingulari poteſtate Sacerdotali,
maria authoritate politica inter Judæos,
finitate, qua Regni heredem attingebat,
ejus tutelam. Reſp. His omnibus (exc
affinitate) non ſuffragatur Scriptura
Ameſius principium. Ameſius 4. *Concluſ*
plo ſequentes pudet aliquo modo ipſos Ponti
dicere ſolent (quidquid ſentiant ac faciant)
arbitrio ſuo jubere, ut Reges interficerentur
eſſe Reges ad arbitrium Papæ. Reſp. Si
cimus, ita nec ſentimus, nec facimus
ſolent ſanguinarii Puritani, (ac præcip
tes, qui illuſtri exemplo Caroli Stuar
ni ante 12. annos patrarunt ipſi, quod
lent affingere.) Concluſionem verò i
ſtra, ſed Calviniſtico-Quodlibetica D
facto infert; quam Nos ut improbam e
enim ſani cerebri ſic arguat: Jojadas
cauſis depoſuit Athaliam, quæ Regn
vaſerat, & impiè tyranniceque adm
Summo Pontifici licet ad arbitrium qu

Porrò cur Ameſius ad alia 10. exe
penitùs obmutuit? 1. S. Ambroſii,
Magn. ob cædem Theſſal. excommuni
ad legem politicam ferendam? 2. S.
excommunicavit Reges, Antiſtites &

S. Medardi invadentes, eosque dignitate & honore privavit. 3. Gregorii II. 4. Zachariæ. 5. Leonis III. 6. Gregorii V. 7. Gregorii VII. &c.

Ad CAPUT IX.

HActenus, inquit Amesius, *actum est de potestate Papæ ingenita: sequitur alia potestas temporalis, Papæ & Episcopis ejus ab aliis donata, vel ab ipsis acquisita*. Porrò Bellarminus hic I. probat: Non repugnare, Pontificem simul esse Principem spiritualem & temporalem alicujus Provinciæ, exemplis Melchisedechi, Primogenitorum Noe, Abrahami, Mosis, Heli &c. Amesius 1. *Princeps spiritualis præter Deum, Christum, nullus est, nisi fortè Diabolus ita vocari possit propter spiritualem nequitiam. Ephes. 6. vers. 12. Et Antichristus quoad spiritualem usurpationem templi Dei, 2. Thess. 2. vers. 4.* Resp. Huic blasphemiæ explodendæ vel sola Davidis prophetia sufficiat, qui Psal. 44. vers. 17. ait: *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos Principes super omnem terram &c.* Quod de Apostolis eorumque Successoribus exponunt SS. Athanas. Orig. Ambros. August. &c. faventibus etiam Jenensibus glossis. Amesius 2. *Repugnantia hujusmodi rerum variam considerationem admittit. Quæ non absolutè repugnant in essentia & natura sua, possunt tamen repugnantiam habere ex institutione Dei superveniente: Et quæ uno sæculo, vel toto etiam illo spatio, quod Christi adventum præcessit, non repugnabant, postea tamen possunt repugnare.* Resp. Annuimus haud inviti. Ostendatur ergo illa repugnantia ex arbitrio Dei orta. Amesius. 3. *Ex Legis naturæ tempore ad Evangelicum tempus, non sequitur argumentatio paritatis, cùm omnia sint disparia &c.* Largiamur etiam hoc, & quidquid de Mose, Heli, Machabæis prosequitur. Fatebimur, non valere argumentum ab illis ad nostros Pontifices, si repugnantiam ex Lege Dei in Novo Testamento monstraverit; sed absque tali lege monstrata, frustrà verba multiplicat Amesius. Nec difficultates, quas præcipuè in Papa exaggerat, plus probant, quàm arduum esse, ut quis utroque munere simul bene defungatur; minimè verò esse impossibile. Sed ecce post declamatoriam dissertationem profert arietem ineluctabilem, cùm ait: *Omnibus exemplis illis à Bellarm. allegatis &c. efficacius multò probatur, Conjugium sine ulla repugnantia Ecclesiasticis hominibus convenire; quod tamen Pontificii negant.* Rectè fecisset Amesius, si hoc, argumento valido evicisset: nudæ enim ejus assertioni, quæ sexcentes hactenus fefellit, nefas est fidem adhibere; & oppositum Tom. 2. ostendetur, ubi de Cœlibatu Sacerdotum.

II. Bellarm. potestas Ecclesiastica & politica non sunt contrariæ, sed utraque est bona. Ergo simul in eodem subjecto esse possunt. Amesius 1. *Conjugium etiam est bonum. Ergo hac ratione convenit Pastoribus Ecclesiasticis.* Resp. Universaliter & abstractè loquendo, posset hoc totum admitti, uti permittitur in Sacerdotibus Græcis, etiam ante schisma, licèt cum modico indecoro ejus status. Lege tamen Ecclesiastica saltem & Apostolica in Occidente semper fuisse vetitum Sacerdotibus conjungere se matrimonio, patebit infrà. Amesius 2. *Non sola contraria illa, quæ sunt bona & mala, sibimet invicem in eodem subjecto repugnant, sed & disparata bona, quæ uni & eidem simul non possunt convenire. Sic Actor. 6. vers. 2. Durare in precibus & administratione sermonis, & ministrare mensis, opponuntur ut repugnantia, quamvis utraque sint bona.* Resp. Facilè damus non tantùm contraria & disparata, sed etiam ejusdem planè rationis munera nimium multiplicata obruere, & destruere se invicem. Hoc autem non necessario in Summo Pontifice fieri, ut antiquiora Exempla desint, vivo suo exemplo Orbi ostendit Alexander VII. ut præclarè demonstrat Eminent. Card. Pallavicinus lib. 24. cap. ult. historiæ Concilii Tridentini. Amesius 3. *Bona illa, quæ sunt imperfectorum, non conveniunt iis qui sunt in statu perfectionis. Unde etiam inter Pontificios, qui Religiosi vocantur, abrenunciare tenentur, non tantùm potestati omni civili, sed & propriis suis facultatibus. Sed potior & perfectior est status perfectionis Episcoporum quàm Religiosorum. Repugnat igitur etiam hac ratione, ut Episcopi & Prælati Pontificii potestatem politicam exerceant.* Resp. Plus hinc non efficitur, quàm repugnare perfectioni & functioni Episcopali, ut se immergat politicis negotiis, & sit magis his deditus, quàm functionibus spiritualibus. At planè nulla est repugnantia, ut excelsam & valdè universalem inspectionem & curam habeat simul etiam de temporalibus: non quidem per seipsum illa tractando, sed per homines peritos & fideles. Quid, quæso, in hoc est imperfectionis? Locum hic habet illud S. Bernardi: *Aliud est incidenter in ista excurrere; aliud verò incumbere istis.*

III. Bellarm. Unus Rex præesse potest togatis & armatis, quamvis pax & bellum magis sint diversa, quàm bona temporalia & spiritualia. Amesius 1. *Diversitas rerum non est ratio repugnantiæ in istis administrationibus, sed diversitas ipsarum administrationum, prout à Deo sunt ordinatæ, & ab hominibus debent, earum naturæ congruenter, impleri.* Resp. Ubi scripta est illa Dei ordinatio, quam toties crepat & numquam exhibet Amesius?

IV. Bellarm. Potest unus Rex gubernare diversissima regna, & unus Episcopus plurimas Ecclesias. Ergo unus homo potest regere unum Episcopatum & unum Principatum. Amesius 1. *Hac ratione æquè concluditur, Principem posse esse Episcopum, & Episcopum posse esse Principem.* Sit ita in sensu materiali ac identico, non formaliter. Amesius 2. *Non est par ratio regnorum duorum & Ecclesiæ cum Principatu. Duo regna sub una formali ratione comprehenduntur: sed administrationis politicæ & Ecclesiasticæ varia est forma, essentia, & natura.* At reguntur una & eadem prudentia, Justitia, Religione &c. nec repugnat virtutum illarum cumulata possessio in uno eodemque homine. Tota autem dexteritas in eo est, ut Princeps talis, temporalia pleraque, maximè minutiora & particularia, per subordinatos gubernet; sicut etiam facere deberet Episcopus, purè respectu suæ familiæ. Amesius 3. *Ut unus homo plures Episcopatus retineat, fatetur Bellarminus esse perniciosissimi exempli.* Resp. Neque nos diffitemur, neque putamus unquam permittendum, nisi Ecclesiæ necessitas, aut magna utilitas ita exigat. Amesius 4. *Fatetur etiam Bellarm. nullum esse tam exiguum Episcopum, qui possit per seipsum sufficere ad concionandum, & Sacramenta administranda in tota sua Diœcesi. Repugnat igitur maximè, ut aliis etiam negotiis semetipsum implicaret, & sic novo opere suos humeros opprimeret, qui priori ferendo impar fuit.* Resp. Concedendo totum, si implicare propriè & in rigore sumatur: si verò pro eo, quod S. Bernardus dixit: *incidenter excurrere*, & velut excelsum motorem, & rotam supremam, subordinatas rotas in officio continere, nihil evincit Amesius.

V. Bellarm. Pii homines fuerunt, qui Episcopis donarunt Principatus sæculares, & ea de causa præcipuè a tota Ecclesia commendati sunt; ut patet de Constantino & Carolo Magno &c. Multi etiam è Pontificum numero, qui Principes Ecclesiastici & Politici simul fuere, sanctitate floruerunt, & miraculis claruerunt. Vide recognit. n. 11. Amesius: *Pius etiam fuit David, qui imposuit arcam plaustro devehendam: & pius Uzza, qui manum suam admovebat eidem, 2. Samuel. 6. Hæc tamen facta improbata fuere.* Resp. Illud Ozæ factum improbatum fuisse, quid mirum, cùm directè repugnaret legi Divinæ, num. 4. disertè præcipienti, tam arcam quàm altaria, mensam, & candelabrum cæteraque vasa Sanctuarii, humeris Levitarum Caathitarum portari debere. Ostendant Puritani hic similem prohibitionem. Neque verò Oza ullibi legitur sanctitatis laude floruisse, vel miraculis claruisse. Impertinens ergo evasio Amesii.

VI. Bel-

VI. Bellarm. Etsi absolutè fortè præstaret, Pontifices tractare solum spiritualia; tamen propter malitiam temporum, experientia clamat, utiliter, necessariò, & ex singulari Dei providentia, donatos fuisse Pontifici aliisque Episcopis Principatus aliquos sæculares. Amesius 1. *Malitia temporum non mutat institutionem Dei. Adversùs istam malitiam temporum, sic instruit Apostolus Episcopos, ut eo diligentius & magis instanter in officia spiritualia incumbant, 2. Tim. 3. non ut temporali potestate se muniant.* Resp. Malitiæ temporum arcendæ non unum tantùm fervit remedium. Si bonum est illud Apostoli, (uti sine dubio optimum est,) non ideò malum est hoc. Non minùs ridiculum est, velle eundem statum Ecclesiæ quovis tempore urgere, non magis acsi infantulo, adolescenti, viro adulto &c. eandem planè agendi rationem quis velit imponere. Amesius 2. *Degeneratio Ecclesiastici status in mundanum, & potestatum confusio, magna pars est malitiæ temporum, & aliarum partium causa procreans & conservans. Hoc experientia ipsa clamat, ut ea de re piis quamplurimis jam olim gravissimas extorserit querelas, & Conciliis quibusdam sanctiones varias; mentem jam Ecclesiam aliquo modo sufflaminantes.* Resp. Degeneratio illa in mundanum statum improbatur ab omnibus probis; sed abusus rei non tollit usum, alioquin etiam Episcopatus, & Sacerdotia, qualiter in primis sæculis constituta erant, tolli deberent; quod nemo nisi manifestè impii approbabunt. Legantur quæ ex SS. Cypriano, Basilio Magno, Gregorio Theologo &c. in hanc rem recitavi in 1. part. Irenici Anti-Calixtini cap. 6. num. 4. & apparebit, rectè pronuntiasse Card. Pallavicinum: ad Comœdias & Poetas spectare, queri de præsenti ævo, & prisca velut antea præsentibus ut lutum conferre. Vitia sunt, fuerunt, & erunt, quandiu homines. Abusus, qui velut zizania semper sponte succrescunt inter mortales, semper magna diligentia corrigendi sunt, non vero ideò bonus usus damnandus.

Ad CAPUT X.

SOlvuntur hìc argumenta Puritanorum; Dico Puritanorum, quia hic error videtur illorum proprius, qui Calvinum strictè sequentes, omnem etiam Hierarchiam Ecclesiasticam damnant. Unde Lutherani & Anglo-Papistæ, prorsus hìc silent, immò potiùs refragantur haud obscurè Puritanis. Certè Saravia, Sutlivius, & præter alios Sacramentarios è Calvini Schola complures, intra paucos annos Henricus Hammondus justo volumine contra Blondellum Gallum, Principatum illum Ecclesiasticum ex SS. Scripturis & Patribus asserit, quem unà cum Principatu Politico funditus hic sublatum ivit Amesius, credens pauculis illis Christi verbis Matth. 20. vers. 26. *Vos autem non sic*, illum penitùs dissilari. Atque ad Responsionem Bellarmini, quod Dominus eo loco solum instituerit meros Principes Ecclesiasticos, docueritque, debere eos, ut tales sunt, præesse subditis non more Regum & Dominorum, sed more Patrum & Pastorum: unde haud sequitur, non posse unum & eundem esse Episcopum & Principem. Ad hoc, inquam, replicat Amesius 1. *Principatus Ecclesiasticus prohibetur, non instituitur hoc in loco; sicut ante fuit declaratum.* Sed rectiùs hoc invertitur, diciturque: Principatus Ecclesiasticus instituitur, non prohibetur hoc in loco; qui tamen principatus revera non est nisi ministerium. Ita nobiscum videntur sentire, contra Puritanos, omnes reliqui Lutherani & Calvinistæ: unde Jenenses in suis Bibliis vernaculè glossatis illa verba sic exponunt: (Vos Apostoli cum aliis Ecclesiæ ministris non debetis dominari & regimen affectare, sed qui arte, scientia, experientia, aliisque donis alios præcellit, tam se exhibeat humilem, acsi esset omnium mini-

mus; & qui vult esse primus, ac aliis ir
præpositus est, debebit quoque tanto am
in obsequium aliorum impendere.) Nir
fuere boni illi glossatores, quòd Luthe
nia Principatus tenerent, titulo Arch
& Episcoporum; utrumque officium
& Politici Principis sibi arrogantes.
idem prorsus sentiunt, & ipso facto pe
chiepiscopi & Episcopi totius Regni
sunt Proceres: Quorum causam ut ji
Saravia Calvinista in libro de diversis
gradibus, contra Puritanos contende
jurisdictionem, externum splendorem in ti
tatu, ac honores, quos feuda annexos ha
venire cum simplicitate Ministerii &c. Resp
curatè ad Amesii objectionem ex disp
pulorum: *Quis eorum videretur esse maj*
lo Christi: *Vos autem non sic*; ac in
ait: *Et si domestica rei necessitas excus*
storem, interdum curis sæcularibus, & e
labori vacantem, multò magis excusabit
publica. Textor, fossor, & arator, Ev
citra violationem sui ministerii esse potest
tus, Consiliarius, aut Cancellarius esse n
de, obsecro, in Republica Christiana nata
logia? Ab amore? an ab invidia? En c
schola Apologiam pro Catholicis co
cæterosque Puritanos.

II. Argumentum desumit idem ex L
Quis me constituit judicem super vos? Et
Non est æquum nos derelinquere verbum Dei
mensis. Resp. Utroque loco monentu
Principes, ne minutis & vilibus officii
tur, ut majora omittere cogantur, u
Moysi, Exod. 18. vers. 19. & seqq. E
lib. 1. de consideratione ad Eugenium
pam, ut judicia rerum temporalium
quem tamen sciebat jam tunc Principei
poralem fuisse. Amesius ait: *hanc Be*
esse merum subterfugium, textum enervan
evertens. Sed revera Amesius mera v
quidquam aliud efficit, quam non de
incumbere in curam illam rerum sæc
cum Carthus. & Cajetano ab Amesio
ultro largimur; & ut ita fiat unicè d
cut tamen quisque Minister Puritanu
tantillum Evangelio adversari, dum
rei familiari curam impendit; Ita Ep
mi Pontifices quoque, laudabiliter al
dinem sæcularium (quæ tamen spiritual
aut obtundat) admittunt. Et hoc est i
di, *incidenter excurrere.*

III. Argumentum petitur ex 2. Tim
Nemo militans Deo implicat se negotiis s
verba dicuntur Episcopis. Contra Bella
non prohibet regimen politicum, sed
tudinem circa vitam corporalem. Cu
parandi intelligitur per negotia sæcul.
1. *Quidquid propriè per negotia sæcularia*
manifestum est in ratione ad Timotheum
tia, & ministerium impedientia notari
gimen politicum (ut majus impedimentum
betur, quàm cura victus parandi. Respo
Bernardo: *Excurrere incidenter* in ista
non iis incumbere, nullatenus *implicat*
mihi dubium ullum potest esse, mult
cari negotiis sæcularibus eos Minist
& Calvinisticos, qui minuto stipen
se contenti (*pro pugillo hordei mentiun*
ut de Pseudo-Prophetis loquitur Scri
lilominus numerosam prolem velut
rum in circuitu mensæ quotidie conspic

 V 4

majores & plures sollicitudinum æstus experiri in re familiari procuranda & amplificanda, quàm multi è Summis Pontificibus circa politicum Principatum annexo summo Sacerdotio. Considerentur quæ de Regimine utroque Alexandri VII. scribit Card. Pallavicinus loco suprà citato. Neque plus Amesius in sequentibus probat; quibus etiam illud falsum adjungit quod: *Reipublicæ cura & negotium sit magis sæculare, & magis implicans quàm nuptiæ*. Videantur quæ S. Chrysostomus insigniter commentatur in 1. Cor. 7. vers. 25. & seqq. ubi vanitas pronuntiati Amesiani clarissimè detegitur.

Corollarium Amesianum.

Quo I. Tomum suæ enervationis Bellarminianæ coronat. *Cùm*, inquit, *ex Bellarmini sententia* Papa habet summam temporalem potestatem disponendi de temporalibus rebus omnium Christianorum, in ordine ad bonum spirituale, lib. 5. cap. 6. Et propter malitiam temporum non solùm utiliter, sed etiam necessariò donati sunt Pontifici aliisque Episcopis temporales aliquot Principatus, lib. 5. cap. 9. & omnino expediat, si possit eò sine injustitia & bellicis cladibus perveniri, ut omnes provinciæ mundi ab uno summo Rege gubernentur, etiam in rebus politicis, lib. 1. cap. 9. Et non repugnat Evangelio, quin aliquo modo possit fieri, ut idem sit Pontifex totius Orbis, & Imperator totius Orbis, lib. 5. cap. 10. *Nihil (ex ejus sententia) deest præter occasionem & vires, ut Papa semetipsum constituat totius Orbis Imperatorem temporalem*. Resp. Hoc Corollarium rite infertur juxta regulas Dialecticæ Luthero-Calvinistico-Quodlibetico-Sycophanticæ. Nam in primo pronuntiato Bellarmini fraudulenter Amesius omittit restrictionem illam *summæ temporalis potestatis*, quòd nempe sit *indirecta*, ac planè extraordinaria; in perquam raris eventibus (etiam subinde in integri aut plurium sæculorum decursu vix semel) in actum secundum prodiitura. In secundo pronuntiato malignè detorquet in sensum alienum illud quod dicitur, *necessariò* Principatus aliquos Ecclesiasticis donatos, omisso etiam eo, quòd ex *singulari Dei providentia id factum sit*. In tertio subdolè reticet id quod Bellarm. dixerat, *non videri fieri posse, ut sub unius Regimen redigatur totus Orbis, nisi magna vi, & multis magnisque bellis*. In quarto effato excerpit particulam dicti Bellarminiani, omisso eo quod mox sequitur, & quo vel solo omnis illa sycophantica textura Amesii dissipatur; nempe non debere eundem esse totius Orbis Imperatorem, qui sit simul Summus Pontifex, quia Christus voluit ad conservandam humilitatem, Pontificem indigere Imperatoris defensione, & simul Imperatorem indigere Pontificis directione in spiritualibus.

Expediuntur Cavilli Gerhardini.

Tandem videndum, quàm terrificus prodeat Achilles Gerhardi. Is Thes. 69. *Bellarminus*, inquit, *fatetur, tempore Apostolorum, potestatem Ecclesiasticam à politica fuisse separatam. Ergo inter eas non est necessaria ejusmodi connexio, propter quam Pontifici summa potestas in temporalibus indirecta competat*. Resp. Enthymema nimis elumbe! acsi ita arguerem: tempore Apostolorum nullus Rex aut Imperator fuit Christianus: ergo non necessariò annexa est officio Pontificis aut Sacerdotis ea potestas, ut possit etiam Reges aut Imperatores à peccatis absolvere: σοφῶς! immò pueriliter!

Thes. 77. & 83. Ex eo quòd Bellarminus dixit: Regem, dum fit Christianus, non perdere regnum terrenum &c. Gerhardus sic arguit: *Atqui si Pontifex supremam illam in temporalibus potestatem obtineret vel indirectam, certè Reges & Principes, quando fiunt Christiani, perderent supremam in regno suo potestatem, sicque Christi beneficium illis obesset*. Non magis verè hoc assumitur, acsi quis diceret: Si Rex habet vel indirectè potestatem in omnia bona eorum, qui in ejus migrant Regnum ex alterius tyranni dominatu, certè talis novus civis perderet dominium in sua bona quæ intulit, adeoque beneficium illud, quo in justi Regis ditionem recipitur, illi obesset. Inepta & iniqua utique hæc foret querela: cùm omni bono viro & civi ex justitiæ legalis dictamine debeat esse dulce & decorum, non tantùm bona fortunæ, sed etiam sanguinem vitamque pro salute Reipublicæ profundere.

Thes. 78. & 86. sic arguit ex Bellarmino: *Christus, & Petrus, numquam sibi arrogarunt potestatem in Imperatorem, ne quidem indirectam. Ergo si Pontifex vult esse Christi Vicarius, & Petri hæres, itidem sibi ab ea temperare debet*. Vecors illatio, & ineptum Antecedens Gerhardi, non Bellarmini. Hic enim ita loquitur: Christus numquam exercuit in hoc mundo regiam potestatem. Quasi verò ideò Christus non habuerit in actu primo perfectissimam potestatem in Imperatorem & omnes alios.

Thes. 81. Quia Bellarm. dixerat: Eò quòd vires defuerunt primis sæculis Ecclesiæ, non deposuisse Neronem, Julianum, & similes colligit Gerhardus: *quod possint subditi bona conscientia subesse Magistratui hæretico*. Resp. Oppositum potiùs infertur, si vires suppetant. Si verò hæ deficiant, aut fugere, aut tolerare debent durum jugum, quatenus sine læsione religionis tolerari potest. Ridicula porrò sycophantia est Gerhardi, cùm ita concludit: *Et quod opus est ad deponendos Magistratus hæreticos viribus temporalibus, cùm ex hypothesi Hildebrandinæ sectæ addictorum, insidiis etiam adversùs eos uti, ac veneno, vel per sicarios è medio tollere liceat*. Respondeo, Hanc hypothesim non è Catholicis, sed ex Calumniatorum commentis deprompsit.

Thes. 85. ita cavillatur: *Juxta Bellarm. lib. 5. de Rom. Pont. cap. ult. Pontifex ut Pontifex non habet politicum dominatum. Ergo hunc non habet ut Pastor. Atqui si hunc non habet ut Pastor, non habet ex Christi institutione: ergo nec ex verbis Christi: Pasce oves meas*. Resp. Concedo totum de politico dominatu: quid verò hoc ad potestatem indirectam in temporalibus? Non est hæc dominatio politica, sed verè spiritualis, qua facit politicam servire bono animarum.

Thes. 87. ait: *Idem Bellarm. lib. 4. de justific. cap. 13. arctissimo & individuo nexu invicem conjungit mandatum & vires implendi. Ergo si verba Christi, Pasce oves meas, includerent mandatum de Regibus hæreticis è solio deturbandis, utique etiam vires illud implendi Petrus & Christiani in primitiva Ecclesia habuissent. Sed non habuerunt ejusmodi vires: ergo non præceptum*. Resp. Etiam hoc argumentum Quodlibetica-Lutherana perquam dignum est: Concedo autem totum. Nam non omnes leges universales obligant hìc & nunc absolutè & sine ulla hypothesi; alioquin nullus esset Princeps, qui ob virium defectum nequiret contra invasorem potentiorem, suos subditos defendere, quod ei præceptum est; nullus Pater egenus, qui nequiret suos liberos alere, quod ei præceptum est.

Finis Vindiciarum in Tom. I. Controversiarum.

VIN-

VINDICIÆ BELLARMINIAN
IN TOMUM SECUNDUM
CONTROVERSIARI

Ad CAPUT I.

Pro Libro Primo de Conciliis & Ecclesia.

INcipit hunc tomum Amesius, sicut finivit priorem, calumniando scilicet, dum vocat Bellarmini *Methodum* (qua priùs de Pontifice, postea de Conciliis, demum de Ecclesia agit) *planè Babylonicam*, vel, *μεθοδείαν τοῦ διαβόλου*. Ait autem, *ita Apostolum loqui Ephes. 6. vers. 11.* Sed an hæc Amesii cavillatio potiori jure non sit dicenda *Babylonica & diabolica*, quàm methodus Bellarmini, æquus lector arbitretur, ubi consideraverit, hunc in Præfatione I. Tomi rationem Instituti sui ita exposuisse, ut cùm omnes nostri ævi Controversiæ ad duos Symboli articulos, nempe de Ecclesia, Communione Sanctorum, & remissione peccatorum revocentur, post procemialem de Verbo Dei controversiam, statuerit ita agere de Ecclesia, ut primum locum (merito suo) obtineat ejus Caput principale & invisibile, Christus Dn. Secundum, ejus Vicarius, ut Caput Ecclesiæ militantis; Tertium, SS. Concilia, quæ sunt Ecclesia militans repræsentativè? Quartum, Ecclesia ipsa militans quoad reliqua omnia membra collectivè considerata; Quintum, eadem in tres ordines generales, Clericorum, Monachorum, Laicorum distincta; Sextum, Ecclesia purgans; Septimum, Ecclesia triumphans. Ac his VIII. Controversiis generalibus absolvuntur duo Tomi priores. Quid hic non concinnum & εὐτάκτως dispositum? Sed quidquid non sapit Anarchiam Puritano-Independentisticam, desipit Amesio, ut Babylonicum & Antichristianum.

Ad CAPUT XXII.

AUthoritate Pontificis Romani Concilia generalia congreganda esse Bellarminus hoc Cap. solidissimè probat.

I. Concilium Ecclesiæ non est legitimum, nisi congregetur in nomine Christi, Matth. 18. vers. 20. Congregari autem in nomine Christi, nihil videtur esse aliud, quàm congregari authoritate Christi, hoc est. ab eo, qui à Christo habet congregandi authoritatem. Contra Amesius; *In nomine Christi ut aliquid fiat, requiritur quidem authoritas Christi ut causa efficiens: Sed simul etiam requiritur, ut materia, forma & finis, sit Christo & voluntati ejus conveniens, ita ut tota natura actionis sit talis, qualem Christus probat, & agnoscit pro sua. Explicatio igitur vel istboc nomine est imperfecta & fallax.* Resp. Bellarminus omnino supponit, materiam, formam & finem esse talem, qualis fuit in Conciliis generalibus sine lite utrinque receptis. Nempe materia est, vel Dogma fidei con-
troversum, vel Disciplinæ Ecclesiast
forma verò, ut post imploratum Sp
lium, fiat diligens disquisitio; finis
roribus, pravisque moribus profligat
veritate & sanctitate Deo serviat. U
nia, & inoffenso pede procedant,
pulis innotescat eorum observatio;
omnia fiant authoritate legitima C
visibilis; Ejus nempe indictione, p
confirmatione, si sit Synodus oecu
cularibus enim sufficit confirmatio
cis. Glossa Cajetani, quam hic add
nihil ad rem, vel contra nos facit.
nuò næniam suam Anarchicam tot
tam ad nauseam usque repetit, nem
*nis authoritate opus esse, ut congregentu
mine Christi, vel ex omnibus partibus*
ex aliquibus. Anarchicam, inquam,
hoc olet, & Babylonicam confusio
modo, quandocumque duo vel tres
Biblistæ quicumque) cum suis Biblii
persuasum sit miseris, Christum es
rum. Desent porrò hic Amesius Pa
Calvinum à Bellarmino repulsum cu
tia solius Christi, quam nulli coetus
non arrogant. Si quid ergo, vel p
suo Calvino præstare voluisset, de
discerniculum infallibile aliud, qu
λησμαὶ à Conciliis legitimis distingua
nobis assignatum est. Ad confirmati
ni, quòd scilicet Christus terras reli
rit Ecclesiam gubernandam, non Ti
ri, sed Petro Apostolo; & ideò q
ab eo, qui Petro succedit, in nomi
gregari, non autem qui ab eo con
succedit Tiberio. Item, quòd Imper
& Sacerdotes cæteri, sint Oves Su
&c. His, inquam, multa quidem v
verba tantùm. Sunt verò ea partim
rioribus, ut cùm negat: *Petro magi
postolis commissam fuisse Ecclesiam*; p
sa aut apertè falsa; adeòque cùm
to destituantur, simplici inficiatione
tanda. Quod sextò ait: *Principibus
executionem plus meritò potestatis tribui
stecis, quàm Tiberio aliisve infidelibus*
si tamen non sint æquivocè Christia
minos sui muneris se contineant. Q
dierum vocat *Pastoris idolum*, agit q
co congruit. Cùm verò addit: *G
inaliter, potest temporaliter Pastor esse
& externè aut politicè eum cum aliis
in his quæ pertinent ad sacra*; non m
& propriæ causæ adversatur. Nun
exilium ipse pati maluit, quàm Hie
gis Anglicani venerari, quam po
traduxit?

II. Bellarm. Concilium generale
bet ex authoritate, qui potest om

nullus unquam Imperatorum totam Ecclesiam subjectam habuit, etiam quoad actiones civiles, sicut eam subjectam habet Papa quoad actiones spirituales. Et quid si nullus esset Princeps Christianus, an ideò nullum fieri posset Concilium? Amesius iterum ad rem nihil respondet, nec tamen tacere vult. Unde enim probat, quod ait 1. *Non opus esse authoritate coactiva* (seu obligante) ut congregetur Concilium? Quacqueris & independentibus congruit hoc Babylonicum axioma, in Ecclesia Dei inauditum. 2. ait: *Ubi authoritas hujusmodi requiritur, non est necesse, ut illa sit penes unum.* At cur non? Si enim potestas suprema sit penes plures, quis eos adiget ut consentiant? Quid ergo, si unus vellet Concilium, alter nollet? aut unus vellet in Germania, alter in Græcia? Nonne hinc rursus emicant stricturæ lucidissimæ ex illa Anarchia Babylonica Puritanorum? 3. Quærit: *Qua ratione potest Papa cogere illos, qui vivunt in ditione infidelium tyrannorum, uti hodie est conditio Græcorum?* Resp. Si Græci Catholici essent, nec à Turcarum Imperatore impedirentur, possent sine dubio à Papa per censuras evocari; ast cùm schismatici has jam non curent, nihil ad rem facit hæc Quæstio. 4. ait: *Ne Christianorum quidem Principum subditos posse à Papa cogi pro arbitrio suo, experientiâ ipsa docere potuit Bellarminum, vel in ipso Conventu Tridentino, cui ipsimet Galli non adfuerunt nisi ad exitum properanti.* Resp. Mendacium hoc à mendacissimo Suave Polano haustum dedocebit Lectorem genuina Tridentini Concilii Historia jam sæpè laudata, nec unquam satis laudanda Emin. Card. Pallavicini.

III. Bellarm. Concilia Provincialia indicuntur à Metropolitano, Nationalia à Primate vel Patriarcha: ergo Generalia à Papa sunt indicenda. Amesius 1. *Metropolita, Primas, Patriarcha, sunt humanæ creationis nomina, ex mundi typho nonnihil trahentia; neque Divini juris quidquam habent in se, neque Papæ possunt commodare. Hic autem quæritur de jure Divino, & de eo quod est necessarium ad congregationem habendam in nomine Domini. 2. Quamvis ordinis causa, ordinaria convocatio Conciliorum hujusmodi primarum Civitatum Episcopis fuit olim ab aliis Episcopis mandata, nemo tamen ex illis temporibus ita deliravit, ut Concilium legitimum* in nomine Domini, *alia ratione non posse haberi judicaret.* Respondeo, Huic Puritano-Independenticæ insaniæ explodendæ sufficiunt vel ipsi Lutherani, & ex Calvinistis discretiores. Nempè totus orbis Christianus deliravit usque ad Lilio-Stigmaticum Evangelistam!

IV. Bellarm. Antiquissimo Canone Apostolico statuitur, ut præter sententiam Roman. Pontificis non possint Concilia celebrari, ut testatur S. Marcus Papa, & renovatur in Concilio Nicæno I. ut testatur Synodus Alexandrina, & S. Julius P. apud Socratem, Sozomenum &c. Effugia Calvini & Magdeburgensium probè esse præclusa, vel silentio suo agnoscit Amesius, neque tamen veritati tam liquidæ dat ipse manus. Sed ejus verba tam ab omni ratione & authoritate sunt aliena, ut pigeat etiam referre. Sine dubio ridentur etiam ab Anglis Episcopis, quantumvis alioquin Calvinistis.

V. Bellarm. In Concilio Chalcedonensi Action. 1. damnatur Dioscorus, quòd Synodum ausus sit facere sine authoritate Sedis Apostolicæ: *Quod*, inquit, *nunquam licuit, nunquam factum est.* Et eodem nomine Concilium quoddam Constantinopolitanum irritum judicabatur in 7. Synodo Generali. Amesius 1. *Dioscorus fuit propter varia gravissima crimina damnatus, quibus hoc addebatur, à Legatis Pontificis Romani, non à Synodo.* Resp. Sit ita. At sententiam damnationis à Legatis prolatam omnes Patres approbarunt: nec potest ulli sanæ mentis dubium esse, minimè ausos fuisse gravissimos illos Legatos Apostolicæ Sedis coram tanto Concilio apertum mendacium asseverare, nemine prorsus contrà mutiente. 2. ait Amesius: *Synodum facere non significat ibi convocare Synodum, si vera sit accusatio &c.* Respondeo 1. Quid ergo significat? Respondeo 2. Falsa narrat Amesius. Nam ut scribit Liberatus in breviar. cap. 12. Nicephorus lib. 14. cap. 47. Theodosius Imperator Chrysaphii Eunuchi fraude inductus, usurpata sibi Pontificia potestate Synodum œcumenicam contra jus & consuetudinem Ecclesiæ incepit, ac Dioscorum Præsidem constituit &c. Videantur Acta hujus Conciliabuli, vel latrocinii potiùs, apud Binnium & alios. 3. *Septima Synodus*, ait Amesius Iconomachus, *nullius est authoritatis, fuit enim idololatriæ Mater.* αὐτὸς ἔφα! Et quodnam Concilium Puritanis possit esse alicujus authoritatis?

A duobus reliquis argumentis Bellarmini ex Concilio Romano sub Symmacho, Leone M. Pelagio II. Sixto III. &c. facilè se expedit Amesius, cùm ait: *Testimonia sunt de Conciliis particularibus, sunt hominum vel adulatorum vel ambitiosorum.* Sed rectiùs dicitur: Effugia sunt sycophantica, criminari viros sanctos & innocentes sine alia probatione, nisi quod non sint ad sensum Puritano-Babylonicum; itemque exigere testimonium Scripturæ, quo conceptis verbis & in particulari dicatur: Romanum Pontificem debere convocare Concilium generale; quasi verò non sufficiat commissio universalis Ecclesiæ regendæ, Matth. 16. vers. 18. Luc. 22. vers. 32. Joan. 21. vers. 17. juxta continuam traditionem & praxim 16. sæculorum.

Ad CAPUT XIII.

ARgumenta ab Adversariis proposita, & à Bellarmino soluta potissimùm sunt

I. *Imperatores prima generalia Concilia indixerunt: Nicænum Constantinus: Constantinopolitanum Theodosius: Ephesinum Theodosius junior: Chalcedonense Valentinianus & Martianus, & sic deinceps.* Nec evadit Bellarminus cùm ait: Hæc argumenta meritò posse à Nobis contemni, cùm non sint è Scripturis, è quibus solis firma argumenta peti posse contendunt Adversarii. Contra enim est, quòd *quamvis in se sint inefficacia, tamen adversus traditionum patronos sunt efficacissima.* Esto igitur hoc argumentum ad hominem, ut vocant. Videamus unde probetur: *à solo Imperatore fuisse indictum Concilium œcumenicum*, sine consensu & authoritate Romani Pontificis. At ecce! dum excutio omnes angulos Amesii, nil præter nudam ejus assertionem reperio. Unicè enim occupatur in eludendis probationibus Bellarmini pro authoritate Romani Pontificis. Ait Bellarminus 1. de Nicæno I. ex VI. Synodo, Actor. 18. Constantinum & Sylvestrum magnam Synodum apud Nicæam congregasse. Et Damasus scribit in Pontificali, cum Sylvestri consensu habitum esse in Nicæa Concilium. Et Ruffinus: Ex sententia Sacerdotum Constantinum indixisse Concilium. Ad hæc replicat Amesius 1. *Non audiendam VI. Synodum plusquam* 300. *annis post Concilium Nicænum habitam, si quid contra Eusebium, Athanasium, & acta ipsa Concilii testaretur.* 2. *VI. Synodum ibidem fateri, se congregatam fuisse per Imperialem sanctionem, & Leonem Papam in Epistola ad Constant. August. dicere: illam Synodum nutu Dei, Imperatoris clementia fuisse convocatam.* 3. *Verba VI. Synodi debere intelligi de consensu, non de imperio Sylvestri.* 4. *Sententiam Sacerdotum esse tantùm consilium, uti & ex suorum bellatorum sententia varias expeditiones propria tantùm authoritate suscepit: Et Sacerdotes eos fuisse, non Summum Sacerdotem, hoc est Papam.* Resp. His & similibus plus non evinci, quàm

Impe-

Imperatores Catholicos & religiosissimos Constantinum, Theodosium, Martianum &c. suas partes in pio illo opere celebrandi Concilii strenuè gessisse; dum vel sponte Concilia à Romanis Pontificibus petebant; vel ab ipsis convocanda, si quando Concilii locus eorum ditioni subjiceretur, ita sua authoritate communiebant, ut liberam potestatem Pontifici facerent, in ea Urbe Concilium celebrandi; imò seipsos Concilii fautores & propugnatores exhiberent, adeòque seipsos potiùs authoritatis Pontificiæ ministros, quàm rivales ac Dominos præberent. Quòd autem Imperatorum consensus exquireretur à Pontificibus, optima ratio fuit, quòd cùm illi ferè toto orbe imperarent, & Concilia in urbibus Imperatori subjectis celebrarentur, æquum esset, ut sine Imperatorum licentia minimè fierent. Absolutè ergo credendum est VI. Synodo & S. Damaso, quod de Nicæno affirmant. In Constantinopolitano I. Theodosium aliud non præstitisse, quam quòd Damasi Epistolam, qua Concilium indicebatur, ad Episcopos mitteret, ex Theodoreto lib. 5. Cap. 9. constat. Chalcedonense non à Martiano Imperatore, sed à Leone M. coactum fuisse, patet ex Epistola Martiani ad Leonem, in qua petit, ut omnia quæ ad Concilium pertinent, sua authoritate definiat; Et hic ipse Imperator in Action. 6. ejus Concilii conceptis verbis testatus est: *Se ad fidem roborandam, non ad potentiam aliquam ostendendam sive exercendam, exemplo religiosissimi Constantini Synodo interesse velle &c.* Et sub idem tempus S. Leo M. Epist. 25. apertè pronuntiat, quòd absque Papæ authoritate frustrà Imperator indicat Concilium. Denique refert de Valentiniano Imperatore Sozomenus lib. 6. cap. 7. Eum petentibus Episcopis, ut sibi liceret convenire pro fide asserenda, respondisse: *Sibi, qui unus è laicorum numero esset, non licere, se ejusmodi negotiis interponere, & ideò, inquit, Sacerdotes & Episcopi, ubicunque eis libitum fuerit, conveniant.* Idem imitata est S. Pulcheria Augusta Martiani Imperatoris Conjux, quæ literis ad S. Leonem Papam humiliter scriptis, (quæ exstant in Tom. Concil. ante Concilium Chalced.) petivit, ut Ejus authoritate concilium convocaretur. Ex quibus omnibus liquidò apparet, verissimum esse quod pronuntiavit Bellarm. Concilia illa prima ab Imperatoribus quidem etiam indicta fuisse, sed ex Pontificum sententia & consensu. Quòd autem hoc non à solo Pontifice, ut postea, factum, ratio non erat, quia sine Imperatoris authoritate coactum, non foret ratum apud Christianos, ut somniant adversarii, cùm apertè dicat Athanasius in Epist. ad solit. vit. agentes: *Quando unquam judicium Ecclesiæ ab Imperatore authoritatem habuit?* sed propter alias justissimas causas. 1. Quia prohibiti tum fuerunt frequentes hominum conventus sine Imperatoris authoritate. 2. Quia non poterat fieri Concilium, nisi in aliqua urbe Imperiali. 3. Quia sumptibus publicis Imperatoris, sine dispendio Ecclesiarum, fiebant generalia Concilia. 4. Quia eo tempore Papa in temporalibus subjiciebat se Imperatoribus, & ideò non poterat invito Imperatore aliquid agere, & cùm tantùm debuisset petere ab Imperatore auxilium ad convocandam Synodum, vel ut permitteret convocari Synodum, tamen quia Dominum suum temporalem agnoscebat, supplicabat, ut juberet convocari Synodum. At post illa tempora istæ omnes causæ mutatæ sunt &c. Hic Amesius triumphum sibi decernit, cùm ait: *Ultimis hisce verbis, veritatis evidentia convictus Bellarminus totum illud argumentum nobis concedit, de quo hactenus frustra litigavit: Supplicavit Pontifex Imperatori, ut juberet convocari Synodum: Et eo nomine quasi accusat Episcopos Romanos nimiæ modestiæ.* Resp. 1. Hoc ultimum dictum manat ex her-

meneutica Lutherano-Calvinistico Qu
hil simile vel sensus, vel verba Bel
runt. Resp. 2. Quàm vanus sit imagin
phus, vel ex ipsa quæstione in prin
sio proposita apparet. Non enim qu
qualicunque indictione, sed de tali, si
ritas Concilii generalis esset nulla.
authoritatem indicendi Concilium œc
tribuit usquam Imperatori Bellarmin
huic Lutherano-Calvinisticæ imagina
tùm tota antiquitas, ut vidimus, sed
ratio: quia etsi nullus foret Impera
sed omnium Christianarum Provincia
regimen esset polyarchicum, quis dub
hue congregari Synodum œcumenica
dacio igitur fundatur ille Amesii t
pergit & ait 2. *Concedit hic obiter E*
Romanos sexcentis annis in temporalibu
Imperatoribus, etiam in ordine ad spiritu
in Conciliis spectari solebat; quod everti
antea de temporali potestate Papæ dispu
hil hìc est evertens indirectam potes
temporalia. Non enim ob qualecum
rituale quoquo modo procurandum
potestatis indirectæ, sed tantùm quo
ma Ecclesiæ damna, aliàs inelucta
ita fieri necesse est: Calumniis æmul
jus potestatis adnumerandum est cùm
totam ab arbitrio Pontificis esse su
ex eadem sycophantiæ pharetra sun
git. 3. *Timidè tamen & parcè nimis*
cùm dicit, Eos se subjecisse Imperatori
sit, eos à Deo fuisse subjectos. Rom. 13.
set nobis dicere, quo jure Episcopi Ron
merint huic Imperio, & eò superbia pr
peratores & Reges vice versa jam Pap
beant, ut ille jubeat Concilium convocari
neficii tandem loco accipere talem Concili
fuit illa Tridentina. Resp. De priori
ubi agetur de exemptione Clericorum
in temporalibus jam superiorem nullu
pa, satis constat, eum debere munif
torum, qui Sedem Apostolicam diti
cipatibus honorarunt, haud æquum
is, qui est communis Pater & Past
peratorum, Regum & Principum Ca
uni soli eorum temporaliter subjectus.
ctitia illa quatuor causa, quas Bellarmin
thoritate Imperatoris tum temporis implor
la. 1. Quia valuissent in Conciliis Prov
tionalibus, quæ tamen fuerunt in usu etian
perator quisquam fuit Christianus. 2. A
quantùm ad jus Divinum, ac olim vale
nulla facta est commutatio. Pii autem
à Deo concessum non neglexissent, nequ
le quid sibi quasi hæreditario jure arroga
tiones nusquam tradiderunt veteres Patre
illi Romani, sed Bellarm. eas jam tand
tiam excogitavit. 4. Vera causa, cur Im
tate indicta fuerunt Concilia universalia,
Imperator, non Papa, universalem habu
que hoc totum est illud, quod in hac G
dimus. Non dicimus, ad solum Imperatorem
testatem illam Concilia convocandi pertine
aut illos Principes, qui per omnes Prov
habent talem, qualem primorum Concilio
perator habuit solus in illis mundi partib
Dei maximè florebant: Resp. Nihil h
ridiculum, nisi quòd Amesius nobis
jus Divinum, quo polleant Princip
cogendis Conciliis; & tamen nullum
pturæ assignare potest, in quo tale j

aut superioritas in regimine Ecclesiastico illis à Christo concedatur. Nec valet ratio illa prima in Conciliis Provincialibus: quia pauculi unius Provinciæ Episcopi, non adeò difficulter, etiam sub Gentilium Imperio poterant convenire, quin ab illis notarentur. Aut certè per lucida quietis intervalla poterant Christiani habere faventes, aut saltem conniventes Provinciarum Præsides. Jus aliquod Divinum gratis hìc fingitur ab Amesio. A SS. Patribus nullam istarum rationum fieri mentionem, quid mirum, cùm nulla de his rebus lis moveretur, uti & de plurimis aliis sine controversia per omnem Ecclesiam receptis. Ex quibus vix est aliquid ab improba hæreticorum, præcipuè Puritanorum, novandi libidine intactum.

Ad CAPUT XIV.

AMesius hìc frustra quædam annectit de dubiis, quæ Catholici hoc Cap. movent circa indictionem Concilii generalis, nihil enim ad Controversiam fidei spectant: neque Amesius habuit, quod iis opponeret, præter insulsos cavillos & calumnias ex historia sycophantica Suavis Polani haustas. Omissis ergo his nugis, videamus

§. Unico.

Quo Gerhardus Bellarmino ex Bellarmino opponat.

Disp. IX. ex Cap. 13. Bellarm. Th. 3. sic arguit: *Quo tempore Episcopi Romani fuerunt Imperatoribus in temporalibus subjecti, eo tempore potestas convocandi Concilia œcumenica non fuit penes Episcopos Romanos, sed penes Imperatores. Ratio est manifesta; quia potestas convocandi Concilia, superiorem potestatem in temporalibus includit. Atqui eo tempore, quo quatuor œcumenica Concilia fuere celebrata, Episcopi Romani fuere Imperatoribus in temporalibus subjecti, fatente Bellarmino. Ergo eo tempore, quo prima IV. œcumenica Concilia fuere celebrata, potestas convocandi non fuit penes Episcopos Romanos, sed penes Imperatores.* Resp. Major cum suo fulcro est manifestè falsa. Nam, ut in superioribus ostensum est, ad temporalem seu politicam potestatem non pertinet per se, directè & principaliter cura Conciliorum & rerum Ecclesiasticarum, nisi ut tamquam adjutores, Protectores, & executores, partes suas agant, uti omnes pii Imperatores agnovere. Verba Valentiniani & Martiani suprà relata sunt. Et in VIII. Synodo Basilius Imperator universaliter pronuntiavit: *Nobis laicis nullo modo licet de Ecclesiæ causis sermonem movere &c.* Itaque subjectio Pontificum in temporalibus, sex primis seculis, quam urget Gerhardus Th. seq. nihil juris confert Imperatoribus & Principibus in causas Ecclesiasticas. Nec majoris momenti sunt, quæ Th. 6. 7. 8. profert, ubi omnis ejus machinatio ærenoso huic fundamento innititur: *Qui non est Dominus totius Orbis Christiani, nec habet ullam merè temporalem jurisdictionem directè jure divino, ille non habet jus, ac potestatem convocandi Episcopos ex toto orbe Christiano ad œcumenicum Concilium.* Nec minùs labilis est ratio quam subdit, nempe *quia potestas illa convocandi Episcopos ex toto orbe Christiano præsupponit dominium, & jurisdictionem.* Hoc quippe evidenter falsum est, de dominio & jurisdictione Politica: spiritualis enim unicè pertinet ad Ecclesiæ Præsides. Eadem repetit Th. 9. & 10. Quod Th. 11. & 12. colligit: *Ad solum Papam non spectare convocationem Concilii œcumenici; ex eo, quòd possit etiam tempore schismatis &c. cogi Concilium generale &c.* Resp. Hoc nihil adversari Bellarmino & veritati. Tantùm enim asserimus, Indictionem authoritativam (uti & præsidentiam ac confirmationem) Concilii generalis, in quo tractandum est de Fidei & Morum decretis, requirere necessariò Romanum Pontificem ut Caput. Cæteri casus nihil ad præsentem rem faciunt. Quæ à Th. 13. usque 19. opponit, jam in Amesianis excussa sunt. Tantùm notetur 1. quod argumento Bellarmini (ille solus potest indicere Concilia generalia, qui potest cogere) ridiculè Gerhardus opponit: *Papam non posse cogere Lutheranos & Calvinistas &c.* Ita est; sed nec tales subditos perduelles cupit interesse Concilio, quamdiu obstinati manent, sicut nec Imperator Comitiis Imperii rebelles subditos interesse vult. 2. Quod Æneas Sylvius inconsideratè scripsit, Pius II. Papa correxit.

Ad CAPUT XV.

SOlis Prælatis majoribus, id est Episcopis, competere jus suffragii decisivi ordinariè &c. Bellarminus hoc Cap. solidis argumentis probat.

I. Definire in Conciliis ea quæ sunt credenda vel agenda, proprium est munus Pastorum. Id enim est propriè pascere. Est enim docere, & docere ita, ut teneantur alii credere. Sed soli Episcopi sunt Pastores. Amesius 1. *Definire agenda & credenda, cum authoritate judiciali, & conscientias per se obligante, hoc proprium est Dei. Definire autem discernendo & testificando de voluntate illa Dei, hoc est Pastorum ex officio ordinario, sed non ita proprium est eorum, quin ex occasione justa possit etiam ab aliis, non tantùm privatim, sed & publicè fieri.* Resp. Prior error satis rejectus est Tom. 1. Posterior, maximè quoad ultimam particulam, insigniter congruit Anarchiæ Puritano-Independentico-Babylonicæ, & cùm nulla vel apparente probatione suffulciatur, non indiget alia confutatione. Amesius 2. *Definire in Conciliis generalibus non potest esse pars muneris Pastorum: quia tum nullus Pastor primitivæ Ecclesiæ, & pauci tantùm sequentium sæculorum, munus pastorale potuissent implere.* Resp. Argumentum hoc non minùs est vecors ac hoc aliud: Banno Imperiali reos plectere, non potest esse munus Imperatoris, quia (ut sanè posset contingere) sæpè intrà aliquot sæcula nullus Princeps aut Status tali banno subjicitur. Nimirum non omnis potestas, quæ in actu primo cuivis Imperio inest, exerit se semper, sed alia frequenter, alia rarò, alia numquam. Amesius 3. *Si illud esset proprium munus Pastorum, posset tamen aliis committi, & per alios præstari.* Resp. Non omnia possunt quibuslibet committi. Et licèt id fieri posse concedatur, quid hinc infertur contra nos? Nugatur verò Amesius, cùm ex Bellarm. refert: *Posse Papam & Episcopos concionari & Sacramenta ministrare per alios.* Quid hoc ad suffragium decisivum in Conciliis? Deinceps ferè ad suas nænias & crambem toties repetitam relabitur, quam tandem concludit mendacissimo convicio, cùm ait: *Adeò improbatum fuit olim inter ipsos Pontificios doctiores Monopolium istud Episcopo-Satraparum, ut in ipsa definitione Concilii adversus illud in primis cautum esse voluerint.* Sed quo demum fundamento nititur hæc calumnia? *Quia*, inquit, *juxta Card. Cusanum, Synodus est cœtus seniorum vel Presbyterorum per unam viam tendentium.* Anne hoc est definitionem Concilii authenticam proferre ad probandum intentum? an verò perspicuè nugari?

II. Bellarm. Veteres testantur passim, Concilia esse Episcoporum. Eusebius lib. 5. cap. 23. S. Cyprianus Epist. ad Julianum. S. Ambrosius Epist. 32. Hieronymus lib. 2. contra Ruffinum. Augustinus Epist. 119. Athanasius, Leo Magnus, & alii passim. Amesius, etsi juxta sua principia promptum fuisset explodere SS. Patres, maluit tamen eos interpretari juxta librum Perihermenias Quodlibeticæ. Ait enim: *Concilia* (juxta Veteres) *esse Episcoporum; hoc est Presbyterorum præcipuè.* Numquid pari jure diceret: *Et Episcoporum, hoc est: Laicorum? σοφῶς!*

III. Bel-

III. Bellarm. Omnium Conciliorum hactenus celebratorum decreta ab Episcopis solis facta fuisse, patet ex subscriptionibus. Amesius 1. *Si hoc verum esset, nihil tamen probiberet, quin similia decreta potuerint & possint ab aliis fieri*. Resp. A Catholicis, nego: à Puritanis, Independentibus, Quacqueris, concedo. Amesius 2. *Nihil indè concludi posset de jure Divino*. Ex eorundem Dialectica, concedo. Catholicis autem promptum est colligere, id esse ex traditione Apostolica, quæ sufficit. Amesius 3. *Falsum tamen est quod affirmatur*. Cur ergo nec unicam producit instantiam, aut exemplum in contrarium?

IV. Bellarm. Negotia Ecclesiastica & puplica à personis Ecclesiasticis & publicis sunt tractanda? Tales autem sunt soli Episcopi. Amesius: *Tales sunt* Omnes *Presbyteri*. Resp. Sic est quidem apud Puritanos & similes, qui sunt omnes merissimi laici.

V. Bellarm. Omnes docti non possunt admitti, quia vel esset impossibile congregari Concilium generale, vel eos gubernari. Item plures tunc essent in Concilio inferiores quàm superiores, ac proinde tunc verè vinceret major sententia meliorem; & in Ecclesia regerentur superiores ab inferioribus, quod est absurdissimum. Amesius: *Inter Episcopos solos, & omnes doctos, datur tertium, docti scilicet illi, præsertim Presbyteri, qui ab Ecclesia delegantur*. Sed quæro ego 1. Ubi hoc est scriptum in SS. Biblus? 2. Ubi hujus observantiæ vel leve vestigium in quinque primis sæculis? 3. Quis determinabit numerum suffragantium in unaquaque Provincia? Annon tandem sic omne suffragium devolvitur ad laicos, & confunduntur oves cum Pastoribus, juxta ideam Ecclesiæ Puritano-Independentico-Quacquero-Babylonicæ?

VI. Bellarm. Si ita esset, tunc facilè posset unus Princeps, in cujus regione fit Concilium, definire quidquid vellet, colligens omnes Presbyteros & doctos homines suæ Provinciæ. Amesius 1. *Neque ita esse dicimus, omnes scilicet promiscuè admittendos: neque omnes admissos pro numero capitum jus habere suffragii, sed potius pro numero Ecclesiarum, à quibus delegantur*. Resp. Hoc enim verò ridiculum est. Ad quid enim servit illa nova delegatio facta authoritate plebis? Cur non potiùs recta via dicuntur illi habere jus suffagii, qui jam antè fuerunt Pastores canonicè electi? Ad hæc, quis ille numerus Ecclesiarum? An, quot Metropoles, aut Cathedrales Ecclesiæ, tot erunt suffragatores? Et sic locum habebit id quod nos dicimus, & quod jam a XVI. sæculis servatum est. An verò singulorum pagorum, oppidorumque Ministelli, aut potius, tot quot materiales Ecclesiæ? Sed adhuc mirabilius vel potius miserabilius est, quod mox Amesius subjungit ex Card. Arelatensi in Concil. Basil. & Paulo Suave. Fuit prior schismaticus, & caput Conciliabuli Basileensis, ferè ex Presbyteris solis conflati, & meritò explosi, præter paucas dispositiones circa beneficia Ecclesiæ (ut notat Bellarm. cap. 7.) Quàm verò Suavis graviter in hoc quoque, uti in plerisque aliis sycophantatus sit, liquet ex authentica Historia Concilii Tridentini à Card. Pallavicino ex Actis sinceris conscripta, per totum, ac summariè in cap. penult. libri 24. cujus vel solius Actio complures ejusmodi calumnias validissimè disjicit ac profligat. Mirabilitas autem, aut potiùs miserabilitas illa in hoc consistit, quod Amesius reipsa poscit & statuit tale stratagema & Monopolium suffragantium in Concilio, quale affingit Catholicis in Tridentino, ut consideranti patebit.

VII. Bellarm. Nulla est Respublica, quæ non habeat aliquem ordinem in Comitiis, ita ut non quicumque de plebe, sed tantùm Principes, & capita cæterorum, locum & suffragium habeant. Amesius verba inania multiplicat; sed nihil planè ad rem, quæ per se clara est.

Ad CAPUT X

Contra assertionem Bellarmini, c
ci I. *In celebri illo Concilio Act.*
præsentibus, locum tamen & suffragium ha
ri cum aliis. Ascenderunt enim Paulus &
postolos & Presbyteros vers. 2. Excepti sun
ab Apostolis & Presbyteris vers. 4. Congre
& Presbyteri, ut dispicerent de hac re
Presbyteri & fratres scripserunt sententiam
miserunt delectos viros, qui eam, Ant
vers. 22. & 23. Bellarm. Apostoli interfu
Judices, ad definiendum; Presbyteri ad
plebs non vocata adfuit, & consensit,
vel disputando, sed tantùm audiendo
mando: quod ita esse probatur. Tum
Ecclesiæ, quæ est optimus Scripturarum
ex ipso contextu. Unde mendaciter ex
burgici, omnes ibi congregatos dixisse
mesius 1. *In rebus fidei, hominibus nullum*
tis, nisi inquisitionis, discretionis, & consult
igitur distinctio inter definientes & con
Futile & hæreticum est hoc effugium,
temporibus Apostolorum usque ad nos
versum. Ad quid enim sanxissent c
ὁμοούσιον Patres Nicæni, *θεοτόκον* Ephesi
certè hoc nudæ discretionis, sed auth
bis, quam & executio politica ex Legi
quebatur, ut constat ex tit. Cod. de h
sius 2. *Apostoli non indigebant consultatione*
Si igitur per se voluissent definire, per se e
tassent. Bene consulere majoris est virtuti
rum consilio bene definire, quamvis hoc
statis. Hac igitur sententia, quod perfec
Presbyteris, & Apostolis minus perfectum.
Apostoli omnes & singuli seorsim etiam
finiendis fidei rebus infallibiles, (ut nec
Calvinistis inficiantur,) ad quid opus
lium ad definiendam Controversiam
legalium? numquid ut exhiberent pos
bis modum & formam in ejusmodi ne
Vel nomine *Seniorum* intelliguntur ii, e
teri, seu Sacerdotes non Episcopi; &
competere munus consultandi, seu dis
quirendi res controversas; Vel intell
niores Episcopi, (uti aliàs non rarò sic
ex infrà dicendis,) & sic habetur inten
munus certè non est excellentius mun
Disputare enim est ultrò citroque inve
quærere veritatem; judicare autem c
te, est sine comparatione majoris facul
malit (etiam citra donum infallibitati
& limato judicio de rebus, quàm foelic
di rationes pro utraque parte? Ame
accusantur à Bellarmino fideles Hierosoly
ta concionis, quasi absque vocatione in
publicum & sacrum consessum. Resp. Hæ
fingitur Bellarmino; tantùm enim a
Apostolos & Seniores &c. sibi nulla
bis. Et numquid hoc verissimum? A
nihil tribuit plebi quàm audire, & non
textus apertè repugnat: Visum est Aposto
cum tota Ecclesia scribere, mittere, non in
Resp. Plus hinc non infertur quàm con
batio plebis, qui includitur in audien
clamando. Porrò non sunt obiter not
ceps Amesius, ad continuam Ecclesiæ
allegatam, respondet: *Consuetudinem p*
bari ex Scriptura (Calvinistico sensu acc
ptuvam (hoc est, verum ejus sensum)
Nempe soli Novatores meliùs intellig

quàm omnium sæculorum Pastores & Doctores. Ad illud quod ex S. Luca dixerat Bellarm. Apostolos & Seniores tantùm vocatos, ait Amesius: *Nihil hinc elici posse adversùs Presbyterorum voces definientes.* Resp. Sit ita, elicitur tamen ex sequentibus. Quòd enim vers. 7. *magna disquisitione* facta inter Apostolos & Seniores, postmodum soli Petrus, Paulus, Barnabas, & Jacobus loquentes introducantur, nec quis alius post eos sententias dixerit; sequitur, solos Apostolos, non autem Seniores sententiam definitivam tulisse.

II. Argument. *Concilium generale universam Ecclesiam repræsentat. Ergo debent adesse homines ex omni genere.* Bellarm. Optimus modus repræsentandi est, quo per Principes repræsentantur populi. Amesius 1. *Hac igitur arte solus Papa, qui Principem se dicit totius Ecclesiæ, omnes potest repræsentare, & omnia definire sine Concilio, idque optimo modo.* Resp. Absolutè loquendo posse id fieri, jam suprà probatum est, ubi de infallibilitate Papæ. Non tamen sequitur, hunc modum esse optimum in quovis eventu. Meminisse verò debebat Amesius, quod suprà diximus cum Bellarm. Regimen Ecclesiæ Monarchicum temperatum esse Aristocratia; Unde Principes habent veram superioritatem (licèt non independentem à Papa,) non autem delegatam tantùm aut vicariam potestatem. Amesius 2. *Episcopi non sunt Principes aut Domini Ecclesiarum, ullo alio jure, quàm quo Christi locum occuparunt.* Sit ita, quid hoc ad rem, aut contra Nos? Amesius 3. *Optimus modus repræsentandi societatem aliquam liberam, est ille, qui ex libertate electionis est oriundus.* Resp. Hanc Puritanam hæresim meritò nobiscum explodunt etiam Protestantes Angli & Lutherani.

III. Argument. *Communis causa communibus votis est juvanda; sed fidei causa est communis.* Bellarm. Causa fidei ad Prælatos pertinet ut Doctores; ad cæteros, ut discipulos. Amesius 1. *Non soli, neque præcipuè Doctores sunt Episcopi Papales.* Resp. Omnes ex officio debent esse. Si secus accidat, facti est, non juris. Amesius 2. *Discipuli etiam idoneis dotibus aucti, possunt ex occasione docere.* Esto! modò inter suos limites se contineant; & si fœminæ sint, in Ecclesia taceant. At quomodo hinc enervatur Responsio Bellarmini?

IV. Argument. *Unius etiam laici, sententia Scripturæ authoritate magis munita præponi debet, & sæpè præposita fuit sententiæ totius Concilii, Panormitano & Gersone authoribus. Multi etiam laici sunt Episcopis doctiores.* Bellarm. I. Sententia alicujus privati potest anteponi sententiæ Concilii generalis ante definitionem, dum causa discutitur; & post definitionem, cùm constat Concilium fuisse illegitimum; nullatenus verò post definitionem Concilii legitimi. Amesius 1. *Quæ sententia in discussione anteponenda est, debet etiam illa in, & post definitionem anteponi. Sicut enim Conclusio sequitur ex præmissis, sic definitio ex discussione. Veritas enim est unica, & unius ejusdemque valoris, sive post, sive ante hominum placita spectetur.* Resp. Veritas, sine dubio, non est nisi unica in indivisibili consistens: ac proinde quæ semel in discussione vera fuit, semper talis manet, & hoc in se. Quoad nostram verò notitiam veritatis, certum est, nullum fidelem unquam in dubium vocasse definitionem alicujus Concilii œcumenici, ut legitimi ab omnibus recepti: Unde non potest quoad hoc instituti comparatio inter ejus definitionem & sententiam alicujus privati; Solùm ergo potest esse comparatio inter sententiam privati, & definitionem Concilii dubii, vel non confirmati. Sed hoc nil ad rem, nec contra nos. Amesius 2. *Sententia Scripturis munita ejusdem authoritatis est cum ipsa Scriptura.* Resp. Si de vero sensu constet ex traditione Ecclesiastica, concedo; si contrà, nego. Quòd si *sententia Scripturis munita* accipiatur more Lutherano-Calvinistico, seminarium erit omnium errorum, quis enim hæreticorum non contendit suam sententiam Scripturis muniri? Amesius 3. *Bellarm. hic omnia Concilia Papalia merè humana esse prodit, dum hominum personas in eorum definitionibus* primas *tenere affirmat.* Resp. Non nisi calumniando aut cavillando hoc infertur. Primas enim deferimus authoritati legitimorum Pastorum, quibus infallibilis assistentia à Christo promissa est: meritoque postponimus eruditioni alicujus hominis privati. Non nisi *super cathedram sedentibus Scribis* jussit Christus præstare obsequium Matth. 23. vers. 2. 3. Bellarm. II. Conditionalis est locutio Panormitani & Gersonis; (sicut illud Apostoli Gal. 1. *Si nos aut Angelus de cælo evangelizet;*) unde non licet colligere, Concilia errare posse. Amesius: *Imò absolutè hoc supponebatur tum temporis, non tantum posse Concilia errare, sed etiam defacto errasse, ut testatur Card. Cusanus lib. 2. de Conc. Carth. cap. 2.* Resp. Cusanus & alii ejus temporis, si tale quid pronuntiarunt, sine dubio locuti sunt de Conciliis generalibus acephalis, aut illegitimis; si modò sermo sit de errore in quæstionibus fidei. Cæteroquin nemo Catholicus est, fuit, aut erit, qui in dubium vocet Concilii generalis confirmati definitionem. Bellarm. III. Episcopi authoritatem habent judicandi, non quia docti sunt, sed quia sunt Principes habentes jurisdictionem Ecclesiasticam: sicut etiam in judicibus politicis requiritur quidem probitas, & peritia juris, tamen non ideò licet privato doctiori & probiori deturbare judicem de suo throno. Amesius 1. *Facultas judicandi est à Doctrina; authoritas publica ex delegatione publica accedit. Ergo judicium, & quoad facultatem & quoad authoritatem convenire potest doctis, qui non sunt Episcopi.* Resp. Negatur posterior pars Antecedentis, quæ falsa est in Ecclesia Catholica, etsi vera sit in Synagogis Puritanicis &c. ubi omnes fiunt ad gustum popelli, qui apud illas meritò vocatur Dominus Omnes. Et quoad hos à plebe delegatos Ministellos transeat Conseq. Amesius 2. *Episcopis non doctis facultas & potentia deest judicandi: ergo frustrà illis communicatur authoritas. Multò plùs valet ad judicium doctrina sine publica authoritate, quàm talis authoritas sine doctrina.* Resp. Securi sumus, quòd Ecclesia Dei usque ad consummationem Sanctorum habitura sit Pastores & Doctores idoneos ad judicandum, quantum necessarium & satis est. Hinc porrò patet, quantum absit spiritus ille Puritanicus a sensu SS. Patrum, è quibus S. Hieronymus etsi longè eruditissimus, tamen à Damaso Papa per Crucifixum, per ὁμούσιον Trinitatem flagitabat decisionem dubii de tribus hypostasibus.

V. Argument. *In primitiva Ecclesia multa causa fidei coram populo tamquam judice fuerunt disputata.* Bellarm. Datum est populo judicium privatum, non publicum; & hoc, quia non poterat aliter fieri; tunc scilicet cùm hæretici impunè versantur cum Catholicis, & multos seducunt, expedit quandoque, publicas coram populo disputationes inire, & relinquere judicium populo, ut sequatur, quos viderit melioribus rationibus niti. Amesius: *Neque potest aliter unquam fieri, ut populus vera fide sententiæ alicui assentiatur sine ullo judicio suo.* Resp. Hoc quidem verum est de judicio simplicis assensus, falsum verò non tantùm de judicio definitivo & authoritativo, sed etiam de judicio discretivo; cùm innumerabiles sint fideles (ut S. August. loquitur) quos non intelligendi vivacitas, sed in credendo simplicitas tutos facit. Unde, quia in grege Lutherano-Calvinistico talis in credendo simplicitas ridetur, vel hinc liquet, quantùm misera plebs distet à plebe quinque primorum sæculorum. Sed audiamus mysterium novi Evangelii, quo claudit hoc Caput Amesius: *Judicium,* inquit, *populi conjuncti, est, ut à nonnullis vocatur populicum atque adeò publicum, non privatum.*

Gerhardus circa hanc Quæstionem oppidò jejunus est. Paucula movet à Th. 20. usque ad 25. quæ ferè

com-

coincidunt cum Amesianis. Perquam ineptè verò Th. 23. ex Conc. Basileensi (quod sub finem constabat ferè solis Presbyteris, ideòque schismaticum & illegitimum semper habitum est à Catholicis) probat: non penes Episcopos tantùm esse jus suffragii. Quàm vecors est illa pervicacia, cùm ex tot Conciliis sine controversia legitimis non possit ostendere intentum, utpote oppositum clarè testantibus, nihilominus dicere: *Interim nobis sufficit, quòd Patres Concilii Basileensis illud, licèt contra morem omnis antiquitatis, approbaverint.* Sed si hæc non est hæretica pervicacia, & perversitas, quid est? Porrò ineptius est, quod mox addit: *Bellarm. cap. 16. in hac ipsa quæstione provocat ad Conc. Carthaginense à Cypriano institutum, quod tamen ipse* (Bellarminus) *reprobat.* Resp. Concilium hoc Carthaginense meritò reprobatur ab omnibus, ob errorem Anabaptisticum perperam definitum. Interim optimè ex eo deducitur mos antiquissimus Conciliorum, ut in his adsint quidem Presbyteri, Diaconi & Laici, sed soli tamen Episcopi sententiam dicant. Pessimè autem ex Conciliabulo, ratione materiæ & formæ damnato, probatur mos toti antiquitati Ecclesiasticæ evidenter contrarius.

Ad CAPUT XVIII.

EPiscopos in Conciliis esse veros Judices, probat Bellarm. I. Ex Deut. 17. vers. 12. ubi dicitur, ut qui non obedierit eorum (Sacerdotum-Judicum) sententiæ, morte condemnetur. Amesius 1. *Sæpius antea locus iste ad Pontificem Romanum à Bellarmino detortus est: sibimet igitur non constat, cùm illum hic ad Concilium refert.* Resp. Non sequitur. Nam Judex Principalis est Papa, sive cum Concilio generali, sive cum delectis Cardinalibus & Theologis &c. Etiam in Veteri Testamento Summus Sacerdos erat Judex in causis gravioribus cum Synedrio. Alia frivola effugiola Amesii excussa sunt suprà, ubi de Judice Controv. & de Romano Pontifice. Cajetani Commentaria, quæ allegat, ob rationem alibi indicatam, apud Catholicos, sunt levis, aut potiùs nullius authoritatis. Quòd autem *lex illa fuerit* aliquo modo *judicialis*, nihil obstat. Nam si potuit Vet. Test. Pontifex imperare assensum, cur non etiam in Nov. Test. Papa aut Concilium generale? Illud sanè nec est judiciale nec cæremoniale, quòd omnes sub pœna gravi debuerint acquiescere sententiæ supremi Judicis in causis tam spiritualibus quàm sæcularibus. Sed operæ pretium est bene ponderare insignem Amesii clausulam, cùm ait: *Æquitate illius, inobedientia illa sola damnatur, quæ provenit ex superbia, non illa quæ provenit ex conscientia erga Deum.* Egregia sanè distinctio! qua stante nemo damnari poterit hæreseos. Quis enim etiam hæresiarcharum non prætendit se Ecclesiæ judicio repugnare *non ex superbia, sed ex conscientia erga Deum*? cùm nihilominus secundùm S. Augustinum *Mater omnium hæreseon sit superbia.*

II. Bellarm. *Si Ecclesiam non audieris, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus*, Matth. 18. vers. 17. Ubi vel maximè includitur sententia legitimi Concilii, cui obediendum sit. Amesius putat: *admissa hac Bellarmini interpretatione, concludi pariter posse Prætoriam potestatem uniuscujusque peculiaris Ecclesiæ.* Resp. Nihil esse incommodi in hac illatione, si cum debita proportione intelligatur; ut nempe quivis Episcopus habeat jurisdictionem coactivam, qua per censuras possit contumaces arcere à cœtu fidelium: non tamen rectè infertur hinc infallibile judicium in Ecclesiis particularibus; quia hæc non requiritur ad omnem jurisdictionem, sed tantùm ad eam quæ definit ex cathedra.

III. Bellarm. Actor. 15. vers. 41. & 16. vers. 4. Paulus præcipiebat Ecclesiis custodire decreta Apostolorum. De quibus notandum 1. Quòd non fuerint ex

Scripturis definita. 2. Quòd non fueri
mini discipulorum. 3. Quòd ut vera l
obligabant. Amesius 1. *Major fuit Ap*
tas, quàm ut Episcopi ordinarii debeant i
par esset ratio decretorum ab istis, & a
Resp. Hoc gratis assumitur sine ulla
enim Apostoli aliàs etiam singuli esse
librorum Canonicorum Scriptores; v
eo Concilio Hierosol. non tam mun
stolorum extraordinariorum, quàm I
riorum, qui Successoribus paradigma
brandorum Conciliorum. Ad quid
erat divinitus inspiratis, & illuminatis
ne illa! vel (ut Lutherana versio in gl
habet) *altercatione illa ultro citroque dis*
sius 2. *Falsum est, ad suffragia hominum*
cta esse illa decreta. Resp. Frustrà nega
tum Bellarmini; nullo loco Scripturæ
Apostoli usi sint. Non enim quærit
illa Apostolorum definitiva potuerit
bus Vet. Test. testimoniis comprobari?
li ullo tali testimonio usi sint? Hoc p
Amesius ex suo. Amesius 3. *Divina fu*
charitate necessariò connexa, Roman. 15.
potuerunt simpliciter imperari. Resp. Qu
data tam necessariò Charitati connex
xio tam necessaria, quid opus erat t
ne? Anne Apostoli tam fuerunt stupi
tatione non viderent eam connexione
noster Puritanus liquidò perspicit
scandali subdit, excussa sunt lib. de

IV. Concilia omnia dicunt anathe
perantibus: vocant sua decreta, Can
Ecclesiasticas; Episcopi definiendo
Concilio Chalcedonensi qui noluerui
pro hæreticis habebantur; quæ omnia
argumenta, quòd Concilia sint vera ju
In articulis doctrinæ fundamentalis anathe
res, non ex sua, sed ex Dei & Scripturæ
obtemperantibus. In aliis vel non sic fece
aliquid in eo passi sunt. Resp. 1. Illa dis
rum in fundamentales & non fundam
steorum Ministrorum è grege Luther
antiquitati incognita. Resp. 2. Potestas
di est sine dubio Dei principaliter,
dens; (*non enim est potestas nisi à Deo;*
sed nihilominus verissimè competit Ec
ut Ministris Dei. Resp. 3. Quicumque
ciliis generalibus anathema dixerunt
etiam extra articulos, quos Amesius a
non *aliquid humani passi sunt*; sed Nova
universam Dei Ecclesiam docere impiè
Amesio, Diabolici *aliquid in eo patim*
Canon διατύπωσις, διάταξις, minus ali
Veteres Eccles. Scriptores, quàm Lex. De
nis, & commoda ordinationis sunt illa
nis & αὐτοκρατορίας. Nempe à Puritan
re Catholici Præsules, quid Canon s
dem nec leviter id probante! Auder
Chalvinista negare, *esse undequaque ver*
ex Chalcedonensi Concilio narrantur; & l
inquit, *nihil juris probarent, sed factu*
ctum hoc non tantùm liquidò co
Concilii, sed & nulli nisi hæretico
tis in mentem venit, universalem p
etiam jure Cæsareo comprobata leg
vocare.

V. Bellarm. Si non in Conciliis a
fragiis, sed disputationibus tantùm,
ut soli Episcopi sententiam ferrent:
carentur Episcopi aliqui rudes & si
aliqui fuere in Concilio I. Nicæno.

convicia & calumnias nihil habet quod huic argumento opponat. Sed & Gerhardus hic silet.

Ad CAPUT XIX.

I. BEllarm. Papæ est præsidere, vel per se, vel per Legatos: Dico, vel per Legatos &c. quia Summus Pontifex numquam per se interfuit Conciliis Orientalibus; idque non casu, sed certa ratione factum esse patet ex Epist. 17. ad Theodosium, & 47. ad Concilium Chalcedonense. Fortè 1. quia non videbatur convenire, ut Caput sequeretur membra. 2. Quia Imperator in illis præsidebat saltem quoad locum materialem, quod etiam voluisset facere, ipso Papa præsente: Nè ergo vel Princeps sæcularis sederet ante Papam, vel tumultus excitaretur, non ibat ad illa Concilia Papa, sed Legatos tantùm mittebat. Amesius eodem tono, quo finivit prius, inchoat hoc Caput. Ait 1. *Hinc apparere plus satis superbia Antichristiana.* 2. *Egregium Caput præbet se Papa, dum membrorum congregationi maximè omnium solemni non dignatur adesse.* 3. *Imperatores summa cum injuria deturbatos esse quoad locum materialem à Papa.* 4. *Intolerabile esse in Successore Petri, non posse tolerare, ut Imperatorem ipsum habeat supra se sedentem: Væ vobis scribæ &c. Luc. 11. vers. 43.* Resp. Amesius judicat perversè, quia ex affectu exulcerato in Papam judicat. Numquid potest sincera humilitas stare cum eo, ut simul muneris Pastoralis eminentissima dignitas servetur? Cur non potiùs reprehenditur superbia Imperatorum Græcorum, qui ambiebant primum locum? Nonne par est, ut ovis Pastori primas deferat? Claudit porrò Amesius convicia illustri mendacio, cùm ait: *Superbia hac Papæ factum est, ut celeberrima illa Concilia (Pontificiorum sententia) certam illam directionem non habuerint in decretis condendis, quam præsentia Papæ provincialibus quibusdam Synodis dicitur impertiisse.* Quis quæso Pontificiorum ita sensit, dixit, scripsit?

II. Bellarm. Papa est Pastor & Pater Ecclesiæ universæ: omnes alii sunt ejus oves, (ut plura Concilia id agnoverunt.) Quis verò dubitet, an Patres filiis, & Pastores ovibus præsidere debeant; an filii Patribus, & oves Pastoribus? Amesius: *Hoc est quæstionem petere, non probare.* Resp. Jam probata est Tom. 1. lib. 1. de Rom. Pont.

III. Bellarm. In Conciliis Apostolorum Act. 15. Petrus præsedit, ut affirmat S. Hieron. Epist. ad S. Augustin. Amesius 1. *Si Petrus præsedisset illo tempore, non sequitur eum semper præsedisse: & si semper præsedisset, honorem illum Legatis absentibus delatum fuisse. Si & Petro & legatis ejus concessum fuisset de facto, quomodo necessitas indè concludi potuisset de jure? Si jus hoc Petri fuisset, tabula tamen nulla proferuntur, quibus illud descendisse probatur ad Papam ejusque Legatos, tamquam ad hæredes ejus ex asse.* Resp. Sequitur sanè tum ex eo facto, tum ex cæteris Petri prærogativis in lib. de Roman. Pont. id juris eum semper obtinuisse, & ad hæredes transmisisse; collatum enim ei est, non in commodum personæ suæ & successorum ejus, sed in bonum Ecclesiæ totius. Tabulæ optimæ sunt praxis continua Ecclesiæ; quæ non potest ita ad libitum in omnem partem torqueri, ut Novatores S. Scripturam pro suo placito torquent. Amesius 2. *Falsum videtur esse illud ipsum, quod affirmatur de Petro. Magis enim innuitur in textu, Jacobum fuisse Præsidem, ut Dion. Carth. observat.* At quæ sunt illa indicia, quibus hoc innuitur? cur non vel unicum opposuit iis, quæ Bellarm. proposuit, scilicet: *quòd Petrus primus surgit, primus loquitur, primus quæstionem definit, & omnes sententiam ejus sequuntur, inquit S. Hieron.*

IV. Bellarm. Idem probatur ex Actis primorum generalium Conciliorum. In Nicæno I. præsidebant nomine Rom. Pontificis Hosius Episcopus, Vitus & Vincentius Presbyteri, ut patet ex eorum subscriptione ante omnes alios; quod certè non poterat illis competere, nisi quatenus locum Sylvestri Papæ tenebant. Unde etiam Photius (Romanæ Sedi aliàs satis iniquus) in libro de septem Synodis, fatetur, Sylvestrum per suos Legatos Nicæno Concilio authoritatem contulisse. In II. Generali Constantinopolitano nemo quidem adfuit Occidentalium, sed eodem tempore celebrabatur à S. Damaso Romæ Synodus Occidentalium, quibus se animo (cùm justis de causis corpore non possent) conjunxere Orientales Constantinopoli congregati. Quòd autem PP. Constantinopolitani agnoverint Damasum Caput suum, & ipse eos filios, patet ex Epistolis eorum apud Theodoretum. In III. Generali, Ephesino scilicet, præsedisse Cælestinum Papam per S. Cyrillum legatum suum, testantur omnes Historici, Evagrius, Prosper, Photius, Nicephorus, Liberatus, Theodosius Imperator verò testatur in Epist. ad illud Concilium, se misisse Candidianum Comitem ad illud Concilium, non ut misceret se quæstionibus Ecclesiasticis, sed ad Synodi defensionem. Officias Calvini à Bellarmino hic rectè discussas esse, vel suo silentio approbat Amesius. In IV. Generali, Chalcedonensi scilicet, interfuit quidem Martianus Imperator, & sedit primo loco, non tamen præsedit ut Judex; ut ipse testatur in oratione ad Synodum; sed ut Defensor contra violentiam, nè videlicet, (ut in prædatorio Ephesino Conciliabulo factum fuerat,) vi cogerentur Episcopi ad subscribendum. Legatos autem Papæ præsedisse, nec ipse Calvinus omnino negare ausus est, etsi plurimis mendaciis rem involvat. Amesius suum Magistrum ab hoc crimine nè conatur quidem liberare, convictus nimirum evidentia veritatis à Bellarmino in apricum producta. Ipse tamen conviciis & mendaciis tam lucidam veritatem obumbrare tentat; sed in tanta verbositate nec guttam affert solidæ rationis vel authoritatis; quasi verò satis sit dicere: *Quæ à Bellarm. afferuntur, nullius sunt momenti; impudentiam suam omnibus prodit; ex truncatis & detortis Zonaræ verbis, debitam Papæ præsidentiam in Constantinopolitano II. Concilio pueriliter concludit &c.* Nimirum hoc est enervare Bellarminum, apertis mendaciis & calumniis obsistere veritati! Potuissentne verba Zonaræ esse apertiora, quàm quæ adduxit Bellarminus? nempe: *Sub Justiniano quintum coactum est Concilium CLXV. Episcoporum, quorum Princeps fuit Vigilius Papa.* Si verò hæc non satis videantur clara; nonne Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus in Epist. ad Vigilium, mendacium Calvini & Amesii mille annis antè disjecit, cùm scripsit Vigilio Papæ: *Petimus, præsidente nobis vestra Beatitudine, de tribus Capitulis quæri & conferri.* Ejusdem mendacissimi tenoris est coccysmus ille jam toties rejectus, cùm addit: *Nemo unus fuit talis Præses tum temporis, qualis Papa jam vult agnosci, id est, gladio utroque armatus, nedum qualis fuit Tridenti, ubi omnia agebantur ex ejus præscripto.* Decumanum hoc esse mendacium lecta genuina hujus Concilii historia, dubitet qui potest.

Joann. Gerhardus à Th. 26. usque ad finem Disp. IX. similia pleraque habet. Videamus tamen qualia sint quæ præter hactenus dicta ipse profert.

Th. 29. conatur ex actis Concilii Chalcedonensis ostendere, *Legatos Imperatoris non solùm violentia depellendæ ergò, sed etiam cum authoritate dicendæ sententiæ adfuisse. Nam*, inquit, *in Act. 1. in damnatione hæreticorum hæc verba usurpantur;* Gloriosissimi Judices & amplissimus Senatus dixerunt: Homines consulares decreverunt ista: Si ista Sanctissimo Domino nostro Imperatori placuerint: Imperator Martianus legem præscripsit de fide Nicæna constanter & illibatè tenenda. Hæc Gerhardus. Verùm hoc non est ostendere suam Assertionem: sed paradigma illationis Quodlibeticæ.

Quod

Quòd Th. 30. & tribus seqq. *exemplo Synodi generalis Constantinopolitanæ* conficere vult, *Papam non præsidere necessariò vel per se, vel per Legatos, Concilio legitimo &c.* frustraneum est. Nam constat certè, in eo non præsedisse Imperatorem, sed Nectarium Constantinopolitanum; quod ideò factum, quia eodem tempore Damasus Papa convocaverat quidem Episcopos Orientis Constantinopolim, sed indè postea volebat eos Romam venire, ubi ipse coegerat Synodum Episcoporum Occidentalium, ut ita Romæ plenissimum Concilium fieret. Verùm cùm ex legitima causa à Damaso acceptata, Orientales Romam venire non potuerint; ipsi Orientales conjunxerunt sese animis cum Occidentalibus, licèt non præsentia corporali. Recognoverunt tamen ipsum Damasum ut Caput suum, & ipse filios eos vocavit, ut patet ex eorum Epistolis, quæ exstant. Sed ecce! Aliud paradigma illustre illationis Quodlibeticæ.

Th. 34. ex eo, quòd Legati Romani Pontificis noluerint sedere in Concilio II. Ephesino, cùm vidissent præsidere Dioscorum, & non datam S. Sedi præsessionem, infert: *Nihilo tamen minùs Ephesinum II. etiam absentibus Legatis Pontificis decreta fecit: Ergo præsidentia Pontificis non est ad Concilium simpliciter necessaria.* Sic est; ad *σύνοδον λῃστρικὴν*, aut prædatorium Conciliabulum, sicut & ad conventicula Lutheranorum & Calvinistarum, nulla opus est convocatione, præsidentia, & confirmatione Papæ. Quid verò hoc ad legitima & SS. Concilia œcumenica, ab omnibus summa cum veneratione recepta? Nec minùs insulsum, quod Th. seq. ex præsidentia Dioscori in illa prædatoria Synodo ab Imperatore extorta, manifestum esse, ait, Imperatorem jus designandi Præsidem Concilii sibi designasse. Digna Gerhardo illatio, ex facto absurdo jus extundere!

Omissis denique aliis, notat Th. ult. *Quòd Papa per se, vel in propria persona nolit interesse Conciliis alibi quàm Romæ congregatis. Jam verò ad conciliandam aliquì Concilio infallibilitatem non sufficit, Papam per Legatos ei præsidere. Ergo Papa aut in propria persona Concilio præsideat, aut præsidis partibus sese abdicet; Vel, quod idem est, si Papa velit Conciliis præesse, debet etiam iisdem interesse.* Resp. Subsumptum illud Gerhardi, nec habetur in S. Scriptura, nec per se notum est. Eget igitur robusta probatione, quam nec digito tangit. Ratio autem nostræ sententiæ & praxis in Ecclesia receptissimæ est, quia non præsidentia, sed confirmatio Papæ reddit nobis Concilium infallibile.

VINDICIÆ

Pro Libro Secundo de Conciliorum auctoritate.

Ad CAPUT II.

AMesius proposita ex Bellarmino sententia Catholica: Quod Concilium generale à Papa confirmatum, vel in fide explicanda, vel in tradendis morum præceptis toti Ecclesiæ communibus, errare nequeat; subjungit: *In hac sententia Pontificiorum nihil revera tribuitur Concilio, sed totum illud quod asseritur, ad Papam efferendum spectat. Non dicunt enim, Concilium ne quidem à Papa convocatum, & ipsius Legatis præsentibus celebratum, non posse errare; sed, errorem Concilii non posse à Papa confirmari. Hoc autem ex eorum sententia, æque affirmari potest de Concilio Diœcesano, sicut Bellarm. ostendit, aut de consilio unius alicujus Doctoris.* Resp. Quæ hic præfatur Amesius, excepta ultima particula (*de consilio unius Doctoris*) admitti possunt. Debebat autem Amesius valida ratione vel dicto Scripturæ

luculento refellere, si assentiri noluit. Ut eni
te Irenici cap. 5. Quæst. 1. dixi: Indefectibil
lii pendet à Pontificia, sed non vice versa
Papa teneatur adhibere media humana,
gravitate, antequam ad definiendum acced
men ideò ab his mediis ut sic, oritur infall
finitionis; hæc enim unicè est ab assistenti
quam singularissima illa sua prece Christus
petravit, ne deficeret fides ejus ad confirm
tres: alioquin certè non ipse fratres, sed f
confirmarent; nec ædificium Ecclesiæ in
liditati Petræ, sed hæc fundaretur in Eccle
ra: quæ non nisi absurdissimè contra Ch
rationem finguntur. Participant ergo mem
gium Capitis, quamdiu huic arctissimo
rent: Caput verò membrorum ministerio
ctiones eminentissimas utitur. Hinc est,
cumque Concilii etiam generalissimi firm
à Capite descendit; Hoc verò in definitior
determinatæ Congregationis auxilio indig
Concilium universale, vel nationale, vel
le, aut horum illorumve Cardinalium, E
vel Theologorum (prout negotii gravitas
opportunitas permittere videtur) consilii
Porrò jam Catholicorum argumenta pr
vindicanda sunt.

I. Matth. 18. vers. 20. *Ubi sunt duo vel*
in nomine meo, ibi sum in medio eorum. An
enervavit hoc argumentum Bellarmini, d
in his verbis continetur, quod proprium est ii
condunt de fide: nihil de decretis à Papa con
denique de prærogativa Concilii generalis supr
chialem, aut eo etiam minorem. At si inte
vim argumenti ex eo Christi dicto conse
vanuisset cavillatio. Nam, ut bene ait I
Argumentum non sumitur simpliciter ex l
ex his verbis continuatis cum superioribu
ea addita argumentatione à minori ad m
enim antea Dominus de homine incorrig
clesiæ; si autem Ecclesiam non audierit, sit tib
& Publicanus. At ne quis Ecclesiam seu
nem Prælatorum contemnendam puta
continuò: *Amen dico vobis, quæcunque a*
Et ne quis dubitaret de assistentia Dei, q
pi congregati aliquem damnant, vel ab
junxit: Si duo vel tres congregati in no
tinent semper quod petunt à Deo, nem
& lumen sufficiens ad cognoscenda nece
tò magis Episcopi omnes congregati in
semper obtinebunt, quod justè petunt,
judicanda ea, quæ ad totam Ecclesia
pertinent. Ita hunc locum exponit, &
to utitur Concil. Calc. in epist. ad Leo
& VI. Synodus Action. 17. Toletanum
tius, Cœlestinus, Cyrillus &c. Sed ho
nec leviter attingere ausus Amesius, v
nervasse, quod omisit.

II. Argum. ex Joan. 16. vers. 13. *Spiri*
cebit vos omnem veritatem. Intelligitur
soribus Apostolorum, in æternum, no
sim existentibus: Ergo saltem de omn
congregatis. Maxima autem Dei cathe
nos doceat, est cathedra Summi Pont
consensu generalis Concilii. Amesius 1.
de ulla Cathedra externa. Resp. Neque n
de authoritate docendi. Amesius 2. *Nih*
tias promittitur de docendo, quàm de aliis
ὁδηγίαις. Non magis igitur hic promittitur
munes futuros ab errore judicii, quàm errore
sationis. Resp. Hoc falsò & sine prob
Nam & de Petro testatur Paulus Gal.
simulatione quadam *non rectè ambulaver*

nes Apostolus nomine omnium dixit: *In multis offendimus omnes &c.* Amesius 3. *Quamvis ejusmodi promissiones Apostolis data spectent ad eorum Successores, quoad essentiam earum, non tamen quoad modum & gradum illum.* Resp. Neque nos id dicimus: sufficit, quòd in substantia habeant Infallibilitatem. Amesius 4. *In Apostolis æquè valebat hæc promissio, cùm seorsim fuerunt, atque cùm simul: ergo nihil singulare pro Conciliis inde potest concludi.* Resp. Hoc etiam gratis dato, manet tamen substantia promissæ Infallibilitatis in eo modo, cùm scilicet Episcopi cum suo Capite congregantur, & eidem consentiunt. Amesius 5. *Etsi de Conciliis intelligeretur, & omni veritate sine exceptione, non tamen sequeretur, semper hoc fieri, & in omni conventu quamvis legitimo.* At cur quæso non sequeretur? an satis est Amesium dicere, & non probare? Amesius 6. *Spiritus S. docuit & duxit Ecclesiam sine ista Cathedra annos trecentos.* At sufficiebat tunc Cathedra Apostolica Romana, *ad quam necesse est convenire omnem Ecclesiam propter potentiorem principalitatem*, inquit S. Irenæus. Amesius 7. *Cathedra Papæ nimis mendaciter hic inducitur, quasi per posticam sine ullo colore.* Amesio cùm omnia alia deficiant, numquam deficit maledicentia in Cathedram Apostolicam, more omnium hæreticorum.

III. Arg. Act. 15. vers. 28. *Visum est Spiritui Sancto & nobis.* Idem asserere possunt omnia legitima Concilia, quæ ex illo primo formam acceperunt. Præsentia enim Spiritus S. non minus aliis temporibus necessaria est, atque tum fuit. Amesius 1. *Concilium illud Act. 15. augustius aliquid in se habuit, quàm Tridentinum &c.* Quid tum? at sequentibus sufficit eadem Spiritus S. assistentia quoad substantiam. Amesius 2. *Non ideò visum est Spiritui S. quia ita videbatur Apostolis, sed ideò Apostolis, quia Spiritui S. cujus illuminatione illi fuere edocti. Ostendant nobis Concilia sua decreta à Spiritu S. profecisci iis rationibus, quibus hoc in Apostolis apparebat, & Quæstio hæc erit finita.* Resp. Ostendant nobis Lutherani & Calvinistæ, Apostolos habuisse immediatam revelationem de Decreto illo in eo Concilio factam. Hoc enim si esset, quid opus erat tanta *conquisitione?* Formam ergo dare in eo Conventu voluere futuris sequentium sæculorum Conciliis, in quorum Episcopis quisquis necessariam esse putat & revelationem immediatam, & donum miraculorum, ita ut sine his nolit eos audire, manifestè reus est illius sceleris, de quo Christus: *Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Omitto reliquas nænias Amesii, jam toties decantatas & explosas.

IV. Argum. Ecclesia non potest errare, neque in credendo, neque in docendo. Ergo neque Concilium generale potest: quia tota authoritas Ecclesiæ formaliter est in Prælatis, & tota Ecclesia repræsentatur per Concilium. Amesius 1. *Negat necessariam esse hujus rationis consequentiam, nisi omnium particularium Ecclesiarum legati in Concilio adsint. Tale autem Concilium generale frustrà fingi.* Resp. Ratio nostra omnino stringit: nam omnes subditi tenentur obedire Prælatis, nisi hi apertè aliquid Deo contrarium præcipiant. Ergo authoritas præcipiendi & docendi, quam à Christo habet Ecclesia, est in Prælatis. Ergo cùm Ecclesia tota non possit errare in credendo; neque Prælati poterunt errare docendo & præcipiendo, neque subditi audiendo & obediendo. Amesius 2. *Immunitas illa ab errore, qua Ecclesia gaudet, non provenit ab Ecclesiæ authoritate, nec adfert illi authoritatem, sed pendet ab authoritate Christi.* Resp. Pendet ab utraque; à Christi quidem principaliter & mediatè, immediatè verò & ministerialiter ab authoritate Ecclesiæ. Cùm enim Deus post Apostolorum tempora non soleat loqui nobis per se, (prout fanatici jactant,) necesse est nobis applicari locutionem Dei antiquam per ministerium infallibile. Cur enim credam super omnia, homini Dei vices obeunti, nisi hic illum præstet ab errore immunem? Amesius 3. *Vis rectè credendi & docendi non est formaliter in omnibus Prælatis: tum enim omnes essent verè fideles, & fidi pastores.* Resp. Neque nos id asserimus; neque necessarium illud est ad legitimam Concilii definitionem. Cùm enim humano modo velit Christus in sua Ecclesia res peragi, sufficit, nos ex professione externa, meritò posse & debere præsumere, eos esse fideles & fidos Pastores, adeoque debito obsequio, utpotè quibus nihil in contrarium cum fundamento possit objici. Amesius 4. *Qualibet repræsentatio Ecclesiæ non efficit, ut Concilium habeat eandem directionis certitudinem cum ipsa Ecclesia. Nam Legati Papæ repræsentant ipsum, non habent tamen potestatem illam infallibiliter judicandi, quam Papa dicitur habere: quia illa non potest aliis subdelegari. Bannez in 2. 2. qu. 1. art. 10. Neque revera potest Ecclesia sua fidei judicium Episcopis delegare.* Resp. Sicut homo nec videt per ventrem, nec audit per manus, nec ratiocinatur per pedes; ita tota quidem Ecclesia dicitur habere certitudinem directionis, at non per membra inferiora, sed per nobiliora, & præcipuè per Caput. Dicitur autem Concilium generale esse Ecclesia tota; repræsentativè, quia nempè, quod Episcopi & Pastores de fide tenent, tenent quoque subditi & oves. Subdelegatio ineptè hìc obtruditur ab Amesio; Neque enim nos somniamus, ut ridiculè fingit Amesius, Cœtum omnem fidelium delegare Episcopis suam fidem. Disparitas etiam nimis magna est inter repræsentationem Ecclesiæ per Episcopos & Pastores suos, & inter repræsentationem per Legatos; sicut valdè diversa ratione in Comitiis Imperii Principes repræsentant totum Imperium, & Legati repræsentant ipsos Principes; illi enim id faciunt cum eminentia & plenitudine potestatis, hi cum limitatione & ministerialiter. Unde non mirum, quòd Legati nequeant idem præstare quod Princeps, Amesius 5. *Conciliorum decreta conduntur à majori parte: Ergo potest in iis error esse, quamvis neque tota Ecclesia neque totum Concilium simul erret.* Resp. Neque nos negamus, posse majorem Concilii partem sine Papæ instructione, consensu, aut confirmatione errare. At meminisse debebat Amesius, quòd in ipsa quæstione initio proposita restrictio fiat Concilii *per Confirmationem Pontificis.* Amesius 7. *Ecclesia ipsa tota militans potest errare in iis quæ non sunt necessaria necessitate medii ad salutem.* Resp. De Synagoga Lutherano Calvinistica id facilè damus. Ecclesia Christi tota non potest credere & profiteri dictum à Deo, quod dictum non est: Vel si in uno potest fallere & falli, cur non in omnibus? Qui enim semel malus est, semper præsumitur malus, adeoque fidem non meretur.

V. Argumentum. Jubemur sequi Episcopos, Præpositos, Pastores, Doctores &c. Ergo saltem omnes simul fallere nos errando non possunt: vel nos poterimus culpam in Deum rejicere. Amesius non habet hic præter decantatissima sua effugiola: *Verbum scilicet Dei esse unicam puram & perfectam lucernam pedibus nostris: Non omnes qui Episcopi vocantur, verè esse tales &c.* Ut tamen aliquid novi addat, ait: *Pontificiorum esse consuetudinem illam, quam graviter perstringit Canus lib. 12. c. 4.* quòd nimirum Paganorum & hæreticorum instar, dogmata sine judicio & prævia disquisitione recipiant. Ast qui legerit apud Canum non modò verba illa, quæ Amesius decerpsit, sed omnia ad rem vel maximè pertinentia, cernet perspicuè Amesium & calumniæ & falsi reum esse.

Ad CAPUT III.

PErgit Bellarminus hoc cap. sententiam de infallibilitate Conciliorum stabilire: Patres affirmant. 1. Concilii generalis sententiam esse in causa fidei ultimum Ecclesiæ judicium. 2. Hæreticos esse, & excommunicandos omnes, qui non acquiescunt Conciliis

plena-

plenariis. 3. Divina esse, & à Spiritu S. edita decreta legitimorum Conciliorum generalium. Amesius 1. *In istis omnibus nulla fit mentio distinctionis illius inter decreta toti Ecclesiæ communia, & particularia; inter illa quæ sunt de jure, & illa quæ factum respiciunt. Hac tamen distinctione semota Bellarminus ipse non defendet has assertiones.* Frigida profectò evasio! Quid enim opus est, in iis Patrum dictis, eam distinctionem exprimere, quæ vel hic locum non habet, vel ab omnibus supponitur? Amesius 2. *Nullo verbo vel obscurè insinuatur ab ullo Patrum à Bellarmino citatorum, authoritatem Conciliorum pendere ex confirmatione Rom. Pontificis; ex qua tamen totam Conciliorum infallibilitatem Bell. pendere vult.* Resp. 1. Non omnia quovis loco sunt repetenda. Authoritas Papæ in confirmandis Conciliis necessaria, aliis locis abundè à SS. Patribus traditur, ut fusè ostendi in 2. par. Irenici contra Calixtum, & in Examine contra Conringium, ac in nupera Appendice contra G. Titium. Resp. 2. Non est omnino verum hoc Amesii assertum. Nam dictum S. Gregorii Nazianzeni à Bellarmino pro secunda assertione relatum, manifestè supponit infallibilem Papæ authoritatem, etiam cum Concilio particulari Romano sub Damaso, ut evici contra Conring. ad Interr. 9. §. 8. Amesius 3. *Ultimum judicium Ecclesiæ non est liberum ab errore: appellatio postea datur ad judicium Dei.* Ridicula antithesi sine ulla vel umbra probationis! Nænia est omnibus hæreticis decantatissima. Amesius 4. *Hæreticus habetur à Patribus, qui non acquiescit Conciliis, sicut hæreticus aliquo modo dicendus fuit, qui non acquiescebat sermoni mulieris Samaritanæ, Joan. 4. vers. 42. non propter ejus authoritatem, sed ipsius Christi.* Resp. Nullo modo hæreticus dici potuit, qui non acquievit sermoni Samaritanæ, si illa non reddebat suis civibus evidenter credibilem revelationem à Deo sibi factam: si autem reddidit evidenter credibilem, omnino fuisset hæreticus qui non acquievisset. Ita pariter nunc Ecclesiæ Catholicæ evidenter reddenti credibilem fidem Christianam, quisquis non credit, in omni rigore hæreticus est. Respectu enim Dei immediatè loquentis vix ullus est hæreticus.

Ad CAPUT IV.

ARgumentis à ratione petitis, Bellarminus hic infallibilitatem Conciliorum tuetur. I. Si Concilia generalia possent errare, nullum esset in Ecclesia firmum judicium. II. Hæreses damnatæ possent in dubium revocari. III. Dubitandum esset de Scripturæ libris. IV. intolerabilem etiam errorem omnia Concilia admisissent, dum nova symbola, aut novas sententias tanquam de fide ediderunt. Amesius: *Consequentiæ istæ nullæ sunt. Nam 1. firmum judicium est Christi & Spiritus sancti in Scriptura.* At nos quærimus firmum judicium in Ecclesia de vero sensu Scripturæ E. G. An transubstantiatio, aut Impanatio, aut figurata præsentia contineantur in illo Christi dicto: Hoc est Corpus meum? Ipse enim verborum cortex potest pati omnes illas tres interpretationes. Unde ergo firmi quid de vero sensu, nisi per veræ Ecclesiæ traditionem habebimus? Amesius 2. *Ab illo judicio Dei per Scripturam damnatæ sunt omnes hæreses damnandæ.* Respondeo, Numquid omnes contractus & actiones mulctæ damnatæ sunt in Corpore Juris? an ideò nulli debebunt esse Judices, nulla fora, quibus justitia administretur? Amesius 3. *Scripturæ libri non propter Concilia, sed propter semetipsos recipiuntur.* Ita quidem est; sed quod recipiendi sint hi potius quàm alii, propter testimonium infallibile Ecclesiæ fit. Sicut aurum propter suam præstantiam recipimus; in dubio tamen, ob probationem ad lydium lapidem, ut genuinum & non adulteratum recipimus. Amesius 4. *Atrox injuria*

Conciliis piis infertur, dum hunc in modum i
santur, quasi novos articulos edidissent. R
tam putida cavillatio, quàm atrox calu
theranorum & Calvinistarum, jam sexce
& profligata, inter cæteros etiam à Car
Resp. contra Regem Angliæ: Tollatur,
vocatio, & omnis calumnia invidiaque c
& nos negamus Papam (aut Concilium
articulorum fidei judicem constituisse, e
urgent hæretici, quasi Papa judicare p
articulus fidei suscipiendus sit. Sed si jud
sit, cùm dubium est, an aliqua sententia
tineat, vel non pertineat, discernere à
veritas, tum omnino credimus, Papa
fidei judicare, aut Concilium novos ar
re. Videatur 1. part. Irenici cap. 1. §. 10

Ad CAPUT V

COntra infallibilitatem Conciliorum
retici I. Sacerdotes omnes Vet. Te
santur non solùm improbitatis, sed eti
& erroris Is. 56. vers. 10. Jerem. 6. vers.
vers. 25. Ose. 9. vers. 8. &c. Ergo Conci
hominibus conflata possunt errare. Bella
responso hanc objectionem solvit. I. ait
literis propter alios bonos laudari omn
aliquos malos reprehendi omnes, ut P
Omnes quæ sua sunt quærunt, cùm tamen
dixerit Apostolus, quosdam ex charitat
nuntiare. Ait Amesius: *Non propter a*
propter aliquos multos, idest, plerosque &c.
probat? Et quamvis de Vet. Test. Sacer
bari posset, unde idem de Novi Test.
habitur? II. ait Bellarm. Non dici illa
Sacerdotum, sed in Pastores & Proph
populum decipientes: ad Concilium a
tum mittuntur omnes. Deut. 17. vers.
mesius: *Congregatio non tollit errorem &*
sed unitatem eam, atque adeò fortiorem r
tur igitur & Sodalitia Sacerdotum, Osee 6
na eorum congregatio arguitur erroris, 2.
atque etiam scelerata improbitatis, Jerem
& 9. Ad eos autem missi fuere Judæi à M
Concilium generale, sicut iidem à Christo
Pharisæos, quatenus moniti simul fuerunt
fermento doctrinæ eorum, Matth. 16. ver
pondeo, Etsi Congregatio per se non
singulorum errorem & improbitatem
hanc illa retundit, ut non ausit pal
& error aliquorum à cæteris in sacro
bus potest corrigi. Utut verò de hoc
tum gratis hæc ab Amesio dicuntur,
Scriptura adducitur. Osee 6. vers. 9.
cœtu Sacerdotum fidelium, sed de id
culis, qui latrociniis suis impediebant
nis ergò Hierosolymam. Quod Sacerd
lo Jeremiam ob vaticinium de excidio
ti sint, nihil ad rem facit. In 2. Sam
umbra quidem erroris apparet, cujus p
Sodalitia Sacerdotum. Quid enim ad Co
le, quòd duo Levitæ Oza & Athio a
fuerint plaustro non sine irreverentia?
mesius quidlibet ex quolibet! III. ait
Quidquid sit de Vet. Test. certiores &
siones Dei habet Ecclesia Novi Test.
ga, de qua nusquam legitur, quòd sit
mamentum veritatis &c. Sed Amesius
ad immunitatem ab errore in judicando ma
promissiones & privilegia habuisse Synag
quàm Ecclesiam Christianam, cùm illa
tem cum Urim & Thummim, nullo autem

hoc ulli Episcopo Nov. Test. promittitur. Sed hæc est perversitas hæretica, putare Corpori & veritati negatum, quòd umbræ & typo fuit concessum. Gratias huic Puritano debent Recutiti, quòd eorum res ita extulerit; exsecrationem verò omnes verè Christiani, quòd odio Papæ excæcatus tam contemptim sentiat de Sponsa Christi.

II. Object. *Prædictum est, etiam falsos Doctores futuros in Ecclesia Nov. Test. sicut olim fuerunt Pseudo-Propheta 2. Pet. 2. vers. 1. Actor. 20. vers. 29. Matth. 24. vers. 24.* Resp. Hoc equidem verissimum est de Lupis, hæreticis scilicet; sed non de Pastoribus, idest, Episcopis in unitate fidei Catholicæ persistentibus. Quàm stolida verò est hæc argutatio: Sicut in Vet. Test. fuere Pseudo-Prophetæ; ita in Nov. Testam. erunt hæretici (qui *magistri mendaces introducent sectas perditionis*;) Ergo Concilia generalia legitimorum Pastorum possunt errare. Sed instat Amesius: *Concilia varia etiam generalia ex ejusmodi falsis Doctoribus constitisse, testis est Bellarm. ipse lib. 1. cap. 6.* Resp. Sic est. Sed loquitur de Conciliabulis reprobatis. Quid verò hoc ad rem nostram? Instat 2. *Papa potest esse falsus Doctor, ex confessione doctissimorum inter Papistas: Ergo nihil impedit, quin possit ille æque ac Caiphas congregare suos adversus Dominum & Christum ejus, Actor. 4. vers. 26. 27.* Resp. Papa potest esse falsus Doctor privatus, transeat; Judicialis, publicus, ex cathedra definiens, nego, pernegantque Catholici omnes. Ergo cavillatur Amesius, & malè citat textum Act. 4. vers. 26. & 27.

Ad CAPUT VIII.

CONcilia universim posse fallere, probare conantur hæretici, siquidem: *Concilium Judæorum præside summo Pontifice Caipha, fœdè ac perniciosè erravit in rejectione & condemnatione Christi.* Esto! quid hinc infertur? Ergo etiam Concilium generale legitimum Nov. Test. potest perniciosè errare? Nulla sequela, nulla probatio. Vera planè est responsio Bellarmini hic, nempè quòd Pontifices & Concilia Judæorum non potuerint errare, antequam Christus veniret, sed eo præsente potuerint: immò fuisse prædictum, erraturos Judæos & Christum negaturos. Is. 6. Daniel. 9. Tantùm hic notetur 1. Amesium dicta Hosii, Cani, P. Soti, Hardingi &c. in alium sensum torquere, ut posset illos eo speciosiùs arguere *insana & immanis sententia*. 2. Quod ait: *Falsissimum esse, quod Bell. hic dixit, præsentiam Christi causam fuisse, quod Judæi potuerint errare; Et Christum ipsum testari, eos eundem planè errorem antea sæpiùs errasse in sanctis Dei servis trucidandis.* Respondeo, Verissimum est quod Bell. affirmat, in eo sensu, nempè quòd donum infallibilitatis Pontifici Hæbræorum non fuerit promissum, nisi usque ad adventum Messiæ, contra quem si invidia stimulati præsumerent ferre sententiam, permittendi essent perniciosè errare. Quid hic non verissimum? Falsissimum verò est, Christum testatum, Pontifices in aliquo dogmate fidei definiendo errasse. Non enim est error in fide, sed scelus gravissimum contra justitiam & religionem, trucidare viros sanctos ex odio & invidia. 3. Affingit Amesius Bellarmino, quasi is dixerit: *Christum per se Ecclesiam Judaicam visibiliter administrasse.* 4. Perabsurdè ait: *Omnem rationem postulasse, ut Pontifices Judaici, qui semper antea immunes erant ab errore, ut dirigerent homines ad Christum, non exciderent hoc privilegio per præsentiam Christi, antequam infallibili suo judicio pronuntiassent, Christum jam venisse &c.* Nimirum Amesius Dei consiliarius esse debuit! Quasi verò non satis fuerit, quòd Christus ipse miracula patrando se Messiam testatus sit? maximè accedente voce Patris de nube, & testimonio Joannis Baptistæ. Denique ut cætera dissimulem, calumnia illa, qua hic finit suam verbositatem impertinentem, satis depulsa est suprà de Rom. Pont. Atrox scilicet calumnia, qua Amesius ait Bellarminum profiteri: Quòd si Papa erraret, præcipiendo vitia, aut prohibendo virtutes, teneri se credere, vitia esse bona & virtutes malas. Ad hanc calumniam repellendam videatur Bellarm. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 5. unà cum Retract.

Ad CAPUT IX.

I. OBjectio hæreticorum petita ex ratione talis est: *In omni cœtu multitudinis sæpè accidit, ut major pars vincat meliorem: Ergo Concilia in quibus decreta sunt secundùm suffragia majoris partis, possunt errare.* Bellar. In cœtibus humanis id aliquando ita contingit; non verò in Concilio legitimo, ubi Spiritus S. præsidet, & Christus est in medio eorum, qui in nomine ipsius congregati sunt, & ubi ille adest, cui dictum est ab ipsa Veritate, *Rogavi pro te* &c. Nam etsi major pars resistat meliori, (uti factum in Concilio Ariminensi & Ephesino II.) tamen numquam vincit: mox enim irritantur ejusmodi Conciliorum acta ab eo, cui convenit ex officio fratres confirmare. Amesius ut hæc enervaret, duo præstitit. 1. Valdè truncavit recitando verba Bellarmini. 2. Ponit meras antitheses; Sed robustis probationibus opus erat ad elidendam veritatem lucidam. Quòd verò postulat ostendi: *ubinam resideat Spiritus S. cùm nec in majori parte Concilii semper, utpotè qua potest resistere Veritati (uti de Arimin. & Ephesino 2. fatetur Bellarm.) immò in nullo singulari Concilii membro.* Resp. Residet infallibiliter in eo, cui Christus id promisit, videlicet in S. Petri hærede, eique adhærentibus.

II. Objectio: *Non est certum de fide, hoc aut illud Concilium legitimum fuisse, & legitimè hæc vel illa decrevisse. Ergo Conciliorum decreta firmam, infallibilem, ac Divinam fidem facere non possunt.* Amesius etiam hic præter morem diffusus est, sed frustrà desudat. Nam Antecedens illud falsum esse constat ex dictis Tom. 1. lib. 3. de Rom. Pont. Est enim par ratio hujus numero Concilii & hujus Papæ. Similiter ergo hoc Syllogismo Theologico evertimus illud antecedens Amesii: Tota Ecclesia (utpotè columna & firmamentum veritatis) non potest errare in rebus ad communem totius Ecclesiæ religionem pertinentibus: atqui judicium, quo Ecclesia acceptavit & Pium IV. & ab eodem confirmatum Concilium Tridentinum, pertinet ad communem totius Ecclesiæ religionem: Ergo in hoc judicio non potest errare Ecclesia; & consequenter de fide Divina est, illud fuisse legitimum &c. Unde non opus est hic operosiùs disputare, an propositio una de fide, altera naturaliter, aut moraliter evidens, inferant Conclusionem de fide, vel Theologicam. Videantur hac de re Scholastici in Proœm. 1. part. & in 2. 2. Gerhardus nihil hic novi affert.

Ad CAPUT XII.

QUæstio est, inquit Amesius, *annon Pontificii majorem authoritatem tribuant Conciliis, quàm Scripturæ? Bellarm. negat: nos affirmamus. Si de Conciliis per se, & in se consideratis ista quæstio intelligeretur, tum crimen illud nullo modo impingi debet iis Pontificiis qui sentiunt cum Bellarm. ille enim nullam omnino authoritatem singularem, tribuit Concilio per se, sed omnem Papæ. Quia verò Concilium intelligitur à Papa confirmatum, atque adeò Papa potiùs quàm Concilii authoritas in comparationem istam cum Scripturis ab eo vocatur, & alii Pontificii similem authoritatem tribuunt Concilio per se, operæ pretium est idcircò audire, quam causam dicere possit Bellarminus, cur istius blasphemiæ non sit postulandus.* Rectè Bellarm. ad hanc Calvini calumniam respondit; non esse hoc

no-

nostram blasphemiam ; sed Calvino-Lutheranorum imposturam. Catholici enim S. Scripturam non subjiciunt, sed anteponunt Conciliis; neque in hoc ulla Controversia est. Quòd si interdum aliqui Catholici dicunt, Scripturam pendere ab Ecclesia, sive à Concilio, non intelligunt quoad authoritatem, & secundùm se, sed quoad explicationem & quoad nos. Amesius hic iterum nactus est campum suæ verbositatis. Sed non reor operæ pretium omnia hic referre ; cùm pleraque jam suprà Tom. 1. excussa sint. Juverit potiùs rem totam paucis ex Prolegomeno I. Script. P. Nicolai Serarii in gratiam tyronum exponere. Is itaque in primis cum Bellarmino & communi Catholicorum rectè distinguit authoritatem quoad se, & quoad nos. Multa enim sunt, quæ in se sunt authentica ad faciendam fidem, tamen nisi cognoscantur talia, non fiunt quoad nos talia, ut Testamentum, instrumentum, aurum obryzum nondum ad lapidem exploratum. Sic & Verbum Dei quodcumque, nisi innotescat, non habet quoad nos authoritatem. Priorem itaque certum est esse independentem ab Ecclesia; posterior autem omnino dependet, juxta celebre illud S. Augustini: *Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ commoveret authoritas*. Unde evanescunt calumniæ & cavillationes Amesii &c. Etsi enim SS. Biblia quoad se sint αὐτόπιστα, non tamen quoad nos, nisi eorum patefacta sit nobis authoritas. Habent ergo certissimam suam authoritatem certissimè, tum à Deo ipso dicente, tum ab ipso Scriptore, qui ea quæ à Deo immediatè accepit, sigillo miraculorum debuit communire; tum denique (ordinariè & publicè) ab ipsa Ecclesia Catholica de prioribus duobus testificante. Ut verò pleniùs intelligatur quomodo S. Scriptura dependeat ab Ecclesia,

Nota I. Si conferantur inter se ante fidei susceptionem, & in ipso fidei actu, utrumque illud credi (saltem implicitè) tamquam objectum; & sic non esse necesse credere Scripturæ propter Ecclesiam, & Ecclesiæ propter Scripturam : potest enim fieri, & bene, ut unum vel alterum priùs distinctè credatur independenter ab altero. II. Si verò post fidei susceptionem utrumque æquè notum vel ignotum sit, neutrum ad alterum credendum dici potest necessarium. Si enim alterum magis & explicitè cognitum sit, alterum non; tunc per illud prius potest hoc posterius probari, E.G. per Ecclesiam Bibliorum authoritas. III. Quia communiter hæretici omnes videri volunt Scripturas aliquas credere, ideò per eas rectè probatur Ecclesiæ authoritas, & ex hac necessariò Scripturarum authoritas probatur; illaque Ecclesiæ authoritas dicitur *quoad nos* necessaria; Tum quia Ecclesia (nempè abstractè à ratione motivi & objectò sumpta) ante fidem susceptam habet se ut motivum; post fidem, ut objectum : Tum quia fidei Prædicatores Ecclesiæ personam sustinent : credi enim nequit nisi ex auditu : Tum denique quia hac una ad Bibliorum authoritatem credendam commoveri possunt tam hæretici quàm Catholici, de libris divinis generatim aut singillatim inquirentes, dubitantes, ratiocinantes. Ad hanc ergo SS. Bibliorum authoritatem quoad nos sufficit Ecclesiæ testimonium, (in genere scilicet causæ efficientis principalis; in ratione enim instrumenti concurrit traditio;) Criteria autem & rationes suprà allatæ habent se tantum ut motiva, quæ ad prudenter credendum possint inducere. Itaque si inter se conferatur utriusque authoritas, Ecclesia de rebus quæ ad Christianæ fidei dogmata generalemque morum disciplinam pertinent, testificantis authoritatem *quoad se* habet Divinam, similique Bibliorum *quoad se* authoritati parem : *quoad nos* verò quadantenus majorem; simpliciter & absolutè *quoad se* minorem; quia revelationes novas & propriè dictas nullas jam recipit Eccle-

sia. Hactenus ferè P. Serarius; quibus pla tur nebulæ Amesianæ. Videamus nunc n crimen inter Scripturam Sacram & Con creta à Bellarmino allatum.

I. Discrimen est, quòd Scriptura est immediatè revelatum. At Concilia non l scribunt immediatas revelationes; sed ta rant, quodnam sit Verbum Dei scriptu tum, & quomodo intelligi debeat, ac pr deducunt Conclusiones. Nota bene; Am te volens hoc discrimen more suo trunca que posteriores particulas ad rem maxim Quæ porrò ad hoc discrimen tollendum tantillum urgent. Quid enim ad rem au facit, quòd immediata & mediata revela infallibilitatis? Numquid tamen modus versus est : Fatemur Papæ vel Concilii infallibilitatem in declaranda Scriptura v itemque in conclusione ex revelatis infer dicimus esse Scriptoribus Canonicis illis ullam novam revelationem) scripserunt h cipuè à se visas. Quid in hac directione criminis est inter utrosque? Quod demu *Concilio & Papa, Judicis authoritatem tribu autem sacros fuisse plerosque Scribas tantùm majorem autem esse Judicis quàm Scribæ & ritatem*. Resp. Sive per Cancellarium, si tarium, sive per judicem pedaneum inn mandatum, parem semper venerationem meretur & postulat.

II. Scriptores sacri non debuerunt m re in suis libris edendis: At Patres in Co rem ipsam quærere, idest, Conclusione disputando, legendo, cogitando. Ames *di necessitas non minuit authoritatem*. Resp. dicimus. Interim tamen manet luculent inter Scriptores sacros, & infallibiliter definientes (etiam ipsos Apostolos.) Q *sufficienti diligentia à Papa in definitionibus* hil ad rem faciunt. Jam enim suprà, infallibilitate Papæ, ostendi, Christum tus est Ecclesiæ suæ infallibilem assistent bio etiam semper providere de mediis finem consequendum. Amesius 2. *Pali cum suo Concilio Tridentino varia decreta se absque istiusmodi examine praeunte, ut i gata approbatione*. Resp. Palam est, Am mendacissimo Suave Polano deceptum jam fas est discere liquidam veritatem storia Concilii Trid. sæpè laudata.

III. In Scripturis Divinis nullus omn error : At Concilia in judiciis partici possunt. Amesius hic assentitur.

IV. In Scriptura non solùm sentent verba omnia & singula ad fidem per Conciliis maxima pars actorum ad fid net. Non disputationes quæ præmittun tiones quæ adduntur : neque explicatio tiones, quæ adferuntur; sed tantùm ip ta, quæ proponuntur tamquam de fid quoad verba, sed quoad sensus tantùm sunt. *Nuda ista decreta igitur quoad eor Scripturis comparata, dicimus, à Pontificiis præponi, vel saltem exæquari*. Resp. Æq quoad certitudinem, modo suprà di præponimus absolutè. Amesius 2. *Si quibus decreta illa deducuntur, non pertin tum neque ipsa decreta, quatenus ex illis ducuntur*. Resp. Concedo omnino de Con liter ut deducta ex præmissis; at nego, u missarum naturaliter evidens, explicat veritatem. Idem contingit in motivis

enim illa præcisè inferunt probabilitatem articulorum fidei, non possunt fide Divina credi ii articuli; quatenus verò illa nobis applicant veracitatem Divinam, faciunt nobis fide Divina credibiles. Amesius 3. *Si Concilium possit rationes ineptas adferre ad decreta sua confirmanda, tum potest errare in Scripturis interpretandis ac declarandis &c.* Resp. Magna est differentia inter rationem ineptam, & eam quæ ferme est de fide. Cùm VI. Synodus definivit contra Monothelitas duplicem in Christo voluntatem, ita est sine dubio hac ratione, quòd ad integritatem naturæ humanæ requiratur voluntas humana, & ad Divinam Divina: & tamen hæc ratio non habetur in Scripturis. Amesius 4. *Si Concilium in rationibus decretorum suorum potest errare, tum Concilium Tridentinum erravit etiam in decreto, anathemate confirmato, dum anathema denuntiat illi, qui dixerit, Ecclesiam Catholicam justis rationibus adductam, constituisse, ut laici sub panis tantùm specie communicarent.* Resp. Non sequitur, si Concilium in aliquibus rationibus pro aliquo decreto potest errare, proinde posse etiam errare in iis, quorum rationes expresse veras justasque pronuntiat. Et generaliter, assistentia Spiritus S. Ecclesiæ Præsidibus promissa facit, ut moralis certitudo argumentorum, quibus moventur ad definiendum aliquid de fide, transeat in Metaphysicam. Et certè si requireretur æqualis certitudo & evidentia in fundamentis & motivis definitorum articulorum, quæ in ipsis articulis, superfluæ essent definitiones.

V. S. Scriptura non eget approbatione Pontificis, ut sit authentica, sed tantùm ut innotescat ejus authoritas: at Concilia non sunt rata, nisi à Pontifice confirmentur. Amesius: *Perinde est ad Ecclesiæ fidem, sive Scriptura dicatur nullam authoritatem habere, sive nullam, quæ Ecclesiæ possit innotescere sine Papa.* Resp. De Synagoga Puritanica transeat hoc effatum: de Catholica Ecclesia meritò aliter sentimus cum S. Augustino, & cæteris Sanctis, ac priscis Doctoribus communiter.

Ad CAPUT XIII.

QUæritur, inquit Amesius, *an Concilium generale sit supra Papam, vel Papa supra Concilium? Nos cum omnibus Theologis Parisiensibus, plerisque omnibus Constantiensibus & Basileensibus, & multis aliis, Concilio in ista lite favemus, Bellarminus autem Papæ.* Sed quàm pingue mendacium mox in limine quasi fundamenti loco supponat Amesius, constat ex iis, quæ Tom. 1. lib. 3. de Rom. Pont. de Gallica natione dixi. Legantur quæ in 2. par. Irenici cap. 6. de Conc. Constant. & Basil. recitavi ex Spondano Episcopo Gallo, & Duvalio Theologo Sorbonico, & stupeat effrons pronuntiatum Amesii. Repeto inde hæc paucissima Duvalii: Concilium esse supra Papam, *Nemo nunc est in Ecclesia qui ita sentiat*, præter egregios illos Dioscuros, Vigorium JCtum, & Richerium Theologum, (schismaticum utrumque, ideoque charissimum utrumque Amesio,) quorum si vera esset sententia, *totus orbis Christianus, qui contrarium sentit, in fide turpiter erraret &c.* Hæc, puto, sufficiunt cuivis non amanti mendacia.

Ad CAPUT XIV.

SUper Quæstione: An Concilium sit supra Papam, Bellarminus hoc cap. tres sententias proponit. I. est, Concilium esse supra Papam. Pro hac, præter hæreticos, citat ipse Card. Cameracensem, Gersonem, Almainum, Cusanum, Panormitanum, Card. Florentinum &c. Ubi notandum: Videri Bellarminum hos Doctores non tam ex sua, quàm communi multorum persuasione, pro ea sententia citasse, cùm revera plerique ex istis Doctoribus in suis scriptis valdè variè loquantur, ut sigillatim loc. cit. ostendi de Gersone, Cameracense, Abulense &c. Duvalius autem videtur rem acu tetigisse, cùm loc. cit. sic scribit: Non est mirum si totus orbis Concilii Constantiensis tempore contra Pontificis authoritatem (pro Concilio) sentiret, cùm Ecclesia tunc horrendo schismate laboraret, nullusque esset, qui illud sopitum & exstinctum apprimè non desideraret. Cùm enim nullum aliud, ad schisma extinguendum, remedium suppetere videretur præter Concilium generale, à quo, qui tunc pro Pontificibus se gerebant, vehementer abhorrebant, omnes tunc à partibus Concilii contra Pontificem stabant. Unde quemadmodum ad testimonia Scripturæ conciliandа distinguere tempora plurimùm juvat; sic ad varias Doctorum sententias inter se componendas, operæ pretium est tempus schismatis & belli à tempore pacis & unionis secernere, ne quod contra dubios & incertos Pontifices à nonnullis alioqui piis & eruditis dictum aut scriptum fuit, id in veros, certos & legitimos Pontifices, cum magno totius Ecclesiæ scandalo & damno, dictum scriptumque intelligatur. Idem in particulari, Vigorio objicienti authoritatem Gersonis & Almaini respondit. Idem Duvalius testatur, veteres Ecclesiæ Gallicanæ proceres, qui schisma illud antecessere, nempè SS. Irenæum, Prosperum, Alcuinum, Lanfrancum, Anselmum, Bernardum &c. infallibilitatem in Successoribus S. Petri agnovisse: post horrenda verò schismata, hoc est, à 200. annis, alios secus locutos. Unde infertur, si quæstio rectè, ut par est, intelligatur de Pontifice legitimo & indubitato, fortè nec unicum probatum Doctorem è Catholicis reperiri posse, qui Concilio generali Papam subjiciat; adeoque evanescunt omnes cavilli, sarcasmi, & calumniæ Amesii, quibus hic mirè sibi complacet, cùm ait: *Coguntur miseri Papistæ hac dissensione suorum, Dominum suum ignorare, quippè quos nescire necesse est, Papæ, an Concilio debeant servire. Principium ipsum fidei Romanæ incertum hoc pacto declaratur, quia nondum constat inter istos magistros Israelis, penes quos sit suprema potestas &c. Unitas illa, quam tantopere jactare solent Pontificii, tollitur funditus in primo hoc principio &c. Turpius est adhuc, quòd de ejusmodi rebus nullam habent communem sententiam, sed unam tantùm ferè communem. Communis est parasitorum Curiæ Papalis, non Ecclesiæ, ne illius quidem, quæ audit Romana.* Hic, inquam, omnis triumphus Amesii imaginarius, unius etiam Doctoris Sorbonici rectè de omnibus pronuntiantis testimonio funditus evertitur.

Ad CAPUT XVIII.

SUperioritatem Papæ ad Concilia, Bellarminus quatuor præcedentibus capp. per totidem propositiones defendit.

I. Romanus Pontifex est Pastor & Caput non solùm omnium Ecclesiarum particularium, sed etiam totius universalis Ecclesiæ simul congregatæ, à Christo immediatè constitutus. Amesius ne gry habet quod reponat, præter inanem repetitionem falsarum citationum, partim hic, partim suprà de Rom. Pont. discussarum. Ridiculum porrò est, quòd unum Vigorium JCtum schismaticum, & Richerium, erroris sui postea pœnitentem & palinodiam canentem, nomine Parisiensium toties audeat producere.

II. Summa potestas Ecclesiastica non est in Ecclesia vel Concilio, remoto Papa, aut formaliter aut suppletivè. Non esse formaliter, apertè colligitur ex Scripturis, ex quibus constat, Ecclesiam esse Monarchiam & Regnum Christi. Non esse etiam suppletivè, ostenditur hac ratione; quia Ecclesia hanc authoritatem non habet à seipsa, nec ab alio; ergo. Non habere à seipsa, manifestè probat discrimen, quod est inter Regnum Christi & regna cætera. In his

enim

enim potestas Regis à populo profecta, radicaliter & suppletivè est in regno. Verùm in Regno Christi nullatenus derivatur summa potestas in Christum Regem, utpotè qui naturaliter habet omnem potestatem in creaturas omnes, multò magis quàm Paterfamilias ullus respectu familiæ, aut Pastor respectu ovium, à quibus non accipit suam potestatem: Ergo Ecclesia ex se nullam habet authoritatem. Nam quòd Petro & Apostolis data sit potestas, fidelium universitati in se nihil authoritatis confert, cùm potius populo fideli præcipiatur, ut subjaceant obediantque Pastoribus. Quòd si universitati Ecclesiæ non est data ulla authoritas: ergo nec Concilio generali, quatenus Ecclesiam universam repræsentat, secluso Papa. 2. Quia aliàs Concilium generale non indigeret confirmatione Papæ. 3. Concilium sine Papa potest errare, & defacto erravit Mediolanense, Ariminense, Ephesinum II. &c. At Concilium cum Papa non potest errare: Ergo non potest sine Papa omnia illa, quæ potest cum Papa. 4. Ex opposita sententia sequeretur, Papam non esse immediatum Christi Vicarium, sed mediatum; immediatè enim Vicaria Christi esset Ecclesia, Papa autem esset immediatus Vicarius Ecclesiæ, quod est expresè contra Concilium Constantiense sess. 2. Amesius hæc omnia pura omissione enervavit. Contra ipsam tamen Bellarmini Thesim ait 1. *Summa potestas Ecclesiastica, propriè dicta potestas est in solo Christo: Ministerium tantum & dispensatio est in Ecclesia, ejusque Præfectis.* Bene est; idem nos dicimus, quid verò hinc fit? Amesius 2. *Quoad homines, Parisienses respondent, Ecclesiam non absoluta potestate, sed canone regi: & secundò, summam potestatem illos canones constituendi esse in Concilio generali, etiam remoto Papa.* Resp. Nemo Catholicorum tribuit Papæ vel Concilio absolutam potestatem gubernandi, sed dependenter à legibus Christi. Canones positivos non posse Concilium generale à Papa seclusum condere pro universa Ecclesia, convincitur ex argumentis Bellarmini, quæ nec extremo digito ausus est tangere Amesius.

III. Summus Pontifex simpliciter & absolutè est supra Ecclesiam universam, & supra Concilium generale, ita ut nullum in terris supra se Judicem agnoscat. Hæc etiam ferè est de fide. Probatur 1. quia sequitur ex duabus prioribus propositionibus. 2. Quia omnia nomina, quæ in SS. Scripturis tribuuntur Christo (ut Paterfamilias, pastor, Caput, Sponsus,) etiam Papæ suo modo tribuuntur. 3. Verbis expressis Concilii Chalced. Act. 3. Romani sub Sylvestro can. ult. Romani V. sub Symmacho, Synodi VIII. Act. 7. Constantiensis in Bulla Martini V. Later. sub Leone X. sess. 11. item S. Leonis M. Gelasii, Nicolai, Gregorii M. Innocentii III. &c. 4. Ex appellationibus à Concilio ad Papam. Appellari autem à Concilio ad Papam, non contrà, constat ex epist. Gelas. ad Episc. Dardaniæ. *Ad sedem*, ait, *Apostolicam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permissus.* Et ita fecere SS. Athanasius, Flavianus, Theodoretus, Chrysostomus. 5. Ex approbatione & reprobatione Conciliorum. Nam omnia revocantur tandem ad examen Rom. Pontificis. Unde S. Basilius epist. 52. ad S. Athanasium scribit: *Videri sibi bonum, ut rogetur Rom. Episcopus, ut mittat aliquos in Græciam, qui ejus nomine irritent Concilium Ariminense &c.* Etiam has omnes probationes Amesius pura omissione enervat. Ipsi verò assertioni nil præter repetitionem mendacissimæ sycophantiæ reponit, cùm ait: *Hocne ferè quidem est de fide Romana in Gallia, & apud alios, qui sentiunt cum Concilio Constantiensi & Basileensi, sed potius est ferè contra fidem Romanam, & planè contra fidem Christianam, quippè quod caput est Antichristianismi.* Numquid hoc est *enervare* Bellarminum?

IV. Summus Pontifex non potest committere ne-

que Concilio, neque ulli homini sup
coactivum, sed tantùm discretivum. P
batur. 1. Quia potestas Papæ jure Di
omnes. Non potest autem in jure Divi
2. Quia non potest inferior committere a
superiori reservatum. At judicium in c
est reservatum Deo. 3. Quia sequeretur
superiorem, & non esse. Esset, quia
committendo alterius judicio non desine
Ergo nec desineret esse superior. Non
cogi posset, esset inferior. Altera pars
Symmachi, Sixti III. Leonis III. & IV.
quid Amesius? Horribile corollarium
Non igitur, inquit, *submittere se potest*
in Sacramenta confessionis, ut solvantur & l
cata. Confessor enim in confessione jurisdi
(secundùm Pontificios) in foro conscientia
tem. Ergo ex sententia Pontificiorum, non
remissionem peccatorum pervenire. Et tam
test, ut cùm sit hoc modo exlex, ἄνομος,
hominum maximè peccatis coopertus. Resp
rium præclarè congruit Quodlibeticæ L
minus loquitur de aliis, Amesius de cæ
si Amesius tam imperitus fuit, ut nesc
inter forum poli, & forum fori; illudqu
quidem habere reos nisi voluntarios; ta
pam, lethalis noxæ sibi conscium, n
in hoc foro absolvatur, Deo reconcil
tur Amesius finxisse ignorantiam, ut
garios, quos instituere se professus est,
nem Papæ *ἄνομον* eò vehementiùs conc
careret aliquo colore atrox illa calum
bus ab ipso inflicta.

Ad CAPUT XI

PApam Ecclesiæ judicio simplicite
tendunt hæretici his argumentis:
1. *Omnis frater offendens potest ab E*
Matth. 18. vers. 21. Sed Papa est frater: E
clesia judicari. Hoc argumentum valdè e
& ait 1. *Nulla syllogismi pars negatur,*
tur Episcopus & Papa esse fratres: nulla
tur, sed Conclusio gratis à Bellarmino n
rationis omnis expers congruit planè Prima
autem est, Ecclesiæ nomine intelligi ibi ill
peccator est membrum. Resp. 1. ad hon
Calvinistas, qui negant illud dictum
cipi de correptione judiciali, quam
prætoriam explodunt, prout suprà vi
Rom. Pont. sed tantùm accipi debere
fraterna, quam respectu Papæ nem
negat. Resp. 2. Etsi ibi SS. Hieron. Gr
mine Ecclesiæ intelligant fidelium e
avidè aliqui Sectarii arripiunt,) tan
& alii passim, (etiam glossa Luther
sium,) de Pastoribus Ecclesiæ intellig
sentent Ecclesiam, sicut Rex Regn
Christus ibi jubet Ecclesiam audire,
siæ obediri à reo, alioquin hoc ipso h
communicato; hæc autem obedientia
defertur, ut per se patet; (& hæc ra
Calvino id quod dicimus;) Tum qu
clesiam explicans subdit: *Quæcumque*
scilicet Apostoli Ecclesiæ Principes,
sores: Tum quia ita docet perpetua
nique quia contrarium facere, esset
ræ, & gravis injuria in proximum.
mare proximum, si crimen ejus fore
Instant 2. *Ergo si Prælatus & ipse Pa*
quoque deferri ad Ecclesiam, idest, C
Ergo huic subjectus est. Respondeo, N

pertinet ad omnes alios præter Papam, qui nullum habet Prælatum supra se in hoc mundo; quod patet ex perpetua praxi Ecclesiæ. Nec possunt hoc magnopere mirari Lutherani & Calvinistæ, qui idem privilegium Papale extendunt ad omnes Reges &c. nullum in terris superiorem agnoscentes. Habet se ergo in hoc negotio Papa, sicut supremum cœlum, quod tegit omnia, ipsum verò non tegitur ab alio.

Instant 3. *Verba hæc*: Dic Ecclesiæ, *dicta sunt Petro; ergo Petrus, & ejus Successores debent aliquando deferre peccatores ad Ecclesiam.* Resp. 1. Christus discipulis, sicut & ab initio cap. usque ad vers. 21. locutus est indefinitè. Resp. 2. Petro id dictum est, cùm adhuc non esset Pastor Ecclesiæ constitutus.

Instant 4. *Papa est membrum Ecclesiæ: ergo est minor suo toto, quod est Ecclesia.* Respondeo, Si accipiatur Ecclesia sine Papa, tum Ecclesia non est totum, sed pars, major quidem magnitudine molis, sed minor magnitudine virtutis sive authoritatis. Si verò accipiatur Ecclesia cum Papa, tum major est authoritas Ecclesiæ extensivè, sed non intensivè, sicut Ens, prout comprehendit Deum & creaturas, non est majus bonum, quàm solus Deus intensivè, tametsi extensivè sit majus, quia sunt plura bona; idemque est inter Christum & Ecclesiam. Amesius hic præter admirationem & contumelias non habet quod reponat. Ait, *Immane postulatum obtrudi à nobis gratis & crudè, scilicet: Unius Episcopi majorem esse auctoritatem, quàm reliquorum omnium.* Sed hoc non est enervare assertum nostrum. Si enim potuit Deus cœlum condere supremum, quod magnitudinem omnium inferiorum orbium & corporum etiam excedat; Matrem quæ omnes puros homines & Angelos sanctitate & gloria superet; cur non potuit etiam unum suæ Ecclesiæ Vicarium Pastorem largiri, qui omnium inferiorum ministrorum potestatem intensivè exæquet, immò excedat? Nihil certè, etiam de facto, in hac constitutione Hierarchica non valdè rationabile, Deoque dignum. Amesius 2. *Tota hæc responsio, sicut comparationibus istis impiè declaratur, constituit Papam essentiale Caput Ecclesiæ, non tantùm secundùm externam gubernationem, sed etiam secundum interiorem influxum; quæ tanta est insania, ut etiam ab iis rejiciatur, qui plurimum tribuunt Papæ. Vide Thom. part. 3. quæst. 8. art. 6.* Respondeo, Est sanè hæc insania non vulgaris, sed sycophanticè Catholicis ab Amesio afficta, quæ nescio an ulli Catholicorum etiam per somnium inciderit. Certè ex pronuntiatis Bellarmini, nulla sana Logica, sed tantùm Puritano-Quodlibetica illam parturivit. Dissimulo atrocem contumeliam, qua Papam *cacomonia* impiè conviciatur.

Instant 5. *Membrum putridum debet amputari, si inficiat totum: Ergo & Papa, si inficiat Ecclesiam.* Respondet Bell. In corpore naturali & Rebusp. temporalibus potest hoc fieri, quia membra pendent à toto; sed alia est ratio corporis Ecclesiæ, cujus Caput non à corpore, sed à Deo authoritatem accepit. Amesius. *Ergo neque pastor aliquis Ecclesiæ particularis posset removeri, quia authoritatem habet à Deo.* Resp. Negando paritatem; Non enim nisi mediantibus hominibus accipiunt alii inferiores potestatem Ecclesiasticam: summa verò Pontificalis immediatè à Christo confertur ei, quem Ecclesia sibi legitimè designavit.

Instant 6. *Si Papa impunè omnes vexare & perdere possit, nemine resistente, maneret Ecclesia sine remedio.* Respondet Bell. Non mirum, si maneat sine remedio humano efficaci, quia non nititur ejus salus præcipuè humana industria, sed Divina protectione. Itaque etiamsi Ecclesia non possit deponere Pontificem, tamen potest ac debet Domino supplicare, ut ipse remedium adhibeat; & certum est, Deo fore curæ ejus salutem, vel enim talem Pontificem convertet, vel de medio tollet, antequam Ecclesiam destruat. Amesius hinc infert 1. *Ergo Ecclesia non est perfecta Respublica sibi sufficiens in ordine ad suum finem: non bene instituta: tenetur aliquando exponere religionem evidenti periculo. Hæc enim sunt argumenta Bellarm. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 7. ad Ecclesiæ potestatem probandam in Regibus deponendis; & multò efficaciùs, magisque directè militant pro potestate Ecclesiæ in pernicioso Papa deponendo.* Respondeo, Nihil horum sequi, quia non negabunt, credo, adversarii, potuisse Christum, si voluisset, tale instituere Ecclesiæ regimen Monarchicum, quale nos de facto credimus. Quis verò tunc rationabiliter dubitet, potuisse etiam Christum velle, ut omnes graviores casus & difficultates (extra Papam) reserventur suo Vicario, Roman. Pontifici; Eum autem casum, quo per extremam improbitatem Papæ periclitaretur salus Ecclesiæ universæ, reservari sibi; cùm omnis bona subordinatio hoc exigat, ut, cùm deficiunt causæ secundæ, suppleat Prima. Idem solent periti Medici observare in gravissimis morbis, ut, cùm vident, vim morbi humanam superare industriam, nihil audeant, sed naturæ curandum relinquant. Unde vecors est illatio Amesii, qua ait 2. *Si hæc ratio valeret, tum omnis medicina cura esset abjicienda etiam in corporalibus morbis. Salus enim omnis præcipuè nititur Divina protectione.* Vecors, inquam, est hæc illatio. Nam ordinariè Deus agit per causas secundas, quarum vires si excedat malum sive corporale, sive spirituale, relicta cura humana recurrendum est ad Authorem Naturæ & Gratiæ, qui, si ut par est, cum fiducia & gemitibus invocetur, non deerit in necessitatibus extremis saluti animarum. Bellar. 2. Licet etiam Papam servata reverentia admonere, & modestè corripere; repugnare etiam vi & armis, si Ecclesiam destruere velit. Ex hoc denuò ex sua Quodlibetica infert Amesius: *Ergo licet ipsum deponere. Sic enim Bellarm. ipse explicat hanc resistentiam armatam loco citato.* Resp. Negando paritatem. Mirum non est, quòd quævis Respub. politica deponere possit Principem, & alium instruere, quando non potest aliter se defendere ab ejus injuria; quia scilicet habet ipsa Respubl. potestatem à Deo instituendi gubernationis modum, qui bono communi magis congruit: at potestas Pontificis est superior omni humana: Ergo per hanc nequit abrogari.

Instant 7. Decretum fuit Concilii Constantiensis à Martino V. approbati: Concilium generale esse supra Papam. Vel igitur hoc certum est, vel Concilium à Papa confirmatum potest errare. Respondeo, Non Bellarmini, sed D. Duvalii verbis. 1. *Decretum Constantiense latum fuisse adversus incertos Pontifices &c.* Videatur part. 3. pag. 444. Et pag. 542. ait: *Non sine maxima ratione gravissimi Doctores asserunt, Constantiense Concilium nihil aliud definivisse, quàm Concilium esse superius Pontifice dubio & incerto, quod accidit, quando schismate vexatur Ecclesia &c.* Respondeo 2. ex eodem, non *cavillari Bellarminum* explicando ly *Conciliariter*, ut contendit Amesius. Sic enim ait idem Duvalius loco citato, Concilii Constantiensis omnes sessiones vim fidei non habent; quia à Martino V. eæ tantùm, quæ *Conciliariter* decretæ fuerunt, sunt confirmatæ. Per particulam autem, *Conciliariter*, intelligit, quæ cum prævio examine definita sunt. Hoc autem modo decreta non fuit definitio authoritatis Concilii supra Papam; nulla quippè intercessit discussio, ut ex Actis liquidò constat. Vel per illud, *Conciliariter*, intellexit Martinus quæcumque post sopitum schisma, suique ipsius electionem à Patribus fuere definita. Sic enim propriè res dicuntur *Conciliariter* definiri, cùm scilicet Pontifex & cæteri Prælati, post maturam deliberationem in aliquod dogma consentiunt. Sed noster Puritanus meliùs intelligit, quæ

sint

sint *Conciliariter decreta*, quàm Sorbonici & omnes alii Theologi.

Porrò cùm jam in lib. de Rom. Pont. & in hoc de Conciliis, toties Amesius Parisiensem Sorbonam in errorum suorum patrocinium allegarit, operæ pretium reor, hic pro complemento dictorum omnium, adscribere Censuram S. Facultatis Theologicæ Parisiensis, quæ præfixa est Anti-Mornæo Rev. Pat. Fr. Leonardi Cocquæi Doctoris Sorbonici, ubi inter cætera sic ait V. Facultas. *Cùm exploratum habeatur, unitatem atque ordinem sine eminentis alicujus authoritatis prærogativa non subsistere, eaque de causa Dominum Nostrum ad vitanda schismata B. Petrum Vicarium suum & Caput visibile Ecclesiæ suæ constituisse; meritò quidem omnes Catholici eos execrari debent, qui S. Rom. Ecclesiæ Primatum, atque unicam Petri Cathedram scriptis suis evertere moliuntur; Cùm certissimum sit, Ecclesiam nulla alia nota accuratiùs dignosci, aut à factiosis Satanæ conventiculis, quàm uno visibili Capite secerni posse.* Mornæi autem librum, ajunt Sorbonici DD. innumeris execrandis blasphemiis atque impietatibus scatere, ac propudiosis mendaciorum ac hæreseon pridem damnatarum centonibus interpolatum; ideoque tamquam legi Divinæ, naturali, Canonicæ &c. omnino contrarium, hæreticum, furiosissimum, seditiosissimum, impudentissimis calumniis refertissimum, damnandum, execrandum &c. Atqui ea quæ Mornæus protulit, planè conformia sunt iis, quæ hactenus de Roman. Pontifice effutiit Amesius, ut utriusque libros conferenti patebit. Ergo judicio Theologorum Parisiensium toties ab Amesio laudatorum, eandem ipse Censuram meretur. Jam porrò examinandæ

§. Unico.

Objectiones Gerhardinæ.

Perpauca profert, quæ non in Amesianis excussa fuerint.

Thesi 63. refert, quòd Bellarm. lib. 4. de Roman. Pont. cap. 14. Joannem XXII. ab intentato hæreseos crimine vindicaturus inter cætera scribat, Joannem XXII. pridie ante mortem partim declarasse, partim etiam revocasse sententiam suam. Primùm enim testatum: Se nunquam in animo habuisse hanc Quæstionem definiendi; deinde, existimare se jam probabiliorem esse sententiam illam, quæ asserit, Beatos frui visione Divina ante diem judicii, & hanc sententiam se amplecti, nisi aliquando Ecclesia aliud definierit, cujus definitioni suas omnes sententias libentissimè subjiciat. Hinc juxta artem suam Quodlibeticam infert Gerhardus, ut sequitur: *Credidit ergo Joannes ille Pontifex, Ecclesiæ judicium esse superius quàm suum, cùm Ecclesiæ judicio suum se libentissimè subjicere asserat. Illud verò Ecclesiæ judicium à Pontificis judicio distinctum, etiam ex ipsius Bellarmini hypothesi, non potest esse aliud, quàm judicium Concilii, quod proinde vocant Ecclesiam repræsentativam.* Stupidene an fraudulenter hic Gerhardus deliret, decernant Puritani Jenenses. Hoc certum, Joannem XXII. Papam, tantùm ut privatum Doctorem, ita sensisse, & dixisse, adeoque judicium suum privatum subjecisse judicio Papæ ex cathedra definientis, sive cum, sive sine Concilio generali. Quod verò addit: *Etiam ex Bellarmini hypothesi, judicium illud non posse esse aliud quàm Concilii generalis*, verum quidem est, si intelligatur de judicio Concilii generalis unà cum Papa; sed sic nihil ad rem facit; si verò loquatur de Concilio acephalo, splendidè cretizat.

Th. 68. affirmat, *esse parem rationem inter actum infidelitatis, & alia crimina notoria, ac graviora: in ordine ad hoc ut Papa judicetur à Concilio*; additque 1. *Tim.* 5. *vers.* 8. At quomodo hoc exi
nisi eliciatur ope artis Quodlibeticæ?

Th. ult. contendit, vel tertiam propo
larmini esse verè de fide, aut primam
ex quibus Bellarm. tertiam deducit, es
rè tantùm. *Resp.* Prima est omnino de
da tantùm fidei proxima, quia nec a
ptura aut traditione habetur, nec al
est: ergo similiter tertia. Et universi
positio Theologica, qua talis, censetu
fide, ut oppositam tenens habeatur hæ

V I N D I C

Pro Libro Tertio de Ecclesia.
toto orbe terrarum diffu

Ad CAPUT I.

AMesius ut priorem librum finivit.
ditur à cavillis & calumniis; a
hic gravia & fundamentalia vitia
gentia, vel ex fraude, in principio occurr
bene disserendi. 1. *Quòd Bellarminus pa*
militantem scilicet aggreditur tractare,
omnino tradit de tota illa Ecclesia, cujus
lat militantem. Illud certè hoc artificio luc
peritos lectores lateat, quando vel illa
Ecclesiæ, quæ sunt propria totius, non hu
etiam illa, quæ à communi Ecclesiæ natu
à militante sunt prorsus aliena. --- Secun
quòd justam distributionem illius Ecclesiæ om
tes vult explicare &c. Respondeo, An
caprina tricatur. Bellarminus Controv
ctat, quas inter non est aliqua de Ec
muni. Cur ergo specialem de hac t
mitteret? Falsum verò esse, quòd Bel
tanti Ecclesiæ ea tribuat, quæ sunt p
vel à militante prorsus aliena, in de
bri patebit. Nodes etiam in scirpo q
exigitur distributio Ecclesiæ in militan
tem, Triumphantem, mox in hujus
ponenda. Numquid enim sufficit eam
nium Controversiarum, in principio
apparere? Quibus eam impugnare lib
id poterunt in toto libro de purgator
ta est controversia.

Ad CAPUT II

BEllarm. Quinque, inquit, sunt ha
tentiæ de definitione Ecclesiæ
Husii, juxta quos, omnes & soli Pr
de Ecclesia. II. Pelagianorum, qu
congregatio hominum perfectorum. I
rum, quòd sit eorum, qui nunquam
ca confessionem fidei. IV. Confessi
etsi nomine damnent Pelagianos, N
natistas, tamen illorum hæresis comp
plici illa hæresi. Docent enim 1. eu
nullum esse peccatum veniale ex n
omnia ex se mortalia, ex misericor
ha esse, quia non imputantur à De
esse Sanctorum communionem, qui
obediunt Deo. 3. Omnia opera hom
esse peccata mortalia. Quia verò
qui, nullum hominem esse de Eccle
componunt, ut dicant, opera qui

esse peccata mortalia, tamen non imputari, si adsit fides, & proinde eum qui habet fidem, simul esse justissimum, & in omni opere peccare. V. Est quasi conflata ex omnibus istis. Docet enim Ecclesiam constare ex solis justis prædestinatis. Ita Calvinus, qui tria docet. Primò, fidem semel habitam numquam in æternum perdi posse; ac proinde omnem, qui habet fidem, necessariò esse prædestinatum. Lib. 3. institut. cap. 2. §. 8. Secundò, veram Ecclesiam à solo Deo cognosci posse, ejusque fundamentum esse Divinam electionem. Lib. 4. cap. 1. Tertiò docet præterea esse quandam Ecclesiam externam, in qua sint boni & mali. Ibid. Jam porrò videamus, quàm peritè circa hæc negotietur Amesius. I. Omissa 3. & 5. sententia, de reliquis ait: *Non sunt ista tres sententiæ, sed una & eadem, cum varietate aliqua verborum explicata*. Resp. Hoc esse apertè falsum. Nam Pelagiani & Lutherani prorsus damnant illam Calvinistarum Prædestinatorum congregationem. Verum quidem est, Calvinistas constare suam sententiam ex omnibus illis tribus, quod & indicat quinta sententia à Bellarmino relata; sed quomodo hinc sequitur, apud alios non esse separatos eos errores? Ait Amesius 2. *Hæc una sententia* (Calvini) *non potest esse hæretica, nisi præter Scripturam, non veteres tantum Patres, sed & Thomas Aquinas, & Nicolaus ipse Papa, qui Cap.* Ecclesia *de consecrat. dist.* 1. *Ecclesiam definivit*: Collectionem fidelium, *dicantur hæretici*. Resp. Nec Sacræ Scripturæ, nec Patres, multoque minus S. Thomas & Nicolaus Papa usquam definiunt Ecclesiam, quæ sit collectio *justorum prædestinatorum*. Sed absurda hæc hæresis suo loco seorsim excutietur. Quantum ad nomen *fidelium*, illud à Nicolao Papa sine dubio positum est juxta acceptionem Catholicam, non juxta musteam Lutheranorum & Calvinistarum abusionem. Et hoc eodem modo definitur Ecclesia in artic. 7. Confess. August. edition. primæ germanicæ; quod tamen in latina editione prima Cæsari oblata mutatum in *Congregationem Sanctorum*, ideoque ab eodem rejectum est.

Bellarm. Confessionistæ & Calvinus docent, duas esse Ecclesias. 1. Veram, quæ est Sanctorum fidelium congregatio. 2. Externam, quæ nomine tantum est Ecclesia, in qua boni & mali reperiuntur; malos esse in Ecclesia, non de Ecclesia. Amesius: *Calumnia est manifesta, quòd impingitur illis duarum Ecclesiarum militantium fictio. Non distribuunt Ecclesiam militantem in duas species; sed duplicem respectum, aut considerationem unius & ejusdem Ecclesiæ distinguunt; unam quoad essentiam internam, & alteram quoad modum existendi externum. Idem planè est quod Bellarm. ipse refert ex S. Augustino. - - Idem etiam alio modo explicat Alensis part. 3. m. art. 3. Idem denique est quod Joannes docet 1. epist. 2. vers. 19. Eadem planè est distinctio Rom. 2. vers. 28. inter Judæum in propatulo, & Judæum in occulto. Ipse etiam Bellarm. cap. 9.* Donatistas *dicit* Orthodoxos eo modo calumniatos esse tempore Augustini, quo nunc Pontificii, & idem responsum ab ipsis tulisse. Resp. Non calumniam, sed verissimam veritatem tradidisse Bellarminum, ostendo 1. Quia Ecclesia propriè dicta, & Ecclesia (à Confessionistis) Synecdochicè dicta, vel constituunt unam Ecclesiam propriè dictam, quam in symbolo Apostolico profitemur: vel 2. constituunt unam Ecclesiam impropriè dictam; vel 3. constituunt duas, quarum altera sit propriè, altera impropriè sic dicta: vel 4. constituunt duas, quarum utraque sit propriè dicta: aut 5. utraque impropriè dicta. Si primum admittatur; habemus intentum, hoc est, Ecclesiam propriè dictam, constantem justis & peccatoribus. Si secundum; ergo nulla datur Ecclesia una, sancta, Catholica propriè dicta in Sacris Scripturis & symbolo expressa, quod est perabsurdum. Si denique admittatur unum è tribus posterioribus, admittitur reipsa, quod Amesius dixit Lutheranis & Calvinistis per calumniam affingi. 2. Si vera Ecclesia militans à solo Deo cognosci potest, ejusque fundamentum est prædestinatio, ut vult Calvinus; ergo altera, scilicet externa, in qua sunt mali cum bonis, est distincta à priori. Quis enim dubitet, veram à non vera distingui saltem specie? 3. Ecclesia universa militans est aliquod totum per aggregationem. Quæro ergo, an prior illa (vera prædestinatorum) sit totum, an verò pars posterioris? Si dicas primum; Ergo habemus duas totales Ecclesias; quod ait Amesius per calumniam affingi Calvino. Si secundum; Ergo est visibilis. Copiosius hanc rem excussi nuper in Parallelis Ecclesiæ veræ & falsæ contra D. Musæum qu. 1. ubi §. 4. dictinctionem illam in Ecclesiam propriè, & in Ecclesiam synecdochicè, specialiter rejeci. Libet exinde in hunc locum pauca transferre: Nisi vos Lutheranos & Calvinistas odio Romani Pontificis excæcatos summa desperatio cogeret ad tantas absurditates, facilè perspiceretis, jam à temporibus Apostolorum usque ad Nos, communi omnium sensu, eoque planissimo & proprio, eos omnes baptizatos, qui nulli sectæ & novitati adhærent, habitos & appellatos esse fideles, & Ecclesiæ Catholicæ membra, nullo habito de vita moribusque discrimine; & congregationem ex iis omnibus conflatam, dictam semper habitamque esse verè & propriè Catholicam Ecclesiam. Si non ita est, producatur vel unicus ejus Commenti patronus, qui à 1500. ferè ante Lutherum annis, citra controversiam fidelis, sanctus, sapiens, apertè suam mentem declararit pro Protestantibus contra Nos. Musæus, quidquid verbis reluctetur, reipsa idem concedit. Ait enim: *Ecclesiam cujus ministerium incorruptum est, absolutè dici veram Ecclesiam*. Bene habet: idem prorsus Nos dicimus. Sed quæro jam: Illa, quæ absolutè dicitur à te vera Ecclesia, vel fingitur talis, vel est? Si non fingitur, sed est absolutè vera Ecclesia: vel est talis propter ministerium incorruptum, & puram fidei professionem publicam, vel propter sanctos occultos in ea latentes. Si primum; Ergo forma absolutè vera Ecclesiæ est pura professio fidei, quod Catholici omnes contendimus, Tu verò cum Tuis pernegas. Si secundum; Ergo congregatio habens etiam in fundamentalibus corruptam fidei professionem, est absolutè vera Ecclesia, quia (juxta Te) per mille annos ante Lutherum, sancti illi tui clancularii sub Antichristi corruptissimo ministerio latuerunt; & sic effecere, ut quæ alioquin fuisset falsa Ecclesia, Christi adultera, Mater scortationum &c. tamen propter clancularios illos esset & diceretur vera Ecclesia Dei & Sponsa Christi, quæ tamquam partem nobilissimam contineret illos clancularios, nulli nisi Deo notos: Elige utrum malis. Utrobique enim reipsa fateris, Romanam ante Lutherum per 1000. annos fuisse absolutè veram Ecclesiam. Non datur autem nisi unica absolutè vera Ecclesia Catholica, ut ex symbolo constat. Qua hic rima elabaris, non video: Nam aliam formam, qua constituatur Ecclesia absolutè vera, assignare non potes, nec audes, præter duas prædictas. Si verò dixeris, oportere utramque formam esse simul conjunctam; Rogo, an in tota solùm collectione omnium membrorum, an verò etiam in singulis membris? Si prius; Ergo idem prorsus sentis quod Nos: scilicet Catholicam Ecclesiam debere in omnibus membris habere professionem fidei puram, & in aliquibus nobilioribus etiam sanctitatem Charitate perfectam. Si posterius: Ergo illi tui sancti clancularii, qui se per 1000. annos Gygis annulo invisibiles reddidere, non fuerunt vera Ecclesia, quia caruerunt pura publicaque fidei professione. Ergo evertis ipsemet, quod operosè machinatus es: quod erat demonstrandum. Hucusque ad Musæum:

Nunc

Nunc redeo ad Amesium, qui fœdè fallit, cùm jactat ex Bellarm. cap. 9. *Donatistas olim Orthodoxos eodem modo Calumniatos esse, quo nunc Pontificii Luthero-Calvinisticos*; Et deinceps græca fide, ponit verba Bellarmini & Augustini planè perversè & in alium sensum detorta. Genuina utriusque verba sic sonant. (Addit etiam Augustinus, quòd cùm calumniarentur Donatistæ, Catholicos duas Ecclesias facere, unam in terris, quæ haberet bonos & malos, alteram in cœlis, quæ non haberet nisi bonos: responderunt Catholici, se non duas facere Ecclesias, sed distinguere duo tempora Ecclesiæ: *Eandem*, inquit Augustinus, *ipsam unam & sanctam Ecclesiam dixerunt nunc habere malos mixtos, tunc non habituram; sicut non ideò duo Christi sunt, quia aliquando mortalis, aliquando immortalis fuerat Christus*. Quæ sunt notanda contra nostros Confessionistas & Calvinistas, qui duas Ecclesias fingunt.) Hucusque Bellarminus. Cujus verba Amesius omisso §. *Addit*, sic allegat: (Cùm Donatistæ calumniarentur, Catholicos duas Ecclesias facere, unam quæ solos bonos, aliam quæ bonos cum malis contineret: responderunt Catholici, se numquam duas Ecclesias somniasse, sed *tantùm distinguere partes*, vel tempora Ecclesiæ &c.) Hæc impostura luce meridiana clarior est. Cur enimverò Amesius omisit illud: *Unam in terris, alteram in cœlis &c.* nisi quia mox apparuisset fraus? Nam Lutherani & Calvinistæ cùm dicunt Ecclesiam militantem constare ex solis sanctis prædestinatis, sine dubio loquuntur de Ecclesia jam in terris; de qua expresè S. Augustinus affirmat, quòd contineat bonos & malos. Quod verò ait Amesius: *Se distinguere tantùm duplicem considerationem unius & ejusdem Ecclesiæ; unam quoad essentiam internam, & alteram quoad modum existendi externum*; Contra hoc pugnant illa argumenta, quæ contra Musæum produxi quæst. cit. §. 2. ac præcipuè ultimum, quod hic repeto: Ecclesia Catholica militans in terris vel est unica, vel duæ realiter distinctæ & separatæ. Non duæ, quia id expresè contradicit symbolo. Ergo unica, indivisa à se, & divisa à qualibet alia non Catholica. Jam subsumo: Atqui non datur unica, nisi illa quam Musæus vocat impropriè & synecdochicè sumptam; quod probo: Nam si datur alia præter hanc, erit extra hanc: si extra hanc, erunt duæ Ecclesiæ separatæ, quod est contra Symbolum. Si dicas, non esse extra, sed intra hanc, quæ continet sanctos, & non sanctos. Bene! Quidni ergo rectè nos Catholici dicimus, & Sanctos esse partem, eamque nobilissimam ac unicè intentam: non sanctos etiam esse partem unicæ illius congregationis in vera fidei professione unitæ? Ex hac ergo duplici parte conflatur integra congregatio Ecclesiæ militantis; ex spiritualibus scilicet, & carnalibus seu animalibus; uti quivis homo constat duplici parte essentiali, corporea scilicet & spirituali. Sicut ergo absurdè dixeris, hominem propriè dictum sola constare anima rationali; impropriè verò dictum, corpore & spiritu; ita & hic. Hinc etiam liquet, fallere aut falli eos, qui dicunt, nullum esse motum vitæ spiritualis vel supernaturalis, nisi qui fit secundùm supremum gradum, scilicet Charitatem. Idem enim est acsi diceretur: nullum esse motum naturalem hominis nisi ratiocinationem.

Bellarm. Nostra sententia est, Ecclesiam unam tantùm esse & veram, & eam esse cœtum hominum, ejusdem Christianæ fidei professione, & eorundem Sacramentorum communione colligatum, sub regimine legitimorum Pastorum, ac præcipuè unius, Christi in terris Vicarii, Romani Pontificis. Amesius reponit: *Definitionem istam non explicare essentiam Ecclesiæ, disertis verbis fatetur statim ipse Bellarminus*: Definitio nostra, *inquit*, solùm comprehendit hunc ultimum modum existendi in Ecclesia. *Qualis autem sit ille modus existendi in Ecclesia*, *declarat*
cut capilli, ungues, aut mali humores
mano. *Perinde igitur facit Bellarminus in*
da, acsi quis hominem definiret per illa f
tur in capillis, unguibus, aut humoribus
Bene philosopharetur Amesius, si E
physicum, constans partibus essentialib
ens morale, & aggregatum ex partib
ordine; aut imperitè, aut fraudulente
tionem metaphysicam & essentialem.
clesia, ut quævis alia Communitas, n
totum nisi per aggregationem partium
meritò eam describit Bellarminus ita,
partis cuivis membro convenire io eo
que fieri non posset, si in definitione
tum ea, quæ nobilissimis membris ac
niunt. Denique cùm definitio à Bella
definitio Ecclesiæ militantis, debuit fa
ut non conveniret triumphanti, uti co
vinistarum, cùm ajunt, Ecclesiam es
destinatorum sanctorum tantùm. Qu
ne ad unum supremum Caput Rom.
villatur Amesius, est squama toties ja
caudam draconis pertinens.

Quæ Gerhardus Disp. XI. usque ad
eadem Ecclesiæ definitione tricatur,
expediuntur; & si quid fortè in part
fuisset tactum, abunde in parallelis e
discussum invenietur.

Ad CAPUT

Quæ Amesius, & cum eo Gerha
usque ad Th. 68. verbosissimè
Catechumenis, hæreticis occ
cis, excommunicatis &c. nihil nisi
chiam continent, & paucis explicata
Musæi quæst. 5. §. 6. Quæ etiam huc
I. Apud Catholicos extra controver
fide certum, in Ecclesia vera & pr
etiam peccatores & reprobos; ac op
tur ut hæreticum in cap. *firmiter*, de
Concil. Constant. Sess. 13. Trid. Sess.
rhardus insulsè nugatur, dum opposit
Catechismo Tridentino, Bellarmino
Quidquid enim io præsenti affertur siv
turis, sive ex Patribus, sive Scholasti
dentur excludi ab Ecclesia peccatores
cilem habet explicatum, si observes.
rùm, peccatores esse viva membra C
ritate perfecta. 2. Subinde id quod
attribui toti per synecdochen. 3. Etia
siam pulchram & sanctam esse, ob e
leges, finem, media, &c. 4. Nonn
nem esse non de tota congregatione,
lari aliqua anima charitate perfecta
loca intelligi de Ecclesia secundùm sta
tæ, ut optimè notat S. Augustin. lib
tist. post collat. cap. 7. Qui cùm subin
sanctis tribuere nomen veræ Ecclesiæ
nihil aliud vult, quàm gratias Ecclesia
rùm in utilitatem sanctorum prædest
ter cedere; quod est certissimum: Nam
munem Catholicorum doctrinam de
sexcenties inculcat, præcipuè contra
Inter Catholicos salva fide & charita
an hæretici, schismatici, apostatæ, e
Catechumeni sint in Ecclesia simplic
Nam secundùm quid nemo Catholico
test, eos aliquatenus pertinere ad E
chumeni enim sunt in ea voto; & me
etiam. Cæteros subdi Ecclesiæ quoad

ctivam, etiam post separationem, indubitatum est. Unde non videtur superesse nisi lis de modo loquendi; in qua III. Arbitror, nullatenus esse recedendum à doctrina communi Catechismi Concil. Tridentini, cujus verba apertissima sunt, & ratio perquam efficax. Et sanè quidquid sit de Excommunicatis & Schismaticis, quoad hæreticos manifestos tam est concors sensus SS. Patrum, (ut agnoscit etiam Musæus disp. 3.) itemque Scholasticorum illos excludentium; ut mirum sit, potuisse nonnullis arridere oppositum loquendi modum; quem tamen, si unum Alphonsum à Castro excipias, nescio an alius probatus Scriptor expresserit. Nam Card. Cajetanus satis obscurè hac de re loquitur; nec tanti momenti sunt quæ in contrarium afferuntur. Nam 1. puniri posse à Republica, non facit civem. 2. Posse validè liciteque absolvere in articulo mortis, juxta multos Theologos, est ex jure Divino cuivis Sacerdoti in consecratione concessum; juxta alios, cur non possit Ecclesia pro tanta necessitate concedere jurisdictionem extraneo? 3. Papam, si in notoriam hæresim incideret, ipso facto, ipsoque jure Divino, etiam ante declaratoriam Ecclesiæ sententiam, excidere sua potestate, multò probabilius & communius docetur. Vide Tannerum num. 5. 4. Hæreticos manifestos, in sensu composito, certum est non posse salvari: in sensu diviso autem posse eos salvari quid mirum, cùm contritio labem hæreseos abstergat? IV. Occultos hæreticos simpliciter in Ecclesia admittit Cardin. Bellarm. & alii: simpliciter indè excludit Card. Turrecremata & alii apud Tannerum, utrique sanè ratione probabili. Fortè tamen haud ineptè conciliabuntur, si dixerimus: In foro externo, & in ordine ad alios, esse eos simpliciter in Ecclesia; in ordine ad se, & in foro conscientiæ esse simpliciter extra Ecclesiam, ut indicat P. Arriaga num. 13. Et per hæc evanescit chaos illud antilogiarum à Gerhardo adversus Bellarm. excitatum. Nusquam sanè hoc genus hominum est magis in disputando strenuum, quàm cùm Logomachia ventilatur. Ipse Amesius Th. 6. ait, hæc quæ de non baptizatis, hæreticis, schismaticis &c. diximus: *non propriè spectare ad quæstionem*. Interim addit immanem errorem, scilicet *De infantibus fidelium nondum baptizatis adeò manifestè falsum esse quod affirmatur, ut nisi tales essent habendi pro membris Ecclesiæ, non deberent baptizari*. Sed hic error perniciosissimus excutietur ex instituto Tom. 3. lib. 2. Vix tolerabilius est quod ait de Schismaticis: *Eos posse esse de Ecclesia illa, à qua seipsos non separàrint*. Quasi verò non esset nisi una Ecclesia, à cujus unico membro quisquis se separat, non etiam eo ipso separatus sit à tota Ecclesia. Deinceps Th. 7. 8. 9. videtur reipsa consentire nobis, concedendo, reprobos, & peccatores manifestos, esse aliquo modo partem Ecclesiæ, secundùm extrinsecam rationem Ecclesiæ. Ut quid ergo tricatur, cùm Ecclesia sit similis corpori vivo, cujus partes nonnullæ magis, nonnullæ minus participant vitam, aliquæ etiam prorsus non, uti (juxta multos) sanguis, humores, ungues, &c. Tam ergo Amesius facit absurdè, acsi quis totum hominem diceret esse spiritualem & invisibilem, quia scilicet interni actus, uti & ipsa anima, à qua prodeunt, sint invisibiles; ut pluribus dicetur infrà. Denique Amesius Th. ult. proponit Quæstionem: *An magnifica illa prædicata, quæ in Scripturis de Ecclesia dicuntur, nempè quòd sit* redempta à Christo, acta à Spiritu S., particeps omnium benedictionum spiritualium, ita ut portæ inferorum non sint adversus eam prævalituræ &c. *An inquam hæc propriè & plenè conveniant toti multitudini Christianam fidem profitenti, & Pontifici Rom. subjectæ? vel an solis fidelibus? Vel an conveniant Ecclesiæ militanti, secundùm essentialem ejus naturam, quæ propria est verorum fidelium? an verò secundùm externum illum existendi modum, quo includi fatetur Bellarm. reprobos, impios, & scelestos? Hujus*, inquit, *quæstionis veritas est adeò clara, ut Bellarm. non potuerit eam cum ulla specie tractare*. Verùm rectiùs dixisset Amesius: Hujus jactationis vanitas est adeò manifesta, ut à quovis facilè deprehendi queat. Nam nullam dari essentialem rationem Ecclesiæ militantis præter ordinem unionis in eadem professione fidei & Sacramentorum usu, subjectionisque sub eodem Capite, jam dixi in respons. ad 4. Thesim. Ad alterum autem Resp. prædicata illa magnifica convenire toti cœtui denominativè, etsi omnia & singula formaliter & inhæsivè non competant nisi membris præcipuis: Sicut verè & propriè dicitur exercitus victoriosus, fortis &c. etsi multa millia in eo censeantur lixarum, calonum &c. Et regnum propriè dicitur florentissimum, opulentissimum &c. etsi complures è plebe egestate premantur.

Ad CAPUT XII.

Ecclesiam Christi in terris militantem (de qua sola hic agitur) esse visibilem omnibus Catholicis, est exploratissima fidei veritas, facileque demonstratur. I. Quia vera Christi Ecclesia est multitudo gentium in Christo benedicendarum, Gen. 12. vers. 3. & spirituale semen Abrahæ Gal. 3. vers. 7. 9. 29. De hoc autem semine dicitur. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris*, Gen. 22. vers. 17. Et dilataberis ad Orientem & occidentem, & meridiem & Septentrionem. Porrò hæc dilatatio fieri debet per sensibilem prædicationem nominis Christi. Luc. 24. vers. 47. Rom. 10. vers. 15. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Ergo Ecclesia Christi necessariò est visibilis. II. Vera Christi Ecclesia est domus Dei Jacob, ad quam omnes gentes fluent. Hæc autem domus ab eodem Isaia cap. 2. vers. 2. & 3. & Michæa cap. 4. vers. 1. dicitur: *Mons præparatus in vertice montium, &c. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini &c.* Quomodo autem fiet iste concursus tantus, si mons & civitas ista sit invisibilis? Item Isai. 61. vers. 9. *Omnes qui viderint eos, cognoscent illos; quia isti sunt semen cui benedixit Dominus*. Sed hoc nequit fieri, nisi per prædicationem fidei. Quomodo enim credent ei, quem non audierunt, & quomodo audient sine prædicante? Ergo. III. Vera Christi Ecclesia est illa, quæ passim prædicatur in Sacris literis; hæc verò non est nisi visibilis: quia tribuitur ei officium docendi, Sacramenta ministrandi, pascendi & arguendi &c. At constat, hæc esse sensibilia & sensibiliter fieri debere. Quis enim audiat hominem Pastorem invisibilem? IV. Obligamur omnes sub pœna æternæ damnationis, nos veræ Ecclesiæ adjungere, & sub ejus Magisterio perseverare: Ergo Ecclesia necessariò est visibilis; quomodo enim aliàs illam inveniremus? Antecedentis veritas tam est explorata, ut ipse Calvinus lib. 4. cap. 5. hæc asserat. 1. Deum velle, ut in sinu Ecclesiæ aggregentur omnes salvandi, ita ut extra Ecclesiam nulla sit salus. 2. Ecclesiæ operam salvandis tam esse necessariam, quàm est cura matris infanti. 3. Hanc curam circa quemlibet durare usque ad ejus mortem. 4. Proinde necessariam omnibus salvandis ejus notitiam. 5. Non alium esse ad vitam ingressum nisi per Ecclesiam. 6. Nec remissionem peccatorum haberi extra eam. 7. Discessum ab ea semper afferre exitium. 8. Verbum Dei ab ore Ecclesiæ, & ab ore seminis illius numquam recessurum. 9. Meritò perire omnes quicumque Ecclesiam respuunt. 10. Et hæc omnia

Eccle-

Ecclesiæ visibili convenire. Quæ doctrina sana, Catholica & verissima est, sed Lutheranis & Calvinistis planè adversa. Quomodo enim hæc cohærent cum eo, quod idem Calvinus eodem lib. cap. 1. §. dixerat: *Nobis invisibilem, solius Dei oculis conspicuam credere Ecclesiam necesse est*. Et §. 3. *Ad amplexandam eo modo Ecclesiæ unitatem nihil opus est Ecclesiam ipsam oculis cernere, aut manibus palpare, &c.* V. Denique ad hominem: Lutherani & Calvinistæ communiter essentiam & notas Ecclesiæ non alias admittunt, quàm puram Verbi prædicationem, & legitimam Sacramentorum administrationem: atqui hæc utraque est essentialiter sensibilis: Ergo & Ecclesia ipsa est essentialiter, & non tantùm secundum formam externam & accidentariam visibilis. Sed jam demum videamus, quid Amesius de hac visibilitate Ecclesiæ sentiat? *Nos*, inquit Amesius, *fatemur, Ecclesiam militantem, quamvis quoad essentialem suam formam, & tota simul sit invisibilis; visibilem tamen esse quoad formam accidentalem & externam, in suis partibus, & sigillatim & conjunctim in cœtibus Ecclesiasticis à Christo institutis. Bellarminus itidem quamvis acriter contendat Ecclesiam esse visibilem, tandem cap. 15. concedit, eam quoad suam formam essentialem esse invisibilem.* Videmus, inquit, hunc cœtum hominum, qui est Ecclesia; sed quòd ipse cœtus sit ipsa vera Christi Ecclesia, non videmus, sed credimus. Res illa seu incomplexum illud de quo prædicatur Ecclesiæ ratio ac definitio, visibile quiddam est: At complexum prædicati cum subjecto (*hic cœtus est Ecclesia vera*,) sola fide tenetur. *Nulla igitur controversia restat de ipsa natura Ecclesiæ vera, utrum sit visibilis necne*. Resp. Amesius verba dat, cùm ait: *nullam controversiam restare, an natura Ecclesiæ vera sit visibilis*. Nam 1. quæro: Estne homo essentialiter visibilis, an verò accidentaliter tantùm quoad accidentarium quendam existendi modum? Si dicas prius, idem necesse est fatearis de Ecclesia vera; utrumque certè est essentialiter corporeum. Si dicas posterius, manifestè absurdum admittis de homine, qui solùm per accidens potest fieri invisibilis & insensibilis, miraculosa scilicet DEI virtute; quod ipsum tamen negat fieri posse hæresis Sacramentaria. Idem autem prorsus est de Ecclesia militante, quæ & constat essentialiter hominibus visibilibus, & exigit unionem in externa professione fidei, Sacramentorum usu, itemque gubernationem per caput visibile; quæ omnia essentialiter involvunt visibilitatem. 2. Amesius affingit Bellarmino (vel malè intellecto, vel fraudulenter detorto,) quòd formam Ecclesiæ essentialem ponat invisibilem. Non ita est, cum nec verbo nec reipsa ullam faciat ejus formæ mentionem, sed solùm dicat, quidnam videamus, quidque credamus de Ecclesia. Hæc enim conclusio (*Hic cœtus est vera Christi Ecclesia*,) fide creditur, infertúrque ex his duobus principiis. 1. Ille cœtus qui habet hanc fidei professionem, Sacramentorum usum, subest regimini unius Pastoris, est vera Christi Ecclesia. 2. Hic cœtus habet eam fidei professionem, Sacramentorúmque usum, & est sub unius Pastoris regimine. Prius principium sola fide certè asseritur. Posterius ex omni parte in sensus incurrit, ita ut nec adversarii id negare valeant. Hinc vero infertur Conclusio non evidens sensu perceptibilis, sed solùm fide tenenda. 3. Deceptio Amesii inde oritur, quod formam essentialem Ecclesiæ fingat esse illam ipsam, quam unumquodque membrum Ecclesiæ debet habere, ad hoc ut censeatur pars ejus congregationis. Hoc verò dici nequit. Nam Ecclesia, uti omnis ordinata congregatio, essentialiter est quid relativum: ergo ejus forma non est absoluta, sed respectiva, nimirum unio illa in ejusdem fidei professione, Sacramento-

rumque usu sub uno visibili Capite. [...]
nio fundatur in singulis subjectis eand[...]
cramenta, & Rectorem profitentibus [...]
dissipantur etiam cæteræ nebulæ calun[...]
melis fœtæ, quas subjungit Amesius, [...]
tate supervacaneum foret. Sed jam a[...]
paulisper digrediendum.

Pleraque hic communia habet cum [...]
nulla tamen singularia.

Th. 69. ex eo quod Bellarm. dixit [...]
Brentium & Calvinum, sed etiam ali[...]
cos fingere duas Ecclesias, hoc est ([...]
Ecclesiam visibilem & invisibilem) infer[...]
Ergo quorundam Catholicorum suffragium [...]
Quæstione largitur. Respond. Omnino [...]
tium societatem; cum hoc tamen disc[...]
Catholici sine pertinacia inconsideratè [...]
pulum impegerint, Lutherani verò p[...]
rem tueantur, qui monstratur eviden[...]
articulo Symboli, unam tantùm vera[...]
Ecclesiam agnoscenti, uti & Amesius [...]
visse.

Th. 70. sic argutatur: *Juxta Bellarm*[...]
sunt de anima Ecclesiæ, licèt non sin[...]
Atqui ille modus existendi in Ecclesia, qu[...]
tum, videri nequit: Ergo Ecclesia respect[...]
anima tantùm sunt in Ecclesia, est invisib[...]
cavillus excussus est suprà, ubi de C[...]
Excommunicatis.

Th. 71. *Militans Ecclesia, qua talis e*[...]
sibilis. Dicitur enim talis ob militiam qu[...]
hæc est spiritualis & invisibilis, hostes [...]
arma sunt invisibilia, agonotheta est invi[...]
Hic Gerhardi aries vitreus similis est [...]
ratiocinans, qua talis est invisibilis: [...]
talis ob actus rationales quos exerce[...]
spirituales & invisibiles: objecta ejus [...]
instrumenta & regulæ, (præsertim ulti[...]
scilicet DEUS,) sunt spirituales & in[...]
homo est invisibilis. Quod certè non [...]
mo enim quà homo non est invisibil[...]
nim, utpotè malignantis naturæ, n[...]
subjecto. Homo autem quà homo di[...]
tionale, quod sine dubio essentialite[...]
terum, ita & visibile est, quia essenti[...]
tentiam discurrendi, & hæc est à sen[...]
sata. Similiter ergo militia Christiano[...]
ritualis, exercetur tamen etiam sine [...]
re; hostes enim habet visibiles, mund[...]
arma quoque habet visibilia, ut Sacr[...]
pera bona externa; Agonothetam e[...]
Humanitatem suam visibilem Christu[...]

Thes. 72. sic arguit: *Omnis qui ac*[...]
membrum Ecclesiæ: Injustè excommunicatus
si in isto statu moriatur: Ergo est membru[...]
visibilis, quia ab ea per excommunicatio[...]
Ergo datur Ecclesia invisibilis, cujus est [...]
brum, etiamsi à visibili separetur. Respo[...]
communicatus secundùm præsumption[...]
terno censetur extra Ecclesiam; in [...]
à parte rei est in Ecclesia.

Th. 77. *Juxta Bellarminum* præcipuu[...]
siæ est spiritualis & internus. *Ergo ex*
dicari nequit, quisnam propriè sit Ecclesi[...]
ejus membrum. Respondeo, Simile est [...]
tum: Præcipui actus hominis sunt i[...]
nales: Ergo judicari nequit ex act[...]
quis sit homo. Σοφῶς!

Ad CAPUT XIII.

Discutienda hìc sententia Amesii de defectibilitate Ecclesiæ. *Quæstio hæc*, inquit, *mera calumnia nititur. Nos enim non dicimus, Ecclesiam visibilem interdum ita errare in fide & moribus, ut penitus deficiat; quam sententiam nobis affingit Bellarm. Sed dicimus: 1. Hanc aut illam visibilem Ecclesiam (etiam Romanam) posse penitus deficere. 2. Ecclesiam totam militantem, aliquando ita obscurari, ut comparativè dici possit invisibilis, quia nulla est conspicua, mundo patens, & publicè celebris Ecclesia particularis, uno tempore, quales alio tempore sunt multæ. 3. Ecclesiam aliquando visibilem esse non tantùm cum defectibus multis in doctrina, disciplina, Sacramentis, & administrandi ratione, sed etiam cum variis impuris mixturis: ita ut Ecclesia sit visibilis, cùm tamen Ecclesia talis, qualem in omnibus sequi tuto possimus, sit invisibilis. 4. Hanc autem communem defectionem vix unquam contingere docemus, præterquam regnante Antichristo. Sed & Bellarm. ipse cum aliis Pontificiis ejusmodi statum Ecclesiæ futurum docet sub Antichristi regno lib. 3. cap. 7. Ita ut nulla restet quæstio de Ecclesiæ militantis visibilis defectibilitate, sed de Antichristo tantùm ejusque regno, de quo alibi.* Ita hactenus tortuosus hic coluber versat se in omnem partem: sed non elabitur. Nam (ut dissimulem, quod de Romana particulari Ecclesia falsò dixit,) quid est, *obscurari planè & deficere visibilem Ecclesiam*, nisi, nullam esse conspicuam mundoque patentem ejus partem? At hoc fatetur Amesius contingere tempore Antichristi: Ergo tunc non tantùm comparativè, sed absolutè Ecclesia est invisibilis, aut potiùs nulla. Vera enim Christi Ecclesia *in sole posita est, neminem latet, signum hoc habet, quòd abscondi non possit: exstat cunctis clara atque perspicua civitas &c.* ut his similibusque verbis sæpiùs inculcat S. August. contra Donat. 2. Si Ecclesiam, quam tutò sequi in omnibus, ad fidem pertinentibus possumus, est invisibilis: Ergo vera Ecclesia est invisibilis; fallax enim non est vera Ecclesia. Ergo Amesius iniquè de calumnia queritur, quòd dicatur facere veram Ecclesiam invisibilem. 3. Idem apertè repugnat 10. assertionibus Calvini suprà relatis, præsertim 8. & 9. eademque absurditas magis infrà patebit. 4. Perversè Bellarminum in patrocinium sui erroris pertrahere conatur. Ecclesia enim visibilis nullatenus deficiet aut obscurabitur tempore Antichristi, licèt exterminetur publicum fidei Catholicæ exercitium; imò erunt tunc fortissimi Martyres, qui se Antichristo opponent, eruntque adhærentes Rom. Pontifici, etiam Urbe combusta. His itaque paradoxis Amesii incohærentibus explosis,

Probatur absolutè Veritas Catholica 1. ex illo Matth. 16. vers. 18. *Super hanc petram &c. portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Matth. ult. vers. 20. *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Quæ verba certè dicta sunt visibili Ecclesiæ, Apostolis scilicet, & qui eis adhærebant; qui cùm non essent in propria persona usque ad consummationem sæculi permansuri, necessariò ea verba etiam pertinent ad eorum Successores Ephes. 4. vers. 11. & seqq. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam Doctores & Pastores ad consummationem sanctorum - - - donec occurramus omnes in unitatem fidei - - - ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ &c.* Caput Isai. 61. de Ecclesia Novi Test. intelligendum esse, Christus ipse testatur Luc. 4. v. 18. Ibi autem dicitur: *Fœdus perpetuum feriam eis, & scient in gentibus semen eorum - - Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.* Confirmatur idem ratione, quia si remaneret aliquando in mundo sola Ecclesia invisibilis, esset tunc impossibilis salus eorum, qui sunt extra Ecclesiam: non enim salvantur, nisi qui Ecclesiam ingrediuntur; quomodo autem ingredientur nisi eis innotescat? quomodo verò innotescet, si est invisibilis? Rursus, quia vel illi occulti invisibilem & obscuratam Ecclesiam conflantes, profitentur palam suam fidem: & sic Ecclesia non est invisibilis; vel non profitentur, & sic non sunt vera Ecclesia. Ergo chimæra est Ecclesia hominum in terris carens forma aliqua sensibili. Sed jam veniamus ad Gerhardum. Gerhardus hìc oppidò jejunus est. Disp. XII. Th. 2. perquam ineptè argumentatur à defectibilitate Synagogæ Judaicæ ad defectibilitatem Ecclesiæ Christianæ: quod argumentum si quidquam valeret, tolleret etiam invisibilem illum Clanculariorum cœtum, quem Lutherani & Calvinistæ communiter fingunt.

Thes. 3. & 4. persuasum vult, quasi hoc tantùm sentiant Lutherani: *non posse incidere tempus, quo nulli supersint fideles vel pauci; sed hoc dicimus*, inquit, *persecutionibus vel hæresibus invalescentibus, verè fideles ad eam paucitatem redigi posse, ut non constituant illustrem aliquem cœtum &c.* At hoc est tergiversari, & errorem suum palliare sub ambiguitate cœtus illustris: Non agitur hic de exercitio publico omnibus permisso & conspicuo in mundo, sed de professione fidei Catholicæ, usu Sacramentorum, regimine Pastorum, an hæc unquam cessare queant ante consummationem sæculi, vel an eò usque duratura sint? Nos cum Christo & Apostolis duratura asserimus; Lutherani nesciunt quid dicant. Reliqua Gerhardina tam insulsa sunt, ut pigeat iis vel referendis vel refellendis immorari. Uberius hanc materiam tractavit Gerhardi successor in cathedra Jenensi D. Musæus, cujus novum & planè singularem errorem hac in re discussi in Parallel. quæst. 11. ubi tandem §. 7. ostendi, errorem M. Anton. de Dominis, quo in Ecclesiam Catholicam visibilem (*ex præsumptione seu vocatione ipsi appellant*,) admittit nedum omnes Ecclesias Pontifici Romano addictas, sed etiam Græcas, in quibus errores Nestorii, Eutychetis &c. exulant; item Lutheranas & Calvinisticas. Qui error absurdus est: 1. Quia Ecclesiam propriè dictam facit cœtum omnino invisibilem ex solis adulatoribus & simulatoribus conflatum. 2. Quia in præsumptiva Ecclesia exæquat Schismaticos & hæreticos Catholicis. 3. Quia omnes in fundamento fidei convenire asserit. Alter error Lutheranorum & Calvinistarum communis, absurdior est. Quia 1. Ecclesiam propriè dictam facit omnino invisibilem, in quo convenit cum priori. 2. Conflat hanc ex membris planè chimæricis, adeoque facit cœtum Utopicum in antro Caci latitantem. 3. Ecclesiam Catholicam *ex convocatione*, ut ipsi loquuntur, spectatam constituunt in omnibus cœtibus, ubi servatur Scriptura & baptismus quoad substantiam; qui error est priore tantò absurdior, quantò plures includit hæreticorum Synagogas. 4. Dicunt, chimæricos illos & Utopicos sanctos latuisse ultra 1000. annos sub Papatu; & licèt hoc semen sanctum, DEI gratia collustratum noverit separare vile à pretioso, verum à falso, Antichristianum à Christiano; tamen absque peccato cum Papistis in externa fidei professione, Sacramentorum usu &c. communicasse: quæ grandis & palmaris absurditas est. Tertiò autem cùm Musæus omnes prædictas 4. absurditates suas faciat, ac insuper hanc specialem addat: Quòd cùm cæteri Lutherani (satis consequenter ad suos errores jam relatos) Ecclesiam Catholicam synecdochicè acceptam pro omnibus cœtibus ubi servatur baptismus & Biblia, dicant esse visibilem Notam per lectionem Scripturæ & baptismi collationem; Musæus tamen cùm unus & solus (planè inconsequenter) suam illam modernam faciat partim visibilem & conspicuam, partim invisibilem & obscuram, absurditate cæteris omnibus palmam præripuisse dicendus est. Ita miseri relicta semel liquidissi-

ma

ma & simplicissima veritate articuli de una vera propriè dicta Ecclesia Catholica, ab una absurditate labuntur in alias, quas in illis Parallelis fusius explosas videre licebit.

Ad CAPUT XIV.

AD quæstionem: An Ecclesia possit errare, Amesius cum suis respondet: *Nos distinguendo statuimus, Ecclesiam (si hoc nomine intelligatur universitas fidelium,) non posse errare in iis, quæ necessaria sunt ad salutem: in aliis posse. Si autem hoc nomine intelligatur universitas Episcoporum talium, quales apud Pontificios constituunt Ecclesiam repræsentativam, eos absolutè dicimus posse errare. Bellarm. ex adverso statuit*: Ecclesiam absolutè non posse errare, nec in rebus absolutè necessariis, nec in aliis quæ credenda vel facienda nobis proponit; sive per Ecclesiam intelligatur universitas fidelium, sive universitas Episcoporum. *Ubi satis absurde credenda & facienda proponi docet ab universitate fidelium, prout distinguitur ab universitate Episcoporum; quasi omnes & singuli fideles essent judices decernentes, quæ sint credenda & quæ sint facienda*. Ita Amesius perspicuè sycophantatur, affingens Bellarmino, quod nec expressè, nec implicitè asserit, imò cui planè (alibi saltem) oppositum statuit. Verba Bellarmini juvat hìc fideliter recitare? (Nostra sententia est, Ecclesiam absolutè non posse errare, nec in rebus absolutè necessariis, nec in aliis, quæ credenda, vel facienda nobis proponit. Et cùm dicimus, Ecclesiam non posse errare, id intelligimus tam de universitate fidelium, quam de universitate Episcoporum; ità ut sensus sit ejus propositionis, Ecclesia non potest errare, idest, quod tenent omnes fideles tamquam de fide, necessariò est verum & de fide; & similiter id quod docent omnes Episcopi tamquam ad fidem pertinens, necessariò est verum, & de fide.) Ità Bellarminus: quem more suo Amesius egregiè, hoc est, sycophanticè *enervat* hac sua impostura. Sed haud obiter notandum hìc est & illud, quòd Amesius pro suo illo dogmate hæretico ὐδὲ γρῦ producat, quod vel speciem habeat alicujus argumenti. Solùm ergo conatur eludere fundamenta quinque vel sex à Bellarmino producta, sed in vanum conatur, ut videbimus. Gerhardus verò nihil hìc habet, unde antilogias ex Bellarmino nectat, quod sanè mirum est. Unde jam argumenta Bellarmini, quæ pro omnimoda Ecclesiæ immunitate à quibuscumque erroribus in fide, affert, vindicare lubet.

I. Arg. Bellarm. Ecclesia DEI est columna & firmamentum veritatis 1. Timoth. 3. vers. 15. Ubi Apostolus significare vult, veritatem fidei, quoad nos, niti authoritate Ecclesiæ; & verum esse quidquid Ecclesia probat, falsum quidquid illa improbat. Amesius 1. *Per Ecclesiam hoc in loco non intelligitur propriè universitas vel fidelium vel Episcoporum; sed talis Ecclesia particularis, qualis fuit Ephesina, in qua Timotheus tunc versabatur. Talem autem Ecclesiam posse deficere, experientia constat*. Resp. Amesius, quod dicit, probare debuisset. Nos autem facilè probamus oppositum: quia licèt Timotheus fuerit in Ecclesia particulari, fuit tamen simul in universali, quia fuit in aliqua parte Ecclesiæ universalis, sicut qui in cubiculo ambulat, etiam in domo ambulat. Amesius 2. *Non dicitur columna, quòd Ecclesia firmet & sustineat veritatem*. (Ait Contarenus) *sed quoniam firmatur & sustentatur à veritate*. Respond. Plus hinc non efficitur, quàm Ecclesiam non esse primam veritatem, adeoque primariam columnam, quæ tantùm sustentat & non sustentatur, qualis Deus tantùm est; Est tamen secundarium fundamentum & columna, quæ quidem sustentatur à Deo, sustinet tamen & firmat in veritate singulos fideles. Dicitur ergo columna & firmamentum verita-

tis tum activè, tum passivè, modo exp
sius 3. *Sed hinc non sequitur, nullum erro*
riri. Veritas enim potest illam columnam sus
illa columna portari, quæ errorem aliquem
Resp. Nuda antithesis ὐδὲ γρῦ probat,
enervat nostrum argumentum. Et certè
hæc assertio Amesii. Pari enim ratione
bet secta Hebræorum, Turcarum, Hæ
iam dici columna & firmamentum ve
cum plurimis perniciosis mendaciis ali
omnes illæ sectæ tradunt. Nec ipse P
diabolus suas deceptiones sine aliquo t
veritatum hominibus miseris instillat &
quidem in hoc Amesiano sensu facilè
Matthiæ Nettheno, eum in elogio, qu
Amesio, verè illum pronuntiasse *Colum*
mentum veritatis. Amesius 4. *Veritas hæc*
clesiæ tamquam columna, quandiu ibi veri
professio conservatur. Nec evadit Bellarm.
modo officinæ librariorum & arcæ cust
tem; & si de custodia ageretur, meliùs
columnæ Paulus comparasset Ecclesiam
dunt illa quidem ut instrumenta libros ver
custodiunt veritatem, ut propria ejus subje
dunt professionem veritatis, ut ejus testes.
non conveniunt præterquam Ecclesiæ soli, P
Resp. Hoc est graviter ineptire, & fu
mento verba multiplicare. Quale enim
clesiæ hoc est, quòd sit columna & fir
ritatis, si conditionatum tantùm sit? N
mendacissimo Satanæ convenit hoc mo
est similis hæc nugatio, illi Cingarorum
Si diu vixeris, senesces. Apage nugas!
duas Amesii evasiones planè etiam futil
rum Lutheranorum & Calvinistarum
tit P. Forerus in 1. part. Quæstionis vex

II. Arg. Bellarm. Ecclesia gubernat
tamquam à Sponso suo, & à Spiritu S.
anima; Ergo si Ecclesia in dogmatibus
rum erraret; Christo & Spiritui S. err
Christus tenetur omnem errorem remo
sia, ex quo magnum oritur malum:
omnis error circa fidem. Amesius 1. *E*
tur à Christo, ne erret ad mortem, non n
Gubernatio autem Christi non debet extend
nem. Resp. Sit ita. At jam subsumo: fe
quo quis Deum voluntariè reddit mend
ror ad mortem: Ergo tenetur Christus
arcere ab Ecclesia. Subsumptum proba
certum Dei verbum prædicare, quod n
negare esse Dei Verbum, quod reipsa
cum asseveratione reflexa super infallibi
utique est mendacium perniciosum, De
liosum, quis hoc neget? At hoc ipsum
sia, quoties falsum articulum fide Divi
proponeret, licèt non ut absolutè ad fa
tium. Diceret enim Deum falsum revel
quantæ temeritatis & impietatis est, n
sed tamquam ex Divino oraculo prod
imagines phantasmatum suorum? Nec
phantasmatum sceleratus idololatra id
jam dictis etiam evanescunt aliæ tres e
sii eodem spectantes. Ad illud quod n
ratiuncula valeret quidquam, sequeretur in
lem posse errare. Omnes enim fideles guber
& à Spiritu S. Resp. Nego Sequel. quæ
à sensu composito ad divisum. Ratio
missio Dei de assistentia infallibili non
riam connexionem ex lege Dei cum si
sicut cum tota Ecclesia, (nisi specia
ut in Apostolis factum, intervenerit.
publica habet jus gladii, non tamen si

III. Argum. Bellarm. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus Matth. 18. v. 17. Amesius 1. *Per Ecclesiam hoc in loco intellexit antea Bellarmin. lib. 2. cap. 15. Concilium generale. Postea cap. 19. Episcopum vel cœtum cum Episcopo, vel denique Papam. Hic jam intelligi vult universitatem vel fidelium, vel Episcoporum. Cùm tamen certum sit, nihil horum intelligi propriè, sed illam Ecclesiam, cujus frater offendens est membrum, ad quam ex instituto Christi debeat deferri. 2. Audire, non est credere Ecclesiæ in omnibus, sed auscultare increpationi aut admonitioni de peccato, ex Verbo Dei deprompta.* Respondeo, Etsi hæc omnia liberaliter demus Amesio, quæ veritas negat, adhuc tamen evincimus indè intentum. Hinc enim efficaciter à minori ad majus ita arguimus: Si Ecclesia particularis in causa politica & particulari sub pœna excommunicationis audienda est; quantò magis Ecclesia Universalis in controversia fidei ac morum gravissima, quæ ipsum Deum, & universum fidelium cœtum offendit?

IV. Argum. Ecclesia est sancta quoad professionem dogmatum: Ergo nihil hæc continet nisi sanctum. Amesius 1. *Hac ratione sequeretur, hunc vel illum singularem fidelem, qui sanctam habet professionem, non posse errare:* Respond. Hoc sequeretur tottè juxta Logicam quodlibeticam. Quæ enim connexio inter publicam & privatam fidei professionem? Toti Ecclesiæ Universitati, itemque ejus Capiti, non singulis fidelibus Christus promisit immunitatem ab errore. Amesius 2. *Professio fidelium singularium & Ecclesiæ, nihil ex primaria sua intentione continet nisi sanctum: sed ex errore & infirmitate aliquid non sanctum potest admixtum habere.* Respond. Amesius more suo, antithesin pro solutione repetit, & quidem sine ulla umbra probationis.

V. Argum. Si esset vera Calvini sententia: Tum maxima pars dogmatum posset in dubium vocari. Nam credere ullas Divinas Scripturas, non est omnino necessarium ad salutem: Ergo posset aliquis, juxta Calvinum has negare, aut de earum authoritate dubitare sine ulla noxa. At hoc est absurdissimum: & nec ipse Calvinus permitteret dubitari de Scripturis: Ergo falsum est, solùm in rebus necessariis ad salutem, Ecclesiam non posse errare. Amesius. *Verè hoc dicitur de iis, quorum fides pendet ab Ecclesiæ authoritate: sed non de iis, qui per Spiritum gratiæ radicantur in fide sua, per, & propter authoritatem DEI.* Nota, Amesius more suo enervavit hic Bellarminum, detruncando encæmiter argumentum, ejusque probationem. Certè ad rem nihil facit sycophanticus iste cavillus jam sæpè excussus. Nos enim Catholici credimus per & propter authoritatem Dei nobis per Os suum ordinarium, Ecclesiam scilicet, loquentis: Econtrà Lutherani & Calvinistæ sibi persuadent, sua somnia esse Verbum Dei sibi immediatè dictum. Aut si hoc non, unde ergo hauserunt? A seipsis? hoc equidem negant. An ab aliis? Hi verò si sunt fallibiles, quomodo tutò illis credunt? Si infallibiles, cur potiùs hi, quàm Ecclesia Catholica? Ultimum argumentum est ex Patribus, qui omnes ad Ecclesiam provocant in Quæstionibus fidei quibuscumque, quod nullo modo facerent, si Ecclesiam falli posse existimarent. Amesius: *Nos loco multarum demonstrationum unam instantiam dabimus manifesti erroris Ecclesiæ.* Augustini & Innocentii I. sententia, sexcentos circiter annos viguit in Ecclesia, Eucharistiam etiam infantibus esse necessariam. *Verba sunt Maldonati Jesuitæ in Joan. 6. quæ explicari possunt ex Augustino de peccatorum merit. & remiss. lib. 1. cap. 24.* Christi Ecclesiæ institutum tenet, non posse quemquam hominem absque Dominicæ mensæ participatione ad vitam æternam pervenire. *Quod nominatim de infantibus affirmat, ex consensu Innocentii P. lib. 1. contra Julianum cap. 2. & lib. 3. cap. 11. contra 2. Epist. Pelag. lib. 2. cap. 4. Jam verò contraria sententia in Ecclesia viget; & Concilium Trident. anathema denuntiavit sententiæ priori, atque adeò Innocentio Papæ & Augustino cum Ecclesia tota illius ætatis. Sess. 21. canon. 4.* Si quis dixerit, parvulis antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem, anathema sit. *Vel certè Papam cum Ecclesia, vel Concilium cum Papa graviter errasse necesse est.* Respond. 1. κατ' ἄνθρωπον: Si falsa est definitio Concil. Trident., cur Lutherani & Calvinistæ illam sequuntur? Si vera: & simul etiam verum, quòd sex primis sæculis creditum sit, Eucharistiam esse infantibus ad salutem necessarium; Ecclesia sex primorum sæculorum perniciosè erravit circa medium ad salutem in re ipsa necessarium; quod non potest cadere in veram DEI Ecclesiam, ut videtur etiam Amesius suprà agnovisse. Respond. 2. absolutè, SS. Innocentio & Augustino falsò attribui eam doctrinam: ut cum P. Gretsero dudum contra Calixtum ostendi 2. part. Irenici cap. 7. in S. Innocentio. Neque enim Sancti illi de communione reali SS. Eucharistiæ, sed tantùm de spirituali per baptismum loquuntur. Falsum etiam est creditam esse in Ecclesia olim eam Communionis necessitatem; ut ostendit contra recentiorum Græcorum Schismaticorum errorem Petrus Arcudius lib. 3. cap. 40. & seq. Lapsos autem in hoc fuisse nonnullos Catholicos, & in his Maldonatum, jam dudum monuit Gretserus Tom. 2. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 10. Mirum est, cavillationem hanc à Witackero primùm propositam, à Gretsero discussam, toties interim à Petro Molinæo, Amesio, Calixto, Crocio (& quo non?) repetitam, rursus, ut putidissimam crambem recoqui, nec quidquam ad solidam Gretseri solutionem infringendam adferri. Quamquam ne Maldonatus quidem pronuntiavit, viguisse illam sententiam in tota Ecclesia, & ab omnibus receptam fuisse, sed loquitur indefinitè; etsi nec in hoc veritatem eum attigisse fateamur.

VINDICIÆ
Pro Libro Quarto de Notis Ecclesiæ.
Ad CAPUT I.

TRactationem de Notis Ecclesiæ Bellarminus hoc cap. ait esse utilissimam. Amesius multa & mira opponit. 1. inquit: *Nullum omnino eam usum habere, si verum sit quod Bellarm. affirmat lib. 3. cap. 2.* Ecclesiam esse cœtum hominum ita visibilem & palpabilem, ut est cœtus populi Romani, aut Regnum Galliæ, vel Respubl. Venetorum. *Supervacaneum enim esset & planè ridiculum, sollicitè disputare de notis Regni Galliæ aut Reipublicæ Venetorum.* Resp. Hæc cavillatio jam suprà tractando de visibilitate Ecclesiæ explosa est: ubi priùs illud principium (nempè, cœtus qui profitetur fidem Christi, Sacramentorumque usum habet sub regimine unius Pastoris visibilis, est vera Dei Ecclesia,) sola fide innotescit, & ante fidem susceptam nonnisi probabili persuasione tenetur. Quia verò evidenter nulli viatori innotescere potest veritas fidei & Sacramentorum Christianorum, adeoque Ecclesiæ essentia; necesse fuit nobis tradi Notas aliquas, ex quibus veluti proprietatibus exteriùs sese prodentibus discerenus, quisnam sit ille cœtus, cui competat illa definitio. Ideò utilissima est hæc tractatio. Sicut enim

in naturalibus essentiæ rerum nobis non innotescunt, nisi per aliquas proprietates sese exteriùs prodentes; ità multò magis essentiæ rerum supernaturalium. Amesius 2. Hæc tractatio ex sententia Bellarmini: *Nullum usum habere potest apud eos qui norunt, quænam sit Christiana fides, quæ Sacramenta, & quis Rom. Pontifex; quia ex istis definitionem Ecclesiæ, adeoque certam ejus notitiam habent, si modò Ecclesia sit (ut Bellarm. contendit)* Cœtus hominum ejusdem Christianæ fidei professione, eorundemque Sacramentorum communione colligatus, sub regimine legitimorum Pastorum, ac Præcipuè Rom. Pontificis. Respond. Utut hæ notæ nullum usum habeant in ordine ad suscipiendam fidem; Proderunt tamen certè in iis, qui jam susceperunt, ut in fide suscepta magis robotentur, & tantò fœliciùs eandem contra adversarios defendant, aliisque persuadere valeant. Amesius 3. *Nullum necessarium usum* (hæ notæ) *habent, ex nostra sententia, saltem quoad totam Ecclesiam militantem: quia cùm definimus Ecclesiam per veram fidem, neminem latere potest, externam aut visibilem notam illius Ecclesiæ, esse veram illius fidei externam professionem.* Resp. Testimonium hoc verum est. Quia enim Lutherani & Calvinistæ illud immediatè ut Verbum Dei suscipiunt, quod illis tale Spiritus privati judicio videtur, nulla veræ Ecclesiæ definitione & essentia, nullis proprietatibus & notis opus habent, ut infallibilem Veritatis Magistram Ecclesiam inveniant. Quæ sanè perversa cæcitas tantò miserabilior est, quòd se tam lynceos somnient, & Euclidea metaphysicaque evidentia convictos, ut sine ullo Doctore Ductoreque de Canone, editione, & vero sensu S. Scripturæ pronuntiare infallibiliter queant. Finit porrò Amesius deliria sua, illustri calumnia, cùm ait: *Non igitur magni momenti est Controversia ista de Notis, sed propter perversitatem Pontificiorum, qui omnia collocant in externis, videndum est &c.* Nempe Pontificii animalia, Amesius totus Spiritus est!

Ad CAPUT II.

UT Notæ sint sufficientes ad indicandam veram Christi Ecclesiam, Bellarminus hæc tria requirit. 1. Ut sint propriæ rei discernendæ, non communes. Si enim velim tibi designare certum hominem, quem numquam vidisti, ut mox atque eum videris, discernas ab aliis, non debeo dicere: Est quidam, qui habet duos oculos, duas manus &c. nam hæc sunt communia omnibus: Neque etiam debeo eum designare per notas, quæ licèt ei sint propriæ secundùm rem, tamen non sunt propriæ opinione aliorum, cùm multi illas sibi vendicare soleant: sic enim numquam ille, qui quæritur, inveniretur. Ita Bellarminus verissimè & clarissimè. Amesius tamen ait: *Malè & sophisticè infertur illud: de aliorum opinione; quia si ad opinionem hujus aut illius, exigenda essent rerum proprietates, tum nihil certi de iis haberemus.* Sed non advertit Amesius, aut certè fraudulenter dissimulat, non hic solicitos nos esse de qualibuscumque proprietatibus, sed de iis, quæ respectu quorumvis rem unam discernunt ab alia. Sed promptum est hariolari, cur tam patentem veritatem respuat, quia nempe olfacit, hinc facilè ac meritò repudiari illas consuetas Notas ab omnibus hodie Novatoribus assignari solitas. 2. Conditio est, ut sint notiores ea re, cujus sunt Notæ; alioqui enim non sunt Notæ, sed ignotæ. Etiam hic nodum in scirpo quærit Amesius dicens: *Ambiguè dicitur*: Notas esse notiores re notata: *quia huic aut illi omni, hoc aut illo modo, notitia distincta vel confusa, possent simul esse magis aut minùs notæ.* At numquid apud doctos æquè ac rudes in confesso est, omne signum debere esse notius signato, nimirum respectu cujus est signum. Tricas hic ab Amesio insinuatas, & à Musæo Lutherano, P. Suarezio objectas extricavi in Appendice Anti-

Musæi §. 5. & 7. 3. Conditio est, quòd ver
inseparabiles à vera Ecclesia. Et in hac acqu
sius Bellar. cujus proinde doctrina omnino i
bus observanda est; quamvis fortè aptiùs t
tæ cum aliis sic exponerentur, ut 1. sing
niant veræ Ecclesiæ. 2. Ut saltem simul s
veniant soli Ecclesiæ veræ, sintque ab ea in
Si enim simul sumptæ non convenirent soli
proprietates, sed accidentia communia, c
in rei notitiam ducunt. 3. Ut sint notiore
vera Ecclesia. Porrò jam evertendæ sunt l
theranis & Calvinistis communiter assigna

Nihil illis frequentius, quàm pro Not
cum Augustana Confessione art. 7. assign
Verbi prædicationem, & legitimam Sacrament
strationem. Quamquam exinde jam ingent
tes, & in quamcumque partem se vertant,
truncari sentiant. Docuit enim Augustar
conceptis verbis: *Oportere semper S. Christian*
manere, quæ est congregatio omnium fidelium
Evangelium purè prædicatur, & SS. Sacramenta
gelium ministrantur. Si hoc verum est: E
mille annos ante Lutherum habuit illa co
las duas Notas, vel non habuit? Si non:
est, eam fuisse veram Ecclesiam, quia *ve*
oportet semper manere & habere illas duas N
buit; vel ergo ostendant nobis aliud Mini
bi & Sacramentorum, quàm Pontifici
mille annos; Vel fateantur, hoc fuisse 8
ac legitimum. Hoc dilemma ineluctabilit
adversarios, & cogit, ut vel deserant
Confessionis Aug. verba (quæ etiam A
vult sequi) vel addicant nobis veram & p
siam. Quo stante superfluum reor hìc re
los tam Amesii quàm Gerhardi, quibu
demonstrationes eludere satagunt; omni
dem vertuntur in eo dilemmate, quod
queat, victoria manifestè nostra est; a
qua ratione probabili possit solvi, jam

Conatus est nuper post Hunnium & Ge
sæus assignare solutionem hanc, quod n
stana Confessio ejusque Apologia *consid*
non *simpliciter & absolutè ratione eorum*, q
quovis in statu ei conveniunt, sed in statu con
lis in se & sua natura est. At hoc directè &
satut Augustanæ Confessioni. Nam juxta
gatio fidelium, apud quos purè prædicat
& Sacramenta juxta Evangelium adminis
bet semper manere; quod autem debet se
abstrahit à statibus accidentalibus. Qualis
set ea definitio Ecclesiæ, quæ ei tantùn
pro certo aliquo statu accidentario? Viol
est hæc, non interpretatio, sed detorsio v
gustanæ Confessionis, ipsius verba & sen
evertens. Quid enim clarius his verbis?
propriè dicta, signa sua, scilicet puram & sa
prædicationem &c. Hinc igitur sic argume
non potest esse Nota propriè dictæ Ecclesi
que statu, quod æquè est Nota hæreticæ &
nagogæ: atqui Biblia & baptismus sunt
Synagogæ hæreticæ & fanaticæ: Ergo n
propriè dictæ sanctorum Congregationis
Lutheri, à Lutheranis frequenter recepta
evidens, quia accidens commune etiam c
potest esse Nota seu proprietas, aut es
contrarii: atqui Congregatio sanctorum
hæreticorum sunt planè contraria: Ergo
mune cum hoc, non est proprium alte
Nota. II. Nec pura nec impura prædica
itemque nec legitima, nec illegitima adi
cramentorum pertinet ad clanculariam ill
Congregationem: Ergo nec pura prædic

ejus florentem; nec impura ad statum ejus infœlicem & corruptum pertinet. Consequentia per se patet, Antecedens probatur: Quia Ministerium Verbi & Sacramentorum non potest nisi sensibiliter externè exerceri: Ergo non potest exerceri ab illis clancularis, cùm hi non modo in statu corrupto soleant latitare, *ita nec sibi invicem, nec aliis innotescant*, ut fatetur Musæus Disp. 2. Th. 129. sed etiam in statu florenti *soli sibi distinctè noti sunt, qui corda & renes scrutatur*. Th. 92. III. Argumentor universaliter & peremptoriè: Id quod est in hac vita occultum respectu mortalium omnium, illud non potest habere extrinsecam aliquam Notam, qua deveniatur in certam ejus, aut saltem probabilem notitiam: atqui forma, qua constituuntur isti sancti latibularii per mille annos sub Papatu, est in hac vita planè occulta omnibus mortalibus: Ergo non potest habere ullas Notas, quibus vel probabiliter cognoscatur. Major probatur: Quia quod nullam habet causam, nec ullum effectum per sensus cognoscibilem saltem probabiliter; nec etiam in se cognoscitur: id infallibiliter manet occultum respectu omnium mortalium. Minor constat ex tota quæst. 2. Parall. Quia juxta Musæum tota forma sanctificans latibularios vel est justitia Christi extrinsecè imputata, quæ nec in se, nec in causa, nec in effectu aliquo mortalibus vel probabiliter innotescit, saltem quatenus singulis imputatur: Vel est justitia inhærens, actualis, ab omni peccato contra conscientiam admisso immunis, & à solo Spiritu S. producta. Porrò quis hominum hanc in Lutheranis & Calvinistis vel probabiliter discernat? cùm nemo alterius cordis secreta (multoque minùs dona supernaturalia à Spiritu S. eidem infusa) vel probabiliter rimari queat. IV. Denique idem confirmatur κατ' ἄνθρωπον, ex recepta Lutheranorum & Calvinistarum doctrina: Id quod creditur, non cognoscitur per ullum externum signum. Sed congregationem sanctorum Lutherani & Calvinistæ tantùm credunt. Ergo nullum externum signum illorum cognoscunt. Et hæc quidem omnia & singula videntur convincere intentum. Sed jam demum diluendæ sunt objectiones Amesii.

I. *Oves meæ vocem meam audiunt*, Joann. 10. vers. 27. *Ergo ibi est Ecclesia, ubi auditur Verbum Dei*. Ita est. Sed quid tum? Certè lex hinc non sequitur intentum? Tum quia auditus interior non cognoscitur: tum quia purum Dei Verbum non percipitur sensu, sed fide tenetur. Unde falsum omnino est, quod replicando Amesius ait: *Potest sciri, qui profitentur se corde audire, & illa professio est Nota Ecclesiæ*. Certè juxta hoc paradoxum omnes hæretici pertinebunt ad veram Ecclesiam, quia nemo illorum est, qui non maximè jactet se corde audire vocem Christi. Hoc equidem nil aliud est, quàm testimonium illud infallibile, sed occultum Spiritus internum, quo velut characterismo discerni plerosque omnes Sectarios a Catholicis sæpè dixi, ac præcipuè in Appendice I. Anti-Musæi §. 10.

II. *Mundans eos lavacro in verbo vitæ*, Ephes. 5. vers. 26. *His verbis docetur apertè, ibi esse Ecclesiam, ubi illud bonum per Verbum & baptismum communicatur*. Resp. Hæc glossa Amesii est voluntarium commentum. Plus enim ibi non dicit Apostolus, quàm Ecclesiam mundari baptismo; uti etiam glossa Jenensis indicat. De prædicatione Verbi nulla ibidem mentio. Quomodo vero hinc nisi ineptissimè infertur: Ergo ubi est lavacrum vitæ, ibi est vera Ecclesia? Certè sic omnes Sectæ hæreticæ gaudebunt Notis veræ Ecclesiæ.

III. *Ubi sunt duo vel tres congregati &c. illic sum in medio eorum*, Matth. 18. vers. 20. Resp. Juxta hanc quodlibeticam illationem includentur iterum pleræque hæreticæ Synagogæ, si sufficeret qualitercumque in nomine Christi facta Congregatio. Requiritur ergo, ut fiat ab illis qui funguntur authoritate Christi per Apostolos eorumque Successores propagata.

IV. *Vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis*, Joan. 15. vers. 5. *Evangelium virtus Dei est in salutem omni credenti*. Rom. 1. vers. 16. Sed quid hic infers? Ergo prædicatio Verbi & baptismus sunt Notæ veræ Ecclesiæ? Cur non etiam ita? Ergo omnes quibus locutus est Christus, mundi sunt propter sermonem ejus. Ergo Ecclesia etiam constat ex Pharisæis quibus locutus est Christus. O! quodlibeticam Logicam!

V. *Chrysost. idem nobiscum sentiebat homil. 49. in Matth.* Qui vult cognoscere, quæ sit vera Ecclesia Christi, unde cognoscat nisi tantummodo per Scripturas? *Et August. lib. de unit. Eccl.* Nolo hominum documenta, sed Divinis oraculis S. Ecclesiam demonstrari. Resp. 1. Ad exaggerationem S. Chrysostomi applicanda est Responsio ex Tom. 1. ubi actum de lectione Scripturæ in lingua vulgari. Quamquam non video, quomodo ex ejus verbis inferatur thesis Sectariorum. Nam esto, velit per solam Scripturam demonstrari Ecclesiam; non tamen sequitur, quòd quæcumque interpretatio Scripturæ ab hæreticis jactata, signum sit Ecclesiæ veræ. S. Augustinus contra Donatistas optimè urget, S. Scripturam, quæ diffusionem veræ Ecclesiæ per omnes gentes clarissimè doceat, cum contrà Donatistæ, ex nonnullis obscuris & figuratis dictis, itemque nescio quibus narrationibus apocryphis, & conviciis, monstrare satagerent, Ecclesiam remansisse in sola Africa. Itaque juxta S. August. ex Scriptura probatur, ubi sit Ecclesia, non tamquam ex Nota Ecclesiæ; sed quia Scriptura docet, quæ sint Notæ Ecclesiæ, scilicet Universalitas & diffusio per omnes gentes. Verùm instat Amesius, & infert: *Ergo Scriptura, cùm notificat Notas Ecclesiæ, debet non tantùm Ecclesia ipsa sed etiam Notis esse notior*. Resp. Plus hinc non sequitur, quàm S. Scripturam esse ex hypothesi (cùm scilicet est recepta, & clarè loquitur, & oritur quæstio de Ecclesia) non autem simpliciter notiorem Ecclesia, ejusque Notis.

Instat 2. *Si Scriptura doceat, quæ sint Notæ; tum ubicumque doctrina illa, quam Scriptura docet, prædicatur, recipitur & exercetur, necesse est, ut ibi appareant Notæ Ecclesiæ, atque adeò ipsa Ecclesia*. Resp. Admissâ Sequela, nego, Doctrinam S. Scripturæ verè doceri, recipi & exerceri à Lutheranis & Calvinistis. Illam enim hi ad sui cerebri phantasmata detorquent.

Instat 3. *Scriptura est notior quam Ecclesia, quia ex Scriptura probatur Ecclesia*. Resp. Scriptura est notior tantùm secundum quid, simpliciter autem prior & notior est Ecclesia, cum fuerit ante Scripturam, & Ecclesiæ data est Scriptura à Deo, quam illa aliis tradit & explicat. Calumniatur porrò Amesius, cum subdit: *Hæc simpliciter esse sophistica, cùm agatur hic de Verbo Dei essentialiter sumpto, non de modo ejus vel signo, qui est in scriptione: agitur etiam de Ecclesia hac aut illa particulari, non de tota militante*. Falsa, inquam, hæc sunt: nam & Verbum Dei etiam essentialiter sumptum, de lege ordinaria, non innotescit post tempora Apostolorum, (de hoc enim statu Ecclesiæ sermo hic est, scilicet post promulgationem Evangelii per Apostolos,) nisi per prædicationem legitimam. Et cùm agitur de Notis, sermo est sine dubio de Ecclesia militante universali.

Instat 4. *Juxta Bellarmini definitionem, fides Christiana pertinet ad essentiam Ecclesiæ. Et illa fides est ex auditu Verbi Dei. Ergo necesse est Verbum ipsum Dei esse simpliciter prius Ecclesia*. Resp. Concedo Sequelam de Ecclesia, quam Christus ante ascensionem suam cœpit colligere: sed nego de tempore Apostolos sequente, & prædicatione Apostolorum in Scripturam redacta, de qua tantùm Quæstio hic est, non vero de revelatione immediata per Deum Prophetis & Apostolis facta, quam nemo negat esse priorem Ecclesia per Apostolos congregata.

Instat 5. *Si Scriptura sit notior quando est recepta*, (ut Bellarm. fatetur:) *Ergo semper est notior: semper enim ex*

quo

quo data fuit, fuit & erit in Ecclesia recepta. Resp. 1. Iterum fallit Amesius, sumens Verbum, seu revelationem Divinam abstractè; cùm de eo quod est in Scripturam redactum Bellarminus loquatur. 2. Esto, quòd Scriptura sit semper in Ecclesia recepta, an ideò notior est Scriptura illis, qui nec Ecclesiam nec Scripturam cognoscunt, sed de Religione capessenda deliberant? Sanè tales, cum S. Augustino, meritò non crederent Evangelio, nisi Ecclesiæ eos ad hoc commoveret authoritas.

Instar 6. *Si in quæstionibus de Ecclesia notior est Scriptura, tum etiam simpliciter & in omnibus. Non enim est aliud aliquod fidei principium, de quo quæstio possit oriri, quod est Scriptura simul & Ecclesia notius; & Scriptura non minùs clarè & immediatè instituit Ecclesiam de aliis necessariis, ac de Ecclesiæ ipsius natura.* Resp. 1. Neg. suppositum, si (ut Amesius facit) sumatur universaliter. Nam etsi jam dudum inter nos & hæreticos controversia agitetur: penès quos sit Ecclesia, & utrinque aliquo modo conventum sit de SS. Scripturæ libris: tamen in omnibus paganis & Judæis secus accidit; qui indagantes veram Religionem & Ecclesiam, non ideò notiorem habent Scripturam. Resp. 2. Neg. Conseq. ejusque probationem. Ad hoc enim ut infidelis ad fidem & Ecclesiam Catholicam convertatur, non est necesse ut habeat aliquod aliud fidei principium Ecclesia & Scriptura notius, sed tantùm ut habeat motiva & signa, quibus fiat sibi evidenter credibile, hunc cœtum esse columnam & firmamentum veritatis. Unde ridiculus est Amesius, dum mox subdit: *Pro infidelis conversione oportere primùm proponere Scripturam, ut ex ea condiscat Ecclesiam.* Sed quæro unde persuadebit tali, hos libros esse Verbum Dei, & non alios: hunc esse sensum, & non alium?

Instat 7. *Inter nos & Pontificios quæstio orta est de Ecclesia. Scriptura est utrinque recepta. Scriptura enim clara est de Ecclesia, inquit Bellarm. Ergo juxta Bellarminum Scriptura hic est notior, & ipsius Scripturæ prædicatio (quatenus ad notitiæ rationem) potest esse vera Ecclesiæ Nota.* Resp. Lepidum sanè est hoc argumentum, quo mirum est, non vidisse Amesium, posse & nos Catholicos & quosvis Sectarios perinde uti ad probandum, penès se esse veram Ecclesiam: nam & nos habemus Scripturæ prædicationem. Si dicat: per hanc intelligi veram ejus interpretationem. Bene est. Sed quis jam non videat, eam esse nugatoriam principii mendicationem? de hoc enim unicè est quæstio. Quis dubitet, unam reipsa quæstionem esse, ubinam sit vera Ecclesia? & ubi habeatur vera Scripturæ interpretatio? Sed jam misso Amesio discutiendæ sunt cavillationes Gerhardi.

Is disp. XII. Th. 21. Bellarmino asserenti: Notas prædictas non esse sufficientes, objicit: *Quòd lib. 3. de Verbo Dei cap. 3. §. Philippus, scripserit sic:* Non possum judicare, quæ sit vera Ecclesia, nisi priùs judicem, quæ sit sententia congruens cum Verbo Dei. *Ex eo sic colligimus. Si non potest judicari, quæ sit vera Ecclesia, nisi priùs judicetur, quæ sit sententia congruens cum Verbo Dei, tum omnino de Ecclesia judicandum est ex Scriptura. Sed illud: Ergo & hoc; & per consequens Scriptura sive Verbum Dei est Ecclesiæ Nota.* Resp. Gerhardus vel imperitiam in Doctore intolerabilem, vel imposturam viro bono indignam hic admittit. Nam verba illa, non ex sensu suo, sed Melanchthonis, cujus sententiam ibi explicat, Bellarminus addixit; ut cuivis intelligenti & æquo lectori patebit.

Th. 23. Ex definitione Ecclesiæ à Bellarm. allata, Gerhardus sic subsumit: *Jam verò nulla est certior & magis propria rei Nota, quàm ipsius definitio essentialis: exprimit enim essentiam rei. Proin cùm vera fidei professio, & legitimus Sacramentorum usus ingrediatur definitionem Ecclesiæ, utique etiam hæc duo erunt vera & propria Notæ Ecclesiæ.* Resp. Si inter Angelos ageretur, bene
retur, cùm ipsi essentias rerum intueantur.
tem mortalibus, quibus vix paucarum reru
valde confusa & abstractiva cognitio obtin
sarum prorsus est, ex effectibus & proprie
sensus incurrentibus indagare rerum essentias
ut in Append. 1. Anti-Musæi §. 5. dixi: nec
Ecclesia, nec Verbum possunt ulli fidelium
cialissimum privilegium) in hac vita esse evi
ta: Ergo nec definitio aut essentia Eccle
per quasdam proprietates & signa extrin
nobis utcumque innotescere: Qui secus se
stipitem Danhaveri errorem incideret.

Th. 25. inquit: *Si Romana Ecclesia indi
vera Ecclesia agnoscenda est, quia doctrinam C
postolorum sine mutatione integram & inviolato*
(ut Bellar. lib. 4. de Eccl. cap. 5. §. *in omn
consequens est, doctrinam illam, quam Christu
tradiderunt, esse verum veræ Ecclesiæ Notam.*
quid gemellæ sunt hæ propositiones: Ant
ctrinæ est Nota veræ Ecclesiæ: Ergo et
doctrinæ est Nota &c. Et hæc: Ruditus
nota asini: ergo etiam essentia asinina es
ni? Decernat Titius, annon utraque ill
gitiosa, puerilis, imò asinina? aut assigne
disparitatem. Nota etiam, verba allega
Bellarmini, sed Gerhardi.

Th. 26. *Juxta Bellarm. Sanctitas doctri
veræ Ecclesiæ: atqui sanctitas doctrinæ non
Scripturis cognosci.* Quid hinc infertur? Erg
ræ Ecclesiæ non potest nisi ex Scriptur
Resp. Conclusio non est ad rem, nec vera
tur ex Minore falsa. Quærit porrò Gerha
*quæso interest inter hæc duo pronuntiata: Sanct
est Nota Ecclesiæ. Et: Pura prædicatio Verbi*
doctrina) *est Nota Ecclesiæ.* Resp. Hoc in
inter actum, & ejus objectum; item,
rationale & risibile.

Th. 27. *Juxta Bellarm. cap.* 12. Sola Ec
doctrinam immaculatam. Jam sic: *Quo
Ecclesiæ possessio, illud est etiam propria Ec
Doctrina immaculata est propria Ecclesiæ posse
iam Nota.* Resp. Verba Bellarmini hæc
Ecclesia habet doctrinam, non solùm im
sed etiam convertentem animas; Et hæc
mediatè sequuntur hunc quasi Capitis XI
Efficacia Doctrinæ. Quis verò dubitet,
ciam doctrinæ esse aliquod prædicatum & f
distinctam ab ejus essentia, quæ est verita
gatoria illa argutatio Gerhardi non est ad

Th. 29. ait: *Si falsa doctrina est certa &
Nota falsæ Ecclesiæ, utique doctrina vera est
parabilis Nota veræ Ecclesiæ. Atqui juxta Be*
§. dico hypothesin, *falsa doctrina est certa
bilis Nota falsæ Ecclesiæ: Ergo etiam doctrina
parabilis Nota veræ Ecclesiæ.* Resp. Major
est, sumpta ex sensu argumentantis. N
falsa evidenter talis, sine dubio arguit,
ram Christi Ecclesiam, in qua ipsa doct
evidentia falsæ doctrinæ, non ipsa falsa
sic, est certa & inseparabilis Nota falsæ
verò doctrina Christiana nec est eviden
evidenter falsa; ac proinde ejus evidens
potest esse Nota veræ Ecclesiæ. Quòd
ctrina Christiana evidenter vera, evide
physica, metaphysica & mathematica,
piteus error novorum Lynceorum,) sin
sequenter dicetur, evidentem veritate
certissimam Notam veræ Ecclesiæ.

Th. 31. *Ex hypothesi Bellarmini* (quam fi
grat. & lib. arbit. cap. 10. recitat Gerhard.
ac sincerus Ecclesiæ filius à Pseudo-Propheta

sanam & incorruptam doctrinam : Ergo etiam Ecclesia vera à falsa per sanam & incorruptam doctrinam distingui potest. Resp. 1. Secundùm se sine dubio distinguitur, sed non quoad nos : quia, ut diximus, veritas & sanitas doctrinæ Catholicæ non est evidens. Respondeo 2. Bellarminus planè aliud dicit, etiam referente Gerhardo Th. 30. quàm hic illi affingat. Verba Bellarmini in fine Thesis 30. hæc sunt : (Vult igitur Dominus Matth. 7. ut ex fructibus doctrinæ de ipsa doctrina & Doctoribus judicemus.) Porrò jam judicet Titius, an Gerhardus bene potius aut somnians scripserit istas antitheses, an verò *flagitiosè* vel *pueriliter*? Deinceps Gerhardus conatur satisfacere quibusdam Bellarmini argumentis, ex ipso Bellarmino. Videamus quàm fœliciter.

Th. 33. *Quòd Nota* (non modò reipsa, sed) *nè quidem opinione debeant esse communes, illud & Veritati, & ipsi Bellarmino adversatur. Veritati quidem, quia opinio errantium non efficit, ut aliquid sit revera tale; nec quod hic vel ille opinatur suum esse, statim est ipsius proprium. Bellarmino autem, quia Notæ ab ipso assignatæ eidem magna ex parte ita comparata sunt, ut opinione hæreticorum sint eis cum Ecclesia communes*. Resp. Gerhardus conatur satisfacere, sed non satisfacit. Quia 1. non agitur hic de eo quod cuique à parte rei convenit ut proprium, sed de hoc præcisè, per quid possit alius rei ignarus in notitiam rei ignotæ devenire. Quid autem stolidius est, quàm id tentare per signa, quæ etiam opinione, non propria ei rei, sed multis aliis communia habentur? Numquid plus quàm puerile esset, si quis parens ex septem filiis, qui omnes communiter sunt in opinione & possessione legitimitatis, scriberet heredem unicum filium, qui à parte rei solus legitimus est: nullo alio signo discretivo addito, quàm filii legitimi? 2. Non negatur, aliquas Notas à Bellarm. assignatas, arrogare sibi aliquos hæreticos. Sed jam supra Th. 2. sub finem monui, debere illas Notas simul sumptas, ne opinione quidem aliis sectis convenire; quod sanè verissimum est. Quis enim unquam Lutheranorum vel Calvinistarum illas omnes sibi appropriare ausus est? Quæ Th. 33. usque ad 39. affert, ex Amesianis expediuntur.

Th. 41. ubi retulisset ex Bellarm. lib. 4. cap. 3. Quòd notæ à se allatæ non reddant evidenter verum, ipsam Roman. Ecclesiam esse veram Dei Ecclesiam, sed tamen efficere id evidenter credibile, ait Gerhardus: *Atqui si Notæ illæ non faciunt evidentiam veritatis, sed tantùm credibilitatis, meritò nobis sunt suspectæ. Multa enim sunt credibilia, quæ tamen non statim sunt vera*. Respond. Hinc relucet stipiteum Danhaveri errorem etiam Gerhardo arrisisse, adeoque evidentiam veritatis Christianæ sibi arrogasse : quòd paradoxum numquam satis mirari queo, quomodo apud homines non stupidos potuerit etiam plausum (nedum assensum) obtinere. Videantur quæ in Examines Examinis Conringiani hac de re disputavi, Interrog. III. ferè per totum.

Ad CAPUT IV.

PRima nota Ecclesiæ, & ipsum Catholicæ Ecclesiæ, & Christianorum nomen. Quod probatur ex SS. Cyrillo, Paciano, Augustino: etsi enim omnis hæresis velit videri & dici Catholica Ecclesia, tamen cùm interrogantur hæretici à Paganis, ubi ad Catholicam conveniatur, nemo audet domum suam ostendere. Amesius 1. *Duo nomina diversæ significationis non constituunt unam Notam : Sophisticè igitur à Bellarm. conjunguntur Catholici Christiani*. Resp. Anteced. gratis assumitur: oppositum præstat ipse author, qui libro suo non tantùm *Amesii* sed etiam *Guilielmi* signum sui constituit, & librum suum significat duplici nomine valde diversæ significationis, nempe : *Disputation. Anti-Bellarm.* (qui titulus verissimus est) & *Bellarm. enervati*, quo nihil falsius in sensu ab authore intento. Amesius 2. *Contra fidem datam hic agit Bellarminus : promissio ejus exstat cap. 2. Deducemus notas Ecclesiæ ex Scripturis : at nomen Catholicæ Ecclesiæ in Scripturis nullibi reperitur*. Resp. Indefinitè, non autem universaliter loquitur Bellarminus. Satis est, quòd ad tuendum nomen Ecclesiæ Catholicæ, ex Scriptura deducat, eam esse *Unam*, *Sanctam*, *Catholicam*, & *Apostolicam*; ad quas notas reliquæ omnes reduci queunt. Cæterùm si non nomen, certè res nomine Catholicæ significata, clarissimè in Scripturis & frequentissimè traditur. Amesius 3. *Ecclesia fuit aliquando sine istis nominibus : Ergo hæc nomina non possunt esse reciproca nota Ecclesiæ*. Resp. Ecclesiæ quovis modo sumptæ Concedo : Ecclesiæ jam adultæ, de qua nobis hic disputatio est, nego Sequelam. Generaliter ergo hic notandum est: Notas à Bellarmino traditas, nec seorsim singulas suas oportere, nec pro Ecclesia quovis modo sumpta, sed in statu jam adulto : denique & aliquas earum non probare se solis positivè, quæ sit vera Ecclesia, sed negativè. Amesius 4. *Nullum nomen potest esse propria Nota alicujus rei, nisi Deus promittat, se non passurum, ut nulla ratione cum aliis rebus communicetur : quod de nulla uno nomine vel Ecclesiæ, vel Dei ipsius potest affirmari*. Resp. Cùm ex ipso eventu SS. Patres suprà nominati jam in 4. & 5. sæculo senserint, singulari Dei providentia solos Orthodoxos manere in possessione propria ejus nomenclationis; quantò magis nos cum illis idem sentiemus post duodecim sæcula, cùm non minùs tunc idem videamus, in locis ubi permixtæ sunt Catholicis variarum sectarum Synagogæ in iisdem regnis & urbibus. Videlicet non expressæ promissioni, sed Providentiæ speciali Divinæ id adscribendum est. Amesius 5. *Ista nomina, ne in usu quidem præsenti, sunt propria Pontificiorum. Ecclesiæ Orientales vocantur vulgò in illis partibus Catholicæ : Christianæ verò, non solùm illæ, sed omnes quæ aliquo modo Christi nomen profitentur. Nos autem certis demonstrationibus parati sumus ostendere, nos non nomine tantùm, sed & reipsa Christianos esse, atque adeò Catholicos*. Resp. Amesio de Orientalibus affirmanti meritò non habemus fidem, quam toties decoxit in rebus obviis. Pollicitationem verò illam, aut potiùs vanam jactationem, numquid & Lutherani aliique Sectarii æquè audacter spargunt, qui & vos Calvinistas pro hæreticis indubitatis habent, uti & vos vicissim illos Ubiquetarios pro iisdem meritò habetis. Verbo, Calvinista-Christianus-Catholicus sine dubio est chimæra, aut si multum indulgeatur, est caseus ligneus. Credit porrò Amesius, se Bellarminum in aperta falsitate deprehendisse, cùm pronuntiat : Nulla est hæresis quæ non accipiat nomen ab aliquo homine. *Falsum hoc esse*, inquit Amesius, *evincunt nomina Gnosticorum*, *Acephalorum &c.* Resp. Bellarm. sine dubio respexit ad illas sectas, quæ domos suis superstitionibus deputatas habebant, quales fuisse Gnosticos & Acephalos non constat. Deinde sine dubio hi comprehendebantur ut secta quædam particularis sub Eutychianis, illi verò sub Valentinianis, Simonianis, Carpocratianis &c. diversisque appellabantur nominibus; variis de causis: uti & nunc Lutherani vocant se Evangelicos, Protestantes &c. Calvinistæ vocantur Hugonisti, Geusii, Remonstrantes, Independentes &c. Quæ hic subjungit Amesius, convicia protrita sunt, quæ refutationem non merentur, adeoque nec recitationem. Falsum demum est, quòd soliti fuerint Patres se vocare *Apostolicos*. Quòd verò Ecclesiam in Symbolo ita vocarint, nil ad rem facit; quia sic etiam omnes Catholici deberent se vocare *Unos*, & *sanctos*, quod esset ineptire. Fuit quidem olim secta, cui adhærentes se *Apostolicos* vocabant, sed erant germen Encratitarum à Tatiano protrusi : qualiter & nunc Lutherani se *Evangelicos*, Calvinistæ *Reformatos* gloriosè vocitant. Sed periculum

nullum

nullum reor esse, ut aliqua secta se primùm in ortu suo Catholicam nuncupet. *Etsi enim* (ut S. August. ait) *velint videri & dici Catholica Ecclesia, interrogati tamen à Pagano ubi ad Catholicam conveniatur, nemo audet domum suam ostendere*. Et per hoc evanescit Gerhardi cavillus, quo Th. 45. ita arguit: *Quodcumque etiam hæreticorum cœtus sibi arrogant, illud non potest esse vera Ecclesiæ nota, ut docet Bellarm. cap. 2. §. 5. Atqui nomen Catholicum & Christianum etiam multi hæreticorum sibi arrogant, ut cum Augustino dicit Bellarminus: Ergo nomen Catholicum & Christianum non est vera Nota veræ Ecclesiæ*. Responsio patet ex ipsis S. Augustini verbis. Arrogant sibi quidem velleitate quadam & desiderio, quod tamen simul sciunt fore inefficax. Cur enim aliàs non auderent *ostendere domum suam*, rogati *ubi ad Catholicam conveniatur*? Sicut si quæstuaria & vulgaris vellet virgo haberi & dici, rogata tamen ubi ad Parthenonem conveniatur, non audet suum lupanar ostendere.

Idem Th. 50. sic inquit: *Juxta Bellarm. prima Nota est ipsum Catholicæ Ecclesiæ & Christianorum nomen. Aut ergo concedat nos esse Catholicos, aut neget, nos esse Christianos, Posterius facere non poterit, quia Conc. Trid. Sess. 15. in salvo conductu Protestantibus dato, Christianorum nomen nobis tribuit*. Resp. Etiam hæc cavillatio est Theologo Lutherano perquam digna. Quis enim nescit hanc æquivocationem vulgò usitatam: cùm tamen in verborum proprietate nemo sit Christianus verè & univocè nisi Catholicus. Et sic jure merito eos qui Lutherani sunt & vocantur, non magis in numero propriè & univocè Christianorum ponimus, quam olim SS. Patres posuere Valentinianos, Arianos &c. Verissimè enim jam olim Tertullianus pronuntiavit: *Si hæretici sunt, Christiani non sunt*. Non est tamen infrequens, ut nomine *infidelium* non nisi paganos, Turcas, & similes nullatenus Christum professos appellemus; & vice versa omnes qualitercumque Christum professos, *Christianos* nuncupemus, sicut caseum ligneum, aut hominem pictum, nonnumquam absolutè casei & hominis vocabulo designamus. Salvus Conductus Protestantibus concessus, ipsos non nomine Christianorum, sed conceptis verbis *personas Augustanæ Confessionis* iteratò vocat. Verba autem illa à Gerhardo citata: (*Quæ quidem omnia pro universis & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus & personis quibuscumque tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus cujuscumque status inviolabiliter observanda esse promittit*;) ridiculè in hanc rem producuntur. Cur enim *Christi* fidelium nomine necessariò ibi etiam intelligantur Protestantes, cùm in aliis nominibus sufficienter includantur, nempe illo universali: *personis* cujuscumque status & conditionis; siquidem ibi vocula Pro *universis*, accipiatur pro eo, quod est *in favorem*, non verò quod est, *nomine universorum*. Anceps certè est significatio ly Pro. Præterea reliquas nugas triviales Gerhardi, ex dictis jam expeditas.

Ad CAPUT V.

SEcundam Notam Ecclesiæ Bellarminus ponit Antiquitatem. Nam vera Ecclesia sine dubio antiquior est quàm falsa, sicut Deus prior est diabolo: Priùs bonum semen, postea zizania superseminantur. Ecclesia ergo dicitur Catholica, quia omni tempore fuit; & Apostolica, quia fundata ab Apostolis, ac proinde antiquissima est. Amesius 1. *Antiquitas si simpliciter & per se consideretur, non potest esse Nota Ecclesiæ, quia communis est affectio omnium rerum vetustarum. Si in concreto cum ipsa Ecclesia; tum non potest esse nota, quia est obscurior vel ignotior quàm Ecclesia per se. Multò enim facilius est scire, hic aut illic esse Ecclesiam, quàm scire, eam ibi aut alibi jam esse, atque etiam olim fuisse*

ante multa sæcula. Resp. Hoc est nugari.
quæritur; quænam sit Congregatio q
Christum professa, (id enim cuivis obviu
quænam sit vera Ecclesia Dei. Hæc autem
evidens in hac vita fieri nequit, ejus tame
& duratio, veluti Veritatis proprietates &
raliter nobis sunt evidentes. Amesius 2. *A*
lo modo potest esse inseparabilis Nota Ecclesia
nis particularis Ecclesia, & ipsa etiam Cath
buit initium, & aliquando fuit non antiqua
cavillus alibi excussus est, ubi dixi, E
dum ejus Notas tractamus, accipi, non
adulto; aut certè, si abstrahendo ab om
sideretur, competit ei radicaliter, & in
sicut infans recens natus est rationalis,
post multos annos in actu secundo rati
mitto tertium effugium Amesii; est en
tissima omnium hæreticorum, antiquitat
gantium, dum antiquis Prophetarum &
scriptis sua nova idola involvere quærun

Bellarm. In omni insigni mutatione r
per ista sex demonstrari possunt 1. Ejus au
ma novum. 3. Tempus quo cœpit. 4. I
eam oppugnarit. 6. Exiguus aliquis cœtu
perit. Sed nihil horum de nobis ostender
versarii. Ergo. Amesius 1. *Ex istis sex,*
est, quod generaliter possit ostendi de omnibus
scilicet dogma novum introduxerint. Hæresi
dicit August. sine authore & sine nomine I
memorat. *An deberas igitur illa hæresis*
tas antiqua probari? Resp. Ly Hæresis æq
Universim sumitur pro errore contra fi
hic autem, ut aliàs sæpè, Bellarminus
pro ipso cœtu hæreticorum. Unde evar
tio Amesii. Falsum etiam esse suum pri
tiatum quoad quatuor alia ex illis sex,
tare potuit, ideoque nec unica data inst
posito, mox subdit: *Fides nostra in erro*
non debet ex historiis humanis, vel temporib
hominum cognitione suspendi. Sit ita. Quid
Nos? Amesius 2. *In Ecclesiam Judaicam*
errores irrepserant ante adventum Christi: Ch
sa dogmata sola refutabat: nulla habita rat
locorum, temporum, & similium nugarum.
quid indè contra Nos? Nonne variis v
idemque error revinci? an ideò altera
quia hanc hic & nunc ineo? Amesius
multis erroribus Pontificiorum, quàm proxim
dere possimus ad auctores, loca, tempora.
operæ pretium esse duceremus; quia tamen
postasia Pontificia non subito fuit invecta, se
mentibus vigilibus, idcirco tam exacta ci
notatio in tota mutatione non est exigenda.
hoc commentum persimile est illi Juda
rupti pecunia Excubitores jubebantur c
stum è sepulchro, ipsis dormientibus,
Lutherana & Calvinistica novitate quic
esse, cùm toties provocati, nec unicum
decem sæculis Lutherum præcedentibus
minare potuerint, qui XVII. præcipuo
therano-Calvinisticos professus sit. Cùm
raque omnia dogmata controversa c
tenuisse Patres antiquos, plurimi etiam
apertè fateantur, & singillatim post A
testantium Brerlei, ostendit P. Forerus
vex. lib. 1. per totum. Et nos in partic
troversus idem præstabimus, præcipuè
nam Ostensionem.

Quæ Gerhardus hic objicit, aut c
Amesianis, aut multò his insulsiora su
lud Th. 61. ubi ait: *Bellarminus agnoscit*
Ecclesiæ esse nova, ut sunt: modus eligend

inter Episcopos & Cardinales, Concilia Episcopalia in Senatum Cardinalium mutata. Cur non addidit, quòd nunc Cardinales vocentur Eminentissimi, qui antehac Illustrissimi & Amplissimi? Anne in his aliqua fidei novitas? Audeat negare Titius, ejusmodi nugas esse pueriles, uti & illas Th. 63. & 64. quas piget commemorare.

Ad CAPUT VII.

QUarta Ecclesiæ Nota, & Amplitudo, sive multitudo & varietas credentium. Ecclesia enim Catholica non solùm debet amplecti omnia tempora, sed etiam omnia loca, omnes nationes, omnia hominum genera. Quæ Amesius hic reponit, sunt exculcatæ paleæ. Nam 1. quòd ait: *Amplitudinem convenire etiam errori*, jam expeditum est suprà. Quod ait 2. *Eam convenire etiam dominio Antichristi*. Similiter 3. Quòd *Amplitudo sit minùs nota quàm ipsa Ecclesia per se*, est ejusdem rationis cum eo, quod suprà tractando de Notis in genere excussum est. Denique objicit ex ipso Bellarmino (quod etiam Gerhardus facit Th. 69.) Quòd si sola una Provincia retineret veram fidem, adhuc verè & propriè diceretur Catholica, dummodo claré ostenderetur, eam esse unam & eandem cum illa, quæ fuit aliquo tempore, vel diversis in toto mundo: *Ergo amplitudo Ecclesiæ non ex locorum & provinciarum numero, sed ex fide Catholica æstimanda est*. Ita Amesius & Gerhardus. Sed & hoc effugium jam suprà præclusum est, ubi diximus: ex hac Nota eos non tam affirmativè seu positivè, quàm negativè arguere: ita ut ubi hæc amplitudo non inveniatur, saltem pro magna parte durationis ejus cœtus, de quo quæritur, non posse talem cœtum censeri veram Catholicam Ecclesiam, cùm hujus Ecclesiæ amplitudo in Veteri & Novo Testamento nimis apertè & frequenter promissa sit. Itaque licèt non requiratur, ut Ecclesia Catholica sit in omnibus hominibus totius mundi, tamen necesse est, ut innotescat omnibus Provinciis, & in omnibus fructificet; atque hoc ipsum fiat, non simul, sed successivè. Quod verò Gerhardus mox Th. 70. subdit: *Agnoscere Bellarminum, ab Ecclesia Rom. magnam defectionem nostris temporibus per Lutheranos & Calvinistas esse factam, ut de pristina amplitudine non possit gloriari*; Hoc nihil ad rem præsentem facit. Paulo post enim à Bellarmino additur, quàm abundè hæc defectio compensata fuerit in novo Orbe, ubi exstant Ecclesiæ sine admistione hæreticorum, in omnibus quatuor mundi partibus; ad Orientem in Indiis; ad Occidentem in America, ad Septentrionem in Japonia; ad meridiem in Brasilia & exteriore parte Africæ; ut de Imperio Chinensi nihil dicam. Unum S. Xaverium Indiæ Apostolum plures Christo per baptismum genuisse filios, quàm Lutherus à fide Christi ad suum pellexerat Evangelium, scripsi anno superiore in Digressione opportuna de Contingii Medici ampullationibus. Explosit hic nuper, in Epistola ad suum Titium, verissimum meum effatum his verbis: *Tantas ineptias nempe illud hominum genus non pudet in vulgus spargere: quasi nemo nostrum, statum Romanæ per Americam & Indiam Ecclesiæ, & Xaverii rerum habeat cognitum; imò quasi non in medio essent ipsorummet sociorum libri, miseram Ecclesiæ conditionem per terras illas, cumprimis per Americam deplorantes.* Verum fumos vendit Medicus, *omniscius* scilicet! Si neget ea quæ scripsi, vel ignarus est rerum, quarum peritiam tam arroganter jactat, vel detractor mendax. Nemo qui sine odio & amore calculos subducere voluerit, & mire curiosius numerum eorum, quos immediatè per se Lutherus stylo aut voce à Pontifice abalienavit; & illorum, quos S. Xaverius ad fidem & baptismum per se immediatè induxit, negare poterit, me minùs potiùs quàm nimis gloriosè de S. Xaverio pronuntiasse. Quis ausit affirmare, Lutherum trecenta millia hominum à Pontifice Romano per se stylo vel voce abstraxisse? at tot millia adultorum Christo adjunxit Xaverius, ut ex certis Relationibus juratorum testium constat. Videatur Thomas Bozius, non è Jesuitis unus, sed Congregationis Oratorii Presbyter lib. 6. de signis Eccles. cap. 3. ubi & longè majora de illo Heroe prædicat, nempe: *Universos hæreticos simul sumptos per annos M. D. haud traduxisse ad hæreses tot gentes à Christo alienas, quot unus Xaverius ad Christum annis undecim.*

Ad CAPUT VIII.

QUinta Nota Ecclesiæ est Successio Episcoporum, in Romana præsertim Ecclesia, quæ & ideò dicitur Apostolica. Ac propterea omnes Veteres hac successione tamquam argumento evidentissimo usi sunt ad veram Ecclesiam ostendendam, ut SS. Irenæus, Optatus, Tertull. Epiphan. Hieron. Prosper, August. &c. Porrò frustrà Amesius hic occlamat, *esse principii petitionem*. Numquid enim satis Bellarminus ex certo & communi sensu SS. Patrum hujus successionis præstantiam ostendit? Numquid ipsa, quam subjicit, ratio idem evincit? Quia nempe Ecclesia nullo modo potest esse sine Pastoribus & Episcopis: Illi verò soli sunt veri Episcopi, qui ab Apostolis per legitimam successionem & ordinationem descendisse ostenduntur. Ad hoc autem requiritur, ut quis succedat alicui Apostolo, sicut Clemens Petro; vel alicui, quem Apostolus fecit Episcopum: vel ut fiat Episcopus ab eo, qui habet Apostolicam authoritatem, id est, à Papa: & ut ordinetur à tribus Episcopis, nisi fortè ex dispensatione ab uno, assistentibus Abbatibus. Et quamvis aliqui hæretici antiqui ista imitati sint in ordinatione Episcoporum, tamen ob solum etiam defectum Successionis SS. Patres eos repudiabant. Hinc verò fit argumentum insolubile: Ecclesia non potest esse sine Episcopis: Lutherani & Calvinistæ carent tam ordinatione, quam successione ab Apostolis continuata: Ergo apud eos non est Ecclesia. Amesius his opponit septem antitheses; sed sunt verissimæ antitheses erroribus & conviciis turgidæ, nec tantillum Bellarminiana luxantes, aut quatientes.

Gerhardus Th. 75. contendit: *Notam propriè dictam debere talem esse, ut tam affirmatè quàm negatè indè possit concludi.* Resp. Id verum esse de Nota adæquata & totali, & quæ omnino reciprocatur in quarto modo, Proprietas. Tales nos singulas Notas à Bellarmino allatas non jactamus.

Th. 87. *In Symbolo Apost. vocatur Ecclesia Apostolica, cùm tamen nondum in ea localis & personalis Successio vigeret, sed Apostoli ipsimet adhuc docerent: Ergo personalis illa Successio non convenit Ecclesiæ perpetuò ac semper: Ergo non est genuina ejus proprietas.* Resp. ut suprà: Sufficit, quòd Successio ei conveniat in actu primo & radicaliter. Certè nec omnes proprietates hominis competunt infanti in actu secundo, & tamen nemo nisi ineptè negabit, ei competere in actu primo. Ita pariter Successio illa in actu primo, competebat Ecclesiæ ipso tempore Apostolorum; quia jam tum habebant & promissionem Christi, & dispositionem Hierarchiæ Ecclesiasticæ institutam, quam ipsi perennarent.

Ad CAPUT IX.

SExta Nota est Conspiratio in doctrina cum Ecclesia antiqua. Dicitur enim Ecclesia Apostolica non solùm propter successionem Episcoporum ab Apostolis, sed etiam propter doctrinæ consanguinitatem. Amesius fatetur hanc Notam esse veram, & solam per se sufficientem ad veram Ecclesiam discernendam;

nec

nec abnuit Gerhardus. At, inquiunt, illa *non distinguitur à sincera Veritatis prædicatione*. Resp. Non distinguitur realiter, concedo; non formaliter, nego. Veritas enim doctrinæ revelatæ (uti & Ecclesiæ) non potest Viatori citra privilegium fieri evidens: potest autem illa conspiratio doctrinæ, quæ est quidem reipsa illa veritas revelata, fieri nobis evidens: quia professio externa Ecclesiæ antiquæ cum professione nostra, vel ex confessione nostrorum adversariorum, ut omnia alia deessent, innotescit. At occlamat enim Amesio Calvinista Gerhardus Lutheranus: *Perversè & præposterè Bellarminus peti vult doctrinam Ecclesiæ antiquæ ex Patrum quorundam rivulis, & non ex fontibus ipsis S. Scripturæ*. Respondit pro nobis in aureo suo Commonitorio Vincentius Lirinensis jam ante 1200. annos his verbis cap. 2. *Requirat aliquis, cùm sit perfectus Scripturarum Canon, sibique ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est, ut ei Ecclesiastica intelligentiæ jungatur authoritas? Quia videlicet Scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt; sed ejusdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur, ut pene quot homines sunt, tot illic sententiæ erui posse videantur. Aliter namque Novatianus, aliter Photinus, aliter Nestorius &c. exponit. Atque idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris anfractus, ut Prophetica & Apostolica interpretationis linea secundum Ecclesiastici & Catholici sensus normam dirigatur*. Hæc doctrina necessariò displicet omnibus sectis, recentibus æquè ac vetustis, quibus unicè cordi est *sub ipsis S. Scripturæ verbis sua quisque venena occultare*. Estque hæc characteristica omnium hæreticorum Biblisticorum, *ad imagines phantasmatum suorum convertere omnia verba Scripturæ*. Ad quos proinde Scriptura reipsa nihil est nisi *Impugnatio legis ex verbis legis*. S. Ambrosius in cap. 3. ad Titum. *Sacrilegium literæ*. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 4. de Theol. *Illecebra iniquitatis hamo circumjecta, statua ad omnes transeuntes se obvertens, communis utriusque pedis cothurnus &c.* Idem Orat. de S. Athanasio. *Est ars diaboli, qua & Christum tentare ausus*. S. Chrysostomus hom. contra hæret. *Est aurum, argentum & vestis diversicolor, quibus heretici operiunt idola sua*. S. Augustinus lib. 3. de bapt. cap. ult. *Denique est Evangelium, non Christi, sed hominis, imò diaboli, cùm Verbum Dei non in legendo, sed in intelligendo consistat*. S. Hieron. in Epist. ad Gal.

Gerhardus Th. 84. ait: *Bellarminus ipse aliquoties ab illorum Patrum, qui primis quingentis post Christum seculis* (ita habet, pro *annis*) *vixerunt, doctrina discedit, ut multis exemplis monstrari potest &c. Rectiùs ergo ex Apostolorum scriptis, quàm ex Patribus judicatur, quæ doctrina sit verè Apostolica*. Resp. Etiam hæc collectio puerilis est: Aliqui Patres (ut Origenes, Chiliastæ &c.) erraruntt in quibusdam: Ergo in his dogmatibus ubi omnes consentiunt, non habetur Veritas dogmatum Catholicorum. Quid enim quæso obest communi & certo sensui Veteris Ecclesiæ, quòd Cyprianus cum suis erraverit, rebaptizando hæreticos?

Ad CAPUT X.

SEptima Nota Ecclesiæ, est, Unio membrorum inter se, & cum Capite visibili. Nam Ecclesiam esse unum corpus, unam sponsam, unum ovile, passim Scripturæ docent. Hinc semper SS. Patres eam unionem cum Roman. Pontifice habuerunt pro signo veræ Ecclesiæ. Sufficere meritò loco omnium deberet S. Irenæus in celeberrimo illo effato, quòd cùm per se apertissimum sit, eò magis illustratur, quo impudentius hæretici alium planè sensum ei affingere conantur: *Ad Romanam Ecclesiam, propter majorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam*. Omitto alia notissima. Amesius 1. *Unio per se considerata,*

non est Ecclesiæ propria; tribuitur enim
Apocal. 17. vers. 13. Hi sunt unius sent
ac auctoritatem suam bestiæ tradent
Nostra unio est in negotio religionis;
Reges cum Antichristo ejusdem sent
resque suas ad eundem finem sint trad
gis arguit unionem in religione, quàn
dissectissimis hæreticorum sectis; qui ca
pes Sampsonis in arietando Romano
è conspirant. Respondeo 2. Unio qua
Capite & membris per se solitariè sun
nota infallibilis veræ Ecclesiæ; sed in
est saltem certissima Nota negativè,
dens est, veram Ecclesiam non esse,
tas non est: uti apud Sectarios contin
therani quidem inter se, quoad ipsos
in normalibus (ut vocant) libris con
sentiunt. Vicissim est evidenter credib
tam Ecclesiam, ubi talis unio omnibus
cis disjunctissimis reperitur. Amesius 2.
de non est notior ipsa fide. Resp. Sic est.
Non dicimus, Unionem in vera fide
in negotio Religionis & fidei (abstrah
re) esse signum Veritatis credendæ.
Ecclesia propriè est spiritualis, & mystica
Resp. Adæquatè sumpta unio, nego;
cedo. Quia etiam unionis internæ &
terna sensibilisque professio ab Ecclesi
mesius 4. *Unio quæ sub Papa habetur, est*
lis, qualis est miscellanei exercitus milit
torum sub uno Duce. Resp. Hæc est ipsi
lumnia. Nam omnes boni Catholici
dei professione jurata, dicunt se fid
Spontè profiteri. Conatur tamen suæ c
obtendere, aitque: *Non possunt aliter*
larm.) quia subjiciunt sensum suum sensui
est in hoc major necessitas quam hypo
quisque haber in sensu composito. Nu
spontè nos Catholici subjicimus sensu
sui unius Christi, ejusque Vicarii, q
rani & Calvinistæ subjicitis sensui ve
ptutæ? Pergit tamen Amesius sycopha
dia inter Canonistas & Sorbonicos;
prà excussum est. Adipatum porrò m
Sorbonistas habere Jesuitas pro falsis Prop
nos adnumerare Jesuitas Semipelagianis:
mini libros quondam publicè fuisse Parisiis
tè omnes Canonistæ, Sorbonici, &
conceptis verbis, ubi opus fuerit, affi
Calvinistam fœdè calumniari. Quæ d
nezio produxit Amesius, fide græca
catè scilicet decerpendo, quæ videbant
facere: quo tamen non obstante glori
Hanc unitatem per Dei gratiam colimus,
quæ etiam luculenter apparet in harmonia
sionum, quamvis in omnibus omnes non
tiamus. Quàm vera hæc sint, vel solu
libellus, qui inscribitur: *Specimen Con*
gicarum, abundè monstrat. Videatu
Dissidiorum apud Calvinistas in pag
P. Foreri lib. 2. Sess. 2. cap. 7.

Gerhardus Th. 87. è Bellarm. sic a
Bellarm. in Ecclesiis Corinthiorum & Galat
siones: Si ante Constantini M. tempora E
sas hæreses fuit divisa, utique unitas non
tua; ac proinde non est propria veræ Eccl
Solutio habetur in ipsis Bellarmini ve
Ecclesiam largè & impropriè subin
nomen Christiani subinde accipitur p
qui quoquo modo Christum profitent
prà dixi;) & quia etiam hæretici aliquo
ad Ecclesiam, etsi absolutè & simpli

sint ; ideò à paganis dici solet : multas esse sectas in Ecclesia. Corinthii & Galatæ peccabant perniciosè, sed non pertinaciter, ideòque censebantur adhuc vera Ecclesiæ membra, licèt infirma. Quodsi pervicaciter in errore mansissent, haud dubiè Apostolus eos non inter filios numerasset, sed anathemate perculisset.

Th. 89. *Licet Pontifici Rom. resistere, si Ecclesiam destruere niteretur*, ut fatetur Bellarm. *Ergo etiam licebit se ab ejus Unione separare. Cui enim quis resistit, ab eo etiam sese sejungit.* Resp. Neg. Sequel. Resistentia enim fit, quatenus Papa, ut privata persona violentiam exerceret ; quia certè ad hanc non accepit authoritatem à Deo ; At potestas Pontificia, ut sic, est sacrosancta, ac proinde ab ea, ut sic se velle separare, est nefarium, hæreticorum & schismaticorum proprium.

Th. 91. quærit : *Quomodo in Anti-Paparum dissensione potest locum habere unio cum Romano Pontifice, cum juxta Bellarm. incertus Pontifex habeatur pro nullo.* Resp. Sufficit tunc ità habere affectum unionis cum Sede Apostolica, ut quando futurus est Pontifex certus, velit etiam ipso effectu se illi conjungere. S. Cyprianum in æstu contentionis de Anabaptismo aliquantùm aberrasse à recto & vero, certum est : abrupisse verò penitùs vinculum unitatis cum Rom. Pontifice, falsum. Neque enim sub anathemate & ex cathedra definivit S. Stephanus Papa id quod S. Cyprianus cum Collegis impugnaverat.

Similiter mala est illatio Gerhardi Th. 97. *Si Liberius P. in damnationem S. Athanasii* (interpretativè) *consensit, hic non mansit in unione cum Romano Pontifice.* Nam, ut probat loc. cit. Bellarm. Quidquid Liberius tædio exilii admiserit, tamen fidem Catholicam numquam in animo perdidit ; ac proinde S. Athanasius ab ejus fide & authoritate se minimè separavit.

Quod Th. 98. ex Bellarm. adstruere laborat : Græcam Ecclesiam se à Rom. Pontifice separasse, nimis certum est. Quid verò hinc infertur contra unitatem Ecclesiæ ? Ergo Schismatici Græci putant unionem cum Rom. Pontifice non esse simpliciter necessariam ; & in hoc errant, quod est verissimum.

Th. 99. Ex eo, quòd (referente Bellarm.) *Otto I. Imperator zelo quidem bono, sed minùs piè judicavit Joannem XII. pessimum Pontificem esse deponendum*, infert Gerhardus, *Ottonem cum multis illius temporis Doctoribus judicasse Unionem cum Rom. Pontifice non esse simpliciter necessariam.* Resp. 1. Esto erraverint cum Imperatore nonnulli Doctores in eo rudi sæculo, re non bene discussa, quid hoc contra tam certam & priscis Patribus tam celebratam Unionem cum Rom. Ecclesia ? Resp. 2. Persuasio illa & factum Ottonis I. potiùs arguit oppositum. Nihil enim ille habuit nisi contra privatam personam flagitiosi Pontificis ; potestatem verò venerabatur, quam proinde satagebat in meliorem digrioremque transferre.

Ad CAPUT XI.

OCtava Nota est, Sanctitas doctrinæ. Constat enim Ecclesiam in Symbolo dici sanctam, quia professio ejus sancta est, nihil continens falsum quoad fidei doctrinam, nihil injustum quoad doctrinam morum. Amesius 1. *Doctrina vera semper est sancta : Ergo hæc Nota quoad rem ipsam eadem est cum illa à nobis proposita, & à Bellarm. impugnata, de sincera Evangelii prædicatione. Neque potest ulla certa ratione discerni, nisi Veritas primi demonstretur.* Resp. Dissimulato Antec. Nego Conseq. Posset enim esse doctrina puritati Evangelii contraria, quæ tamen non contineret errorem rectæ rationi apertè contrarium, quales sunt illi, quos Bellarminus in omnibus aliis Sectis extare ostendit. Amesius 2. *Hæc ipsa doctrina, quam Bellarm. tradit de Ecclesia, sanctitati est admodum inimica, dum docet, nullam veram sanctitatem requiri, ut quis sit membrum Ecclesiæ, & corporis Christi mystici, sine ulla distinctione.* Respond. Nihil revera sanctitati Ecclesiæ præjudicat, quòd multi in ea non juxta ejus doctrinam vivant ; sicut & Regnum dicitur opulentum, exercitus victoriosus, etsi plures in illo pauperes, in hoc timidi censeantur. Sufficit per doctrinam fidei & morum unicè intendi perfectam sanctitatem, ad quam pauciores & lentè pertingunt, ut pluribus dixi in Anti-Musæi quæst. 1.

Gerhardus Thes. 102. sic argutatur : *Doctrina ab omni errore pura, est etiam sancta : atqui doctrina ab omni errore pura, ex Bellarm. hypothesi* (*scilicet in purè Schismaticis-non hæreticis*,) *potest esse in Ecclesia falsa : Ergo sancta doctrina potest esse in Ecclesia falsa. Quod autem vera & falsa Ecclesia commune est, non potest esse genuina & propria veræ Ecclesiæ nota.* Resp. Ex alibi dictis constat, non debere singulas Notas seorsim sumi ; ut sæpiùs jam monuimus.

Ad CAPUT XII.

NOna Nota est efficacia doctrinæ : Sola enim vera Ecclesia habet doctrinam non solùm immaculatam, sed etiam convertentem animas. Psal. 18. v. 8., & sermonem vivum ac penetrantem. Hebr. 4. vers. 12. At Ecclesia verè sancta & Apostolica olim brevissimo tempore, per homines contemptibiles, sine armis, sine eloquentia & sapientia humana, traxit homines magnos, parvos, sapientes, rudes, potentes &c. & traxit non ad delicias, honores &c. carni & affectui humano grata, sed ad crucem & abnegationem sui. Idem sequentibus sæculis in conversione Gentium ad Catholicam Ecclesiam contigit usque ad Nonum ; Ubi contra in convertendis paganis tam steriles sunt Lutherani & Calvinistæ, ac omnes omnino hæretici, ut asseveret Thomas Bozius lib. 16. de Signis Ecclesiæ, unum S. Franciscum Xaverium è Societ. Jesu, plures paucorum annorum spatio ad fidem Christi & baptismum, è gentibus traduxisse, quàm omnes hæretici simul sumpti per 16. sæcula traduxerint. Amesius. *Efficaciam habet adventus Antichristi, illam scilicet quæ est Satanæ 2. Thess. 2. 9. Efficaciam autem Spiritus Dei ab illa sæpè non potest discerni, nisi per veritatem doctrinæ.* Resp. Est sanè miranda perversitas hujus Puritani, qui cùm ex una parte convincatur ex his quæ Bellarminus de conversione gentilium omnium ad fidem Catholicam probat ; ex altera verò videat, eam Notam suis planè deficere, (utpote quibus tantùm proprium est pervertere tepidos Catholicos ;) audet tamen, illam efficaciam, qua Gentes hactenus ad fidem Christi conversæ sunt, insimulare efficaciæ Satanicæ Antichristi. Quid posset dici magis discrepans, quàm hæc livida & cæca blasphemia ? Ergone SS. Bonifacius, Wilibrordus, Amandus, &c. qui Germanos, Belgas &c. ab idolis ad Crucifixi cultum, adeoque ad fidem & vitam sanctam induxerunt, Antichristo illos manciparunt ? O ! lingua præcidenda ! ò stylum execrabilem !

Gerhardus Th. 105. ex objectione Lutheranorum à Bellarm. adducta, nempe : *Doctrinam suam ideò à Deo esse, quia tot populos, tot provincias, tot Regna tam brevi tempore occupaverit.* Si ita liceat philosophari, magis nunc mirabimur Mahometi Alcoranum in magna Orbis parte tam facilè obtinuisse. Hinc Gerhardus subsumit : *Atqui si nobis non licet ab efficacia doctrinæ veritatem Ecclesiæ nostræ simpliciter concludere, nec Bellarmino id ipsum licebit.* Resp. Facilis descensus averni, sed revocare gradum, superasque

evade

evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. Quæ, quæso, comparatio est inter conversionem Gentium ad Catholicam fidem, naturaliter incredibilia, carni ac sanguini adversa præcipientem: & perversionem tepidorum Christianorum ad Sectas omni legum Divinarum humanarumque metu solutas?

Ad CAPUT XIII.

Decima Nota est Sanctitas vitæ Auctorum, sive primorum Patrum nostræ Religionis. Magistri enim Ecclesiæ post Prophetas & Apostolos fuere quovis ævo Doctores sanctissimi, Ordinum Institutores, Sancti, casti, pii, sobrii, ut adversarii nihil habeant quod reprehendant, nisi nimiam sanctitatem, ut B. August. ait de Monachis sui temporis lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. Et ipse Lutherus testatus est: *Sub Papatu esse Nucleum Christianismi. Et multos pios magnosque Sanctos*; qui idem de suis testatus est: *Mundus ex hac* (Neo-Evangelica) *Doctrina indies fit deterior*, &c. Amesius: *Legantur igitur vitæ Pontificum Romanorum*. Respond. Legantur utique, & invenientur plurimi sancti, irreprehensibiles etiam sæculo illo Lutherano. Et quidem de Leone X. quem Lutherus primus proclamavit Antichristum, non modò à gravissimis Authoribus traditum est, quòd fuerit optimis moribus, ac immaculatam servarit puritatem, (Pallavic. in histor. Concil. Trident. lib. 1. cap. 2.) sed etiam Lutherus, eo ipso tempore, quo Vaticanum fulmen in illum Leo vibravit, sic ad Eundem scripsit 6. Sept. 1520. *Appellavi te Danielem in Babylone, in medio leonum, Ezechielem inter scorpiones, agnum in medio luporum, & innocentiam tuam egregio studio tutatus sum. Scilicet celebratior & augustior est in Omni terrarum orbe, tot tantorum virorum literis cantata opinio, & vita tuæ inculpata fama, quàm ut à quovis vel maximi nominis possit quavis arte impeti. Non sum tam stultus, ut eam incessam, quam nullus non laudat*. Vel verum hic dixit Lutherus, vel falsum? Si prius; ergo non nisi sceleratissimè, mox postquam intellexit se anathemate perculsum à Leone, criminatus est hunc ipsissimum esse *Antichristum magnum; Episcopos ejus satellites; Academias lupanaria*. Vel posterius; & sic Lutherus apud omnes sani cerebri debet haberi mendacissimus adulator, nullaque fide dignus; præsertim cùm in eadem Epistola, D. Joannem Eckium conatus in suspicionem adulationis apud Leonem P. pertrahere, verissimè, (sed reipsa contra seipsum) pronunciarit: *Non est hostis adulatore nocentior*. Aveo intelligere, quid ad hoc Lutherani cum aliquo colore possint respondere; hactenus enim tolerabilem & honestam evasionem nec vidi nec audivi. Porrò Leonem X. consecutos Pontifices, (numero viginti usque ad Alexandrum VII.) plerosque laudatissimis moribus fuisse, (quales fortè nullus alius Episcopatus intra idem tempus habuit,) non omnino negare audent candidiores è Lutheranis & Calvinistis, re bene considerata. Invenit tamen hic rimam elabendi Hodomoria Argentinensis, phantasm. II. per distinctionem inter peccata *personalia* cujusque Papæ, ut homo est, & inter *communia*, quæ sunt Pontificio huic muneri annexa; uti sunt *Tyrannis in potestatis Oecumenicæ arrogatione: coactiva Conciliorum generalium: creativa omnium Episcoporum*. A personalibus criminibus facilè absolvi patitur nonnullos Pontifices hæc Hodomoria, à communibus, seu *genialibus*, ut vocat; nullum esse immunem contendit; Et hac distinctione, (invento tali Hodomoria digno,) arbitratur *perire Conzenianam declamationem lib. 6. Polit. cap. 22. Et Erbermanni Catalogum Pontificum Sanctorum, quem adornat*, in Irenici part. 1. pag. 92. 99. 169. Sed nugæ hæ sunt jam suprà excussæ, cùm

Sedis Apostolicæ auctoritatem à mor
rum vindicaremus. Quòd autem hanc
iam aliqui Pontifices tenuerint eo mu
nihil obstat; id enim Dominus prævid
propter Cathedram Mosis jamjam e
quàm propter Cathedram Petri, pa
fundandam, monuit omnes Matth. a
cumque dixerint vobis servate & facite;
opera eorum nolite facere. Dicunt enim &
Sed audiamus etiam Gerhardum ca
Thes. 107. ait: Bellarminum in Appe
Pont. cap. 12. postquam retulit: *Boca.*
& Monachorum turpitudinem taxantem,
impietatem Sacerdotum potiùs argumentum
fidei, quæ Romæ colitur: quia nec Pagani,
possint illam Sedem evertere. Sic infert
Bellarmino est argumentum veritatis fidei,
Ecclesiæ. Sed hoc loco pronuntiat, notat
esse vitæ sanctitatem. Respond. Gerhar
hoc est, flagitiosè decipit lectorem.
ex Bocatio retulerat Bellarminus, ip
bat, nec improbat: Gerhardus verò
illud Bocatianum Bellarmino affingit, 1
Impietatem Bellarmino esse argumentum
hic sanctitatem cultorum contendat e
clesiæ & veritatis Catholicæ. Quamq
lè omnino Bocatius dixit, non quid
tem multorum malorum Catholicor
propter eorum improbitatem, (qua
cum Paganis & hæreticis oppugnant
tur Ecclesia, signum esse veræ Eccles
de diversum est à calumnia Gerhardi

Thes. 109. *Si* (juxta Bellarm. in p
Pont.) *vitiis Roman. Pontificum gloria*
non solum non obscuratur vel minuitur,
menter crescit & amplificatur, utique vit
primorum Patrum Religionis gloria Ecclesi
ac proinde Sanctitas vitæ non est perpet
Ecclesiæ Nota. Resp. Nulla vel tolerab
nexio & paritas inter Præsules ordin
mos Doctores & fundatores Religioni
extraordinario modo missos. Judicet
argumentum sit virile?

Thes. 110. *Juxta Bellarm. Vera san*
na & invisibilis. Quomodo ergo poterit
clesiæ Nota? Rogo ego vicissim: Ve
est interna & invisibilis, adeoque op
lis: quomodo ergo poterit esse Nota
ces: Innotescit internus actus per ext
exterior est Nota hominis. Idem no
dicimus, quæ magna, & eminens ne
dissimulari diu potest.

Thes. 112. *Juxta Bellarm.* Fides ve
lectione aliisque virtutibus separari.
sanctitate vitæ judicari potest de puritate d
Ideò potest, quia eximia sanctitas v
ex sola doctrina pura productus: C
na cœlestes mores germinat: quòd
fiat ubique, non est defectus boni
terræ pravæ.

Thes. 114. & 4. seqq. conatur suoru
res à significatione pravæ doctrinæ exi
pravi mores non è doctrina nascantu
Catholicis dixi. Sed nimis clarè locu
cha vester. *Mundus ex doctrina* (nov
quotidie fit pejor.

Ad CAPUT X

Undecima Nota est, Gloria mi
quidem de miraculis initio Ec
næ passim patratis, res est extra cont

miraculis quæ XI. sequentibus sæculis in confirmationem dogmatum Catholicorum patrata sunt, nec ipsi diffitentur Magdeburgenses, sed tantùm (ut olim Christi miracula solebant Pharisæi,) calumniantur. Idem notum est ex historiis Sanctorum postremis sæculis, SS. Francisci de Paula, Xaverii, Theresiæ &c. quæ tamen omnia eodem flatu unico, quo Pharisæi, disjicere solent nostri hæretici, ab omni miraculorum gloria deserti ac inopes; quibus tamen vel maximè egent ad probandum, suam doctrinam saltem per mille annos inauditam, esse illam, quam Christus & Apostoli docuerunt. Amesius 1. *Miracula non dicet Bellar. ipse esse semper necessaria ad Ecclesiæ existentiam: Ergo non sunt inseparabilis Nota Ecclesiæ.* Resp. Nego Sequel. sicut & hanc: Ratiocinari non est necessarium ad existentiam hominis: Ergo non est ejus nota & proprietas. Amesius. 2. *Non semper sunt necessaria ad extraordinariam missionem, ut videre est in multis Prophetis Vet. Test. de quorum miraculis nihil narratur.* Resp. Sed supponitur. Argumentum negativum nil evincit. Amesius 3. *Nos nullam novam fidem, aut extraordinariam missionem profitemur.* Resp. Hæc est nænia omnium hæreticorum, & tamen dicere nequeunt, à quo, habente mittendi potestatem, missi sint. Videatur P. Foretus 1. part. quæst. vex. Quæ ex Alex. Pezantio adducit Amesius, vera quidem sunt, sed non adversa nobis. Aliud enim est, quòd quibusvis temporibus necessaria sint miracula in Ecclesia jam dudum plantata; aliud verò quòd nihilominus ad illustrandam Ecclesiam, & Sanctos suos amicos, Deus ex abundanti largiatur miracula. Amesius 4. *Pleraque eorum miraculorum, de quibus Pontificii gloriantur, sunt illa prodigia, mendacia & signa magna, quæ Antichristum comitatura dicuntur. 2. Thess. 2. vers. 9. Apoc. 13. vers. 14.* Resp. Amesius hoc non potest ex Scriptura probare, nisi ex illo Pharisaico effato: *Hic in Principe dæmoniorum ejicit dæmonia.*

Gerhardus Thes. 119. contendit, id: *quod juxta Bellarm. §. ult. Novatianus fecit miraculum in confirmationem baptismi, posse etiam dici de miraculis, quæ fiunt vel fieri dicuntur in Rom. Ecclesia, præsertim apud Novi Orbis incolas: quòd scilicet non fiant in confirmationem dogmatum Papalium, sed Christianorum illorum dogmatum, quæ adhuc servantur integræ in Rom. Ecclesia.* Resp. 1. Negari jure potest fides Socrati & Sozomeno id testantibus, cum fuerint Novatiani. Resp. 2. Dato illo liberaliter, etsi fortè in uno alterove possit habere apparentiam hoc effugium, in plerisque omnibus tamen nimis patens est, id locum non habere. Quid quæso (ut unicum ex innumeris referam, dicent ad illam P. Marcelli Mastrilli jam à Medicis depositi, & quasi animam agentis, subitaneam sanationem, per apparitionem S. Francisci Xaverii, illam offerentis ex nutu Dei, si voveret Indicam missionem? Quid hic non sapit dogmata Pontificia? Quis verò tam effrons, qui veritatem rei in dubium vocet, cùm gesta sit propè in oculis innumerabilium etiam virorum ex omni parte summorum, qui adhuc hodie supersunt? Legant Pharisæi ejus Martyris vitam, & videant quid effugii comminisci sine blasphemia queant?

Thes. 121. *Juxta Bellarm. ante approbationem Ecclesiæ non est certum de ullo miraculo, quòd sit verum miraculum, ut ait Bellarm. ibid. §.* Est autem &c. *Quomodo ergo miracula possunt esse Nota Ecclesiæ? Hac ratione miracula simul essent notiora & non notiora Ecclesia. Notiora, quia ex miraculis judicandum de veritate Ecclesiæ: non notiora, quia ex Ecclesiæ approbatione judicandum est de miraculis.* Resp. cum P. Bacono: Verum est, miracula nova examinanda esse juxta doctrinam S. Scripturæ, & authoritatem Ecclesiæ, nec contra hæc vel Angelus de cœlo evangelizans audiendus esset, quantacumque polleret miraculorum gratia. Unde etsi Lutherus & Calvinus fecissent miracula, tamen audiendi non essent; juxta illud S. August. *Præter unitatem & qui facit miracula, nihil est.* Verùm hæc dicuntur ex suppositione impossibili. Fieri enim non potest, ut vel Angelus de cœlo mentiatur, vel hæretici vincant Catholicos miraculorum gloria. Et in hoc sensu verum est, quod multi Catholici docent, de crisi miraculorum ex doctrina tradita. Neque in hoc est ulla vitiosa circulatio; quia licèt via analysis fides pendeat à miraculis, ut à motivo acceptationis: nostra tamen fides, qui nunc sumus in Ecclesia, non pendet ab his individuis miraculis quæ de novo fiunt, in ullo genere, (licèt & ipsa juvare possint postmodum ad eam corroborandam;) quare hæc ab Ecclesia examinari possunt & debent.

Thes. 126. *Externo aspectu dijudicari non poterit, an hoc vel illud sit verum vel mendax miraculum, ut fatetur Bellarm. Ergo miracula nequeunt esse Nota Ecclesiæ.* Resp. Si hoc & similia argumenta vim haberent, nec Christi nec Apostolorum miracula debuissent mundo facere credibilem Christi doctrinam; ideoque imprudenter aut impiè à Gerhardo objicitur. Scimus ergo moraliter satis certò & evidenter (uti illa mulier 3. Reg. 17. vers. 24. quæ filium resuscitanti Eliæ dixit: *Nunc in isto cognovi, quoniam Vir Dei es tu &c.*) Ecclesiam illam quæ magnis & crebris matureque examinatis fulget miraculis, esse fide dignam; præsertim si miracula illa fiant per actus & ritus illius Ecclesiæ proprios, ut per Vota, Missam, Cultum reliquiarum, invocationem Sanctorum, &c. Certè numquam miracula erunt testimonia, si tunc non sint.

Thes. 133. *Juxta Bellarm. Miracula nec vera nec falsa fecerunt Pontifices duobus proximis sæculis. Atqui si is qui est Caput Ecclesiæ, non facit miracula, quomodo miracula erunt propria & infallibilis Nota Ecclesiæ? Solent aliàs nomine Ecclesiæ Pontificii solum Papam intelligere, ut quando dicunt, Ecclesiam esse infallibilem; & tamen in solo Pontifice infallibilitatem constituunt. Sic ergo concludimus: Miracula non sunt propria & perpetua Rom. Pontificis, ut Ecclesiæ Capitis, adjuncta: Ergo nec sunt propria & perpetua Ecclesiæ Nota.* Resp. An hoc argumentum virile, vel *puerile* sit, decernat Titius. Sibilis certè solveretur etiam à Theologis primi anni.

Ad CAPUT XV.

NOta duodecima est, lumen Propheticum. Hæc Nota eodem fundamento nititur, quo Gloria miraculorum. Constat autem utraque fulsisse solius Ecclesiæ Catholicæ Cultores, ut SS. Benedictum, Bernardum, Franciscum &c. Amesius: *Lumen illud non constanter in Ecclesia lucet: non potest igitur esse Nota.* Resp. Malè ita inferri constat ex dictis. Ratiocinatio est nota hominis, etiamsi hic per multos annos non ratiocinetur. Frivola porrò sunt quæ Amesius opponit de Hieron. Savonarola; neque nobis officerent, etsi veræ essent, quæ ejus feruntur prophetiæ. Dictum Tertulliani de præscript. cap. 44. verissimum est: quia sola miracula, vel solæ prophetiæ, si non conjungerentur cum explorata doctrina Ecclesiæ, aliisque boni Spiritus indiciis, neminem movere prudenter possunt ac debent ad assensum.

Gerhardus præter objectionem Amesianam, postquam Thes. 137. recitasset Bellarmini responsum, ad objecta vaticinia Apollinis &c. (quòd scilicet ea prædixerint, quæ dæmones ipsi facturi erant; vel ea quæ cœpta erant fieri, ignorantibus nuntiabant tamquam futura; vel demum ea prædicebant, quæ natu-

naturales habent causas nobis ignotas, illis autem notas propter majorem Naturæ subtilitatem.) interrogat Gerhardus: *Cùm ergo scire, sit rem per causas cognoscere; quomodo Prophetia potuit esse vera & propria Ecclesiæ Nota, quandoquidem veras Prophetiarum causas minimè tenemus?* Quæro ego vicissim, cùm Lutherani & Calvinistæ inter reliqua Criteria S. Scripturæ dignoscendæ ponant etiam Prophetiarum impletarum gloriam, cur non etiam eadem jam possit esse Criterium dignoscendi veram à falsa Ecclesia? Prophetiam Lutheri vanissimam meritò hic perstrinxit Bellarminus. Eandem ego nuper in Anti-Musæi digressione adversus Contingium, vanitatis coargui: quod cùm prædixerit Lutherus: *Si sui fideles constanter urgerent, & promoverent suum Evangelium*, fore ut *Omnia Papistica sicut fumus evanescant*, idque *intra biennium*; itemque illud solenne (*Pestis eram vivus, moriens ero mors tua Papa*) nimiæ tamen falsitatis hæc convincantur ipso effectu; cùm vivat, vigeat, floreat Papa post Lutheri cineres &c. Quid ad hæc Medicus ille, ut Pseudo-Prophetiæ labem Luthero abstergat? *Prædixit quidem*, inquit, *Lutherus, forè, ut sicut fumus omnia Papæ evanescant: ubivis autem terrarum id futurum non prædixit*. Καλῶς! σοφῶς! ὀρθῶς! Hoc nempe est specimen palmare laudatissimæ illius artis interpretatoriæ Lutherano-Calvinistico-Quodlibeticæ! *Si Lutherus mortuus fuit mors Papæ*, hic profectò non uno tantùm loco, sed ubique exstinctus est, nisi fortè Medicus hic dixerit, mortem non extinguere vitam ubique, sed tantum in uno loco, adeoque posse mortuum alibi vivere. Tam ergo verum fuit hoc Lutheri vaticinium, quàm omne ejus Evangelium, ac vice versa. Tali autem Vati quis prudens in re ulla credat?

Ad CAPUT XVI.

NOta decima tertia est, Confessio Adversariorum. De hac alibi satis dictum, contra Gerhardum. Amesius autem hoc solum regerit: *Ecclesia igitur illa, quæ adversarios habet pervicaces, malignos, virulentos, maledicos, diabolos, non erit vera Ecclesia*. Hoc nempe etiam est illatum ope inclytæ illius Quodlibeticæ! Equidem pro mea tarditate assequi non possum, quomodo ex hoc, quod tanta sit vis veritatis, ut etiam adversarios cogat interdum sibi testimonium dare, juxta illud Deuter. 32. v. 31. *Non est Deus noster ut Dii eorum, & inimici nostri sunt judices*. Quomodo, inquam, ex hoc inferatur, veram Ecclesiam non habere adversarios malignos, aut eam non esse veram Ecclesiam, quæ habet adversarios diabolos, Qui potest capere capiat.

Ad CAPUT XVII.

DEcima quarta Nota est, Infœlix exitus eorum qui Ecclesiam oppugnant, Pharaonis, Antiochi, Herodis Ascalonitæ, Neronis, Domitiani, Diocletiani, Maximiani, Simonis Magi, Manichæi, Montani, Arii, Juliani, Valentis, Nestorii, Hunerici, Anastasii, Lutheri, Zuinglii, Carolstadii, Calvini &c. Amesius: *Infœlicitas ejusmodi hominum non semper apparet mundo*. Sic est, multa enim reservantur sæculo futuro, ne fides resurrectionis nutet apud multos, ait S. Chrysostomus. At numquid sufficit id apparuisse in exemplis a Bellarmino adductis? Quod deinceps ad Foxum Calvinianæ, hoc est, nullius fidei hominem, & ad Thuanum modicæ fidei historicum, nos remittit Amesius, ut inde *non inutilem notam, documentum vel admonitionem capiamus*, non refutationem, sed risum meretur.

Ad CAPUT XV

ULtima Nota est, Fœlicitas tem
lata, qui Ecclesiam defenderur
gnit. num. 12. Numquam enim Cath
ex animo Deo adhæserunt, quin facil
bus triumpharint, ut præter Vet. Tes
stas de Constantino M. Theodosio,
stiniano, Carolo V. aliisque innumer
copiosè Thomas Bozius, & Joannes
rembergius in Theopolitiet lib. 2. Ubi
exemplis, sed & rationibus præclarè

V I N D I C

Pro Libro Primo de C

Ad CAPUT I

MInistros Ecclesiæ rectè Clericor
pellari, hoc cap. demonstrat B
quidem hæc appellatio ex Divinis Scri
pta, in ore omnium Conciliorum, om
totius Ecclesiæ, universi terrarum orbi
tatibus ac sæculis fuit. Negat hæc pras
& cum suo Calvino ait: *Hæc appellatio*
certè ex prava affectione nata est, cùm to
rus, idest, hæreditas Domini à Patre dic
vit Lutherus dicens: *Clericos à Laicis di*
minum traditio. His verè impiis verbis a
addere: *Nemini præterquam Deo ipsi, &*
jus imponendi nomina, quibus Ministri D
guantur. Nominum enim impositio ad par
pertinet. Si ergo Concilia vel Patres hoc no
Ministris Dei, authoritatem sibi temerè arr
alienos. Deinde falsum est, quod de omni
ta Ecclesia, & orbe universo Bellarm. affirm
refutationem non merentur, sed potiù
insolentissima insania, ut S. Augustinus
Novatores omnia priscæ Ecclesiæ instit
luuntur. Non possunt certè vel unum
producere, qui aliter locutus sit. Ex
stoli in Can. 12. 13. 15. & Conc. Nic
in Can. 1. 2. 3. 8. 17. 18. & 19. hoc n
rint, nemo nisi imprudens & impuder
test, quin tribus primis sæculis in usu fi
Prælati Ecclesiastici non veniunt nom
qui (si ita videatur) æquè possint Mi
nomen imponere, æquè ac natis suis G
dum carnem? Hoc verò dixerim, si
largiremur, id nomen non à Christo,
& Patribus impositum fuisse; quod tam
batur. Nam tres ex omnibus Patribus
guæ peritissimi, Origenes, Epiphanius,
illud Hierem. 12. vers. 13. *Cleri eorum n*
apertè interpretantur de ordinis Ecclesi
Sed hæc Amesius non curat, quin pot
constet Spiritum S. ita loqui, putat *e*
tis errore ludendi ansam Patres captasse.
Tertullianum vetustissimum & doctiss
rem curat Amesius, impiè pronuntian
Clerici, uti & *Sacerdotii*, *altaris*, *merit*
phrases incommodas (Lutherano-Calvin
præter Scripturæ stylum, cum præjudicio
clesiæ periculo, tum temporis (altero po
culo) *in Ecclesiam irrepsisse*. Sed hæc
di libido vel maximè confirmat Cath
nam apud quemvis pium.

At objicit cum Calvino Amesius: *Tota Ecclesia in Scriptura, Clerus appellatur. 1. Petr. 5. vers. 3. Ergo inique appropriatur ejus Ministris.* Resp. 1. Probabile est, Cleri appellationem à S. Petro positam, ad eos tantùm referendam, qui propriè *Clerici* vulgò vocantur, ita ut Episcopi ibi moneantur, in pascendis laicis cavere turpe lucrum, sed in Clericis regendis (qui propriè Episcoporum ministri erant) fugere dominandi cupiditatem. Resp. 2. Sine dubio S. Petrus allusit ad Levitas, qui num. 18. vers. 20. & Deut. 18. vers. 2. dicuntur esse de sorte Domini, & Dominus dicitur eorum pars & hæreditas: Levitis autem nunc respondent soli Ecclesiæ ministri. Resp. 3. Potest appellatio Cleri diversa ratione cùm Ecclesiæ universæ, tum solis Ecclesiæ ministris convenire: Ecclesia sors est & hæreditas Christi, quia eam sanguine suo acquisivit: simul tamen certa quædam Ecclesiæ portio Ministerio altaris consecrata, magis propria ratione sors & hæreditas Christi dici potest: Sicut & Synagoga passim hæreditas Domini vocatur, & tamen num. 16. vers. 8. & 9. dicit Moses ad Core: *Audite filii Levi: Num parum vobis est, quòd separavit vos Deus Israel ab omni populo, & junxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei?* Quæ hic verbosè replicat Amesius, mera logomachia sycophantica sunt.

Ad CAPUT II.

AD creationem Episcoporum & aliorum Ministrorum (præsertim curam animarum habentium) tria ferè concurrunt, ex communi Catholicorum sententia, ait Bellarminus. 1. Electio latè sumpta, quæ est designatio personæ certæ ad officium Ecclesiasticum. 2. Ordinatio seu consecratio, qua certo ritu ab Episcopo inungitur & consecratur. 3. Missio, seu Vocatio, quæ jurisdictionem tribuit, ac reipsa Pastorem facit. Multa Amesius hic carpit. 1. *Turbari*, ait, *Quæstionem, dum proponitur sub appellatione Institutionis, & tamen explicatur sub nomine Creationis.* 2. ait: *Institutionis aut Creationis constitui tres partes, quæ partium naturam non habent. Vocatio idem est, quod institutio aut Creatio. Electio etiam nihil aliud est, quàm essentialis modus vocationis ordinariæ.* 3. *Ordinatio malè describitur per cæremoniam unctionis, nisi admodum impropriè utrumque vocabulum accipiatur.* 4. *Post electionem & Ordinationem legitimam nulla vocatio aut Missio generaliter est exspectanda, neque potest intelligi quid Vocationis desit Ministro sic electo ordinato.* Ita Amesius, sed malè; ut proinde omnia ab ejus confusione & æquivocatione vindicentur, & ex communi Theologorum & Canonistarum doctrina declarentur;

§. Unico.

Prænotantur nonnulla; & status Controversiæ proponitur.

Notandum I. Electionem ad Prælaturam vel Officium Ecclesiasticum tripliciter accipi. 1. latissimè, pro quacumque vocatione aut institutione ad beneficium, ut cum cap. 31. de Electione: Collatio Canonicatus, electio dicitur, cùm potiùs Creatio Canonici dici deberet. Et cap. 24. ibid. nomen Electionis pro Præsentatione usurpatur, cùm populo jus eligendi, idest, præsentandi aut nominandi tribuitur. 2. Lata acceptione, beneficium electivum dicitur omne id, ad quod alicui jus tribuitur per suffragia & alterius confirmationem. 3. Strictè & propriè definitur à Canonistis in tit. de Electione: *Persona idonea ad Ecclesiæ vacantis Pastoralem dignitatem Canonica vocatio.* Nota II. Electionem in secunda acceptione differre 1. à Postulatione, præcipuè quòd Postulatio innitatur gratiæ; hoc est, per Postulationem aliquis præsentatur Superiori, ut ex gratia illum dispensativè instituere velit: Electio autem innititur juri, ita ut Superior electum confirmare teneatur: Personæ enim, quæ propter aliquam inhabilitatem (modò non criminosam) eligi nequeunt, postulari possunt. 2. A Præsentatione differt, quòd hæc possit fieri à Laico etiam Patrono, qui solus præsentat à se nominatum Superiori Ecclesiastico, à quo debet canonicè institui. 3. A libera collatione seu provisione; quia per Electionem non acquiritur jus in re, & quasi dominium beneficii, sed tantùm jus ad rem, postquam Electio acceptata est: at per collationem acquiritur quasi dominium & jus reale ad Beneficium. 4. A Nominatione, quia per hanc non acquiritur jus nominato, sicut per Electionem, si acceptata sit. Nota III. Consecrationem esse nimis diversam ab omni Electione, Institutione, Missione, &c. Sic enim S. Hieronymus Sacerdotio initiatus fuit, etsi nullum unquam munus Ecclesiasticum, & curam animarum subierit, sed Monachum simplicem egerit, immò ne quidem Sacrum celebrarit. Nota IV. Nomen Institutionis subinde latè accipitur pro quavis creatione ministrorum, uti hic initio cap. 2. accipit Bellarminus. Strictè autem sumpta Institutio juxta Canonistas est: Concessio Ecclesiæ, seu Beneficii Clerico nominato vel præsentato à Patrono. Sicut enim beneficia sunt triplicia, scilicet Patronata, Electiva, & Collativa; ita tribus modis acquiruntur; vel 1. per Superioris institutionem, præcedente Præsentatione; vel 2. per Superioris Confirmationem, præeunte Electione vel Postulatione; vel 3. per liberam Collationem seu Provisionem.

His prænotatis facilè evanescent nebulæ ab Amesio excitatæ, ac præcipuè quod quarto loco ait: Nam etiam juxta praxim Lutheranorum & Calvinistarum in Germania passim usitatam, habent subinde Patroni Catholici jus præsentandi Parochum Lutheranum vel Calvinistam; cui deinde Superintendentes aut Ministri manus imponunt, ac sine dubio (sua opinione) dant potestatem prædicandi purum Verbum juxta Lutherum vel Calvinum, & Sacramenta administrandi: Hanc enim à Patrono Laico (præsertim si Catholicus sit) nequeunt accipere.

Controversia igitur jam est: Penes quos sit tam Ordinatio, quàm Electio & vocatio seu Missio Ministrorum Ecclesiæ? Lutherani & Calvinistæ plerique docent: Electionem & vocationem jure Divino ad Ecclesiam universam spectare, & Ordinationem ad Pastores nomine totius Ecclesiæ. E contra Catholici summa consensione docent: Jus Episcopos ordinandi & vocandi, ad plebem nullo modo pertinere: jus autem eligendi fuisse aliquando & aliquo modo penes populum, sed Pontificum conniventia, non lege Divina. Amesius rejicit, quod dictum est de summa consensione Catholicorum, ac objicit Parisienses, qui testantur contrarium in lib. de Eccles. & polit. potestate. At jam suprà monui, Amesium fallere aut falli, dum nobis nomine Parisiensium aut Sorbonicorum producit Simonem Vigorium, non Theologum, non Catholicum, sed JCtum & Schismaticum.

Ad CAPUT III.

ORdinationem seu Consecrationem Ministrorum ad solos Episcopos pertinere probat. Bellarm. hoc cap. I. Quia Moses Sacerdos & Pontifex solus ordinavit & consecravit Aaronem & filios ejus Sacerdotes primos Vet. Testamenti. II. In Novo Testamento ubicumque mentio fit manus impositionis, semper Apostolis cæterisque Episcopis, numquam verò plebi tribuitur. Actor. 6. vers. 6. 1. Timoth. 4. vers. 14. ubi

licèt

licèt Presbyterio tribuatur manuum impositio, tamen omnium ferè Interpretum consensu intelligitur Episcoporum cœtus. Amesius hoc fatetur, sed pro consueta sua modestia subjungit: *Patres id facere sine ratione, & contra Scripturæ phrasim ac usum*. III. Idem patet ex Canon. 1. Apostol. Canon. 4. Conc. Nicæni, aliisque Conciliis & Patribus propè innumeris. Quibus accedit IV. Perpetua & universalis Ecclesiæ praxis; ita ut à sæculo non sit auditum, quòd Episcopus à non Episcopo ordinetur.

Amesius hic in meridie cæcutiens, multas, more suo, ponit antitheses, omni rationum nervo destitutas, ac satis insulsas & contumeliosas, quæ nec recitationem, nedum responsionem merentur. Objicit deinde 1. *Hieronymum à Bellarm. citatum cap.* 4. Sed in hoc cap. nullum verbum legitur. Et quod cap. 15. ex S. Hieronymo refertur: quòd primis Apostolorum temporibus communi Presbyterorum consilio gubernata sit Ecclesia, nihil ad rem facit, ut infrà constabit. 2. ait: *Quomodo potuerant Episcopi primi ab Episcopis ordinari?* Resp. Ab Apostolis ordinati sunt; erant enim illi eminentes Episcopi quoad jurisdictionem, formaliter quoad characterem. Objicit 3. cum Calvino: *Fatemur veros à veris Episcopis, hoc est, reformatis Senioribus ordinariè ordinandos esse, sed nomine Ecclesiæ, cui ordinantur*. Resp. Tribus modis intelligi potest, Pastores à Pastoribus ordinari nomine totius Ecclesiæ. 1. Quo modo nomine totius corporis oculus videt, lingua loquitur &c. Et in hoc sensu potest admitti quod dicunt. Neque hoc admisso sequitur (quod contendit Amesius) potestatem ipsam ordinandi esse aliquo modo originaliter in tota Ecclesia. Oportet enim hic manere in analogia corporis & membrorum, non verò transire ad animam, ut ineptè facit Amesius. 2. Ut in ipso populo, sit vera potestas ordinandi, ita ut quivis de populo id possit. Sed hoc neque juxta Calvinum admitti potest, qui lib. 4. cap. 3. §. 16. ait: *Perpetuum usum Apostolorum precepti vice esse debere, ut non ab ullo è plebe manuum impositio fiat*. Sed Amesius ad Independentismum pronus supra suum Magistrum sapit, dum ait: *In defectu idoneorum Presbyterorum posse id non Presbyteris mandari*. 3. Ut in populo sit potestas jurisdictionis, ita ut imperare possint Pastoribus, ut certis hominibus à se assignatis manus imponant. At hoc dici nequit, cùm populo non competat Jurisdictio Ecclesiastica, ut infrà patebit.

Ex hactenus dictis, contra hæreticorum quoscumque cœtus, & potissimùm contra Lutheranos & Calvinistas irrefragabiliter infertur, apud eos non posse esse veram Ecclesiam. Non enim censentur veri Pastores, sed lupi, qui non sunt per manus impositionem à veris Pastoribus ordinati, ut fatetur loc. cit. Calvinus: Sed ipse Calvinus, cum Luthero, Zuvinglio &c. non fuerunt à veris Pastoribus ordinati Episcopi, sed tantùm Presbyteri: Ergo nec illi qui primis successere, & ab iis ordinati sunt, fuerunt veri Pastores. At Ecclesia sine Pastoribus esse nequit, ut fatetur Calvinus loc. cit. §. 4. Ergo apud Lutheranos & Calvinistas non est vera Ecclesia. Hoc argumento S. Hieronymus Dial. contra Lucifer. apertissimè confutavit quendam Hilarium hæresiarcham: Eo quòd ipse Diaconus existens non potuerit ordinare Sacerdotes, sine quibus Ecclesia esse nequit. Idem argumentum valde torquet nostros Sectarios; unde varia, sed vanissima excogitarunt effugia, ut 1. Quod Presbyter non differat ab Episcopo, de quo infra. 2. Quod electio (quam à Missione seu vocatione negant distingui) jure Divino sit penes populum fidelem, & consequenter etiam Ordinatio; de quo alibi videbimus. 3. Amesius & alii communiter dicunt: *Ritum impositionis manuum non esse absolutè necessarium ad esse Pastoris, non magis quàm coronatio ad esse Regis, aut*

celebratio ad esse nuptiarum. Resp. N
Sed probat 1. Quia juxta Bellarm. lib.
Baptismus externus non requiritur, ut qu
Ergo neque impositio manuum est magis
mysterium. Resp. Dissimulato Anteceden
vertitur dictum Bellarmini) negatur Se
enim ibi connexio? Quis dubitet,
quid sit oculus aut cerebrum, quàm
capillus, &c. in corpore animato?
Baptismus propter necessitatem valdè confe
stiano: Ergo & ordinatio. Resp. Dispa
ta. Illud enim Sacramentum singulis
necessarium: hoc verò per se loquend
lius 3. Juxta Bellarm. *Non est necessa*
ctio & sub qua etiam continetur Ordinatio
pa habeatur obedientia tamquam Christi
petit haberi pro tali. Ergo licèt primi
fuissent rite ordinati, tamen cùm illi co
res ab Ecclesiis habiti sint pro veris Pa
hoc ad Ecclesiam in suo statu conserva
Falsariè affingitur Bellarmino, quod
tineatur sub Electione. 2. Disparitas
inter Pastorem habentem titulum
ideò subditi bona fide credentes esse
rem, jure tenentur obedire; & inte
pessima fide sibi arrogarunt Ecclesiæ
reformationem, sed deformationem.
Papistas, simplex Sacerdos potest ex
Confirmationis Sacramentum, & Subdia
quidni etiam sine concessione Papæ, sed
te, etiam Sacerdotium? Resp. Illud
clesiæ, hoc improbat; & pro hæreti
te 1200. annos. Porrò contra hoc d
folentissimæ insaniæ, juxta S. Augu.
Episcopus semel consecratus etsi fieret ha
maticus, adhuc potest validè ordinare, u
tiunt Doctores: An verò quisquam tam
ret in tali nebulone ab Ecclesia præciso
ad ministros instituendos, quàm in omn
clesiis Christi? Resp. Mirum non est,
excommunicatus, ob characterem in
validè consecrare Eucharistiam, Sac
&c. quo caret universa multitudo la
votus fœmineus sexus. Amesius *6.*
dinariè fieri nequeat; cur tamen fieri n
clesia generali apostasia opprimitur. Res
Ind commentum de apostasia univer
gitur promissioni Christi. Quodsi pa
liæ deficerent, diu carendo veris
cerdotibus, facilè aliunde providere
ma conversione singularum gentium
est. At necdum quiescit Amesius,
bustiorem nostro Achillem opponere
quit, *Pontificiis in sua Ordinatione deest*
te causa principali & necessaria, hoc
tutione. 2. Materia, quia plerique omn
Apost. sunt incapaces ministerii Ecclesiast
quæ apud Papistas est puerilis aut scenicu
quia sacrilega personati Episcopi verba (
tem, &c.) nihil habent cum officio C
commune. 5. Objecto, quia nulli partic
dinantur, sed indeterminatè & sine ti
necessario, scil. examine prævio. 7. Fin
tinationis justa, scil. legitima electione
Papistæ nullos habent Pastores rectè ord
juxta Bellarmini sequelam, nullam v
Respondeo, Hæc blasphema calumn
affirmatione fulcitur, ita simplici infi
co evertitur: alibi verò contraria fu
bis jacientur.

Ad CAPUT IV.

Missionem Ministrorum non esse populi, sed Episcoporum, probatur: Tum quia Ecclesiastica jurisdictio non est in ipso cœtu fidelium, sed in Capite, hoc est, in Papa, & Episcopis: Tum quia nusquam legitur in SS. Scripturis ea potestas tradita à Christo nisi Apostolis: Tum quia idem constat ex consuetudine Apostolorum, ut fatentur Magdeburgenses Cent. 1. lib. 2. cap. 2. primos Episcopos ab Apostolis institutos: Tum quia Electio & Nominatio non pertinent jure divino ad populum, ut infrà patebit: Ergo multò minùs Missio, seu collatio potestatis Pastoralis seu jurisdictionis. Contra hoc insurgit Amesius, aitque 1. *Malè confunditur Missio & vocatio. Missio enim in Scriptura nusquam significat vocationem ordinariam, qua per homines in alium derivatur.* Quia verò facilè vidit, objici posse illud Rom. 10. vers. 15. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? supple*, inquit (*ex Cajetano*) *à Deo*. Resp. Falsum est, Missionem cum Vocatione malè confundi. Nam sine dubio omnes legitimi Pastores, sicut vocati à Deo, ita & missi à Deo sunt missione & vocatione ordinaria. Ut enim ex S. Hieronymo rectè notat P. Cornelius in illud: *Apostolus non ab hominibus, neque per homines &c.* quadruplex est Missio. 1. Est à Deo solo, uti fuit Moysis, Christi, Apostolorum &c. 2. A Deo per homines, ut Josue. 3. Per homines tantùm, ut cùm per amicos ex carnali affectu quis ad Prælaturam intruditur. 4. A seipso, uti de Pseudo-Prophetis dicitur: *Non mittebam eos, & ipsi currebant*. Et modò verificatur de hæreticis. Unde liquet, omnes ordinariè & legitimè vocatos, esse vocatos à Deo per homines. Amesius 2. *Nulla jurisdictio exercetur in vocatione Ministrorum, quia medium non datur inter Ordinationem & Electionem*. Resp. Petit principium in hac ratione, quæ est sine dubio falsa. Quomodo enim Rex aut Patronus laicus præsentans in Pastorem personam aliquam idoneam, in eam transferre potest jurisdictionem sacram, qua ipsemet caret? Amesius 3. *Juxta Bellarm. & Scholasticos communiter. Jurisdictio duplex est, exterior & interior. Prior à Christo solo omnibus confertur, & hominis actio solùm instrumentaliter intervenit. Juxta communiorem etiam Pontificiorum sententiam Episcopi nihil jurisdictionis à Papa accipiunt. Ergo nulla est Missio per homines distincta ab Electione & Ordinatione*. Resp. Quoad jurisdictionem in foro poli certum est semper intervenire (tamquam causam instrumentariam) aliquem Superiorem creatum, qui saltem determinet potestatem Pastoris vel Sacerdotis ex parte objecti, quam aliàs ex parte subjecti seu principii sufficienter accipit in ordinatione. Quoad jurisdictionem in foro externo, etsi Henricus, Major, Castro, Victoria, & Sotus idem sentiant quod Amesius dixit: falsum tamen est, hanc esse sententiam communiorem. Nam ut Cajetanus apud Azorium lib. 3. cap. 30. testatur, opposita est *verissima Theologorum*, ut jam alibi tractando de Rom. Pont. notavimus, & appositis argumentis evicimus.

Ad CAPUT VII.

An jus eligendi Ecclesiæ Pastores & Ministros jure Divino competat populo, Controversia gravis est vel ideò, quia pro affirmativa Hæretici tamquam pro aris & focis (Ministerio scilicet suo firmando) certant; ac in favorem suæ sententiæ videntur posse producere SS. Concilia, Patres, Imperatores, Jura Civile & Canonicum, Historias, Theologos, & Pontifices ipsos. Sed veritas facilè elucescet, si præter suprà notata observes: Quæstionem non procedere nisi de jure Divino. Nos enim libenter concedimus, fuisse olim in plurimis Provinciis consuetudinem tempore SS. Chrysostomi, August., Leonis M. &c. immò ut Blondellus contendit, usque ad annum 1000. ut populi consensus & suffragium etiam in Electione Pastoris requireretur: quod ut ex indulgentia, non ex necessitate ulla factum constat, ita propter gravissima incommoda, quæ usque ad sanguinarias discordias & cædes procedebant, meritò postea ablata est populo Electio aut postulatio, solumque relictum est testimonium vitæ & morum, quod adhuc in omnibus Ordinationibus exposcitur à populo per Diaconum; quamvis jam hoc fortè magis ad Cæremoniam & morem, quàm ad rem faciat.

Probatur ergo veritas hæc 1. Quia si juris Divini: Ergo vel naturalis, vel positivi. Si secundum, ostendatur ex Scriptura. Si primum, ergo etiam in Veteri lege debuit observari, quod tamen constat non esse factum. 2. Christus voluit, ut Apostoli Successoresque eorum gubernarent Ecclesiam ea ratione, qua ipse præsens eam gubernaverat: Sed ipse elegit Apostolos & discipulos sine ullo multitudinis suffragio. Ergo. 3. Ovibus non convenit, ut pascant, & regant: Populi autem sunt oves, & eligere Pastores pertinet ad gubernationem. Quod verò ait Amesius: *Electionem pertinere quidem ad regimen constituendum, non esse tamen actum regiminis*; falsum esse constat vel ex praxi Protestantibus communissima; qui hodie plerisque in locis hanc populi suffragationem omittunt, & contra per Principes & eorum Consistoria Ecclesiastica destinantur Prædicantes plebi ferè prorsus incogniti. 4. Apostoli Episcopos à se creatos mittebant ad populos absentes & infideles: Ergo sine suffragio multitudinis. 5. Exempla Veterum id evincunt. Nam teste S. Hieron. epist. 85. *Alexandria à S. Marco usque ad Dionysium Presbyteri semper unum è suo numero electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant*. S. Athanasius Frumentium Indis nihil cogitantibus Episcopum creavit. S. Greg. M. misit Anglis S. Augustinum: ubi si gentes converterentur, jussit eum creari Episcopum Anglorum ab Episcopo Arelatensi. Similiter S. Bonifacius Germanis nihil cogitantibus à Gregorio II. Papa creatus est Archi-Episcopus. 6. Denique dissuadent valde hanc popularem Electionem tum imperitia plebis in discernenda persona apta ad Officium Pastorale: tum quia in plebe ferè semper vincit major pars meliorem, unde non mirum, si mali ab illis eligantur, ut S. Chrysost. lib. 3. de Sacerdotio queritur suo tempore factum: tum quia talis modus eligendi obnoxius est tumultibus, ut testantur SS. August. Hieron. Ruffinus &c.

Objicit cum Calvino Amesius: *Si tam incommoda esset hæc ratio eligendi, Veteres eam tam diu non tolerassent. Testatur autem Azorius, eam durasse usque ad Carolum M.* Resp. Consuetudo irrepserat in Ecclesiam, ut paulatim etiam populus cum Clero haberet jus suffragii, quod inde factum, quia prius testimonium multitudinis de vita eligendi requirebatur: sicut ergo paulatim irrepsit, ita sensim sine violentia debuit exterminari. Arguit Amesius impudenter Bellarminum *impudentiæ*, quòd dixerit: Apostolicis temporibus inscio populo Pastores fuisse electos, *cùm nullum vestigium ejusmodi electionis in tota Scriptura reperiatur*. Sed contrarium planè verum est.

Nam etsi viros testimonio populi probatos ipsi Apostoli delegerint, nusquam tamen Electio & Missio populo tribuitur: vel adversarii aliud ostendant, si causa cadere nolint. Cardin. Cusani authoritatem, quam pro se Amesius allegat, tanti non facimus; neque eum, ut cæteris Catholicis contradicentem, putamus audiendum. Tantum ille apud nos obtinet, quantum ejus fundamenta, è quibus nullum est, quod probet, electionem populi esse de jure Divino.

§. I.

§. I.

Solvuntur argumenta Hæreticorum.

I. *Actor. 1. verſ. 23. nec Matthias adſcribitur Collegio Apoſtolorum, nec Diaconi Actor. 6. verſ. 5. creantur niſi populo eligente & approbante; & Act. 14. verſ. 22. creabant quidem Presbyteros Paulus & Barnabas, ſed tota multitudine manibus ſublatis declarante, quem habere vellent. Nam mos erat Græcorum, ut per elevationem manuum ſuffragia durent in electionibus, quod ſignificatur per ly χειροτονήσαντες.* Reſp. 1. De S. Matthia nullibi dicitur, eum à multitudine electum, licèt ea electio populo, coram quo facta eſt, placuerit. Unde enim probatur, non ſolos Apoſtolos miſiſſe ſortes? Reſpond. 2. Diaconos elegit multitudo ex conceſſione Apoſtolorum, non ex jure Divino. Item, Quæſtio hic eſt de Electione Paſtorum, non verò Diaconorum, qui præficerentur menſis. Reſp. 3. Eſto, cooperatus ſit populus Electioni, quomodo hinc ſequitur, id neceſſariò & jure Divino factum. Reſp. 4. Neg. ſimpliciter, in ſenſu Scripturæ Evangelicæ, & SS. Patrum, *χειροτονίαν* nequaquam ſignificare electionem per ſuffragia, quæ manuum elevatione fieret, ſed impoſitionis manuum ad Ordinis Sacramentum impertiendum; quod probatur: Tum quia ſæpè in Scriptura tribuitur Apoſtolis ipſis: quorum tamen non erat manus extendere ad ſuffragandum, ſed ordines conferre: Tum quia Actor. 13. verſ. 2. cùm Spiritus S. dixiſſet: *Segregate mihi Saulum & Barnabam ad opus &c.* Scriptura ait: *Tunc orantes & jejunantes, imponenteſque manus, dimiſerunt illos &c.* Quid hìc profuiſſet elevatio manuum ad ſuffragandum, ubi jam Spiritus S. omne dubium ſuſtulerat?

II. Argum. S. Cyprianus lib. 1. epiſt. 4. inter alia multa, quæ profert pro populi jure in Electione Miniſtrorum, hæc habet: *Plebs maximè poteſtatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recuſandi habet: quod & ipſum videmus de Divina auctoritate deſcendere.* Reſp. Cyprianus non vult dicere, deſcendere ex jure Divino, ſed ab exemplis Divinis. Porrò exempla nullam faciunt legem vel jus. Ameſius 1. *Cyprianus procul dubio voluit, quod disertis verbis dixit, deſcendere hæc à Divina auctoritate, & ſecundùm Divina Magiſterii exempla. Quæ mandantur vel approbantur à Deo & rationibus illis nituntur, quæ à Deo præcipiuntur obſervari, æquè rem faciunt eſſe de jure Divino, atque præceptum directum. Sed talia exempla proferuntur & ita declarantur à Cypriano.* Reſp. Quod ex Divino conſilio procedit, etiam eſt ex authoritate & Magiſterio Divino; quis tamen ideò dixerit, omne conſilium Divinum eſſe præceptum Divinum, niſi Novatores, qui contra ſenſum totius antiquitatis Conſilia cum præceptis confundunt, ut lib. ſeq. videbimus. Bellarm. 2. Cyprianus tribuit populo poteſtatem ſuffragandi more teſtis tantùm, non judicis; quod probatur ſequentibus ejuſdem verbis: *Servandum eſt -- ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem cui Præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejuſdem Provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſimè novit, & uniuſcujuſque actum de ejus converſatione perſpexit.* Sed replicat Ameſius 1. *Hoc non eſt habere poteſtatem eligendi & recuſandi. 2. Si hoc ita fuiſſet, tum plebs eſſet immunis à contagio delicti, cum Sacerdote peccatore communicans: quod Cyprianus negat. 3. Tum etiam non teneretur à peccatore præpoſito ſe ſeparare, quod ille affirmat. Fruſtrà certè hæc omnia ſcripta fuiſſent plebi ſi plebis non eſſet judicare.* Reſp. Hinc non evinci judicium authoritativum, quod tamen probandum erat. Et quamvis hoc etiam concederetur, adhuc non inferretur, id eſſe ex aliquo præcepto Divino,

ſed ex conſuetudine recepta ob exem
Scripturæ &c.

III. Argum. *Cuicumque claves regni*
Chriſto ſunt traditæ, penes eum eſt jus
Eccleſiæ: ſed traditæ ſunt toti Eccleſiæ Ma
Ergo. Reſpond. Diſting. Maj. Cuicumq
finaliter (ſeu in commodum ipſius)
poteſtas vocandi Miniſtros, Neg. M.
traditæ ſunt miniſterialiter, concedo
ſunt toti Eccleſiæ *finaliter*, hoc eſt, ad h
uſus earum cedat in bonum totius Ec
do Min. *Miniſterialiter*, ideſt, ut qui
ſit etiam Miniſter Clavium, ita ut
poteſtatem Clavibus contentam: Neg
enim dicat, Claves conceſſas ſingulis d
ſius hic replicat ex Tract. de Eccleſ.
ſtate Simonis Vigorii JCti ſchiſmatici
la Pariſienſi errorem illum, quòd Chriſtus
ſiam, prius, eſſentialius & immediatiùs
riſdictionem dederit Eccleſiæ toti, quàm
hæc impoſtura jam ſuprà rejecta eſt.

IV. Argum. *Cujus eſt diſcernere Doc*
re, Paſtores à lupis, probare ſanam doctri
& non alienum ſequi, anathematizare eo
vangelium prædicant &c. ejus eſt vocare M
Sed ovibus Chriſti ſeu auditoribus, vi Div
prædicta incumbunt. Matth. 7. verſ. 15.
Galat. 1. verſ. 9. Ergo & jus eligendi &
Hoc argumentum abſurdiſſimè evertit
in Eccleſia à Chriſto & Apoſtolis co
enim oves erunt Paſtores, & diſcipu
ſtrum. Diſtinguendum igitur inter trip
ſcilicet ſimplicis aſſenſus, diſcretionis
tivæ deciſionis. Primum competit omn
etiam rudibus: ſecundum doctis quibu
tium Prælatis. Ob primum & ſecundum
libus Laicis competit jus vocandi Mini
evaneſcunt multiplices Ameſii populare
fert deinde ex Card. Cuſano tamquam
Conſenſum populi eſſe neceſſarium, ſcienti
Sacerdotum requiri; ac inſuper ex falſa
ex ignorantia vel malitia Sacerdotis ſemi
lum non excuſari. Unde ſi non deberet po
tervenire in Præſide, injuſtè puniretur ex
malitia Sacerdotis; cùm ad ejus præſidenti
ſenſus numquam intervenit: nihil enim p
imputari. Ita Cuſanus. Sed nihil hæc
quin etiam non tantùm de Epiſcopis,
Parochis quibuſcumque idem dicendur
tamen manifeſtum eſt repugnare commu
Heterodoxorum. Ad hoc ergo, ut p
ſit de probitate doctrinæ ſui Paſtoris.
hæc humana & moralis diligentia & c
ſuum Paſtorem eſſe confirmatum à Se
aut ab habentibus poteſtatem à Sede A
ſiſſe fidei profeſſionem: non laborare
ſuſpicione hæreſis, vel ſchiſmatis, nec
quàm quæ communiter alii Catholici.
vaſſent miſeræ gentes ſub ortu turba
numquam ab eo, vel à Calvino, Zu
none, aliiſve Novatoribus in tot ſectas
ſæ fuiſſent.

V. Argum. *Epiſcopi non ſunt Domini*
Eccleſiæ 1. Corinth. 3. verſ. 3. 1. Petr. 5. ver
columna & firmamentum veritatis 1. Tim.
Ergo ſummum tribunal eſt penes Eccleſiam,
capot: Ergo non hi, ſed illa poteſt vocare
Duplex eſt Miniſtrorum genus; aliud
do, ut mancipia; aliud imperando,
Pædagogi &c. ut jam ſuprà dictum eſt
At inſtat Ameſius: *Qui miniſtrant alicui*
& imperando, poſſunt, ſolent, & ex comm

eligi ab illa Societate. Resp. Hujus asserti falsitatem clamant omnia Regna, Principatus &c. quæ per Successionem deferuntur. Et cur, quæso, Christus non potuisset etiam hanc, sicuti reliquam curam gubernandæ Ecclesiæ, committere suis Apostolis, eorumque Successoribus?

Denique Amesius urget testimonia Conciliorum, Patrum, Imperatorum, Pontificum &c. Et ad Bellarmini Responsionem: quòd hæc omnia non testentur de jure Divino, ait: *Supponere & illustrare ea testimonia jus Divinum; testarique potestatem, quam Papa sibi & suis jam arrogat, non esse juris Divini*. Resp. Prius dicit, sed non probat: Posterius in sano sensu posset admitti; nempe, non esse juris Divini, ut electio fiat hoc vel alio determinato modo: Est tamen juris Divini, ut Papa tamquam Caput Ecclesiæ non patiatur modum eligendi Ecclesiæ noxium. Exempla Electionum, quæ Blondellus ex historia Ecclesiastica sine fine coacervat, in quibus etiam intervenit suffragium vel testimonium aut consensus populi, nihil ad rem faciunt. Etsi enim ea omnia verissima essent; non inde inferretur, aut id factum esse universaliter, aut factum ex jure Divino.

§. 2.

Gerhardina expediuntur.

Gerhardus disp. 13. Th. 3. ex Bellarm. sic argumentatur: *Quicumque modus eligendi Ecclesiæ Ministros conformis est exemplo Ecclesiæ Apostolicæ & primitivæ, ille est omnium optimus, & meritò ab Ecclesia observatur: At modus eligendi Ecclesiæ ministros iste, quo populus cum Clero Episcopum eligit, est conformis Ecclesiæ Apostolicæ & primitivæ; Ergo*. Minorem ait esse Bellarmini cap. 7. Resp. Bellarminus nusquam dicit Apostolos eum modum passim observasse, sed potiùs contrarium expressè probat. Quod verò in §. *Tandem*, Bellarm. ait: In quibusdam locis consuetudinem obtinuisse, ut etiam jus suffragii populus usurparet, intelligitur sine dubio jam de fine quarti sæculi, aut initio quinti, cùm id probet ex S. Chrysostomo. Est ergo Minor falsò affricta Bellarmino. Major propositio, etsi speciem habeat veritatis, est tamen universaliter falsa. Ut enim quoad hoc optimè Erasmus in epist. ad Vulturium observavit: *Cùm Ecclesia, sicut res cæteræ omnes mortalium, habeat rudimenta, progressum, & summa; nunc subitò illam ad primordia revocare nihilo sit absurdius, quàm virum adultum ad cunas & infantiam velle retrahere. Multa secum defert tempus & rerum status, multa commutavit in melius. Olim clanculum in ædes privatas conveniebant pauci Christiani, nunc in templum publicum & consecratum. Utrum decentius? Nimirum hoc. Olim in cœnis sumebatur Eucharistia, in quibus, teste Paulo, alius esuriebat, alius ebrius erat: nunc à jejunis sumitur ad sacram mensam. Utrum religiosius? Olim in Ecclesia alius habebat hymnum, alius apocalypsin, alius psalmum, alius loquebatur linguis, alius prophetabat, & interim garriebant mulierculæ: nunc certis hominibus distributa sunt officia, cæteri taciti compositique auscultant aut orant. Utrum religiosius? Olim in nocturnis vigiliis cursitabatur ad sepulchra Martyrum, à pueris, puellis &c. Atqui flagitia, quæ sub umbra pietatis committebantur, persuaserunt, ut hoc vigiliarum genus tolleretur - - -. Olim corpus Domini dabatur in manum, ut domi cùm vellent sumerent, qui accepissent: at cùm existerent qui tractarent indignè, qui ad artes magicas abuterentur, mutata est in melius consuetudo. Olim populi suffragiis creabantur Episcopi: ejusdem libidine dejiciebantur, interdum lapidabantur. Res erat plena tumultus, interdum & cædis. Itaque res ipsa persuasit, ut penes paucos ac certos homines esset jus designandi Episcopos, aut etiam submovendi. Olim Episcopi apud populum loquentes, cogebantur scenicum quid exhibere, non aliter quàm histriones, quorum actio nisi placeret populo, non optimo judici, sibilis, ejiciebantur è proscenio. Atque interdum audiebantur indecoræ acclamationes, incompositæ manuum jactationes, aliique turbulenti gestus, sibili, cachinni, si quid displicuisset, aliaque quæ vulgus è circis & theatris secum ferebat in Ecclesiam Dei. Queritur hoc frequenter S. Joannes Chrysost., nonnunquam & Hieronymus. Nunc è suggesto dicentem tacitè multaque cum reverentia auscultant omnes. Utrum quæso templo dignius? - - - Quid multis? Si Paulus hodie viveret, non improbaret, opinor, præsentem Ecclesiæ statum; in hominum vitia clamaret.* Hæc valdè sapienter Erasmus; utinam ubique ita sapuisset ad sobrietatem! Unde patet quid de Majore illa sentiendum.

Th. 4. sic arguit: *Quicumque juri Prædecessorum suorum in aliqua re cedit, illius Prædecessores jus aliquod in ea obtinuerunt: At Constantinus IV. cessit juri suorum Prædecessorum, ut fatetur Bellarm. Ergo Prædecessores Constantini jus aliquod in Creatione Pontificis obtinuerunt; & per consequens, non ex nuda consuetudine, concessione & conniventia, sed ex jure descendit, quòd Pontifices Rom. sine approbatione Imperatorum creari non potuerint*. Resp. Jus illud potest & de vero, & de existimato vel putatitio accipi. Quis autem dubitet, posse jus verum humana consuetudine acquiri? Certè nec umbra hic juris Divini apparet, de quo tamen solo tota lis est.

Th. 6. ita colligit: *Leges Divinæ & humanæ electionem Sponsi tribuunt Sponsæ, ac prohibent, ne invitæ alicui Sponsus assignetur, ut fatetur Bellarmin. lib. de matrim. cap. 8.* §. Sed ut. *Ergo cùm Episcopus sit Ecclesiæ Sponsus, juxta jus Canonicum, & Canonistas; utique in Ecclesia idem observari debet, ne scilicet ei invitæ obtrudatur Episcopus, sed ut expressus ejus consensus accedat. Ex hac ergo comparatione multò firmiùs hoc colligitur, quàm Bellarminus oppositum colligit ex comparatione cum Pastore & Ovibus*. Resp. Omnes quidem comparationes aut similitudines claudicare, sed illam priorem multò ampliùs quàm posteriorem. Et hæc quidem posterior apertè ostendit, non convenire ovibus jus gubernandi seipsas, aut sibi pro arbitrio constituendi Pastores, cùm hoc ad Principem Pastorum potiùs pertineat. Illud autem prius manifestè fallit in plurimis, ut nec Lutherani negare queunt. Nam si esset necessarius talis expressus consensus, nec Apostoli, nec eorum Successores potuissent mittere Episcopos ad Provincias & urbes primùm convertendas: irritæ essent omnes missiones & creationes Episcoporum aliter factæ: deberet idem servari in quibusvis Parochis etiam pagorum; (quæ enim hic disparitas?) Hoc autem repugnat communi praxi etiam Protestantium.

Ad CAPUT XI.

Docet hoc cap. Bellarminus: Ordinem Ecclesiasticum accipi vel propriè, vel communiter. Propriè dici eos, qui certo ritu sacro & solemni ab Episcopo conferuntur, & ad certum ministerium sacrificio Divino exhibendum referuntur: Et sunt septem: Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, Acoluthus, Lector, Exorcista, & Ostiarius. Etsi enim Episcopus & Presbyter distinguantur; tamen quantum ad sacrificium, idem omnino mysterium exhibent, ac proinde unum Ordinem faciunt; sicut etiam Lector & Cantor. Communiter autem dicuntur Ordines illi omnes, qui quomodocumque dedicantur Divinis obsequiis, etiamsi non referantur ad Sacrificium. Et sic Ordines dicuntur aliquando à Patribus etiam Monachi, Virgines, Viduæ Deo sacratæ, & laborantes in sepeliendis defunctis. Septem illi Ordines propriè dicti omnes erant in usu Ecclesiæ jam tempore S. Cypriani, hoc est, ante 1400. annos. Ut enim testatur ei coævus S. Cornelius P. in epistol. ad Fabian.

apud

apud Euseb. lib. 6. hist. cap. 33. In Ecclesia Rom. tunc erant Presbyteri 46. Diaconi 7. Subdiaconi 7. Acoluthi 42. Exorcistæ cum Lectoribus & Ostiariis 72. Horum omnium mentio fit etiam in Conc. Romano sub Sylvestro, item Laodiceno, & Carthag. IV. De officiis singulorum non est opus hic agere, tum quia recurret occasio infrà, cùm de Sacramento Ordinis agetur: tum, quia cùm plerosque illos Ordines explodant hæretici, frustrà cum illis de certis singulorum functionibus disputaretur. Amesius ab omnibus se facilè expedit conviciando, & coccysmum suum iterando: *Ex septem illis*, inquit, *Ordinibus, quos nobis obtrudunt, quinque sunt, quorum ipsimet fatentur nullam haberi mentionem expressam in Scriptura; cùm tamen 1. Ministri omnes Ecclesiastici debeant à DEO constitui in Ecclesia*, 1. *Corinth.* 12. *vers.* 28. *A Christo donari*, *Ephes.* 4. *v.* 11. *Et constitui à Spiritu S.*, *Act.* 20. *v.* 28. 2. *Debent à Spiritu S. accipere dona suis ministeriis convenientia*, 1. *Cor.* 12. *v.* 4. 3. *Debent ministeria obire à Christo D. directè pendentia*, *v.* 5. 4. *Debent operationes exercere DEO ipso in illis agente*, *v.* 6. *Qui igitur hoc sibi arrogant, ut novos Ministros propriè dictos in Ecclesia constituant, isti* 1. *peccant in Deum, Christum, & Spiritum S., quorum locum & thronum non verentur occupare.* 2. *Injuriam faciunt illis suis creaturis &c.* 3. *Gravissimam inferunt injuriam Ecclesia Dei &c. Major præsumptio vix potest cogitari, quàm præscribere Domino, quos & quales habebit pro sua sorte, & quibus ipse erit sors; cùm juxtà Bellarm. Ministri illi sint sors Domini, & Dominus sit sors eorum.* Deinde Thes. seq. pergit calumniari, dicens: *Absurdum commentum est ex idololatria Missatica profectum &c.* Respond. Amesius more suo verba S. Scripturæ ad suos errores detorquet, & non tam præsentem, quàm antiquissimam Ecclesiam Christianam atrocissimis afficit injuriis. Nam in cap. 12. prioris ad Corinth. Apostolus ex instituto agit de gratiis gratis datis, docetque eas variis variè à Spiritu S. distribui, & quemlibet in Ecclesia debere suo gradu & gratia contentum vivere &c. Quid verò hoc ad SS. Ordines Ecclesiasticos? è quibus libenter fatemur, non esse à Christo immediatè institutos nisi Episcopos & Presbyteros; cæteros ab Apostolis, aut certè Apostolorum proximis Successoribus: Nam Subdiaconatus & quatuor minores, quos exprimit S. Cornelius loc. citat. sine dubio jam diu erant ante ipsum in Ecclesia instituti. Quid enim, quæso, incongrui habet, quòd Christus præcipuum Ordinis Sacramentum ipse instituerit, Apostolis autem determinandum reliquerit, quos Ministrorum ordines stabilirent, & quibus cæremoniis hi initiandi essent? Blasphemias in SS. Missam Sacramentarii hujus non est opus hic excurrere; fiet infrà. Consequenter enim ille hic loquitur, cùm ait: *Quod refertur ad Eucharistiam sub ratione Sacrificii propriè dicti, hoc facit septem illos Ordines Pontificios, septem gradus sacrilegii spiritualis.* Quia verò facilè advertit, suas blasphemias etiam in priscam Ecclesiam redundare, conatur Th. 3. persuadere, incognitos quinque illos Ordines duobus primis sæculis fuisse, & quæ ex Clemente & Ignatio M. pro illis citantur, esse apocrypha. Sed ut demus gratis, (quod Adversarii nequeunt probare) in primo sæculo non fuisse adhuc eos Ordines eo modo & ritu institutos, sed deinceps in secundo vel etiam tertio post Christum sæculo; quid hinc sequitur? Viros illos Sanctissimos in eorum institutione horrenda sacrilegia commisisse in Deum, Christum, & Spiritum S.? Ità planè damnat tertii, quarti, quinti sæculi Ecclesiam universam horrendi sceleris. Certè in Carth. IV. Concilio, quod celebratum est A. C. 436. non ut res nova instituitur, sed ut antiqua restituitur omnium Ordinum officium, & ritus quo singuli initiantur, iisdem prorsus verbis, quibus hodieque Catholica utitur Ecclesia. Nec opus diutius inhærere in excutiendis Amesii blasphemiis.

Etiam Gerhardus hìc carpit Bellarmin
deratius quàm Calvinista. Ait enim Th
minum non audere originem SS. Ordinum ad
Apostolos revocare. Respon. Transeat; quid
aut mali? Cur Christus non potuit reliqu
determinationem illorum ministrantium?
quæ paulò ante dicta sunt ex Erasmo. T
Bellarminum sibi ipsi contradicere ea distinctio
dines illi considerantur, vel ut se haben
cium, vel ut Hierarchiam *constituunt &c.*
quit Gerhardus, *Ordines inferiores non sunt*
ut eodem cap. §. Ad locum. *Bellarminus as*
do dici potest, quòd Canonista in numero O
nario eos considerent, ut Hierarchiam consti
Bellarminus apertè loquitur in fine Cap.
Episcopis & Presbyteris, quòd duas distin
chias constituant. De Lectore autem
ait: eos non distingui in ordine ad Sacri
que illos Hierarchiam constituere, sed H
servire. Sed hæc & reliqua sunt prorsu
menti, neque digna, quæ contra antiq
siam tertii, quarti & seqq. sæculorum, a
omnia novare studentibus, objiciantur.

Ad CAPUT XIV

HOC Cap. agitata Quæstio præci
ex jure Divino differant Episcop
teris? De Ecclesiastico enim jure nemo
mesius, utpotè Puritanus, tamquam pr
cis dimicat non tantùm contra Catholi
tam adversus omnes Hierarchicos Calvi
glia; & ea de causa indè pulsus est, u
ex ejus vitæ Scriptore Matth. Nethenc
affirmans Episcopos à Presbyteris distin
Lutheranos & Calvinistas definita est
Trident. Sess. 23. cap. 4. & Can. 7. ul
damnatur ut Hæresis; uti & olim dam
Aerio, ut testantur SS. Epiphan. hære
gust. de hæres. cap. 53. Quam labem f
ri studet Amesius, dicens t. *Nullam e*
mentionem exstare in Conciliis & historiis
Sed quid opus erat Concilium cogere,
rii hæresis, omnibus ejus ævi Doctori
esset? Numquid verò illæ duorum Sa
resiologiæ sufficiunt? Quid opus est sin
tum errores à singulis Historicis annot.
S. Augustinum fateri in Præf. se incertam,
regularis definitio hæretici. At hoc est n
quam enim S. Augustinus dubitavit, h
resim, etsi incertus fuisset, quænam sit
finitio hæretici.

Est porrò notandum: Duplicem e
Episcopi: Ordinis, & Jurisdictionis. I
ipsa Consecratione, vi cujus non tantù
ficere S. Eucharistiam, & à peccatis ab
& communes Presbyteri,) sed etiam
Confirmationis jure ordinario, & sacros
ferre; quod certissimum est inferiores
nullo casu posse validè, (nedum licitè)
talis potestas est in omnibus Episcopis,
res seu Suffraganeos solemus appellare
autem jurisdictionis habent tantùm ii,
dam Diœcesi præficiuntur, habentque
ctionem ordinariam in utroque foro.
Catholica Ecclesia, jure Divino Episc
tero majorem esse, tum potestate Ordin
Jurisdictionis; ut docent Theologi in 4.
& S. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 6. R
ratur Amesius, hanc *uni Catholica Eccl*
qua non potest ex ullo Concilio nisi Tridentin
juratis mancipiis (ut ipse calumniatur)

in Theologis ullis præter Scholasticos. Resp. Cur in aliis Conciliis id definirent, cum jam à temporibus Aerii, (qui mox tanquam hæreticus fuit ab omnibus explosus,) à nemine fuerit in dubium vocatum, usque ad Novatores nostros, qui novam per omnia formam Ecclesiæ moliuntur? Amesius 2. *Concilium ipsum Tridentinum non definivit, Episcopos Presbyteris superiores jure Divino: quamvis hoc omni conatu egerint Hispani, ut illis verbis constitueretur Canon. Hierarchiam quidem dicunt Divina ordinatione esse institutam: sed istam phrasim fraudulenter inseruerant Legati ex sententia Lainezii Jesuitarum Generalis, qui distinctionem excogitavit inter jus Divinum & Ordinationem Divinam. Illa enim dicebat esse de jure Divino, quæ à Deo solo pendent, tam in universali quàm in particulari, & omni tempore: Ordinationes autem Divina, quæ à Deo solummodo veniunt in universali, & particularia homines exsequuntur. Hist. Conc. Trid. lib. 7.* Resp. Amesius non tantùm contra veritatem hæc narrat, sed etiam contra illam ipsam mendacissimam Suavis Polani historiam. In hujus enim lib. 7. nihil tale legitur quoad hanc controversiam: an Episcopi sint jure Divino Presbyteris superiores; sed an jurisdictio Episcoporum, uti & Ordo eorundem sint immediatè à Deo? Mendacia Suavis in hoc puncto refellit Card. Pallavicinus lib. 18. cap. 14. & 15. Verbo, Amesius confundit hic omnia, & nihil ad rem dicit, sicut & in seqq. ex Durando, Cusano &c. Aliud enim est dicere, Episcopos absolutè esse ex jure Divino superiores Presbyteris, saltem quoad collationem Ordinum sacrorum, quod nullus Catholicorum, nedum Scholasticorum negat; Et aliud est de Jurisdictione in foro externo & potestate excommunicandi &c. de quo superest Controversia. Ubi iterum fœdè ac multipliciter labitur Amesius, cùm ait: *Non audere Bellarminum dicere, Episcopum esse superiorem quantum attinet ad Ordinem, quia Scholastici omnes docuerunt contrarium; mutat igitur Bellarm. phrasim, & superiorem eum vult, quantum ad Ordinis potestatem; Sed Superior non potest esse Ordinis potestate, qui non est Superior Ordine; quia Ordo & potestas Ordinis, ex natura rei & jure Divino pari passu incedunt; Et certè cùm omnis potestas Ordinis sit potestas Clavium; ac claves non alio gradu à Deo traduntur Episcopis quàm Presbyteris, fieri non potest, ut habeant illi majorem Ordinis potestatem jure Divino.* Resp. Tot ferè hic sunt Amesii, si non mendacia, saltem errores & lapsus ex inscitia, quot lineæ. Numeremus. 1. Falsum est, Bellarminum non ausum dicere &c. Quidni ausit dicere, cùm reipsa nulla sit differentia inter utrumque, nisi purè quoad voces? 2. Nimis falsum est, Omnes Scholasticos docere contrarium. Excepto D. Soto & antiquioribus nonnullis, oppositum communiter & certò docetur, ut infra patebit, cum de Sacr. Ordinis tom. 3. agetur. 3. Falsum est, Ordinem & potestatem Ordinis semper coincidere, si per Ordinem intelligatur ipse character Ordinis, & per potestatem, jus exercendi actum Ordinis: possunt enim sine dubio frequenter ea duo separari. 4. Enormis error aut inscitia est, quòd omnis potestas Ordinis sit potestas Clavium: Ut enim hoc verum sit in ordine ad absolutionem à peccatis; falsum tamen nimis est non modò in Episcopo respectu Sacr. Ordinis & Confirmationis, sed etiam in Presbyteris, qui habent vi Ordinis Sacerdotalis potestatem consecrandi S. Eucharistiam. 5. Falsum etiam est, eodem gradu dari Presbyteris, quo Episcopis Claves; si sermo sit de potestate Clavium adæquata, scilicet in foro etiam externo. 6. Denique ex his principiis non potest non inferri falsa Conclusio, quam ponit ultimò Amesius. Sed jam demum adstruenda est sententia Catholica, & quidem

I. De potestate Ordinis probatur: Quia solus Episcopus potest ordinare Presbyteros, ut constat ex continua traditione Ecclesiæ apud SS. PP. Dionys. Damas. Hieron. Chrys. Conc. Ancyr. Theodor. Leon. &c. Unde S. Epiphan. hær. 75. *Aerii furorem* (sic enim vocat) perstringens, ait: *Dicere ipsum Episcopum & Presbyterum æqualem esse, quomodo erit possibile? Episcoporum enim Ordo Patrum Generator est; (Patres enim generat Ecclesiæ;) Presbyterorum autem Ordo non potens generare Patres, per lavacri generationem generat filios Ecclesiæ.* Ubi nota: Nisi S. Epiphanius censuisset id esse ex jure Divino, frustra rogasset: *Quomodo erit possibile?* Possibile enim esset per abrogationem legis Ecclesiasticæ, aut dispensationem. Amesius hic 1. confugit ad solemne suum, & dicit: *Jus Divinum est, quod divinitus promulgatur in Scripturis; quod hic non reperitur.* Respond. Hæc nænia & basis est omnium hæresum, alibi jam sæpiùs rejecta. 2. Ait: *Conc. Ancyranum contra testatur, Presbyteros posse ordinare, sed non in aliena Parœcia, sine literis Episcopi.* At hoc esse manifestum crimen falsi, patet ex cap. 13. cujus hæc sunt verba: *Chorepiscopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare sed nec Presbyteris civitatis sine præcepto Episcopi, vel literis, aliquid imperare, nec sine authoritate literarum ejus, in unaquaque Parochia aliquid agere.* O Græcam Puritani fidem! 3. Ut S. Hieronymi apertum testimonium eludat, probat ex *Marsilio Patavino* (hæretico) *Ordinationem non significare collationem SS. Ordinum sed œconomicam potestatem dirigendi ritus.* Sed hæc est aperta perversio verbi in Ecclesia notissimi, pertinetque ad Quodlibeticam hæreticorum Perihermeniam.

II. Bell. Esse ex jure Divino, ut soli Episcopi ordinent, indè colligitur, quòd habebatur irritum, si quid in ea re fecissent, qui veri Episcopi non erant. Greg. III. in Epist. ad S. Bonif. S. Damas. Epist. 3. loquens de Chorepiscopis, qui cùm solùm Presbyteri essent, Pontificum more ordinare audebant. *Vacuum*, inquit, *& inane est, quidquid in Sacerdotii summi egerint ministeriis.* At si Presbyteri ex jure Divino vi suæ ordinationis idem possent, non esset invalidum, sed tantùm illicitum, si contra prohibitionem Eccles. tale quid facerent. Porrò Amesio non videntur hæ auctoritates satis antiquæ. Sed hoc frivolum esse facilè ipsemet vidit: ideo instantiam opponit ex *Conc. Chalced. can. 6. & dist. 70. cap. sanctorum* ubi *declaratur irrita ordinatio facta sine titulo: & tamen Pontifices non pronuntiabunt, tales ordinationes irritas esse jure Divino.* Respond. Glossa in eum Can. rectè notat, id intelligi tantùm de executione ejus Ordinis; hoc est: Eam ordinationem postea effectu carere, cùm vetetur sic ordinatus exercere actus talis Ordinis.

III. Bellarm. Soli Episcopi, ut ordinarii Ministri, possunt confirmare baptizatos, necnon templa & altaria consecrare. Amesius more hæreticorum, ridet hoc posterius; Prius verò ait *esse commune Sacerdotibus*; putatque probari *ex jure Canon. dist. 95. & evinci illa ratione S. Hieron. Quid majus est Christo? aut quid potest corpori & sanguini ejus anteponi?* Respond. Jus Canon. loquitur de privilegio & delegatione; nos hic de jure ordinario. Ratio ex S. Hieronym. petita nihil evincit in eo, quod pendet à mero arbitrio Dei.

Probatur idem de *potestate Jurisdictionis*. I. Ex figura Veteris Test. Nam, ut ait S. Hier. Epist. ad Nepot. *Quod Aaron & filii ejus, hoc Episcopum & Presbyteros esse noverimus.* Atqui notissimum est, inter Aaronem & filios ejus jure Divino magnum fuisse discrimen potestatis & dignitatis, Ergo. Nec obstat, quòd S. Hieronym. in cap. 1. ad Tit. & in Epist. ad Evagrium dicat: Apostolum perspicuè docere, *Eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos.* Nam non loqui

Hiero-

Hieronymum de potestate Ordinis, sed Jurisdictionis, manifestum est, cùm ibidem excipiat Ordinationem, dum ait: *Quid facit, excepta Ordinatione, Episcopus, quod Presbyter non faciat?* Jurisdictio autem Episcopalis olim in primitiva Ecclesia, cùm pauci essent ordinati Episcopi, seu primæ Classis Sacerdotes, æqualiter ab Ecclesia etiam secundæ classis Sacerdotibus seu Presbyteris in actu secundo conferebatur; & ideò ipsi etiam Presbyteri tunc Episcopi seu Antistites sunt aliquo modo vocati: sicut contrà Sacerdotes primi ordinis subinde vocabantur Presbyteri, ut patet ex 1. Timoth. 4. & 5. Et notavit S. Chrysost. hom. 11. Postea autem cùm aucta Ecclesia, ex hac concessione speciali Sacerdotibus secundæ classis per dispensationem facta, dissensiones & schismata orirentur, desiit ea potestas ipsis ultra committi. Itaque quoad jurisdictionem distinguendum est inter actum primum & secundum. In actu primo, seu in debito, jus Divinum plus jurisdictionis confert Episcopo quàm Sacerdoti; quia ratione Episcopalis muneris Ecclesia plus juris illis debet conferre, quàm Sacerdoti debeat: At in actu secundo æqualem jurisdictionem potest tribuere simplici Sacerdoti & Episcopo, ut olim contigisse constat, ac de Chor-Episcopis docet Bellarmin. cap. 17. Rectè verò in hanc rem observat Joan. Morinus in lib. de SS. Ordinationibus part. 3. Exerc. 3. cap. 3. num. 15. & 16. *Non omnia statim constituisse Apostolos, quæ ipsis Christus imperaverat, sed paulatim ut sese dabat occasio, præsertim quæ Ministrorum creationem spectabant. Non modò enim inutile, sed etiam molestum illis fuisset, in ipsissimis Ecclesiæ incunabulis sacrorum Ministrorum multitudinem & apparatum ad sacrificandum habere, quem postea decreverunt: plures aliàs Sacrorum Ministri sæpè fuissent quàm Auditores. In primis illis initiis vix erat Apostolis opus Presbyterorum primatu, quia ipsi ubique aderant, & Episcoporum vice fungebantur. Ut quid creassent Episcopos in locis in quibus ipsi vivebant, & Episcoporum Provinciam administrabant? Cùm quis igitur dicit, in illis initiis nullos fuisse in Ecclesia Episcopos, diversa ratione & verum & falsum dicit. Verum, quia aut nullus revera tunc Presbyter ab Apostolis factus erat aliis superior; aut si qui fuerunt, erant rarissimi; eò quòd circumstans necessitas hoc esse faciendum, nondum eos admoneret. Falsum, quia tunc erant Apostoli unicuique principali Ecclesiæ præsidentes, è qua vicinas ut Episcopi facilè regebant. Verùm multiplicatis discipulis, & Evangelio gentibus per varias orbis regiones disseminato, non potuere amplius Apostoli officium Episcopale per seipsos præstare, sed necesse fuit, illos in variis civitatibus Episcopos constituere, quorum ope Ecclesias ut Archiepiscopi & Primates regebant. Hoc autem Apostoli fecerunt, non proprio arbitrio aut humano sensu ducti, sed Spiritu S. impulsi, qui inspirabat illis quæcumque ad bonum Ecclesiæ regimen conducebant.* Ità Morinus; qui in num. seqq. idem in particulari præstat, progressum Evangelicæ prædicationis velut in tabella describens. Ex quibus omnibus facillimè dissipantur nebulæ Puritanicæ ab Amesio aliisque hic ex SS. Script. objectæ.

Bellarmin. 2. Apostoli jure Divino majores fuerunt 70. discipulis: Sed Episcopi Apostolis succedunt, & Presbyteri 70. Discipulis: Ergo Episcopi Presbyteris majores sunt jure Divino. Nec evadit Amesius cùm ait: *Nisi in assumptione, Episcopi ità dicantur succedere Apostolis, ut sint etiam Apostoli, vel eundem gradum cum ipsis obtineant, idque jure Divino; syllogismus est falsus quoad formam.* Nam certum est ex Concil. Neocæs. cap. 13. SS. Damaso, Hieron. August. Leone M. &c. Episcopos succedere Apostolis: Æquè saltem certum est, Episcopos (excepto Romano,) non succedere in ipso Apostolatu, ut Tom. 1. lib. 3. probatum est. Restat ergo ut succedant in munere Episcopali. Magis futile est quod subdit Amesius: *Si nonnulli Patres*

ludant ejusmodi comparationibus, usum poster
rum spectantes, hoc jus Divinum non attin
Sanctorum Patres & Concilia in re tam
Amesio! nec sunt Novatori satis venerar
tatis.

Bellarm. 3. Ipso tempore Apostolorun
suberant Episcopis 1. Tim. 5. vers. 19. *Adv*
terum accusationem noli recipere, nisi sub d
bus testibus. Peccantes coram omnibus argue,
timorem habeant. Quibus verbis posset cla
officium & authoritas Judicis in subditos
tè colligitur, Episcopum exequi tria illa
quibus apud Romanos Judicis officium
Dat enim petentibus in Presbyteros ac
actionis formulam: Cognoscit de contr
jus dicit, sive lite contestata sententiam
non tantùm in Presbyteros, sed omnes
Hinc S. Epiphan. arguit super illud Ap
Presbyterum ne objurgaveris. *Quid*, inq
Episcopo vetare, ne Presbyterum objurgaret,
ipso potestatem haberet? Non alicui ex Presby
ut accusationem contra Episcopum non admit
Episcopum non objurgaret &c. Amesius præcl
venit effugium: *Nulla*, inquit, *ibi fit me*
sed Timothei Evangelistæ. At certè non E
sed Episcopum in tota ea Epistola Paulu
communiter Interpretes agnoscunt; ac p
mandat, ne *manus citò cuiquam imponat*
dubio non est Evangelistæ ut sic; etsi p
vangelium Episcopus vel maximè illud n
stoli 2. Timoth. 4. vers. 5. *Opus fac Eva*
pleat. Cætera effugia Amesii sunt mult
& planè indigna relatu, nedum respo
quæ Th. seq. ad testimonia SS. Ignatii,
Dionysii, Irenæi, Tertull. eludenda pr
sequentium sæculorum testimonia facilè
Puritani; Sed ajunt, hanc fuisse operat
rii iniquitatis Antichristianæ. A qua b
lumnia Puritanorum seu Presbyterianor
tiùs Independentium, etiam ex ipsis Ca
tarelicis eos vindicavit proprio tract
Hammondus Theol. Professor, Londin
præsertim contra Davidem Blondellur
Gallum. Imò è Protestantibus Jacobus
gnæ Britanniæ in sua Monitoria ex jure
Episcoporum authoritatem supra Presb
manifestam agnovit, ut scripserit: *Epis*
sia esse debere tamquam institutionem Apos
dinationem proinde Divinam, contra Pu
sensi - - - - . Quo studio in Episcoporum
Hierarchiæ defensionem semper incubui, e
sam illam Anarchiam Puritanorum invectus
rò quæ novissimè Salmasius & Blondel
tanica ista hæresi commenti sunt, max
Hieron. Ignat. Polycarp., &c. eruditè
modò duobus libris contra Salmasium
tavius in Tom. III. Dogm. Theol. sed et
bus libris in Appendice Tomi IV. è eu
quia valdè memorabilia sunt, libet hic
bere: *Præpostera*, inquit, *illius opinionis*
scelus ac pernicies est ejusmodi, ut ea rec
ges & instituta violentur, ac tota funditus
intercidat Ecclesia, quæ sine Episcopatu
functionum discrimine non potest ità, ut
dita est & ordinata, subsistere. Huc ad
exitiosas clades, quas ex hac hæresi parti
debam, partim, nisi intercessum esset, e
xeram, maximè autem in Anglia, in q
tùm illius vis incumbere cœperat. Atque hic
rerum est consecutus exitus, ut illa mea non
suspicantis, quàm certò prævidentis videatu
Quamquam non mihi hanc assumo potius, qu

tribuo, illius Parenti Caroli I. cujus miserabilem necem luctuosa illius tragœdia postremus actus exhibuit - - - - -. Ergo id quod metuendum tunc erat, reipsa factum auctoribus iisdem & architectis Puritanis, tandem illud Regnum suis usurpavit oculis; finitima ac longinqua terrarum regiones & nationes non sine horrore, ac tam diri facinoris execratione didicerunt. Hic nimirum sacrilega illius doctrina fructus exstitit: hunc exitum & hoc opera pretium fanatici Puritanorum libri pepererunt, qui excusso primum e populorum cervicibus Ecclesiasticorum Principum, quod Christus imposuerat, jugo, alterum subinde civilis regiique dominatus, ab eodem injectum authore repulerunt. Monitum autem Jacobi Regis ad Carolum filium in Βασιλικὸν δῶρον de cavendis Puritanis hoc est: *Hic è Ministerio homines nonnulli præcipites, ignei, audaces, factiosi, unum furoris sui præsidium in paritate collocarunt: qua freti homines improbi, audaces, imperiti, pios, sapientes & modestos redarguerent. Est hæc paritas mater confusionis, inimica unitatis, quæ est ordinis parens: quod genus si ut in Ecclesia, ità & in Republ. quoque obtineret, omnia certò certiùs misceri necesse foret. Si utramque ames, ex utraque pestem hanc egere: Puritanos, inquam, quos nec beneficiis devincias, nec jurejurando fidos facias, nec promissis constringas; sine modo ambitiosos, sine causa maledicos, nec quidquam spirantes nisi seditiones & calumnias. Quibus una conscientia regula est, non Divini Verbi authoritas, sed commentorum suorum vanitas.* Ità Jacobus Rex. Testimonium hoc verum est, & vel solum sufficit ad confundenda elogia, quæ Nethenus Amesio perhibet.

Porrò confirmantur præcedentia omnia ex praxi perpetua Ecclesiæ, qua in Conciliis etiam vetustissimis non nisi Episcoporum fuit authoritas judicialis & decisiva. Item, plurimis in locis legimus Presbyteros ab Episcopis excommunicatos, nusquam autem Episcopos à Presbyteris. Amesius 1. *Hoc est impudentia vincere, non argumentis*. Respondeo, Id quidem de Amesio verissimum est, sed non de Bellarmino. Subdit quidem Amesius. *Eusebius ipse à Bellarm. hic laudatus, disertis verbis testatur: Presbyteros & Diaconos fuisse in Synodo Romana, lib. 6. cap. 43. Presbyteros & Doctores fratrum in villis, in alia Synodo fuisse præsentes, cum aliis ex fratribus, lib. 7. cap. 24. in alia Presbyteros & Diaconos infinitos, lib. 7. cap.* 28. Sed quid hoc ad rem? Interfuere sanè & laici, & adhuc in Tridentino etiam plurimi: At non quæritur, qui possint interesse, sed qui possint interesse cum judiciali suffragio? Amesius 2. *Nusquam legimus in Scripturis, excommunicandi jus esse unius Pastoris, sed legimus esse cœtus coacti. 1. Corinth. 5.* Respon. Non hoc legimus, sed glossa hæc est Puritanica verborum Apostoli v. 4. Certè nec in speciem id inde colligitur, cùm potiùs contrarium Apostolus indicet; expressè enim dicit: Ego Judicavi: Nec nisi suo nomine jubet in publico Corinthiorum consessu, ad terrorem aliorum, excommunicationem solemniter infligi, ut exponunt SS. Chrys. Ambros. Anselmus &c.

Ad CAPUT XV.

HÆretici in patrocinium sui erroris trahere conantur Paulum Epist. ad Phil. 1. vers. 1. ubi *Ministri unius Ecclesiæ distribuuntur in Episcopos & Diaconos*. Resp. Nomina illa, Episcopus & Presbyter, Apostolorum tempore omnibus Sacerdotibus communia fuisse, licèt res ipsæ & potestates distinctæ essent. Sic Act. 20. vers. 28. Paulus ad Seniores Ecclesiæ Ephesinæ ait: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos*, hoc est, Presbyteros & Pastores, (ut probabiliter aliqui exponunt, quamvis non improbabiliter alii etiam de Episcopis sub Ephesino existentibus id accipiant,) *regere Ecclesiam Dei*. Unde Paulus tam in Epist. ad Philip. quàm 1. Timoth. 3. ab Episcopis immediatè transit ad Diaconos, non nominando Presbyteros, quia scilicet eos nomine Episcoporum intelligit. Vide Corn. à Lapide in loc. Apost. & quæ suprà ex Joanne Morino notantur, ex quibus facilè evanescunt Replicæ Amesianæ, uti & ea quæ in Th. 10. ex Tit. 1. vers. 5. & 7. ac Th. 20. ex 1. Timot. 1. v. 3. profert. Ex promiscuo enim usu vocis Episcopi & Presbyteri, nullum potest desumi argumentum. Ejusdem rationis est, quod Th. 21. urget ex 1. Tim. 4. quòd Timotheo dicantur *imposita manus à Presbyteris*. Nam vel hic sumitur *Presbyterium* strictè, quod collatum est Timotheo per impositionem manus Episcopi, ut volunt nonnulli Interpretes; vel (ut melius interpretantur Græci,) *Presbyterium* hic significat cœtum Episcoporum. Ex Apostolica enim traditione plures Episcopi debent manus imponere novo Episcopo initiando.

Porrò Achilles Amesii & Puritanorum omnium desumitur ex S. Hieron. in cap. 1. ad Tit. ubi ait: *Episcopos magis consuetudine, quàm dispositionis Dominicæ veritate Presbyteris esse majores*. Et in Epist. ad Evagrium ait *Apostolum perspicuè docere, eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos*. Sed Responsio patet ex dictis. Quidquid in omnem partem asseratur, illud semper manet certum, S. Hieronymum de potestate Ordinis minimè, sed ad summum de potestate Jurisdictionis loqui, & fortè non omnino ubique constanter & eodem modo: Quod nullum Catholicæ veritati præjudicium afferre potest. Nec est operæ pretium hic pluribus hærere. Videantur quæ Petavius contra Salmasium & Blondellum locis cit. item Hammondus Anglus scripsit.

Urget Amesius etiam S. Ambrosium, non tantùm in cap. 4. ad Ephes. (quod attulit Bellarminus,) sed etiam in 1. Tim. 3. Quibus locis nedum S. Ambr. ait: *Primum Presbyterum olim Episcopum vocatum*; sed etiam: *Episcoporum & Presbyterorum unam esse ordinationem*. Verùm ad Responsionem Bellarmini, (*quòd S. Ambros. loquatur solùm de ratione Successionis Episcoporum*; ità ut initio nascentis Ecclesiæ antiquissimus Presbyterorum consueverit ordinari Episcopus, eoque mortuo succedere solitum, sine alia electione antiquissimum item Presbyterum: at non neget (Ambrosius) primùm illum Presbyterum debuisse iterum consecrari, & novam Jurisdictionem accipere) Replicat Amesius: *Tum nullam causam habuisset*, (ille creditus Ambrosius) *dicendi: Non per omnia convenire scripta Apostoli cum Ordinatione, quæ nunc in Ecclesia est: Tum etiam sine ulla ratione protulisset exemplum Episcopalis privilegii Presbyteris apud Ægyptum concessi, quo consignant chrismate, si præsens non sit Episcopus*. Respondeo, Plus hinc non evinci, quàm quòd posterioribus (etiam Apostolorum) temporibus, meliùs fuerint singulorum Ministrorum officia distincta, quàm mox initio in prima populorum conversione factum fuerit, ubi ferè promiscuè *prædicabant, baptizabant, etiam subinde Laici, & Scripturas in Ecclesia explicabant: postea autem ubi omnia loca circumplexa est Ecclesia, Rectores, & cætera officia in Ecclesia sunt ordinata, ut nullus de Clero auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod sciret non sibi creditum. Hinc ergo nunc neque Diaconi prædicant, neque laici baptizant. Ideò non per omnia conveniunt scripta Apostoli, ordinationi, quæ nunc in Ecclesia est, quia inter ipsa primordia sunt scripta*. Quæ omnia optimè conveniunt cum iis quæ suprà ex Morino notavi, & Puritanorum causam nihil penitus juvant. Quid autem Ambrosius velit per illa verba: *Episcopi & Presbyteri una ordinatio est*: mox sequentibus declarat, cùm ait: *Uterque enim Sacerdos est. Sed Episcopus primus est; ut omnis Episcopus Presbyter sit, non tamen omnis Presbyter Episcopus - - - -*.

Unde

Unde & quemadmodum Episcopum ordinet, ostendit. Neque enim fas erat, ut inferior ordinaret majorem. Neque enim tribuit, quod non accepit. Quibus clarè exprimitur Catholica doctrina, quod scilicet inferior Presbyter non possit creare Episcopum, cùm ipse non acceperit Ordinem & Characterem Episcopalem. Porrò privilegium illud de Presbyteris Ægypti potiùs confirmat nostram sententiam. Si enim ex jure & munere Presbyterorum ut sic, eis competeret confirmare, cur non idem facerent etiam extra Ægyptum ubique? Cur nec vestigium ullibi reperitur, quo indicetur, Presbyterum consecrasse S. Chrisma? Nec magis adversarius favet S. Chrysostomus, qui illud suum *ferme* mox explicat, cùm subdit: *Sola quippe ordinatione superiores sunt Episcopi*. Sed en quanta in Amesio libido versandi verba tam aperta, dum ait: *Ordinatione superiores esse idem est, quod primas partes habere*; quasi etiam Presbyteri ordinarint; cùm tamen nec leve hujus rei vestigium in universa antiquitate Ecclesiastica queat ostendi. Illud enim ridiculæ imperitiæ est, quod ex Rationali Durandi addit: *Omnes Presbyteros præsentes manus imponere presbyterandis*. Equidem, uti hoc omnibus Catholicis certum est, ità notissimum, non ideò Presbyteros omnes in unum conflatos, posse per manuum impositionem creare vel unicum Sacerdotem. Circa Theodoretum quoque nihil novi profertur.

Tandem producitur August. Epist. 19. ad Hieron. sic scribens: *Quamvis secundùm honorem vocabuli jam Ecclesiæ usus obtinuit, quòd Episcopatus Presbyterio major sit, in multis tamen Augustinus Hieronymo minor est*. Bell. Sensus est, ante Christi tempora, nomina ista, Episcopus & Presbyter, non erant honoris vocabula, nunc autem sunt: & secundùm hæc nomina, Augustinus Hieronymo major est, quamvis aliis multis nominibus Augustinus Hieronymo minor sit. Amesius 1. *Bellarminus facit Augustinum otiosè & ineptè philosophari de nominum usu, qui fuit ante omnia Christi tempora*. At cur hoc? cur non vel unicum testimonium adducit, unde constet, vocabula illa fuisse honoris & dignitatis significativa? Amesius 2. *Nullus talis usus fuit horum nominum ante Christiana tempora sine significatione honoris*. Sed hoc falsum esse docebunt JCti, qui in Pandectis legunt, munus fuisse apud Romanos quorundam, qui *Episcopi panum* dicebantur. Anne hoc honoris & dignitatis? Amesius 3. *Facit Bellarminus Augustinum sibi pro scopo habuisse propositum, ut se Hieronymo majorem prædicaret, quod est planè contrarium ejus menti. In summa Bellarminus ita nugatur, ut faciat Augustinum insanire*. Resp. Expositio Bellarmini est valde clara, & verbis Augustini respondens: quomodo autem indè scopus ille perversus Augustino affingatur, fateor me assequi non posse. Quid enim nisi humilitatem redolet, si Episcopus simplici Sacerdoti dicat: *Ego quidem te dignitate Ecclesiastica, tu verò me sapientia & virtute antecellis?* In summa, Amesius pro furiosi sui Puritanismi defensione & nugari, & calumniari, & insanire voluit, ideòque jure merito à Protestantibus Hierarchicis Anglia expulsus est.

Quantum ad Gerhardum, nihil ferè is adfert, quod novam solutionem exigat. Vana complacentia & jactatio est, quod Th. 22. 23. 24. gloriatur, Hieronymum (& consequenter Anselmum & Sedulium,) à Bell. concedi Protestantibus. Hoc quippe valde falsum est; in primis quoad Ordinationem: deinde, etsi quoad potestatem Jurisdictionis alicubi videatur Hier. hæsitasse, alibi tamen satis clarè pro communi dogmate locutus est. Deinde meminisse debebat, quod S. Hieronym. in Epist. ad Nepot. expressè comparant Episcopos cum Aarone, & filios ejus cum Sacerdotibus: Unde ex ipso Hieronymo evanescit illa cavil-

latio, qua Th. 29. Bellarmini argument
nymo desumptum conatur eludere, eò
ex sensu literali deprompturn. Quomo
tem torqueantur verba S. Hieron. illud s
manet; eum apertè Episcopum Presbyt
se ob Ordinationem; & alicubi etiam c
ctionem, quod Nobis satis est. Th. 32.
natur argumentum Bellarmini ex Vet. T
*Si Bellarminus constare sibi velit, dicendu
Rom. Pontifices succedere summis Sacerdoti
Episcopos autem & Presbyteros succedere min
nos Levitis. Atqui hac ratione in fumum abit
menti nervus, ac contrariè potius ex hac V
colligitur*. Resp. Debebat Gerhardus n
ronem & Successores ejus tantùm unius
licæ fuisse Pontifices; In Ecclesia au
na comprehendi omnes Gentes; quæ
los debent habere Antistites, & omne
stites unum Communem: quorum om
proportionali modo gessit Summus V.
Iterum Th. 33. & 34. opponit non tam
Bellarmino, quàm Hieronymum Hier
negare non potest Gerhardus, S. Hi
Epist. ad Marcellin. æquè ac alios Patr
piscopos succedere Apostolis, Presbyteros LX
Neque etiam negare audet, Apostolo
superiores fuisse LXX. discipulis. Quid
ter hinc inferatur nostra Conclusio e
in hoc æquè ac ex aliis Patribus; esto
nymus puncto alicubi quoad Jurisdicti
hæsitare.

Aliæ comparationes à Bellarmino ex
allatæ, è quibus Gerhardus vult antilog
nihil contra principalem illam & rigoros
parationem militant. Nam Apostoli q
tem ordinariam, in qua omnibus & sin
retur, sine dubio pollebant potestate Ep
Ordinem & Jurisdictionem: LXX. di
Presbyterorum munere fungebantur. A
de Episcopus à SS. Patribus comparetur
byter Christo, Diaconus Apostolis &c.
priè dictum, & longè petitum est. Ex
comparatione nimis analogica, (aut pot
nullum; ex priori autem satis univoca
mentum ducitur; junctis præsertim iis,
dens cap. adduximus, contra quæ nihil
lationes Gerhardi.

Ad CAPUT XI

CÆlibatum perpetuum Sacris Or
annexum fuisse Bellarminus hoc
monstrat; sed antequam ejus argument
exponendi sunt errores Novatorum.

Lutherus, Calvinus, eorumque seq
Statum Cœlibatus, Viduitatis, aut Vir
nobiliorem, neque Deo gratiorem esse
Etsi enim Christus Matth. 9. 10. 11. 12. a
cuerit, voluntaria Continentiæ professior
re, opus esse regni cœlestis meritorum
ron. exponit cum aliis Patribus. Calvi
Harmonia contendit, Christi menten
contrariam; scilicet Christum *voluisse c
batum*, quem, Virtutem reputare, cen
maginationem: Apostolos autem respo
sto: *Si ita est causa hominis cum uxore*,
bere &c. arguit impiè *ingratitudinis*. S.
denique, quòd Virginitatem matrimon
ait: *nimis luculentum perversi ingenii spec*
Denique vocat *fascinum Satanæ, foveam
tialem*. Similia passim habet Lutherus.
in Serm. de Conjugio, ubi non tantù

ait viliorem matrimonio, ſed etiam *lenonem* appellare non erubuit, qui à Conjugio abſtineat. Et in lib. de ſervo arbit. cap. 58. ait: *Quid carnalius? immò quid magis impium, ſacrilegum & blaſphemum dici poteſt, quàm id quod Hieronymus ſolet:* Virginitas cœlum, conjugium terram implet.

II. Docent, Matrimonium omnibus imperatum, neceſſariumque eſſe. Luther. loc. cit. *Uti non eſt in meis viribus ſitum, ut non ſim vir, tam non eſt etiam mei juris ut abſque muliere ſim: nec enim eſt libera electio, ſed res natura neceſſaria, ut marem fæmina, & hanc illi ſociari oporteat. Verbum illud Gen. 1. Creſcite & multiplicamini, non eſt præceptum, ſed pluſquam præceptum, Divinum puta opus, quod non eſt noſtrarum virium, ut vel impeditur, vel omittatur; ſed eſt tam neceſſarium, quàm edere, bibere, purgare, mucum emungere, &c.* Tandem adulteria ſuadens ſubdit: *Si tu Conjux, nolueris, alia volet: Si Domina nolit, veniat ancilla.* Nec dubitavit ſpurciſſimus leno Albertum Cardinalem Archi-Epiſcopum Magdeburgenſem & Moguntinum alloqui in Epiſtol. quæ exſtat Tom. IX. Operum Luth. Germ. Witteb. fol. 226. his verbis: *Niſi DEUS miraculum faciat, & ex viro Angelum, non video, quomodo ſine offenſa, & ira DEI, poſſit manere ſine conjuge. Et horribile eſt, ſi abſque uxore inveniatur in morte. Quid enim reſpondebit DEO interroganti: Ego te creavi marem, qui non ſolus, ſed cum uxore debet eſſe: ubi tua uxor? &c.* His ſimilia habet Calvinus. Non potuere profectò hi Veneris Sacerdotes de ipſis belluis ſpurcius & abjectius loqui. Et tamen hodieque non erubeſcunt Calixtus, Titius &c. propugnare, *nihil in iis verbis* ſuum Patriarcham *dixiſſe, niſi quod rectum & pium eſt.* O ſpurcum Evangelion!

III. Docent: Sacerdotes & Religioſos poſſe ac debere Conjugium inire, quocumque tandem continentiæ perpetuæ voto obſtricti ſint. Unde Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 12. §. 23. Cœlibatum Sacerdotum vocat: *Sanctitatem ſtolidam, & prohibitionem matrimonii Sacerdotibus impia tyrannide, non modò contra DEI Verbum, ſed etiam contra omnem æquitatem, factam.* Idem grunniunt communiter in grege Lutheri. Præceſſit olim Vigilantius hæreticus, de quo ait S. Hieronym. *Proh nefas! Epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes, ſi tamen Epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinant Diaconos, niſi prius uxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam.* Fundamenta hujus erroris etiam jecit Chriſtianorum Epicurus Jovinianus, dum docuit: *Virginitatem non præſtare matrimonio*; Quo dogmate audito, Sanctimoniales nonnullæ retroſpexerunt ad nuptias, ut refert S. Auguſt. lib. de hæreſ. cap. 28. Non tamen ea hæreſis tunc ad deceptionem alicujus Sacerdotis pervenit. Gloria enim hæc debebatur Evangelio Lutheri.

Contrà Aſſertio Catholica eſt: Votum continentiæ annexum eſſe Ordinibus Sacris, ita ut nec ducere uxores, nec uxoribus antea ductis poſt Ordinationem uti liceat; poſitivo quidem jure, ſed antiquiſſimo & æquiſſimo, & quod nullo modo expediat ut hoc tempore relaxetur. Nodum in ſcirpo hic quærit Ameſius, dum quiritatur: *Bellarminum obſcurè & ſophiſticè hic agere.* Sed numquid clarè de Ordinibus Sacris loquitur? quid autem notius, quàm eo nomine intelligi Subdiaconatum, & qui ſupra eum ſunt Ordines? Quod ex Durando ſubdit, parum aut nihil huc pertinet: Sive enim ea obligatio continentiæ ſit ex voto implicito ſuſceptioni Subdiaconatus annexa, ſive ex præcepto Eccleſiaſtico, noſtra quantum ad præſentem controverſiam nihil refert. Ineptè etiam Ameſius cavillatur, cùm ait: *Abſque ratione fingi jus Apoſtolicum univerſale & perpetuum, quod non eſt Divinum; alioquin eadem ratione diſtingui poſſe jus Propheticum à Divino.* Reſp. Prophetæ univerſim miſſi ſunt ad vaticinandum & exhortandum populum ſine ulla juriſdictione & poteſtate legiſlativa: ſecus Apoſtoli, qui ſicut Act. 15. ità poſt, plura alia Decreta ſanxerunt, quæ ſunt juris non Divini, ſed Eccleſiaſtici, ut proinde à ſucceſſoribus abſolutè mutari, aut ſaltem diſpenſatione in certis caſibus mitigari queant. Falſum denique eſt, quod ait: *Bellarminum ſibi contradicere: dum huic cœlibatui omnia tribuit, quæ ſunt juris Divini, & tamen negat eſſe juris Divini.* Reſp. Jus Divinum eſt, quod ab ipſo DEO increata ſua authoritate conſtitutum eſt: quale hìc non reperitur. Si Puritanus illas leges poſitivas Eccleſiæ agnoſceret, facilè videret plures, quarum obſervantiam nullibi expedit hoc tempore (ſaltem reſpectu integræ communitatis,) relaxari. Ex. gr. Ut S. Euchariſtia ſumatur à jejunis: ut Sacrificium incruentum nonniſi cum ſacris veſtibus celebretur &c. His præmiſſis

§. 1.

Probatur Aſſertio Catholica.

I. Ex Tit. 1. v. 8. *Oportet Epiſcopum eſſe ſobrium, caſtum, & continentem.* Quia enim caſtitas communis eſt etiam Conjugatis, ideò ut notant SS. Hieron. Euſebius &c. Apoſtolus addidit *Continentem* ab uxoris amplexibus. Ameſius: *Id quod ex Scriptura præceptis probari poteſt, eſt ſine dubio juris Divini. Sed cœlibatus juxta Bellarm. non eſt juris Divini, ſed Apoſtolici: Ergo Bellarminus hujuſmodi loca Scripturæ vel rixæ tantùm cauſa, vel contra conſcientiam ſuam in iſta cauſa profert.* Reſp. Falsò aſſumitur: Omne id eſſe juris Divini, quod ex præceptis Scripturæ habetur. Inſtantia manifeſta habetur Act. 15. in decreto Apoſtolorum de abrogatione legalium. Tale & hoc Cœlibatus præceptum eſſe ex Can. 27. Apoſt. teſtatur S. Clemens. Falsò etiam contendit Ameſius nomen continentiæ hic accipi, prout continentia eſt communis omnibus fidelibus. Certè locus ab eo citatus 1. Corinth. 9. verſ. 25. ubi agitur de certantibus in agone, manifeſtè loquitur de continentia ab omni libidine, ut communiter Interpretes. Præterea per verbum *ἐγκρατῆ continentem* à re uxoria ſignificari, ſatis indicat nomen veterum hæreticorum, qui Encratitæ dicti ſunt, eò quòd ita continentiam extollerent, ut matrimonium damnarent.

II. Arg. *Nemo militans DEO implicat ſe negotiis ſæcularibus.* 2. Timoth. 2. verſ. 4. Sed talia ſunt nuptiæ, quæ hac de cauſa à Baſilio M. *Pedica* vocantur: Ergo. Ameſius fruſtrà negat manifeſtam experientiam: fruſtrà *uxorem piam deprædicat, non impedimentum, ſed auxilium tam in vita ſpirituali, quàm in re familiari.* Nam & rara avis eſt uxor pia, prudens, fortis, &c. *procul & ab ultimis finibus pretium ejus*; Longiſſimè ſuperat major pars meliorem. Et quamvis alicui ea felicitas obtingat, ſunt nihilominus in conjugio etiam cum pia, moleſtiæ ineluctabiles, ut præclarè oſtendit S. Chryſoſt. in 1. Corinth. 7. Quod addit: *Eadem ratione concludi poſſe, Epiſcopum domui ſuæ non debere præeſſe, contra 1. Tim. 3. 4.* Reſp. Apoſtolum ibi loqui de eo, qui ad Epiſcopatum ex conjugio aſſumendus ſit: ut conſideretur, an familiæ ſuæ præfuerit, ut homo frugi & induſtrius; cùm alioquin ſperari non poſſet, quòd bene præfuturus ſit familiæ DEI, qui malè præfuerit ſuæ. Deinde poſſet quis abſolutè domui ſuæ, ſine implicatione, præeſſe: ſi, ut in fine Tomi I. dixi, œconomica non per ſe tractet, aut in ea incidenter excurrat: uti de regimine Principatus ſæcularis Epiſcopatui annexi, dictum eſt. Unde evaneſcunt cavilli Ameſii & Gerhardi.

III. Arg. Vacandum eſt Conjugibus ex conſenſu ad tempus, ab opere nuptiarum, ut orationi poſſint inſtare

ftare 1. Corinth. 7. verf. 5. Ergo homines facrati perpetuò debent ab eo vacare, quia quotidie orationi infiftere debent. Et in Vet. Teft. Exod. 12. v. 11. & 19. verf. 15. Continentia ab uxoribus in primis requirebatur ab iis qui Deo propinquaturi, vel rem facram tractaturi erant. Quod fi Sacerdotes Levitici toto tempore, quo per vices fuas Deo miniftrabant, tenebantur à domo & uxore abeffe, quantò magis convenit Sacerdotes Chriftianos ab uxoribus femper abftinere, qui femper Deo miniftrant; Et fi illi, qui Chriftum fignificabant, (ut vult Calvinus) debuerint ultra humanum modum fe purificare abftinendo à venere, quantò magis purificare fe debent, qui Chriftum ipfum quotidie tractant? Amefius 1. infert: *Ergo etiam omnibus Chriftianis perpetuò à nuptiis abftinendum, quia omnibus dicitur 1. Theff. 5. verf. 17.* Sine intermiffione orate. Refp. Nimis lata eft difparitas: nam facrati homines ex proprio munere obligantur ftrictè ad continuas orationes; cùm econtrà laici nullo ftricto præcepto teneantur, fed tantùm illis fuadeatur, ut fint frequentes in orando. Ut nihil jam dicam de Sacrificio incruento, quod à novo Evangelio Calvini exploditur. Porrò exemplum Davidis, quod Amefius Sacerdotibus opponit, nil penitùs urget. Præterea manifeftè falfum eft, Davidem *frequentiorem & fpiritualiorem in oratione fuiffe, quàm facratorum Papalium ullum.* Quàm multos enim, tefte Hiftoria Ecclefiaftica, Sanctos Sacerdotes conftat fe totos ftudio orationis mancipaffe, nec quidquam aliud nifi cum DEO tractaffe? Quod denique *Abftinentiam à conjugibus Vet. Teft. Sacerdotibus præceptam in tempore vicis fuæ,* Amefius *referat ad meram cæremonialem obfervantiam jam antiquatam,* frivolum eft. Fuit enim revera moralis ratio, ut nimirum oftenderetur, quanta cordis & corporis munditia colendus fit Deus.

IV. Idem probatur ex Conciliis Ancyr. Neocæfar. Nicæn. Carthag. 2. & 4. Item ex confenfu Patrum tam Græcorum quàm Latinorum. Amefius ab his omnibus facilè fe expedit. Ait enim 1. *Decreta Conciliorum non funt juris Apoftolici.* At teftantur tamen Concilia fe idem ftatuere quod Apoftoli, uti Carthaginenfe II. Can. 2. exprefsè dicit: *Omnibus placet, ut Epifcopi, Presbyteri, Diaconi, pudicitiæ cuftodes etiam ab uxoribus fe contineant, ut quod Apoftoli docuerunt, & ipfa fervavit antiquitas; nos quoque cuftodiamus.* Ait 2. *Nullum Concilium generale antiquum à Bellarm. proferri, quod difertè confirmet id quod eft in Quæftione.* Refp. Vana eft hæc evafio. Nam Concilium Nicænum magnum Canon. 3. interdicit Epifcopo, Presbytero, Diacono, ne domi mulierem ullam habeat, præter Matrem, fororem, amitam; ubi nulla fit expreffa mentio uxoris: Quis verò non videt, debuiffe hanc primo loco inter exceptas poni, fi cum ea habitare & confuefcere liceret? Præterea cur, quæfo, prohibetur illis cohabitatio mulierum, fi uxorati effe poffint, magis quàm cuivis alteri marito? nonnè uxores habere ancillas poffunt in eadem domo? Ad hoc obmutuit Amefius. Qui etiam non negat SS. Patres idem paffim quod Nos fenfiffe, fed mavult dicere, SS. Epiphan. Chryfoft. Cyril. Cyprianum, Ambrofium, Hieronymum, Auguftin. &c. *Larvatæ & imaginariæ fanctitatis laudem & admirationem, perverfa quadam æmulatione, quafi contagione quadam, contraxiffe à Marcionitis, Encratitis, Montaniftis, & aliis hæreticis.* Refponfio, Hæretico-Catharo digniffima! quæ fatis prodit, cujus fpiritus fit hic leno Calvinicus. Rationes quas pro Cœlibatu Sacerdotum Bellarminus adducit, infra opportunius referemus. Porrò teftimoniis Sanctorum Patrum adjunxit Bellarm. exempla. Nam, inquit, a tempore Apoftolorum, omnes Epifcopi, Presbyteri, aliique Ecclefiaftici, quorum vitas habemus, & quos unquam laudatos audivimus, continentes fuerunt, ne-

que ullum exemplum probati viri in contra
ri poteft. Similia habet in Judicio de lib. C
Mendac. XV. Quotquot, inquit, ab A
temporibus Epifcopi & Presbyteri celebres
ti fuerint &c. Certè unum aliquem Laudat
pum, Presbyterum, Diaconum, Subdiac
Monachum, qui uxorem duxerit, aut ex
ducta filios procreaverit, adhuc adverfari
tiquitate invenire minimè potuerunt. Ope
proinde erit excutere.

§. 2.

An G. Titius ullum laudatum Sacerdotem non
continentem à temporibus Apoftolorum prod

Titius in fuæ Oftenfionis Summariæ cap
ait: *Bellarminum mendacii & apertæ falfitat*
vincere nullo negotio licet. Et num. 5. vocat
mendacium, cujus focium Erbermannum fe pro
Iren. 1. part. cap. 4. num. 6. Cogita Lector
tiùs hìc mirere, petulantiamne in convicia
fallendo confidentiam? aut ridiculam in
dis à fuo Calixto exemplis inopiam? Pror
firmare Bellarmini meamque affertionem
vix aptius id potuiffet. Evidenter enim
conftat, miferos fcrutantes defeciffe fcrutin
unicum in fex primis fæculis reperire potu
cerdotii fimul & mariti munere laudabil
fit. Percurram fingula Titii exempla.

I. Petit ex Eufeb. hiftor. Ecclef. lib. 4. c
Dionyfius Corinthiorum Epifcopus in Ep
fios Pynitum Epifcopum hortatur: *Ne g*
da caftitatis onus neceffariò fratribus imponat
rum imbecillitati fefe attemperet. Verum q
rem? ubinam vel levis mentio alicujus C
iam exemplum vel unius Hypodiaconi?
dem Eufebius mox fubjicit Pyniti Epifc
fum, Titiano intento prorfus adverfum
etiam quæ circa hoc notat Baronius Ann
num. 15.

II. Ait, apud S. Irenæum lib. 1. cap. 9
tionem *Diaconi, cujus uxorem Marcus hæret*
gus abduxit. Sic eft. At neque Diaconu
neque fcribitur filios genuiffe, aut matrim
fimulque minifterio facro functus. Ergo ni

III. Affertur Tertullianus, quem (eti
vocent nonnulli,) fcripfit S. Hieronymu
cerdotem: fed & Maritum fuiffe patet ex
xorem fuam. Verùm hic, quamdiu Cath
dabilis planè fuit: at nulla vola, nullu
five in Tertulliani, five in cujufpiam proba
libro apparet, unde colligatur, eum Sace
& conjugio functum. Imò Pamelius in No
lib. 1. ad uxorem, & Ambianenfis Capuc
dictis, ex ipfo Tertulliano probant: Eum
poft converfionem fuafiffe (ut Tertull. ip
obfignationem. Ergo nihil ad rem.

IV. Novatum hærefiarcham Presbyt
conftat ex S. Cypriani epift. 49. utroque
nere eum fimul functum effe, in S. Cypria
antiquo fcriptore, nec vola nec veftigiu
Atque ut hoc quoque gratis largiamur, q
& laudatus ille fuerit Presbyter, prodit i
tyr in dicta Epift. ad Cornelium P. En q
Elogium! *Novatus rerum novarum femper*
ritia inexplebili rapacitate furibundus, arroga
re fuperbi tumoris inflatus, femper ifthic Epi
gnitus, quafi hæreticus femper & perfidus om
tum voce damnatus. Omitto reliqua horre
gitia ibid. Ergo nihil ad rem!

V. Cæcilium S. Cypriani Κατηχητὴν P

eumque laudatum fuisse constat, uxoratum autem fuisse, aut simul Sacerdotii maritique munere functum, nec volam nec vestigium in ullo Veterum probatorum Scriptorum reperimus. Ergo nihil ad rem!

VI. Chæremonem Episcopum Nilopoleos, eùm jam planè grandis esset, & ætate propè exacta, una cum uxore sua in persecutione Decii ad montem Arabiæ confugisse, constat ex Eusebio; at quòd matrimonio Episcopus fuerit usus, purum putum somnium est Lutheranorum, cujus nec vola nec vestigium exstat apud Veteres. Ergo nihil ad rem!

VII. S. Agricolam Martyrem gloriosissimum, *altaris Ministrum* fuisse ex S. Ambrosio constat, itemque maritum piissimæ Julianæ; at in sacro ministerio filium unum & tres filias genuisse, usque adeò S. Ambrosius non testatur, ut potiùs oppositum haud obscurè insinuarit. Quid enim sibi vult illa vox Julianæ sanctissimæ Matris ad filium & filias? *Satis vos divites reliquit Pater, si propositum ejus sequamini - - - considera, cui te muneri Pater tali nomine designaverit, qui vocavit Laurentium. Quid autem est, fili, aliud, quod eligendum putes, nisi DEUM Patrum tuorum? Integritas corporis expetenda vobis est, quam ego pro consilio suadeo: - - - Sub bono Conjuge, nec tamen sub bono marito libera fui: serviebam viro, & laborabam placere. Miseratus est Dominus, & fecit Ministrum, continuoque & mihi & vobis raptus est.* Hæc puro interprete non egent: nimis enim clarè ostendunt Bellarmini meumque assertum. Sanè aurea illa S. Julianæ matris oratio vel sola deberet ruborem incutere nuptiatoribus, novi Evangelii buccinatoribus, si vel aliquid priscæ ingenuitatis Christianæ eis superesset. Ergo iterum nihil ad rem!

VIII. Sanctum Spiridionem Trimituntis in Cypro ex ovium Pastore Episcopum, *filiam habuisse Irenem, quæ cùm ei bene ministrasset, Virgo defuncta est*, ex Ruffino, Socrate & Simeone Metaphraste constat: Episcopum verò matrimonio usum, usque adeò non constat, ut potiùs oppositum significetur, cùm dicitur filia ei ministrasse, haud dubiè defuncta jam matre, quæ ante Episcopatum illam pepererat. Immò Græci in Menologio expressè dicunt: *Spiridion post mortem uxoris factus Episcopus.* Ergo nihil ad rem!

IX. S. Gregorium Nazianz. ejusque fratrem Cæsarium ex parente Gregorio seniore jam Episcopo progenitos, fabula est Lutherana, e Poemate malè intellecto conflata. Veritas est, usque adeò non fuisse S. Gregorium Nazianz. à patre Episcopo genitum, ut hic ne quidem ad Christum tunc fuerit conversus, nempè A. C. 324. ut luculentè demonstrat ex ipso S. Gregorio Card. Baronius A. C. 371. num. 109. Ergo nihil iterum ad rem!

X. S. Gregorium Nyssenum fuisse aliquando conjugatum, videtur ipsemet testari in lib. de Virgin. Sed quòd in Episcopatu cum Conjuge vixerit, nec vola nec vestigium exstat; dum potius oppositum colligitur ex elogio Conjugis ejus Theosebiæ apud S. Gregor. Nazianz. Epist. 95. quòd nempè à viro Episcopo separata mancipavit se ministerio Ecclesiæ. Ergo & hoc nihil ad rem!

XI. S. Hilarium Episcopum Pictaviensem fuisse conjugatum ante Episcopatum, filiamque unam ex matrimonio suscepisse, in confesso est. Sed non minus certum, taliter electos, quod ad procreationem liberorum spectat, desiisse esse maritos: ut vel ex Sancto Hieronymo patet, qui Jovinianum alloquens ait: *Certè confiteris, non posse Episcopum esse, qui in Episcopatu filios faciat: alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur.* Porrò hoc à S. Hilario præstitum quis poterit dubitare? cujus animus, virginalis amantissimus integritatis, quantopere expetierit, filiam quoque suam, quam unicè diligebat, Virginem conservare, ac DEO dedicare, testatur quæ ab eo scripta exstat Epistola, Vide Baronium A.C. 350. num. 70. Ergo nihil ad rem faciunt omnia exempla à Titio adducta: imo ex hac imbelli impugnatione, nostra assertio, ad ignominiam omnium adversariorum, vel maximè roboratur.

Quod subjungit Titius ex Baronio ad A. C. 589. *num.* 48. *videri posse e Canone* 5. *Toletani Concilii hoc anno* (DXXVIII.) *habiti, continentiam Subdiaconis minimè adhuc fuisse in Hispania imperatam, cùm in eo Canone* 5. *Sacerdotes tantum atque Diaconi absque uxoribus castè vivere admoneantur.* Hic, inquam, manifestus est lapsus, qui si fuisset contra nuptiatores, ingenti cum strepitu conviciorum Titius sine dubio eum exsibilasset. Certum enim est ex Tomis Conciliorum editionis tam Romanæ quàm Coloniensis, Concilium II. Toletanum habitum fuisse A.C. 528. & in Canon. 5. nec volam nec vestigium exstare ejus, quod ex Baronio refert Titius; In Canon. 2. autem oppositum his verbis exprimi: *Placuit, ut nullus Clericorum à gradu Subdiaconatus & suprà in consortio familiaritatis habeat mulierem &c.*

Quis verò non rideat, cùm deinceps ex Hopfneri *Saxonia Luthero-Evangelica, addi posse, ait, exempla conjugatorum Sacerdotum tempore Gregorii VII.* &c. Nemo negat, sed ultro fatemur, unà cum Simoniaca, Nicolaitarum hæresim eo tempore ita invaluisse, ut plurimi propè de emendatione, (quam Gregorius VII. Zelo DEI accensus urgebat) desperarent, ut infrà ostendemus. Idem sine dubio invenit pluribus locis circa tempora Lutheri: Sanè eo usque mos sacrilegus pervenerat, ut non dubitarent Sacerdotum Sacrilegorum lapidibus sepulchralibus inscribere: *Hic jacet R. D.* NN. *Sacerdos & Parochus cum sua Conjuge* N. Ejusmodi lapis offensionis in Fuldensi pago Kemmetzell inventus & ablatus est, eùm in Buchonia degerem ante annos 36. Sed hujusmodi illaudata exempla nihil opus erat Titium corradere: nos ultrò sine comparatione plura fatemur. Atque hactenus Titius contra Bellarminum, & me: qui contra Bellarmin. illud insuper movet: quod *apertè falsò* affirmant, Omnes Ecclesiarum Canones se proferre posse, qui omnem usum uxorum sacratis hominibus interdicant. Et quod idem Bellarmin. dicit: Græcam Ecclesiam damnasse Omni tempore conjugia post ordinationem contracta, *id*, ait Titius, *insigniter revincit Canon. X. Concil. Ancyrani.* Resp. Imò oppositum validissimè inde evincitur, eò quòd Sacerdotibus omnibus lex Cœlibatus etiam per hoc Concilium imponatur, uti & omnibus Diaconis, de lege ordinaria; eo solo casu (dispensatoriè) excepto, quo Episcopus aliis idoneis promovendis destiturus, admittendum ad ordinem Diaconatus putaret eum, qui non nisi cum protestatione de matrimonio licitè ineundo vellet consecrari. Sed hinc sanè plus non habetur, quàm Canonem Apostolicum à Concilio Carthagin. II. laudatum, in ea Galatiæ Provincia, quoad Diaconos protestantes, fuisse nonnihil mitigatum; quod ipse Bellarm. fatetur. Porrò frustrà tricatur Titius de eo, quod Card. Baronius dixit: *Ejusmodi Diaconos invitos fuisse ordinatos &c.* Facilè enim quivis ex eo colligit, illos aliquatenus fuisse invitos, qui nollent sacrum munus, nisi communi lege relaxata subire: ipsosque ordinantes Episcopos fuisse similiter eatenus invitos, quòd nempè, si potuissent alios habere idoneos, qui communi lege obstringerentur, nollent admittere tales non continentes.

De consuetudine contraria legi communi etiam apud Græcos receptæ, quæ ex M. Anton. de Dominis & Calixto refert, non magis infringunt legem Cœlibatus communem de abstinendo a nuptiis post susceptos sacros Ordines, quàm Consuetudo quæ sub tempora Gregorii VII. & alias in Occidente invaluit; nihil

enim

enim aliud fuit, niſi communis transgreſſio legis, & vitioſa corruptela; adeoque nec ad rem noſtram quidquam facit: immò eatenus pro nobis facit, quòd hinc conſtet *de priſca Eccleſia traditione*, quam Evangelii Lutherani Prædicatores, ut dæmoniorum doctrinam tam ſtrenuè arietant.

Hoc ipſum etiam tamquam antiquiſſimam traditionem Apoſtolicam in Conc. Nicæno magno habitum fuiſſe, ſole clariùs emicat ex illa hiſtoria de S. Paphnutio (quem neſcio qua authoritate Martyrem pronuntiat Titius,) ſi omnino eam non eſſe fabulam, ſed rei verè geſtæ narrationem admittamus. Certè ambabus quidem quaſi ulnis & cæco impetu eam approbant iſti Nuptiatores, ſed ſuo exiguo emolumento; Paphnutius enim ipſe expreſsè voluit exceptos Epiſcopos; quod & in hodiernum diem, etiam juxta Canonem Trullanum, ſervant Græci, ſed damnant Lutherani. Conſtat autem ſibi in hoc puncto egregiè Titius, cùm ait: *Baronium & Bellarminum frontem perfricantes, graviſſimis Scriptoribus*, (ſcilicet Socrati & Sozomeno Novatianis,) *fidem abrogare auſos eſſe, cùm tamen Nibuſius*, apoſtata, *agnoſcat hallucinatos in eo eſſe purpuratos illos*. Conſtat, inquam, Titius ſibi in conviciando, viriſque graviſſimis ſuam mendacitatem affingendo. Res illa de Paphnutii interceſſione prorſus incerta eſt, habetque authores & rationes pro & contra. Mihi quidem ſi alterutram in partem tranſeundum ſit, mallem ſanè cum CC. Bellarmino, Baronio, Perronio, & aliis plurimis eam totam negare.

Teſtimonia tria à Bellarmino, & ſex motiva à Card. Perronio in Replica ad Regem Britanniæ allara pag. 613. debuiſſet Titius ſolidè refellere (quod à nemine hactenus præſtitum eſt, nec puto præſtari poſſe,) ſi eruditum Diſputatorem, & non impudentem conviciatorem agere voluiſſet. Denique num. ult. etiam imperitiam ſuam ſatis prodit, cùm Vaſquezium extollit, tamquam pro Lutherana ſententia diſertè pronuntiantem. Sed nihil Vaſquez ea Diſp. 249. cap. 4. tradit, niſi quod à Catholicis communiter receptum eſt, nempè: Legem Cœlibatus ſacratorum hominum, ante tempora Calixti vel Urbani II. non fuiſſe irritantem, ſed tantum prohibentem. Etiam Monialibus olim & Sacerdotibus nuptiæ erant vetitæ, ita ut (phraſi SS. Cypriano, Auguſt. aliiſque Patribus uſitata,) taliter junctæ cenſerentur Chriſti adulteræ, & ita nupturientes viri ſacrilegi, nuptiis tamen interim validis, & à Sacro Ordine transgreſſores eximentibus, quæ nunc ab annis 500. lege Eccleſiaſtica redditæ ſunt prorſus nullæ. Quod idem circa votum paupertatis contigiſſe circa tempora Juſtiniani Imp. multis eruditè probat Baſilius Pontius Auguſtinianus lib. 7. de matrim. per plura capita. Ubi docet 1. Religioſos priorum ſæculorum ſolitos dimitti à Prælatis votis liberos. 2. Eos ſic voventes paupertatem, retinuiſſe rerum ſuarum dominium, de iis tamen non niſi ſacrilegè invito Prælato potuiſſe diſponere. 3. Conjugia eorundem fuiſſe quidem ſacrilega, ſed valida. Hanc irritationem Matrim. his poſterioribus ſæculis introductam, allatrat, more ſuo Titius, vocans *novam & Antichriſtianam tyrannidem*; aſt ne verbo probat, quod aſſerit. Quidni ergo liceat & nobis, omni alia probatione aut reſponſione omiſſa, hoc ut *novam & Antichriſtianam calumniam* rejicere? Sanè Lutherus Dux Nuptiatorum Neo-Evangelicorum cum omni ſua ſobole, non tantùm hanc legem irritantem, ſed etiam illam antiquiſſimam Apoſtolicam prohibentem Sacerdotibus, (quam quoad Epiſcopos ex aſſe, quoad Presbyteros ex ea parte, qua nuptiæ poſt Sacrum Ordinem initæ cenſentur ſacrilegæ, hodieque ſervat Eccleſia Græca,) tamquam dæmoniorum do-

ctrinam execratur; meritò ipſe cum on
nuina ſobole execrandus, tamquam ſacr
fragus, & blaſphemus univerſæ priſcæ Ec
ſtianæ Calumniator.

Ad CAPUT XXI

ARgumenta hæreticorum contra C
antecedentibus tribus capp. relata
locum conferre opportunum viſum eſt.

I. *Doctrina dæmoniorum eſt prohibere*
1. Tim. 4. verſ. 3. Hoc autem fit à Pontificiis
det Bellarm. Non prohiberi matrimoniu
quiri Cœlibatum, ut conditionem ad C
Inſtat Ameſius: *Qui requirit Cœlibatum*,
trimonium: Sed Pontificii requirunt Cœlibatum
hibent matrim. Reſp. Hoc eſt inſulſum ſo
nium Novatorum, dum arguunt à dict
quid ad dictum ſimpliciter, hoc modo:
ricis prohibet nuptias: Ergo prohibet nu
eſt acſi dicerent: Angli vel Batavi pr
Verbi-Miniſtris mercaturam in India:
bent mercaturam. Non ergo prohibet E
ticis matrimonium, quaſi per ſe malum,
ciebant Encratitæ, Montaniſtæ &c. hæ
poſtolo reprehenſi,) ſed ad refrænanda
icentiam, exercendam obedientiam, d
ſtatus Clericalis tuendam &c. Eos proin
poſtolus, ut dæmoniorum doctrinam
qui abſolutè nuptias ut malas prohibeba
preſsè S. Paulum interpretantur ibid. S.
Auguſt. contra Adim. Manich. cap. 14.
lib. 2. contra Jovin. Sed inſtat Ameſius
nenum eſt venenum, ſive abſolutè, ſive
propinetur: ſic etiam doctrina diabolica man
ve abſolutè, ſive conditionatè propinetur. Ite
eis abſolutè damnant nuptias in ratione illa
ad Huneric. Qui in carne ſunt, Deo
puſſunt. Item 4. *Apoſtolus verſ. 3. & 4.*
tionem damnat, quæ infringit libertatem,
nis lex & jus Divinum conceſſit: atqui Be
dit, jure Divino liberum eſſe matrimonium
ſtici miniſterii conditione. Ergo. Reſp. 1.
dem eſt, doctrinam diabolicam eſſe tal
conditionatè proponatur; ſed unde proba
eſſe doctrinam diabolicam, matrimoniu
carnium certis hominibus ſub aliqua con
hibere, puta ſi Medicus ad reſtauranda
nem infirmi ei aliquid prohibeat? Sed a
Anne Cathari Calviniſtæ dicent, etiam
doctrinam dæmoniorum docuiſſe, cùm d
tioribus viduis 1. Tim. 5. verſ. 11. ſcribit
damnationem, cùm primam fidem irritam fe
ſcilicet *luxuriatæ fuerint in Chriſto*, nubere
&c.? Quodſi ergo Eccleſia licitè & ſan
modi viduis exigebat profeſſionem cœliba
tò magis & juſtiùs eam exigit à Sacerdo
ad 2. S. Siricius P. nihil aliud dixit, n
cunt cum eo omnes Catholici nunc,
S. Auguſt. lib. 14. de Civ. Dei cap. 17.
pe: Etiam ſanctorum matrimonium, n
qua pollutione & turpitudine exerceri,
ſtatur rebellio membrorum, & verecund
in eo actu, quæ ſecretum ſemper quærit
rò ea in actu conjugali peccatum non
men ex peccato, ſcilicet Originali. Q
Siricius Sacerdotibus nuptiatoribus acco
lud Apoſtoli Rom. 8. verſ. 8. *Qui in carn*
eſt, qui ſerviunt carnis affectibus, *Deo*
poſſunt, veriſſimum quidem eſt: ſed n
priæ in ſe damnantur: etſi de legitimis
jugibus dicatur, eos quo magis carnis a

viunt, eo minùs Deo placere posse. Respondeo, ad 3. Neg. assumpt. Solùm enim damnat Apostolus illam prohibitionem ciborum & nuptiarum tamquam rerum per se malarum, ut dixi ex SS. Patrum interpretatione.

II. Argum. *Paulus inter Virtutes Episcopi numerat Conjugium 1. Tim. 3. vers. 2. Tit. 1. vers. 6.* Resp. Hoc est illustre mendacium Calvini, cujus Amesium necdum puduit, etsi apud Bellar. legerit, non modò S. Chrysostomum aliosque Patres communiter, sed ipsum quoque Lutherum in lib. de bigamia docuisse, illa verba: *Unius uxoris virum*, esse accipienda negativè, non positivè. Præterea cuivis non effronti & sani cerebri sufficere deberet, quòd tot Episcopi sancti, quotquot hactenus apud Græcos & Latinos fuere, omnes ad unum continentes fuerint; hos autem vel non intellexisse Apostolum, vel ei noluisse obtemperare, nullatenus credibile est. Sed ad hæc obmutuit Amesius: Et certè hæc unica consideratio sufficere deberet ad detestandam illam Nuptiatorum Neo-Evangelicorum rabiem.

III. Argum. *Paulus Hebr. 13. vers. 4. citra exceptionem pronuntiat: matrimonium esse honorabile in omnibus.* Respondeo, Sic est, in omnibus legitimè conjunctis. At replicat Amesius: *Omnes ii legitimè conjunguntur ex sententia Apostoli, qui non sunt scortatores & adulteri Divino jure damnati: Ergo & Sacerdotes.* Resp. Falsum assumitur. Nam juxta eundem Apostolum, damnationem habent viduæ post votum continentiæ nubentes, & tamen ad tale votum emittendum non urgentur Divino præcepto, sed ad implendum. Absolutè etiam dicendum est cum Corn. a Lapide in Comment. ejus loci, genuinum eorum verborum sensum esse imperativum: Connubium *sit*, *esto*, honorabile in omnibus, idest, in omni re servate honestatem, decus & honorem matrimonii vestri. Est tamen etiam ille sensus in indicativo satis bonus & Catholicus: Connubium *honorabile est in omnibus* quæ connubii sunt, sive Sacramentum, sive fidem, sive prolem consideres. Item, *in omnibus*, idest, apud omnes: quasi dicat: Nemo debet conjugium reprehendere, etiamsi Virginitatem ipsemet professus sit. Denique *in omnibus*, supple, legitimè conjunctis, quicumque illi sint, sive juvenes, sive senes, sive divites, sive pauperes, sive Judæi, sive Græci &c.

IV. Argum. *Apostoli habuerunt uxores 1. Corinth. 9. v. 5. easque circumduxerunt; parumque refert, quinam eorum habuerint, & qui non: cùm omnibus fuerit liberum habere vel non habere: Licèt verò græca vox γυναικα aliàs significet mulierem quamlibet: hic tamen significat uxorem, ut patet ex verbo circumducendi. Maritorum enim est circumducere uxores, non sorores.* Resp. Turpiter errant, & somnia sibi fingunt hæretici nuptiatores. Nam & Christus D. circumduxit mulieres, non ut maritus uxores, sed ut Doctor discipulas, & quasi famulas, vel victus administras, Luc. 8. vers. 3. Deinde, perquam ineptè dicitur *soror uxor*: redundaret enim ly *soror*. 3. Quia Apostolum cœlibem fuisse patet ex 1. Corinth. 7. vers. 8. uti communiter SS. August. Hieron. Ambr. Chrys. &c. excepto uno Clemente Alex. (qui tamen & ipse asserit, eum in Apostolatu non usum matrimonio.) Imò S. Hieronymus docet, inter omnes Apostolos solum Petrum habuisse uxorem, idque tantùm ante conversionem. Resp. 2. Per *sororem mulierem* intelligitur Christiana matrona (sicut in Actis dicuntur *Viri fratres*,) quæ Apostolis ministrabant necessaria de suis facultatibus.

Instat Amesius 1. *Soror mulier non est phrasis rationi congruens, sed soror uxor, quia omnes sorores sunt mulieres, sed non omnes uxores.* At contrà: Soror uxor est phrasis & res absurda, si utrumque propriè accipiatur. Certè tam bene mulieres dicuntur sorores, ac viri dicuntur fratres; prout etiam Apostolus loquitur. Instat 2. Mulierem non divitem circumducere, non fuisset levamen Ecclesiarum quærere; quod tamen Apostolus intendit ibid. de se testari. Pauperis non uxoris nullus fuisset usus. Resp. Hoc posterius esse falsum, constat ex famularum obsequiis. Porrò istæ mulieres vel non fuerunt divites, ideoque non pecunias ministrabant, sed obsequium: vel certè earum opera utebantur in instruendo sexu fœmineo apud gentes, inter quas plantabatur fides, uti præclarè ostendit P. Theoph. Raynaudus in erudito Opere de sobria alterius sexus frequentatione per homines sacros, cap. 13. excusat. 4. Quòd si fuerunt divites & aluerunt Apostolos, non est necesse dicere, eas semper fuisse cum Apostolis: ideoque nutriti hi aliquando sunt ab ejusmodi sororibus comitantibus, aliàs ipsis absentibus, à populo, cui prædicabant Evangelium &c. Quod verò addit Amesius: *Nullum obsequium ab ejusmodi sororibus præstitum, quod non cum majori honestate & ædificatione à viduis Ecclesiarum præstaretur*; demus ita esse. Sed quis credat, in locis ubi Apostoli de novo plantabant Ecclesias, jam fuisse viduas Ecclesiarum?

V. Arg. *Conjugium est de jure Divino naturali, Gen. 1. vers. 28. Crescite & multiplicamini: Ergo non potest tolli ulla lege humana, ita ut quis obligetur ad contrarium.* Resp. Antec. est stolida & bruta hæresis, (si intelligatur de singulis hominibus,) quæ ante Lutherum nulli sapientum venit in mentem. Cur enim aliàs etiam inter Gentilium Philosophos fuisset disceptatum, an expediat Sapienti ducere uxorem? Prætera si lex naturæ singulos obligaret, peccassent contra eam, Christus, ejus Parens, omnisque utriusque sexus Virginum & continentium innumerabilis exercitus. Replicat Amesius: *Non agitur de præcepto propriè dicto, sed de jure & potestate: non de obligatione ad conjugium, sed de obligatione contraria excludendâ.* At hoc modo Nego Conseq. Plurima enim constat posse humana lege tolli, quæ ex jure naturali sunt libera. E. G. Omnes homines naturaliter liberi sunt, & tamen possunt fieri servi hominum, voluntate tum propria, tum aliena. Sic etiam juniores viduæ post votum castitatis volentes nubere, damnationem habent juxta Apostolum, non obstante illo jure Divino: *Crescite & multiplicamini.* Quæ verba potiùs naturæ institutionem vel benedictionem, quàm præceptum continent; Aut si etiam præceptum, tunc non obligat singulos; & cùm sit affirmativum, non nisi congruo tempore, scilicet necessitatis. Instat Amesius 2. *Alia necessitas est Conjugii post lapsum præter multiplicationem 1. Corinth. 7. vers. 2. ad fornicationem & impuritatem vitandam.* Resp. Hæc necessitas non est nisi hypothetica, nempè, nisi quis generosius malit rebelles carnis motus sacra continentia frænare; quod ibid. suadet Apostolus: alterum verò remedium tantum est *secundùm indulgentiam*.

VI. Arg. 1. 1. *Corinth. 7. vers. 9. Præcipitur Conjugium omnibus, qui donum continentiæ non habent.* Bene respondit Bellarminus Apostolum loqui de Conjugatis, qui cùm in paganismo uxores duxissent, conversi ad fidem dubitabant, an deberent uxoribus uti? quibus respondit Apostolus initio cap. 7. Non nuptis autem, ait vers. 8. *Bonum est eis, si sic permanserint.* Ubi bene notandum: Quòd cùm Bellarminus addit: non esse hoc præceptum Apostoli de Conjugio, sed consilium, (impropriè scilicet, vel potiùs permissionem,) nequiter infert Amesius: *Si sit consilium, tum (ex Pontificiorum sententia) majoris est perfectionis, quàm Continentia.* Addit mox aliam nequitiam, dum verba Apostoli vers. 35. *Non ut vobis laqueum injiciam &c.* cum Bucero & martyre accipit de voti necessitate. Hanc enim non Apostolus vel alius, sed sibi quisque injicit, dum spontè vovet castitatem: qui autem spontè vovet

vet

vet castitatem non magis sibi laqueum injicit, quàm qui se illigat matrimonio.

VII. Arg. *Continentia est res difficillima, neque omnibus datur Matth. 19. vers. 12. Ergo non debet omnibus Clericis indifferenter imponi*. Resp. Rectè inferretur: Ergo non debent temerè & sine delectu, accurataque probatione ad sacros Ordines admitti. Ista verò Lutherano-Calvinistica illatio nec hilum valet; nulli enim imponitur Monachatus, aut sacer Ordo. Unde hic accommodari potest illud Apostoli: *Probet autem seipsum homo*, & sic ad Subdiaconatum &c. accedat, non tantùm conscius obligationis subeundæ, sed etiam edoctus propria plurium annorum experientia de continendi facilitate aut difficultate. Itaque sicuti non est omnium continentia, ita nec omnium debet esse sacer Ordo, sed eorum, qui sibi videntur hoc donum habere. Hoc autem habent omnes, qui volunt habere. Unde bene Poeta Anglus, (aliàs non ubique Angelicus,) *Vis bonus esse? velis tantùm, fiesque volendo: Is tibi posse dabit, qui tibi velle dedit*. Illa ergo voluntas efficax continendi se propter Deum, est ipsum donum continentiæ. Hinc nemo est, qui si seriò velit continere, non possit, ut docet S. Augustinus lib. de bono vidùit. cap. 27. & SS. Gregor. Nazianz. Basil. M. Chrysost. &c. Voluntas autem illa efficax potissimùm consistit in mediorum necessariorum usu, scilicet oratione contra Dæmonem, sobrietate & abstinentia contra carnem, periculorum fuga contra fœminarum illecebras: quibus adde memoriam novissimorum, ac præcipuè gehennæ. Unde laudatus Owenus verè cecinit: *Is facile extinguet Veneris flagrantia tela, Qui meminit Gehene, qui Phlegetontis aqua*. Item: *Qui vult Virgineum cælebs servare pudorem, Otia devitet, fæmineosque choros. Tutiùs in Sylvis basiliscum audire frementem, Quàm molles cantus, fæmineumque melos*. At præfractè negat Amesius, *posse omnes continere si velint; non*, inquit, *magis quàm Apostolus perficere quod volui Rom. 7. vers.* 15. Resp. Loquitur ibi Apostolus de motibus concupiscentiæ involuntariis, quæ justus etiam nolens facit, (physicè scilicet, non autem moraliter & liberè,) ut alibi dicetur. Videatur Cornelius à Lapide ibidem.

VIII. Arg. *Cælibatus Clericorum prodigiosas libidines parit: Ergo tollendus*. Operæ pretium videtur hanc objectionem seorsim excutere.

§. 1.

An Cælibatus Ecclesiasticus pariat prodigiosas libidines?

Hoc non tam est argumentum homine sani cerebri dignum, quàm thema declamationibus Lutherano-Calvinisticis opportunissimum. Amesius pro sui instituti brevitate Laconem agit. Gerhardus verò integris plaustris in parte 2. libri 2. *Confessionis Catholicæ*, (ut hæreticè vocat,) art. 6. cap. 4. invehit, quidquid uspiam reperit in historiis, & fabularum calumniarumque consarcinatoribus. Non erubuit putidam illam fabulam, affictam scilicet Udalrico Augustano Epistolam recitare, ejusque Apologetem tam infœliciter agere, ut sexcenta capita infantium mutaverit in sex millia, (contra fidem autographi, ut ipse fatetur,) & nihilominus nullum rationabilem modum reperire potuerit, quo ea sive 6000. sive 600. capita in Romanam piscinam saltaverint? aut quo indicio cognitum fuerit, ea capita fuisse filiorum Clericorum, non Laicorum? Sed nullum potest esse tam insulsum commentum, quod non videatur istis evidenter credibile, dummodo convicietur Papistas! Porrò frustra dehinc Gerhardus addensat testimonia Catholicorum æquè ac Novatorum,

qui profitentur *se vidisse Epistolam illam*
ra sæcula descriptam, allegatam &c. Faci
mus, eam fuisse confictam sub illud te
S. Gregorius VII. illam Nicolaitarum l
tinguere studebat: Quod vel ex eo haud
ligitur, quòd Ivellus Calvinista, (referen
do) testetur: *se vidisse Epistolam in mem*
re scriptura, luculenta fide, NB. nomen V
thaginensis perscriptam. Profectò obesæ n
qui hic putidissimas fabulonum merces n
Pari (si non majori) vesania Gerhar
describit bene longum Catalogum sacril
cerdotum & Monachorum in Anglia, *q*
Visitatores deprehendisse Henricum VIII. n
rum Cœnobiis & Sacrificorum Collegiis. E
nensi Monasterio Richardum Lyncombe habu
quatuor solutas, & tres conjugatas, fuisseq
Gul. Benushon undecim scorta habuisse præt
varium genus. In Monckenfarlengensi Cœn
habuisse novem meretrices, & Conventum
Thomam Abbatem Abindonensem præter so
lem, ex qua duas procreavit soboles, tres
ces habuisse, & patrem multorum Sodomit
Joannem Hilda tredecim meretrices habu
cùm nullum harum fabularum auctorem
prodat, meritò eas ipsi adscribimus. Ni
lam Gerhardi paludem lernæam consl
bat, quidquid uspiam calumniarum &
in quascumque chartas effusum est! An
met tam insulsa commenta credidisset,
se ulli sanæ mentis talia persuasurum i
illa Wicelio, sub titulo *de semitis anti*
Declamatio? Certè nedum in Indice
celianorum ab ipso authore confecto,
tur, sed neque in Bibliotheca Gesneriar
leri & Joannis Frisii. Numquid prodi
riis mendaciorum & calumniarum Jc
JCti? Sed quidquid sit de his quisquili
quàm verisimile sit illud inter Luther
vinistas decantatissimum: *Cælibatus Ecc*
prodigiosas libidines.

Scripsit non ita pridem Martinus B
tanus Præco Norimbergensis: *Cælibatu*
Pontificiorum impurum & luxuriosum; Sed
causa à me intolerabilis calumniæ argu
tus est in sua Replica id verbosè tue
in medium nonnullis & exemplis Po
luxuriosorum, & testimoniis etiam Ca
gnoscentium, magnam partem Sacerd
rumque cœlibum ministrorum, aut do
lices, palamque scortari, aut secretis
se polluentes tractare Divinissima mys
si nuptiæ concederentur, & scandala
suus rebus sacris constaret honor. Se
est, non nisi per calumniam, Statui
libatus, transgressiones illas adscribi,
beræ hominis electioni, & Prælatorum
tamquam causæ adæquatæ, adscriben
enim ipsi Legi aut Statui Ecclesiastic
ret pessimus iste effectus, per se inde
& consequenter, ubi vel maximè vig
tus Continentiæ, ibi vel maximè deb
bundare luxuria: At manifesta exper
non tantùm S. Augustini, sed etiam
trum ævo, ubicumque piorum Prælat
tia non deest, nihil eorum quæ eum
cationibus, sacratis hominibus exprobr
ri. Sanè ut testatur S. Augustinus lil
Eccl. Ejus tempore Clericorum conti
rat exemplaris, ut ii ipsi qui ad suscip
dotium à populo vi adigebantur, (et
sent,) pariter tamen subierint obliga

servantiam continentiæ, ei Statui debitæ; freti videlicet gratia Dei, ad quam obtinendam se totos impendebant. Et certè si Statui Cœlibatus ea deberet tribui infamia, quomodo hunc præ nuptiis elegissent Christus, Joannes Bapt. innumerabiles utriusque sexus Sancti? Neque hic prætendi potest vecors illa Lutheri doctrina, quòd *ex talibus viris aut feminis Deus fecerit Angelos*, hoc est, ab omni carnali sensu prorsus exemptos. Dato enim quòd hoc verum sit, (post Christum Dominum, ejusque immaculatam Genitricem,) de S. Joanne, & pauculis aliis specialissimo privilegio donatis, tamen de omnibus aliis longè falsissimum est: quibus utique non defuit tentatio stimulique carnis; Sed generosè contra hostem domesticum certando obtinuerunt, ut non noceret sensus, quem lex membrorum invitis suggerebat, quia non accedebat consensus, quem gratia Dei adjuvante coercebant. Possumus tamen arietem nobis oppositum, in ipsos non tam arguentes quam sycophantantes hæreticos justissimè retorquere, hoc modo: Status matrimonialis, viduarumque, itemque juvenum utriusque sexus adhuc solutorum parit prodigiosas libidines: Ergo tollenda est lex castitatis tam in solutis quàm in conjugatis. Quid ad hoc nuptiatores Lutherano-Calvinistici? audebuntne inficiari antecedens hujus argumenti? Si ita, quidni pari jure negemus & nos, quod ipsi gratis & falsò assumunt; aut si ipsis fasque est, effectus per accidens, statum Cœlibatus secutos, ipsi Legi & Statui tribuere; cur nos non similiter adulteria, fornicationes, & quidquid luxuriæ in sæcularibus personis, sine fine & modo committitur, ipsi Legi prohibenti & Statui eorum adscribamus? An fortè negabunt luxuriam regnare in sæcularibus? Negabunt solem lucere in meridie. Lustretur ergo cœtus conjugatorum, & videbitur, qualiter ille status libidinem, ampliùs & fortiùs, quàm sacer Cœlibatus arceat. David sanctissimus, matrimonii vinculo illigatus duodecim uxoribus, non tamen hinc retractus est à consuetudine etiam plurimarum concubinarum, immò & ab adulterio, quod unà cum homicidio intulit bono Uriæ. Davidis filium Regum sapientissimum, Conjugii status, quem cum trecentis uxoribus inierat, usque adeò non satiavit, ut libido ejus potiùs irritata, septingentas concubinas superinduxerit. Hæc de Sanctissimo uno, & altero sapientissimo ex fide nobis comperta sunt: ut de Gentilium Principum, Neronis, Heliogabali, & aliorum innumerabilium horrendis, & propè infinitis flagitiis sileamus. Quid simile à flagitiosissimo Sacerdote uspiam exstat palàm esse patratum? Dicit Beerius: Clancularia sunt quæ Cœlibatus parit crimina; non sic quæ fiunt à Conjugatis. At cui prudenti hoc persuadebis? Erat sanè olim Romæ tempore L. Annæi Senecæ in suo vigore lex Cornelia de adult. Et tamen, teste eodem Philosopho lib. 3. de benef. cap. 16. *eo ventum erat Romæ, ut nulla virum haberet, nisi ut adulterum irritaret, & argumentum deformitatis esset pudicitia; nec inveniretur tam misera & sordida, ut illi satis esset adulterorum par, nisi singulis divideret horas &c.* Et ne hoc infidelitati paganicæ adscribas, lege quæ de Judæorum uxoribus scribit Flavius Josephus, Judæus & ipse lib. de bello Judaico: *Essenos* (Judæorum utique optimos & religiosissimos,) *ideò abhorruisse à matrimonio, quòd nulla uxor suo esset contenta marito.* Ego quidem de Christianis uxoribus hoc effatum credo falsissimum: innumera tamen clancularia adulteria committi dubitare non possum, idque multò magis inter Lutherano-Calvinistici Evangelii Sectatores & Sectatrices. Quodsi exemplis probanda thesis foret, quando perveniretur ad finem. Notum fuit lippis & tonsoribus in Ducatu vicino, quomodo Princeps ὅλως Lutheranus, & honestissimæ Conjugi adstrictus, ante annos quinquaginta totam suam ditionem, adulterinis suis libidinibus ac nothorum inde ebullientium examine repleverit. Notum omnibus tunc, (quod & ipse partim oculis contrectavi,) qualem filius Successor in adulterinas lenonesque parentis defuncti executionem pararit. Vidimus etiam in Saxonica Evangelica Universitate Disputationem typis evulgatam *de Hanreitate*, argumento haud levi, quàm casta sint connubia inter Lutheranos, & quàm bene illud Oweni apud ipsos locum habeat: *Nemo sua certus de Conjuge præter Adamum; Deque suo certa est Conjuge præter Evam.* Ut jam taceam de flagitiis contra naturam, quibus pronum est inquinari ultrò citroque Conjuges lascivos, sive invicem discordes, mutuò fastidientes, sive ob diuturnam compartis absentiam vel ægrotationem consuetis ardoribus libidinis succumbentes. Quid ergo! numquid sicut propter hæc & similia nec abroganda est lex Cornelia de adulteris, nec polygamia, aut vagæ libidines permittendæ; ita nec antiquanda lex sancta Cœlibatus, etiamsi alicubi pars Cleri major meliorem, sacrilega continentem superaret. Unde patet non tam debilitas quàm stoliditas trivialis illius Objectionis. Quantò rectius, (si tamen alicubi verificaretur illud Cassandri dictum à multis frequentatum: *Eo necessitatis res propemodum redacta est, ut aut concubinarius, aut conjugatus eligi debeat Sacerdos,*) hinc inferendum erat: Ergo legum sacratissimarum excitandus est vigor: Ergo vigilandum Papæ, Cæsari, cæterisque Principibus, ut domus Dei à fœtidissima illa spurcitia, si alicubi inolevit, repurgetur: Ergo non nisi cum exquisito delectu, & post accuratam probationem, munus Sacerdotale Angelica puritate dignum, similem puritatem æmulantibus conferatur: Ergo excutiatur otium Satanæ pulvinar, proscribantur comessationes & ebrietates, incentiva libidinis: exstirpentur suspecta cum fœminis contubernia, certissima perditæ vel perdendæ castitatis indicia. Negari equidem non potest, quod omnium sæculorum usu testatissimum est, Clericalis Continentiæ vel exactam custodiam, vel relaxationem sacrilegam, fermè à Præsidum pendere vel zelo vigili, vel languore socordi. Exemplo sit vel sola Germania, quæ veluti Paradisus Dei effecta Apostolico labore S. Bonifacii, ita sanxit hominum sacrorum continentiam in Conc. Moguntino, cui S. Martyr præfuit, & S. Burckhardus Herbipol. Antistes interfuit, ut quisquis illorum in crimen fornicationis laberetur, in carcere per biennium, in pane & aqua pœnitentiam ageret, ante flagellatus. Quàm rari tunc lapsus & scandala! velut Angeli carne vestiti conversabantur; unde & nomen universim Clericis & Monachis, quo in vernacula *Spirituales* appellantur, impositum crediderim. At quomodo ducentis annis post, plumbeo illo sæculo, quo præter alia monstra, etiam in Sedem Apostolicam intrusi fuere adulter, & adulteri filius; & in Germania Prælaturæ ferè per Simoniam à Cæsare conferebantur; quomodo, inquam, mutatus est color optimus, & in carbones denigrati, qui nive candidiores Nazaræi esse debuerant: Ita quidem, ut cùm sequenti sæculo S. Gregorius VII. Apostolico Zelo inflammatus *à contubernio Sacerdotum omnes omnino fœminas perpetuo anathemate resecare moliretur,* (inquit Lamb. Schafnaburgensis A. C. 1074.) *protinus vehementer infremuerit tota factio Clericorum, hominem planè hæreticum esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, quo ait:* Non omnes capiunt Verbum hoc; *Et Apostoli:* Melius est nubere quàm uri, *violenta exactione homines vivere cogeret ritu Angelorum &c.* Eodem spectant querimoniæ illæ, quæ referri solent ex Ænea Sylvio, Panormitano, Wicelio,

Cassan-

Cassandro, Legato Bavarico, Maximiliano II. Imp. &c. Quæ quidem omnia videbantur effecisse, ut cùm, soluta jam Tridentina Synodo, frequentissimo rumore jactaretur, Pium IV. Cæsaris & Maximiliani II. ac Principum Germanorum precibus adactum, eisdem Germanis velle Græcorum morem, quo uxoribus ante SS. Ordines acceptis utuntur, ad obtinendam hac ratione concordiam, indulgere, idque (ut refert in erudito suo Opere, de sacrorum hominum continentia Michael Medina,) Rex Catholicus Philippus II. ægrè acciperet, quòd inde ingentem Christianorum morum ruinam orituram gravissimis rationibus vaticinaretur; res digna visa est, in qua non modò privari Theologi, sed Provinciales quoque Synodi, quæ tum per universam Hispaniam ex Episcopis & Theologis doctissimis cogebantur, suum judicium atque sententiam reponerent; quod quidem ita peractum est, ut concorditer omnes eam concessionem valde detestati sint, ob rationes plurimas gravissimasque, quas legere est apud eundem M. Medinam. Alia quædam ad sacrum hunc Cœlibatum pertinentia expedientur infra lib. seq. ubi de Consilio & Voto Castitatis.

§. 2.

Gerhardinæ cavillationes expediuntur.

Gerhardus Th. 41. probare vult ex ipso Bellarm. cap. 19. *Olim licitum fuisse Sacerdotibus habere uxores, quas ante ordinationem duxerant, quia nempè Bellarm. recitat verba S. Epiph. hær. 59.* (At dices mihi, quibusdam in locis adhuc liberos gignere Presbyteros, &c. At hoc non est juxta Canonem, sed juxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit.) Verùm hæc probatio plùs quàm puerilis mihi videtur, quidquid dicat Titius. Quomodo enim potest ex Bellarmino probari licitum Sacerdotibus conjugium, ex eo quòd S. Epiphanius dixerit, facti esse, non juris, quòd alicubi Sacerdotes generent? Th. 42. Valdè subtile argumentum nectit; scilicet: *Matrimonium est Sacramentum propriè dictum: at nemo Sacramenti capax debet ab eo arceri: Sed multi Clerici idonei sunt ad Sacramentum illud suscipiendum: Ergo ab eo arceri non debent.* Item: *Sacramenta sibi invicem non repugnant: Cur ergo Sacerdotes etiam hoc medio sanctificationis,* (matrimonio scilicet,) *priventur?* Respondeo ad 1. Subsumptum de Clericis majorum Ordinum falsum est, estque idipsum de quo controvertitur. Ecclesia justissimis de causis reddidit illos incapaces, ut mox videbimus. Resp. ad 2. Duo illa Sacramenta per se in eodem subjecto non repugnant: unde justis de causis etiamnum fieri posset, ut quis matrimonio rato inito mox sequenti vel etiam eodem die susciperet S. Ordinem. Repugnant autem moraliter effectus utriusque invicem, & obligationes utriusque status vix inter se componibiles.

Quæ Th. 52. usque ad 57. adducit ex Bellarm. pro potestate politica Ecclesiasticæ conjuncta, ac ad matrimonium applicat, jam expedita sunt suprà sub finem Tomi 1. Et per se cuivis apparet disparitas in omnibus illis comparationibus.

A Th. 58. conatur respondere Bellarmini argumentis pro asserendo Cœlibatu. Sed falsum est, quod dicit, Castitatem conjugalem esse propriè ἐγκράτειαν seu continentiam; ut sic enim est universalis, excludens omnem copulam, etiam conjugalem, juxta illud: *Qui se non continet, nubat.* Th. 61. sic arguit: *Si Apostolus inter requisita Episcopi poneret Cœlibatum,* (uti contendit Bellarm.) *utique Cœlibatus jure Divino esset SS. Ordinibus annexus. Ratio connexionis: Tum quia, quæ Apostoli ex mandato Dei præceperunt, ea sunt juris Divini; Tum quia reliqua quæ in Episcopo requiri ibid. docet Apostolus, jure Divino requiruntur.* Respondeo, Neu-

tra probatio connexionis quidquam val
ot, quia ex mandato Divino Apostolos
se non probatur: Neque posterior, qui
successiva æquè nulla exstat Divina pro
Replicam Th. 62. quòd Canone: Cùm i
dicatur *Ecclesia post Apostolica instituta add*
consilia perfectionis, utpotè de continentia Cler
que hæc non videatur nisi post Aposto
sum præcepta. Resp. Verba illa Gratiani
sensum à Bellarm. expositum apud Lut
recipiant, esse omnino rejicienda: nec
Gratiani additiones, aut quæcumque ref
gis habent, aut necessariò defendenda su

Th. 63. putat se imitari argumentatione
ni, sic concludendo: *Apostolus jubet elig*
qui domui suæ præsit, & filios habeat &c. Ja
stolus non præcipit contraria sibi: Ergo non p
pit, ut nullam planè uxoris & liberorum cur
& per consequens, quando jubet Episcopum d
κρατῆ, non requirit ab ipso Cœlibatum. Resp
posterior illatio non est firmior quàm is
dus est Doctor: Ergo numquam puerilite
Verbo scopæ sunt dissolutæ. Quis enim
nexus inter procurationem de necessari
Conjugi & liberis ante Episcopatum susce
dam, & copulam conjugalem post Episc

Th. 66. Eversurus Bellarmini argument
moth. 2. vers. 4. *Nemo militans Deo &c.* o
idem Bellarm. ex Chrysostomo dixerat
mi 1. *Omnes etiam laicos, etiam Reges, mu*
se debere. Quodsi ergo, inquit Gerhardus
Apostoli prohibitionem matrimonii includere
Christianis conjugio interdictum foret. Vide i
taris hujus vertiginem. Ut jure conjugii Epis
dictum hoc ad solos Episcopos hic restringit. .
dictum Episcopis Pontificiis, negotiis secular
politicis penitùs immersis; opponimus, respo
à Bellarmino ferimus. Dicuntur hæc à Paulo
po, quàm aliis hominibus. Resp. Non vert
minus, sed cavillandi libidine Gerhardus
dubio vitiosum est, si se Episcopus imme
sæcularibus & judiciis politicis; atque
prohiberi ab Apostolo æquè ac implicati
gotiis œconomicis & matrimonialibus. I
sio illa verborum Apostoli suo proportio
pertinet ad omnes Christianos, non t
modo quo ad Episcopos. Ad sæculares &
tinet valdè largè, quatenus nimia cura
rerum conjuncta est cum certo periculo
Episcopos verò admodum strictè, quia l
debent esse in negotiis spiritualibus, &
denter excurrere ad temporalia & sæcula
per alios potiùs quàm per se administranc

Th. 69. Iterum movet argumentum a
sæculari ad Conjugium, aitque: *Tempor*
est negotium magis sæculare, quàm Conjugium
tifici statuunt esse Sacramentum. Ergo: Res
temporalis potest per alios administrari
Conjugium, quod est onus prorsus perso
Matrimonium in fieri tantùm, est Sacr
Contractus, & ut sic nihil impediret Ep
at in facto esse, status ille, & debita c
sunt quæ dividunt hominem, & ferè n
plicant negotiis sæcularibus. Vide S. Ch
citato. Mirabor si Titius ausit hoc Gerhar
mentum eximere vel à flagitio & decept
ca, vel à puerilitate. Similis est argutati
72. Absque vecordia non potuit ita sen
dus, nisi lectores vecordes crediderit sic

Th. 80. Quintum Bellarmini argument
suprà huc remisimus,) conatur solver
hoc quasi à conglobatis: Conjugium

impedit Ecclesiastica munera : Æquum ergo fuit, ut Sacerdotibus aliisque sacris hominibus conjugium prohiberetur. Nam Ecclesiasticorum munera sunt sacrificare, orare, docere, exhortari, Sacramenta ministrare, curam pauperum gerere, & similia, quæ rite exerceri non possunt, ut Apostolus ad Tit. cap. 1. vers. 8. docet, nisi Sacerdos sit hospitalis, benignus, sobrius, sanctus, justus, continens, doctus. Jam verò matrimonium in primis impedit munus sacrificandi &c. deinde impedit studium orationis & lectionis, in quo assiduè Sacerdos versari debet : impedit efficaciam prædicationis : impedit curam Pastoralem : curam pauperum, & hospitalitatem : Sacramentorum administrationem ; tunc enim vix distinguerentur Clerici à Laicis. Amesius hæc omnia conatus est enervare, sed meris sannis & calumniis, quas piget referre, cùm earum insulsitas cuivis sit obvia. Unum est quod meretur responsum, cùm in fine ait : *Ecclesia Rom. à multis jam sæculis permisit Græcis Sacerdotibus Conjugium. Hoc autem (si vera sunt quæ Bellarminus dicit,) nihil aliud est, quàm ipsis permittere impuritatem vel pollutionem, sacrificandi muneri adversam, efficacioris prædicationis obstaculum, curæ pastoralis corruptionem, avaritiam & Simoniam turpem, ac confusionem Ordinis totius. Tales autem permissiones non solet Papa præ se ferre, nec Jesuita jactare.* Similia indicavit Gerhardus suprà Th. 47. Sed Respondeo, Ista inconvenientia maxima ex parte cessare apud Græcos, quia semper habent Episcopos Cœlibes, nullum Conjugatum : Præterea habent plures alios voto castitatis adstrictos Sacerdotes. In illis autem qui Conjugati sunt, permittitur Sacerdotii usus eo pacto, si matrimonium ante, & non post Sacerdotium susceperint, & sic magna pars illorum incommodorum evitatur : cætera autem metu majoris mali permissa sunt Græcis ; quod omnino licet. Quid ergo ad hæc Gerhardus? Iterum Thes. 81. nugatur aut flagitiosè, aut pueriliter, cùm ait : *Matrimonium est Sacramentum propriè dictum ; an autem hoc officiis Ecclesiasticis potest esse impedimento?* Th. 82. redit ad comparationem Conjugii cum Principatu politico : quod jam excussum est. Th. 83. arguit : *Si (ut ex Epiphanio concludit Bellarm.) propter honorem Sacerdotii necessaria est continentia : item si conjugium per se omnino & semper impedit munia Ecclesiastica, utique jure Divino Cælibatus erit Ordinibus sacris annexus. Posterius Bellarminus non concedit : Ergo nec prius asserere debet.* Resp. Bellarminus de re morali non metaphysicè sed moraliter pronunciavit : Non dixit, Conjugium per se, omnino & semper ea incommoda inducere ; sic enim sine dubio juris Divini esset ea prohibitio. Sicut ergo multa alia, ita & hoc Deus permisit dispositioni Præsulum, cùm aliquando posset expedire dispensatio, quæ in jure Divino foret nulla.

Ad CAPUT XXIII.

Bigamiam successivam impedire SS. Ordines probat hoc Cap. Bellarminus potissimùm ex eo, quod Catholica Ecclesia semper illa Apostoli verba 1. Tim. 3. vers. 2. *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum*, ita intellexit, ut non liceret quovis modo ad SS. Ordines promovere bigamos. Calvinus & hæretici passim citatum textum sic explicant, quasi Apostolus dicat : Episcopus simul non habeat multas uxores, uti Judæi permissu Dei habuerunt, sed unam tantùm, ita tamen ut illa mortua, aliam & aliam ducere possit, atque ita successivè habere plures. Porrò hæc hæresis meritò rejicitur. 1. Quia non tantùm lege Christi, sed etiam usu gentium & legibus Rom. Polygamia tempore Christi, immò ante Christum erat abrogata, etiam apud Judæos & Gentes omnes non barbaras ; erantque polygami infames, ut constat ex Edicto Diocletiani & Maximiani L. *nemine*, C. de adulter. ubi dicitur : *Eum, qui semel duas habuerit uxores, sine dubio comitatur infamia* ; scilicet ex recepto jam pridem Gentium more. Ergo ridiculè fecisset Apostolus id prohibendo : sicut si Papa jam ad Episcopos scriberet : ne sint polygami ; cùm id ne Laico quidem liceat : Immò hoc ipso quòd Apostolus hanc ab Episcopo perfectionem exigit, tacitè Laico permittit, ut vir duarum uxorum sit. Hoc autem simul esse nequit, sed tantùm successivè : Ergo etiam cùm Paulus ab Episcopo exigit, ut sit unius uxoris vir, non simul sed successivè intelligit.

Probatur 2. Quia Paulus 1. Tim. 5. vers. 9. similiter ait : *Vidua eligatur, quæ fuerit unius Viri uxor.* Atqui ibi intelligit unius Viri uxorem illam, quæ post mortem mariti secundas non iniit nuptias. Numquam enim visum fuit unam uxorem simul habere plures maritos, (talis enim sine dubio esset adultera ;) Ergo hic pariter unius uxoris virum intelligit eum, qui successivè habuit unam.

3. Idem confirmatur ex communi SS. Patrum consensu, (uno Theodoreto excepto,) & antiquissima perpetuaque praxi Ecclesiæ, quæ à SS. Ordinibus digamos repellit.

Ad CAPUT XXIV.

QUIA Bellarminus sententiam suam potissimùm robotat ex 1. Tim. 3. vers. 2. *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum &c.* Amesius cum Calvino contra objicit 1. *Unius uxoris vir hic opponitur alicui crimini ; conjunguntur enim ut genus & species. Successivè autem plures uxores habere numquam fuit crimen.* Resp. Neg. assumpt. Nam quæ Apostolus hic exigit in Episcopo, sunt disparata, ut scilicet Episcopus 1. Sit irreprehensibilis. 2. Unius uxoris vir. 3. Sobrius &c. Quòd si detur, ly *irreprehensibilem* ad sequentia referri, per illud intelligitur, non tantùm carere crimine, sed etiam nota quadam, qua ab hominibus aliquis notari solet, & quæ alicujus imperfectionis suspicionem præbet, scilicet incontinentiæ & propensionis ad libidinem : unde in Episcopo turpis & aliquo modo reprehensibilis est. Hinc & Gentiles arcebant digamos à Sacerdotio, teste S. Hieronym. epist. 11. ad Ageruch. ex lib. 4. Æneid. de Didone. Amesius 2. *Scortatores & adulteri si se emendent, non excluduntur à Sacerdotio : Ergo multò minus digami excludendi erunt.* Resp. Neg. Conseq. Nam non tantùm ob incontinentiæ speciem, sed etiam ob mysticam significationem digami repelluntur. Episcopus enim repræsentare debet Christum, qui unam tantùm habuit Sponsam, eamque Virginem, scilicet Ecclesiam : Ergo non potest esse digamus ; ut docet S. August. lib. de bono Conjug. cap. 18. cujus uti & totius Ven. antiquitatis sensum meritò veneramur, Calvini & Amesii sannas & cavillos despuentes. Sic verò ait S. Augustinus : *Quod acutius intellexerunt, qui nec eum, qui Catechumenus aut Paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De Sacramento enim agitur, non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia remittuntur : propter Sacramenti autem sanctitatem, sicut femina etiamsi Catechumena fuerit vitiata, non potest post baptismum inter Virgines consecrari : ita non absurdum visum est eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam Sacramenti amisisse, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad ordinationis Ecclesiasticæ signaculum necessariam.*

Gerhardus Disp. 14. multò acriùs quàm Amesius, adversus SS. Patres, antiquissima Concilia, ipsamque Apostolicam Traditionem, pugnat, dum Th. 2.

sic

sic arguit : *Iteratæ nuptiæ post obitum Conjugis vel sunt per se piæ & legitimæ, vel per se turpes & illicitæ? Si prius; perperam prohibentur Ecclesiæ ministris. Si posterius, nulli Christianorum erunt concedendæ.* Resp. Esse per se pias & licitas, aut saltem indifferentes : quod autem tale est, potest justis de causis prohiberi. Damnare autem in hac prohibitione universam Ecclesiam antiquam pariter & novam, Græcam æquè ac Latinam, *insolentissima insania est*, juxta S. Augustinum.

Th. 3. *Agnoscant*, inquit Gerhard. *prohibitionem Deuterogamiæ in Sacerdotibus ex Gentilismo originem trahere.* Respondeo, Nihil hoc urget. Etsi enim Gentiles quoque idem observarint : quis dubitet, ob longè alias rationes potuisse à Præsulibus Ecclesiæ, de hoc Gentilium ritu ne quidem cogitantibus, fieri eam prohibitionem?

Th. 4. Infert ex Bellarm. *Si Apostoli cum illis qui successivè plures uxores habuere, dispensarunt, utique iteratæ nuptiæ non pugnant per se cum Ministerio.* Resp. Sic est. Contrarium malè affingitur Catholicis.

Th. 9. Invertit argumentum Bellarmini, & ait : *Qui exhibent signum incontinentiæ, illi non sunt arcendi à remedio divinitus concesso & instituto, scilicet à Conjugio, juxta illud 1. Corinth. 7. vers. 9.* Qui se non continent, nubant. *Atqui Clerici secundas nuptias expetentes, signum exhibent incontinentiæ : Ergo non sunt arcendi à remedio.* Respondeo, Si tantummodo unicum esset remedium incontinentiæ, scilicet nuptiæ, tunc vera esset Major : at sunt alia præstantiora, ut oratio, maceratio corporis, fuga fœminarum &c. de quibus suprà. Adde, quòd Clericatum sectantes spontè & liberè se hoc remedio abdicarint.

Th. 13. Retorquet argumentum Bellarmini hoc modo : *Si Clerici ideò à secundis nuptiis sunt arcendi, ut liberiùs homines ad continentiam hortari possint, consequens fuerit, Clericos debere esse conjugatos, ut homines liberiùs ad amorem uxorum hortari possint. At Consequens Bellarminus non admittit : Ergo nec Antecedens debet admittere.* Resp. Hoc est argumentum Nuptiatore Lutherano dignissimum. At non cogitavit miser, amorem mulierum esse naturalem, nec indigere exemplis : plantari non debet, spontè ubique nascitur. Econtra Continentia à concupiscentia mulierum, ut proveniat, indiget efficaci exhortatione & exemplis Pastorum & Doctorum. Ejusdem furfuris est Thesis 10. qua inferre vult : Oportere Clericos Magistratui sæculari esse subjectos, ut liberius homines ad obedientiam possint exhortari. Nugæ pueriles!

Quæ Th. 15. usque ad Th. 22. disputat contra mysticam prohibitionis causam, meræ cavillationes sunt, non tam contra modernos Catholicos, quàm contra suprà recitatam S. Augustini doctrinam, & communem sensum priscæ Ecclesiæ, quæ ob congruentes quasdam, licèt non convincentes rationes, jure positivo ita statuit : alioqui enim sine positiva lege, ex lege naturali vetaretur Clericis Digamia. Unde meri cavilli.

Demum Th. 24. Contra id quod dixerat Bellarminus : Ubique & semper in Ecclesia fuisse observatum, ut bigami non ordinarentur : Opponit aliquot instantias in contrarium ex Tertull. &c. à Bellarm. adductas. Sed nihil efficit. Nam cùm dicitur, legem aliquam semper & ubique in Ecclesia fuisse observatam, E. G. Quadragesimale jejunium &c. verissimè dicitur, etiamsi constet, cum nonnullis, in particularibus casibus, fuisse dispensatum, aut alicubi toleratas esse ejus transgressiones. Illa enim verba, (*Hoc semper & ubique in Ecclesia observatum est*,) non accipiuntur nisi de Ecclesiis & Prælatis, apud quos Canonum observatio viguit.

Ad CAPUT XXI

TAM personas quàm res & bona E
rum esse exemta, negant universi
silio de Padua & Janduno nostri Novato
cendum est

I. In causis Ecclesiasticis, idest, quæ
non pendet à legibus civilibus, sed à fide
liberi sunt Ecclesiastici à sæcularium Prin
state; Tum quia, ut Tom. 1. lib. 3. probat
gimen Ecclesiasticum planè distinctum est
Tum quia ea tota gubernatio commissa est
eorumque Successoribus. Tum quia si Apo
rinth. 6. vers. 1. noluit lites civiles Christi
ferri ad judicium gentilium, quantò min
sticas. Tum denique, quia idem statuit Ju
Novell. 83. Quod autem objicit Amesiu
Ecclesiasticarum cognitionem non pendere tant
gelio & Canonibus Eccles. sed etiam ex lege
quæ etiam à Magistratu politico cognosci poss.
futile est; quomodo enim Magistratus p
cabit de causa, cujus principale non cog
tantùm aliquod accidens?

II. Clerici tenentur servare illas leges c
SS. Canonibus aut officio Clericali non
non possunt tamen ob earum transgressio
lari Magistratu judicari. Prior pars huju
telligitur de vi directiva tantùm, & de
quæ dirigunt commercia humana; quod
alioqui magna turbatio in Republ. oriretu
pars habetur ex Conc. Chalc. can. 9. ider
Justinian. novell. 74. 83. & 123. Et quamvi
nisi de causis civilibus decernatur Clerico
tio, tamen idem extenderunt Pontifices
Marcellin. Greg. M. lib. 11. Regist. epist. 5
Criminales. Cedit autem lex civilis Canc
rò quod Amesius oggannit : *Hanc exemtio*
cum lege naturali & Apostolico præcepto. Rom
Omnis anima sublimioribus potestatibus
omnino falsum est, ut mox constabit.

III. Bona Clericorum tam Ecclesiastic
cularia, sunt libera à tributis & exaction
pum sæcularium, ut constat ex Conc. La
lexandro III. can. 19. & sub Innoc. III. ca
cap. *Ecclesia*. De constit. cap. *Quamquam*.
bus. Item l. *Sancimus*. Cap. de SS. Eccle
nec hæretici negant; quamquam notari
sius, ante Constitutionem Justiniani, fui
immunes tantùm à tributis personalibus, r
bus. Sed hoc nihil ad rem facit. Tota diffi
An non tantùm humano jure (de quo jar
sed etiam Divino & naturali hæc Exemtio
sit? Hoc ultimum inter Catholicos ipsos
sum est. Bellarminus quidem in prima Ed
tem negativam tuebatur : sed cùm advert
deesse qui ea doctrina abuti vellent ad opp
Ecclesiasticam libertatem; ideò in posteri
ne Controversiarum Propositione 5. statui
tionem Clericorum in rebus politicis tam
sonas, quàm quoad bona, tam ex Divino
mano jure introductam fuisse. Quod tam
plicat, ut non sit præceptum positivum Di
ctè sumptum, sed solum deductum per
Testimonia S. Scripturæ : Deum scilicet v
lem exemtionem statui per Principes. Licè
Divinum naturale (multò minus positivu
efficiat eam Exemtionem : tamen dictat e
cipibus esse concedendam, & à Pontifice f
1. Ob dignitatem status, per quem Ecclesi
liariter sunt Deo mancipati. 2. Quia Eccle
Pastores & Patres sæcularium, & Judices

loco Dei, in causis summis salutem æternam concernentibus. 3. Quia licèt Principes, Clericos ab injuria defendant, & tranquillitatem temporalem procurent: tamen vicissim Clerici majus & longè divinius beneficium Principibus conferunt, nempè Sacramenta, doctrinam salutis, remissionem peccatorum &c. Itaque lege Religionis, Observantiæ, & Gratitudinis, obligantur Principes, Clericos eximere. Et hoc sensu videntur accipiendi Canones, cùm dicunt: *Clericos & eorum res non solùm jure humano, sed etiam Divino esse exemtos*. cap. *Non minus*. De Censibus in 6. c. *Si Imperator*. Dist. 96. Concil. Trident. sess. 25. de Reform. cap. 20. ubi ait: Personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione & Canonicis sanctionibus constitutam esse. Et hoc tantùm petunt firmamenta à Bellarm. adducta ex Genes. 47. vers. 22. ubi Joseph Patriarcha exemit Sacerdotes Israeliticos. 1. Esdræ 7. vers. 24. ubi Deus Levitas sibi delegit, & soli Pontifici subjectos esse voluit. Num. 3. vers. 12. 41. 45. Levitas suos esse aliquoties Deus repetit. Matth. 17. vers. 25. Filii Regum cum familiis eorum eximuntur à tributis: Clerici autem propriè pertinent ad familiam Christi &c. Amesius non habet nisi calumnias & cavillos, quos his omnibus opponat. E. G. cùm Th. 35. ait: *Canones Conciliorum Later. Coloniens. Trident. &c. non esse sacros sed sacrilegos*. Argumenta Medinæ & Covarruviæ, quæ Amesius & Gerhardus pro tollenda Exemtione Clericorum urgent, nihil faciunt contra sententiam, ut à Bellarmino temperata est; sed tantùm contra oppositam Canonistarum, quæ evincere vult, Exemtionem Clericorum esse ex stricto jure Divino.

V I N D I C I Æ

Pro Libro Secundo de Monachis.

Ad CAPUT II.

Monachatus seu Religiosa vita hoc loco à Bellarmino definitur, quòd sit: Status hominum ad perfectionem Christianam per Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ vota tendentium. Ut porrò tum hæc definitio declaretur, tum cavilli quos passim Amesius oggerit, evanescant, Notandum est: Instrumenta utilissima ad perfectionem acquirendam esse tres illas virtutes, Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam. Nam ut quis perfectè Deum diligat, debet & se totum Deo tradere, & omnia impedimenta removere; quod utrumque fit dictis virtutibus. Tradimus enim nos Deo totos, cùm animam, corpus, & res externas damus; quid enim aliud restat? Animam autem damus per Obedientiam, Corpus per continentiam, externa per paupertatem. Per easdem quoque virtutes removentur omnia impedimenta Divini amoris: Radix enim omnium malorum est cupiditas 1. Timoth. 6. v. 10. sicut radix omnium bonorum est Charitas, ut addit S. Aug. serm. 12. de verb. Dom. Omnis autem mala cupiditas revocatur ad hæc tria capita: ad luxuriam, avaritiam, superbiam, ex 1. Joan. 2. vers. 16. Ratio est, quia in homine duplex est appetitus, concupiscibilis & irascibilis; ille appetit bonum absolutè; iste bonum arduum. Rursus ille prior duplex est: Naturalis, & animalis. Naturalis appetit ea bona quæ necessaria sunt ad naturæ conservationem, tam in individuo, ut cibum & potum, quàm in specie, ut actum generationis: qui appetitus dum est inordinatus, dicitur Incontinentia, & à S. Joanne Concupiscentia carnis. Animalis dicitur ille, quo appetimus ea, quæ sunt bona secundùm existimationem, ut pecunias, & cætera externa, quæ non appetuntur à bestiis. & hic appetitus cùm est inordinatus, dicitur avaritia, vel curiositas, & à S. Joanne: Concupiscentia oculorum. Appetitus irascibilis appetit excellentiam, quæ apprehenditur ut res maximè ardua; & cùm est inordinatus, dicitur Superbia vitæ. Hos autem tres fontes impedimentorum obstruunt illæ tres virtutes: quæ tamen non sufficiunt ad rationem status Religiosi, nisi accedat votum, quo quis promittat Deo, se perpetuò ita victurum. Status enim significat rem immobilem, ut Episcopalis, Conjugalis &c. Unde fit, ut subinde quis sit perfectus, qui tamen non sit in statu perfectionis, ut Conjugati sanctè & perfectè viventes; uti & è contra sæpè fit, ut Episcopi & Religiosi valdè imperfecti sint in statu perfectionis. Neque ideò status ille perfectionis dicendus est fictitius & ridiculus, etsi aliqui juxta illum non vivant; sicut status Conjugatorum non ideò fictitius aut contemnendus est, quia plurimæ sunt adulteræ, & rariores qui per omnia sanctè illum custodiant. Sed

Objicit Amesius 1. *Religio in Scriptura nusquam denotat statum*. Sit ita. Quid hinc contra Nos? Res ipsa continetur in Scriptura, quidquid sit de voce. 2. Ait: *Nullus potest esse status Religionis alius à statu gratiæ, qui convenit omnibus fidelibus*. Respondeo, Hoc est petere principium. Ludit autem ineptè in nomine *Status*. Longè enim aliter Status accipitur, cùm denotat stabilitatem in aliquo vitæ genere, quam cùm Doctores varios status seu conditiones Naturæ humanæ respectu finis supernaturalis assignant, E. G. naturæ puræ, integræ, lapsæ &c. Non enim indicare volunt, ad talis Status rationem exigi aliquam firmitatem. 3. Ait Amesius: *Monachos in ipso ingressu Professionis fingi perfectos*: quod commentum affingit Alensi aliisque Scholasticis, qui docent, quod Religionem professus non secùs ac recens baptizatus liberetur ab omni reatu culpæ & pœnæ, adeoque non indigeat alia Indulgentia, ut quam primùm in cœlum evolet. Resp. Insulsum est Amesii commentum, haud secùs, ac si quis ex eo, quòd Judæus vel Gentilis, cum dispositione requisita baptizatus adeoque justificatus sit, hinc vellet inferre: Talem recens baptizatum jam esse perfectum, nec ultrà posse tendere ad perfectionem, nugæ! 4. Æquè ineptè Amesius cavillatur, dum ità arguit: *Monachi occupantur in operibus supererogationis, ac proinde sunt plusquam perfecti*: Ergo illorum status non tendit ad perfectionem. Pro his similibusque cavillis profligandis. Nota doctrinam Bellarmini de gradibus perfectionis & charitatis, quam Amesius fallendi causa studiosè videtur dissimulasse. Primus igitur gradus charitatis est, diligere Deum, quantum est diligibilis, hoc est, amore infinito: & sic solus Deus perfectus est, Angeli & Sancti omnes imperfecti, non privativè sed negativè. Secundus est, diligere Deum, quantùm potest eum Creatura diligere, ita ut semper actu per intellectum & affectum feratur in Deum. In hoc gradu sunt soli Beati. Unde etsi Apostolus Phil. 3. vers. 15. dixerit: *Quicumque perfecti sumus, ita sentiamus &c.* Idem tamen de se pronuntiat vers. 12. *Non quòd jam perfectus sim &c.* Tertius gradus est, diligere Deum, quantum potest creatura mortalis, quæ à se removit omnia Divini amoris impedimenta, & totam se Dei obsequio mancipavit. Et hi sunt imperfecti respectu Beatorum, sed perfecti respectu aliorum, etiam justorum. Atque de hoc gradu loquuntur Theologi, cùm dicunt, statum Episcoporum esse perfectionis acquisitæ, Religiosorum verò esse perfectionis acquirendæ: hi enim vi sui status & professionis tenentur aspirare ad perfectionem, quod fit, impedimentorum remotione, & virtutum exercitatione: Illi verò deberent ad eum gradum perfectionis jam perve-

pervenisse, ad quem Religiosi contendunt, ut innuitur in definitione Status Religiosi. Quartus denique & infimus gradus est diligere Deum ita, ut nihil æquè, aut magis quàm Deum diligamus, (saltem ex iis quæ sunt Divino amori contraria;) Et hic est præceptus omnibus, habetque aliquam perfectionem; licèt respectu priorum sit valdè imperfectus. Et de hoc dicitur 1. Joan. 2. vers. 5. *Qui servat Verbum ejus, verè in hoc Charitas Dei perfecta est*. Et tamen ei, qui Matth. 19. v. 21. dicebat: Se omnia mandata servasse, Christus respondit: *Si vis perfectus esse, vade, vende &c.*

Hactenus verò dicta ad perfectionis statum haud sufficere, rectè ex communi Theologorum sensu pronuntiavit Bellarminus, nisi firmentur voto. At objicit Amesius *Henricum*, quem ait id *negare & refutare apud Azorium 1. part. lib. 11. cap. 23. & hunc non esse dissentientem*. Sed vel fallit, vel non intelligit latinum Amesius. Verba Azorii hæc sunt: *Henricus censet, statum Religiosorum, non per se, sed jure scripto, trium votorum obligationem requirere. Attamen Certa mihi, & indubitata videtur S. Thomæ sententia, scilicet, etiam per se in trium votorum obligatione consistere*. Illustrem Pseudologiam Amesius mox cumulat non obscuriori calumnia, dum ait: *Ridiculum esse perfectionis statum, qui à perfectione*, (in Religioso acquirenda, in Episcopali, acquisita,) *separatur; præsertim si adjiciatur placitum illud Pontificiorum*; Monachum non peccare, si in vitæ perfectione minimè procedat, *quia scilicet non tenetur ex voto studere perfectioni, sed tantùm in statu perfectionis manere. Azor. lib. 11. cap. ultim. quæst. 11.* Sed legatur Azorius ea quæst. & patebit crimen falsi; nam directè contrarium docet. Assertum ipsum Amesii absurdum esse patet, si ad Conjugium applicetur, & dicatur: *Ridiculus & fictitius est Conjugii status, qui à fide Conjugali separatur.*

Ad CAPUT III.

TRia genera Religionum dari Bellarminus indè deducit, quia sicut Deum diligere possumus, eique servire. 1. Per contemplationem. 2. Per actionem. 3. Per utramque simul: ita sunt tria genera Religionum. 1. Eorum, qui profitentur contemplativam tantùm; qui rursus varii sunt: alii enim sequuntur institutum S. Basilii, alii Brunonis &c. Alii activam, quæ in tot formas dividitur, quot sunt opera misericordiæ corporalis: quidam militando, ut Equites S. Joannis, Teutonici, &c. Quidam ægrotis serviendo; alii captivos redimendo &c. quidam vitam mixtam profitentur; ut qui Regulam S. Francisci, Dominici, &c. amplexi sunt. Porrò insulsè cavillatur Amesius 1. cùm ait: *Neminem posse servire Deo sola contemplatione*. Quasi verò includeremus solas actiones intellectuales, exclusa operatione voluntatis, quæ vel maximè viget in contemplativis, qui actus internos voluntatis adeò excellentissimos exercere solent, ut multi eorum (licèt, ut reor, falsò persuasi) putent, se opera voluntatis sine actione intellectus concomitante agitare.

Porrò hæc varietas Institutorum Religiosorum in eadem fidei confensione nihil obest Christianæ Religioni, sed potiùs valde prodest. 1. Quia sic provisum est omni hominum generi. 2. Quia cùm omnis Ordo initio ferveat, ac paulatim eum fervorem minuat, is varietate ista in Ecclesia semper conservatur. Cavilli, & calumniæ Amesii responsionem non merentur. Quod verò ex Melchiore Cano adfert de *multitudine nimia Religionum Ecclesiam incommodante*, nihil ad rem facit; ut constabit ex infrà dicendis.

Ad CAPUT IV.

QUantùm ad approbationem Religiosor
num: certum est, inquit Bellarm.
SS. Antonium, Basilium, Augusti
nedictum, Ordines instituisse, sine prævia
tione Rom. Pontificis. Postea verò occasio
densium, qui circa A. C. 1170. Ordinem Re
sed multis admixtis hæresibus moliebantur, (
Alexandro III. damnati sunt,) jure positiv
gno Concilio Lateranensi sub Innocent. III
est, ne novæ Religiones instituantur sine ap
ne Sedis Apostolicæ; cap. fin. de relig. d
Conc. Lugdun. sub Greg. X. cap. un. Eod.
Mira est Amesii perversitas & libido carpen
dum Waldenses defendit, aitque *constare*,
veræ Religionis restitutionem quæsivisse; Quod
cum ingenti illorum hæreticorum præcor
Th. Beza. Quàm verò id absurdum sit, v
tet, quòd Waldenses religiosum Ordinem
teris quoad substantialia absimilem professi
tamen Lutherani, & Calvinistæ, omnes
dines execrentur: Item, quòd multos fœ
conta fidem etiam Calvinistis adversos com
ut videre est apud Reinerum, & ex eo apu
in sæculo XIII.

Post hæc Quæstionem movet Amesius
non possit errare in Ordines hujus, vel illius a
Errare posse affirmat Amesius verbis Me
Sed Resp. Non potest errare judicio specul
scil. decernit, hanc, vel illam Religioner
ges proprias esse sanctam, & ad perfecti
ducere, ut Doctores communiter sentiunt
num, cujus etiam sententiam, ut teme
ciunt; quia aliàs Ecclesia posset in iis, q
tem pertinent, graviter errare. Hoc ipso
Religio approbetur, proponitur toti Eccl
dium ad salutem opportunum. Secus est
practico, quo decernit, Religionem hic
Ecclesia esse admittendam. In hoc enim
rare potest, vel incommodo tempore, vel
tas admittendo. Quia in re evenire Religio
quod legibus, quæ sicut mutatis circum
subinde inutiles, & abrogandæ sunt; ita R
se, & tempore approbationis utiles, succes
propter dissolutionem Fratrum, (uti con
Humiliatorum per Pium V. extincto,) al
inutiles reddi possunt, & abrogari. Nec
argumenta Cani, qui (cùm alioqui sit Th
vis, & Ejusdem Loci Theologici meritò (
Card. Palavicino plus una vice in Historia
dentini appellentur,) hic aliquid humar
nec leviter impegit, dum Summos Ponti
que adeò Concilium Tridentinum Societa
probantes, & laudantes audire recusarit;
hoc persistens: Jesuitas esse ut prodromo
arcendos. Quem pervicacem errorem ex e
minici Ordine refutarunt, & Societatem
signiter propugnarunt Joannes Penna Th
Franciscus Romæus ejusdem Ordinis Gen
Orlandin. lib. 1. num. 46. Hist. Societ.

Ad CAPUT V.

HÆretici suis mendaciter persuader
ium & vitam Religiosam incepis
hoc est, post An. Christi 300. ab Ant
nio &c. uti sæpè repetunt Centur. Mag
ctum ajunt partim casu, ut scilicet fugere
nem: partim errore: partim prava inter
nostros qui nunc sunt Monachi, plurim

Monachus IV. & V. sæculi; ideoque dici posse, Monachatum, ut nunc se habet, rem esse novam. Sed hæc omnia planè falsa sunt. Nam ut de Nazaræorum votis n. 6. v. 2. & seq. de Elia, Elisæo, Rechabitis Isa. 35. v. 18. nihil dicamus, (qui quasi figuram nostrorum Monachorum gerebant,) ipsum S. Joannem Bapt. plerique SS. Patres ajunt fuisse Monachorum & Eremitarum Principem. Nec habuit hic Amesius, quo evaderet, nisi frigidum illud suum & solemne repetendo: (*Nihil inveniri in Scripturis, quòd Regulam suis Discipulis tradiderit peculiarem. Item, nihil cultus aut perfectionis in ea vita collocasse;*) Quod sine dubio temerè divinat, ut constabit ex dicendis.

Gerhardus disp. 15. Thes. 3. adhuc insulsiùs negat commune SS. Patrum effatum, hoc unice prætendens: *Quod inter varios Religiosorum Ordines nullus detur, cui cibus nullus præter locustas & mel sylvestre, vestitus nullus nisi de pilis camelorum.*

Similiter Apostolos fuisse primos Nov. Test. Religiosos, vitam Cœnobiticam instituentes, patet ex Actis Apost. 4. vers. 32. Quòd autem ea ratio vivendi, eorum tantum fuerit, qui volebant perfectiùs vivere, liquet ex 5. Act. vers. 14. uti & quòd voto se ad eam vitam obligarint, ex Augustino. Nec obstat, ut arbitratur Amesius, quod Bellarminus suprà dixerit: Monachatum esse ad perfectionem tendentium, Episcopatum verò perfectionis acquisitæ. Solum enim hinc infertur, eum qui statum Religionis aggreditur, vi hujus propositi & professionis non obligari ad habendam mox perfectionem, sed tantùm ad acquirendam: cum quo optimè stat, posse & solere in Ordinibus Religiosis complures esse perfectos. Unde Suarez tom. 4. de Relig. acturus de adæquato fine Societatis nostræ, qui est: propriam & proximorum salutem & perfectionem procurare &c. ait: *Quoad proximos quidem, etsi Religio sit via tendendi ad propriam perfectionem: non tamen repugnat, ut simul sit status communicandæ perfectionis. Cum enim in Religione possint esse viri, qui absolutè pro hac vita dicantur perfecti; ergo principaliter possunt in Religione talia opera perfectionis intendi, quæ simul ipsam perfectorem perficiunt. Interim multiplex est differentia inter Episcoporum, & talem Religiosorum statum. Illis enim convenit hoc munus per se, & ex officio quasi principaliter, his quasi ministerialiter & in subsidium participative &c.* Itaque nulla est repugnantia, quòd quis simul teneat essentiam Religiosi, Episcopalis, imò & Apostolici status. Et sic evanescunt antilogiæ prætensæ ab Amesio & Gerhardo. Reliqua testimonia SS. Athanasii, Cypriani, Tertull. Dionys. Areop. Philonis &c. de antiquitate Status Religiosi, nec attigit Amesius: Tantummodo ad illa tria, quæ ostendenda Bellarminus proposuerat, nempe 1. Religiosam vitam diu ante 4. sæculum incepisse, 2. Originem ejus non fuisse casum, vel errorem, aut pravam imitationem, sed perfectionis desiderium. 3. Religiones, quæ nunc sunt, easdem esse quoad essentiam cum iis, quæ erant temporibus antiquissimis: adhæc, inquam, Amesius insignem suam crisin reponit, nempe: *Istis in omnibus concessis, Monachatus tamen potest esse planta quam non plantavit Pater ille cœlestis, atque eradicanda, Matth. 15. vers. 13.* Quæ ad calumnias seq. cap. discutiendas spectant. Quod insuper opponit; *Primum illorum non posse probari de Ordine aliquo Monasticorum viventium, secundum certam Regulam ab homine excogitatam &c.* futile est, & nihil ad rem facit. Nam Quæstio nostra unicè procedit de essentia status Religiosi, quæ in tribus votis Paupertatis, Castitatis & Obedientiæ consistit, in qua omnium sæculorum Religiosos convenisse evidenter patet ex S. August. lib. de moribus Eccles. cap. 31. Cui cùm nihil haberet quod Amesius opponeret, ait *id esse manifestè falsum.* At impudens mendacium refellit præter alios è Sacramentariis Rudolphus Hospinianus lib. 2. de Orig. Monach. cap. 3. ubi fatetur: *Sanctos Patres Hieronymo antiquiores Monachatus admiratores insignes fuisse, ejusque originem ad Joannem B. retulisse. Illorum proinde*, censet, *non postremos superstitionum errores fuisse, quòd ea se vita gratiam & favorem apud Deum promereri putarint, & prodigiosis jejuniis suorum corporum homicidæ fuerint.* Sed hoc postremum est nimis imperitè & falsò dictum, cùm rigidissimi illi Anachoretæ plerique fuerint admodum longævi. S. Paulus primus Eremita CIII. in solitudine & summa egestate traduxit.

Gerhardus disp. 15. Th. 5. conatur ostendere, malè Bellarminum ex Actor. 4. & 5. probare vota Religiosorum, affertque quinque disparitates. Sed vel falsæ sunt, vel nihil ad rem faciunt. Nec minùs insulsa sunt, quæ habet Th. 6. & seq.

Ad CAPUT VI.

Lutheri, Melanchthonis, & Calvini, plurima adversùs statum Religiosum mendacia Bellarminus hìc refert. E quibus pauca breviter: Lutherus pronuntiat. *I. Mulieres non nisi ad matrimonium creatas. II. Idem esse deliberare, sitne ducenda uxor, & sitne comedendum & bibendum. III. Moysem præcepisse omnibus Judæis matrimonium. IV. Virginitatem quidem præstare conjugio: tamen mulierem conjugatam meliorem esse coram Deo, quàm sit Virgo. V. Primitivam Ecclesiam & Novum Test. in totum ignorasse vovendi cujusque rei usum. VI. Formam piè vovendi hanc esse debere: Voveo Paupertatem, Cast. & Obed. usque ad mortem liberè, idest, ut mutare possim quando volo. VII. Christum non consuluisse Virginitatem, sed ab ea potiùs deterruisse. VIII. Unam vitam non esse meliorem alia coram Deo, sed omnia paria, cum Joviniano: Hieronymum, qui istum Hæresiarcham refutavit, Scripturæ loca inconsideratè ad suum propositum corrasisse, & detorsisse. IX. Optimam formam Religionum futuram, si ad professionem nemo admittatur ante annum LXX. vel LXXX.*

Melanchthon in Confess. August. ait. I. *Tempore S. Augustini monasteria fuisse libera Collegia, non adstricta ullis votis.* Quod apertè mendacii arguitur ab ipso S. August. in Psalm. 75. & 99. II. *Monasteria fuisse olim Scholas SS. Literarum.* Quod apertum mendacium esse constat ex Cassiano, SS. Basil. Hieronym. August. III. *SS. Bernardum & Franciscum ob solam corporis utilitatem Religionem suscepisse.* IV. *Monachatum esse nuper inventum.* V. *Nos* (Catholicos,) *asserere, Monachatum mereri remissionem peccatorum & Justificationem, & applicatum aliis eos salvare, & longè meliorem esse ipso baptismo.*

Calvinus hæc præcipuè mentitur. I. *Papistas Conjugium à Deo institutum vocare pollutionem.* II. *Olim pios, qui Monachi fiebant, nihil aliud intendisse, quàm ut se monastica disciplina ad Ecclesiæ gubernationem prepararent.* III. *Vitam monasticam unquam vel una Syllaba à Domino approbatam.* IV. *Nulli Veterum venisse in mentem, dicere Christum aliquid consuluisse.* V. *Patres toto pectore abhorruisse ab illa blasphemia, qua professio monastica secundum baptisma nominatur.* VI. *Olim nefas fuisse mulieres admittere ad votum continentiæ ante annum sexagesimum.* Amesius & Gerhardus nedum non conati sunt suos Patriarchas ab ista infamia liberare, ut potiùs nova mendacia & calumnias addiderint, qualia sunt plurima quæ in Amesio nullam responsionem, sed tantùm detestationem merentur, ut. I. *Nomen Monachi solitarii non convenit membro vel Christianæ Ecclesiæ, vel Societatis humanæ, sed potiùs Nebucadnezari ab hominibus depulso.* II. *Monachi in ipso ingressu professionis suæ finguntur perfecti; immò sunt plus quàm perfecti.* III. *Paupertas, Continentia, & Obedientia nihil Deo tradunt, nisi frustraneum & abominabilem cultum, concupiscentias non removent, sed celant.* IV. *Per vita mixta Mo-*

ta Monachos Bellarminus intelligit Jesuitas, quorum multi in vita mixta sua, imitantur illos, qui ut refert Sozom. lib. 1. cap. 21. in mediis turbis versantes Circulatores sese nuncupabant, cum viris viri, cum mulieribus mulieres esse volentes. V. *Consilium absolutè positum in arbitrio hominis, non est voluntas Dei, neque opus bonum.* VI. *Tria illa præcipua consilia, prout jam à Monachis observantur, nihil habent commune cum Evangelio Christi.* VII. In Votis Monasticis accusat. 1. *Quòd fiant sine Verbo* Dei approbante. 2. *Quòd multa ridicula & Deo indigna iis contineantur.* 3. *Quòd cultus gratia instituantur.* Sed hæc retulisse sufficiat, pleraque enim solvit Bellarminus.

Ad CAPUT VII.

QUæstionem, quid sint Consilia, & quomodo à præceptis distincta Bellarminus hoc cap. breviter & optimè sic exponit: Consilium perfectionis est Opus bonum, à Christo nobis non imperatum sed demonstratum, non mandatum, sed commendatum. Differt autem à præcepto ex parte materiæ dupliciter. 1. Quia materia præcepti est facilior, & sumpta ex principiis naturæ. Consilii autem difficilior, & superans quodammodo naturam. 2. Quia materia præcepti bona est, sed Consilii melior & perfectior, si scilicet circa eandem materiam versentur. Ex parte subjecti differunt consilia & præcepta, quòd præceptum commune sit omnium, Consilium non item. Ex parte formæ, quòd præceptum sua vi obliget, consilium in arbitrio hominis positum sit. Ex parte finis, sive effectus, quòd Consilium, si non observetur, nullam habeat pœnam: & si servetur majus habeat præmium. Amesius tantùm antitheses, aut certè fundamenta planè stabilia opponit, quæ proinde responsum peculiare non merentur. Quod verò in fine ait, Alensem secum dicere: *Præmium nullum* (nedum majus) *illi deberi, qui facit, quod non præcipitur*, impostura est, ut locum Alensis part. 2. quæst. 6. m. 5. art. 2. inspicienti patebit.

Ad CAPUT VIII.

BEllarminus post recensitas tres Hæreticorum opiniones circa Consilia, quartam sententiam, eamque mediam inter duos extremos errores, scilicet Apostolicorum & Pelagianorum, omnibus ad salutem necessariam esse dicentium Paupertatem & Castitatem, atque Lutherano-Calvinistarum, omnia Consilia negantium, affert; & cum communi consensu omnium Catholicorum statuit: Multa esse verè & propriè consilia Evangelica, sed præcipuè tria: Continentiam, Obedientiam & Paupertatem. Amesius ne nihil contradicat in re omnibus exploratissima, affert Scotum, Gabrielem &c. *Qui consilium appellent illud quod opponi putant peccato veniali &c.* Sed prorsus nihil ad præsentem rem faciunt hæ extravagationes. Insistamus vestigiis Bellarmini.

Ad CAPUT XII.

DAri consilia à præceptis omnino distincta, Bellarminus quatuor præced. cap. multipliciter, & luculentè probavit.

I. Ex Matth. 19. vers. 10. Ubi cùm Apostoli dixissent: *Non expedit nubere*. Dominus ait vers. 11. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi &c. qui potest capere capiat*. Manifestum est, hic non præcipi continentiam, nec prohiberi nuptias. Certè de præceptis justitiæ non potest dici: Qui potest facere faciat (ut S. August. serm. 6. de temp. notat) Quòd autem loc. cit. Consilium detur, patet ex eo, quòd cùm Apostoli dixissent v. 10. *Non expedit nubere*,

Christus non ait: Imò verò expedit, aut
bere; sed inquit: *Qui potest capere capiat*.
hoc consilium servatum pariat præmium in
stat ex eo, quòd dixit Christus vers. 12. *Su*
qui castraverunt se propter regnum cœlorum. E
planè evincit intentum: nec alicujus mom
quæ opponit Amesius: qui & tacitè videtur
verba illa: *propter regnum cœlorum*, à Per
malè exponi: *propter Evangelium expeditiùs p*
Id enim adversatur communi SS. Patrum
tioni, utpote qui etiam de fœminei sexu
loquuntur, quibus minimè convenit præd
lis huic locus est Sap. 3. vers. 13. 14. *Fœli*
incoinquinata, & spado, qui non est operatus &
vers. 4. 5. *Non dicat Eunuchus: Ego lignum*
hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodiunt &

II. Probatur efficaciter ex 1. Corinth. 7
Virginibus præceptum Domini non habeo, co
do, &c. vers. 39. 40. *Vidua autem beatior e*
manserit secundùm consilium meum. Frustr
mesius huic Soli nebulas offundere, cùm
co non esse Consilium, sed sententiam. Quid
gari, si hoc non est? numquid enim ta
lium, sive sententia est ex Spiritu Dei?
Pauli sententiam neque omnia tempora respici
tem necessitatem vers. 26. Neque omnes & fu
sed eos, quibus Dominus partitus est donum
1. Neg. assumptum. Nam (ut præclarè
Apostoli locum Corn. à Lapide) ly *Instans*
significat necessitatem prædicandi Evang
lus loquatur Corinthiis, quibus ea non
neque necessitatem persecutionum, qu
fugere possint Virgines, quàm maritatæ
Hæretici interpretantur, quos tamen ipse
cit: sed significat vel 1. præsentem urgen
tem, seu angustiam, & tribulationem,
difficultates, ut onera uteri, dolores par
nes liberorum, mariti excandescentia, &
hæc enim explicans v. 28. vocat *tribula*
quam Conjugii voluptati opponit: Vel
tæ angustias, quæ nobis imminent: quas
brevi vita necessitas est placendi Deo,
di necessaria ab beatè vivendum in co
Ergo consulo Virginitatem, quæ sine
uni Deo, & animæ saluti intendere val
betur vers. 29. Ad alteram partem Ev
næ quid respondendum sit, constat ex

III. Probatur ex 1. Corinth. 9. ubi P
ostendit, se plus fecisse, quàm sibi est
scilicet, nec *circumduxisse sororem mulier*
licuisset) nec *alimenta* (uti potuisset)
pisse &c. tantùm, ut majus lucrum anim
His plura ex Petro Martyre opponit A
lud præcipuè: quòd etiamsi per se licit
eadem potestate uti, qua cæteri Apos
licitum tamen fuisse ratione scandali,
quæ alii Apostoli admittebant, fecisset a
scandalum his, & impedimentum Eva
Sed Resp. Falsum est, Apostolum obl
præcepto vitandi scandali ad nihil acc
rinthiis. Ad quid enim alioqui tam op
licuisse sibi ex populi Corinthiaci sumpt
exemplo aliorum Apostolorum, tum
tum, Pastorum, agricolarum; tum ex l
ex ordinatione Christi, tum ex ipsa rei
stant illa verba Pauli: *Ne quod offendic*
enim non est scandalum, sed interrup
tio: quasi dicat, ne accipiendo sumptus
nem, qua homines tenaces obloquantu
in acceptatione Evangelii. Non enim
lum datum, sed acceptum ab aliis
tem fuisse opus liberæ supererogation

nibus antecedentibus, uti & ex vers. 15. *Bonum est mihi magis* (id est, meliùs) *mori, quàm ut gloriam meam* (gratis evangelizandi) *quis evacuet*. Hæc tria argumenta ex SS. Scripturis omnino evincunt intentum. Omitto reliqua, utpote nec ad causam necessaria, & calumniis facilè obnoxia; quale præcipuè est illud Matth. 19. vers. 21. *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia &c.* Equidem non dubito tradi hic consilium de paupertate, uti habet communissimus SS. Patrum & Interpretum sensus; attamen *in hoc præcipuum fundamentum consiliorum Evangelicorum Bellarminum quærere*, falsò Gerhardus affirmat Th. 16. Nam quod Th. seq. subjicit: *Ergo si consilium hoc fuit à Christo huic juveni propositum, non peccasset is consilium perfectionis posthabendo*. Resp. Iterum falsò inferri, quòd juvenis ille consilium Christi posthabendo *gravissimè peccarit*: neque enim ex verbo Christi ad Apostolos (*quàm difficulter intrabit dives in regnum cœlorum*) ulla gravis culpa elicitur. Sed aliud est, quod videtur gravare ejus juvenis causam; nimirum, quia falsò videtur dixisse, se implevisse præceptum dilectionis proximi. Nam non modò S. Hier. & Ven. Beda (quos Bellarminus utcumque explicat) sed etiam S. August. lib. 13. Conf. cap. 19. ac præcipuè Basilius M. in homil. adversus divites clarissimè pronuntiat: *Satis in aperto est, te procul abesse ab eo præcepto, falsoque tibi testimonium dixisse, quod proximum dilexeris sicut te &c.* Deinceps efficaciter idem evincit Bellarminus exemplis primitivæ Ecclesiæ, nempe eorum, qui sub Apostolis initio Ecclesiæ nascentis cœperunt colere continentiam, & vitam communem, rebus omnibus divenditis; quod sine dubio ex prædicatione Christi, & Apostolorum fecerant. Idem testatur Philo. S. Justinus M. etiam de Græcis, & Barbaris. SS. Patrum testimonia sunt clarissima, neque id omnino diffitetur Amesius, cùm ait: *Quin semina quædam ejusmodi errorum in scriptis Patrum reperiantur, negari non potest*. Perquam falsum verò quod subdit: *Sed in iisdem reperiuntur etiam principia vera, quibus isti errores possint refelli*. Sed quænam hæc? Cur illa silentio premit?

Denique probatur eadem Veritas ratione naturali: tum quia præter perfectionem, quæ necessaria est ad esse rerum, alia necessaria est ad bene esse: quis enim neget perfectionem substantialem posse esse sine accidentali? Tum quia prudens gubernatio exigit, ut præmia singularia decernantur virtutes heroicas exercentibus, præter illa, quæ constituuntur, leges servantibus. Nimis verò absurdum est, quod Amesius oggerit, nempe Deum *omnes Virtutum omnium heroicos actus præcepisse omnibus, etiam his, qui ne quidem sufficientia gratiæ auxilia ad illos acceperunt*. Sed numquid hoc est Deum facere tyrannum?

Ad CAPUT XIII.

Argumenta Hæreticorum contra Catholicam veritatem potissimùm sunt

I. *Deus jubet se diligi ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus Matth. 22. vers. 37. Ergo nihil superest non præceptum*. Resp. Amesius constanter, sed fraudulenter dissimulat gradus illos Charitatis, & perfectionis ex Bellarmino suprà recitatos. Juxta quod dicendum: Omnes teneri saltem ad infimum gradum Charitatis, & perfectionis Christianæ, sub pœna æternæ damnationis: ità, ut sincerè diligatur Deus, & proximus, & præponantur omnibus omnino rebus creatis, saltem illi dilectioni contrariis. Sed contra hoc videtur, quòd SS. August. Bernard. Thom. eodem argumento utantur, & affirment, præceptum dilectionis, & non concupiscendi in hac vita impleri non posse. S. Th. 2. 2. qu. 44. num. 6. Resp. Verum est, quòd tres illi præstantissimi Doctores ita præceptum illud exponant, ut per ly *ex toto*, significetur, imperari nobis omnes gradus charitatis, quos vel in hac, vel in altera vita habere possumus, ità, ut semper amemus Deum, nec sit in nobis ullus etiam involuntarius concupiscentiæ motus, cum Dei amore pugnans; ideòque præceptum hoc ita sumptum in hac vita impleri non posse. Sed hæc expositio (præterquam quòd non videatur valde conformis SS. Scripturæ verbis) non pugnat cum communi expositione, quod vel hinc patet, quòd idem SS. Doctores affirment, licèt hoc præceptum non possit perfectè impleri in hac vita, tamen non facere prævaricatores, si non impleatur: quod optimè declaratur ex doctrina S. Thomæ, hoc simili: Dux belli potest dupliciter præcipere militibus oppugnationem Castri. 1. cùm ait: Oppugnate hoc Castrum, & tunc solùm indicat, quid faciendum sit. 2. Dum dicit: Capite Castrum. Tunc indicat, nedum quid faciendum sit, sed etiam finem ipsius actionis. Idem enim est, ac si diceret: Pugnate ad hunc finem, ut Castrum capiatis. Differunt autem plurimum hi duo modi jubendi: nam in priori prævaricator est, qui non facit id totum, quod præcipitur; Non ità in posteriori, sed is tantùm, qui non facit id, quod indicatur per modum medii ad finem. Præceptum enim non obligat quatenus indicat finem, sed solùm quatenus præcipit medium. Itaque etiamsi huic præcepto nihil addi possit, quatenus indicat finem: potest tamen eidem aliquid addi (scil. consilia, sive opera supererogationis) quatenus indicat media. Denique ut alii cavilli Amesiani hìc evanescant, semper præ oculis habenda est illa distinctio graduum dilectionis Divinæ, ubi semper inferior respectu superioris involvit imperfectionem, respectu autem inferioris magnam perfectionem: ità, ut infimus etiam gradus præcellat omnibus reliquis actibus virtutum simul sumptis, quos perficit in ratione status veræ virtutis, ut alibi dicetur ampliùs. Sed instat adhuc Amesius, & urget illas particulas; *ex toto*. Item enumerationem *omnium potentiarum, in qua* ait (more suo hyperbolico) *nemo ex omnibus Scholasticis, quin singularem aliquam emphasim notarit*. Resp. Vel nullum est mysterium in illa variatione phrasium, ut SS. Hilar. Hier. Chrys. &c. rentur (Quod colligitur, Tum ex eo quòd Moses Deut. 6. vers. 5. Matthæus cap. 22. vers. 37. Marc. 12. vers. 33. Luc. 10. vers. 27. referentes idem præceptum, planè discrepent in numero & ordine earum vocum: Tum quia 3. Reg. 14. v. 8. de Davide dicitur, quòd *in toto corde*; & de Josia 4. Reg. 23. vers. 25. quòd in toto corde, tota anima, & tota virtute secuti sint Dominum. Quis verò hinc Josiam ausit præferre Davidi?) Vel si admittatur; juberi nos eo præcepto omnes illas potentias exercere ex amore, & ad gloriam Dei; tunc solùm præcipitur, cùm id necessitas gloriæ Divinæ procurandæ requireret: præcepta enim affirmativa etsi obligent semper, non tamen pro quovis tempore: Licèt verò hæc tempora non sint nobis determinata, sed Doctores variè de iis sentiant, certum tamen habetur, præceptum illud saltem tunc obligare, cùm alicui primùm sufficienter innotuit. Item, si quis per peccatum mortale amisit charitatem, tenetur saltem non diu differre ejus recuperationem. Denique in articulo mortis. Per quæ evanescunt cavilli, quibus hìc illudit variis Theologorum sententiis de tempore pro quo obliget Charitatis præceptum.

II. Obj. ex Matth. 7. v. 14. *Angusta est porta, & arcta via ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam. Ergo non tam lata, & facilis observatio legis, ut ultra multum addatur à multis*. Resp. Neg. Seq. Idem enim qui dixit: *Angusta est porta &c.* ait etiam Matth. 11. vers. 30. *Jugum meum suave est, & onus meum leve*. Et Psal. 118. v. 96. *Latum mandatum tuum nimis*. Ac 1. Joan. 5. v. 3. *Mandata ejus gravia non sunt*. Utrumque ergo verum est diversa ratione. Difficilis enim est lex Dei ex natura

sua,

sua ; & sine adjutorio gratiæ, quia difficile est attingere medium virtutis; & difficilior fit per naturæ corruptionem. Facilis autem est habenti gratiam & charitatem: unde Psalm. 118. vers. 32. dicitur: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.*

III. Objic. *In operibus nostris bonis semper aliquid deest, Ergo nihil potest redundare. Antec. probatur: Quia dum nobis aliquid gratiæ deest, aut aliquid pravæ concupiscentiæ adest, necesse est aliquid deesse operibus nostris.* Resp. Neg. Antec. Quia sæpè gratiæ virtus per aliquod tempus omnem vitiosam concupiscentiam in actionibus piorum excludit. Quod verò ex Rom. 7. vers. 25. de *concupiscentia* objicitur, tantùm de involuntariis motibus intelligendum est, qui non sunt peccatum formaliter, sed materiale, & pœna peccati. Porrò cùm Isai. 64. vers. 6. dicuntur: *Pannus menstruata, omnes justitiæ nostræ*, Isaias ita loquitur in persona gravissimorum peccatorum. Denique cùm David Psal. 142. v. 2. clamat: *Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens;* plus hinc non efficitur, quàm Justitiam hominum & Angelorum, Divinæ comparatam, videri injustitiam, sicut candela coram sole accensa umbram potiùs facere, quàm lucere videtur.

IV. Objic. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus. Luc. 17. vers. 10.* Sed quid hinc contra consilia infertur? Manifestè de præceptis loquitur Christus. Sed replicat Amesius: *Non potest esse major utilitas in consiliis, quàm in præceptis, si verum sit, quod Thomas docet 2. 2. quæst. 189. num. 1. ad 5.* Consilia parant viam ad præcepta, & præcepta sunt finis consiliorum. Resp. Amesius Puritanico more, hoc est, fraudulenter agit, verba S. Thomæ truncans & pervertens; quæ si integrè ponantur, nihil ad rem faciunt. Inspiciantur. Rectè S. Ambros. lib. de viduis: *Qui præceptum impleverint, possunt dicere: Servi inutiles sumus. Hoc Virgo non dicit: Præceptum castitas est; consilium Virginitas.* Instat Amesius: *Deo in omnibus sumus subjecti.* Ita est. Quid hinc sequitur? *Ergo nihil possumus pro ipso facere, nisi ex voluntate ejus præeunte.* Verum etiam hoc est, sed intelligendum de voluntate bona, & beneplacente, & perfecta. Prima est præceptorum, secunda consiliorum, tertia quorumcumque perfectissimorum.

V. Objic. *Præceptum est, ut diligamus fratres, sicuti Christus nos dilexit. Joan. 13. vers. 34. qua dilectione non datur major.* Resp. Non requiritur æqualitas, (quæ utique simpliciter foret impossibilis,) sed similitudo & imitatio aliqua in ipsa mutuæ dilectionis substantia. Sic etiam Matth. 5. vers. 48. *Estote perfecti, sicut & Pater vester perfectus est.* Quis nisi insanus, hic æqualitatem exigat? sufficit imitatio.

VI. Objic. *Tenemur facere quidquid possumus, & Deum amare quantùm possumus quia lex requirit omnes nostras vires; & aliàs negaremus Deum esse summum bonum: abuteremur Dei dono: talentum absconderemus: ingrati essemus.* Resp. 1. Neg. assumpt. Lex quæ juberet optima, esset pessima, quia præciperet impossibile, nempe ponere actus optimos; cum tamen quovis bono posito, remaneat possibilis alius melior in infinitum. Et quis est qui cognoscat mensuram virium cordis sui, & auxiliorum Divinorum? Citius profectò stultesceret homo, quàm impleat ejusmodi leges. Solùm ergo requiritur, ut impleamus quod præcipitur, sive nobis superent vires, sive non. Quomodo enim aliàs potuisset Apostolus dicere: *Quod vult faciat*: idest; vel uxorem ducat, vel contineat se? Sic enim juxta Amesium possem argutari: Aut ille potest continere, aut non: Si non; ergo tenetur nubere: Si potest; ergo tenetur continere. Ergo numquam datur tempus, quo liceat dicere; *quod vult faciat; non peccat, si nubat.* Frustrà verò Amesius negat sequelam: Quæ enim sunt illæ circum-

stantiæ, ex quibus, ad mentem Amesii, .
tas determinata secundùm præceptum debe
Denique etsi Deus potuisset absolutè à n
pro hac vita, stricto præcepto exigere qui
sumus (saltem moraliter & opinione nostr.
tamen pro sua benignitate imponere jugu
onus leve. Et licèt numquam possimus red
le ejus beneficiis, non tamen sumus rei in
mortiferæ, saltem quamdiu præstamus, qu
cepta sua Deus exigit: unde patet, sem
manere Consiliis.

Cùm verò instat Amesius & sciscitatur:
beamus Deum quantùm possumus, diligere?
de rigoroso præcepto; concedo de qualicu
to decentiæ & congruitatis. Falsum auten
las unquam id negare, sed cum pudore. Veriss
docet: Eum qui diligit Deum super omnia
(saltem quæ contraria sunt dilectioni,
Deum habere pro summo bono, etsi eum
ter non amet, quàm fortè posset, vel non f
omnia, quæ possit; quia alioquin certè hom
set perplexus, imò semper peccaret; ut cons

VII. Objic. *Non caret superbia & arrogan*
ut dicas, te plus facere quàm tenearis, & C
ria non vulgaris, qui frustra diceris mortuus, s
præstare, quàm in lege præceptum erat. Resp.
timuerunt superbiam infinitam illæ Virgin
S. August. serm. 1. de Verb. Apost. dixer
te plus facimus, quàm præcipis: neque omne
tres, qui Consilia expressè statuunt: se
non caret superbia infinita, propter ta
tiunculas opponere se omnibus SS. Doct
& ipsi Scripturæ. Amesius hoc respons
nihil deterritus, apertè arguit S. August
tres, dum ait: *Debuermus certè timere, &*
credendum est (propter authoritatem ne
Puritani;) *quantum Rhetorica quadam lice*
gustini) talia verba ipsi tribuuntur. Utri
tes? Amesione, an Augustino? Illud de
mortuo, inquit Bellarminus, manifesta
Non enim dicimus, posse hominem sui
sine Christi gratia legem servare, aut al
dere. Contra Amesius: *Non frustrà ig*
gratia. Sic est omnino. *Sed frustrà tamen*
quoad satisfactionem & meritum, saltem p
datam, respectu eorum qui tanta possunt.
rium hinc inferri debere infrà ostendetur
ubi de satisfactione & merito nostro, S
Meritis Christi subordinato agetur.

Gerhardus in hoc puncto satis jejunu
Objicit disp. 15. Th. 14. *Præcipuum funda*
pro stabiliendis Consiliis Evangelicis Schola
Matthæi olim petierant, prolixè refellit à Be
justif. cap. 3. §. Quod autem. Sed quid hoc
frequentius inter Theologos, quàm co
stantia dogmatis, diffidere in fundame
quinam illi Scholastici, qui præcipuum
Evangelicorum fundamentum in cap. 5.
cabant? cur nec unicum expressit? Ce
nec leviter eorum mentionem facit. Th.
minum hoc lib. cap. 7. §. sextum argum
sequelam Christi in hoc dicto Matth.
intelligendam esse imitationem Christ
Gerhardus, *imitatio Christi non est consili*
ac omnibus verè piis necessaria. 1. Cor. 11
vers. 1. 1. Petr. 2. vers. 21. Resp. Al
communis imitatio est præcepta toti g
at specialis illa, qua quis Christum
ctum, afflictum, crucifixum, nudus, sp
crucifixus &c. proximè sequatur, & spe
tione affectetur, non nisi paucorum,

Th. 19. ait, Bellarmin. lib. & cap. i

fateri, in illis verbis Christi: *Sequere me*, agi de Obedientia, quæ necessariò debetur Deo, *Cur ergo*, inquit Gerhardus, *Obedientiam inter Consilia perfectionis refert, quæ in arbitrio hominis sunt posita?* Resp. Quia hinc deducitur etiam Consilium Religiosæ Obedientiæ. Hinc enim habetur, *sequi Christum*, esse abnegare seipsum, hoc est, alterius voluntati seipsum subjicere. Habemus autem ex aliis locis, duplicem esse Christi sequelam; unam communem & necessariam omnibus fidelibus, de qua agitur Matth. 16. vers. 24. & Luc. 9. vers. 23. & rursus aliam, quæ solis illis consulitur, qui volunt esse perfecti, de qua agitur Matth. 19. v. 21. & Luc. 18. vers. 22. Ergo necesse est duplicem esse abnegationem sui, idest obedientiam: unam communem & necessariam omnibus, quæ consistit in iis rebus tantùm, quæ sunt necessariæ ad salutem; alteram verò majorem & universaliorem, quæ consistit in obediendo in omnibus rebus, etiam non necessariis, modò peccata non sint: qualis obedientia laudatur in Rechabitis Hierem. 35. vers. 16. qui obedierunt Patri suo in iis in quibus non tenebantur. Hactenus Bellarminus efficaciter ex Evangelio probavit duplicem Obedientiam: & tamen Gerhardus non erubuit dicere: *Bellarminum petere principium*. Viderit Titius, quomodo hic Gerhardum à puerili sycophantia eximat.

Th. 20. ait: *Bellarminus Consilium sic describit lib. ejusd. cap. 7. §. ult.* Quod, si servetur, majus habeat præmium. *At Christus hic Matth. 19. juveni non promittit majus præmium, sed simpliciter dicit*: Habebis thesaurum in cœlo: *qua phrasi spes vitæ æternæ omnibus fidelibus promittitur*. Resp. Hoc Gerhardus quidem dicit, sed dicit tantùm, non probat. E contra SS. Ambros. Hieron. August. &c. docent, in ea phrasi aliquid *ingens* & speciale promitti; uti etiam elucet ex sequenti responso Christi ad interrogationem Petri: *Ecce nos reliquimus omnia! quid ergo erit nobis?*

Ad CAPUT XVI.

DEfinitionem Voti Bellarminus superiore cap. 14. dederat, quòd sit: *Religiosa Promissio alicujus excellentioris boni, Deo facta, libera voluntate*. Dicitur *Promissio*, quia includit obligationem unius ad alterum. *Religiosa*, ut significetur spectare ad virtutem Religionis: materia autem ad quamlibet virtutem, dummodo sit *excellentioris boni*, ità ut melius sit id facere, quàm omittere, aut oppositum facere. Unde excluduntur à votis. 1. Peccata. 2. Opera indifferentia. 3. Opera impossibilia. 4. Opera necessaria. 5. Opera bona, quæ majora bona impediant. *Deo facta*: per quod distinguitur votum à juramento. Etsi enim utrumque sit actus Religionis: tamen vota fiunt Deo, juramenta per Deum hominibus. *Libera voluntate*, distinguitur per hoc votum à Lege communi, cùm votum sit quasi lex privata.

Jam verò quantum ad statum Quæstionis, cap. 15. à Bellarm. expositum: Docent Lutherus & Calvinus. 1. Vota ad colendum Deum non posse fieri nisi de rebus præceptis, ideoque esse unum fidelium omnium Votum in baptismo emissum. 2. Vota de rebus à Deo non præceptis posse fieri, si non ad colendum Deum, aut satisfaciendum pro peccatis, sed ad negotia hujus vitæ expeditiùs peragenda, aut vitanda peccata, aut ad alios bonos fines fiant. 3. Vota Monachorum, impia, irrita, & omnino solvenda esse, eò quòd fiant cum opinione cultus; & tamen de iis rebus sint, quæ nusquam Deus præcepit.

Contra hos errores stat in hoc cap. Catholica veritas: *Omne quod fit ex voto, etiamsi alioqui non sit à Deo præceptum, verè & propriè cultum Dei esse*. Ratio, quia vovere est actus Religionis. Isai. 19. vers. 21. & fatetur Calvinus: Ergo & reddere sive implere votum, est actus Religionis, sive fiat de re præcepta sive non præcepta. Sequela patet; quia promittere, & solvere, ad eandem virtutem pertinent: Sed per id quod fit ex voto, etiamsi non præceptum, impletur votum: Ergo per id colitur Deus. 2. Omne votum est promissio Deo facta, ut fatetur Calvinus: Ergo votum quodcumque implere, est fidem servare: At fidem servare Deo, est Deum immediatè colere; sicut è contrariò fidem ei non servare, est injuriam illi facere: Ergo cujuslibet voti impletio est cultus Dei. 3. Omni actu virtutis etiam non præcepto, nec ex voto facto, sed tantùm propter Deum, colitur Deus: Ergo multò magis, si is fiat ex voto. Antec. probatur tum ex Luc. 2. v. 37. Ubi Anna dicitur servisse (λατρεύουσα) Deo jejuniis & orationibus. Phil. 4. v. 18. Hebr. ult. vers. 16. Jacob 1. vers. 27. Tum ex SS. Epiph. Hieron. Tertull. August. &c. 4. Vovere est actus Religionis, ut fatetur Calvinus: At vovere nusquam est præceptum: Ergo facere rem non præceptam, est actus Religionis, seu cultus Dei. Denique ut alia quinque argumenta omittam: Omnia vota, quæ leguntur in Scripturis Lev. 27. vers. 2. num. 6. vers. 2. & 30. vers. 14. Deut. 12. v. 17. & 23. vers. 18. vota erant de rebus non præceptis, & tamen quòd placerent Deo, patet, quia severissimè illorum solutionem exigebat. Deut. 23. vers. 21. Huic tam perspicuæ veritati, Gerhardus hic nec apicem opponit. Tamen in sua Conf. Lutherana lib. 2. part. special. art. 7. cap. 4. mirificè addensat mendacia, cavillos, & calumnias in Vota monastica, Paupertatis scilicet, Castitatis, Obedientiæ. Adnumerabo aliqua. 1. *Monachos & Moniales aliquando ad vovendum cogi*. 2. *Vicarios illos sibi laqueum injicere contra Apostolum. 1. Corinth. 7. vers. 35.* 3. *Votarios in sua Regula majorem statuere perfectionem, quàm in lege Divina, perfecta Sanctæ vitæ regula*. 4. *Votorum Monasticorum falsas esse hypotheses*; (quæ adnumerat, & quorum opposita sunt exploratæ hæreses, vel errores alibi excussi.) 5. *Monachos contra charitatem peccare, quando aliis in vita communi, donis suis non serviunt, ac aliorum bonis otiosè fruuntur*. 6. *Vota Monastica adversari fidei, tum quia non sunt ex fide* (Lutherana,) *utpote destituta Verbo: Tum quia Monachi perpetuò dubitant, an hæc ipsorum opera Deo placeant &c.* Addit deinceps in specie: *Votum paupertatis esse ridiculum, Continentiæ temerarium, Obedientiæ stolidum*. Sed piget quisquilias illas nugarum excutere, unde nec guttam argumenti Theologo digni extundere valeas. Non erubuit etiam, Theophrastum Paracelsum notorium Magum, tamquam omni exceptione majorem adversum nos testem producere, eique hanc (nullo libro aut capite assignato) tribuere hæreticam blasphemiam: *Quicumque vota faciunt, fundamenta ponunt Antichristo*.

Jam verò Amesius nihil solidi habens, quod tam perspicuis Bellarmini demonstrationibus opponeret, prætendit: *Quæstionem hanc sophisticè à Bellar. & maniter confictam*. Et cur? quia ait. 1. *Non distinguit inter votum licitum & illicitum*. At votum illicitum est σιδηρόξυλον. 2. *Nihil statuit de fine voti*. Immò intrinsecum exprimit & acriter defendit, scil. cultum Dei. 3. Queritur, *quòd Bellarm. non ostendat, an ratio cultus in materiali, an potiùs in formali sit collocanda*. At nonne sufficit, quòd in utraque? etsi alterutra sola non sufficeret, quod tamen falsum est. 4. ait: *Nos autem concedimus, id quod ex voto justo* (quasi verò esset aliquod votum injustum, cui competat definitio allata) *etiam in rebus, quæ mandato Dei ab omnibus non requiruntur, quamvis non ex natura rei, neque ex voti fine proprio, ex modo tamen adjuncto, quatenus ex reverentia nominis Dei præstatur, cultus rationem habeat*: Consideret Lector, an præter inania verba, hic responsione quidquam dignum sit, uti & in septem calumniis, quæ ferè coincidunt cum Gerhardinis.

Ad

Ad CAPUT XX.

VOtum paupertatis rectè Deo voveri, probat Bellarminus.

I. Quia id omne rectè Deo vovetur, quod ex ejus testimonio scimus esse bonum, & illi gratum: Sed talis est paupertas, teste Christo Matth. 5. vers. 3. *Beati pauperes spiritu*, juxta expositionem S. Hieronym. Ambr. Greg. Nyss. Basilii, Chromatii, Leonis M., Bernardi, Anselmi &c. Contra Amesius: *Paupertatem ex antecedente & absoluta electione velle, melius non est, quàm similiter velle convicia, persecutiones, calumnias, & omne genus maledicentiæ Matth. 5. vers. 11. atque adeò non magis quàm ista voveri*. Subdit testimonium Cajetani, quod tamen nec ad rem facit; nec si faceret, ejus authoritas in Commentariis Nov. Test. nos quidquam moveret, ut suprà semel pro semper diximus. Resp. Neg. assumpt. Esset enim sanè & hoc laudatissimum promittere patientiam in quibusvis persecutionibus, contumeliis, &c. quas aliquis in tali vitæ genere, loco &c. certò occursuras prævideret. Quamquam & inter utrumque votum intersit plurimum, cùm videlicet illud Paupertatis unicè à propria, Tolerantiæ verò ab aliena voluntate potissimùm pendeat.

II. Matth. 19. vers. 21. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia &c.* Et ibid. vers. 27. *Ecce nos reliquimus omnia &c.* His verbis contineri consilium Paupertatis, & non præceptum, ipsa per se verba claré indicant: Si enim ad præceptum pertinerent, debebant includi in altero Christi dicto: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, & vende omnia &c.* Quodsi ergo talis venditio omnium, bona & Deo grata est, consequenter materia voti & cultus Divini est, ad quam Christus tam apertè hortatur. Unde rectè S. Bernard. in declam. super ea verba Christi, ait: *Hæc sunt verba, quæ contemptum mundi, & voluntariam persuasere Paupertatem*. Futile verò effugium, Amesio cum Neo-Evangelicis commune, est, cùm vult: *Vocationem illam* (adolescentis Matth. 19.) *fuisse personalem: ideoque non magis in exemplum trahi debere, aut patrocinium voti, quàm quod Petro dicebatur Matth. 14. v. 29. Veni super aquas*. Nimirum tota Ecclesia non intellexit sensum illorum verborum, donec Lutherus vota pariter & leges omnes è medio tolleret suavissimus Evangelista!

III. Actor. 4. vers. 32. & 5. vers. 3. & seq. In primitiva Ecclesia Hierosolym. plures (non omnes, ut nobis Lutherani & Calvinistæ imponunt,) abdicabant se propriis bonis, idque per votum. Et hic communis est sensus SS. Patrum Hieron. Chrysost. Basil. August. Fulg. Greg. Cassiani &c. Per quæ evanescit cavillatoria perversio Amesii, qua ait: nulla est consequentia hujus rationis! *Fidem dederant de pretio agri venditi: Ergo voverant vitam communem*. Omitto alia ejusdem planè in perversum sensum detorta, planorum verborum, mustea glossemata Cajetani verba nobis non adversantur: neque enim dicimus, quòd *omnes Christiani tunc voti necessitate habuerint omnia communia*. Sed jam solvenda est

§. 1.

Objectio Lutherano-Calvinistica.

Contra Votum Paupertatis instaurat Amesius crassissimum illud Brentii: *Aut qui vovet est pauper conditione, aut dives. Si pauper est; nihil habet quod possit vovere, se relicturum aut daturum: sed debet ferre patienter crucem sibi à Domino impositam; quam si præterea vovet, idem facit, ac si in morbo voveret se ægrotaturum,*

qui est furor, non pietas. Si autem dives est
ponere omnia in communi, aut dare omnia pa
pter majus meritum, & vivere deinceps ex ele
primum; nihil aliud agit, quàm providere si
& copiosiori victu, quod est fugere, non ama
tem. Si secundum; peccat contra fidem, quia
meretur nobis omnia; & contra charitatem,
cessitate molestus est proximo suo mendicatione.
Etiam pauperes rectè vovent, & multum
enim id omne quod acquirere possunt. An
igitur quod non habent: quod non possunt vendere
accipit: quod nemini prodest: omnes ignavi
nes dant. Resp. Hunc cavillum S. August.
epist. 89. cùm de se dixit: *Neque mihi min*
tur, quia dives non fui. Nam nec Apostoli,
fecerunt, divites fuerunt; sed totum mundum
& quod habet, & quod optat habere, dimitti
de voto ægrotandi respondet Bellarm. 2. e
tem. Nusquam enim Christus suasit: Si
esse, projice sanitatem. Tenemur etiam
mus, sanare ægritudinem, non autem d
mesius: *Planè est simile: Tum quia Christu*
persecutionem patientes, etsi mutilatio corpori
peries magna, variique morbi ex illa vexatio
Tum quia 1. Thess. 4. vers. 11. 12. mandatur
ut nullius indigeamus: Tum quia ditescere a
pancratice & athletice valere. Resp. Non p
tas. Etsi enim beati dicuntur qui persec
tiuntur, non tamen ideò morbi & vuln
eutione orta debent incurata relinqui, c
Dominus suæ vitæ ac membrorum, sed so
Mala fide citatur Apostolus, ut patebi
3. Nulla exstat lex Divina aut naturali
promiscuè omnes ad ditescendum, (nisi
excipias, qui juxta Apostolum debeant
liberis,) neque etiam ad vires athletic
dum. Sufficit obviis & communibus n
vitam & valetudinem, ut latiùs docetu
in Tract. de homicidio. Quod verò
Ponere omnia in communi, est fugere pau
videndo sibi scil. de certiori & copiosiori vict.
Verè enim ille pauper est, qui nullius
minus, qui nihil habet, quod donare
permutare, destruere potest. Talem cert
stiani elegerunt Paupertatem, quibus ni
sunt Neo-Evangelici.

Gerhardus & hic inops est. Objicit D
Bellarminum fateri, Guil. de S. Amore, D
dum, Gyrald. de Abbatis villa, Joannem
chard. Armacanum Primatem Hiberniæ,
Jurisperitissimum, oppugnasse Ordines Mend
Quid hoc ad rem? Quid contra votum
ut sic? an non puerile est hoc spiculum?
Wicleffum Hæresiarcham miscet Catho
insulsius est quod Th. 26. nobis *exemplum*
voluntaria paupertate ostendentibus, objici
venire inter Pontificios, immò nec inter Po
colaum IV. & Joannem XXII.) *de pau*
Legat qui volet, ea quæ contra Calixtu
Irenici cap. 8. per totum, hac de re fusè
neget, si potest, hunc insulsum esse ca

§. 2.

Diluuntur argumenta Mendicitatem R
impugnantia.

I. Objic. *Mendicitas prohibetur Deut. 15.*
Mendicus non *erit inter vos*. Resp. Neg.
in eodem cap. vers. 11. dicitur: *Non dee*
terra habitationis tuæ. Et de facto fuisse
Hebræos constat. Luc. 16. v. 20. de Lazar

de cæco secus viam. Joann. 9. vers. 1. Act. 3. vers. 2. de claudo mendicante. Itaque illis verbis Deut. vel tantùm promittitur tanta rerum ubertas, ut nullus sit futurus mendicus: Vel (ut S. Thomas sentit) prohibetur mendicatio ex parte divitum, non verò mendicantium; ut sensus sit: Divites ità provideant pauperibus, ut non cogantur mendicare.

II. Objic. *Scriptura detestatur mendicitatem, ut causam multorum malorum Prov. 30. vers. 8. Psal. 108. vers. 10.* Resp. Scriptura loquitur de mendicitate involuntaria, (quæ sine dubio facilè ad furta, & alia peccata inducit, uti opes ad arrogantiam, luxum &c.) Talis autem non est verè illa Religiosorum. In omni autem statu & professione reperiri fictos, dudum monuit S. Hieronymus. At instat Amesius: *Si in illa mendicitate nulli periculo exponantur Religiosi, tum nullam in ea exercent virtutem, neque ullum subsistit indè perfectis meritum, satisfactio.* Resp. Exercetur vel maximè fiducia & fides de promissione Christi implenda; item frugalitas, sobrietas, resignatio, qua quis ad vilissima quæque paratus sit &c.

III. Objic. *Beatius est magis dare quàm accipere. Act. 20. vers. 35. Ergo mendicitas non est perfectio, & melior opum copia: Et juxta Philosophum, Opes sunt necessariæ ad felicitatem.* Resp. Aristotelem loqui de homine politico, qui uxorem, liberos, & Rempublicam cum aliis habere velit: Secus est de fœlicitate Christiana, cui in hac vita sufficit modica sustentatio corporis. Ad illud primum ex Act. Apostol. Resp. Cæteris paribus beatius esse dare omnia sua propter Christum, & accipere postea aliquid modicum; quàm parum date, & nihil accipere. Item, beatius est accipere temporalia, ut possis expeditè dare spiritualia, quàm nihil accipiendo impediri à spiritualibus communicandis.

IV. Obj. Paulus 2. Cor. 8. vers. 13. improbat illam largitionem quæ largitori adfert tribulationem. Resp. Id verum est de Patrefamilias, qui debet suos alere: non verò de Religiosis. Neque hinc sequitur, uti putat Amesius, Apostolum noluisse sæculares fieri monachos mendicantes; sunt enim plurimi sæculares non Patresfamilias. Et hi quidem sine dubio nequeunt fieri monachi mendicantes, nisi mortua uxore filiis provisum sit.

V. Obj. *Qui se sponte redigit ad mendicitatem, exponit se periculo fame moriendi: tentat Deum, & abiicit à se panem illum quotidianum, quem petere debet.* Resp. Neg. assumpt. Nam Religiosi spem certam habent, & vi promissionis Christi de centuplo, confidenter dicunt: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Neque hìc tentant Deum, cùm amore Dei omnia relinquentibus, medium ordinatium sustentationis sit cibus & potus aliorum misericordia oblatus: unde tales Religiosi maxima confidentia possunt dicere: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie!*

VI. Obj. *Validi Monachi sponte mendicantes injuriam faciunt veris pauperibus. Et ordo charitatis petit, ut semper eleemosyna dentur magis egenti: Magis autem egent pauperes debiles, quàm fortes, uti sunt Religiosi.* Resp. 1. Neg. assumpt. Saltem cùm non sunt valde graves necessitates Reip., & Religiosi sint modico contenti. 2. Cæteris paribus semper eleemosyna danda est magis egenti: alioqui juxta ordinem Charitatis danda est propinquiori & meliori. Ex triplici verò capite fieri potest, ut sit danda Religioso potiùs minùs egenti, quàm non Religioso magis egenti. 1. Si is dederit omnia pauperibus. Debetur enim ei tunc victus ex bonis pauperum quasi ex justitia. 2. Si concionetur, doceat populum &c. Tunc enim etiam aliquo modo debetur ei ex justitia. 3. Ratione perfectionis Religiosæ. Cùm enim cæteris paribus in eleemosyna præferendus sit melior; non verò judicare possimus de internis, danda est potiùs profitenti majorem sanctitatem: nisi constet de mala vita Religionem professi. Excipitur tamen casus extremæ necessitatis.

Ad CAPUT XXI.

OBedientiam Religiosam rectè Deo voveri I. Probatur ex Jerem. 35. vers. 17. ubi laudaotur Rechabitæ, quòd Patri suo Jonadab obedierint, non bibendo vinum, non serendo agros &c. Hoc autem fuisse Deo gratum, adeò ut illud remunerarit, coostat ibid. Ergo talis obedientia potest voveri etiam quoad non præcepta à Deo. Falsum est quod ait Amesius: *Obedientiam & præceptum esse relata: ita ut Obedientia sine præcepto esse nequeat.* Est enim sine dubio multò perfectior Obedientia, cùm intellectum & voluntatem Superioris, (quamdiu nullum peccatum jubet, tamquam regulam suarum operationum veneratur. Quis dubitet, eum esse perfectionis obedientiæ, qui absque comminatorio præcepto nutum superioris in omnibus licitis sectatur, præ alio, qui non nisi minis adigi debet? Rectè enim de illo pronuntiatur: quòd sic obediendo, non bonum, sed optimum semper faciat. Et videtur tandem paulò post Amesius idem agnoscere, cùm ait: *Esse etiam illam obedientiam Deo gratam in multis rebus, quæ à Deo non sunt singulariter omnibus præcepta, quatenus scilicet talis obedientia pendet ex IV. præcepto.* Sed quid nos aliud dicimus?

II. Probat Bellar. ex Matth. 16. vers. 24. *Qui vult venire post me &c.* Perfecta sequela Christi, quæ in abnegatione sui, id est, perfecta obedientia intellectus & voluntatis consistit, necessariò includit votum, quo quis ità seipsum abneget, ut non possit retrocedere. Sed mirum non est, quòd Amesius hic præfractè sine ullo argumento oppositum teneat, dicatque: *Hominis voluntati & judicio suum judicium & voluntatem subjicere, esse contra præcepta & consilia Divina, cùm sit spiritualis idololatria.* Mirum, inquam, non est. Nam sicut in rebus fidei, Lutherani & Calvinistæ, judicium suum, omnibus Ecclesiæ Prælatis contumacissimè præponunt: ità multò magis in rebus ad virtutem perfectam spectantibus cæci & obstinati sunt. Non vident, (ut sunt toti affixi proprio amori & sensui,) Obedientiam illam cæcam, quæ homini propter Deum præstatur, esse oculatissimam, & veram sapientiam, etsi mundi sapientibus stulta videatur, qualis & illa visa est, qua filius Dei fuit obediens usque ad mortem crucis. Nobiscum sentiunt sanctissimi & sapientissimi Patres, quod adversarii negare nequeunt. Doctrinam quoque nostram miraculis Deus confirmavit apud S. Gregorium.

Porrò unicum argumentum, (Lutheranis dissimulatis, quæ Amesius vidit penitus à Bellarmino convulsa,) opponit ex 1. Cor. 7. vers. 23. *Vovere est sponte facere se servum Prælati: sed Apostolus id vetat, cùm ait:* Pretio empti estis: nolite fieri servi hominum. *Ergo tale votum obedientiæ non est licitum.* Resp. Neg. Maj. Faciunt enim se servos Dei, noo hominis: cùm Prælatus creatus non sit nisi Internuntius, & Vicarius, Dei voluntatem indicans, quamdiu nimirum jubet secundùm Regulam Ordinis, & res imperata potest à subdito fieri sine peccato, juxta illud Christi: *Qui vos audit, me audit.* Satis etiam constat, quantopere differat Regimen politicum, (& multò magis Religiosum,) à despotico & herili: quòd hoc nempe sit in bonum Domini gubernantis, illud prius in bonum subditi. Neque obstat, quòd Religiosi passim in Jure comparentur servis: Et quòd, (juxta doctrinam Theologorum apud Suarez tom. 4. de Relig. tract. ult.) Prælatus præcipiendo suis subditis, possit uti potestate tam Jurisdictioois quàm proprietatis:

tatis : unde Religiosi subditi, videntur se revera habere instar servorum. Sed contrà est. 1. Religiosi enim ideò servis comparantur, quia neutri possunt sibi aliquid acquirere, sed illi Hero, isti Monasterio & Deo. Contrà 2. Quia potestas illa Dominica, seu Proprietatis, quæ concipitur in Prælatis Regularibus, non est nisi Vicaria ; Sicut si Dominus plurium servorum peregrè abiturus, unum è conservis familiæ præponeret, cui cæteri suo loco voverent & præstarent obedientiam.

Gerhardus etiam hic siccus est, nec habuit, quo vel argumenta Lutheri à solutionibus Bellarmini vindicaret, vel hujus argumenta everteret. Nè tamen omnino nihil ageret, ait : *Bellarminum, præcipuum hujus obedientiæ Religiosæ fundamentum statuere in exemplo Rechabitarum* ; quod tamen apertè falsum esse patet ex seqq. argumentis è Novo Testamento petitis. Neque enim, quia Vetus Testament. prius est, ideò principalius est argumentum indè deductum, quàm ex Nov. Testament. Planè verò *puerile* & insulsum est, quòd differentias inter Rechabitarum & Monachorum obedientiam Gerhardus assignet. Quòd videlicet illi suo Parenti, hi Abbati : illi sine, hi cum voto obediant, *quòd hi vel Eremitæ vel Monachi sint, illi neutrum &c.* Quid, quæso, hæc ad rem? Bellarminus ad eum solummodo finem Rechabitarum exemplum adduxit, ut ostenderet, quàm bona & Deo placens sit obedientia etiam in rebus non præceptis, & quòd hic sit cultus Dei &c. In quo obedientia Rechabitarum prorsus convenit cum obedientia Religiosorum in Ecclesia Christiana, etsi hæc insuper perficiatur vinculo voti. Hoc evertere debuerat Gerhardus, si quidquam ad rem dicere voluisset.

Ad CAPUT XXII.

VOtum continentiæ Religiosæ rectè Deo voveri posse, Bellarm. probat ex illis verbis Deiparæ Virginis, Luc. 1. vers. 34. *Virum non cognosco* : ubi sine dubio non intelligitur ipsa actualis cognitio viri, sed habitualiter constans voluntas non cognoscendi : Alioquin fuisset ridicula, & ineptissima Virginis interrogatio, cui facilè responderi potuisset : etsi jam non cognoscas, cognosces tamen postea. Indicat ergo B. Virgo se habere impedimentum legitimum, non præceptum Divinum : Ergo proprium votum, ut interpretantur SS. Gregor. Nyss. Augustin. Beda, Anselm. Bern. &c. Amesius nihil habuit quod oggereret, præter Cajetanum in Novi Testam. interpretatione heteroclitum, semel pro semper rejectum.

Gerhardus Disp. XV. Th. 47. & septem seqq. huic probationi objicit 1. *Hoc votum Deiparæ fuisse singulare & extraordinarium, sicut conjugium Virginale cum Josepho etiam fuit, ac proin neutrum in exemplum trahi debere.* 2. *B. Virginem ad Veterem Legem pertinuisse, in qua perpetuus Cœlibatus, teste Bellarm. non fuit usitatus : Ergo non est verisimile, B. Mariam sine certo Dei verbo, sine mandato, propria & privata intentione tale votum emisisse.* 3. *Si B. Maria votum emisit, ergo Virginibus votariis foret licitum, maritis se despondere, atque ab eis domum deduci.* 4. *Si (ut Bellarm. ait.) Maria semper continendi voluntatem explicitam habuit, etiam ante desponsationem habuit : quo ergo fine se desponsari passa est Josepho? Absurdum est Sponsum facere eam quæ Conjux esse nequit : Ergo quia se desponderi passa fuit, explicitam voluntatem semper continendi non habuit. Certè Virginibus illis, quæ Cœlibatum perpetuum voverunt, ex Pontificiorum hypothesi, etiam velle nubere damnabile est, ut probare conantur ex 1. Tim. 5. vers. 11. Confugit Bellarminus ad revelationem, quòd*

B. Virgini revelatum fuerit, numquam S.
bitum Conjugale expetiturum. Sed novit, n
extra Scripturam confictis nos fidem non hab
& stante illa revelatione, quam Bellarminus
ctam esse supponit, concidit argumentum, q
ria exemplo deducunt. Si enim peculiaris hic
tercessit, ergo si vel maximè Maria votum
emisisset, illud tribuendum esset peculiari Di
tioni & inspirationi, non autem exemplar
propositum omnibus illis, qui volunt contine
men sentiant, se dono illo peculiari destitui.
his in quibus Votum Deiparæ fuit sing
imitantur aliæ Virgines communiter, ni
cialem habeant gratiam ; uti monstra
aliqua exempla S. Pulcheriæ Augustæ c
no Imper. S. Kunegundis cum S. Henric
Elzeari Comitis cum Dalphina &c. 2.
Test. Virginitas non fuit frequentata, u
non fuisse tamen planè ignotam, conf
Eliæ ; B. Virgo autem eminentiori mod
ad utrumque Testamentum, debebatque
in Nov. Testam. vexillum Virginitatis f
SS. Patres prædicant. Nec dubitatur,
Neo-Evangelii Nuptiatoribus, nil nisi vu
nalia in Dei Parente concipientibus, I
buisse specialissimam revelationem de
Divino in ejusmodi Virginitatis voto,
mæ nuptiæ cum Josepho nihil obfutu
Conjunctio matrimonialis contractus e
to potest etiamnum in aliquibus circu
nestè fieri ; etsi ordinariè nulla causa
honestè fieri nequeat. 4. *Absurdum est,*
quibus nihil in mundo amabilius quàm
Sponsam facere eam, quæ Conjux esse, id
nali copulari, *nequit* : sed non est absurd
de gloriosum iis, qui mentem ultra ha
gas extollunt. Utique sanctissimas ratio
in desponsatione B. Virginis cum S. J
ritum S. intendisse, discere possunt, s
Hieronymo in cap. 1. Matth. Porrò V
to obstrictis ideò damnabile est etian
re, quia hoc ordinariè non fit nisi
lam : alioquin enim, ut dixi, posset
traordinario casu etiam sanctè fieri,
ret simplex Castitatis votum, contrac
nialem, cum animo ingrediendi Religi
de quo alibi. 5. Etsi in B. Virgine pe
tione opus fuerit, ut post votum Vir
Matrimonium cum perpetua cohabitar
men necesse est ad quodvis continenti
tra Matrimonii statum, ut habeatur
latio de perseverantia. Probet autem s
& si sentiat, se dono continentiæ de
deligat. Nec tamen debet cum Lut
ertare, persuadendo sibi, se destitui
sentiat stimulos carnis : quamdiù enim
gratia Dei tales stimulos vincere, s
doni beneficio gaudet.

Quod demum Th. 53. adjicit Gerhard
(fatente Bellarm. in Recogn. lib. de Mon.
tum voluerit discere modum, quo salva Vir
esset, laxari argumentum pro voto Virginit
larminus non dicit, (ut fingit Gerhard
illis verbis, Tantùm voluisse discere mo
tiùs in iisdem verbis supposuisse voti ob
hac posita voluisse modum, quo fœcu
tati copularetur, addiscere. Nihilo i
sunt instantiæ Gerhardinæ, quàm C
Martyris, quas Amesius à refutat
vindicare non est ausus.

Ad CAPUT XXIII.

VOtum Continentiæ Bellarminus hic probat ex Matth. 19. vers. 12. *Sunt Eunuchi qui se castraverunt propter regnum cælorum*. Ubi ly, *castraverunt*, significat, eos unica actione voluntaria, scil. voto, amputasse sibi omnem facultatem contrahendi, (saltem licitè) nuptias, ut exponunt SS. Epiph. Hieron. August. Fulgentius. Amesius ait: *Christum loqui de iis, qui ex dono & vocatione singulari decreverunt in corde suo servare Virginitatem, & in eo proposito stabiles persistunt*. At ly *castraverunt*, plus significat quàm propositum: hoc enim nullam inducit impossibilitatem moralem, sicut votum, ideoque non est castratio spiritualis & moralis.

Gerhardus hic iterum copiosus est. Opponit 1. Th. 56. *Christus dixit, qui se castraverunt propter regnum cælorum. Hoc autem significat præmium essentiale: Ergo non loquitur de voto Virginitatis, quod habet peculiarem aureolam*. Resp. Falsum est, Christum hic loqui tantùm de Virginitate perfecta, & non etiam de ea continentia, quæ post experientiam carnalem deinceps servatur, ut in viduis, aut aliàs primùm corruptis.

2. Ait Th. 48. *Juxta Bellarm. lib. de matrim. cap. 17. Resp. ad 14. Cælibatus perpetuus non fuit in Vet. Test. usitatus: atqui si per Eunuchos, qui se castraverunt propter regnum cælorum, intelligendi sunt cælibes votarii, debuissent multi ante hoc Christi pronuntiatum, vovisse castitatem virginalem; hoc autem nusquam in Vet. Test. aut Evangelio legitur*. Resp. Hæc cavillatio in vocula *Castraverunt* præteriti temporis, nimis diluta, adeoque vel puerilis Grammaticæ, vel petulantis Sophisticæ est. Sicut enim in proximè præcedentibus verbis cùm Christus dixit: *Sunt Eunuchi qui ex utero matris tales sunt, & qui tales facti sunt ab hominibus &c.* sine dubio abstrahit à tempore certo: ita in sequenti *castraverunt*, quod quandocumque fit in præsenti per votum, semper vim universalis impossibilitatis moralis deinceps infert.

3. Ait. Th. 57. *Si castrare seipsum propter regnum cælorum nihil aliud est, quàm vovere cælibatum propter regnum cælorum, consequens fuerit, multos Martyres, & sanctas Virgines, imò ipsos Apostolos, qui sine cælibatus voto extra Conjugium vixerunt, non contineri in numero eorum, qui se castraverunt propter regnum cælorum, quod Bellarm. non admittet*. Resp. Hoc posterius omnino Bellarminus admittit, sed negat suppositum Gerhardi, quòd Apostoli, & pleræque Virgines non voverint.

4. Ait. Th. 58. *Juxta Bellarm. lib. de Monach. §. 2. Distingui simplex propositum à solemni voto Virginitatis, quòd prius sæpè liceat mutare sine culpa*. Sic est. Quid tum postea? *Ergo quamvis per* castrare seipsum *intelligatur firmum continentia votum, nondum tamen sequitur, per eandem phrasin, intelligendum esse solemne votum continentia*. Resp. Verum est, non intelligi tantùm solemne, sed omne continentiæ votum abstrahens à simplici & solemni. Quid verò hoc ad rem, aut contra nos?

Ad CAPUT XXIV.

COntinentiæ votum Bellarminus hic solidè probat ex 1. ad Timoth. 5. vers. 12. *Adolescentiores viduas devita &c. habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*. Ubi per *fidem* necessariò debet intelligi votum, & non simplex propositum; alioqui enim non possent (quod tamen Apostolus asserit) *habere damnationem, quòd primam fidem irritam fecerint*. Ita exponunt Tertull. SS. August. Epiph. Basil. Innoc. Chrysost. Ambros. Theodor. & qui non? Imò etiam Concil. IV. Carthag. 214. Episcoporum, inter quos & S. Augustinus. Sed hæc omnia nil morantur Lutherani, & Calvinistæ. Certè sententiam Catholicam à SS. Patribus, Conciliis, Pontificibus, Imperatoribus traditam agnoscit Amesius, sed ait: *Hujus generis zizania cum primis fuisse seminata, & ante alia multa erupisse: sed ab initio non fuit sic &c.* Hæc sanè sufficerent ad detestandam novitatem hanc carnalem, & blasphemam, in universam Christi Ecclesiam, etiam primorum sæculorum. Sed videamus effugia. 1. ait: *Fides in hoc versu accipitur eodem sensu, quo vers. 8. ubi fidem abnegare, idem est, quod hic fidem irritam facere*. Sed quo fundamento contra totius Ecclesiæ antiquæ authoritatem hanc musteam interpretationem admittemus? 2. Ait: *Dicitur hic prima fides respectu promissionis à viduis postea Ecclesia, facta*. At quanta hic mox æquivocatio? jam sumere fidem pro promissione, mox pro assensu, & fide salvifica Christiana! Annon hoc est nugari, hoc modo Verbum Dei ad libitum versare? 3. Ait: *Apostolus ipse disertis verbis interpretatur istam phrasin: fidem irritam facere, vers. 14. & 15. per*: Occasionem dare adversario ad conviciandum: deflectere à Christo: Sequi Satanam. Esto. At hoc nobis vel maximè favet. Nam votifraga nubens illa omnia admittit, quod certè juxta Calvinisticam illam glossam non fit: nam redeundo ad Paganismum non præbet occasionem Ecclesiæ Christianæ, sed potiùs cùm votum Castitatis violando fornicatur primùm, & postea vult nubere. Damnantur ergo tales quia nubere volunt: & cur hoc, nisi quia continentiam voverunt, & sic volendo nubere primam fidem irritam fecerunt?

Gethardus Disp. XV. Th. 61. opponit 1. quod *cogitari nequeat, illa (juniores) viduitatem elegisse sub opinione operis magis meritorii, cùm alerentur Ecclesiæ facultatibus; quas alii fideles, labores manuum suarum manducantes conferebant. Beatius autem est dare, quàm accipere*. Resp. Hoc à Lutheranis cogitari non posse, crediderim, quia omne opus meritorium explodunt. Attamen si sibi constent, & dicant: *Nihil esse amabilius in mundo amore mulierum*; & vice versa: mulieribus nihil amabilius amore virorum; consequenter Gethardus dicere debebat: Rem esse arduam, tam vehementem inclinationem abnegare: Et sanè, ita affectæ procul dubio malunt opibus, quàm virorum amplexu destitui.

Th. 62. eadem repetit, quæ Amesius objecerat. Th. 64. ait: *Concedimus, viduas illas in Collegium Ecclesiasticum receptas habuisse propositum, quin & Promissionem expressam, vel tacitam in viduitate permanendi, ac ministerio suo pauperibus, &c. diligenter inserviendi: Sed ex eo inferri nequit, eas voto solemni cum abjuratione Conjugii in perpetuum sub conditione æterna damnationis sese adstrinxisse*. Resp. Hoc posterius de voto solemni nullus Catholicus affirmat; cùm ea solemnitas voto sit accidentaria, nec nisi in sæculo XII. Sub Innocentio II. introducta. Sufficit autem nobis, quòd Gerhardus conceptis verbis *promissionem* talem admittat, quam solam nos urgemus.

Ad CAPUT XXVIII.

COnfirmat ultimò Bellarminus Catholicam veritatem Ratione: Quia id omne rectè Deo vovetur, quod est illi gratius si fiat, quàm si non fiat: Ejusmodi autem est continentia: Ergo. Amesius non tantùm Minorem, ut communiter alii, sed etiam Majorem negat: *Eò quòd gratius Deo esset, si abstineremus ab omni peccato; quale tamen votum non rectè emitteretur*, ut fatentur Catholici. Resp. Vel sermo est de peccatis

delibe-

deliberatè admissis; & horum fugam licitè quis vôveret: Vel de iis quæ per semiplenam advertentiam obrepunt: & de his non bene dicitur, absolutè in hoc naturæ lapsæ statu, gratius esse Deo, ut nullum tale admittatur in hac vita, ubi majus periculum à superbia immineret, quàm ab ejusmodi imperfectionibus, quæ potiùs prosunt ad humiliationem, ut passim S. August. contra Pelagianos toto lib. de perfectione justit. Christ. docet. Itaque Major illa intelligenda est de eo, quod & gratius Deo & moraliter nobis possibile est, quale non est evitare omne peccatum etiam levissimum.

2. Ait: *Assumptum est falsum, si generaliter intelligatur, eò quòd non in omnibus sit gratior continentia, quàm Conjugium: neque omni respectu est gratior. Cœlibatus quidam est impurus: imò Cœlibatus absolutè & immutabiliter impositus vel susceptus, in multis causa est impuritatis, quam Conjugium honestum avertit. Medium autem pollutionis non est Deo gratius quàm ejus remedium.* Resp. Cùm dicimus, continentiam esse gratiorem Deo quàm Conjugium, intelligitur per se, ex objecto ac ordinariè: & sic statuimus Continentiam esse materiam voti præ Conjugio. Quòd si per accidens, in extraordinario casu censeretur hìc & nunc gratius Deo fore Conjugium quàm Continentia (ut si alioquin E. G. Regnum ad hæreticum successorem perventurum sit, nisi Rex è Conjugio legitimos hæredes relinquat &c.) tunc sine dubio continentiæ votum non erit de meliori bono, quia hìc & nunc in tali casu extraordinario præstat charitas Continentiæ. Quàm absurdè autem Cœlibatus dicatur *Causa & medium pollutionis*, satis patet ex dictis lib. 1. de Cler. cap. 22. §. 1.

Confirmatur 2. assertio nostra: Melius est & Deo gratius ex voto aliquid facere, quàm sine voto: Ergo non solùm licet, sed etiam expedit Continentiam vovere. Amesius *negat Antecedens universaliter sumptum*, ridiculè illud restringens *ad ea quæ Deus in Scripturis declaravit esse vovenda*. At probatur Antecedens. 1. Quia Scriptura absolutè hortatur ad vovendum sine ulla restrictione. Psalm. 75. vers. 12. *Vovete & reddite.* Quo testimonio permoti SS. Patres, etiam ad vovendum hortantur. At si melius esset sine voto benè operari, deciperet nos Spiritus S. quod nemo dicet. Ergo. 2. Opus eò melius est, quò ex pluribus, aut ex majori virtute procedit: at continere se sine voto, est temperantiæ; continere ex voto, est temperantiæ simul & Religionis: Ergo hoc præstantius est. 3. Quod fit ex voto, majori charitate & liberalitate fit, quàm quod sine voto: sicut plus donat, qui arborem cum fructibus donat, quàm qui fructus solos. 4. Melius est, quod fit ex voluntate confirmata in bono, quàm quod fit sine ejusmodi firmitate; sicut gravius peccat, qui ex obstinatione peccat, quam qui ex fragilitate. 5. Qui vovet, non solùm facit opus excellentius, sed etiam munit se contra tentationes Diaboli, & humanam mutabilitatem. Amesius ad hoc obmutuit, meritò desperans de solutione illorum.

Ad CAPUT XXIX.

Contra Votum Continentiæ objiciunt hæretici: *In iis quæ libera nobis à Deo relinquuntur, Deo gratius est, ut liberè faciamus, quàm ex necessitate tali, qualis est in voto perpetuò obligante. 1. Corinth. 7. vers. 35.* Non ut laqueum vobis injiciam. Resp. Falsum assumitur. Sunt enim talia (ut supponimus) liberrimè à vovente volita. Quòd si procedente tempore placeat quidem votum, materia tamen voti ob difficultatem molesta sit, & tamen impleatur, est adhuc melius tale opus. Et absolutè loquendo, opus ex præcepto aut voto faciendum usque adeò non minuit aut tollit operis bonitatem, aut laudabilitatem, ut potiùs
augeat: Numquam necessitas debiti vel
pugnat cum laude & merito boni oper.
cui opus aliquod heroicum, quod antè e
consilii, inciperet esse præceptum; si illu
nihil perdet de laudabilitate & merito. N
dictum Apostoli 1. Cor. 7. vers. 35. *Non ut*
loquitur enim tantùm de temerè aut coa
bus, prout apertè interpretantur SS. Au
Theod. Falsum verò est, generaliter loq
asserit Amesius: *Vota detinere invitos.* Id
verificatur de malis & retrospicientibus. (
queîst cùm addit: *Temere & coactè fieri*
saltem partis Monachorum. An quia fortè
ex quibusdam apostatantibus Monachis
clarius est, quàm ut honestè negari possit? N
opposito constat experientia moraliter ev
tos equidem, insonante Luthero dulce
gelium, ad nuptias convolasse Sacerdote
& Moniales scimus; sed cùm passim di
disciplina, & bonæ instructionis inopia
quid mirum? E contrà quot postea
mania, Anglia, &c. experti sunt Luth
vinistæ, eos qui in fide & vocatione sua
fuerunt, nec pollicitationibus nec minis
stitate ad nuptias induci potuisse? Et i
mero, per Dei gratiam, hodiedum est
Sacerdotum & Religiosorum, ubi non
plina Ecclesiastica & Religiosa.

Ad CAPUT XX

PErgunt Hæretici impugnare Religios
tiam: *Quædam causæ sunt,* inquiunt
gium faciunt necessarium, & æquè reperiun
votum continentiæ susceperunt, atque in al
rinth. 7. vers. 9. jubetur, ut Qui se non co
bant: melius est enim nubere quàm ur
vers. 2. Propter fornicationem unusqu
habeat. Respondet Bellarm. Illi ab Ap
missivè) ad nuptias invitantur, qui ince
vunt, ita ut hic sit sensus: Qui animo
fornicari aut nubere, is bene facit nu
melius est nubere quàm uri. Ostenditur
remedium facilius, ita tamen ut aliud
magis arduum multò magis suadeatur;
facilius consilium aut permissio datur ta
& liberis. Amesius contrà 1. *Si illi soli*
nuptias, qui polluunt se flagitiis, tum nupti
fornicationem vitandam (quod tamen omne
quia fornicatio deberet antè admitti, quàn
necessaria. Resp. Sine dubio nuptiæ non
terita, sed pro futura fornicatione vit
tamen numquam lapsus es in flagitium
cum gratia Dei superasti tentationem
eandem etiam deinceps speres victoriam
Si responsio Pauli sensum à Bellarmino rel
tunc oporteret Quæstionem ad quam Paulus r
quæ scripserant ad eum Corinthii, hanc fuisse
nicatio flagitiosa: an matrimonium esse
Quod est Apostolo & Ecclesia indignum. Re
Corinthiis proposita erat: An Christia
num renato prorsus abstinendum esset
ut nonnulli Pseudo-apostoli suggereban
ergo Paulus: Hoc quidem melius foret
rinthii antea satis incontinentes fuerin
duum fortè esset continere, permittit e
jugio jam contracto uti: Conjugatis
initio Capitis vers. 2. & seqq. Non nupt
longè aliter. Ames. 3. *Ustio, non est de*
ambiguum, & indeterminatum, neque act
sed perturbatio, Uri (ait Dion. Carthus.)
æstuare, angi, vinci. Resp. Testem con

Amesius, quid enim aliud est Vinci, quàm non se continere & pollui? Fixum ergo maneat, Uri esse Vinci, non verò pati graves etiam stimulos, quales se quoque passum, sed per gratiam Dei superasse, testatur Apostolus. Amesius 4. *Mira est hac sophistica Bellarmini, quòd Paulus locis cit. non det praeceptum, sed solam permissionem Conjugii: hoc est, vocantur fornicantes à fornicatione ad nuptias, tamquam à malo ad bonum, & tamen bonum illud ipsis permittitur tantùm.* Resp. nulla hic Sophistica est Bellarmini, sed vel perversitas vel hebetudo Amesii, qui non capit, quòd Apostolus utrumque medium ad fornicationem vitandam suadeat, scil. ut vel quis continentiam per preces, castigationem corporis, fugam occasionum &c. obtineat; vel ut saltem Conjugali copula contentus sit. Prius certè potiùs suadebat Apostolus, cùm vellet omnes esse sui similes; posterius verò tantùm debilioribus. Porrò ineptè hinc ab Amesio infertur: *Non fornicantibus procul dubio prohiberi matrimonium.* Hoc quidem facilè damus etiam Helmstadiensi Medico, quòd posito absoluto decreto de non se continendo, urgeat præceptum naturale de nubendo; in casu quo præter copulam matrimonialem, nullum aliud medium supersit sine peccato sese continendi: sed illa suppositione non facta, falsum est dari ullum præceptum nuptiarum pro singulis.

Ad CAPUT XXXI.

ARgumentum quod Bellarminus hoc cap. pertractat, Achilles est Hæreticorum: *Continentia*, inquiunt, *est donum Dei, quod non omnibus datur, Matth. 19. vers. 11. 1. Cor. 7. vers. 7. Nemo igitur potest nisi temerè perpetuam Continentiam vovere, quia semetipsum exponeret periculo votum violandi.* Pro hujus solutione notandum, duplicia esse dona Dei. 1. Quædam tota sunt ex Deo, ut dona naturæ, ingenium, vires &c. & supernaturalia, ut habitus virtutum infusi, &c. 2. Alia sunt quidem à Deo, sed requirunt quoad suum effectum nostram cooperationem: ut sunt gratiæ prævenientes, inspirationes bonæ, & actus virtutum. Atque hujus secundi generis est donum Castitatis, de quo loquitur Apostolus loco cit. Hoc verò donum propriè est habitus infusus, intellige, in iis, qui habent habitum; in non habentibus autem, est sufficiens auxilium gratiæ internæ & externæ, singulis à Deo præparatæ, ut cum libera sua cooperatione, si velint, casti esse possint. Unusquisque ergo sui status proprium donum, hoc est, propriam gratiam habet in actu primo, & in præparatione Dei habiturus etiam in actu secundo, si seriò & constanter talem gratiam à Deo petere, & exhibitæ cooperari voluerit, sive ea sit donum Castitatis virginalis, sive vidualis, sive Conjugalis. Hoc enim spectat ad bene ordinatam Dei providentiam, ut cùm reliquerit singulis electionem status, conferat etiam auxilia singulorum statui convenientia, ut in eo honestè vivant, alioquin certè multis impossibile foret salvari. Porrò si hæc jam applicentur non modò perpetuam Continentiam professis, sed etiam Conjugibus, manifestè patebit dictorum veritas. Sicut enim luxuriosus Conjux ineptè faceret, si cum sua comparte non contentus, cum alia prævaricaretur, & ad excusandas excusationes in peccatis diceret: Se non habere hoc donum matrimonialis castitatis; ità & qui Cœlibatum professus est, si postea tentationibus succumbens, simili se excusatione tueri vellet, perperam ageret.

At replicat Amesius: *Et si omnes habeant aliquo modo sufficiens auxilium ad sese continendum ab actuali scortatione, si velint: non tamen sufficienter instruuntur omnes ad perturbationes concupiscentia vitandas in perpetuo Cælibatus statu: tum enim nulla esset alia necessitas Conjugii post lapsum, quàm fuit à creatione.* Resp. Non requiritur ad perpetuum statum Continentiæ, ut quis carnis delectationem & mentis perturbationem numquam sentiat, sed tantùm, ut iis non consentiat, prout nos apertè suo exemplo docuit Apostolus, cui liberationem à stimulis carnis petenti ter à Domino responsum est: *Sufficit tibi gratia mea*, qua scilicet cohibeas consensum. Unde S. Chrysost. lib. de Virginit. cap. 34. ait: *Perspicuum est omnibus, Virgines majorem libidinis æstum perferre: unde tantò mirabilius, gestare in animo rogum ardentem, neque comburi, sed integram manere rationem, &c.* Quisquis autem in actu secundo, hoc dono continentiæ gaudere vult, petat illud à Deo, sicut quodvis aliud donum, quo vitia & tentationes vincantur. Hoc modo S. Augustinus desiderans se resolvere ad serviendum Deo in ministerio Ecclesiæ, sentiens tamen incontinentiam præteritam, & teotationes quibus deinceps posset succumbere, lib. 8. Conf. cap. 11. propositis sibi in exemplum aliis in Cœlibatu viventibus, demum ex semetipso sciscitabatur: *Cur non possis & tu, quod possunt illi & illæ*, scilicet cum Dei adjutorio? Et lib. de adult. Conjug. loquens de laicis, qui repudiabant uxores, & prætendebant suam incontinentiam, ad hoc ut possent ad alias nuptias transire. *Solemus*, inquit, *istis proponere continentiam Clericorum, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inviti, eamque susceptam usque ad debitum finem, Domino adjuvante, perducunt. Dicimus ergo eis: Quid si & vos ad hoc subeundum populorum violentia caperemini, nonne susceptum caste custodiretis officium, repentè conversi ad impetrandas vires à Domino, de quibus numquam antè cogitastis?* Et per hæc evanescunt enerves cavilli, quibus robur Bellarminianum eludere deinceps conatur Amesius; sed nihil prorsus est, quod urgeat contra prædicta. Unde eo dimisso, pro opportunitate loci

§. Unico.

Profligatur Calumnia Conringiana.

Insurgit hìc Medicus Helmstadiensis H. Conringius, ac ut defendat invitationem Sacerdotum, Monachorum & Monialium ad nuptias per dulce Lutheri Evangelium, non erubescit pronuntiare. 1. *Illos non tam à Lutherana, quàm ab Apostolica & SS. Patrum doctrina invitatos, à Cælibatu votivo ad connubium transiisse. 2. Usque adeò verum esse & certum id licere, ut quamvis Divina authoritate repetitum haud esset, tamen ceu à naturali recta mentis dictamine imperatum, omni verè probo esse observandum, &c. 3. Perquam paucos mortales date ista perpetua continentia pollere, testem esse omnium sæculorum experientiam; imò & hoc testari usum, ubi legibus Pontificiis Clerici à conjugio prohibentur: Cleri tantùm non omnia scortationibus, concubinatu, & omnis generis immunditia fœdissimè inquinari, frustra reclamantibus legibus, frustra habitis publicis supplicationibus: frustra indictis pœnis: frustra propositis præmiis. Impossibile scilicet est*, inquit, *ut omnia sacra obeantur per solos illos, qui animo omni Virgines sunt. Impossibile etiam est, ut ingens ille numerus utriusque sexus, qui in Romanensi Ecclesia Virginitatem* (Continentiam, puto, vult dicere; hujus enim, non illius votum in promiscuo usu est) *voveant, verè observent id quod voverunt.* Amplificat deinde decumanam hanc calumniam, contortis variis, præcipuè in Jesuitas contumeliis: *Quòd cautius quidem, sed non castius vivant: suspectos meritò & illos haberi, considerata molli isthac vivendi ratione, qua plerique gaudent, &c.* Quod tandem egregiè confirmat ex famoso libello sub Alphonsi Vargæ nomine à G. Scioppio, protruso. At primæ assertionis falsitas ex dictis luculenter evincitur: Apostolus enim cupiebat

omnes

omnes esse sui similes, id est, Cœlibes: damnationis reos pronuntiavit, quotquot primam fidem irritam fecere: denique vel suo exemplo ostendit, posse omnes habere statui suo necessarium donum continentiæ; dummodo gratiam Dei impetrare solicita prece, & debita cooperatione non negligant, sed omnia media impendant, ne succumbant tentationibus. SS. Patrum sensus tam est evidenter contrarius illi quem Conringius ipsis affingit, ut in votifragos nuptiatores haud mitiùs, quàm ullus hodie Catholicorum pronuntiarint, damnantes taliter nuptas, velut *Christi adulteras*, *sacrilegè incestas*. Amesius tam exploratum & evidentem sensum SS. Patrum & Conciliorum (præsertim Carthag. IV. cui S. Augustinus interfuit) negare non ausus, maluit vocare *zizania cum primis seminata*. Sed quamvis tam luculenta illorum testimonia non exstarent (uti revera extant luculentissima) sufficere tamen cuivis non effronti debebat vel unica Sanctio Joviniani Imp. A. C. 363. edita, qua capite plecti jubetur, qui sacram Virginem, vel in Conjugium petere, vel etiam impudicè aspicere deprehensus fuisset; prout adhuc legitur in l. *Si quis*, C. De Episcopis & Clericis.

Altera Medici assertio non minoris est falsitatis, quàm temeritatis. Si enim lex Cœlibatus *non est tam Evangelica*, quàm naturæ; quomodo universa Christi Ecclesia (etiam Græca in hodiernum usque diem) per XVI. sæcula ita cæcutivit, ut tam claram naturæ legem non cerneret, donec Lutherus non tantum Evangelium, sed etiam novum lumen naturale Saxoniæ inferret? Nempe legum naturæ unicus & optimus interpres Lutherus, cujus effata suprà lib. 2. cap. 6. recitata meritò confundere debebant omnes ejus asseclas, quibus adhuc aliquid Germanæ & naturalis honestatis reliquum est. Sanè quidem magnus ille Illuminator Neo-Evangelicus à suis Sectatoribus prudenter consideratus, vel solus sufficere possit ad tam pudendum errorem execrandum: Sic enim cuivis eorum promptum est colligere: Vel Lutherus habuit hoc donum Continentiæ, vel non habuit; Si habuit, ergo multiplex & atrox Sacrilegium commisit Catharinam Bortam incestando. Si non habuit, quomodo ergo non mentitus est, cùm de se scripsit in Præfat. ad Lectorem Tom. 1. lat. Witteb. 1558. *Ego* (in Papatu) *utcumque irreprehensibilis Monachus vivebam: ego rem serio agebam, ut qui diem extremum horribiliter timui, & tamen salvus fieri ex intimis medullis cupiebam.*

Tertiam Medici assertionem esse calumniam fœdis mendaciis refertam, omnibus non sponte cæcutientibus patet. Redarguunt illam (ut innumera alia sileam) vel solius quarti Christiani sæculi Scriptores plurimi. Videatur de Cœnobitis, Anachoretis, Clericis S. Augustinus lib. de morib. Eccles. cap. 31. & 32. S. Athanas. testatur in vita S. Antonii, fuisse sub hoc in monte Monasteria, tamquam tabernacula plena Divinis choris psallentium, qui infinitam regionem quandam & oppidum à mundana conversatione sejunctum videbantur incolere. S. Hilarion, teste Hieron. in ejus vita, innumera fundavit Monasteria. S. Isidorus in uno monasterio plusquam mille; Apollonius plusquam quinque millibus Monachorum præfuit. In monte Nitriæ quingenta Monasteria penè contigua exstitere. Palladius

item & Evagrius testantur de Civitate,
ra essent Monasteria, quàm domus pro
illis 20000. Virginum, ac 10000. Mo
quam urbem Baronius ad A. C. 356.
Oxirinchum in Ægypto, in qua per in
tutem, à paganismo ad fidem Christi
S. Pachomius, septem millium Monach
postea Pater & Doctor. Sed quid opu
re, solem splendere in meridie? Certè
Medici refutant ipso opere tot myriad
num, & sanctè hodiedum, quod Deo
servantium, non modò apud Catholico
apud Schismaticos, Græcos, Moscos, R
Et ne de solis Religiosis id verum pute
idem de Clericis sæcularibus innumeris,
Episcopi suo funguntur munere; quod
passim fieri præsumendum est, & opp
lenter ostendi debet ab eo, qui nolit
tuator. De hac Diœcesi Urbeque Herl
runt omnes, nullum tolerari Sacerdotem
sum in hac materia scandalosum, & n
nullo constare scortatore aut Concubina
suspiciones quidem de pluribus audiri: e
tus testari possem, me vix de unico ab
audivisse, de quo vel suspicio fuerit. Ci
dicus ille detractor adeò perfricta fron
universo Clero pronuntiet; quid mirum
lari perverso affectu de Jesuitis haud n
Sed possetne Conringius genium Calum
riùs exprimere, quàm dum ad fucanda
suspicionem prætendit libellum famosu
Nam quod *de molli vivendi ratione Jesu*
non probatio, sed nova calumnia est,
post etiam P. Foreto, ex eodem Sycop
liter impedit. Neque tolerabilius est: quò
ne & vino se non abstinentes de luxuria
spectos. E Pharisaica nempe pharetra t
promitur! Quicumque Castitatis profes
a carnibus, cum Encratitis Dæmoniorum
sectatur; qui non abstinet, luxuriosu
Joannes Bapt. abstinens, *Dæmonium ha*
vorax erat, & potator vini.

V I N D I C

Pro Libro Tertio De L.
Sive Secularibus.

Ad CAPUT XX

AMesius totum librum 3. Bellarmi
omisit, cùm pleraque videantur
baptistas, & Pseudo-politicos. Gerhar
tingit Quæstionem de Magistratu po
sint etiam Judices & Magistri in judicand
versis? Et An hæretici sint capitali suppl
De priori satis dictum est in Tom. I.
Judic. Controvers. De posteriori tam
Bellarminum disputat Gerhardus, ut
consultum videatur, si sex ejus cav
omittantur.

VINDICIÆ
PRO LIBRO PRIMO
DE PURGATORIO.

Ad CAPUT I.



PUrgatorium propriè dictum, de quo est tota Controversia, inquit Bellarminus; Est locus quidam, in quo tamquam in carcere post hanc vitam purgantur animæ, quæ in hac vita non plenè fuerint purgatæ, ut nimirum sic purgatæ in cœlum ingredi valeant, quò nihil intrabit coinquinatum. Amesius & Gerhardus hic acquiescunt, & controversia à Bellarmino sic proposita litem contestantur. Possemus etiam nos recta ad confirmationem nostræ, & subversionem heterodoxæ sententiæ transire, nisi unus & alter è Recentissimis, cautelam hic in limine necessariam exigerent. Titius enim in suæ Ostensionis cap. 13. *Astutia* damnat *Patres Tridentinos* quòd *verbis tantùm generalibus suam de Purgatorio sententiam involverint, ne objecta horridiore ejus specie animos terrerent. Bellarminum verò*, ait, *magis ingenuè precondia hic aperuisse*, verbis jam recitatis, *addidisseque ex communi* & probabilissima Theologorum sententia: Ignem purgatorii esse verum & proprium, ejusdemque speciei cum elementari nostro: esse eas pœnas atrocissimas, & cum iis nullas hujus vitæ comparandas, idque Patres constanter docere: *atque ut appareat rem seriò agi*, *Bellarminum addere*: Qui non credit Purgatorium esse, eum ad illud numquam perventurum, sed in gehenna sempiterno incendio cruciandum. Hæc Titius, planè fraudulenter miscens circumstantias minùs certas cum certissimo dogmate Ecclesiæ, ut sic posset in sequentibus Lectori incauto persuadere: *Neminem prorsus SS. Patrum tradidisse Tale purgatorium, quale credit Romana hodie Ecclesia*, ut loquitur num. 4. At quantumvis astutè, tamen haud satis consideratè suas concinnavit strophas. Nam *si* (prout ipsemet Titius ex Bellarm. annotavit) *non est de fide, animas purgandas igne vero, proprio, & ejusdem speciei cum nostro, cruciari*: consequenter negari non potest, SS. Patres nobiscum in substantia dogmatis conspirare; cùm unanimiter doceant tamquam Apostolicam traditionem: Preces & sacrificia viventium prodesse defunctis fidelibus, qui ob reliquias peccatorum, necdum clara Dei visione digni sunt. Hoc usque adeò certum est, ut Novator recentissimus, (qui è Jansenistarum castris, sub nomine *Thomæ Angli ex Albiis est Saxonum*, buccina insonuit nuperrimè, atque, ut ait: *Villicationis suæ de medio animarum statu Rationem Episcopo Chalcedonensi reddidit*) fassus sit: Nihil Ecclesiam Catholicam Romanam in Conciliis Florent. & Trident. definivisse, quod non etiam Scriptura sacra, & SS. Patres ut rem indubiam testentur, nempe: *Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Quomodo autem illæ purgentur? quamdiu? ubi?* ad substantiam dogmatis nihil referre. In quo ille quidem non omnino malè dicit, ita ut ex ea parte sententia, quam contra communiter receptam in Ecclesia, tuendam suscepit, tolerari posset, nisi aliunde incurreret in dogmata nonnulla ex fide, certa, aut etiam in sana philosophia communiter recepta, qualia sunt: *Nullum dari judicium particulare singularum animarum: Omnes, qui sine perfecta charitate decedunt, retinere depravatum affectum usque ad extremum judicium: Animas tales corpore solutas interim esse nullibi, & pœnæ sensus ab extrinseco incapaces: Resumpto corpore in resurrectione evadere patientes: hoc per duplicem ignis actionem in actum perduci: scilicet Corporei, qui corporis in materiam ad Angelica ministeria & adaptationem corporum ad unitatem cum spiritibus præparare sit idoneus: & spiritualis, qui est judicium Christi, seu visio corporea & mentalis Christi Domini, quæ transfert animarum dispositionem ab ea distorsione, quæ ex corporeo complexu remanserat, in eam quæ sit ad Visionem beatificam congrua præparatio; & in hoc consistere vult pœnarum, vel (ut Scriptura loquuntur) peccatorum remissionem. Preces verò Sanctorum sive jam Deo fruentium, sive in corpore, sive extra corpus adhuc in ænigmate peregrinantium, hunc effectum valere suo tempore* (hoc est, in communi Resurrectione, & ultima mundi conflagratione) *præstare*. Pleraque hæc à communi doctrina tam Catholicorum, quàm Lutheranorum & Calvinistarum prorsus aliena sunt. Primum, de particulari judicio, constat esse errorem in fide. Quamvis hæc omnia non eo animo à me relata sint, quasi ad examen hic vocanda essent: sed eo tantùm, ut constet, Controversiam nos inter, & Lutheranos ac Calvinistas præcisè hanc esse: *An animæ aliquæ cum reatu culpæ venialis, aut pœnarum ex mortalibus residuarum, hinc è corpore migrantes, alicubi purgentur, antequam ad beatificam visionem admittantur?* Sintne autem simul in aliquo ergastulo aut carcere inclusæ? crucienturne ab igne, vel aliter? aut à propriis affectibus pravis in hac vita non deletis? brevi longone tempore, vel etiam usque ad extremum generale judicium? &c. in quæstionem hic non venit.

Hinc etiam mox in limine manifestum evadit, Græcam Ecclesiam universam cum Latina, in substantia hujus dogmatis prorsus convenire, ut patet ex PP. Græcis infrà cap. 10. à Bellarm. relatis, & ex ipso Conc. Florentino, ubi in prima & ultima Sess. Græci candidè profitentur: *Se perpetuò purgatorium credidisse, & orationem pro defunctis*, sed solùm ambigere de qualitate pœnæ, an infligatur ab igne? *De hac, enim punitione per ignem temporaria, & finem omnino habitura*, ajunt, *se à suis Doctoribus non accepisse, neque Orientalem Ecclesiam ita sentire*. Novissimè autem Parthenius Patriarcha Constantinop. in Synodo, super Calvinisticis dogmatibus Cyrilli Lucaris, anno M. DC. XLII. habita, in decreto XVII. sequentibus verbis sententiam Græcorum declarat: *Ut prætextum quærat* (Calvinista Cyrillus Lucaris) *rejiciendi ignis purgatorii, id agit, ut repudiet solemnes nobis ac legitimas pro defunctis commemorationes, per quas speramus requiem iis & respirationem ab acerbitatibus, quæ illos premunt, à Deo concedendam*.

Hinc etiam evanescit omnis ille labor improbus Gerhardi, quo in Confess. Cathol. part. 2. lib. 2. art. 9. hoc uno præcipuè artificio imperitos suos lectores decepit, contrahendo & confundendo omnia, quæ quoquo modo à Catholicis de Purgatorio disseruntur; ea nempe quæ de loco aut modo purgandi probabiliter traduntur ab aliquibus, ab aliis verò minùs probantur, mox Gerhardus ad evertendam Purgatorii substantiam contorquet: Ubi loca Scripturæ de Purgatorio alii aliter interpretantur, mox indè Gerhardo nascitur argumentum, quo totum dogma extinguat:

Quan-

Quando Patres aliqui circa animas defunctorum, aut circa genus pœnæ &c. minùs inter se conveniunt, aut usque ad generalem resurrectionem differri purgationem putant &c. mox Gerhardus actum censet de unanimi Patrum consensu, & Apostolica traditione tantopere à nobis celebrata. Utcumque tamen in eo homine tolerabiles sunt hi cavilli: ast illud Gerhardi effatum prorsus à *flagitio*, & falsi crimine, ne quidem à Titio excusari potest, quòd pag. 428. asserat: Suarezium tom. 4. in 3. p. disp. 45. sect. 1. *agnoscere, infirma esse, quæ pro astruendo Purgatorio ex Scripturis afferuntur.* Sed usque adeò Suarez hoc non agnoscit, ut potiùs oppositum conceptis verbis pronuntiet. Nam num. 3. *Potest*, inquit, *hæc Veritas in primis ex S. Scriptura probari directè & in se. Nam etsi fortasse hoc Purgatorii nomen in Scriptura S. non inveniatur, id parum refert, si ostenderimus, rem illo nomine intentam inveniri --- Sic ergo probari potest* --- Num. 6. *Potest veritas hæc de Purgatorio ex aliis locis Vet. Test. demonstrari* --- Num. 10. *Utroque modo concluditur Purgatorii locus ex Luc. 10. Matt. 5. 1. Cor. 15. &c.* Porrò addamus aliud specimen candoris Gerhardini. Pag. 525. probaturus ex Pontificiis: *non probari statim Purgatorium ex precibus pro defunctis*, recitat verba Vincentii in speculo lib. 25. cap. 89. *Presbyter die obitus sui trigesimo, apparuit amico suo, preces, jejunia & eleemosynas vivorum nihil prodesse mortuis asserens quòd Dei judicia sint immutabilia.* Subdit Gerhardus; *Si preces defunctis nihil prosunt, non potest indè probari Purgatorium.* At hic lapsæ fio..i evidenter convincitur, ut patet ex verbis Vincentii, quæ Gerhardus falsavit: *Pactum inierant duo Presbyteri, ut uter eorum priùs moreretur, alteri appareret infra 30. dies. Non multò post unus obiit. Trigesimo die astitit alteri vigilanti mortuus, qui priorem vivum compellans, ait: --- Adventus meus, si volueris, tibi fiet commodus, mihi omnino infructuosus. Nam sempiternis deputatus sum suppliciis. Ego, ait alter, juvabo te precibus, jejuniis & eleemosynis multis. At ille respondit: Sine pœnitentia sunt judicia Dei in inferno &c.* Ite nunc Lutherani & Calvinistæ, ac credite Pandectis Cretensibus Gerhardi. Sapienti pauca! Eadem mala fides se prodit pag. 427. in citatione verborum Roffensis, qua etiam solet adduci ab Hulsemanno, Beerio Norico, aliisque Lutheranis; cùm tamen hic S. Martyr, eo ipso art. 37. expressis verbis dicat: *Nemini potest ambiguum esse, quin purgatorii veritas in Scriptura contineatur, & quin ex ipsa probari possit.* Omitto innumera alia ex illo Augiæ stabulo.

Ad CAPUT III.

DOgma de Purgatorio ait Bellarminus probari posse, vel expressis S. Scripturæ testimoniis, cum Ecclesiæ declaratione, sicut probamus *hominem*: vel per evidentem deductionem ex iis quæ habentur expressè in Scripturis: vel ex Verbo Dei tradito per Apostolos: vel per evidentem deductionem ex Verbo Dei tradito.

Bellarminus hoc cap. probat ex illo celebri loco 2. Matth. 12. vers. 46. ubi postquam Scriptura narravit Judam Machabæum misisse Hierosolymam 12000. drachmarum, ut sacrificia offerrentur pro mortuis, subjungit: *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Amesius ait 1. cum communi Lutheranorum & Calvinistarum: *Libros Machabæorum non fuisse à populo Hebræo receptos, ut Canonicas Scripturas.* Sed hoc effugium jam præclusum est tom. 1. cap. 15. de V. D. Sufficit hic dicere cum S. August. lib. 2. de Doct. Christ. cap. 8. & libr. 18. de Civ. D. cap. 36. & lib. de cura pro mort. cap. 1. *Machabæorum libros non Judæi, sed Ecclesia Christi pro Canonicis habet.* 2. Ait Amesius: *Potuisse sacrificia offerri, (& de facto ita videri contigisse) pro peccato commisso, quatenus potuit vi-*

ventibus esse noxa. Resp. Hæc glossa conti
tui; nec nisi temerè alia intentio, quàm q
ptura exprimitur, affingi potest. 3. Ait: *E*
ibi laudes preces & expiationem pro mortuis, p
men fieri ex tali aliquo errore, qualem de ant
stitis refert Gabr. quòd hominibus damnatis suf
modo prosint; aut ex alio errore, in quo Pat
(qui tamen pro defunctis orabant) purgandos
igne conflagrationis in ultimo die judicii. Sua
qu. 52. art. 6. disp. 57. sect. 1. Resp. Hæ su
conjecturæ, S. Augustino & toti antiquit
tæ. Prior ille error Scholasticorum nullo
bui potest Machabæo, cùm hic eo fine
obtulerit: *Ut solvantur à peccatis eorum:* Sc
tem illi non putabant damnatos solvi à pe
tantùm eorum pœnas aliquatenus mitigari
verò opinio quorundam Patrum, potius
tuit Purgatorium. Hinc nuperus ille buc
glus (de quo cap. præced.) in Demonst. V
ex iis etiam Patribus probat dogma de I
Et Gerhardus loco cit. pag. 524. dum vult
jicere doctrinam de Purgatorio, eam pl
mat. Ait enim: *Plerique Patres opinati su*
esse homines igne conflagrationis, donec fact
resurrectio. Ergo fatente Gerhardo, pleric
substantia dogmatis de Purgatorio nobiscu
Quamquam si per *plerosque Patres* Gerhar
majorem partem, falsum dicit.

Ad CAPUT IV.

PRimus locus Nov. Test. ex quo dogm
torio deducitur, est Matth. 12. vers.
Dominus esse quoddam peccatum, quod
tur neque in hoc sæculo, neque in futuro
colligitur, quædam peccata in futuro sæ
per preces & suffragia Ecclesiæ, ut expo
gustinus, Gregorius, Beda &c. Amesius
omnem partem *fateri* tandem cogitur: *S.*
dicare, in futuro sæculo dimitti aliqua peccat
hoc fieri ut tamen nil inde lucri cedat Purgat.
inquit, *illa eadem peccata, quæ fidelibus i*
scientiarum suarum remittuntur in hoc sæcu
missi declarabuntur in ultimo die judicii. At
det, quàm falsò dicantur remitti pecc
sæculo, quæ mihi tantùm declarantur
in hoc sæculo?

Ad CAPUT V.

SEcundus locus habetur 1. Cor. 3. v. 1
salvus erit, sic tamen quasi per ignem.
Purgatorio interpretantur SS. Ambros.
Gregor. Thomas, aliique innumeri cum
rentino; estque hoc certum ex Tradit
communi Ecclesiæ & Doctorum, licèt
particulari alii aliter explicent, & purgat
Itaque ignis, de quo ibi loquitur Apost
conflagrationis mundi simul & purgatori
tunc vivent. Sicut verò per *Diem Domi*
Apostolus diem mortis: & per judicium
intelligit etiam particulare, quasi unum
à pari, sub igne, Christum judicem ad
dicium comitaturo, & quidquid illo tem
dum restabit, purgaturo, proportion
vult ignem, quo statim animæ purgantur
Itaque totus ille locus Apostoli de die ju
ticularis quàm universalis, deque igne t
quàm conflagrationis mundi intelligendus
tamquam pars ad totum ordinatur, in e
grationem desinet; ut idem numero igni
purgatorii, hoc in fine mundi desine

conflagrationis. Sensus itaque illius difficillimi loci, juxta Cornelium à Lapide, aptissimè & brevissimè sic exponitur, quasi dixerit Apostolus: Vide, ò Apollo, videte ò Magistri, videte ò Corinthii, quid doceatis, quid discatis? an fœnum? an stipulam? an vana? an ventosa? curiosa? terrena? quia ignis purgatorius Judicii quasi explorator assistens probabit cujusque opus & doctrinam, statim post mortem in judicio particulari; & consequenter ignis conflagrationis mundi, in quem desinet ignis purgatorii, in judicio universali declarabit opus cujusque igne purgatorio probatum purgatumque esse, ut in hoc judicio coram toto mundo appareat, quale fuerit: adeoque si quod opus necdum plenè probatum sit igne purgatorii, idipsum igne conflagrationis mundi probabitur: erit enim hæc ultima mundi proba. Ex hactenus dictis facilè præcluduntur septem Replicæ Amesianæ. Quòd verò in fine urget ly *quasi per ignem*, putatque *manifestè notari ignem metaphoricum*, vanum est. Nam similiter Arianus dicere posset, illud Joan. 1. vers. 14. *Gloriam quasi Unigeniti*, etiam metaphoricè accipiendum esse. Quodsi verò jam manifesta ibi est metaphora, cur nemo ex SS. Patribus illam vidit? anne soli Lutherani & Calvinistæ lynceos habent oculos, cæteri omnes talpæ sunt? Accipitur ergo loco cit. ly *quasi*, pro *etsi*, ut sensus sit: Salvabitur, quia est in statu gratiæ: Sed quia commaculatus sordibus venialibus, expiabitur igne purgatorio, ex quo tandem evadet. &c.

Ad CAPUT VIII.

ALiud argumentum Bellarminus hoc Cap. deducit ex Matth. 5. vers. 22. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio: qui autem dixerit fratri suo, raca! reus erit Concilio: qui autem dixerit, fatue! reus erit Gehennæ ignis*. Hic Christus agit de judicio non humano, sed Divino, ut constat ex ly *gehennæ ignis*. Statuit ergo Christus tres gradus iræ valde inæquales, quorum primus sistat in corde: secundus aliquantum exteriùs se probat: tertius in apertum convicium grave prorumpat. Jam verò vel omnes hi tres gradus sunt semper peccata mortalia, vel non? Si omnes semper sunt peccata mortalia; cur ergo primus dicitur reus judicio? hoc est, dignus de quo judicetur, sitne aliqua pœna mulctandus, vel nulla? Cur secundus gradus dicitur reus Concilio? hoc est, dignus, de quo agatur, an cùm aliqua pœna sit afficiendus, ulciscendus sit gehenna, an minori pœna? numquid non peccatum mortale in Scriptura apertè adjudicatur gehennæ? Quodsi igitur non omnes hi gradus, aut saltem non semper sunt peccata mortalia, cùm nihilominùs sint peccata (ut supponitur;) ergo fatendum est dari peccata venialia, ac consequenter Purgatorium. Et hic locus omnino convincit. Amesius tamen conatur eludere, & ait 1. *Ex isto loco vel duo purgatoria erui debent, vel nullum. Nam duo genera pœnarum notat Bellar. ab æternis distincta*. Resp. Utrumque pertinet ad unum idemque Purgatorium, cujus pœnæ sine dubio sunt valde diversæ, ut suprà cap. 5. vidimus. Ait 2. *Neque judicii, neque Concilii vocabulum ulla ratione convenit Purgatorio*. Resp. Neque nos hoc dicimus, sed tantùm ex diversitate istorum inferimus diversitatem peccatorum & pœnarum, præcipuè respectu tertii, scilicet gehennæ. Amesius 3. *Ne minima quidem in istis verbis fit insinuatio alicujus purgationis magis quàm in gehenna*. Resp. Satis ea indicatur hoc ipso, quòd non omnes peccatorum illorum gradus sint mortiferi: Ergo veniales; ergo remissibiles, & purgabiles.

Ad CAPUT X.

HOC & præcedenti Cap. Bellarminus, dogma Purgatorii firmissimè probat ex continua traditione Ecclesiæ, quæ, quantum ad preces & sacrificia pro defunctis attinet, tam aperta videtur junioribus Lutheranis & Calvinistis, ut cùm eam negare non ausint, effugium indè sibi petant, quòd ex iis suffragiis non necessariò inferatur medius status animarum in Purgatorio. Econtra verò pro defunctis orari, & in tremendo Sacrificio eorum memoriam fieri posse, Ecclesia in quarto sæculo certa fide tenuit, cùm eo nomine etiam Aerius hæreseos damnatus fuerit, quòd suffragia pro defunctis respueret. Porrò ab Apostolis ipsis hanc traditionem manasse, disertis verbis affirmat S. Chrysostomus: *Non temerè*, inquit, *ab Apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim multum illis indè contingere lucrum, utilitatem multam*. Idem patet ex Liturgiis antiquissimis SS. Jacobi, Marci, Basilii, Chrysostomi, Romana. Item ex SS. Dionysio, Greg. Naz. Cyrillo. Tertull. Cyprian. Hieron. Ambros. August. &c. Agnoscunt hoc Titius & Beerius, sed ajunt: *Omnibus locis à Bellarm. allatis tantùm fieri mentionem orationum & oblationum pro mortuis: at verò minimè perspicuam esse rationem illius Consequentiæ, quâ ex oratione pro mortuis eruitur Ignis purgatorius. Æquè certè facili negotio è pumice aquam elicueris. Si antiqua Ecclesia disertis verbis orasset, ut animæ ab aliquo cruciatu pœnæ liberarentur, speciem fateor haberet Consequentia*. Resp. Nil nisi verba, pro more suo, dat Titius: quid enim sibi volunt hæ similesque loquendi formulæ apud Patres passim occurrentes: *Maximum animarum juvamen? multum lucrum? utilitas multa? refrigerare animam ejus stillicidiis misericordiæ suæ per orationes vestras? &c.* In quo autem hoc juvamen, utilitas, refrigerium, &c. consistat, etsi SS. Patres non exprimerent, tamen res ipsa loqueretur. Nihil enim sana ratio assignare potest, in quo anima corpore soluta juvari & refrigerari queat, nisi in cruciatu & liberatione à pœna: In hac E. G. oratione S. Augustini lib. 9. Confess. cap. 13. *Pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me &c.* sine dubio S. August. rogat illam solvi à peccato: anne à culpa? aut à pœna? aut ab utraque? Elige quod vis, Titi, semper habebis purgatorium. Culpa enim sola numquam solvitur, quin etiam vel simul tollatur pœna ei debita, vel saltem deinde post aliquam pœnæ durationem. Quomodo verò poterat pœna & cruciatus à SS. Patribus clariùs exprimi, quàm dum passim de illis animabus ita loquuntur: *Eas per expurgantis ignis fornacem expiari; Non poterit à corpore egressus divinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immixtas purgatorius ignis abstulerit; Constat tales ante judicii diem per pœnas temporales, quas eorum spiritus patiuntur, purgatos, æternis ignis suppliciis non tradendos: Qui temporalibus pœnis digna gesserunt, per ignem quendam purgatorium transibunt, de quo Apostolus ait: Salvus erit, sic tamen quasi per ignem*. Omitto sexcenta similia passim apud Patres obvia.

Sed non acquiescit Titius, nisi formula aliqua precum antiquarum simul exprimat *liberationem animarum à pœnis & cruciatu*. Quasi verò non & illam inclita sua Hermeneutica, quò libuerit detorquere posset & vellet, uti mox facit, cùm ait: *Ecquid prohibebit precationes illas hunc in modum, quòd petant, ut Deus clementius agat cum animabus defunctorum, quàm promeritæ erant, quoad* declarationem, *aut* manifestationem *sententiæ in extremo judicio*. Hæc interpretatio non occurrit Zuinglio, Calvino, Martyri, &c. qui agnoscunt, ante 1400. annos, usitatas fuisse eas preces, & oblationes, sed ajunt: *Omnes antiquos in errorem abreptos*.

abreptos. Sed prior interpretatio placet recentioribus Amesio, Crocio, & Titio. Quis verò eos *prohiberet precationes illas hunc in modum intelligere*, cùm nullas leges interpretandi Verbum Dei, & SS. Patres, sibi poni velint. Egregium nempè *juvamen*, *lucrum*, *utilitas*, *refrigerium &c.* animabus flagitatur suo pretio & sacrificio, dum illa *declaratio*, quæ infallibiliter, etiam omnibus commemorationibus omissis, futura est, petitur.

At, reponit Titius cum Calvinistis: *Se hoc ex Missa Pontificia discere, cujus verba hoc modo accipere & exponere coactus sit Bellarminus lib. 2. de purgat. cap. 5. Cùm enim orat Ecclesia, nè animas defunctorum absorbeat tartarus &c. juxta Bell. petitur, ut liberentur à sententia damnationis in extremo judicio ferenda.* Sed nihil hoc effugio Titius proficit. Præterquam quòd perspienè mentitur, dum ait: *Bellarminum coactum esse ea verba ita exponere*: Quàm enim hoc à vero alienum sit, cuivis patebit ex sequenti Responsione, quæ sine dubio melior, his verbis à Bellarm. proponitur: Ecclesia verè orat, quantùm ad intentionem suam, ut animæ liberentur à pœnis purgatorii: tamen utitur eo modo loquendi, quasi animæ tunc migrarent è corpore, & in periculo essent æternæ salutis, quia repræsentat diem obitus. Ut enim in celebratione festorum Incarnationis, Nativitatis &c. Ecclesia orat ita, acsi tunc Christus deberet incarnari, vel nasci &c. quia repræsentat illa mysteria ut præsentia; & tamen non intendit ad literam precari, ut Verbum carnem assumat, aut nascatur &c. sed ut nobis applicetur fructus eorum mysteriorum: ita quoque in sacrificio pro defunctis, quia commemorantur dies obitus eorum, Ecclesia pro illis orat, acsi tunc morerentur, & tamen intendit orare ut liberentur ab inferno, eo modo, quo liberari possunt; idest, ut non detineantur diutiùs in illis pœnis, vel, ut refrigerium aliquod doloribus misceatur. Denique, sicut non est absurdum nunc post 1600. annos in adventu Domini dicere: *Rorate cœli desuper &c.* ita nec absurdum est pro defunctis dicere: *Libera eas de ore leonis &c.* Præter hanc, adhuc aliam, & meo judicio, optimam interpretationem illorum verborum tradit Card. Pallavicinus in lib. de Act. hum. cap. 8. num. 106. & 108. nempè: Verba illa, quibus Ecclesia orat pro aliquo defuncto: *ne pœnas inferni sustineat &c.* non posse nec debere intelligi de liberatione à solis pœnis purgatorii, sed de vitatione inferni: & tamen ea oratio fit dependenter à notitia mortis, & mors si fuit in statu gratiæ, fuit dependenter ab illo statu, utpotè beneficium Dei collatum, ex peculiari benevolentia in ordine ad salutem; ac proinde à primo ad ultimum, gratia tempore mortis fuit prior natura respectu mortis, & hæc respectu orationis. Ut ergo mutua prioritas & alia incommoda evitentur, dicendum est: Dari in Deo præter scientiam simplicis intelligentiæ varias scientias visionis, alias magis, alias minus determinatas, sed disjunctivas. Deus ergo prævidens orationem faciendam ab Ecclesia in casu mortis præcisè acceptæ, seu dependentis, seu non dependentis à statu gratiæ, movetur congruè per suam misericordiam, ut decernat id quod erit secundum vota orationum. Ex quibus elucet, quàm falsò Titius dixerit: *Bellarminum fuisse coactum confugere ad illam declarationem.* Credo, eum deinceps, effugio hoc nimis futili præcluso, ad censuras Zwinglii, Calvini, Martyris &c. reversurum, & agniturum, quòd Patres haud obscurè Purgatorium tradiderint.

Sanè Amesius Tertullianum & sequentium sæculorum Patres haud ægrè nobis concedit: tantùm prætendit, quòd *è purioris ævi Patribus Ignatio, Justino, Irenæo, Clemente Alex. nullum Bellarminus testimonium proferre potuerit.* At si S. Dionysii Areopagitæ testimonium clarissimum non sufficit ex primo sæculo, cur

quæso saltem non sufficiant tam perspicua
Chrysost. August. &c. testimonia, de con
postolis accepta traditione, necessariò fac
memorationis pro fidelibus defunctis ?
etiamsi SS. Ignatius, Justinus, Irenæus &c
data, similibus verbis, quibus sequentium
gravissimi Patres: *Orationum pro defunctis*
nis, peccatorum solutione, animarum refriger
tionem fecissent; attamen illa omnia, r
ptetes, non minùs promptè, ac ipsa verba
talia Christi, ad metaphoricos & figuratos
re suo detorquerent, utpotè qui à Calixto d
trum sententias versare & tractare ut *pupas*

Ad CAPUT XI.

DOgma Purgatorii Theologicis argum
minus confirmat, quorum primum
tur peccata venialia, solaque pœna temp
fieri autem potest, ut cum solis ejusmod
homo decedat: Ergo necesse est, talem i
purgari. Conseq. probatur: quia nemo i
liquo etiam minimo peccato intrabit in re
rum. Apoc. 21. v. 27. Prior pars Antecede
ex Matth. 5. v. 22. & 12. vers. 36. Item Pr
Septies in die cadit justus. Jac. 3. v. 2. *In mul*
omnes. Luc. 6. v. 41. & seqq. peccata mor
venialia festucæ comparantur. Posterior p
perientia. Sæpè enim homo sine mortal
libus obstrictus subitanea morte prævenit
negat tum Antecedens, tum Consequent
ad hanc ait: 1. *Ipsa etiam subitanea morte*
sericordia Dei in Christo deleri peccata. 2.
fidelium est, quin virtualiter saltem volunt
habeat ab omni peccato. Sed hoc posterius
est, cùm innumeri cum affectibus salten
citis & inordinatis (quales ad minimum
habituales) ex hac vita migrent: ut al
demus, plerosque justos mori cum aliq
confusa displicentia de omnibus offensis
bus. Quantum verò ad prius assertum A
lutè quidem non repugnat, subitanea m
deleri; sed de facto ita contingere, nec
cet, nec rationabiliter præsumi potest,
ordinaria nulli adulto quodvis peccatum
ne aliquali saltem retractatione. Quæ A
contra Antecedens argumenti, Tom. 4.
tur, ubi de peccato veniali. Firmum
hoc argumentum: Nihil coinquinatum
di regnum cœlorum, nisi priùs purgetu
justi venialibus inquinati hinc decedunt
priùs purgentur, non ingredientur regn
Nec possunt Adversarii hoc argument
solvere, cùm ex eorum propriis princi
de confirmetur, ut optimè ostendit Be
de Purgatorio Calvinistarum, Princip
sunt: 1. Quòd peccatum originale ma
tota vita, nec per baptismum tollatur.
catum originale sit pravitas naturæ, i
mentis & aversio voluntatis ac appetitio
cum reatu mortis æternæ. 3. Quòd om
storum contaminentur per peccatum ori
in ipsis permanens, ac proinde omnia
inquinans. Ex his conficitur hoc mel
mentum: Nullus immundus potest in
cœlorum: Sed omnes Lutherani & Cal
diu hìc vivunt, sunt immundi ob pecc
le, & omnia eorum opera sunt sordes
pud Deum: Ergo non intrabunt nisi pr
Sed non purgantur in hac vita, ut ipsi
nent enim semper peccato originali, &
ti: Ergo in altera vita. Ergo vel datu

in altera vita; aut si non datur, omnes Lutherani & Calvinistæ inferno in æternum claudentur. Nec evadunt vim hujus demonstrationis cùm ajunt: *Sanguinem Christi mundare nos ab omni delicto, spiritu sanctificationis*. Hoc enim in sano sensu verissimum quidem est, at nihilominus ut in actu secundo id præstetur, aliqua mutatio post mortem in anima intervenire debet, cùm quamdiu anima manet in corpore, sanguis Christi non extinguat maculam peccati originalis, nec aliorum actualium. Posterius argumentum hoc est: Cùm reconciliantur Deo peccatores, non dimittitur semper cum peccato tota poena temporalis: At sæpè fit, ut moriturus aliquis non satisfecerit pro temporali illa poena: Ergo necessariò statui debet remissio post hanc vitam. Non in cœlo: Ergo in purgatorio. Nec evadunt vim argumenti, concedendo Majorem de poena temporali, quatenus manet ad cautelam & emendationem in futurum; negando autem quoad vindictam peccati præteriti. Hoc enim posterius falsum esse constat tum ex peccati originalis poenis, quæ adhuc remanent in justis, ut fatetur ipse Calvinus l. 2. Instit. cap. 1. §. 4. ubi ait: Deum id severè ulcisci in toto genere humano; tum exemplo Moysis & Aaron. Num. 20. vers. 12. Deut. 32. vers. 49. Israelitici populi Exod. 32. v. 28. Num. 14. v. 29. Davidis 2. Reg. 12. vers. 14. & ibid. cap. 24. vers. 10. Itaque simpliciter negandum est quod Amesius universaliter affirmat: *Remissio culpæ est condonatio pœnæ*. Distinguendum enim ita: Est condonatio poenæ æternæ, concedo; poenæ temporalis, negatur. Quod à Bellarmino additur de consensu Judæorum, Mahumetanorum, Ethnicorum circa hoc dogma, per scommata Amesii & Gerhardi nec tantillum labefactatur. Revera enim quæ ferè ab omnibus nationibus (ratione excultis & non barbaris) asseruntur, vix possunt esse ab ipsis conficta, cùm ejusmodi fictionibus proprium sit, inter se non concordare. Sicut ergo dogma de DEO, ex ipso lumine naturæ apparet verum, ex consensu populorum; ita in præsenti, cùm recta ratio doceat, Dei providentiam præmiis & poenis gubernare mundum, nec decere, ut peccata propria voluntate commissa, non plectantur aliqua castigatione acerba, etiam post condonationem culpæ; consequens est, veritatem dogmatis de Purgatorio ex consensu populorum bene probari.

Ad CAPUT XII.

OMissis aliis, sequentia potissimùm argumenta contra Purgatorium urget Amesius 1. Deus Ezech. 18. vers. 21. 22. *Pollicetur impio, quodsi egerit pœnitentiam, se omnium iniquitatum ejus non recordaturum. Ergo post remissionem culpæ, nulla supersunt pœnæ nobis persolvenda*. Resp. 1. Neg. Cons. quoad poenas temporales; quoad æternam, conceditur. Sic Deus ipse Exod. 32. vers. 34. ait: *Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum*. Resp. 2. Potest etiam totum argumentum concedi, si intelligatur de poenitentia usquequaque perfecta, quæ omnem omnino reatum delet. Et certè cogunt ad ejusmodi explicationem exempla præcedenti Cap. allata. Nam juxta Lutheranos & Calvinistas potuisset expostulare Moyses, Aaron, David, Judæi &c. ac dicere: Quare nos punis post remissionem culpæ, cùm promiseris poenitentibus æternam scelerum oblivionem & remissionem?

II. Arg. Duo solùm ordines hominum inveniuntur; aliis enim Matth. 25. vers. 34. dicitur: *Venite benedicti*. Aliis vers. 41. *Ite maledicti*. Marc. ult. vers. 16. *Qui crediderit.... salvus erit, qui verò non crediderit damnatus erit*. Joan. 3. vers. 18. *Qui credit non judicatur, qui non credit, jam judicatus est. Ergo duo tantùm sunt loca post hanc vitam*. Resp. In extremo judicio & deinceps tantùm erunt duo ordines, quia tunc purgatorium finietur. Amesius 1. *Sed in extremo judicio invenientur homines cum peccatis illis, quæ Bellarminus venialia vocat, & qui non satisfecerint plenè pro temporali pœna mortalium. Imposuit ergo nobis Bellarminus, cùm suadere voluit cap. 11. ex istis præmissis purgatorium necessariò sequi*. Resp. Poterit Deus tunc pro illis qui in extremo die judicii deprehendentur cum venialibus, vel reatu poenæ ex mortalibus, variè providere, vel rem ita disponere, ut nulli sint tales, qui purgatorio ulteriori indigeant, vel misericordiæ abundantiam illis indulgendo; vel etiam intensivè ita in brevissimo temporis spatio augere cruciatus, ut correspondeant extensioni longissimi temporis. Amesius 2. *Illos ordines proponit Christus, Matth. 25. qui distinguit oves & hœdos in hac vita, & postea in æternum. Si tertius ordo fuisset & status tertius, tam horrendus ac Purgatorium fingitur, non tacuisset illum Christus in illa separatione hominum, quam tot similitudinibus tam accuratè descripsit, in admonitione omnium, ut vigilarent, & sibi caverent à malo*. Resp. Alibi satis clarè indicavit suum sensum de peccatis remittendis in altera vita. Matth. 25. autem tantùm intendit nobis tradere doctrinam de duobus ordinibus hominum (adultorum) pro tota æternitate, ut satis patet ex clausula: *Ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam*. Idem est de aliis locis ab Amesio citatis.

III. Arg. *Luc. 23. v. 43. dicitur latroni: Hodie mecum eris in Paradiso. 2. Corinth. 5. v. 1. Si domus terrena nostra habitationis dissolvitur, habemus &c. Apoc. 14. vers. 13. Beati mortui.... amodò &c. Justi proinde mox post hanc vitam admittuntur ad cœlestem beatitudinem. Frustrà igitur purgatorium fingitur*. Resp. Neg. Anteced. quod nequaquam illis Scripturæ dictis firmatur. Nam illud de bono latrone privilegium singularissimum, minimè in exemplum trahi debet. In altero Apostoli dicto mox additur limitatio vers. 3. *Si tamen vestiti & non nudi*, (scilicet virtutibus & meritis) *inveniamur*, talibus nimirum ac tantis, quæ ad perfectam poenitentiam requiruntur. Illud Apoc. 14. vers. 13. manifestè procedit de tempore extremi judicii, uti & illa loca in secundo argumento ab Amesio producta. Si enim absolutè, etiam pro tempore hujus sæculi, non forent nisi duo loca & ordines animarum defunctorum, scire vellem à Lutheranis & Calvinistis, ubinam locorum fuerint filius viduæ Sareptanæ, Lazarus, & alii à mortuis excitati? Non in beatitudine: id enim non fuisset beneficium, abripi ad corpus mortale; non in inferno, quia ibi *nulla est redemptio*. Ubi ergo?

Ad CAPUT XIV.

SOlidioribus argumentis Hæretici destituti, tandem rationibus Catholicum de purgatorio dogma impetunt, quarum prima est: *Post remissam culpam per meritum sufficiens & infinitum, nulla restat pœna solvenda. Sed omnis culpa remittitur per meritum Christi sufficiens & infinitum: Ergo nulla remanet pœna in Purgatorio solvenda*. Resp. Falsitas tam Majoris quàm Minoris constat ex præced. Cap. Deinde etsi valor meritorum Christi sine dubio sit omnino infinitus, id tamen tantùm verum est in actu primo, & quoad sufficientiam; falsum in actu secundo & quoad efficaciam, ut res ipsa clamat, quia non omnibus, nedum infinitis reipsa meritum illud ad salutem prodest. Ad efficaciam ergo requiritur applicatio illorum meritorum facienda per Sacramentum in parvulis, & per proprios actus cum auxilio gratiæ factos in adultis, unà cum Sacramentis. Itaque applicatur infinitum meritum Christi per contritionem & confessionem cum absolutione Sacramentali ad tollendam culpam; per opera autem satisfactoria applicatur ad tollendam poenam temporalem, in quam commutatur poena æterna, ut amplius dicetur

cetur Tom. 3. de Sacram. Pœnit. Instat Amesius 1. *Si nos satisfacimus Deo pro peccatis nostris, tum dividimus cum Christo honorem, ita ut ille non sit solus Redemptor noster, sed nos etiam aliqua ex parte. Hoc autem nefas est dicere. Ergo etiam id unde sequitur.* Resp. Neg. Seq. Nam tota virtus operum & satisfactionis nostræ pendet à Christi sanguine, & id quod nos cooperamur, spiritus ipsius in nobis operatur; sicut nihil Deo detrahitur, quòd causæ secundæ etiam operentur, immò potiùs additur ad ipsius gloriam. Instas 2. *Immò maxima injuria fit Christo 1. Quia hac ratione in se non esset perfectus Redemptor, cùm tamen unica oblatione in perpetuum consummaverit eos qui sanctificantur. Hebr. 10. vers. 14. 2. Quia non esset unicus Redemptor, cùm tamen unicus sit Mediator. 1. Tim. 2. vers. 5. 3. Quia Christo ferente pœnas peccatis nostris debitas, Deus tamen non esset ita placatus, quin rursus à nobis earundem peccatorum pœnas exposceret, cùm tamen omnis correctio pacis nostræ sit super eum. Isai. 53. vers. 5. 4. Quia non purgaret nos per semetipsum ab omni peccato, contra illud 1. Joan. 1. vers. 7. 5. Per causas secundas non operatur Deus creationem ex nihilo: sed satisfactio & Redemptio eundem locum habent in ordine gratiæ, quem creatio habet in ordine naturæ: Ergo nec nos cooperamur nostræ Redemptioni & saluti.* Resp. Hæc omnia nullam evincunt injuriam meritis Christi illatam, siquidem à nemine, etiam Puritano, negari potest, meritum Christi in actu primo infinitè sufficiens pro redimendis & salvandis infinitis hominibus, de facto tamen non nisi paucioribus ad salutem prodesse, cùm sine dubio plures damnentur quàm salventur. Itaque deest applicatio efficax, cui adulti omnino debent cooperari. Et certè quidquid adversarii contra nos objiciant de operibus satisfactionis & merito nostro, tamen negare non possunt, saltem per actus fidei merita Christi prædestinatis applicari: quodsi autem hæc applicatio non cedit in injuriam Redemptoris unici, nec reliqui actus salutares, & Sacramenta id præstabunt. Unde & simpliciter negatur, satisfactionem nostram, ut est applicativa meritorum & satisfactionum Christi, eodem modo se habere in ordine gratiæ, sicut se habet creatio in ordine naturæ: Hoc enim tantùm verificatur de merito & redemptione nostra, quatenus procedit à Christo in actu primo, & quoad sufficientiam. Instat Amesius 3. *Si nos Deo satisfaciamus pro peccatis, tum hæc satisfactio nostra, vel una, vel duæ sunt satisfactiones: una Christi, & altera nostra; sed neutrum horum consistere potest. Ergo.* Resp. Utrumque commodè dici potest. Sunt enim duæ, quarum tamen una pendet ab altera. Christi satisfactio est universalis, habens se ut in actu primo, nostra ut particularis, applicans cuique universalem Christi satisfactionem, per auxilium gratiæ Christi adjuta. Una etiam dici potest actualis, seu in actu secundo applicativa illius universalis sufficientis, quam supponit, & quasi includit, quia propter meritum & satisfactionem universalem Christi confertur nobis auxilium gratiæ, per quod nobis id applicamus, quod universaliter meritus est Christus. Instat Amesius 4. *Hac ratione Deus Pater & Spiritus S. dici possent pro nobis satisfecisse, quia à Deo Patre per Spiritum S. habemus omnem gratiam. Item, hac ratione satisfactio Christi nullam aliam relationem habet ad peccata nostra & eorum pœnas, quàm ad opera bona qua bona sunt: per satisfactionem Christi enim, habemus unde bene operemur.* Resp. ad 1. Neg. assumpt. Etsi enim actualis collatio auxiliorum gratiæ sit opus totius Trinitatis, non tamen meritum & satisfactio Humanitatis Christi Verbo unitæ. Quòd enim tota Trinitas efficiat ea auxilia gratiæ, fit ex generali ratione omnium effectuum naturalium & supernaturalium: quòd verò talia auxilia confe-

rantur posteris Adæ planè indignis, non
merita Christi. Ad 2. Respondeo, Adr
quod assumitur: neque in eo ullum app
modum.

II. Argum. *In purgatorio non est meritum*
satisfactio. Nam idem requiritur ad merendu
ciendum: & omnis satisfactio est meritoria.
Conf. Quia etsi satisfactio & meritum i
conveniant, differunt tamen, quòd ad h
tur status viæ, & libertas, non verò ad
eùm beati & damnati nec mereri nec sati
sint, (utpotè jam in termino constituti.
rò mortales perfectè viatores utrumque
qui purgantur sunt quasi in medio inter u
tus, (cùm sint confirmati in bono, sed
huc retardentur à fruitione summi boni
causa possunt quidem satis pati, sed n
Quod verò Amesius replicat ex S. Thom.
art. 6. dicente, quòd *pœna satisfactoria sit*
luntaria, nihil ad rem facit. Loquitur
pœna, quam quis spontè suscipit. In pu
tem anima velit nolit sustinere debet: &
cumque se tunc Divinæ justitiæ conform
cruciatus illi quos sustinet, nequeunt d
rii, sed tantùm voliti.

III. Arg. *Ejus est à culpa resurgere, cujus*
incidere: Sed animæ separatæ fidelium non
lam culpam incidere: Ergo nec resurgere.
Maj. si sermo fit de venialibus, Conced
talibus. A venialibus enim potest anim
per actum dilectionis Dei liberari quoa
quoad pœnam verò satis pati. Porrò
mesius, cùm ex hac Responsione tamqu
surdum infert: *Ergo non est in venialibus*
thenis Thebas, quæ Thebis Athenas. Eoden
(si valeret) posset probare: damnatos a
posse resurgere. cùm possint incidere in
stat autem, illud esse falsum. Sed insta
vitam non est pœnitentia: Ergo nec remissio
Respond. De mortalibus Concedo, de v
go. Replicabis: *Pœnitentia est tantùm in*
sed animæ purgandæ sunt adhuc aliqua
quia tenentur adhuc solvere debita, a
mittantur ad patriam: sunt tamen eate
no (licèt non ultimato) quatenus neque
reri aut demereri. Instat ulteriùs Bucc
nianus demonst. 15. *Cùm*, inquit, *Co*
tanta à nobis agnoscatur, ut non crimen dun
sed & pœnam æquare, & proinde tollere si
hic actus in anima justi separata sit validiss
nem pœnam libripensatione non elevat? Cer
pus sat, erit vehementissima ea contritio:
cur ergo non tollat omnem pœnam? Resp.
hunc effectum anima separata est extr
actiones quæ in vita mortali fuissent ma
satisfactionis, post vitæ mortalis finem
careant. Idque valde rationabiliter; u
tales incitarentur ad negotiandum, dun
pus acceptabile est. Et hæc responsio
ponatur sententia S. Thomæ, & aliorū
larm. hic & Suar. Disp. 11. sect. 4. nu
verò supponatur altera sententia Scoti e
lis, ibid. num. 12. nempè Deum rem
omnia in illo instanti, etiamsi anima
retur, eò quòd Deus opera bona vitæ
hunc finem acceptet. Juxta hanc sen
urget objectio & reliqua Corollaria
quæ loc. cit. prosequitur.

IV. Arg. *Pœna est propter culpam, &*
crescit pœna, decrescente culpa decrescit
mota culpa removetur pœna; adeoque null
da manent in Purgatorio pro peccatis m

missi. Respondeo, Pœna pendet à culpa in fieri, non in esse: etiam ob culpam præteritam debetur pœna. Amesius replicat 1. *Si dignitas pœnæ maneat, ubicumque pœna infligitur, (quod ipsa justitia requirit,) tum certè culpa aliquo modo manet: & si pœna pendeat ab illa dignitate in esse, tum etiam culpa: nulla enim est dignitas pœnæ præter culpam.* Resp. Debitum pœnæ manet, etsi dignitas pœnæ cum reatu culpæ identificata jam sublata sit: requirit enim Divina Providentia, ut vindicentur culpæ, etiamsi ratio offensæ jam condonata, & macula peccati deleta sit. Alias enim homines contemnerent in hac vita condignam satisfactionem pro peccatis mortalibus, & dummodo in gratia morerentur, pro nihilo ducerent venialia, si nulla pro iis vindicta timenda esset. Amesius 2. *Qui exigit pœnam peccati remissi, is exigit solutionem debiti remissi: peccata enim sunt debita propter pœnam solvendam.* Resp. Neg. assumpt. Quis dubitet, posse & Deum & hominem alicui offensam remittere hac conditione, ut pœnam aliquam sustineat? Pertinet nimirum ad bonam gubernationem Dei, non ita remittere culpas sine ulla punitione iis, qui post baptismum Deum offenderunt, sicut remittuntur pœnæ unà cum culpa ante baptismum admissa. Id ipsum prodest vel maximè hominibus, ut mox patebit. Amesius 3. *Pœna, si justa sit, semper mensuram habet à culpa: Ergo non potest justè dispensari, si culpa planè tollatur.* Resp. Neg. Cons. Numquid Deus severè ulciscitur peccatum originale, ut fatetur Calvinus, etsi Adamo remissum sit, & in baptismo remittatur?

V. Arg. *Quilibet actus justificans impetrat remissionem pœnæ æternæ: Ergo multò magis impetrabit remissionem pœnæ temporalis; & sic saltem ex talibus peccatis mortalibus remissis non remanebit pœna solvenda. Si enim tollit id quod majus est, cur non tolleret etiam quod minus est.* Respond. Neg. Sequel. Etenim tam in physicis quàm in moralibus ita constitutum est, ut sæpè facilius sit se liberare ab ingentibus malis, quam à parvis reliquiis eorundem. Ratio est, quia id quod magis accedit ad summam miseriam, est magis violentum naturæ, ac proinde debet habere remedia magis parata, qualia non necessariò habere debent illa mala, quæ tantùm impediunt vel retardant perfectam fœlicitatem: hæc enim cùm sit bonum eximium, proinde debuit esse difficile. Sic enim natura præbuit cunctis artes, quibus arcerent leones & tygres, non ita artes, quibus arcerent muscas & pulices. Ad eundem modum, pertinuit ad Divinam misericordiam, ut homo posset per instantaneam pœnitentiam liberare se ab æterno reatu, ne alioquin maneret in præsenti discrimine summæ miseriæ: sed non ita facilè debuit posse liberari ab omni planè reatu pœnæ sensibilis, ne alioquin peccatum apud homines vilesceret; & ut homines acriùs exstimularentur ad frequentiam & industriam in bonis operibus. Sicut enim magis movet pœna sensus, quam pœna damni, quia licet hæc privet majori bono, illa tamen cadit magis sub hominis imaginationem, adeoque magis exterret metus purgatorii, quàm alliciat spes augmenti gratiæ & gloriæ, quod per quemlibet actum meritorium accedit, ita expediens fuit, ut non illa tota pœna justis remitteretur, ad hoc, ut ex desiderio ejusmodi remissionis semper stimularentur ad novos actus bonos, ac proinde crescerent hic in gratia, & post hanc vitam in beatitudine.

Gerhardus Disp. 16. texuit 147. Theses contra duos Bellarmini libros: sed nihil in illis omnibus deprehendo, quod ex hactenus disputatis non dissolvatur; nam quòd à Th. 40. usque ad 53. nonnullas dissensiones inter Theologos de circumstantiis purgatorii à Bellarmino agnitas recitat, ad quid hæc, quæso, nisi ad replendas vacuas chartas conducunt? Similiter quòd à Th. 53. usque ad Th. 113. tricatur circa aliquas probationes è Scripturis, in quibus exponendis aliqui dissentiunt, aut probationes censent minùs efficaces &c. nihil ipsum dogma lædit. Neque enim Bellarminus omnia loca à se pro Purgatorio adducta jactavit esse convincentia: unde non nisi firmiora & clariora superiùs elegimus. Relicto igitur nunc Gerhardo, libet attexere sex argumenta, quibus Samuel Maresius Anti-Tirini sui pag. 916. evinci putat: Etiam posito purgatorio, haud fas esse precari pro animabus in eo detentis.

1. *Quia debent necessariò satispati ex ordine Divinæ justitiæ, & ultimum minutum persolvere: preces autem nostræ non valent ad rescindendum immutabile Justitiæ decretum.* Resp. Sic est, si probaretur, illud decretum esse immutabile; quod nos negamus.

2. *Nullus est de quo nominatim sciamus, sitne in Purgatorio: Ergo pro nullo nominatim precari licet.* Resp. Neg. Seq. Licet enim orare pro omnibus, de quorum nec beatitudine, nec damnatione æterna nobis constat; ut liquet ex S. August. aliisque Patribus. Unde quod Gerhardus Th. 123. adducit ex cap. *Apostolicam* de Presbyt. non baptizato, scilicet Innocentium III. *pro Presbytero non baptizato jussisse preces & oblationes fieri, quem tamen putabat cœlestia gaudia adeptum &c.* Solùm probat, posse nos habere piam persuasionem de salute alicujus defuncti: quia tamen incerta nobis sunt judicia Dei, posse simul preces & sacrificia pro eo offerre, quod nobis est quotidianum.

3. *Juxta Pontificios, si haberetur certitudo salutis, preces forent frustraneæ: Sed animæ Purgatorii sunt certæ de sua salute: Ergo &c.* Resp. Syllogismus est informis; & per se patet disparitas inter vivos & defunctos, quoad hoc punctum. Major etiam non est usquequaque vera, & indiget benigna interpretatione.

4. *Animæ in purgatorio sunt in statu gratiæ: Ergo non egent precibus, quibus impetrentur illis Divina auxilia, ne oneri aut tentationi succumbant.* Resp. Concedo totum. Indigent tamen & flagitant refrigerium & liberationem à cruciatibus.

5. *Juxta Pontificios, injuriam facit Martyri qui pro eo orat, cùm ejus potiùs orationibus petamus commendari: Atqui etiam animabus purgatorii possumus nos commendare juxta Bellarm. Ergo pro iis orare non debemus.* Resp. Martyr beatus non indiget deprecatore, utpotè omnibus miseriis exemptus: sed non sic anima adhuc pœnæ obnoxia.

6. *Non debet ferventior esse nostra charitas erga animas Purgatorii, quàm Sanctorum ipsorum qui regnant in cœlo: At Dominicus Soto negat, Sanctos in cœlo orare pro iis, qui sunt in Purgatorio. Ergo.* Resp. Soti sententia temeraria est, unde ex ea nil nisi temerè concluditur. Maresius hic apertè pro Aeriana hæresi, contra SS. Patres, & universam Catholicam Ecclesiam, sed oppidò infœliciter pugnavit.

V I N D I C I Æ
PRO LIBRO PRIMO
D E B E A T I T U D I N
ET CANONIZATIONE SANCTORUM,

Ad CAPUT VII.



Atholicam sententiam de Canonizatione Sanctorum sic proponit Amesius: *Quæstio 1. est, an sancti rectè ab Ecclesia canonizentur? idest, an rectè quidam homines defuncti, à Pontifice Rom. solemni quodam ritu, ceremonia & decreto, in illum gradum efferantur, ut 1. publicè deinceps ab omnibus singulari modo sancti habeantur & vocentur. 2. Ut in publicis Ecclesiæ precibus invocentur. 3. Ut templa & aræ in eorum memoriam Deo dedicentur. 4. Ut sacrificia in eorum honorem Deo publicè offerantur. 5. Ut dies festi in eorum memoriam publicè celebrentur. 6. Ut imagines cum certo quodam lumine pingantur, & ad venerandum in Ecclesia illustri loco ponantur. 7. Ut eorum reliquiæ pretiosis thecis includantur, & publicè honorentur? Pontificii*, inquit Amesius, *hoc affirmant, nos negamus*. Sed probat

Bell. I. Quia Deus ipse voluit à SS. Scriptoribus annotari in particulari gloriosam vitam & mortem eorum, qui tempore ipsorum floruerunt, ut patet ex Eccl. 44. & seqq. Et in Nov. Test. canonizantur SS. Stephanus, Jacobus Major, Petrus, Paulus &c. Ergo credibile est, eodem modo Deum velle, ut deinceps fiat. Amesius præter cavillos & convicia non habuit quod huic rationi opponeret. Certè Bellarminus non *pueriliter*, ut Amesius calumniatur, sed prudenter colligit eandem voluntatem Dei in sequentium sæculorum illustribus sanctis, quam constat eum habuisse de sanctis antiquioribus. Quid hic non rationabile & prudens? Quòd verò *septem illi honores* (suprà adnumerari, ad cæremoniam ferè pertinentes) *in S. Scriptura non adnotentur, nec ulli mortalium decreti vel delati legantur*, quid, quæso, ad rem facit? Annon enim cæremonias & ejusmodi signa honoris & venerationis Deus Præsidibus Ecclesiæ determinanda reliquit?

II. Bell. Nisi sciamus, qui sint veri sancti, & qui non; non possumus eos colere ut oportet. III. Non possumus accendi ad imitationem Sanctorum, nisi in particulari sciamus, qui sint imitandi, & quid illi egerint aut passi sint. IV. Debemus nos Sanctis congaudere, & pro illorum gloria Deo gratias agere, quæ sine particulari notitia fieri non possunt. V. Nisi judicio Ecclesiæ certi Sancti proponerentur colendi, facilè fieri posset, ut damnati pro beatis colerentur; ut accidit tempore S. Martini. Blasphemiæ quas hic effutit Amesius, nullam responsionem, sed execrationem merentur: illarum basis subruetur in sequentibus.

Gerhardus Disp. 17. Th. 7. objicit: *Extra Verbum Dei non sunt fingendi novi articuli, nec instituendi novi cultus*; quia juxta Bellarm. lib. 6. de amiss. grat. cap. 3. ad 6. Object. non est de rebus, quæ pendent à Divina voluntate, aliquid asserendum, nisi Deus ipse in Scripturis S. tale aliquid revelaverit. Resp. Nullus fit novus fidei articulus, quando aliquis Sanctus de novo canonizatur, sicut nullus fit novus articulus, si dicatur: Hic infans à me baptizatus, & mortuus, est in cœlo. Aut, cùm acceptatus ab Ecclesia Rom. Pontifex Alexander VII. creditur esse Petri Successor & Christi Vicarius universalis. Novum cultus Divini modum non posse ab Ecclesia institui, nænia est

apud Lutheranos & Calvinistas decantat jam alibi satis explosa.

Th. 11. & 12. Objicit, *Morem hunc canon nunc viget, primis Ecclesiæ sæculis fuisse incog que suffragio destitutum*. Sed nullum hìc e novum dogma fidei, antiquis dogmatibus aut quoad non facilè ad unum ex antiquis ri. Hæc quippe novitas sola est profana Recolantur ea quæ suprà lib. 1. de Cleri cap. 7. ex Epistola Erasmi recitata sunt.

Ad CAPUT IX.

POntificem in Canonizatione Sanct non posse, negat præter Lutheranos istas, Cajetanus, cujus opinio, saltem ut à cæteris Theologis meritò rejicitur, ut a Suarez, Tanner. & alios Scholasticos in solvuntur objectiones; quas tamen Ame nè neglexit, contentus solummodo jacer scommata in probationes à Bellarmino al sunt: 1. Si liceret dubitare, an sanctus sit sanctus & beatus, liceret etiam dubi colendus. 2. Fraudarentur non sancti fu rum. Nam pro canonizatis non licet ora tes fraudarentur intercessionibus Sancto canonizantur ordinariè nisi claruerint ma miraculis. 4. Magna præparatio jejuniis, inquisitione adhibetur, antequam Sanct tur. 5. In canonizatione Sanctorum nu error deprehensus est. Amesius scomma iam malè truncat doctrinam Cani, qui l expresè docet: nullatenus de canoniz dubitandum esse, nec Deum permissuru fallatur, licèt ex testimoniis humanis p bus procedat &c.

Gerhardus Disp. 17. Th. 14. sic arguit larm. in quæstionibus facti, adeoque in ab aliorum hominum testificatione Pon necesse habet, ipse errare potest: *Atqui ne Sanctorum ab hominum relatione & testifi necesse habet: Ergo in canonizatione Sancto test*. Resp. Propositio illa Bellarmini int lis rebus, in quibus totum negotium dec det planè & adæquatè ab informatione bili. At in præsenti, informationes & humanæ præsupponuntur quidem tamqua applicatio; sed ipsa canonizatio propriè titur, sed infallibili assistentiæ Dei, quæ dum conduntur decreta totam Ecclesia tia. Eadem solutione eliditur Th. 17. &

Th. 16. sic arguit: *Papa errare potest pro hæretico, qui non est hæreticus: Ergo etia tione Sanctorum*. Resp. Neg. paritatem. tendit Papa judicialiter definire, aliq etiam esse damnatum, cùm nihil intersit tò scire, quòd talis hæresiarcha cum fin tia decesserit; sicut certò definit: hunc nu esse in cœlis beatum. Porrò aliud est d cujus infallibilem condemnationem, non nizationem, Papæ adscribimus. Gerhard vel fraudulenter confudit hæresiarcham e dispar omnino est utriusque ratio respec

Ad CAPUT XII.

HAgiomachi nostri, ac præcipuè Calvinistæ, ut sanctis omnem congruam venerationem eripiant, omnes nervos intendunt. Sed facilè eliduntur, si constet de vero sensu horum vocabulorum : *Adoratio*, *latria*, *dulia &c.* usuque eorum Ecclesiastico; quod Amesius de industria occultasse videtur. Hinc enim facilè constabit, quantum nos Catholici absimus à nefario idololatriæ scelere, quod hæretici nobis iniquè affingunt, sive per inscitiam, sive per nequitiam. Pro explicatione ergo harum vocum,

Nota I. Adorationem non tantùm continere notitiam excellentiæ, qua alius præfulget : neque potissimùm consistere in externo submissionis signo, quod genuflexione, capitis inclinatione &c. exhibetur : sed propriè & essentialiter consistere in actione voluntatis, qua nos alicui interiùs subjicimus, volumusque aliquo sive externo sive interno actu, tum alterius excellentiam, tum nostram subjectionem testari.

II. Triplex est excellentia. 1. Increata, infinita, solius Dei. 2. Creata, humana, naturalis, quæ in virtutibus naturalibus, humanisque dignitatibus cernitur. 3. Creata quidem, sed supernaturalis, ut gratia & gloria Sanctis à Deo collata : quibus proinde etiam triplex genus cultus, obsequii, honoris & adorationis proportionaliter respondet, nimirum : Latria, Cultus Civilis, & Dulia. Itaque

III. Primum adorationis genus Latriam complectitur, quæ cùm infinitam Dei excellentiam spectet, non nisi Deo attribui potest, ut dudum docuit S. August. lib. 20. cont. Faustum cap. 21. & lib. 10. de Civ. Dei c. 1. Et ex eo S. Thom. 2. 2. qu. 84. art. 1. & 94. per tot. & cum eo Scholastici, quorum concors sententia est : Quòd etsi præceptum sit : *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*. Cum hoc tamen bene stare, id quod mandat Apostolus Gal. 5. v. 13. *Servite invicem in charitate*. Nam ex lingua Græca, unde Scriptura translata est, *Servitus* duobus modis ac diversa significatione solet appellari. Dicitur enim λατρεία; dicitur & δουλεία : Sed hæc intelligitur communis sive Deo, sive cuiquam alteri exhibita; à qua etiam *Servus*, h. e. δοῦλος nomen accipit. Latria autem vocatur servitus illa, quæ soli Divinitatis cultui debita, nulli communicatur creaturæ : unde idololatræ vocantur, qui vota, preces, sacrificia &c. quæ uni Deo debentur, idolis impendunt. Hæc porrò Latria, & Servitus soli Deo debita, sine dubio in interna cordis submissione principaliter & formalissimè consistit, ut ex I. Notando constat.

Ad hæc verò planè diversa est secunda adorationis & cultus species, videl. Civilis & humana, quæ ob excellentias merè humanas & naturales alicui defertur. Unde cùm excellentiarum humanarum magna sit varietas, etiam cultus multiplex esse debet, ut cum Aristot. S. Thomas docet de Pietate, observantia, Dulia &c. Et hanc adorationem humanam, civilemque honorem constat ab Abrahamo filiis Heth Genes. 23. v. 7. Ab Esau fratri suo Jacob Gen. 33. vers. 3. Idem Josepho fratres præstitere Gen. 41. v. 7. Moyses socero suo Exod. 18. vers. 7. Idem de Davide adorato dicitur 1. Reg. 25. v. 23. & 3. Reg. 1. vers. 16. Ubi cum Gualterio specialiter observandum est, satis constare ex collatione textus Hebræi, & versione LXX. Interp. omnes prædictas adorationes, uti in externo aliquo reverentiæ & submissionis signo conveniunt, ita per eandem vocem (Hebræis וישתחו Græcè προσκυνέω) in Scriptura exprimi. Hinc deprehenditur inexcusabilis perversitas Calvinistarum, qui, cùm ignorare vel non possint, vel non debeant, duo illa verba Hebræis & Græcis idem significare, quod Latinis ly *adoro*, ideoque & ipsi in suis Bibliis vernaculis hanc vocem sic vertant, nihilominus præsumant, nostram Vulgatam eo etiam nomine respuere, quòd utriusque illius verbi vim verbo *adorandi* exprimat; Nec ferre possunt, adorationis nomen ullo modo creaturis adaptari, vanissimè persuasi, non posse esse aliam adorationem nisi Latriæ. Sed si sapere mallent quam cavillari, non sisterent in solo verborum malè intellectorum aut expositorum cortice, & signis venerationis externis, sed conarentur penetrare veram adorationis naturam, rectæque internæ nostræ voluntatis submissionem secernere non solùm à cognitione (quam clarum est posse sine adoratione existere) sed etiam ab actu externo, quem constat etiam per irrisionem exerceri posse. Sic enim viderent, quòd sicut in nobis est multiplex submissio, ita multiplicem quoque adorationem esse admittendam.

Tertius itaque cultus medius inter religiosum Latriæ, & Civilem observantiæ, omnino admittendus est, qui debetur excellentiæ supernaturali creatæ in Angelis & Sanctis hominibus, vocaturque *Dulia*. Equidem verum est, quodsi ad Grammaticam tantùm, & profanorum Scriptorum usum respicere velimus, has voces λατρεύω & δουλεύω satis convenire, & utrumque subinde pro *serviendi* verbo usurpari. Verùm quia hic agitur de usu Ecclesiæ, quæ dum Hæreticorum importunitate premitur, suo jure potest & solet, novis vocibus sua enunciare mysteria, hinc mirum videri non debet, Eam simili necessitate pressam, illarum vocum significationem coarctare, quæ alioquin secundùm suam etymologiam latiùs vulgò patere censerentur.

Ad CAPUT XIII.

DEfendit Bellarminus hoc Cap. Cultum aliquem minorem Divino, & majorem civili & merè humano, SS. Angelis & hominibus deberi. Amesius mox tricatur dicendo : *Non agi de gradu majore vel minore, qui etiam inter homines variat, sed de specie altiore, id est, an cultus religiosus creaturis debeatur*. Resp. Omnino & nos sic intelligimus, dummodo non fiat vis in ly *religioso*, quod subinde sumitur strictè pro cultu, qui soli Deo debetur; satis frequenter etiam accipitur, prout analogicè etiam extenditur ad sanctas creaturas. Absolutè igitur admittendum esse talem cultum medium, specie ab utroque extremo distinctum

Probatur I. Quia Angeli adorati sunt ab Abraham Gen. 18. vers. 2. & Loth. cap. 19. v. 1. & Josue cap. 5. v. 13. & seqq. ubi exprimitur Hebræa vox וישתחו idest; Josue procidens in terram *adoravit eum*; prout & Calvinistæ ipsimet in suis Bibliis Genevensibus vertunt. Non ergo dicere possunt, nos idololatriam committere adorando Sanctos & Angelos, nisi idem de Josue, Loth, & ipso Patre omnium credentium Abrahamo admittant. Nec evadit Amesius, cùm ait : *Honorem illum & adorationem, etsi gradu & modo, non tamen specie vel genere differre à civili cultu mortalibus deferri consueto*. Nam contrà 1. Quia si præcisè ob naturæ præstantiam civiliter à nobis colerentur Angeli, eodem modo possent coli etiam dæmones. 2. Fundamentum adorationis illius non fuit vel natura, vel aliquod bonum naturale & morale, sed supernaturalis excellentia : Ergo etiam species cultus est planè alterius naturæ, quæ quamvis à cultu civili specie differat, (sicut gratia & natura,) tamen uti excellentia quævis creata infinities inferior est excellentia Dei increata, ita & Dulia sine comparatione inferior est latria.

Probatur II. Quia non modò Saul animam Samuelis adoravit 1. Reg. 28. vers. 14. Sed etiam in hac vita Nabuchodonosor Danielem Dan. 2. v. 46. Abdias dispensator Regis Achab Heliam Prophetam 3. Reg. 18. v. 7. Item filii Prophetarum Elisæum 4. Reg. 2. v. 15. Et certè non potest hic honor ad civilem referri, cùm Abdias in Elisæo nullam excellentiam naturalem, terre-

namque

namque dignitatem spectare potuerit, sed solam supernaturalem gratiam propheriæ & sanctitatem; sicut & in Daniele Nabuchodonosor. Porrò vana est evasio Amesii, cùm ait: *Elias & Elisæus ne quidem ex Pontificiorum sententia fuerunt religiosè adorandi, quia nondum erant in Ecclesia triumphante*. Hoc, inquam, planè ineptum est. Etsi enim dicamus, Veteris Testamenti Sanctos in limbo Patrum existentes non solitos fuisse invocari, (utpotè qui nescirent quid hic fieret,) sicuti jam post Christi ascensionem Sancti publicè invocantur: nemo tamen Catholicorum negat, adorationem eis ob supernaturalia dona legitimè impendi potuisse.

Probatur III. dilemmate prorsus ineluctabili: Quia Deus vel æquè dignus est supernaturali charitatis amore, sicut dignus est honore, vel non? Si non æquè dignum dixeris, necesse est ut dicas: quòd Bonitas Divina, quæ est objectum nostri in Deum amoris, minor sit, quàm sit Dei magnitudo & excellentia, quæ est objectum nostri in Deum honoris. Ex qua Divinarum perfectionum inæqualitate non potest non consequi negatio unitatis & simplicitatis Divinæ; quod est sine dubio impium. Si autem dicatur Deum æquè dignum esse supernaturali amore, sicut & honore, evidenter sequitur: quòd sicut de supernaturali, quem Deo debemus, amore, nihil detrahitur per charitatem fraternam proximi; ita nec de summo supernaturalis Latriæ honore quidquam detrahitur per supernaturalis Duliæ honorem, utpotè quæ ad supernaturalia gratiæ & gloriæ dona Sanctis à Deo concessa refertur. Imò tantum abest, ut latria Dei per duliam Sanctorum violetur, ut è contrario graviter illa violetur per contemptum Sanctorum, & fidelium Dei servorum, juxta illud Luc. 10. v. 16. *Qui vos spernit, me spernit*. Quid hic responderi queat, non video. 4. Denique confirmatur: Quia si honor civilis debetur virtuti civili; ergo honor plusquam civilis, debetur supernaturali virtuti, adeoque Sanctis qui ea excellunt. Negat Amesius Consequentiam: *Alioqui enim*, inquit, *si honor variaretur specie pro varietate virtutum, tot essent species honoris, quot sunt virtutis. Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud*. Resp. Virtutes morales, humanæ, & civiles quæcumque, sunt omnes ejusdem ordinis: at supernaturales sunt longè eminentioris ordinis: & sicut ad politiam & Remp. cœlestem spectant, ita & honorem terreno & politico excelsiorem merentur. Aliud enim certè est, juxta Apostolum esse *Civem Sanctorum & domesticum* Dei, & aliud Civem hujus terrenæ Reipubl.

Ad CAPUT XIV.

OBjicit Amesius I. *Honor religionis non potest creaturis tribui, quia Religio est cultus Dei*. Resp. Hæc objectio jam supra in vindic. cap. 7. eversa est. Neque etiam ad rem facit, quòd producit Scholasticos, probabili ex causa affirmantes, quòd etiam Sancti per virtutem Religionis colantur: sicuti eodem habitu charitatis amamus proximum propter Deum; & non colantur per virtutem Religionis, sed Duliæ: cùm scilicet adorantur propter perfectiones absolutas iis inhærentes, quales sunt gloria, gratia, virtutes, &c. Videatur Lessius lib. 2. de just. cap. 36. dub. 3.

II. Objicit: *Soli Deo servire debemus. Deut. 6. v. 13. Matth. 4. vers.* 10. Resp. Juxta textum Hebr. & Græcum, diabolus à Christo petit latriam, hanc autem Christus *soli Deo* deberi dixit. Porrò cavillatur Amesius, cùm ait: *Dominum in illis verbis non negasse, duliam esse diabolo exhibendam*. Nam id quidem verissimum est, iis verbis Dominum nec negasse nec concessisse, sed ambiguum voluisse relinquere dæmonem, utpotè cui satis fuit ita respondisse ad interrogata, ut nihil inde contra Christum, etsi purus homo putare-

tur, posset inferri. Sed nimis certè gr
patrocinatur Amesius, quasi ipse non
triam, (uti adhuc passim facit superbissin
sed tantùm Duliam, qualem nos sanctis
Præterea malè ex eo colligit, Diabolun
tura haberi voluisse, quòd Christo dixer
ta esse omnia regna mundi. Sed non vidit
iam Christum dixisse, sibi tradita esse
tre, nec tamen ideò non voluisse habe
consubstantialem.

III. Objicit: *Petrus noluit à Cornelio a*
v. 26. nec Angelus à Joanne Apoc. 19. vers.
Cornelius aliquid Divinum in Petro esse
que meritò fuit coercitus: Vel ex modest
rem recusavit. Similiter illa recusatio A
renda est ad adorationem latriæ, quai
nes Christum existimans, illi deferre c
certè, si Angelum esse noverat, ad ipsi
destiam referendum est: Sicut & inter l
stiana humilitate præstantes usuvenit, e
cœlestibus donis affluunt, magis quoq
honore sollicitos esse, nisi vel Hierarchi
ordine, vel proprii officii necessitate il
debeur. Adde, Angelos post Christi a
reverentiam Humanitatis Christi, recu
nem. Verissimè igitur Bell. dixit: Et
adorare, & ipsos rectè adorationem re
hoc negat Amesius; qui si consequente
deberet etiam dicere, eos qui Marc. 7. a
dum & mutum (cùm hic interim à Cl
natus, illis verò ab eodem præceptum,
rent) consequenter, inquam, Amesius
eos peccasse, ut qui non obstante verb
tum miraculum ampliùs prædicabant; q
falsum est. Fuit enim illud non prop
Christi, aut voluntas efficax, sed poti
indicium modestiæ; ideoque sicut hoc fu
desti & benefici, ita illud hominum no

Gerhardus hic silet: Titius conjung
quenti Quæstione.

Ad CAPUT X

NEgant Lutherani & Calvinistæ c
cere ullo modo Sanctos in cœli
gnantes invocare. Nos Catholici seqq.
Bellarmino statuimus.

I. Non licet à Sanctis petere, ut n
authores Divinorum beneficiorum gl
tiam, aliaque ad beatitudinem media c
refert, quòd verba subinde aliud indic
ut, cùm à Sanctis petimus sanitatem,
lutem &c. Id enim ex communi Cath
intelligitur tantùm juvando precibus,
postolus de se dicit Rom. 11. vers. 14. 1.
laborasse se, ut omnes salvos faceret, scilic
& precibus. Falsa verò omnino est p
niversaliter sumpta, in qua tantopere
sius, scilicet: *Qui aliquid acquirit nobis*
bis est rei acquisitæ author. Certè S. Aug
bitavit asserere, precibus S. Stephani
Saulum: nemo tamen dixerit, illum
seu principalem causam, sive efficient
toriam ejus conversionis.

II. Sancti non sunt immediati Inte
apud Deum, sed quidquid à Deo nobis
Christum impetrant. Hanc assertionem
veram fatetur; quam tamen mox ips
ait 1. *Novam & monstrosam esse distincti*
& immediatos intercessores. Hæc certè
Numquid enim Lutherani & Calvinist
viventes pro viventibus apud Deum int

quid & hoc per Christum Dominum nostrum? At inquit Amesius 2. Hoc modo *secludimur ab intima illa & immediata unione, quam habemus cum Christo per fidem. Si enim mediatè ad Christum venire debemus per Sanctos, tum per illos aquè etiam mediatè credere debemus in Christum*. Respond. Neg. assumpt. Connexionis autem hujus ne probabilis quidem ratio apparet. Certè si quid valeret, etiam valeret contra intercessiones viventium.

Ad CAPUT XVIII.

III. Assertio Bellarmini est: Sancti orant pro nobis, saltem in genere, secundùm quod testantur Scripturæ. Non negat hoc Amesius, vult tamen *probationes Bellarmini non esse efficaces; & quidquid sit de rei veritate, ejus asserti cognitionem haud multum spectare ad fidem ac salutem nostram*. Sed revera argumenta Bellarmini sunt satis efficacia. 2. Mach. ult. vers. 12. 13. Onias & Jeremias jam defuncti orabant pro populo. Apocal. 5. vers. 8. referuntur sancti cum *phialis aureis, quæ sunt orationes Sanctorum*, inquit S. Joannes. 2. Petr. 1. vers. 15. *Dabo autem operam & frequenter habere vos* (scilicet commendatos) *post obitum meum, ut horum memoriam faciatis*. Luc. 16. vers. 27. 28. Epulo in gehenna orat pro fratribus: Ergo multò magis sancti in cœlo. Apoc. 6. vers. 10. Sancti clamant vindictam de interfectoribus suis: Ergo multò magis misericordiam pro nobis, qui eos invocamus.

IV. Assert. Sancti orant pro nobis etiam in particulari. Amesius 1. *Si hoc etiam concederetur Bellarmino, nihil tamen indè concludere posset pro invocatione Sanctorum: Sicut, licèt juxta Catholicos animæ purgatorii orant pro nobis, invocandas tamen à nobis, non concedit.* Sed hoc falsum esse, infrà constabit. Ait 2. *Non posse id è Scripturis evinci*. At potest omnino. Nam ut etiam Calvinus, apertis Scripturis convictus fatetur lib. 3. Instit. cap. 20. §. 23. sancti Angeli pro nobis orant, & perferunt fidelium preces in conspectum Dei: Ergo etiam sancti & beati homines; quæ enim hic disparitas? Negat tamen Amesius non modò Anteced. quoad orationem ordinariam, specialem, nostris precibus accommodatam: sed etiam Consequentiam; *Quia*, inquit, *Angelis ex ordine mandatur cura nostri, non spiritibus hominum beatorum*. Hæc evasio & disparitas posset alicui non improbabilis videri, si non nisi ex apertis Scripturæ locis, cura beatis hominibus de viatoribus commissa, evinci debeat. Illud enim Matth. 24. vers. 47. *super omnia bona constituet eum*, non videtur hanc curam convincere. Efficacior est alter locus Apoc. 2. vers. 26. *Qui vicerit, dabo illi potestatem super gentes, & reget eos in virga ferrea*. Hinc planè evincitur, etiam beatos in cœlo curam habere mortalium, & eos regere. Amesius aliud effugium hic non invenit, quàm 1. ly *gentes nusquam significare populos fideles*. Sed quid inde? Immo hinc fortiùs roboratur nostrum argumentum: si enim regunt gentiles, quantò magis fideles? Ait 2. *In phrasi allegorica non debet fundari doctrina singularis*. Respondeo, Neque hìc est allegoria, nec doctrina singularis, sed communissima & antiquissima. Nam qui S. Gregorium M. præcessit Pelagius II. refert inter novem Præfationes in Missa usitatas etiam illam de Apostolis, diutissimè ante receptam, ubi sic dicitur: *Te suppliciter exoramus, ut gregem tuum Pastor æterne non deseras, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias, ut iisdem Rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eidem contulisti præesse Pastores*. His positis progrediendum ad principalem assertionem.

Ad CAPUT XIX.

Principalis Catholicorum assertio, contra antiquam Vigilantii hæresim, per Lutheranos & Calvinistas ex orco revocatam, hæc est, scilicet: Beatos tum homines, tum Angelos posse à nobis invocari; eaque omissis aliis efficaciter probatur unico, sed invicto dilemmate: In utroque Testamento sæpè legimus viventes à viventibus fuisse invocatos: Ergo licebit etiam nunc invocare eosdem Sanctos cum Christo regnantes. Hoc argumentum, inquit Bellarminus, nunquam potuerunt solvere adversarii. Sed Amesius fiducialiter respondet: *Solutionem secum portat, non tam in tergo, quàm in fronte. Nam 1. de orationibus viventium à viventibus postulatis, sæpè legimus in Vet. Test. sed de mortuis altum silentium est in utroque Test. sicut apparet ex ipso Bellarm. qui de veteri Testamento concedit*: Quia ante Christi adventum, sancti qui moriebantur, non poterant ordinariè cognoscere preces supplicantium, ideò non fuisse consuetum in Testamento Veteri ut diceretur: Sancte Abraham ora pro me &c. *Ex Nov. Test. autem nullum præceptum, promissionem aut exemplum hujusmodi invocationis vel nominare quidem, aut præseferre Bellarminus audebat*. Sed Resp. 1. Quoad sanctos in Vet. Test. defunctos, in limbo existentes, poterat quis etiam ad illos privatim suam invocationem dirigere, etsi id ob dictam rationem publici moris non esset. 2. Ut jam nobis licitum & utile sit Beatos Angelos & homines invocare, non requiritur ullum præceptum, aut promissio specialis in S. Scripturis expressa: sufficit universalis Ecclesiæ praxis. Testantur enim Centuriatores Magdeb. Cent. 4. cap. 4. Witacker contra Bellarm. Hospinian. part. 1. hist. Sacram. lib. 2. cap. 7. & alii Calvinistæ, clamantque, pro invocatione sanctorum jam in 4. sæculo ferè omnes Patres stare, Athanasium, Basil. Nazian. Chrys. Ambros. Hieron. August. eosque in hoc cum Papistis errasse. Quis vero pius & prudens non malit cum quarti & quinti sæculi (in quibus 4. Oecumenica Concilia celebrata fuere) sanctissimis Patribus desipere, quàm cum istis Neo-Evangelicis sapere? Et si idololatriæ immersa fuit Ecclesia quarti & quinti sæculi, consequenter adultera facta est, nec fidem meretur in decretis 4. Conciliorum generalium. Porrò Titius risum & sibilos potiùs quàm responsionem meretur, dum exigit testimonia aperta & irrefragabilia trium primorum sæculorum. Jam dudum enim optimè in simili materia Jacobo VI. Regi Britanniæ respondit Cardinalis Perronius in Replic. pag. 645. Sufficere, ostendi vel unius sæculi è quinque primis doctrinam & praxim indubitatam; hinc enim certissimè habetur etiam doctrina & praxis præcedentium, cùm certissimum sit, dogma aliquod ab universa Ecclesia in uno sæculo receptum, non esse eo sæculo confictum, sed per traditionem ab Apostolis acceptum. Ut enim S. Augustin. docet lib. 2. de baptismo contra Donat. cap. 7. *Quod Ecclesia universalis suo tempore observat, nec est per Concilia generalia institutum, credi debet ex Apostolica Traditione esse*. Hæc dixerim in suppositione, quòd nulla prorsus è tribus primis sæculis testimonia suppeterent, quæ tamen revera non desunt, sed more solito, à Titio eluduntur: *Dionysius*, inquit, *Areopagita author novus & fictitius est, ut majores nostri* (Lutherani) *loquuntur: Manifestum est, Irenæum loqui de advocatione Virginis vivæ, non mortuæ; etsi ejus verba vitio sine dubio latini interpretis* (unde quæso homini huic novo, certitudo de re dudum ambigua?) *obscuriora sunt, &c. Justini M. verba Bellarminus callidè ita interpunxit, ut hunc sensum Lectori, græcum textum non inspicienti, ingerere possint,*

acsi

aesi, Christiani, tempore Justini Deum Patrem, ejusque filium, & bonorum Angelorum exercitum, & spiritum Propheticum coluerunt atque adoraverint, &c. At græcus textus eundem prorsus sensum reddit, nisi cum Titio violentè aliò torqueatur. Cur verò Titius græca verba non adscripsit? Sed valeant cum sua perihermenia Titius & Gerhardus! Redeo ad Amesium. Is (saltem tacitè) agnoscit, Patres & Concilia quarti sæculi, pro nobis stare. A probatione demum ex miraculis petita, facilè sese expedit, conjuncta videlicet Pharisæis redivivis blasphemia. Apertissimum miraculum, pro invocatione Sanctorum, quasi reflexè patratum à S. Bernardo, & similia, non dubitat Amesius *prodigiis & signis mendacibus Antichristi* adnumerare. Interim firmo talo stat contra impios Hagiomachos Achilles iste: Si nefaria idololatria est, petere preces eorundem Sanctorum beatorum, quos adhuc in hac vita licitum & utile erat invocare; id vel est, quòd nostras necessitates & preces non cognoscant: vel quòd nolint nobis succurrere: vel quòd hoc ipsum non possint: vel demum, quòd injuria fiat Deo & Christo, dum quis alius invocatur. At nihil horum obstat, ut ex Objectionum solutione constabit.

Ad CAPUT XX.

ARgumenta hæreticorum contra invocationem Sanctorum, potissimum sunt.

I. *Invocatio Sanctorum cedit in injuriam DEI; quia ille solus invocatur in quem credimus Rom. 10. vers. 14. Et quia credere debemus in Deum solum, idcircò illum quem invocamus habemus pro Deo.* Resp. Neg. assumpt. & ad probationem dico, illa verba ineptè torqueri contra invocationem Sanctorum. Nam in hac sententia: *Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt?* ly *ergo* significat, hanc sententiam referri, & inferri ex præcedente sermone Joelis, qui sic habet: *Omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit.* Hic ergo repetendum est ly *nomen Domini*, hoc modo: Quomodo invocabunt nomen Domini, in quem non crediderunt? q. d. Quomodo invocabunt Dominum, quasi Deum & authorem salutis, in quem non credunt? Sic autem solus Deus invocatur à fidelibus in Ecclesia, scil. ut Dominus & author salutis. Nam alioqui ly *invocari* tribuitur etiam hominibus Genes. 48. vers. 16. *Invocetur nomen meum super pueros hos, & nomina Patrum meorum.* Osc. 7. v. 11. Isa. 34. vers. 12. Et hoc modo Sanctos invocamus, non quasi authores, sed ut opitulatores & intercessores apud Deum. Adde quòd Exod. 14. vers. 31. (juxta Hebr.) dicatur: *Crediderunt in Deum, & in servum ejus Mosen.*

II. Argum. *Per invocationem Sanctorum fit injuria Christo*, unico & soli Mediatori. 1. Timoth. 2. vers. 5. Amesius hoc argumentum verbosè extollit, sed nec gry proficit, cum non magis per hanc invocationem Sanctorum concipi possit injuria Christo illata, quàm per orationes, & suffragia nostrorum amicorum viventium. Manet certè semper insolutum illud fundamentale argumentum supra formatum: Viatores pro invicem orantes (sive sponte sive rogati) nullam faciunt injuriam meritis Christi: Ergo nec preces beatorum, sive rogati & invocati, sive sponte eas pro nobis fundant. Huc etiam pertinet illud ex Colossens. 2. vers. 18. vetans *religionem Angelorum.* Ubi bene Cornelius docet 1. Hanc hæresim Simonianorum de cultu Angelorum ortam esse à Philosophis Platonicis, qui Deos medios animarum purgatores finxerunt, teste S. August. lib. 8. de Civitate Dei cap. 12. 2. Certum est, eum errorem in hoc situm esse, quòd dicerent: Angelos digniores esse

Christo, & præ Christo excellentio
ritu colendos, quasi ipsi servatores &
sent. 3. Originem hujus erroris fuisse I
thi, qui docebat, Christum esse puri
non verò Deum. 4. Ex hoc dogmate
milium novorum dogmatum studiosi C
dicta videntur commenti novam Reli
lorum. Unde ineptissimè iste locus A
quetur contra cultum Sanctorum.

III. Principaliter arguunt: *Sancti a*
gnoscunt viventium preces: Ergo frustrà in
pondeo, Quidquid sit de Consequent
larin. rectè ait posse negari, simplicite
tecedens. Videamus quomodo id firm
1. Ait: *Solus Deus cognoscit cor filiorum*
quid hinc fit? ergone Deus non rev
cordium secreta amicis suis in beatit
tis, quibus etiam sæpè in via tam mu
2. Ait: *Homo mortuus dicitur ignorare j*
vers. 21. Resp. cum S. Gregor. in eum
telligi, quòd parentes defuncti, *natu*
gnoscant statum suorum filiorum: no
ctis agentes, loquimur de cognitione
quæ ipsis non minus, quàm Angelis
tete, cùm sint in beatitudine similem
cæ 20. vers. 36. Quòd ergo beati cogn
& de facto omnia ad suum statum al
tinentia cognoscant, apud Catholicos
versiam est, licèt de modo (uti in p
rus contingit,) Theologi dissentiant
mum censeo, Beatos intueri in Deo
culo voluntario, suo principio & cau
tem ea omnia, quæ ad eorum beatitu
tatem, oblectationem, curam & c
quo modo pertinent: *Qui enim* (inc
lib. 2. Dialog. cap. 35.) *Illic omnes co*
Deum conspiciunt, quid est, quòd ibi nesc
tem omnia sciunt? Frustrà hic Amesi
referendis nonnullis sententiis Schol
modo quo Beati cognoscant actiones
creta cordium. Sed verè nec umbr
profert contra sententiam paulò ant
proinde superfluum foret in singulis fe
nandis hic morari. Quod verò ait:
sententiam necesse nos habere fateri, in
ctorum ignotam fuisse plerisque Patrum
do simpliciter. Juvat hic adscribere
Buccinatoris Angli: Ajunt ex moderi
dicam, an audaciores, plerosque San
generis humani massam, confusis S
imperfectissimis, à visione Dei, usque
judicii diem arcere. Neque ego ausi
circumstantiis aliquod peccatum: sed
dico (extra unum Bernardum, & si
tres Joannem XXII. computare,) N
articulo (quantùm liquet ex eorum sc
bitanter locutum &c. hactenus ille:
tur circa singulos, ambigua declaran
hic Jansenista proniores animos apud
Calvinistas inveniet.

IV. Argum. *DEUS paratissimus e*
magis nos diligit, quàm ullus Sanctorum
strà invocantur. Imò signum est diffidentiæ
argumentum vim habet, valebit eti
fragia viventium. Frivola porrò eva
dum ait: *Hoc esse medium à DEO in*
lud. At hoc non tantùm est petere
etiam admittere omnia objecta inco
dio a Deo instituto.

V. Argum. *Quis sit invocandus,*
exemplo docuit in oratione Dominica. R
ment. eandem est farinæ cum priori

fragia quoque viventium tollit, aut invocationem Sanctorum non tollit. Cùm verò Christus orare Apostolos docuit, non de eo qui orandus est, sed de iis rebus, quæ petendæ sunt, eos monere voluit. Satis enim constabat, Deum esse orandum, cùm author donorum quæritur.

VI. Arg. *Nullum exstat in Scriptura mandatum, vel exemplum, vel promissio: Ergo Sancti non sunt invocandi.* Respondeo, Dissimulata sequelæ debilitate. Nego Anteced. quod satis refellitur vel ex solo cap. ult. Job. *Ite*, inquit Deus, *ad servum meum Job*, (en mandatum!) *Et orabit pro vobis*, (en exemplum!) *Et ego suscipiam faciem ejus, ut non imputetur stultitia vobis.* (En promissio!) Sed replicat Amesius, & ait: *Job vivus & præsens rogandus fuit, ut oraret pro fratribus: Ergo Sancti mortui, absentes invocari debent, cum adoratione religiosa. Nulla calx in hac arena.* Immo calcis & gluminis tenacissimi hic plurimum est. Si enim mortales, ipsimet adhuc miseri, & de se solliciti, pro suffragiis precum, utiliter à nobis rogantur, quantò magis Beati, de se suoque statu securi, longè majoris ac præstantioris in nos charitatis, ac intentionaliter nobis sufficientissimè præsentes, fructuosè à nobis implorantur? Quæ deinceps usque ad finem Amesius profert, scurriles blasphemiæ & protritæ nugæ sunt, plebejo tabulæ, quàm Disputatori erudito convenientiores, & alioquin passim obviæ.

Gerhardus Disp. 17. à Th. 23. usque ad 82. multa congerit, sed pleraque levioris sunt momenti, & hactenus soluta.

Th. 25. sic arguit: *Juxta Bellarm. Sacrificium est actus externus soli Deo debitus; Sed religiosa invocatio Sanctorum est species sacrificii, scil. Sacrificium internum ac spirituale: Ergo si sacrificium soli Deo debetur, utique etiam actus sacrificii interni & spiritualis.* Virilene, Titi, an puerile hoc argumentum est? Sanè Minor non tam falsitate, quàm fatuitate laborat. Quis enim sani cerebri putat se sacrificare, cùm alterius preces aut suffragia flagitat?

Sequuntur deinceps Th. 38. 40. 41. & seqq. argumenta non tam puerilia quàm stipitea, quibus referendis & refellendis piget pudetque immorari, bonasque chartas inquinare. Qualia enim monstra argurationum sunt ista: *Sancti non sunt omnipræsentes, omnipotentes &c. Ergo non sunt invocandi &c.* Item Th. 68. *Si Sancti sunt præsentes quoad exauditionem, utique etiam quoad locum. Qui enim religiosè invocatur, & preces piorum in omni loco audit, illum non solùm quoad exauditionem, sed etiam quoad locum præsentem esse oportet.*

VINDICIÆ

Pro Libro Secundo de Reliquiis, & Imaginibus Sanctorum.

Ad CAPUT I.

Reliquiarum nomine, quas religiosè colendas statuimus, intelliguntur Sanctorum corpora, quælibet etiam eorum particulæ, ossa, capilli, cineres, vestes quoque & alia quibus usi sunt; item vela, panni &c. quæ ad eorum ossa vel corpora admoventur. Amesius hic planè ridiculus est, cùm in limine queritur, Bellarminum *non ostendisse, quid intelligat per reliquias?* (Quis verò est inter Lutheranos & Calvinistas, qui vel extremis labris controversias degustavit, & hoc ignoret?) *nec definivisse cultum, quem illis deferri velit*: (sed & hoc jam constat, & passim vel supponitur, vel exponitur, nempe quòd non sit cultus latriæ, sed duliæ respectivæ & impropriæ,) *nec statum ullum controversiæ proponere.* At quis nescit eum esse: An licitum, honestum, sanctum sit venerari Reliquias? (uti Catholici omnes non tam verbo, quàm ipso opere hactenus affirmarunt;) an verò eas cum Judæis, Turcis, Paganis spernere, execrari, exurere, & in flumen abjicere? (uti Calvini soboles præsertim in Gallia graviter præstitit,) Quamquam antiquioribus istis Hagiomachis, h. e. Gallicis Hugonotis, modestior videri vult Amesius, cùm ait: *Nos quamvis Sanctorum corpora & adjuncta, quæ talia sunt, honestè tractanda esse fateamur, religiosum tamen cultum ipsis deberi pernegamus.* Verùm si per religiosum cultum, more suo, intelligit Divinum, nos hunc reliquiis non exhibemus, sed prohibemus: si civilem; quis quæso ille est, nisi sepultura, quæ etiam cuivis de fæce popelli conceditur? Verba ergo dat Amesius.

Ad CAPUT III.

Catholicam sententiam de veneratione Reliquiarum Bellarminus firmat.

I. Quia Moses ossa Josephi transtulit in terram promissionis Exod. 13. vers. 19. Deus ipse corpus Mosis honoravit, dum illud propriis manibus sepelivit Deuter. ult. Ex tactu quoque Elizæi mortuus quidam ad vitam revocatus fuit 4. Reg. 13. vers. 21. Josias ossa Prophetæ jussit asservari 4. Reg. 23. v. 18. Sepulchrum Christi gloriosum futurum prædicitur Isai. 11. vers. 10. Hæmorrhoissa fimbriam vestis Christi fideliter tetigit, & sanata est Matth. 9. vers. 22. Certatim currebant homines ad umbram Petri attingendam Act. 5. vers. 15. Sudaria quoque & semicinctia Pauli deferebantur ad ægrotos Actor. 19. vers. 12. Amesius 1. *In omnibus istis exemplis nulla vel mentio, vel vestigium adorationis Religiosæ: nihil ergo concluditur.* Sed profectò impietate excæcatum esse oportet eum, qui non videt hic plusquam humanum cultum Reliquiis exhiberi solitum. 2. Ait: *Hæc exempla fuerunt extraordinaria respectu personarum, & singularia, quoad temporum, locorum, & causarum rationem: ab iis igitur ad ordinariam observationem, non sequitur argumentatio.* Sed si hæc veneratio (ut cum suo Calvino contendunt Hagiomachi) & fides, est superstitiosa, quomodo potuit à Deo extra ordinem miraculis comprobari? Mira profectò vel væcordia vel impietas est adversariorum, cùm negare nequeant, Christi & Apostolorum virtute, miracula apud reliquias patrata: dicere tamen, ea miracula plurima & maxima, quæ deinceps ad Reliquias Sanctorum contigere, Dæmoni esse adscribenda. Sequuntur nempè Magistrum suum Calvinum, qui fidelis fœminæ (Hæmorrhoissæ) religionem criminari, & tum dubitationis alicujus in fide, tum superstitionis, in tacta fimbria vestis Christi, insimulare, ipsumque adeò Christum haud obscurè in societatem sceleris vocare ausus est, quod se ruditati illius accommodarit, cujus superstitionem tanti miraculi patratione approbavit.

II. Probat Bellarm. assertionem Catholicam ex Conciliis Gangrensi, Carthag. V. Bracarens. III. Epaun. Nicæno II. generali, Mogunt. &c. III. Ex SS. Athanas. Euseb. Basil. M. Greg. Nyss. Nazianz. Emiss. Cyrill. Chrysost. Theodoret. Ambros. Hier. August. &c. IV. Ex miraculis factis ad Reliquias, ut testantur plerique ex præcedd. Patribus. V. Ex miraculis, quæ in ipsis Sanctorum corporibus cernuntur. VI. Ex inventione, & revelatione divinitus facta. VII. Ex translatione Reliquiarum honoris gratia ab antiquis celebrari solita. VIII. Ex eo quòd Reliquiæ sub altari reconduntur. IX. Ex usu cereorum & lampadum, quibus honorabantur etiam olim Sanctorum reliquiæ jam Constantini M. ævo. X. Denique probat

tatio-

ratione deducta tum ab utili, quam urget S. Chrys. lib. de S. Babyla M. Tum ab honesto. 1. Quia corpora Sanctorum fuerunt organa animarum ad omne opus bonum. 2. Instrumenta Dei ad patranda miracula. 3. Sunt pignora patronorum. 4. Exuviæ charissimorum. 5. Trophæa triumphantium. 6. Designata sunt ad gloriam incredibilem. Ad hæc omnia & singula Amesius nil reposuit, nisi sarcasmos & scommata, qualia quivis paganus, aut atheus scurra in pietatem Christianam jacere potest: proinde indigna sunt recitatione, aut responso.

Ad CAPUT IV.

CONtra Reliquiarum venerationem objiciunt hæretici I. *DEUS abscondebat corpus Moysis, ne Judæi illud adorarent: Ergo neque Christiani jam debent asservare Reliquias Sanctorum, ne idololatriæ occasionem habeant.* Resp. Consequentia planè nulla est: imò si sibi constare velit Amesius, ità arguens, deberet dicere: Reliquias Sanctorum in pulverem redactas in profluentem esse abjiciendas: Certè enim, si honestè tractantur (ut Ames. suprà requirit,) occasionem dant idololatriæ. Optima proinde est responsio Bellarmini, populum Judaicum tunc fuisse valdè ad idololatriam pronum, ideoque subtractum à DEO corpus Moysis, ne scandalum indè acciperet. Post captivitatem verò illustrasse Deum sepulchra Isaiæ, Jeremiæ, Ezechielis &c. Prophetarum, gratumque habuisse eorum cultum, qui ossibus illorum exhibebatur. Inter Christianos verò numquam auditum, Reliquiis Divinos honores delatos, & si qui essent tam rudes, facilè docerentur à Pastoribus. Amesius pro opposito ineptè allegat Azorium, cùm ille nihil aliud dicat, quàm quod nos, scilicet: *Si rudis & ignara plebs occasionem arripiat superstitionis, informari debet.* Quid verò aliud Bellarminus?

II. Objic. *Neminem novimus secundùm carnem, ne Christum quidem 2. Corinth. 5, vers. 16.* At quomodo hinc infertur Conclusio Puritanica? Sanè nihil in his verbis apparet directè & apertè repugnans Reliquiarum cultui; quonam enim ratiocinio exsculpitur? Est nimirum hoc argumentum ipsa sua canitie venerabile! Mutuavere enim illud novelli Hagiomachi à priscis Iconomachis, quibus à Synodo VII. ex communi Patrum sensu optimè responsum est, aliud Apostolum non velle, quàm: Si novimus aliquando Christum passibilem & mortalem, jam non novimus nisi impassibilem & immortalem. Videatur Cornelius à Lapide in eum locum Apostoli vers. 14. ubi hoc observandum monet, quomodo hæretici SS. Scripturam, veluti nasum cereum ad sua deliria sive flectant, sive torqueant. Sanè ex interpretatione Lutherano-Calvinistica apertè sequeretur, nos debere oblivisci carnis, passionis, & mortis Christi, ejusque esse immemores, adeòque ingratos; cujus contrarium desiderasse Christum constat, cùm in memoriam passionis S. Eucharistiam instituit.

III. Objic. *Coloss. 2. vers. 23. Damnatur omnis cultus arbitrarius, idest, à Christo non institutus. Talis autem est &c. Ergo*: Resp. Major est omnino falsa. Sed ea dissimulata, Minorem esse impudens mendacium patet ex primo nostro argumento.

IV. Objic. *Desiderium Reliquiarum est Mater idololatriæ, sicut experientia testatur.* Respon. Hanc rancidam calumniam à Vigilantio, & paganis Idololatris jam olim Christianis impactam, profligavere S. Hieronymus, aliique Patres.

V. Objic. *Maxima pars Reliquiarum suppositia est, & sæpè accidit, ut pro Reliquiis Sanctorum, ossa latronum, vel etiam canum & asinorum adorentur.* Respond. Etiam hoc est obesum mendacium, & Puritanis di-

gna calumnia, præsertim si sermo fit d
blica Episcoporum authoritate proposit
cilii Tridentini decretum sess. 25. Sed r
misso, discutiendæ

§. Unico.

Objectiones Gerhardi.

Gerhardus disp. 17. Th. 84. Bellarmi
ipso Bellarmino lib. de Reliq. & imag.
ctè docente; Vigilantium jam olim c
rum contradixisse. *De eo verò sic disser*
argumento epist. Hieron. contra Vigilantium.
mus argumentis duntaxat contra Vigilantiu
conviciis temperasset. Sed quid hinc con
Reliquias, vel contra Bellarminum? E
tor nolens semper sapere ad sobrietat
Catholicis accenseri Semichristianis,
Lutherus ἄθεον, Epicuræum &c. appe
ait: *Si Deus occultum voluit Mosis corpus*
losa DEI operatione splendorem vultus
tem retinebat, consequens est, religiosum c
& ossibus Sanctorum delatum, non esse D
acceptum. Sed verum prius: Ergo & post
probatur: Quia si DEUS eo fine in corp
dorem vultus miraculosè conservasset, ut
sceretur, utique sepulchrum Mosis manifest
trarium disertè in Scriptura asserit Deus,
vers. 6. Resp. Negatur connexio Major
probat Gerhardus: Si enim posita fu
probatione Majoris, subsumat: (uti f
sed callidè omisit.) *Atqui DEUS eo fi*
corpore Mosis servavit miraculosè, ut relig
tur, manifestè patet falsitas. Neque en
tholici, vel Lutherani & Calvinistæ h

Porrò decumana & patens calum
Th. 89. adeò audacter profert: *Praxi*
tur, in Papatu Divinos honores à rudi p
Sanctorum deferri. Sanè omnis apud n
ma plebecula, si de hoc asserto inter
ore clamaret: Esse impudens mendac

Th. 93. fabricat subtile argumentum
ctorum ex hypothesi Bellarm. sunt duntax
quia ut Sanctis viventibus non competit r
nis cultus; ità quoque viventium Sancto
competit religiosus cultus. Ergo quando B
morrhoissa exemplo argumentatur, tum à
religiosas argumentatur. Ecquis enim vest
temus eam vivus induit, Reliquiis proprie
re velit? Resp. Hoc argumentum fortè
maticis prolatum tolerabile esset; sed
proponatur, vix potest tolerari, nisi
quæ omnibus omnia fit, ita suadeat.
sciat, usu communi Catholicorum,
mine Reliquiarum venire, quæ quoc
in vita, sive in morte habuere peculiar
connexionem? De usu verò illius u
pueriliter tricari.

Th. 85. & 86. carpit dictum Bellar
rhoissam Christi fimbriam fideliter te
quit, *fiduciam illam suam non in fimbri*
sium collocavit. Fimbria igitur non fu
autem miraculosæ sanationis non debet re
Israelitæ virga Mosis, & Elisæus palli
cultum detulissent. Bellarm. ipse agnoscit
fecisse confringendo serpentem aeneum, c
ta tamquam DEO sacrificarent, qui t
miraculosum sanationis symbolum. Inver
larmini argumentum: Hæmorrhoissa fide
Christi, miraculosam sanationem impet
ideò Apostoli fimbriam Christi religiosa c
ti, sed Christum miraculi authorem uni

Divinum honorem ipsi soli dederunt: Ergo ex tacta fimbria non probatur religiosus cultus. Respon. 1. Nec Catholici magis fiduciam in Reliquiis Sanctorum, quàm Hæmorrhoissa in fimbria collocant, sed potiùs in Sanctorum Rege, qui in suis Sanctis, eorumque etiam umbris vult honorari. 2. Cultus respectivus debetur Reliquiis, & debebatur olim virgæ Moysis, & pallio Eliæ: Nec à quoquam fideli dubitari potest, cum majori veneratione hæc fuisse servata, quàm ullius Regis purpuram &c. Idemque sine dubio de Apostolis tenendum, cujus oppositum Gerhardus tantum ex illa sua decantatissima nænia sibi persuadet, nempe: In Evangelio scripto expressum non legitur. At in Evangelio legitur Christus dixisse Apostolis: *Numquid & vos sine intellectu estis?*

Ad CAPUT V.

SUper nominibus *Imaginis* & *idoli* Amesius sententiam suam ita declarat: *Nostra sententia est*, inquit, *multa idola non posse vocari imagines; & vicissim multas esse imagines, quæ non rectè (ex usu recepto) vocarentur idola: sed tamen omnem imaginem, quæ religiose colitur, vel quòd numen aliquod repræsentat, cultu & honore per illam afficiendum, idolum rectè vocatur. Bellarminus contrà statuit*: Inter imaginem, & idolum hoc interesse, quòd imago est vera rei similitudo: idolum autem est falsa similitudo, idest, repræsentat id quod revera non est. Hæc Bellarmini assertio est omnino Catholica & verissima; scilicet S. Scripturam numquam tribuere nomen idoli, ulli veræ imagini, vel similitudini rei veræ. Licèt verò Amesius multa opponat, nec unicam tamen instantiam vel exemplum, quod ad rem faciat, profert. Nam quod *Ethnici imagines aliquas rerum verarum coluerint, quæ tamen meritò vocarentur idola*; verissimum quidem est, sed assertionem nostram nihil infringit: nam Gentiles idololatræ, tales rerum verarum similitudines adhibebant ad Divinitatem falsorum Numinum repræsentandam, ideoque verè & meritò dicuntur idola. Idemque est de statuis vel idolis, quæ Rachel furata est Patri suo &c. Porrò Cherubini alati in arca fœderis repræsentabant analogicè celeritatem Angelicam, adeoque nullatenus idola dicuntur. Est tamen hic notandum, quòd Amesius hic cautior Majoribus suis, non ausus sit ultrà tueri, quòd nulla sit differentia inter Idolum & imaginem.

Probatur autem absolutè Catholica assertio. Tum quia S. Scripturæ, idola ordinariè vocant, vana, falsa, mendacia, imagines falsas Habac. 2. vers. 18. quæ est ipsissima idoli definitio: Tum ex 1. Corinth. 8. vers. 4. *Scimus quia nihil est idolum in mundo*; quia scilicet quamvis sit aliquid materialiter, tamen nihil est formaliter: Tum quia S. Hieronym. passim confert hæreses cum idolis: Tum denique quia *εἴδωλον* est diminutivum ab *εἶδος* forma, & significat quasi umbras inanes. Cùm ergo nomen *idoli* propria & primaria significatione designet Imaginem inanem, indè SS. Scriptores & Ecclesiastici Doctores vocarunt idola statuas Deorum, licèt solidæ sint quoad materiam, quia manes sunt quoad formam.

Jam verò non tantùm communem antiquorum Calvinistarum, sed etiam Amesii assertionem, falsam esse, efficaciter probatur ex eo, quòd Coloss. 1. v. 15. filius Dei dicitur: *Imago Dei invisibilis*. Atqui filius Dei, seu Verbum repræsentat Patrem, estque imago quæ religiosè colitur: Ergo Verbum Dei, (juxta Iconomachos) est idolum: consequenter Christiani omnes qui contra Arianos & Alogianos profitentur consubstantialitatem Verbi, sunt Idololatræ; cùm adoratio idoli sit idololatria. Hoc bene observandum contra nefariam impietatem Calvinistarum, è quibus Dan. Chamierus, (ut refert Gualterius in sæcul. I. Verit. IV. §. 9.) in Collatione Alanensi Anno 1601. habita, prædicto argumento ad eas angustias redactus est, ut nullum aliud responsum dare potuerit, nisi apertam Iconomachiæ cum Arianismo consociationem: *Identidem enim ille coram 300. utriusque Religionis Auditoribus repetiit, imò propria manu subscripsit hanc propositionem*: DEI filius non nisi metaphoricè est Verbum, aut Imago Patris: *qua ratione sine dubio inter creaturas reponitur. Hinc & mordicus semper cum Calvino & Beza asseruit, in tribus personis essentiam Divinam esse verè & realiter distinctam.* Huc nimirum tendit illa lis de nomine Idoli & Imaginis, ut dubitare non liceat, Calvinistas reipsa cum Judæis, Saracenis, & Arianis sentire, adeoque Bellarminum initio sequentis Cap. rectè asserere: Auctores Iconomachiæ fuisse omnes, aut Judæos, aut Mahumetanos, aut Magos, aut hæreticos manifestos.

Quod denique de nomine *Simulacri* contra Bellarm. disputat Amesius, nihil ad rem facit. Bellarmini assertum est ut sequitur: Nomen Simulacri est quidem paulò communius, nam Lactantius vocat hominem *DEI simulacrum*; & quia simulacrum dicitur à *similitudine*, omnis vera imago dici potest simulacrum. Verius tamen est, simulacrum dici à *simulando*, non à similitudine: nam in Scripturis simulacra ubique ponuntur pro idolis Act. 15. vers. 20. Psal. 113. vers. 12. 1. Joan. ult. vers. 21. &c. ubi in Græco dicuntur *εἴδωλα*. Hanc posteriorem partem impugnat Amesius ex priori, quod quàm insulsum sit, per se patet.

Ad CAPUT VII.

QUantùm olim Judæi fuerunt ad idololatriam propensi, tantùm sunt jam post Christi adventum contra imagines scrupulosi, ad superstitionem usque: Unde ajunt, jure Divino prohibitas esse quaslibet imagines. Eos sequuntur Wicleffistæ. Qui omnes se fundant in illo Ex. 20. v. 4. *Non facies tibi sculptile, aut omnem similitudinem.* Sed hic proculdubio manifestus est error: Quia illo præcepto primo prohibetur actus idololatriæ tam internus per illa verba: *Non habebis Deos alienos*; quàm externus, per illa alia: *Non facies tibi sculptile*: Ergo non prohibetur omnis imago, sed solùm ea quæ est idolum. 2. Quia si prohiberetur omnis imago, illud præceptum esset undecimum, cùm tamen juxta Exod. 34. vers. 28. Deuter. 4. vers. 13. 9. vers. 10. non sint nisi decem præcepta; siquidem supponatur, duo ultima de concupiscentia distingui. Si autem hæc duo dicantur esse unicum (uti Philo, Orig. S. Ambros. volunt,) tunc illa omnia verba erunt unum præceptum: (*Non facies tibi sculptile, non adorabis ea, & non coles.*) Sed facere imagines, est aliud, quàm eas adorare, ut per se patet: Ergo unum tantùm horum est prohibitum, alioquin essent undecim præcepta; At certum est prohiberi cultum: ergo non prohibetur fabricatio per se, sed tantùm in ordine ad cultum. Et certè in ipsa S. Scriptura leguntur imagines factæ jussu Dei. Exod. 25. vers. 18. duo Cherubim. Num. 21. vers. 8. serpens æneus. 3. Reg. 6. v. 23. & cap. 7. vers. 36. Cherubim, boves, leones & alia. Falsum autem est, Deum in hoc posse dispensare, si hic cultus imaginum est ejusdem malitiæ cum idololatria.

Confirmatur ulterius: Tum quia ars pingendi & sculpendi bona est, & à Deo. Exod. 31. v. 3. & 35. vers. 31. Tum quia Deus primus author est omnium imaginum naturalium & artificialium: nam genuit filium ad imaginem suam, & formavit hominem ad imaginem suam: Tum quia imago est secundùm naturam, & necessaria: nam omnia naturalia produ-

cunt

cunt sibi simile: homo quidquid cognoscit, per imagines cognoscit: Umbra imago est corporis: vestes imagines sunt eorum membrorum quæ tegunt &c. Tum denique quia Judæi tempore Christi habebant imaginem Cæsaris in nummis Matth. 22. vers. 20. & nunc etiam retinent in pecuniis &c.

Ad CAPUT VIII.

IMagines Deum repræsentantes vetitas esse contendunt Calvinistæ. 1. Ait Calvinus, *nefas esse, Deo invisibili & incorporeo facere imaginem visibilem.* 2. *Imagines Christi & Sanctorum non esse prohibitas simpliciter, sed non debere poni in templis.* 3. *Historias depictas habere aliquem usum ad instruendum: imagines autem solas Christi & Sanctorum sine ulla notatione rerum gestarum, nullum habere usum, nisi ad oblectandum, ideoque frustrà fieri.* Amesius hic more suo enervat, hoc est, truncat Bellarminum, omittendo, quæ valdè refert scire. Ait enim Bellarminus: Hæc opinio Calvini, est etiam aliquorum Catholicorum, Abulensis, Durandi & Perezii, qui putant, id ab Ecclesia tolerari, sed non probari. Tria igitur pronuntiat Bellarmin. 1. Non esse tam certum in Ecclesia, an sint faciendæ imagines DEI, quàm Christi & Sanctorum: hoc posterius enim confitentur omnes Catholici, & ad fidem pertinet. 2. Miram esse Calvini fraudem & astutiam, qui posteaquam probavit, non esse faciendas imagines DEI, ita digreditur ad amplificationes, & triumphum canit, acsi probasset, non licere colere, vel facere ullam imaginem. 3. Licere etiam pingere imaginem DEI Patris in forma hominis senis, & Spiritus S. in forma columbæ. Amesius hic quoque fraudis Magistri sui complex est, dum omnibus aliis dissimulatis de Christi & Sanctorum imaginibus, solùm disputat contra imagines DEI, ità tamen ut de cæteris imaginibus videatur idem velle intelligi.

Sed probatur assertio Catholica I. Quia Angeli sunt incorporei, & tamen depicti ac sculpti sunt in Vet. Test. Ergo & Deus. Amesius negat sequelam: *Eò quòd Deus sit infinitus & reverentia tanta, ut quod licet circa creaturas tentare, circa ipsum non liceat sine ejus mandato.* Respond. Hæc disparitas nihil facit ad rem. Tam parum enim potest spiritualis natura per picturam sensibilem repræsentari, quàm DEI infinitudo: Et cùm reverentia erga DEUM non obstet, quò minus eum in intellectu nostro per ænigma rei creatæ qualitercumque repræsentemus; cur non liceret eundem coloribus, aut aliis rebus sensibilibus proponere, eo modo quo se ipse voluit repræsentare Isai. *6.* vers. 2. Matth. 3. vers. *16.* &c.

II. Probatur: DEUS visus est corporea specie Genes. 3. vers. 8. & 28. vers. 13. Exod. 33. vers. 23. Isa. *6.* vers. 1. 3. Reg. ult. vers. 19. Amos *9.* v. 1. Daniel. 7. vers. *9.* Spiritus S. quoque apparuit in forma columbæ Matth. 3. vers. 16. Quid ergo prohibet sic pingi? Amesius 1. *Negat DEUM locis cit. visum specie corporea.* Sed negat aperta verba Scripturæ, & tricatur in re per se aperta, quòd scil. Deus per nullam speciem corporalem exprimi queat, uti est in se: hoc tamen nihil obstat, quò minus dicatur videri in ænigmate seu symbolo corporeo: ex quo sequitur, posse nos illum eo modo proponere, sicut ipsemet se proposuit. At, inquit Amesius 2. *Etsi DEUS ità visus fuerit, multa tamen prohibent, ne ità pingatur.* 1. *Expressum DEI Verbum. Exod.* 20. *vers.* 4. *Deuter.* 4. *vers.* 16. *&* 5. *vers.* 8. Sed quàm hoc falsum sit, infrà patebit, ubi hoc peculiariter examinabitur. 2. Ait: *Quòd Deus in illa specie non ità semetipsum declaravit, ut formam aut figuram sui propriam fecerit nobis notam.* Sit ità. Quid vero hoc ad rem? Annc nos dicimus, posse pingi imaginem, quæ proptrè & per se intelligi possit, esse Dei & non creaturæ? 3. inquit: *Quòd nullam accuratam habeamus illius speciei, qua visus est.* Sed si
quam ex verbo Dei habemus, penicillo
primere: nec ullatenus requiritur, (quo
sius) *ut pictoris penicillus possit ex dignitat*
tionem Divinam in eadem specie exhibend
Deus ità ænigmaticè innotescere aliquo
hominibus, per speciem sensibilem exte
cur non hominibus liceat eodem mod
sentare in phantasia sibi? & si in phan
non etiam aliis in pictura, cælatura, sc
rò non sequitur, quod vult Amesius:
porales non erant à Deo assumptæ; Ergo
rum non est repræsentatio Dei ænigmatica
speciem. Denique non est majus peric
triæ indè secuturæ, quàm ex ipsis figur
Deus apparuit, aut ex ea figura, sub
sua phantasia concipit Deum. 3. Simili
natur Amesius assignare disparitatem:
ptura Deo tribuat membra humana,
non liceat ità eum exhibere prout à Sc
gitur? Falsum enim est. 1. *Scriptura tali*
thorem DEUM, quàm pictura. Falsum,
utrumque perinde habeatur ex locution
tam figuræ pictæ, quàm voces scriptæ s
sum. 2. *Picturam non esse capacem transl*
pax est Scriptura. Quid enim hieroglyph
stant in hoc quàm literæ? Quòd verò
junctim & simul in Scriptura talia me
buuntur, nihil obstat, quò minus con
bis; sicut, etiamsi omnes perfectiones
vina in uno Scripturæ loco exposita n
hoc tamen minimè obstat, quin à no
exhiberi possint.

III. Prob. Homo est vera imago DI
nis imago potest pingi: Ergo & DEI
imago imaginis, est etiam imago exer
sius 1. *Homo non est propriè imago DEI*
nem DEI factus. Hoc est: non est im
Verbum seu filius, est tamen imago a
si ità placet, æquivocè. Porrò frivola
Amesio allata: *Hominem non esse imagin*
ginem DEI. Quid enimverò hoc poste
quàm hominem esse præ aliis corporei
neum ænigma, quo nobis innotescant
attributa: Intellectus, voluntas, pote
quidquid cavillationum hic multiplicet
piget hic describere,) nec minimum
situm argumentum. Quod de recepto
habendi imagines DEI addit Bellarm
rit ut argumentum pro convincendis
pro tribus Scholasticis suprà nominat
ratio meritò sufficere debet.

Videamus nunc Achillem Iconomac
ptum ex cap. 20. Exod. vers. 4. *Non fa*
neque omnem similitudinem. Deuter. 4.
vers. 18. & 46. vers. 5. Act. 17. vers. 2
bus his locis non prohibetur omnis
DEI, sed tantum idolum, idest, fal
ctum, sicut & tantum falsorum Deo
hibebatur illis verbis: *Non habebis D*
quin hic non tantùm unum, sed duo
Unde Scriptura eodem cap. explicans
vers. 23. *Deos aureos, & Deos argenteos*
Levit. 19. vers. 4. vocat *Deos conflatiles*
DEI non est alius DEUS ab eo, ne
ginis, est cultus alterius Dei &c. Et
ipse Abrahamo, Isaaco, Jacobo, &
sui imaginem objecerit, non potest
illicitum, facere imaginem Dei, ut
Multò etiam verius est, nullum hic
positivum pro Judæis latum de imag

alis cæremonialibus, & judicialibus jam sublatum. Nam totus Decalogus est juris naturalis, excepto tertio præcepto de Sabbathi determinatione. Itaque non hic vetantur Judæis omnes imagines, sed solùm superstitiosæ & idololatricæ. Vide Cornel. à Lapid. in cap. 5. Deut. vers. 6. Et hæc solutio videtur expeditior & solidior, quàm altera Bellarmini, qua ait: Prohiberi imaginem DEI, quæ fiat ad exprimendam perfectam similitudinem naturæ Divinæ, uti res corporeæ pinguntur. Hoc posito, supervacaneum est immorari profligandis Amesii cavillationibus, quæ Bellarmini solutionem supponunt. Quamvis interim doctrina Bellarmini de triplici modo pingendi rem aliquam sit omnino vera & opportuna ad plures strophas Iconomachorum in hac materia expediendas. Potest nempè, ait Bellarm. quid pingi. 1. ad exprimendam perfectam similitudinem formæ & naturæ rei ipsius; quo modo res corporeæ solum pinguntur. 2. Ad historiam aliquam oculis exhibendam; & hoc modo potest Deus pingi. 3. Extra historiam, ad explicandam naturam rei, non per immediatam & propriam similitudinem, sed per analogiam, & hoc modo pinguntur virtutes, & DEUS Pater.

Sed arguit Amesius: *Concilium Elibertinum Can. 26. prohibet imagines illius qui colitur. Augustin. dicit, nefas esse Deo simulacra ponere, libr. de fide & symbol. cap. 7. Orig. lib. 7. contra Celsum docet: Christianos nullam DEI imaginem habuisse. Synodus etiam idololatrica, quæ dicitur Nicæna II. vel septima generalis, fatetur Act. 4. 5. & 6. DEUM pingi non posse. Damasc. lib. 4. de fide cap. 17. stultitia extremæ & impietatis esse dicit, effigiem Dei exprimere.* Resp. Canon Elibert. est potius pro nobis, cum indè habeatur, jam tum ante quartum sæculum, imagines fuisse in usu. Neque verò hic ipse Canon prohibet præcisè imagines DEI, vel etiam alias generatim; sed tantum vetat, ne in parietibus templorum pingantur, ubi deinde facilè vitium contrahant, & incrustatura delabente evanescant, & paulatim etiam ipsæ fœdentur. Adde, quòd etsi hoc Concilium nobis adversaretur, nil inde fore incommodi, cùm nonnisi 19. Episcopi adfuerint, nec approbatum legatur, & præterea in aliis etiam erraverit. In reliquis testimoniis ab Amesio adductis non damnantur nisi illæ DEI imagines, quibus putatur exprimenda perfecta Dei repræsentatio: Is enim sine dubio est error Anthropomorphitarum, ab omnibus Catholicis meritò damnatus. Neque obstat (ut putat Amesius,) quod distinctio illa imaginum in tria genera, eorum tempore non fuerit explicitè & quasi in actu signato jam expressa, uti suprà Bellarminus expressit juxta ipsam rei veritatem: sufficit enim in actu exercito fuisse receptissimam, uti convincunt ea, quæ Bellarminus ad testimonia SS. Augustini, Origenis, Damasceni & VII. Synodi profert ex Varrone & Seneca apud Augustinum, demonstrans, illa non posse verificari nisi de imaginibus Dei primi generis.

Ad CAPUT IX.

IMagines Christi & Sanctorum rectissimè in templis collocari, probat Bellarminus. Tum quia etiam Cherubim fuerunt in templo Hierosolymitano: Tum quia id habetur ex consuetudine Ecclesiæ etiam tempore Constantini, &c. Immò Tertulliani cap. 10. lib. de pudic. Tum quia signa sacra nullibi meliùs quàm in sacris locis collocantur: Tum quia templum ornant, & continent mentes hominum, ne evagentur: Tum quia templa sunt imagines cœli: Ergo congruè habent in se imagines eorum, qui sunt in cœlo.

Objicit Amesius 1. *Templa ad eum finem nullatenus sunt erecta, sed pro cultu Dei, cum sint domus orationis.* Resp. Neg. assumpt. nam Deus in Sanctorum suorum honoribus honoratur, vultque eos à nobis honorari. Ait 2. *Est res plena periculi: est enim tentatio plebis ad idololatriam.* Sed hoc est commentum Calvinisticum: nos de contrario evidentem experientiam habemus. Ait 3. *Speciem habet mali.* Nimirum apud Pharisæos. Ait 4. *Scandalizantur Judæi, Mahumetani, Calvinistæ.* Ita est, sicut scandalizantur mysteriis SS. Trinitatis, Incarnationis, & Eucharistiæ. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Ait 5. *In primitiva Ecclesia religiosè abstinuerunt omnes Christiani ab hac innovatione.* Amesius hoc dicit, sed non probat; Oppositum vel ex Elibertino Concilio colligitur.

Ad CAPUT X.

CAlvinus cum suis tenet: *Imagines Christi & Sanctorum non esse omnino malas, dummodo non ponantur in Ecclesiis: item historias depictas esse utiles, sed extra historiam non esse.* Sed oppositum constat tum ex serpente æneo & Cherubim Vet. Test. Tum ex imagine Christi missa Regi Abagaro, & Hæmorrhoissæ apud Paneadem, & aliis similibus, quarum apud antiquissimos Scriptores fit mentio, adducunturque in VII. Synodo: Tum quia serviunt ad instructionem: ad charitatem erga Deum & Sanctos fovendam: excitant ad imitandum: ad servandam memoriam Christi & Sanctorum: ad confitendam fidem in approbatione pietatis, & detestatione omnis impietatis contrariæ: tandem ad honorandum Deum & Sanctos. Et certè quamvis sint solitariè sine historiis depicti E. G. Christus in sinu Matris, vel in cruce: S. Laurentius in craticula &c. Semper in compendio repræsentant historiam rerum gestarum aut passionum. Nec Amesius aliquid ullius momenti habuit, quod pro Magistro suo opponeret: simplices enim antitheses omni probatione destitutæ, simplici inficiatione expediuntur. Cùm verò ait: *Non falsum tantùm, sed & blasphemum esse quod Bellarm. dicit. Picturam meliùs docere quàm Scripturam; neque enim pictura quidquam Theologicum docere potest sine Scriptura &c.* more suo calumniatur. Non enim illud absolutè Bellarminus affirmavit, sed addendo: *interdum*, quod verissimum est respectu rudium: Item, non intelligit de toto corpore S. Scripturæ, sed de aliqua particula.

Ad CAPUT XII.

DUM religiosum cultum imaginibus Sanctorum deberi cum tota antiquitate statuimus, Calvinistæ præsertim planè videntur furere, & totum Christianismum horrendæ idololatriæ arguere, jam ab A. C. 787. quo VII. Synodus generalis magno consensu definivit; Imagines Christi & Sanctorum esse venerandas, non quidem cultu latriæ, sed honore illo, quo prosequimur SS. literas, sacra vasa &c. Fuisse autem hoc Concilium generale & legitimum, est omnino certum. Nam præter Legatos Adriani P. quatuor Patriarchæ, cum CCCL. Episcopis concorditer omnes subscripsere; Consensit etiam Imper. Constantinus, post acrem disputationem, & diu allatis in medium Scripturis, Conciliis, & Patribus. Porrò authores & Principes Iconomachorum, præter Judæos & Mahumetanos fuerunt Leo Isauricus, crudelis, & impius tyrannus, ejusque filius Constantinus, ob conspurcatum S. Baptisterium Copronymus nuncupatus, Parentem hæretica impietate superans, fæce nefandæ luxuriæ infamis, odio implacabili in B. Deiparam, Monasteria, & Ecclesiam universam flagrans, qui & morti proximus desperabundus exclamavit: Se propter Mariam æternis addictum flammis. Tales se habuisse antecessores, & majo-

majores non audet negare Amesius; audet tamen respondere: *Improbi, aliquando recti aliquid vident, ubi omnes non adeò mali cæcutiunt*. Nempè tota Ecclesia cæcutivit in tam aperta idololatria sancienda, & impiissimi homines soli pro honore DEI steterunt! Quis hæc, cui sinciput sanum est, capiat? Sed ad rem.

Probatur veritas Catholica I. ex Jos. 7. vers. 6. *Josue verò pronus cecidit in terram, coram arca Domini, tam ipse quàm omnes Seniores Israel*. 2. Reg. 6. vers. 14. David arcam DEI religiosè coluit, ante Dominum totis viribus saltando, (idest coram arca, Dominum repræsentante, ad quem ille honor absolutè spectabat, ad arcam autem non nisi respectivè.) Quod ipsum aliquando Calvinus agnovit, cum in Psalm. 105. ait: *Si quis excipiat, Arcam fœderis fuisse DEI imaginem: respondeo: Symbolum illud datum fuisse Israelitis, non in quo defigerent mentes suas, sed quo potius adjuvarentur ad spiritualem DEI cultum, &c.* At neque nos plus exigimus in Imaginibus Christi & Sanctorum.

II. Idem probatur ex æneo serpente Num. 21. v. 9. qui pro signo elevatus salutem præstabat aspicientibus. Erat autem sine dubio signum, vel imago Christi crucifixi, ut dicitur Joan. 3. vers. 14. Ubi iterum bene notandum, ipsum Calvinum in eum locum Numer. fateri: serpentem æneum fuisse veram imaginem Christi, & ut ipse loquitur: *gratiæ spiritualis Symbolum; ideoque fuisse instar pretiosi thesauri repositum, & multis seculis diligenter servatum in Sanctuario DEI*. Ità Calvinus. Quis hinc non meritò inferat, illud Symbolum esse dignum veneratione? Quid verò dicent Iconomachi: Rectenè egerunt Josue & Senes procidentes in terram coram arca Domini, itemque David, dum eandem veneratus est? Si dicant, Eos peccasse, convincuntur id vituperare, quod Scriptura laudat, & servos Dei fidelissimos pronuntiare Idololatras. Si rectè egerunt? idem erga serpentem æneum fecisse Israelitas credendum est. Nec obstat 1. quòd Azor ab Amesio relatus dicat: *Serpentem æneum nequaquam esse Divino jussu in altum sublatum, ut coleretur à Judæis, sed ut conspiceretur à cunctis, cujus conspectus à serpentinis eos morsibus curaret*. At neque nos dicimus, ideò, quasi ob principalem finem, elevatum esse, hinc tamen non sequitur, Hebræos talem serpentem non religiosè, ut signum sacrum, honorasse. Nec obstat 2. quòd ille serpens ab Ezechia 4. Reg. 18. vers. 4. confractus sit. Causa enim fuit: quia Judæi cœperant eum idololatricè colere, eique incensum adolere, incensum autem juxta Veterem legem est species sacrificii, quod uni DEO debetur, & quidem a solis Sacerdotibus offerendum erat: unde ingenuis criminis rei erant, qui incensum serpenti offerebant. Nec Amesius hinc proficit, cùm replicat: *Si incensum est Sacrificium: ergo etiam Reliquiis & imaginibus Sanctorum offertur Sacrificium inter Pontificios; quia ut fatetur Bellarm. lib. 1. c. 13.* Suaves odores nos etiam imaginibus & Reliquiis in Ecclesia offerimus. Resp. Ritus ille incensandi, non ex natura rei, sed ex instituto hominum, hic & nunc potest censeri sacrificium, & rursus aliàs, & alibi non: Quod certissimum est de omnibus ejusmodi ritibus, in quibus res aliqua potest consumi aut destrui: proinde evanescunt nebulæ cavillationum ab Amesio addensatæ.

III. Probatur ad hominem contra Calviniano-Sacramentarios, qui dicunt, S. Eucharistiam esse solum signum, seu imaginem corporis Christi. Jam ergo sic: Vel illa imago, (seu figura & signum,) Christi digna est veneratione, vel non? Si negent, contradicunt suo Magistro, quem plurimi sequuntur. Ille enim lib. 4. cap. 17. §. 33. *dignam esse*, ait, *quæ omni reverentia exaltetur*. Idem Rod. Hospinianus part. 1. hist. Sacram. lib. 4. cap. 8. ait: *Quare hoc Sacramentum*

magna cum religione & reverentia tractand
habitu, sobriè, religiosè, aperto capite, s
hanc reverentiam non dubito Patres per a
lexisse. Adoratio enim, ut omnes norunt,
ficat venerationem exhibere corporeis gesti
ut cùm flectuntur genua, aperitur caput,
&c. Et hoc est commune tam DEO quàm
suspicimus, & ob præstantiam vel sanctitat
neramur. Idem habet Dan. Chamier. li
cap. 8.

IV. Probatur: Creaturæ sunt religio
propter solam relationem ad Deum. P
Adorate scabellum pedum ejus. Matth. 5.
jurare per cœlum, quia thronus Dei est. S
lationem habent imagines: Ergo ead
lendæ sunt. Exceptiones Amesii tam s
potiùs firment argumentum. Etsi enim
moveat ad honorandas imagines, aut
pter se, & per se, incitat tamen ad h
propter Deum, vel Sanctos, quorum
apertè patet in Eucharistia Calvinistica
num & Hospinianum. Imagines Chr
rum non habent merum respectum rat
typa, vel exemplaria; sed similitudin
quam in externis lineamentis, &c. Po
impietas, non solida responsio est, qu
damentum ipsum relationis, qua tribuitur
sit impia præsumptio, relatio ipsa & ador
cta, non alio sensu dici possunt sacra, q
dam execranda eo nomine vocitantur.

V. Confirmatur idem ex SS. Concil
non. 82. Romano sub Greg. III. & ali
Stephano III. Item ex VII. Synodo ge
citantur testimonia SS. Patrum, è qui
brevissimum S. Basilii M. meritò apud
dentem majoris est ponderis, quàm un
conomachorum Sacramentariorum. S
gnus ille Basilius in Julianum, (uti ci
no P. in epist. ad Imp. in VII. Synodo
rias vel characteres imaginum illorum hon
ro: hoc enim nobis traditum à SS. Aposto
bendum. Opposuit meritò hunc locum
ex Remonstrantium primipilis, Simon
epist. ad eum data, addens: *Vos Basiliu*
dicetis, quòd imagines adoret, & imposto
stolis suam doctrinam imponat? Responsi
hic verbatim exscriberem, nisi brevita
set. Verùm ut compendio referam.
vinista, unus è moderationibus,) tem
siæ quarti sæculi non mereri epitheton
jam tunc aurum Apostolicum, (si juxta
exploretur,) *evilescere incipiebat, & f*
Episcoporum Conciliorumque decreta, ex
num & superstitionum Gentilium, ex priv
studiorumque officina nata atque aucta, i
tur - - - -. Quæro vicissim, an hoc quo
Apostolis traditum fuisse, non dico verum
rosimile tibi videatur? Quid ergo? an imp
filium, quòd Apostolis suam doctrinam im
& illius, quærere mihi vicissim liceat: An
res decit omnes Patres, qui tribus ante
ruerunt, quæ non traditum ab Apostolis,
omnem imaginum, non cultum dico, sed
Notari hoc meretur, ut constet, quo
apud Lutheranos & Calvinistas, cùm
ventum est. Amesius ne quidem inter
lium numerare vult; ait enim: *Concil*
spirationem in isto sacrilegio, atque ferè d
sam Tridentinam. Neque ex Patre anti
tur quidquam, quod sonat imaginum a
& similia recitasse, refutasse est.

VI. Confirmatur denique Catholic

2 4

nibus. 1. Homo dignus est veneratione, quia imago Dei est: Ergo & cæteræ imagines Christi, vel Sanctorum dignæ sunt veneratione. 2. Imago Regis est venerabilis civili quodam honore: Ergo imagines Christi & Sanctorum sunt honorabiles cultu religioso. 3. Imago est capax injuriæ; ergo & honoris ac cultus. 4. Imagines falsorum Deorum sunt execrandæ: Ergo imagines Christi & Sanctorum sunt honorabiles. 5. Iconomachi fuerunt omnes improbi: Econtra defensores imaginum fuere sancti & docti viri: illi infelicem, hi felicem exitum habuerunt. Vana effugiola quæ hic quærit, ex supradictis præclusa manent: nihil enim novi & solidi his respondet Amesius.

Ad CAPUT XIII.

ANte omnia recolendus hic est Achilles ille Iconomachorum, suprà in vind. cap. 8. productus & profligatus, cui (uti & universim omnibus illis utriusque Testamenti locis, quibus simulacrorum cultus severè interdicitur,) constanter reponendum, & addendum hic est: Reprehendi, & lege naturali prohiberi idololatriam, hoc est, cultum imaginum, quæ habentur pro Diis, vel per quas coluntur tamquam Dii, qui verè non sunt. Sed replicat Amesius: *Prohibetur quidem*, inquit, *ea idololatria, sed non ea sola*; *probatque hoc ex Azorio* l. c. ubi is inclinat in sententiam Alensis, Bonav. Richard. Palud. Marsil. Henrici: *nempè Exod. 20. vers. 4. fuisse Judæis omnem Imaginum cultum interdictum, sed hanc legem fuisse tantùm juris Divini scripti, adeoque Christi morte abrogatam*. Resp. Vel Amesius sequitur sententiam horum Theologorum; & sic argumentum suum evidenter solutum esse fateri compellitur: Vel sequitur sententiam communiorem, quam & ego veriorem censeo, quòd scilicet illud præceptum naturale sit, nec eo prohiberi omnes imagines, sed tantùm falsorum Deorum: & sic iterum solutum est ejus argumentum. Vel certè debet evincere, illo præcepto naturali prohiberi quemcumque cultum cujuscumque imaginis & figuræ, etiam Eucharisticæ; quod nec præstitit, nec præstabit quisquam; cùm in vind. cap. præced. habeantur instantiæ evidenter convincentes. Cùm igitur Amesius viderit se hic nihil proficere, convertit se ad consuetum Calvinistarum effugium, quod tamen non crudè & universaliter, (uti ejus Magister Calvinus, quem vidit in hoc multiplicis & spissi mendacii à Bellarmino fuisse convictum,) sed cum moderatione proponit, & ait: *Neque Judæi, neque Gentiles omnes habuere simulacra sua pro Diis, sed in simulacris Deum coluerunt, sicut patet de Judæis Exod. 32. vers. 4. Judic. 17. vers. 3. & de Gentibus Rom. 1. vers. 23. Act. 17. vers. 23. & tamen fuerunt idololatræ*. Hinc videtur Amesius velle contra nos inferre: Ergo etiam Papistæ, licèt putent se colere Deum in imaginibus, tamen revera sunt idololatræ, & transgressores primi præcepti Decalogi. *Tales autem inter Gentiles, qui idola non putarent Deos*, ait, *non fuisse tantùm paucos Philosophos, sed omnes ex plebe, qui non planè obduruerant, sicut apparet ex Act. 19. ubi omnes intelligebant discrimen inter Dianam, ejusque simulacrum*. Verum quomodocumque hic tortuosus coluber omnem in partem se verset, nihil tamen proficit. Nam 1. certum est, Gentiles idola sua vocasse Deos, ut clarissimè habetur Dan. 5. vers. 4. *Laudabant Deos suos aureos & argenteos*. Sap. 13. vers. 10. *Appellaverunt Deos opera manuum suarum &c.* 2. Certum est, Judæos in suis idolis, (saltem plerumque, si non semper,) non coluisse Deum unum & verum E. G. in cultu vituli aurei: Tum quia si (ut Calvinus contendit,) Judæi colebant tantùm signum corporeum, quid opus erat vitulo, cùm suppeteret nubes, & columna ignis, quæ meliùs ducebat, quàm vitulus, qui portari debebat? Tum quia nulla erat causa, cur potiùs vitulum quàm ovem fecerint, nisi quia erant assueti videre Apim Ægyptiorum Deum maximum, qui est vitulus niger cum maculis albis. Videatur S. August. lib. 18. de Civit. Dei cap. 5. Tum quia Jos. ult. vers. 15. optio datur Judæis, velintne servire Diis alienis Gentium, an Deo Israel: Ergo non putabant se in idolis adorare Deum Israel: alioqui enim facilè respondissent: se in idolis gentium adorare Deum Israel. Idem constat ex dicto Eliæ 3. Reg. 18. vers. 21. *Si Dominus est Deus, sequimini illum; si Baal est Deus, sequimini eum*. Satis exinde liquet, Judæos Baal colentes, non coluisse Deum verum. Neque obstat, quòd vituli cultores Ex. 32. vers. 4. dixerint: *Hi sunt Dii tui, qui te eduxerunt &c.* Et vers. 5. *Cras solemnitas Domini est*. Ideoque videantur sub figura vituli Deum verum adorare. Respondetur enim 1. Neg. assumpt. juxta veriorem sententiam, qua nomen Tetragrammaton vitulo attribuebant. 2. Si expositio Abulensis & Cajet. admittatur, scilicet: Apud Hebræos fuisse idola duplicis generis; priùs sine nomine certi Dei, ut Judic. 17. vers. 4. *idolum Michæ*: posterius cum certo nomine Ex. G. Baal, Astaroth, Moloch, Chamos &c. Atque in his, Deum verum numquam fuisse adoratum, in prioribus verò non improbabiliter credi fuisse adoratum. Hoc, inquam, totum licèt admittatur, tamen assertio nostra adhuc subsistit. Proinde falsum est, quod jactat Amesius: quoad hoc idolorum genus, firmum stare argumentum Iconomachorum, scilicet hoc. *Si (ut agnoscit Bellarminus,) etiam Judæi in hac adoratione gravissimè peccarunt, etiamsi putarent, se in eo colere Deum Israel: Ergo etiam Catholici graviter peccant, etsi putent, se in suis imaginibus colere verum Deum, aut veros Sanctos*. Negatur enim paritas. Nam Judæi in hoc facto gravissimè peccabant: Tum quòd idolo Serapis altare erigerent & sacrificarent: Tum quòd illi Divinam vim inesse crederent, qua ducerentur in terram promissam: Tum quia sibi imaginabantur Deum corporeum, & idolo similem. Nil verò tale apud nos Catholicos statuitur. Sed quidquid demum de hoc sit, absolutè verior videtur prior expositio. 3. Itaque certum est, Gentiles putasse, idola esse Deos, ut constat ex Isai. 46. vers. 16. Psal. 113. vers. 13. 14. & 134. vers. 16. Habacuch 2. v. 19. & toto cap. 6. Baruch. Quòd verò non solùm vulgus sed etiam viri sapientes inter eos habiti, ità senserint, constat ex Hermete Trismegisto apud S. August. lib. 8. de Civitate cap. 23. Et Arnobius præcellens Orator, & Philosophus post suam conversionem ad fidem de se candidè sic profitebatur lib. 1. contra Gent. *Venerabar nuper simulacra ex fornacibus prompta, in incudibus Deos, & ex malleis fabricatos, tamquam inesset vis præsens, adulabar, affabar, & beneficia poscebam: Deos enim credebam ligna, lapides, aut in ejusmodi rerum habitare materia*. Episcopius loc. cit. omnes nervos intendit, ut hæc verba Arnobii in oppositum sensum trahat, ac persuadeat, nulli Gentilium, nisi è stupido vulgo, potuisse in mentem venire tam absurdam impietatem, cùm etiam Cicero scripserit: *Neminem tam fatuum esse, ut lapidem Jovem credat*. Sed nihil proficit. Nam etsi non dubitem, Ciceronem, Plutarchum, Aristot. Platonem, Senecam, similesque melioris notæ Philosophos, hanc idololatriæ fatuitatem agnovisse & explosisse, sicut & Polytheismum, cum hoc tamen bene cohæret, quòd non tantùm rudis fæx popelli, sed etiam Proceres, & ex Philosophis nonnulli, non minùs quàm Polytheismum, etiam idololatriam admiserint. Sanè loca ex Scripturis, S. Augustino, & Ambrosio allegata, non nisi violenta & (more Sacramentariis usitato,) Tropica interpretatione in alium sensum detorquentes.

Ad

Ad CAPUT XVIII.

Contra cultum imaginum arguit cum Calvino Amesius: *Experientia docet, ex cultu imaginum irrepere superstitiosum errorem, quo putatur imagini alligata Divinitas. Unde enim alioqui una imago Christi vel Mariæ magis frequentatur, quàm alia? Cur precaturi ad imagines accedunt? cur magno labore peregrinantur ad aliquam imaginem, cùm alias habeant domi meliores, aut pulchriores?*

Bellarm. I. Deus per unam imaginem operatur miracula, & non per aliam; sicut & unus Sanctus magis frequentatur precibus, quàm alius. Cur autem Deus hoc faciat, non est nostrum discutere. Amesius 1. *Hoc est quod ponitur in objectione: quòd operatio Divina certis quibusdam imaginibus alligetur.* Resp. At probare objectio debebat, Deum decrevisse contrarium: alioqui Amesius frustrà cum Pharisæis allatrat ejusmodi miracula. Sicut enim ad præsentiam virgæ Mosis placuit Deo, vim miraculosam exerceri; quid obstat, quòd etiam ad præsentiam vel Reliquiarum, vel Imaginum faciat miracula? Præterea cur non per umbram Pauli, sed Petri, & non per sudaria & semicinctia hujus, sed illius voluit idem Omnipotens operari sanitates & virtutes? certè alia ratio dari non potest, nisi quia ita voluit.

Bellarm. II. Quædam imagines pictæ sunt à sanctis viris Luca, Nicodemo &c. quæ non solùm sunt sanctæ propter significationem, sed etiam propter artificem. Amesius 1. *Fabulosa sunt illa imagines.* At cur? an quia in S. Scriptura nil de iis dicitur. Nænia rancida! Amesius 2. *Si imagines sunt sanctæ propter artificem, tum omnes creaturæ sunt multò sanctiores illis.* Resp. Absolutè loquendo, possent omnes res mundi aliquo modo coli, quia omnis creatura est opus, donum, & vestigium Dei: non tamen id fieri potest peculiari cultu, qui tribuitur aliquibus rebus, propter peculiarem connexionem, quam habent cum Deo, vel Sanctis.

Bellarm. III. Aliquæ præ aliis magis religionem, & pietatem excitant. Amesius: *Imaginaria est pietas, ad quam excitantur homines ab imaginibus.* Sed numquid Puritani sunt puri spiritus, qui sine ulla conversione ad Imagines externas, immediatè rapiuntur in Deum? Si ausint hoc affirmare, palàm est omnibus, eos splendidè mentiri: Si non; agnoscant ergo, conducere miseris mortalibus in hac peregrinatione, etiam ista extrinseca adminicula pietatis, præcipuè imperfectis.

Ad CAPUT XIX.

Pergit Amesius impetere cultum imaginum. I. Ait: *Imago cùm sit res inanima, non est capax honoris.* Ergo. Resp. Imago non honoratur propter se, & absolutè, sed relativè ad prototypum. Amesius: *Si imago non debet honorari propter se, tum non quia est imago. Si non quia est imago, tum non relativè. Nam imago quatenus est imago, est quid relativum.* Resp. Prior hypothetica est falsa, ut paret ex alio exemplo. Numquid Legatus qualiscumque Regis, si honoretur tamquam Rex, non honoratur propter se, sed propter Regem, cujus personam repræsentat? Quis autem ideò negaverit, Legatum honorari, quia Legatus est? Ideò enim honoratur ipse, ut honor per ipsum transeat ad Regem. Vel: Ipse est Quo honoratur Rex: Rex est Quod honoratur in illo.

II. Objic. *Imago non est sancta ratione ligni, aut ferri, aut marmoris &c. Sed nec ratione lineamentorum, aut colorum, aut alterius rei, quæ in ipsa sit. Cur igitur colitur?* Resp. Sancta est sanctitate aliqua extrinseca, & impropriè dicta: Tum propter significationem, & repræsentationem rei sanctæ: Tum propter Ecclesiæ

institutionem; eo enim fine imagines in tem
locantur, ut excitent memoriam & amorem
& Sanctorum. Infert Amesius: *Tum multa caup
diversoriorum insignia sunt sancta & colenda: ta
locis appendi solent, Angelorum, sanctorum, & j
rerum imagines. Item, Repræsentantes in ludo sce
stum, & Sanctos &c.* Resp. Nihil in sequela
præter sarcasmos Puritani.

III. Objic. *Pontificii dicunt, Hominem esse
Dei, & tamen hominem non solent adorare.* Q
nùs ergo ligna &c. licèt imaginem Dei, au
rum referant? Resp. Homo absolutè dignus
tatione, quatenus, est imago Dei, ut dixi;
ponitur tamen ab Ecclesia colendus, ut im
quia periculum esset, ne homo propter se
retur, quia homo etiam propter se est cap
ris. Replicat hìc Amesius, & Quæstionem
nugatore dignam proponit: *Quare igitur, i
vinum agnum, & columbam potius proponunt col
quam imagines Christi, & Spiritus S. quàm
cturas? Brutis animalibus non dicent veneratio
propter se.*

Præter has communes Objectiones, Joa
Minister reformatus Parisiensis integro Ope
ginibus lib. 1. novem rationibus vult evince
res Patres, primorum quatuor à Christo
lorum, neque Christi, neque Sanctorum
veneratos esse. Prima ratio ducitur *ex iis
Paganis objiciunt, cum eisdem de Religione di
Ex iis, quæ ad Christianorum, super simula
objectamenta Paganos olim respondisse accepi
SS. Patrum contra Judæos disputationibus.* 3.
*quæ ex imaginum cultu oriri videntur difficulta
quam Patres solvere satagunt.* 5. *Quod Patr
à veneratione imaginum aliena docuerint.* 6. *Q
cultum reprehendant, quem nonnulli hæretici
stolorum, Mosis &c. Imaginibus deferebant.
priscarum Ecclesiarum suppellectili nulla fiat m
tio.* 8. *Quòd veteres, Christi, Paulique,
ignotam sibi fuisse fateantur veram, ac genuin
9. Quòd apud Armenos vetustissimos Schis
sint imagines.* Sed hæc & similia objectan
tur aut argumentis purè negativis; aut
pretationi & detorsioni eorum, quæ in
bus leguntur: aut denique planè incertis
similibusque flabilibus fundamentis, quæ
fiùs prosequi, instituti ratio non fert.
menis dicit ex Niceph. lib. 18. cap. 53.
esse ait Gerhardus: *Ut etiam imagines Pa
ritus S. effigient.* Item pag. 708. ex Prate
nec unicum directè stringens argument
profert. Producit quidem lib. 2. contra
stimonia Origenis, Elberitani Concilii,
sareensis, Epiphanii, Chrysost. Ampl
dori Ancyr. Optati Milevit. & Augustin
unum ex illis est, (si fortè illud Eusebii
fermento Ariano haud leviter tinctus
creatam, uti increatam aversabatur,) q
quid contra imagines Christianorum ab
rit. Origenes sicut negat Christianis re
que, ita & imagines, nempe falsos D
rantes, aut quæ velut Numina colunt
Christiani nulla talia templa & aras, ne
crificia, uti Pagani, habent. De Canone
beritano jam alibi dixi, eum variè expon
esse (etiam ex iis quæ Dallæus ex Calla
Ant. Delfino pag. 157. recitat,) quòd
tur, prohibitas illo Canon. 36. imagine
absolutè ut detestandas, sed propter præ
abusus & superstitionis, aut etiam scand
&c. pro loco, & tempore sublatas esse. S.
à Dallæo aliisque Iconomachis jactari sol

eis corruptus esse convincitur. 1. Quia ex septimæ Synodi Act. 6. constat, Epiphanium fuisse optimè affectum piis imaginibus. 2. In eadem Synodo, & Actione docetur, quomodo alia scripra, ac præcipuè Epistola ad Theodosium Imper. fuerit falsò allegata ut Epiphanii: quidni idem de Epistola ad Joannem Hierosol. credamus. 3. Ibidem dicitur, Discipulos S. Epiphanii in Cypro ejus imaginem cum multis aliis, in templo, ejus nomine erecto posuisse. 4. Si, uti ei affingitur, contra imagines scripsisset Epiphanius, ejus coævi SS. Basilius, Nazianz. Nyss. Cyrillus, Ambros. ac præcipuè Joannes Chrys. minimè hoc in eo dissimulassent. Ut taceam, absurditatem assutæ ei laciniæ seipsam prodere. Sed quid opus est percurrere singulos, cùm ipse Dallæus videatur (tacitè) retractasse omnia illa firmamenta ex Patribus deprompta, in Opere quod 13. annis post illud de Imaginibus evulgatum est Genevæ anno 1655. *De usu Patrum ad ea definienda Religionis capita, quæ hodie sunt controversa.* Ubi operosè probat cap. 1. Ægrè constare posse, quid circa nostras de Religione controversias senserint Patres, cùm pauca exstent de iis scriptas, tribus præsertim antiquissimis sæculis. 2. Scripta quæ supersunt de tribus prioribus sæculis NB. maximam partem agere de rebus alienissimis ab iis; quæ hodie circa Religionem in controversiam vocantur. 3. Patrum, verè certoque non esse, quæcumque nunc eorum nomine circumferuntur, sed pleraque iis esse afficta & supposita. 4. Genuina fuisse variis in locis adulterata. 5. Non facile esse Patrum scripta intelligere &c. Omitto reliqua. Ex hactenus allatis enim funditus subruuntur, quæ tanto molimine ipse Dallæus, Blondellus, Molinæus, aliique Calvinistæ ex Patribus contra nos proferunt.

Ad CAPUT XXV.

Bellarminus à cap. 20. usque huc accuratè discussit: Quo genere cultus imagines sint honorandæ? Amesius inquit: *Hæc Quæstio nobis jam planè esset supervacanea, nisi quòd integram Idololatria hujus explicationem à Bellar. propositam juvet audire.* Sed præ oculis etiam hic habenda est, ut aliàs etiam monui, consueta Sectariorum stropha, qua ex circumstantiis, vel modis &c. quæ inter Scholasticos controvertuntur, ipsam substantiam dogmátum se putant evertere. Quod proinde nuper monui in Anti-Musæo quæst. 10. §. 2. num. 6. hic repeto: Etsi inter Scholasticos sit aliqua sententiarum de cultu imaginum &c. varietas, id tamen nihil officere vulgò fidelium, cui sufficit, si doceatur, quòd piè & religiosè possint venerari, simul & exemplar, & ejus Imaginem, illud ut Quod, hoc ut Quo, juxta tritum illud distichon:

Effigiem Christi cùm transis, semper honora;
Non tamen effigiem, sed quem designat adora.

Itaque recitatis à Bellarm. suprà cap. 20. tribus diversis Scholasticorum, de adoratione imaginum, sententiis, frustra, & cavillatoriè Amesius pæana canit, dum inquit: *Non convenit igitur adhuc inter imaginum cultores, quomodo debeant coli. Coluerunt per multa sæcula, sed nesciunt utrum idololatriam admiserint, debito majorem cultum ipsis deferendo, an toto genere minorem debito tribuentes, sacrilegio teneantur.* 2. *Si Magistri nostri non intelligunt, quis sit cultus imaginibus debitus, misera certè est conditio plebis.* 3. *Tutiorem partem elegerunt Protestantes, qui Deum solum colunt.* 4. *Mater Ecclesia novercam crudelem sese ostendit, quæ suos filios jam tot sæculis, in tanto periculo idololatriæ, & impietatis reliquit, cum uno Canone Tridentino posset omnem scrupulum removere.* Et infrà: *Bellar. in tota hac explicatione funambulum agit, pendente vestigio ingreditur, juxta præcipitium turpissimæ idololatriæ, plebem rudem vult secum ducere, quæ subtilibus distinctionibus nescit gradus suos librare. Quid est hoc aliud, quàm ludere cum Deo & hominum animabus?* Sed sannis & scommatibus sycophanticis non *enervatur* Bellarminus! Gravius, & eruditius hanc causam Iconomachorum nuper egit Musæus Lutheranus: cujus disputationem ex cit. quæst. 9. §. 3. & 4. libet hic referre.

Sic ergo post Marcum Ant. de Dominis, Musæus Th. 185. objicit I. *Cultus ille medius inter Latriam, & Civilem habet maximum idololatriæ periculum.* Cur? *quia honor, vel honorandi actus, qui est adoratio, vel est simpliciter Divinus, vel simpliciter humanus, h. e. vel religiosus, vel civilis.* Nego: datur enim medium, si *religiosus* strictè accipiatur pro Divino, ut Bellar. evincit propos. 3. Sed instant: *Religio tendit in Deum.* Sit ita. *Ergo religiosus cultus soli Deo competit, & reliqui omnes purè humani sunt.* Nego Sequel. quia petitur principium. Sed probant: *Quia excellentia quævis humana, eo ipso quòd est in homine, humana est, etiamsi sit ordinis supernaturalis.* Resp. Neg. assumpt. nisi ludatur æquivocatione. Nam hic omnes per ly *humana*, intelligimus ea, quæ homini vel naturaliter debentur, vel ejus industria acquiruntur: superhumana autem, & Divina dona dicuntur communiter & verissimè ea, quæ supra exigentiam, aut capacitatem naturalem gratiosè à Deo nobis donata sunt, &, ut S. August. de virtutibus infusis loquitur: *quæ Deus in nobis, sine nobis efficit.* Hæc certè nemo sapiens vocat dona humana, sed Divina. Et si Philosophi, æquè ac Theologi optimè distinguunt inter actum hominis, & actum humanum, nec patiuntur actum indeliberatum hominis appellari humanum: quantò rectius nos hanc vocem non accommodamus donis purè Divinis? Unde patet, esse ineptam cavillationem, aut fœdam calumniam, cùm ex Antecedente tam falso, inferunt: *Cultum illum, quo B. Virginem Dei Genitricem, Sanctos demortuos, reliquias &c. Papatus colit, quoad rem, veram Latriam esse, adeoque idololatriam: cùm Latria non-Deo delata, aliud non sit quàm idololatria.* Ineptè, inquam, imò impiè sic colligunt: quia non modò in interno voluntatis affectu est quasi infinita differentia inter Latriam, & Duliam, sed etiam in ipso externo actu est summa distantia. Nemo Catholicus rectè instructus unquam citra scelus Idololatriæ, sacrificium obtulerit ulli Creaturæ: nemo Deo supplicans unquam rectè dixerit: *Spiritus Sancte ora pro me &c.*

II. Arguunt Th. 182. *Neque per accidens quidem imago capax est adorationis, aut venerationis illius. Ergo frustrà excusatur à Pontificiis ea Religiosa adoratio, quòd non dirigatur in imagines per se, sed per accidens.* Resp. Antecedens falsum esse patet: Tum quia homo dignus est veneratione, quia est imago sui Creatoris: cur ergo non etiam imagines Christi, & Sanctorum? Tum quia imago Cæsaris est honorabilis civili cultu; cur ergo non etiam imagines Christi, & Sanctorum cultu religioso? Tum quia imago capax est injuriæ, & contumeliæ suo modo, (per accidens scilicet & respectivè,) cur non etiam venerationis? Tum quia imagines falsorum Deorum sunt execrabiles; cur Christi & Sanctorum non essent vice versa venerabiles? Tum denique, vos Lutherani, & Calvinistæ numquid Carnem Christi agnoscitis etiam à nobis adorabilem? & tamen illa ut sic non est melior & excellentior anima nostra, præsertim sancta. Vosne ob argumentum vestrum dicetis, non coadorari Carnem Christi, cùm Christum adoratis? Non reor equidem. Subtiliora huc spectantia remittimus ad Scholasticos.

III. Arguit Musæus Th. 183. *Si distinctiones prædictæ rite observatæ vel maximè ab Idololatria culpa utcumque excusarent: illa tamen sunt ita intricatæ, & observatu difficiles, ut ne ab eruditis quidem in praxi rectè adhiberi queant.* Resp. Neg. Quomodo probas? *Ne Thomas quidem*, inquit, *subtilitatum Scholasticarum Doctor facilè Princeps,*

de ado-

de adoratione Crucis Christi, clavorum item &c. sibi constitit. Docuit enim in 3. Sent. dist. 9. quæst. 1. art. 2. Illa, in quantum repræsentant Christum Crucifixum, *adoranda esse eadem adoratione, qua Christum Crucifixum adoramus, scilicet Latria: in quantum verò sunt res quædam,* quæ contactu Christi sanctificatæ sunt, *adorandas esse hyperdulia. In 3. parte Summæ verò quæst. 25. art. 4. censuit illas posteriori etiam modo consideratas, adorandas esse adoratione Latriæ, ut ipsum Christum Crucifixum. Bellarminus etiam non parum sudavit in explicando cultu, qui SS. Imaginibus & Reliquiis debeatur, sed rei difficultate pressus, succubuit. Primò quidem communiorem Scriptorum Pontificiorum sententiam negat, eundem honorem deberi Imagini, & ejus exemplari: Et dicere populo, Imaginem Christi, vel Crucem ejus adorandam esse Latriæ cultu, illo ipso, quo adoratur Deus, non carere magno periculo:* Et addit: *Eos, qui defendunt, imagines adorari Latria, cogi subtilissimis uti distinctionibus, quas vix ipsimet intelligant, nedum populus imperitus &c. Quæ sanè ingenua confessio est!* Deinde Musæus post relatam sententiam Bellarmini ex proximo cap. subjungit Th. 184. *Legat hæc, expendat, versetque quisquis voluerit sursum & deorsum, non tamen assequetur, quæ propria ratio sit cultus, cuique imagini debiti, & quomodo in praxi eum à sui Exemplaris cultu accuratè discernere debeat, ne fortè La*triam secundùm quid, vel impropriè, analogicè, reductivè *talem, imagini, vel Cruci delaturus, per errorem ei veram tribuat Latriam, & idololatra fiat. Quid enim est* Latria secundùm quid? analogicè? reductivè? *Quænam ejus entitas? Qua in actione consistit ejus ratio propria? Quid? Annon Bellarm. ipse fatetur, unum quoad rem actum, adorationem unam esse, qua verè imaginem Christi propriè, & per se, & in ea Christum ipsum adorant? Quidni ergo Latria vera sit? cùm simul ad Christum, cui vera convenit Latria, & ad ejus imaginem terminetur. Nam fortè unus & idem numero, isque indivisus actus, qui simul defertur Imagini, & Exemplari, relatus ad Exemplar, in quod saltem indirectè, & per accidens fertur, est Latria propriè & simpliciter sic dicta: relatus autem ad imaginem, in quam primò, per se, & directè fertur, non est Latria propriè, & simpliciter, sed* Latria secundum quid, analogicè, impropriè, reductivè? Resp. Musæus umbras metuit, & trepidat timore, ubi non est timor. Nam vulgo fidelium, (multò magis eruditis,) abundè prospectum est per communem doctrinam in Catech. Tridentino traditam, in qua omnes conveniunt. Quidquid autem sit de veritate, aut probabilitate illarum opinionum, de quibus Scholastici, salva fide & charitate disceptant; item de modo, quo potest concipi & dirigi intellectus, & affectus in adoratione Crucis, Imaginum, Reliquiarum &c. futiles cavilli sunt, quibus tricatur Musæus, ut facile cuivis patebit, si aliud è contrario exemplum ponamus. Tractetur à subditis contumeliosè statua Cæsaris, (uti olim constat factum à Thessalonicensibus, è quibus hac de causa 7000. ab offenso Imperatore Theodosio M. obtruncati sunt;) Si in tali casu subditi se excusarent, dicerentque: Nulla Te Cæsar, injuria affecimus. Neque enim statua illa iners capax est venerationis, aut contumeliæ. Sicut cultum Tibi, qui capax es, mente & ratione præditus, non æri, auro, lapidi, ligno, aut cujusvis artis operi impendimus; ita nec injuriam, & contumeliam Tibi intulimus, cùm illam statuam pro libito tractavimus. Quod enim Tu ais: quod contumelia & injuria illa sit Tibi absolutè, simpliciter, per se, & propriè illata: statuæ verò secundùm quid, analogicè, reductivè, non capimus. Quid enim est contumelia secundùm quid, analogicè, reductivè? quænam ejus entitas? qua in actione consistit ejus ratio propria? Unicus & idem numero, isque indivisibilis fuit actus noster, quo, quia libuit, statuam illam insensatam dejecimus, truncavimus, dissipavimus. Hoc quid ad Te? cur ideò

reos criminis læsæ Majestatis nos agis? &c.
hac Apologia tibi videtur Musæe? Numquic
inepticent subditi illi, & iram Cæsaris duplo
succenderent? Porrò vix saniores sunt tui lu
Non vides, illos modos adorandi Crucem, I
&c. maximè qui propius à periculo superstit
esse videntur, nihil ad vulgus fidelium perti
in praxi nec ad eruditos; quibus exploratu
ctuinque est, suum adorandi modum, que
Thoma aliisque plurimis tenent, omni lab
tionis vacare; sicut & alter modus, ut tut
nior Bellarmino, aliisque placuit. Cum en
sit, posse intentionem adorandi Imaginem,
plar diversimodè formari, (vel utrumque fi
cto, vel alterutrum in recto, alterum in o
tingendo,) nihil hinc contra generale dog
siæ, de religiosa veneratione Imaginum inf
quod superstitionem & Idololatriam sapiat
stinctiones illæ à Card. Bellarmino allatæ
liandas & complanandas Scholasticorum di
piniones, omnino probæ sunt: quodsi aut
eas non capiat, nihil nostra interest; Ut
nostrum vulgus eas non assequatur; quia
est, cùm aliter sit illis abundè provisum.

Sed necdum cessat sive cavillari, sive calu
sæus, dum Th. 185. ait IV. *Absurda hæc esse
tit Bellarminus.* At profectò si hic legat
& 25. aliud non dicit, quàm: Imagines C
non quidem propriè, & per se, sed impre
accidens coli eodem genere cultus, quo
& sic putat facilè conciliari dissidentes Sch
sententias. Quòd autem Argumento quin
pinione, quæ videbatur eundem cultum sir
buere Imagini, & Exemplari,) de mor
nem, & Exemplar, relictis Peresii, & a
tionibus aptiorem substituit, quid quæso
cit? Audiamus tamen Musæum: *Distinct
quit, non tam se expedit, quàm impedit
Primò enim adorationem ita diversimodè
Christus vel in recto, vel in obliquo ponatu
est, non rudis plebecula.* Resp. In actu si
flexè, est: sed in actu exercito quid im
in plebe id reipsa diversis modis fieri, l
æquè artificiosè, ut Theologi, eos modo
stinguat. Quando ergo rudis plebs ado
imaginem &c. ritè id facit. Et Musæu
frustra sibi hic rumpit cerebrum.

Sed pergit ad *maximè capaces illius di*
larminianæ, scilicet, (quòd vel concipia
tur Christus in imagine objectivè redu
adoratio sit Latriæ, quæ feratur in Chris
imaginem solùm per accidens: Vel concip
retur imago ipsa, ita ut Christus in obli
& non in recto; & tunc adoratio quid
Imaginem per se, & consequenter in C
non est adoratio veræ Latriæ, sed longè
instat dicens: *Utraque hæc adoratio sua in
est incommoda. Prior enim si vera est Latri
solum Christum fertur, sed etiam in ipsam I
non potest non esse cum Idololatria conjunct*
(*juxta Bellar.*) per accidens *in imaginem
cum nullo modo per se, nec per accidens ve
niat factura, quilibet Iconolatra eo ipso co
triam, quo imagini ullo modo veram tribuit
rior autem, si non sit Latria vera, ac quæ de
stum ea fertur, injuria erit in Christum. Nam
sit religiosa adoratio inventa dicitur princip
sius Christi adorationem, ut ait Conc. Tri
verò non est Latria vera adoratio illa, tunc
& adorantes imaginem Christi, ut per ean
rent, jubebunt venerari & venerabuntur Ch
fertori, quàm ipsi convenit. Non autem he*

quando non debitus honor ipsi defertur. Ergo per imaginum honorationem Christus non honoratur, sed honor debitus ipsi detrahitur, & in illius locum defertur ei honor alius, infinitis modis inferior. Resp. Neutrum incommodum urget. Non prius, quia manifestè petit principium. Hoc enim præcipuè in Quæstione est: Annon imago aliquo modo, (scil. impropriè, per accidens, respectivè &c. participet venerationem, aut contemptum ipsius Exemplaris? Nos affirmamus, & manifestè convincimus ita esse. Quis enim dubitet, si imago Titii, aut Titius in effigie sua, (vel etiam post mortem ipsius corpus,) publicè suspenderetur in patibulo, aut manu carnificis redigeretur in cineres authoritate sui Principis, ob crimen aliquod grave commissum; in tali casu contemptum & ignominiam aliquo modo etiam, in Imaginem ipsam redundare? Nec puto ullum præstantem Artificem hujusmodi statuam, aut Iconem facilè elaboraturum, nisi à Principe compulsus fuerit, cùm ne quidem instrumenta, quibus carnifices suspendum, crurifragium &c. perficiunt, illorum artifices, nisi compulsi, fabricare soleant, nimirum ob ignominiam ibi apprehensam. Quodsi ergo ignominiam suo modo participat imago, quidni & venerationem? Malè etiam hunc imaginis cultum Musæus vocat *veram Latriam*; non enim est magis vera Latria respectivus ille cultus Imaginis, quàm est verus Deus, ipsa imago repræsentans verum Deum. Nec urget posterius incommodum. Falsum enim est quod assumit Musæus: *Injuriam esse in Christum, si non sit Latria vera, adoratio imaginis, ne quidem prout in Christum ea fertur*, ut patet ex Simili, quod affert Bellar. suprà cap. 20. *Nam Legatus Regis aliquando honoratur ut Legatus; & tunc ipse propriè honoratur, licèt propter alium honoretur: aliquando honoratur loco Regis, honore proprio Regibus, & tunc ipse impropriè honoratur, propriè autem Rex in ipso tunc honoratur.* Huic posteriori modo respondet adoratio Imaginis, qua concipitur, & adoratur Christus in imagine repræsentatus: & tunc si alia inferior adoratio, quàm latriæ illi exhiberetur, esset sine dubio injuria in Christum. Priori autem honorationi Legati respondet adoratio, qua concipitur, & adoratur imago ipsa, ita ut Christus in obliquo ponatur; & tunc sine dubio nulla injuria fit Christo, aut Regi, si imago & Legatus ut sic, non honorantur ut ipse Christus, vel Rex. Hoc modo nos quidem plurimùm veneramur Papam, ut Christi Vicarium, præcisè propter Christum: nemo tamen unquam adorationem latriæ ei exhibendam putavit. Quis autem negaverit, Christum non honorari, sed injuria affici, si honoretur in suis Ministris sine adoratione latriæ. Sed

Instat adhuc Musæus & ait Th. 186. *Iisdem gestibus, verbis iisdem, parique subjectione, & devotione uterque suam peragit adorationem.* Resp. Hoc esse falsum patet, quia contrarium planè supponitur in exemplo allato. Unde frustrà Musæus pro se tam verbosè adducit totum Ritum, quo nos Catholici adoramus Crucifixum in Officio diei Parasceves. Ille enim ritus præcisè respondet priori modo adorationis, quo scilicet concipimus, & adoramus Christum in imagine objectivè relucentem; aliis temporibus ferè alterum modum adhibemus, ut cùm sub Sacrificio Missæ caput inclinamus, aut aperimus ad aspectum Crucifixi. Unde verba prorsus mania hic multiplicat Musæus. Ejusdem furfuris sunt quæ Th. seq. affert ex Marco Ant. de adoratione S. Eucharistiæ, invocatione Sanctorum, veneratione Reliquiarum &c. ut jam videbimus.

§. I.

Excutiuntur cætera Marci Antonii commenta.

Hic apud Musæum contendit Th. 187. *Quamvis adorationem Creaturarum & facturarum esse per se, & natura sua periculosam, & minimum ex parte vulgi solere esse cum idololatria conjunctam.* Videamus quomodo probet intentum.

I. Inquit: *Eucharistia non potest adorari sine subtilissimis distinctionibus.* Resp. Falsum est. Qua quæso indigeo distinctione, ut Christum, quem sub speciebus latentem credo, (aut prudenter præsumo,) cultu latriæ venerer? Quòd si ipsi Sacramentarii admittunt, posse, imò oportere nudis symbolis suæ Cœnæ Evangelicæ venerationem exhiberi; cur nos Catholici non deberemus cultum Latriæ Christo D. Eucharisticis speciebus vestito deferre? *Hoc Sacramentum*, inquit Rudolph. Hospinianus Zuinglianus lib. 4. hist. Sacram. part. 1. cap. 8. *Magna cum religione & reverentia tractandum est, honesto habitu, religiosè, aperto capite, flexis genibus &c.* Quis hìc non exclamaverit cum S. Hieronymo: *Si tanti vitrum, quanti margaritum!*

Instat M. Antonius, & petit sibi explicari: *Quomodo species panis adorentur materialiter adoratione latriæ; Christi verò corpus sub illis latens adoretur formaliter; quod nec Bellarminus potuit explicare, sed aufugit & declinavit &c.* Resp. Satis clarè Bellarminus etiam de hoc puncto suam mentem declaravit, cùm cap. 23. ait: *Quòd propriè, & per se nullus honor tunc deferatur Imagini,* (speciebus Eucharisticis,) *sed soli exemplari,* (Corpori Christi,) *tamen impropriè dici potest ipsa etiam imago honorari.* Sine dubio autem coincidunt adoratio propriè dicta, per se, & formalis, sicut & impropria, per accidens, & materialis. Neque plus hìc est mysterii.

II. Ait M. Antonius: *Plebs rudior sæpè erga B. Virginem, aut aliquem Sanctum magis interne religioso affectu fertur, quàm erga Christum. Nec dicunt:* Ora! *sed:* Adjuva, salva! *Neque exprimunt, aut mente intelligunt, ut hæc fiant orando, sed ut ipsi Sancti seipsis immediatè hæc faciant; eosque rogando plurimi B. Mariæ & Sanctis se totos, totam animam, totum spiritum penitus subjiciunt, quæ est Idololatria Formata.* Resp. 1. Malè instructos subinde in hac re posse errare non abnuimus. Sed quid hæc negligentia, & culpa vel docentium, vel discentium facit ad litem nostram? A bene verò instructis id fieri, quod asserit Marc. Antonius, unde probat? Satisne est quòd temerè addat: *Non est dubium!* Equidem non inficior, quòd etiam docti, & pii quandoque sine ullo peccato possint erga Virginem Deiparam sentire teneriorem affectum, quàm erga Christum, utpote quem agnoscunt, non tantùm Advocatum, sed etiam Judicem; cùm B. Virginem non nisi ut Matrem Misericordiarum apprehendant, (ut notat S. Bernardus,) cum hoc tamen affectu teneriori potest, & debet omnino stare affectus erga Christum, appretiativè quasi infinitis partibus illum priorem teneriorem affectum erga B. Virginem excedens. Resp. 2. Esto quòd subinde supplices dicant, non tantùm *Ora*, sed etiam *adjuva &c.* nullum indè Latriæ periculum. Nam satis constat, Deum in Sanctis suis honorari, dum non tantùm per eorum preces, sed etiam per eorundem specialem operationem, innumeris, dona tam spiritualia, quàm corporalia largitus est. Verbo, omnia ultimatò ad Deum collimant, sicuti ab Eodem omnia fontaliter derivantur. Nulla hìc Idololatria, sed effrons adversariorum calumnia, aut imperitia satis affectata.

III. Quæ de nimia & exquisita SS. Imaginum veneratione publica & privata garrit Marcus Anton. sunt cariosæ Calvinistarum merces. Quid verò mirum est,

illos

illos cum Magistro suo Calvino adeò furiosè in nos Catholicos debacchari, cùm hic vix ipsimet Christo pepercerit in simili argumento. Ausus est enim impius & effrons homo, Hæmorrhoissam illam Matth. 9. vers. 20. superstitionis alicujus ream facere, & eidem exprobrare *dubitationem fidei contrariam; & excusatione carere, quòd zelo inconsiderato à via paululum deflexerit hærendo in veste &c.* Item Matth. 14. vers. 35. de illis qui fimbriam vestimenti Christi tangebant, ut sanarentur, ait idem impius: *Eos superstitione aliqua fuisse implicitos: Christum tamen eorum ruditati se accommodasse.* Idem de semicinctiis, & sudariis S. Pauli, de umbra S. Petri, & similibus dicerent isti Hagiomachi, qui ferre non possunt, ut sive Imagines, sive Reliquias, sive quidquam aliud, quod connexionem cum Christo, & Sanctis habet, propter illam connexionem, (imò propter Christum, & Sanctos ipsos,) religiosè tractemus. Sed hæc meritò ab omnibus piis Catholicis contemnuntur, & explodunture, nec solutione indigent: cùm declamationibus potiùs popularibus, quàm eruditorum disceptationibus congruant.

IV. Ait: *Sicut ab idololatria (saltem præsumptiva) non excusatur Ethnicus, etiamsi dicat: se verum Deum in suo illo simulacro præsentem adorare: ita neque crucem sub ea reservatione adorans ab idololatria (saltem præsumptiva) excusari potest.* Resp. Huic asserto nihil deest nisi veritas, & robusta probatio. Quod enim ipse ait: *Eum qui ante Crucem prosternitur &c. directè lignum illud adorare;* est petere principium: de opposito satis constat ex dictis.

V. Denique concludit & ait: *Illum adorandæ Crucis Christi modum, quem S. Thomas 3. part. quæst. 25. art. 4. tradit, ab idololatria excusari non posse, eò quòd contactus, & perfusio illa sanguinis Christi non communicet ligno Divinitatem, ut Divina adoratione sit colendum, etsi adhuc exstarent tinctura sanguinis: quia hic extra corpus ipsius non habet unionem hypostaticam cum Verbo, estque pura Creatura &c.* Resp. Jam patet ex dictis, abesse omne idololatriæ periculum, quia (quidquid sit de sanguine extra corpus Christi existente, quod huc non pertinet,) non nisi impropria Latria cadit in Crucem, & similia; Unde cùm nulla sit propriè dicta adoratio, nulla quoque potest esse idololatria.

§. 2.

Lustrantur cavilli & imposturæ Gerhardi.

Titius hìc silet, quod mirum, fortè quia Calixtus olim Catholicos ab idololatria videtur absolvisse, ut de eo conqueritur Hulsemannus. Gerhardus disp. 17. compensat. In primis enim Th. 99. *Praxis* inquit, *testatur* Pontificios *colere imagines* 1. *dedicando.* 2. *Nomen prototypi illis imponendo.* 3. *Singularem Numinis præsentiam illis affingendo.* 4. *Certorum beneficiorum largitionem ab ipsis expetendo.* 5. *Sertis & coronis ornando.* 6. *Vestimentis induendo.* 7. *Circumgestando pro avertenda peste &c.* 8. *In loco sublimi constituendo.* 9. *Altaria eis erigendo.* 10. *Templa & delubra exstruendo.* 11. *Sacrificulos præficiendo.* 12. *Ferias sacras instituendo.* 13. *Cantando.* 14. *Epulando.* 15. *Osculando.* 16. *Supplicando.* 17. *Alloquendo.* 18. *Obsecrando.* 19. *Sacrificando, ac thus adolendo.* 20. *Cereos accendendo.* 21. *Vovendo.* 22. *Jurando.* 23. *Peregrinationes ad illas suscipiendo.* At cùm Gerhardus in suo Promptuario mendaciorum, falsificationum &c. plerosque alios superarit, in hac unica Thesi videtur superare seipsum, tot palpabiles calumnias evomendo. Quis enim è Catholicis sani cerebri unquam Imagini alicui templum, aut delubrum exstruxit? Sacrificulos præfecit? ferias sacras instituit? sacrificavit? vovit? juravit? &c. Titius liberet, si potest, Gerhar-

dum à tam immani flagitio. In lib. 2. p
ipse Gerhardus pag. 682. exemplis nor
strans, dum hæc nudè recensuit num. 9.
citè calumniam agnovit.

Th. 100. & seqq. usque ad 109. & à Th
ad 129. ut antilogias à Bellarmino admissa
vel *pueriliter*, vel *flagitiosè* omnia illa con
suprà de variorum Scholasticorum opinio
mus: sed ex ibid. dictis facilè omnia con
Sicut enim stolida esset impietas adorare l
& propriè dicta quamvis creaturam: ita
sus incommodi habet, ut E. G. Christi C
go &c. impropria, & respectiva latria c
propriè, directè, absolutè, & per se cu
tur in exemplar, ut id *quod* honoratur, i
spectivè, impropriè, & per accidens ser
nem, in qua honoratur ipsum Prototypo
quæso incommodi?

At inquit Th. 109. 111. & 126. *Si veri*
gines posse coli, imò debere coli latria, (resp
ram populo illud dicere, periculo vacaret. In
cultus sum nihil, inquit *Christus* Joan. 18. *ver*
est doctrina, quæ non vult dici ad populun
Dominus, ut quæ Apostoli in aure audiera
super tectis. Matth. 10. *vers.* 27. *Et quæ p*
annuntiarent omni creaturæ. Matth. 28. *ver*
Gerhardus more suo cavillatur, & Christ
ba ad suum perversum sensum detorquet.
10. vers. 27. Christus non jubet nisi ea
care, de quibus in eodem sermone ipso
Et cap. 28. ipsemet expresse restringit ad
que mandavit servanda ab omnibus gent
quid idem Salvator non quovis temp
Auditoribus quævis mysteria censuit esse
Habet ergo locum, etiam in hac materia
plurimis abstrusioribus, ac Cathedræ
quàm rostris sacris in Concione popula
illud S. Augustini monitum lib. 1. de
cap. 16. *Utile est ut taceatur aliquod verum*
ces, juxta illud Domini: Non potestis p

Th. 110. ait: *Bellarminum per cultum*
cum, & imperfectum, quem in propos. 5.
buit, religiosum imaginum cultum penitus
probat: *Quia juxta Bellarm. cap.* 25. Sicu
go ad suum exemplar, ita cultus imagi
exemplaris. *Sed imago est Exemplar ana*
vocè: Ergo cultus imaginis est æquivocus.
Bellarminus cultum directum, absol
dictum, sed non indirectum, respectiv
dictum, hic enim imaginibus convenit
ri. Idem respondetur ad Th. 124.

Quæ Th. 113. 114. 115. 116. ex SS. C
gust. &c. contra cultum Imaginum produ
protrivit, ostendens, ea intelligi debere
propriè dicta, ut ex aliis eorundem P
vincitur. Apertè verò falsum est, quo
Idem periculum esse in cultu illo inferi
imagini, ac si homo, ut Dei Imago c

Th. 128. Gerhard. ait: *Lib. de beat. sa*
Bellarminus disputat: Humanitatem Chr
sed) hyperdulia esse colendam: *Ergo*
go Christi latria debet coli; nec propriè, n
per se, nec per accidens. Ratio, quia hu
tura in hypostasin ipsius filii Dei assum
eo constituit hyphistamenon, ac longè arct
Divinam & humanam Christi naturam,
stum, & ejus imaginem. Resp. An flagiti
Gerhardus hic agat? Titius decernat. I
tùm obiter loc. cit. ait: à Theologis
liam Humanitati Christi, per menten
nitate: nihil autem planè decernit,
sit, aut debeat. Multò minus ait,

fide affingit Gerhardus,) Humanitatem Christi non esse latria colendam. Scholastici verò hac de re in 3. part. S. Thomæ tractantes, inter se dissident. Vasquez cum nonnullis simpliciter repudiat hunc cultum hyperduliæ in Christi Humanitate per mentem præcisa. Suarez cum aliis eam admittit. Sed Car. de Lugo disp. 35. sess. 3. dissidentes sententias bene conciliat ita: ut fateatur, physicè quidem posse fieri istam præcisionem mentis, ac consequenter hyperduliæ cultum; moraliter tamen loquendo, illicitam censeri talem adorationem. Sed utut de hoc sit, Gerhardus, Antecedens prorsus *flagitiosè* Bellarmino affingit; & ex eo antilogiam *pueriliter* infert. Reliqua quæ producit, vix sunt meliora.

Ad CAPUT XXVIII.

QUod Bellarminus diversis capitibus, Amesius distinctis Quæstionibus proponit; Nos breviter sub una simplici assertione locamus, nempe: Lignum, imaginem, & signum Crucis esse veneratione digna; quod præcisè negant omnes inimici Crucis Christi, ac præcipuè Puritani Iconomachi, qui vel hac sola de causa meruerunt appellari *Turcæ baptizati*. Sed per hoc apertè produnt, se ab omnium antiquorum pietate recessisse; cùm negare non possint, jam Tertulliani ævo, hoc signum Crucis in summa veneratione fuisse, cùm hic lib. de cor. mil. & lib. 2. ad uxorem, eam venerationem referat ad Traditionem Apostolicam, uti & S. Basilius M. & alii. Idemque testantur ex ipsis Calvinistis Witackerus, Covellus, Petrus Martyr &c. Unde & Angli Protestantes in Synodo Londinensi Anno 1608. sic statuerunt: Honor & dignitas Crucis nomini acquisita & signo, vel ipsa Apostolorum ætate, (neque enim contrarium ostendi potest,) existimationem peperit honorificam; adeò ut Christiani haud multò post in cunctis actionibus suis eadem uti cœperint, eo ipso palam testatum facientes, etiam ad stuporem Judæorum, se minimè sibi pudori ducere &c. Et Burges. apud Covell. p. 130. ait: Nihil Cruci in baptismo ait extra à rigidissimis Papistis adscribitur, quod non Patres eodem tenore asseverarunt. E Gentilibus Sybilla ipsa sic cecinit:

O lignum fælix, in quo Deus ipse pependit!
Non te terra capit, sed cæli tecta videbis,
Cùm renovata Dei facies ignita micabit.

Ad CAPUT XXX.

COntra venerationem Crucis objiciunt inimici Crucis Christi I. *Crux attulit Christo dolorem & ignominiam: Ergo potiùs detestanda, quàm colenda est ab his qui Christi amore tanguntur.* Resp. Neg. Conseq. quæ bona foret, si crux Christo tantùm illa, & non simul gloriam, ac exaltationem in universo mundo peperisset; & ob hoc meritò à nobis colitur; quod etiam indicat Apostolus Phil. 2. v. 8. 9. *Humiliavit semetipsum &c. propter quod & Deus exaltavit illum &c.* Bene in eum locum ex Origene docet Corn. à Lap. quomodo Dæmon sit affixus cruci velut curru triumphali &c.

II. Objic. *Non modò stultus, sed & ingratus, impiusque putaretur filius, si amaret coleretque patibulum, in quo parens suspensus fuerit: Ergo sunt ingrati, & impii cultores Crucis Christi, utpote instrumenti, quo crudelissimè necatus est.* Resp. Antecedens est falsum in casu, quo parens non sua culpa, sed per alienam sævitiam suspensus obiisset: at si innocens id fuisset passus, ac deinde gloria miraculorum ad innocentiam parentis testandam fulgeret, certè à pio filio meritissimè honoraretur. Idem ergo hic; cùm præsertim Christus omne maledictum è Cruce abstulerit, & omnem ei gloriam super omnia signa in toto Orbe contulerit.

III. Objic. *Si colenda sunt omnes cruces, quia Christus pependit in Cruce: Ergo pari modo oportebit etiam omnia sepulchra, omnes clavos, spinas &c. imò omnes asinos colere, quia Christus asino vectus est.* Ita Claudius Taurin. antiquus hostis Crucis, à quo nostri Novatores tam subtile argumentum Arcadicum hauserunt. Sed Neg. paritas. Nam omnes Cruces sunt typi, & imagines illius primæ Crucis, & Christi in ea expansi: Sepulchra verò, clavi, flagella &c. non sunt imagines sepulchri, clavorum &c. Christi. Ratio, quia ad imaginem non sufficit similitudo naturæ, vel artis, sed requiritur, ut alterum ex altero imitatione quadam exprimatur repræsentationis gratia; ut docet S. Aug. lib. 83. qq. q. 79. Omnes autem cruces hodie à Christianis fiunt ad imitationem Crucis Christi in illa expansi, & ut tam illam, quàm hunc repræsentent. Crux enim apud Christianos non habet alium usum, quàm ut repræsentet. Secùs est in cæteris, ut per se patet.

IV. Objic. *Hostes Christi gaudebant de Cruce, & passione Domini; & amici lugebant: Ergo qui Crucem colunt & amant, imitantur hostes Christi.* Resp. Neg. Sequel. Non enim gaudemus ob cruciatus, & ignominiam Crucis, sed ob honoris, & gloriæ eminentiam, quæ inde ad Christum promanavit; & ob ingentia commoda; quibus Crux Christi totam rerum universitatem cumulavit.

V. Objic. *Si prima Crux colitur, quòd à Domino sit tacta, oportebit etiam colere labia Judæ, & manum servi illius, qui alapam Christo inflixit &c.* Resp. Neque hoc sequitur, quia labia Judæ, & manus Crucifixorum, sunt partes hominum nequissimorum, qui cùm ex libera voluntate sceleratissimas illas actiones exercuerint, non fuerunt eorum membra per contactum Christi sanctificata. Instrumenta autem passionis inanimata, liberæ volitionis incapacia, sunt innoxia, ideoque honoris aliquo modo capacia.

VI. Objic. *Superstitio est, characteribus tribuere virtutem: Sed Papistæ tribuunt signo Dominicæ Crucis vim profligandi Dæmones, & alia, quæ naturæ vires longè excedunt: Ergo sunt superstitiosi.* Resp. Major vera est de magicis, & aliis omnibus signis, quæ nec naturalem nec Divinam virtutem habent ad aliquos effectus: Tale autem non est signum Crucis, utpote quod ex institutione Dei mirabilia operatur. Instat Amesius 1. *Proferantur igitur tabulæ hujus institutionis, & finis erit hujus controversiæ.* Resp. Hæc petitio non est justa: neque enim omnia per tabulas probari debent: sufficiunt testes omni exceptione majores. Tales sunt Tertullianus, qui l. c. ait: *Si legem expostulas, Scripturam nullam invenies. Traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo firmatrix, & fides observatrix.* Idem docet Basil. M. lib: de Spir. S. cap. 37. Et S. Athanas. lib. de incarnat. Verbi: *Omnia,* inquit, *magica compescuntur, veneficia inefficacia sunt signo Crucis --- Veniat qui istorum dictorum experimentum capere velit, & in ipsis præstigiis dæmonum, & imposturis vaticiniorum, & in miraculis magiæ utatur signo Crucis ab ipsis deriso, nomenque Christi invocet, & videbit, quòd ejus rei metu dæmones fugiant, vaticinia conquiescant, magiæ & veneficia jaceant.* Hæc Athan. Sed instat Amesius 2. *Si signum Crucis dæmones fugat, ergo ex opere operato: Ergo est Sacramentum; Ergo sunt octo Sacramenta.* Resp. Signum Crucis vim istam habet, tum ex apprehensione dæmonum: Tum ex opere operantis, eo modo quo habet oratio, (nam signum Crucis est quædam invocatio meritorum Christi:) Tum ex opere operato: nam etiam Judæi & Pagani, sine ulla fide in Christum, solùm intendentes facere, quod faciebant Christiani, fugarunt dæmones signo Crucis ut constat ex S. Greg. Naz. or. 1. in Julianum S. Epip. &c. Neque hinc sequitur, signum Crucis esse Sacramentum propriè dictum: Tum quia non confert gratiam

sancti-

sanctificantem : Tum quia non habet effectum infallibilem. Malè autem hinc infert Amesius : *Ergo non est invocatio meritorum Christi : Ergo non valet ex opere operato.* Nam invocatio meritorum Christi non semper impetrat justificationem : & potest esse ex opere operantis collatum, etsi non ex lege, aut pacto infallibili, uti docet S. August. lib. cit. quæst. 79. *Nec mirum*, inquit, *quòd hæc signa valent, cùm à bonis Christianis adhibentur, quando etiam, cùm usurpantur ab extraneis, qui omnino suum nomen ad istam militiam non dederunt, propter honorem tamen excellentissimi Imperatoris valent. Cùm autem non cedunt his signis hujusmodi potestates, Deus ipse prohibet occultis modis, cùm id utile & justum judicat : nam nullo modo ulli spiritus audent hæc signa contemnere : contremiscunt hæc ubicumque illa perspexerint.*

V I N D I C I Æ

Pro Libro Tertio de Rebus, quibus Superna Hierusalem ab Ecclesia in Terris Peregrinante Colitur.

Ad CAPUT III.

GErhardus hìc moderatior Amesio, nec contra Crucem, nec contra Templa disputat. Amesius verò, ut se probet purissimum Puritanum, Ecclesiam Catholicam XV. sæculorum, ejusque ritus & cæremonias receptissimas tamquam superstitiones funditus evertere conatur. Non reor operæ pretium in hoc Compendio omnes ejus ineptias prosequi, quas hoc Cap. in templa evomit. Quid enim cuivis scurræ facilius est, quàm sannas & cavillos in omnia Christianorum sacra jacere ? Cæremonias ex se indifferentes congrua ratione rebus sacris applicare, sine dubio pium est : Exigere verò apodixes pro ejusmodi ritibus, non est hominis sani cerebri. Nihilominus non erubuit Amesius contra *ritum Christianorum antiquissimum Templa ad Orientem erigendi*, disputare, & septem rationes congruentiæ à Bellarmino allatas, totidem cavillis, sive Luciano, sive Calvino dignis, explodere. Sed hæc silentium & detestationem, nullam verò responsionem merentur. Quæstio ejus secunda : An templa Christianorum ad sacrificia offerenda rectè instituantur ? infrà Tom. III. discutietur, cùm de Missa tractabitur.

Ad CAPUT IV.

QUæstionem hìc potissimum movet Amesius : *An ad orandum Templa instituti debeant, quasi melius sit in templo orare, etiam privatim, quàm in alio?* Negativam ipse stabilire intendit. Contra quem proinde Probatur Catholica veritas ex 3. Reg. 8. v. 30. 2. Paral. 6. vers. 21. ubi Salomon affirmat, Templum factum esse, ut sit locus orationis. Et 3. Reg. 9. vers. 3. Deus apparens Salomoni pollicetur ita futurum prout ipse petierat : Ergo non est superstitio etiam privatim orare in templo, *quasi melius sit &c.* Nam superstitio numquam, & nusquam, nec in Vet. Test. licita fuit. Confirmatur ex Isa. 56. vers. 7. *Domus mea Domus orationis vocabitur.* 1. Reg. 1. vers. 10. 11. Anna precatum it ad tabernaculum, ubi erat arca Domini. Item 2. Reg. 7. vers. 18. David. Luc. 2. vers. 37. Anna Prophetissa non recedebat à templo, *jejuniis ac obsecrationibus serviens die, ac nocte &c.* Quid ad hæc Amesius? 1. Ait: *In nullis templis Christianorum collocavit Deus nomen suum, singulari suo instituto, uti in Templo legali.* Sed hoc gra-

cis assumitur, nec alio nititur fundament
li illa nænia: *Non est scriptum.* 2. Ait: *Nost*
Similia Synagogis potius Judæorum, quàm Tem
mitano. Hoc facilè concedimus de Calvi
carum Mosquæis haud dubiè similibus. 3.
pla allata ad legalem cultum pertinent. Sec
falsum esse, evincit vel solum S. Annæ
Ubi enim in Lege fuit præceptum, ut q
numquam recederet, obsecrans ibi dies,
Certè nihil hìc apparet cæremoniale, se
rale est, & spirituale; & quidem (quod
dum,) opus supererogationis, seu consil
Idem confirmatur rationibus: 1. Quia
templo magis, quàm alibi. Ergo &c. A
Anteced. Et hanc ipsam antithesim sin
tione ponit loco ultimi sui argumenti :
buit quod opponeret nostræ probationi
1. Cor. 3. vers. 16. & 6. vers. 19. Et 2. C
Vos estis templum Dei vivi. Quod Apost
per analogiam ad verum corporale temp
peculiari modo Deus habitat: Ergo nisi
postolus malè ostenderet, Deum pecul
corporibus nostris esse, eò quòd sint T
2. Quia Deus in templo citius exaudit
promissione Dei. 3. Reg. 9. vers. 3. de
monis. Nec est in hoc disparitas inter
Veteris, & Evangelicæ : imò potiùs h
mentum à minori ad majus. Si in
erat arca, tabulæ Mosis, virga Aaro
umbratilia : quanto magis in templ
rum, ubi S. Eucharistia, SS. Reliq
vantur ? Quis credat Deum preces Ec
in Dedicatione postulat, ut *in eo loco*
aperta, minus quàm Salomonem exa
tioni ut actioni nobilissimæ, locus co
sint omnia accommodata ad excitan
nem. Talis autem locus est templum.
argumenta Puritanica.

I. Obj. Ex Matth. 6. vers. 6. *Tu cùm*
in cubiculum tuum, & clauso ostio precare P
occulto. Resp. Certum est, non intelligi
cubiculum, quomodo enim aliàs jube
omni loco ? Sensus igitur est: ne quæ
gloriam in oratione, ubicumque ea f
quærebant Pharisæi. Sed hinc infert
jubet hic Christus, ut species, & media h
captanda vitentur, scil. orationes privatas
in Synagogis, & in angulis platearum
ne interpretatur: in locis publicis. Resp.
enim nec in publicis orationibus liceret
templo, ad evitandam scilicet specien
vanæ gloriæ. Sed quid, quæso, Puri
Anna Prophetissa, quæ dies ac noct
Deum in templo ? Benene, an malè ?
laudatur ab Evangelista ? Si bene, cu
cientes & docentes Amesius incusat?

II. Objic. ex Joan. 4. vers. 21. *Nequ*
neque Hierosolymis adorabitis Patrem, S
&c. Resp. Verus sensus est: tempore No
non adorabitur ampliùs in monte Ga
Samaritano, neque in Hierusalem i. e.
sed novo ritu, qui est in spiritu & veri
non consistit præcipuè in externis, &
remoniis, sed in spirituali cognitione
Amesius; *Quæstio est ex professo de loco,*
cultu: Ergo solutio Quæstionis respicit ips
cultus principatum, & errorem qualemcumq
quod Samaritana Quæstionem præcisè
tuerit, sine dubio tamen per locum pr
scire : uter esset verus Dei cultus, Jud
Samaritanorum ? Optimè autem respond
quidem templum Judæorum, (quod h

præferebatur templo Samaritanorum in Garizim,) utpote figuram futuri, deinceps valiturum, sed abrogandum: Minimè autem per hoc Christus sustulit omnia per Orbem Christianorum templa, in quibus Deus in spiritu & veritate, in Sacrificio Missæ exteriori, internisque actibus fidei, spei, charitatis, Religionis &c. colitur. Vide Conc. Tolet. annot. 19.

III. Obj. ex 1. Tim. 2. vers. 8. *Volo viros orare in omni loco*. Resp. Vel cum nonnullis Patribus latinis hoc intelligitur de privata oratione; & tunc sensus est: Non solùm in Ecclesia, sed etiam in aliis omnibus locis licitum, & utile est orare. Vel cum Patribus Græcis, & S. August. intelligitur de publica oratione in Liturgia: ita ut non uno tantùm loco, uti olim Judæi, sed in omnibus templis conveniant viri & mulieres ad orandum. Et hæc interpretatio nostram sententiam probat, cum qua etiam consentit Glossa Jenens. Lutheranorum. Sed his missis sequatur contra Amesium altera Catholica Veritas.

§. Unico.

Sacræ ædes non tantùm Deo, sed etiam Sanctis rectè eriguntur & dedicantur.

Etsi sensus communis, & continua praxis Ecclesiæ hoc assertum approbent, refragantur tamen Novatores, eò præcipuè, quòd ex Patribus primi, & secundi sæculi id non probetur. Sed præterquam quòd argumentum negativum hic prorsus nihil efficiat, certè Amesius negare nequit, Concil. Gangrense perantiquum A. C. 361. & V. Carthag. cui S. Augustinus interfuit, de iis Martyrum basilicis decreta edidisse.

Confirmatur: Quia templum Salomonis non tantùm pro oratione fuit exstructum, sed etiam pro conservatione arcæ fœderis: Atqui idem, aut major honor debetur Reliquiis Christi, & Sanctorum: uti de Sepulchro Domini speciatim asserit S. Hieron. Epist. ad Marcellam: Ergo sicut super arcam exstrui potuit ædes sacra, ita super Christi & Sanctorum sepulchra; utrinque enim est par ratio. Nec quidquam valent effugia Amesii. 1. *Quòd arca illa non fuerit Mosaica, sed Divina*. 2. *Quòd reliquias eo modo sacras nullas habeamus*. Imò plùs habemus. Porrò quod deinceps Amesius tricatur de nomine *Basilicarum*, quæ in honorem Sanctorum eriguntur, frivolum est: Quasi nempe Sancti apud nos sint Reges templorum, & non Deus! quid est nugari, si hoc non est? Numquid omnes qui regnant cum Christo in regno cælorum, sunt Reges? Et numquid Deus ipse est Rex Regum? ut de Christo & Sanctis testatur S. Joannes in Apocalypsi. Frustrà verò ad crepundia Calvinistica canitiem Ecclesiæ Catholicæ revocant Novatores. Fixum firmumque semper fuit, eritque, Templum & Basilicam non esse Synonyma: unde licèt de eadem sacra æde dicantur, dicuntur tamen sub diversa ratione. Templum enim propriè dicitur, quatenus erigitur ad Sacrificium, Basilica verò, quatenus erigitur ad ornatum sepulchri alicujus Sancti; ut Bellarminus fusè ostendit ex Patribus: quibus Puritani præter sannas, & cavillos insulsos nil habent quod reponant.

Ad CAPUT V.

MOrem antiquissimum dedicandi & consecrandi templa Novatores non ferunt; clamant enim hoc sapere Judaismum, maximè quoad tot cæremonias, quas volunt esse superstitiosas & magicas. Et Amesius quidem universaliter pronuntiat: *Cæremonias omnes religiosas verbo Dei destitutas, cum eodem Verbo, superstitioni referimus acceptas*. Atque cùm infrà, in dedicationibus consuetas singillatim enumerasset, subjungit: *Quædam horum sunt Judaica & Gentilia; alia sunt ridicula, omnia sunt nimica præsumptiones, in Verbi Divini sufficientiam, & institutionum Dei perfectionem & simplicitatem* (Puritanicam,) *planè contumeliosa. Ejusdem est media ordinare, cujus est finem dare: Ejusdem signa imperare, cujus & signata communicare*. Ita Amesius. Sed Resp. 1. Meritò templa Dei cum ingenti lætitia, & solemnitate sacrarum Cæremoniarum dedicantur: Tum quia id non solùm probat traditio, & continua praxis Ecclesiæ Nov. Test. ut constat ex Patribus à Bellarm. recensitis: sed etiam ex Vet. Test. exempla Salomonis, Esdræ, Machabæorum; cui festo annuo à Juda Machabæo instituto, etiam Christus Joan. 10. vers. 22. 23. legitur interfuisse. Neque verum est, (prout contendunt Puritani,) non convenire Christianis, ut in hoc imitentur Hebræos: Nam eæ solùm cæremoniæ Judaicæ per Christum abrogatæ sunt & improbatæ, quæ institutæ fuerant ad figurandum aliquid in Nov. Test. quales erant Circumcisio, agnus Paschalis &c. Secus est de Cæremoniis quæ fundantur in ratione naturali, quæ proinde non ad legem Cæremonialem, sed ad moralem pertinent. Unde evanescit quod ait Amesius: *Legales & figurativas consecrationes in Pædagogia veterum ex ordinatione Dei tales fuisse concedimus, sed sub Evangelio nullas.*

Sed Cur? *Cæremonias omnes religiosas Verbo Dei destitutas, cum eodem Verbo*, (Puritanica glossa interpolato,) *superstitioni referimus acceptas*. αὐτὸς ἔφα!

Resp. 2. Templum ita consecratum, meritò sanctum & venerabile, ac Divina quadam virtute præditum existimari debet. Hanc assertionem ait Amesius *meritò impiam existimari debere: Tum quia caret institutione Dei: Tum quia Divina virtus nullo modo in ligna & lapides derivari potest ex ordinatione & actione humana*. Sed nihil hæc probant. Si enim etiam cibi & alia per preces Ecclesiæ sanctificantur, (sanctitate aliqua analogica & extrinseca,) cur non similiter templa? Certè templum Judæorum Christus ipse Matth. 23. vers. 17. vocat Sanctum, & *sanctificare etiam alia in eo oblata*: quidni multò magis templa Christianorum consecrata, sancta dicenda erunt?

Virtutem verò aliquam Divinam templis consecratis inesse, rectè probatur ex absentia Dæmonum. Neque obstat cavillatio Amesii, qua infert: *Ergo omnes dæmoniaci sine exorcismis liberarentur, & Sacerdotes numquam à Dæmone tentarentur*. Id enim intelligimus non universaliter, sed ut plurimum, cùm in Gentilium fanis, Turcarum & Puritanorum Mosquæis impuri dæmones jucundè inhabitent.

Ad CAPUT VII.

INter ritus antiquissimos Ecclesiæ Catholicæ est, quòd in templis benedicantur aqua, oleum, panis, cerei &c. Sed Novatores, has esse meras superstitiones clamant: at more suo, tam impiè quàm imperitè blasphemant: neque unquam respondere possunt ad illud Apostoli 1. Tim. 4. vers. 4. *Omnis creatura Dei bona est &c. sanctificatur enim per Verbum Dei & orationem*. Quid ad hoc Amesius? Ait: *Se hoc quidem admittere, sed insuper requirere certum ritum à Deo ipso institutum*. Sed hoc est nugatorum & vecors commentum. Si enim *omnis creatura sanctificatur per Verbum Dei & orationem*, ut inquit Apostolus; nulla autem, in toto Codice Divino, extat certa formula, qua res benedicantur; apertè sequitur, juxta hos Novatores, contradictoria propositio, nempe: nullam creaturam sanctificari per Verbum

bum Dei & orationem. Ecce! quo prætensa illa simplicitas Puritanica deducat! nempe, ut sub specie puri Verbi Dei, ipsum Verbum Dei funditus evertatur. Quæ deinceps Amesius verbosè multiplicat, non eruditæ Theologi disputationi, sed popularis rabulæ declamationi convenire videntur, ideoque silentio involvenda sunt.

Gerhardus hic silet, nisi quòd sub finem disp. 17. Th. 186. aquæ lustrali opponat. *Quòd illi jam olim contradixerint (fatente Bellarm.) Waldenses & Wicleffistæ*. Risum teneatis amici! Annon *pueriliter* hinc infertur, Bellarminum esse Lutheranismi testem? Neget si audet Titius! An autem ea quæ duabus sequentibus, & ultimis Thesibus Gerhardus subjicit, plus de virili habeant, decernat idem Titius: Nam ex eo quòd Bellarm. mentionem facit *aquarum probationis, expiationis, maledictionis*, infert Gerhard. *Ergo agnoscat Bellarminus usum lustralis aquæ à Judæorum ritibus originem ducere. Item quæ probatio aquæ lustralis ex aqua illa probationis & maledictionis Mosaica?* At Bellarminus tantùm illa exempla Vet. Test. adducit, ut probet, quòd sicut illæ aquæ in Vet. Test. non fiebant per incantationem, ita nec benedictionem aquæ lustralis esse incantationem, aut veram practicam Necromantiæ, prout calumniabantur Wicleffistæ.

Ad CAPUT VIII.

PEregrinationes quoque rident Novatores, easque superstitionis damnant. Sed in primis negare non possunt, ex natura rei esse eam actionem saltem indifferentem, & ad minimum in aliquibus eventibus laudabilem. Nam Deut. 16. vers. 16. instituit Deus, ut omnes filii Israel, ter in anno, ad tabernaculum vel templum Domini peregrinarentur. Deinde negare etiam non possunt, Patribus quarti & quinti sæculi jam valde probatas, & usitatas fuisse ejusmodi peregrinationes ad memorias Martyrum, aliaque loca sancta. Frivola porrò est evasio Amesii, quòd *ex primis Patribus id monstrari non possit*. Quid mirum? cùm & pauca eorum scripta extent: & sub Gentilium tyrannide pressa Ecclesia non posset religiosas ejusmodi peregrinationes adornare; uti nec modò Catholici in Anglia, Hollandia &c. id possunt. Quamquam etiam jam centum ante Constantinum M. annis, constet ex Eusebio & Hieronymo preregrinatum esse Hierosolymas S. Alexandrum Mart. uti & S. Nicolaum, & tempore Constantini S. Helenam.

De cætero clarum est, ejusmodi peregrinationes ritè & piè institutas cedere in honorem Dei & Sanctorum non mediocrem. Est enim manifestum signum, Deum & Sanctos à nobis magni fieri, cùm laborem & pericula itinerum sponte suscipimus, ut Sanctorum reliquias invisamus: idque esse opus pœnitentiæ & satisfactionis. Non negamus, posse peregrinaturis obrepere finem minùs sincerum, & modum etiam illaudatum, sed hæc per accidens sunt. Non enim nisi de piè & ritè institutis peregrinationibus assertio nostra loquitur. Unde & evanescunt cavillationes Amesianæ in heteroclitam pietatem contortæ.

Sed objiciunt Lutherani & Calvinistæ I. *Peregrinationes istæ sunt cultus voluntarius: Ergo Deo displicent*. Resp. Anteced. est falsum, si accipiatur in eo sensu, quo Novatores communiter utuntur in illo decantatissimo suo Axiomate: *Omnis cultus voluntarius*, (idest, non præceptus,) *displicet Deo*. Hoc quippe satis eversum est tom. 1. de Verbo Dei, & supra de Conciliis. Sed replicat Amesius: *Ineptissimum glossema est, voluntarium cultum dicere, qui sine ratione suscipitur non enim voluntas in hac voce opponitur rationi, sed mandato & voluntati Dei opponitur voluntas humana, etiam quæ rationem habet*

sapientiæ. Coloss. 2. vers. 23. Resp. Volun
no opponitur rationi rectæ, quæ sempe
voluntate Dei, sive præcipiente, sive c
ve approbante. Ineptè verò Novatores
cum Calvino cavillantur, dum ἐθελοθρ
postolo rejectam detorquent ad omne illu
est secundùm voluntatem Dei præcipient
postolus cultum illum superstitiosum An
quo ibi sermo) meritò rejiciat, eò q
gravissimum errorem contra mysterium
nis; adeoque talis cultus Angelorum n
voluntatis purè humanæ, & ideò superst
à Deo apertè reprobetur. Sed de hoc j

Confirmatur autem optimè assertio
Num. 30. vers. 3. & seqq. Nempe cultu
betur Deo per actus virtutum minimè
(uti sunt vota rerum non præceptarum
in dicto sensu voluntarios, & superst
quid contra nitatur Amesius. Nimis er
quod ipse regerit: *Vota ipsa libera fuiss*
dantibus omnibus illis circumstantiis, quib
Enim verò si hìc & nunc vota fuere
go non fuerunt vota, cùm de essential
sit: promissio libera Deo facta de melio

Objic. II. *Christus nec Matth. 5. nec*
tiones ponit inter ea quæ homines beatos faciun
regrinatio non est opus necessarium ad
vel ad salutem. Amesius: *Si neque ad sal*
perfectionem, tum neque est præceptum, nequ
non est opus pœnitentiæ & satisfactionis;
dio perfectionis potest omitti, imò debet
Primum, & secundum illatum sunt m
quia, dummodo utile, etsi non necess
salutem, & perfectionem aliquod opu
consilium, & ad pœnitentiam, ac s
Tertium illatum verum est de *posse*,
bere. Cur enim oportebit omittere bo
berum?

Ad CAPUT IX

QUoniam non tam de re ipsa disput
Bellarminus, quàm cum suis, de
ta Sanctis nuncupantur, idcirco
animadvertere breviter in ejus assertiones,
sius. Sed meminisse hic debebat, Erasn
in colloquio *Naufragium* inscripto, vot
nuncupantur, irriserit, aliosque simile
miserit, meritò inter Semichristianos
ruisse. De cætero inter Catholicos nu
versia: an possint aliquo modo Vota
nuncupari; id enim jam olim factum
ex Euseb. Theodoret. Augustino &c.
venimus in hoc: Aliter promitti mur
ter Sanctis. Deo enim promittitur m
tudinis erga primum principium omni
& in recognitionem beneficii ab ipso ta
mo auctore accepti; ac proinde illa
cultus latriæ: at Sanctis promittitur
gnum gratitudinis erga intercessores,
beneficia accepimus; ac proinde illa
est actus latriæ, sed duliæ. Idcirco
superesse potest, nisi de voce Voti;
men generale, quod dicatur analog
sione facta Deo, & Sanctis; quo m
& cultus quoque se habent? an verò
ciale, quod solùm dicatur de promi
cta? sicut Sacrificium non dicitur nisi d
Deo offertur.

Dicendum ergo: Nomen Voti ex us
dicto modo Generale. Nemo enim a
Sacrifico Deo, & B. Virgini. Omnes a

Voveo Deo, & B. Virgini vel simpliciter: Voveo B. Virgini. Si petas: Cur ergo non etiam Sanctis adhuc viventibus promissio facta possit dici Votum? Resp. Disparitas est. 1. Quòd promissio Sanctis cum Christo regnantibus facta similior sit promissioni quæ fit Deo, quàm quæ fit mortali. Quod enim Deo & Sanctis beatis promittimus, non potest iis esse utile, sed nobis, adeoque tantùm fit in signum honoris, & gratitudinis; secùs est de Sanctis in corpore mortali existentibus. 2. Votum non convenit Sanctis nisi quatenus sunt Dii per participationem, quales esse certò scimus jam omnes beatos; sed de Sanctis nobiscum adhuc viventibus non certò scimus. 3. Sancti in cœlo jam sunt reipsa beati & gloriosi, filiique Dei, ac Dii quidam per participationem: at Sancti nobiscum viventes, magis in spe, quàm in re beati & gloriosi sunt, ac proinde quæ his promittuntur, non dicuntur vota.

Quæ his Amesius objicit, meræ nugæ sunt & ludibria, in æquivocatione *Religionis*, & *religiosi actus* sita, quæ ex alibi dictis facilè dissipantur. Unde cùm ait: *Creatura igitur fit objectum religiosi cultus per se. Quid est idololatria si hoc non est?* Item, cùm sub finem carpit, quòd Bellarminus Sanctos dixerit Deos quosdam per participationem; manifestè calumniatur Catholicos, quasi honorem Deo debitum tribuerent Creaturis. Sed mirum est, quòd hic Puritanus non similem calumniam Regio Psalmistæ affingere ausus sit, cùm hic de Judicibus mortalibus pronuntiarit: *Ego dixi: Dii estis &c.* Hoc nimirum est Enervare Bellarminum! In cæteris nugis, quas producit contra peregrinationes & vota, nil novum, nil viro Theologo dignum habetur. Nimirum, omnis eorum sapientia in æquivocando versatur.

Ad CAPUT X.

N*Eque hic digestas habemus controversias*, inquit Amesius. *Sequemur igitur vestigia illa Bellarmini, quæ videntur notanda.* At quid hic vocat, *digestas habere controversias*? Si idem est quod bona methodo propositas? Nihil desiderandum in Bellarmino, qui hic primò disceptat: An dies festi sint à Christianis celebrandi. 2. In particulari tractat de die Dominica, de Paschate, Pentecoste, & cæteris festis Domini. 3. De festis Sanctorum, quæ non parum oderunt Novatores, quòd idololatriam sapere eis videantur &c. ea tamen nedum ex usu quinque primorum sæculorum, sed etiam ex ratione in SS. Scripturis fundata à Bellarm. defenduntur. Quid hic non methodicum & digestum? Quodsi *digestas habere controversias* Amesio idem sit, quod apud Physicos est: Habere cibos à stomacho bene subactos & digestos? Verum dicit, sicut alibi, ita & hic *non se habere controversias Bellarmini digestas*. Sunt enim stomacho Lutherano-Calvinistico digestu nimium difficiles. Videamus tamen quid præcipuè Amesius digerere nequeat.

Bellarm. I. Festa Christianorum non solùm ratione ordinis & politiæ, sed etiam ratione mysterii celebrantur, suntque dies festi verè aliis sanctiores, sacratiores, & pars quædam Divini cultus: Amesius 1. *Nulla festa (de jure) sunt Christianorum, quæ non sunt à Christo instituta*. Sic est, nisi saltem mediatè instituta sint à Christo per suos Apostolos, eorumque legitimos Successores. Alioquin enim ne diem Dominicam quidem, nec Pascha celebrare oportebit. Ubi enim Puritani hoc nobis ex Evangelio legent? Amesius. 2. *Potest festum celebrari ratione mysterii, ut occasionis aut causæ; & tamen non ratione mysterii, ut affectionis inhærentis: sed eo respectu tantùm ratione ordinis & politiæ*. Resp. A Puritanis hoc fieri posse, transeat: sed à veris & Catholicis Christianis fieri nequit. Amesius 3. *Dies festi ab hominibus non possunt fieri sanctiores & sacratiores: quia homo non est Dominus & dispensator sanctitatis*. Resp. Non quidem possunt fieri sanctiores sanctitate vera, intrinseca: cùm hujus omnes aliæ creaturæ præter rationales sint incapaces; possunt tamen fieri sanctiores, & sacratiores deputatione extrinseca, significatione mystica, & ad cultum Divinum obligatione; sic in Decalogo edixit Deus: *Memento ut diem Sabbati sanctifices &c.* Amesius 4. *Cultus omnis verus & legitimus à Deo ipso est institutus*. Resp. Si intelligit, mediatè, verum dicit: si immediatè? cur non producit tabulas, ubi cultus diei Dominicæ, Paschæ, Pentecostes, Nativitatis legatur institutus. Sed contra diem Dominicam Amesius replicat. 1. *Ex uno die*, inquit, *non possunt probari multi*. Sed cur non? ostendat disparitatem! Amesius. 2. *Dies Dominicus non est propriè loquendo dies festus, sed majus quid: sicut Sabbatum Judæorum, ut superius quid distinguitur in Vet. Test. à Chaggim illis, quorum fit mentio Deut. 16. vers. 3.* Resp. Sit ita, ut ait Amesius. Jam sic arguimus: Si Ecclesia potuit diem Dominicam, majorem omni festo, sine præcepto Divino, (aut ostendatur hoc ex Evangelio,) instituere; cur non potuit & alia festa minora? Porrò *mystica significatio in die Dominico respectu Resurrectionis Christi*, non oritur ex natura rei, (ut insulsè putat Amesius,) sed ex mera deputatione extrinseca per Apostolos facta. Sed quid curaret Apostolos Puritanus noster, qui mox conceptis verbis profitetur: *Posse tolli solemnes dies Natalis, Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, & Pentecostes, nullo alio Religionis incommodo, quàm simplicitatis & puritatis*, (Calvinisticæ) *prima, hac in parte restituta*. At dies istos solemnes *de Apostolica traditione descendentes, & in tota Ecclesia* Christiana *semper servatos*, (ut testatur S. August. Epist. 118. & 119.) velle tollere, non potest esse Christiani, sed vel Judæi, vel Mahumetani, aut Pagani. Et hoc, ni fallor. mecum fatebuntur plerique omnes etiam Lutherani & Calvinistæ. Huc nempe tendit iste Puritanismus, ut nec vestigium maneat priscæ pietatis Christianæ, in sensus hominum occurrens. Æmulatur scilicet puritatem Angelicam, sed Luciferi.

Bellarm. II. Observatio certorum dierum festorum, rectè præcipitur in Ecclesia, lege obligante conscientiam, etiam citra contemptum & scandalum. Hæc assertio satis probata manet ex iis quæ dixi de potestate legislativa Ecclesiæ. Videamus quem hic arietem intorqueat Puritanus: *Qui non possunt facere diem festum, non possunt authoritate sua observationem talis diei præcipere: sed Ecclesia non potest facere diem eo modo festum, quo Bellarminus festum antea descripsit: quia non habet potestatem in dies, ut eorum naturam commutaret: non in sanctitatem, ut affingat illam cui gleba velit: non in animas hominum, ut imponat ipsis leges*. Ergo. Resp. Hoc argumentum laborat grandi vel inscitia vel malitia. Supponit enim, quod *facere diem festum* sit aliquis effectus intrinsecus, & physicus in ipso die. Hic verò non tam error, quàm fatuitas, aut delirium censeri potest. Supponit æquè insulsè, sanctitatem & consecrationem nullam dari, nisi quæ physicè subjecto gratiam intrinsecam conferat, contra receptissima SS. Scripturarum testimonia, quæ, loca, tempora, vasa &c. Divino cultui destinata, extrinseca quadam, & analogica sanctitate aspersa, & consecrata passim docent: Quàm verò absurdè hæc & similia ab Amesio ad Puritanismum suum tuendum, fingantur, vident etiam Theologiæ tirones. Supponit denique, nulla authoritate, nisi Divina immediata posse ullum festum præcipi: quod supra eversum est, & hic etiam ex ipsius Amesii principiis everti potest. Ipse enim hic num. 10. fatetur: *Diem Dominicum esse*

ex im-

ex imperio seu præcepto colendum. Idem toties suprà tamquam primum principium inculcat: *Nullum nisi in Verbo Dei expressum dati præceptum obligare in conscientia*. Idem nihilominus, (etsi rumpatur,) ostendere nequit, ubinam in universis SS. Bibliis contineatur præceptum colendi diem Dominicam. Apertè ergo cogitur, vel negare, quòd exstet ullum præceptum de colenda die Dominica: vel concedere, quòd id possit ab Ecclesia præcipi. Videtur tamen sibi rimam, qua elabatur, invenisse; ait enim: *Institutio diei Dominicæ est juris Divini, ac proinde imperio Dei, Ecclesiæ solo ministerio indicebatur*. At, vel per *ministerium* intelligit authoritatem imperandi divinitus Ecclesiæ collatam, & sic sentit nobiscum, & reipsa fatetur, Ecclesiam habere authoritatem, (non à se, sed à Deo collatam,) præcipiendi dies festos; Vel per *ministerium* intelligit nudam promulgationem Ecclesiæ à Deo præceptam; & sic juxta suum primum principium cogitur ex S. Scriptura ostendere: ubinam Deus præceperit Apostolis permutationem diei Sabbati cum die Dominica. Sanè Exod. 31. vers. 16. num. 28. vers. 25. severissima lex fertur de Sabbato colendo: Et si tantùm insistatur literæ, illa verba, (*in generationibus suis &c. pactum sempiternum, signum perpetuum &c.*) innuunt legem fore sempiternam, in qua dispensari non queat. Et tamen hodie non observatur etiam à Lutheranis & Calvinistis, nec debet ab ullo observari. Unde hoc? Certè non ex Verbo Dei scripto; aut si ita, legant nobis inde, sine suis glossis? Ergo ex traditione Ecclesiæ, ejusdemque præcepto. Numquam ex hoc labyrintho se extricabunt Puritani.

Bellarm. III. Pium & bonum est colere festos dies Sanctorum, qui dicantur Deo in memoriam Sanctorum, ita tamen, ut honor illorum dierum immediatè, & terminativè pertineat etiam ad Sanctos; qui honor est religionis, (ut Religio est nomen generale) non quidem Latriæ, sed Duliæ. Amesius 1. *Si pium & bonum esset instituere dies festos, tota hæc pietas melius collocaretur in tot commemorationibus factorum Christi, quot Ecclesia ferre posset, quàm ut ad Sanctos iretur*. Respond. Amesius videtur ignorasse finem adæquatum festorum, qui est, ut Deo gratias agamus pro gloria Sanctis in bonum Ecclesiæ collata, atque ut eorum exemplis ad imitationem accendamur. Prius illud in sola factorum Christi
memoratione non peragitur: neque eti
sola factorum Christi contemplatione fat
netur: cùm fragili Christiano facilè ea
repere possit nimis arduam & impossibi
actionum Christi imitationem. Unde
August. lib. de agone Christi cap. 11.
multum de nobis sentimus, dignemur imit
filius Altissimi vocatur: Si parum de nobis
deamus imitari Piscatores & Publicanos, q
sunt &c. Denique Deus in Sanctorum
nobis honoratur; & cùm illos ipse se
glorificet, cur non & nos per festiva
faciamus? Amesius 2. *Dicare diem Deo*
hominis, ne Judæi quidem in sua pædagog
nedum quòd id conveniat cultui Novi Testa
Quid mirum, in illa Judæorum Pæda
factum, cùm Sanctis Vet. Test. ante
sionem gloria cœlestis non patuerit?
siam Christianam hoc etiam tribus prim
servasse, constat ex Patribus à Bellar
quibus Amesius nihil habuit quod opp
ter næniam suam Puritanicam: *Non*
SS. Bibliis. Amesius 3. *Si honor diei fe*
Sanctum, tum pars quædam Divini cultus p
ctum; hæc enim sunt verba Bellarmini cap. 10.
pars quædam Divini cultus. Resp. Sunt
verba Bellarmini, sed fraus est Amesii
Bellarmini apertè de die Dominica, &
dicta, ad Sanctorum festa detorqueat: Q
tus Sanctorum, saltem mediatè & ultim
etiam cultus Divinus. Deinde non sequ
Amesius.) *Quòd si honor diei festi immedi*
Sanctum, tum non dicatur Deo in memoria
potiùs memoriæ Sancti in honorem Dei: u
simul decentissimè fit. Nec firmior est c
sit, cùm sic ait: *Si dedicatio diei sit hon*
ille cultus, qui in tota Scriptura Deo tribuit
Resp. enim, etsi aliqua dedicatio diei,
aliquorum Sanctorum Nov. Test.) sit d
etiam tamen sine dubio pertinet dedicat
nicæ, Paschæ, Pentecostes, itemque
Votum, Juramentum strictè sumpta,
alii actus Latriæ in S. Pagina commem

Finis Vindiciarum in Tom. II. Controversiaru

VINDICIÆ BELLARMINIANÆ IN TOMUM TERTIUM CONTROVERSIARUM.

Ad CAPUT I.

Pro Libro Primo De Sacramentis in Genere.

NON est hic in limine dissimulanda Amesii Dedicatoria, qua tam impiè, quàm adulatoriè hæresi suæ Sacramentariæ prælusit. *Summos Frisiorum* proceres, hoc est, quàm rerum humanarum peritos, tam Divinarum, & Theologiæ rudes, eosdemque partiarios Calvinistas, causæ suæ, Contra Catholicam Ecclesiam agendæ arbitros delegit. Capita verò ejus accusationis sunt hæc quinque.

I. *Sacramenta*, inquit, *& Sacramentalia varia obtrudunt mundo Pontificii pro Christianis, quorum nulla mentio in Testamento Christi. An solus ipsis testamentariis esse impunè licet?* Resp. Sacramenta, hoc est, signa efficacia gratiæ, solus Deus-homo nobis ad salutem instituit, ac testamento reliquit. Neque verò testamentum hoc aliud, quàm nuncupativum fuit; nec testes alios & testamentarios, nisi suos Apostolos, eorumque ad finem mundi successores esse voluit. Hos autem nullum, addendo, vel subtrahendo, intervertisse hactenus Sacramentum, vel ipsi Schismatici Græci cum septem nationibus orientalibus agnoscunt. Pleraque verò ut è medio tollerent, & omnia depravarent, unde Neo-Evangelici didicerunt, nisi vel à nocturno Lutheri magistro, vel à privato cujusque vertiginis spiritu?

II. *Commutationem vulgaris farinæ venditant in cælestem substantiam Domini nostri Jesu Christi. Annon inter Alchymistas illos numerari debent, qui quæstum quærunt ex impostura? Devorant quotidie, & muribus etiam nonnumquam comedendum relinquunt quod adorant: miseros Ethnicos, & Mahumetanos infœlicis illius Averrois voti damnantes:* Quoniam Christiani manducant Deum quem adorant, sit anima mea cum Philosophis. *Quæ causa dici potest, cur non pro Christianismi prævaricatoribus habeantur?* Respond Christianismi prævaricatores, & proditores meritò censentur hodie Sacramentarii præcipuè, qui sub larva nominis *Christiani reformati*, & sub cortice verborum sacrorum, totam Christi Doctrinam, Ecclesiamque, Gentilibus, & Mahumetanis exsibilandam prostituunt. Si enim rectè isti cum Averroe malunt *animam suam esse cum Philosophis, quàm manducare Deum, quem adorant*; quidni etiam rectè iidem dixerint: *Si Christiani adorant Deum unum in tribus personis, & unam personam in duabus naturis, sit anima mea cum Philosophis?* Sanè haud facilius capit ratio naturalis hoc, quàm illud; nec minùs aperta sunt hæc (*Hoc est corpus meum*) quàm illa (*Ego & Pater unum sumus.*) Verè inter tot blasphema mendacia, in libro de *Arte nihil credendi*, pronunciavit Godefridus à Valle (A. C. 1572. Parisiis ob tantam impietatem combustus, ut testatur Maldonat. in cap. 26. Matth.) *qui eam artem perdiscere velit, debere priùs fieri Calvinistam.*

III. *Sacrificare sese profitentur Christum, & de tanto facinore magnificè gloriantur. Quid aliud faceret Draco ille magnus, rufus Apoc. 12. si vires haberet odio suo pares?* Resp. Profitemur idem quod S. Andreas Apostolus coram Ægea tyranno professus est, scilicet: *Ego omnipotenti Deo immaculatum agnum quotidie sacrifico: qui cùm sit verè sacrificatus, & verè à populo carnes ejus manducatæ, integer perseverat, & vivus.* Hanc hostiam non ambit, sed horret Draco rufus cum omnibus squamis suis Puritanicis.

IV. *Papales bullas, & alias ejusdem furfuris quisquilias, credulis illis qui decipi volunt, non sine Republicæ detrimento, magno pretio vendunt. Quis hic non agnoscit circumforaneos agyrtas, quorum merces sunt animæ hominum? Apoc. 18. 13.* Resp. Fumos vendit Puritanicus sycophanta, fumo ex abyssi puteo ascendente luendos. Quis hic non agnoscat agyrtam sacrilegum, qui verba sacra (contra proprium dogma tom. 1. de mystico sensu traditum) servire facit exulcerato suo in Catholicis affectui?

V. *Sed accusatione vix opus est, ubi confessio maximi criminis habetur.* Tolerabilior (*ait Costerus in Enchiridio cap. 8.*) est eorum error, qui pro Deo colunt statuam auream, &c. vel pannum rubrum in hastam elevatum, quod narratur de Lappis; vel viva animalia, ut quondam Ægyptii, quam eorum, qui frustum panis colunt. *Hic certè, nisi omnes sensus perpetuò fallantur; nisi omnia principia rationis fallat; nisi denique fides ipsa de humana Christi natura sit falsa, confitentem habemus reum, talem idololatriam inter Pontificios reperiri; qualis in orbe terrarum numquam vel visa, vel audita fuit.* Respond. In rebus fidei, sensus omnes semper falli quid mirum? cùm fides sit supra omnem naturam. Nec ideò omnia rationis principia fallunt, cùm ex his etiam unum sit: Deum plus facere posse, quàm nos possimus capere. Et: Deo loquenti credendum esse super omnia. Multò minùs fides de humana Christi natura, per hoc admirabile mysterium fallitur, sed potiùs roboratur; cùm eundem, quem verum hominem, simul & verum Deum credamus; qui proinde, quæcumque de suo corpore, & sanguine promisit, cumulatè possit præstare. Costeri effatum (sicut illud Apostoli Galat. 1. *Sed etsi nos aut Angelus de cælo evagelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit*) procedit ex hypothesi impossibili. Tam certè repugnat Divinæ Sapientiæ, ac Sanctitati, ut Ecclesiam suam per 15. sæcula permiserit labi in stolidissimam idololatriam, quàm Angelum de cœlo falsum evangelizare. Et hæc de Præludio.

Ad CAPUT XI.

QUæ *Bellarminus ponit in definitione Sacramenti, ex Catechismo Concil. Tridentini.* (Sacramentum est res sensibus subjecta, quæ ex Dei institutione,

ne, sanctitatis & justitiæ tum significandæ, tum efficiendæ vim habet,) *illa omnia possunt admitti, si sano sensu accipiantur; de quo postea disputandum erit. Quia autem carpis multa, quæ à nostris Theologis adhiberi solent, ad naturam Sacramenti accuratius explicandam, de illis breviter dispiciemus*, inquit Amesius. Bene habet, quòd admittat nostram definitionem, quæ sanè habet verba oppidò clara, ac minimè ambigua. Mox verò patebit, quem Amesius dicat sanum sensum, nempe qui sit ad palatum à Luthero & Calvino corruptum.

Ad CAPUT XIV.

BEllarm. Satis est ad Sacramenti naturam, quatenus signum est sensibile, ut aliquo sensu percipiatur. Sufficit igitur, si auribus percipiatur, quamvis non sensu tangendi, & videndi. Amesius negat sufficere signa, quæ auribus percipiantur. *Nam* 1. inquit, *omnia Sacramenta Vet. Test. ex visibilibus signis constabant*. Esto! Sed ubi scriptum est, nullum Nov. Test. signum posse aliter institui, ac in Vet. Test.? Num quia illa non constabant verbis, etiam nostra non debebunt? 2. Ait: *Si aurium perceptio sufficeret, tum nulla differentia esset inter Evangelii prædicationem, & Sacramenta. Christus hac ratione cùm dixit paralytico*: Remissa sunt tibi peccata tua, Luc. 5. vers. 10. *administrabat ipsi Sacramentum*. Resp. Neutrum rectè infertur. Nam prædicationi deest institutio ad significandam & efficiendam justitiam: Christus verò nullo signo opus habebat ad remittenda peccata, uti ejus ministri. Amesius 3. *Omnes Scholastici ad Sacramenti existentiam requirunt elementum à verbo distinctum (illud ut materiam, hoc ut formam) secundùm illud August. tract. 80. in Joan.* Accedit verbum ad elementum & fit Sacramentum. Resp. S. Augustin. loquitur de Baptismo, non in universali de omnibus Sacramentis. De *Scholasticis omnibus* patet esse decumanum mendacium, cùm plerique omnes oppositum conceptis verbis tradant. Sane ridiculus est Puritanus, dum sensum verborum Conc. Florentini, & Scholasticorum nos vult docere. E Scripturis ne tentavit quidem probare intentum.

Bellarm. Satis est ad Sacramentum, si constet, Deum de eo mandatum dedisse, licèt in SS. literis non habeatur ita expressè. Nam per accidens est, ad mandatum, sive institutionem divinam, quòd sit scripta vel non scripta. Amesius rem ipsam negare non potest, quia nimis evidens est: opponit tamen suam næniam sexcenties protritam, & exculcatam, ac præcipuè tom. 1. Porrò frustra argumenti loco objicit hoc unum: *Non est credibile, mandatum de Sacramento aliquo datum, quod non sit scriptum*. Sed nobis & hoc, & tota fides est evidenter credibilis.

Quantùm ad promissionem Sacramento annexam, mirum est, Amesium deserta defensione sui Magistri Calvini, totum esse in tuenda definitione à Chemnitio tradita, & à Bellarm. quoad singulas ferè particulas impugnata. De tribus primis jam suprà vidimus.

IV. Particula: quòd Sacramentum debeat esse cæremonia perpetua, placet utrinque.

V. Particula; *quòd ad Sacramentum necessario requiratur promissio gratiæ*; vera est in hoc sensu, quòd idem sit promissio gratiæ in Sacramentis, & institutio Sacramenti, ut signi efficacis, seu instrumenti justificationis; falsa verò de promissione gratiæ præcedente, quæ à Sacramento, tanquam à sigillo obsignetur. Prius admittitur ab omnibus Catholicis quoad omnia Sacramenta: posterius nec est necessarium, nec requiritur in omnibus Sacramentis: certè in Baptismo non assignabitur. Chemnitius ergò

male confudit hìc utrumque, etiam pol
sum involvendo. Amesius pro Chemni
fert nisi antithesin probatione destituta
tio, inquit, *ipsa est efficacia promissa*.
num. 3. *Promissionem etiam obsignandam, [*
cedere Sacramentum, ex eo liquet, quod
dit, cujus Sacramentum ità est signum, [
nomen sortiatur. Gen. 17. Hoc falsum [
tebit.

VI. Particula: *Quòd promissio debeat* [
gno Divina ordinatione, falsa est; quia v[
Divina ordinatione annectitur, & qua
gno, ut indè fiat Sacramentum, numq
missorium, sed assertorium. Cùm enim
gitur in Baptismo, non dicitur: *Qui cr[*
ptizatus fuerit, salvus erit, (quam adve
promissionem;) sed dicitur: *Ego te bap[*
Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, q[
sunt promissoria. Idem est in cæteris S
Concio à Lutheranis & Calvinistis pr[
mentis solita, nusquam in S. Scriptura
& per accidens est, quòd subinde B[
Apostolis collatum immediatè præcesse
cione, seu instructione catechumenon
promissionis. Nihil ergo efficiunt, qua
nitio profert Amesius.

VII. Particula: *Quòd illa promissio de[*
missione peccatorum, itidem falsa est. N[
set, excluderet etiam Eucharistiam,
ordinationem, ob quam excludendam [
cramentorum, illam parvculam addidit
cùm S. Eucharistia non sit propriè instit
tenda peccata, sed ad charitatem auge
enim datur sub specie panis & vini,
vivos, non excitant mortuos. Amesi
priè instituta ad fidem alendam de remissio[
Matth. 26. v. 28. Resp. Hoc indè non o[
ope perhiermeniæ aut Syllogisticæ quod[

Hic jam antequam ad VIII. Particul
tii, infra ex instituto tuendam Bellar[
digreditur ad illam particulam ex defin[
ni (tacito hujus nomine) desumptam;
promissio ea sit benevolentia Dei. Sed hoc
ne non rectè ponitur in definitione. 1.
queretur, semper Sacramentum esse si[
teritæ, seu potius æternæ, quia per
intelligit Calvinus: *gratiam prædestinatio[*
nis longè petitum est, cùm ad hoc tu[
mesius: *Justificationem Sacramento sign[*
effectum dilectionis Dei æternæ. Hoc en[
ter sumptum falsum est, & ad rem no[
ea promissio sit benevolentiæ, seu p[
æternæ, sæpè contingeret Deum fals[
que posset quisquam alium sine pecca
Deus enim in Baptismo reprobi, test
diligere eum, quem non diligit. Quis
est de alio, an sit prædestinatus? E
quisque omittere Baptismum, vel ten
ponendo se periculo profanandi Bapt
evadit Amesius, cùm ait: *Sacrament[*
pleta testimonia salutifera dilectionis Dei,
bus rectè recipiuntur. Nam certè potest c
simè dispositus recipere Baptismum, q
ro tempore ob crimina, & impœni
netur. Quis dubitet? Et quamvis *mi[*
dem rite profitentes pro electis haberent,
Amesius,) nihilominus tamen frequ
rentur (saltem materialiter) falsum;
jussu fieri debere, est prorsus incredib[

Præcipua quæstio est: An Sacramenta [
tia obsignent instar sigilli? Bellarm. negat,
Inquit Amesius.

Hæc est VIII. particula Chemnitianæ definitionis, quam etiam Calvinus suæ inseruit. Sed Bellar. quinque argumentis illam evertit. I. Si Sacramenta confirmarent promissiones Dei instar miraculi vel sigilli, essent notiora & efficaciora ad fidem persuadendam, quàm sint ipsa Dei verba: hoc autem falsum est; ergo. Hoc argumentum planè convincit; nec Amesius præter verbosam tergiversationem (quam piget exscribere) quidquam producit, quo alterutra præmissarum quatiatur. Cumque alia arma deficiant, ad calumnias tandem convertitur. Addiderat Bellarm. Sacramenta esse nutus, & muta signa; quod sanè verissimum esse patebit apud quemvis rerum Christianarum non ignarum. Quid ad hoc Amesius; *Sacramenta*, inquit, *verbo* (hoc est, concione) *vegetata, sunt imagines vivæ, & clarè loquentes. Sed hic mira perversitas Pontificiorum est observanda: cùm de imaginibus lege Dei prohibitis quæritur, tum non dubitant affirmare*: meliùs interdum docere picturam, quàm scripturam: *& tamen Sacramenta iis sunt muta, quia scil. oculati & auriti sunt nimis in imaginibus, sed in Sacramentis à Deo institutis, planè cæci & surdi*. Hoc nempe est enervare argumentum Bellarmini! Nec leviter potest suadere, Sacramenta à textu S. Scripturæ præcisa, habere vim confirmandi promissiones verbo Dei contentas; nedum magis notificare nobis, quàm ipsum Dei verbum: nec potest ostendere, quomodo ex Sacramentis discatur, quæ sint promissiones Dei, aut quomodo magis possimus credere Sacramentis, quàm verbo Dei promissorio, aut quòd verbum Dei pendeat à Sacramentis, sicut vicissim hoc verè pendet ab illo; ad quid ergo in vanum verba multiplicat?

II. In Scripturis SS. nusquam dicuntur Sacramenta, testimonia promissionum, sed ubique describuntur, ut instrumenta justificationis. V. G. Baptismus tamquam regeneratio spiritualis. Joan. 3. Ephes. 5. Tit. 3. Eucharistia tamquam nutrimentum vitæ æternæ, Joan. 6. Non possunt autem, nisi absurdissimè ista ita exponi, ut Sacramenta regenerare, mundare, dare vitam æternam, nihil aliud sit, quàm testimonium dare divinarum promissionum. Nec ad rem facit, quòd Genes. 17. *Circumcisio* dicitur *signum fœderis*. Et Rom. 4. *Signaculum justitiæ fidei*. Et 1. Petr. 3. *Conscientiæ bonæ stipulatio*, ut paulò post patebit. Amesius: *Ubique dicuntur fœdus Dei, quia sunt signa fœderis: fœdus autem est promissio*. Resp. *Si ubique*, cur ne vel unicum locum assignavit, ubi apertè, & sine Glossis Calvinisticis, Sacramenta vocentur fœdus, & ideò quidem, quòd sint signa fœderis? Quàm præclarè verò respondet Amesius Bellarmino interroganti. Quis ferret eum, qui ita diceret: *Baptismus regenerat*, idest, *dat testimonium Divinæ voluntati? Omnes illi*, inquit Amesius, *qui scripturam* (Calvinisticè) *intelligunt, ferrent eum, qui ita diceret: Baptismus regenerat, idest, dat testimonium generationis à Deo promissæ*. Equidem, qui duas hasce enuntiationes sentit esse æquipollentes, meritò suspectus est, an loquatur ex animo, aut sanum habeat sinciput. Sed durum telum necessitas!

III. Si Sacramenta essent solùm testimonia promissionis & gratiæ, vel supervacanea, vel certè parùm necessaria essent. Nam habemus alia testimonia longè efficaciora, ut bona opera: multi enim fictè recipiunt Sacramenta. Amesius 1. *Bona opera non sunt testimonia ex institutione Divina, sed natura sua*. Esto! an hinc demitur illorum efficacia in testificando? Amesius 2. *Non sunt bona opera testimonia Dei, sed nostra*. Respondeo, Sunt testimonia, vel signa (probabilia, non infallibilia) gratiæ inhabitantis. Amesius 3. *Opera bona non sunt efficaciora testimonia, quàm sunt Sacramenta veris fidelibus efficaciter illa participantibus*. Sed, quæso, quid est illa *efficax participatio*? Num quis sensu, aut mente infallibiliter & evidenter percipere potest, se per Baptismum, aut Eucharistiam, verè gratiam sanctificantem in animo percepisse? Amesius 4. *Qui intus efficaciter baptizantur, aut pascuntur, ii soli testimonium habent à Deo*. Rom. 2. v. ult. Sed hæc glossa verbis Apostoli minimè æquipollet, cùm aliud is non dicat (juxta SS. Cyprian. August. &c.) quàm verum Judæum, & spiritualem Abrahæ filium esse eum, qui mysticè circumciditur, hoc est, à vitiis, pravis concupiscentiis, ac passionibus suis separatur.

IV. Si Sacramenta solùm essent testimonia promissionum, frustrà baptizarentur infantes, & amentes, cùm certum sit, eos non posse credere. Amesius 1. opponit S. Bonavent. in 4. dist. quæst. 2. Sed prorsus ad rem non facit, cùm tantùm dicat: Signum Sacramentale non significare parvulo; quod & nos fatemur. At si esset tantùm testimonium promissionum, deberet necessariò illi, cui testatur promissionem Divinam, innotescere. Amesius 2. *Non frustrà lavabatur Petrus, cùm Dominus ipsi dicebat*: Quod ego facio, tu nescis nunc, cognosces autem postea. Joan. 13. v. 7. Resp. Neque hoc ad rem facit, cùm neque hæc pedum ablutio fuerit testimonium promissionis Divinæ, sed exemplum, ut infrà vers. 12. & seqq. patet.

V. Si Sacramenta essent testimonia gratiæ, quæ in particulari confertur alicui, sæpenumerò falsa essent, nimirum in hypocritis. Amesius: *Non sunt testimonia completa nisi credentibus*. Præclarè! Ergone testimonii Divini veritas pendet ab hominum fide, aut hypocrisi? Testimonium omne Divinum semper in actu primo, in seipso verissimum est, etsi nullus eorum, cui in actu secundo innotescit, ei fidem adhibeat. Esset quippe hic testimonium absolutum, & non conditionatum. Tum quia, juxta Lutherum, is qui non credit verbo ministri dicentis: Ego te absolvo, vel baptizo, facit Deum mendacem; quod non fieret, si verba illa essent conditionata. Tum quia aliàs rueret fides justificans Lutherano-Calvinistarum; cùm ipsi absolutè credere debeant, se esse justos. Ergo Deus absolutè testatur, eos esse justos. Non enim debet homo credere nisi quod Deus testatur. Amesius frustrà contendit: *Conditionatè intelligi illud Dei testimonium, respectu eorum qui non credunt, & illos dici Deum facere mendacem ex natura facti: quia non credunt efficaciter illud verum esse, quod cum conditione affirmatur*. Sed hoc repugnantiam involvit. Si enim Deus non nisi sub conditione promittit gratiam: Ergo non teneor absolutè credere Deum in Sacramento illa conferre: Ergo non facio Deum mendacem, si non absolutè credam me justificatum. Non negat autem Amesius, *teneri se credere absolutè, se esse justum*; Quod enim addit, (*non nisi mediante fide in Christum, qua sunt justi, vel consequenter ad illam*,) quid, quæso, ad rem facit? Evidenter ergo convincunt, quinque hæc argumenta (etiam singula in solidum) frustrà fingi illam rationem sigilli in Sacramentis.

Ad CAPUT XVII.

I. OBjiciunt Lutherano-Calvinistæ: *Circumcisio expressè dicitur, Rom. 4. vers. 11. Sigillum justitiæ fidei receptæ*. Bellarm. 1. Quæ de sola circumcisione dicuntur, non rectè trahuntur ad omnia Sacramenta, nisi constet, quòd spectent ad naturam Sacramenti in genere. Nam habet quidem hoc commune cum omnibus Circumcisio, quòd sit *signum*, sed non, quòd sit signaculum promissionum gratiæ. Bellar. 2. Apostolus non vocat circumcisionem signum promissionis, sed: *Sigillum justitiæ fidei*. Vel quia sub figura & typo Circumcisionis illius carnalis, velabatur Circumci-

cumcisio cordis, (ut ait Origenes;) Vel quia fuit data Abrahamo in signum justitiæ, quam sibi acquisierat, ut docet Chrysost. &c. Neque est hoc *miserum effugium*, ut vult Amesius, cùm nihil aliud ex eo textu evincatur. Locus ex Genes. 17. nihil ad hanc rem facit. Falsum etiam est: *Apostolum statim subjungere, paternitatem Abrahami fuisse aliquo modo obsignatam*. Nam v. 11. plus non dicit, quam quòd Abraham ideò multis annis, post adeptam justitiam signum acceperit Circumcisionis, ut haberet carni impressum signaculum justitiæ, quo Deus toti mundo testatum volebat, certam, legitimamque esse justitiam Abrahæ, quam adhuc præputiatus acceperat per fidem. Voluit autem Deus ideò Abrahamum justificari sine hoc prævio signaculo, ut hoc suo facto esset pater, magister, auctor & exemplar omnium credentium, tam præputiatorum quàm circumcisorum. Versu autem 13. ait Apostolus: Promissionem Abrahæ, & semini ejus, (quòd nempe hæres & Dominus futurus esset totius mundi, scilicet per filium ejus Messiam,) factam esse, non per legem, idest, non sub conditione, si cæremonias legis Mosaicæ servaret; sed per, & propter justitiam fidei, quam nactus erat credendo & obediendo Deo. Hoc verò apertum satis Apostoli dictum Amesius truncando, ad suum intentum detorquet. Jungit sanè Apostolus *justitiæ fidei promissionem*; Sed non qualem hic fingunt Lutherano-Calvinistæ de gratia, & benevolentia in prædestinatos, sed de Dominio totius mundi, ipsi ejusque semini per Messiam obventuro. Quid hoc ad Sacramentum? Bellarm. 3. Fuit hoc privilegium solius Abrahæ, ac proinde Circumcisio in aliis quibuscumque non erat testificatio justitiæ, ut volunt hæretici: Cæteris autem Judæis Circumcisio erat quidem signum quoddam, quod scil. essent filii Abrahæ, sed non erat illis sigillum justitiæ fidei, sicut nec omnes Judæi erant patres multarum gentium. Amesius: *Hoc directè adversatur verbis illis Dei, Gen. 17. v. 10.* Hoc est fœdus meum inter me & vos, & semen tuum post te. *Hoc etiam justitiam ipsam fidei soli Abrahamo obsignatam fuisse fingit, & sic evertit argumentum Apostolicum ab Abrahamo ad alios deductum*. Resp. Non Bellarm. adversatur etiam indirectè verbis illis Dei, sed Amesius hæc violentè ad sua phantasmata detorquet. Nam fœdus, quod ibidem Deus dicitur inire cum Abrahamo, & posteris, erat hoc, ut hi illum semper pro Deo haberent, colerentque, ac vicissim illis Deus hæc tria præstaret. 1. Ut multiplicarentur. 2. Ut terram Chanaan possiderent. 3. Ut ex semine Abrahæ Messias procrearetur. Nihil ergo hinc præsidii est illi fictitio promissionis sigillo. Quod confirmatur. Tum quia Paulus distinguit signum à signaculo seu sigillo, ut indicaret, Circumcisionem semper, & omnibus esse signum quoddam: non tamen nisi Abrahæ fuisse sigillum justitiæ. Tum quia, cum S. Scriptura sæpissimè loquatur de Circumcisione, nusquam tamen nisi hic Rom. 4. vocat sigillum, manifesto argumento, soli Abrahamo Circumcisionem fuisse sigillum. Sanè si respectu omnium circumcisorum fuisset sigillum, debuisset Apostolus Roman. 3. illi interrogationi: *Quæ utilitas Circumcisionis*; primo loco respondere: Quòd sit sigillum divinæ promissionis, at hujus ne meminit quidem. Vana autem est evasio, & instantia Amesii: *Quòd similiter potuerint Judæi respondere: Scripturam nusquam dicere, fidem fuisse imputatam ad justitiam, nisi uno in loco, ubi agitur de Abrahamo, indeque argumentum manifestum esse, soli Abrahamo fidem imputatam ad justitiam*. Rectè hoc solvit ipse Amesius ex Apostolo vers. 23. *Non scriptum est propter eum solum*. Adde & vers. 11. *Ut reputetur & illis ad justitiam*. Si similia pro suo testimonio promissionis, & sigillo Sacramentario nobis ex Scriptura ostenderet, rem confectam daret. At hic altùm siletur.

II. Objicitur *Genes. 9. Iris dicitur signum*
Deum & Noe. Et cap. 17. Circumcisio dicitur
deris inter Deum & Abraham. Ergo & Bap
& Eucharistia sunt sigilla confirmantia pactum
sionem Dei. Bellarm. Illa fuere signa co
va, non confirmativa; sicut etiam Bapti
charistia sunt signa commemorativa passi
tis Christi. Fuisse autem illa tantùm co
va, patet: quia ita pendebant à verbo
quis verbo non crederet, non etiam crede
signa; & contrà, si quis crederet verbo
illis signis. Ad hoc non habuit quod re
mesius; tantùm pro sua antithesi instat
fuissent tantùm commemorativa, tum nil pr
rum spectassent, quod est manifestè falsum
quela illius hypotheticæ nulla est. Nam l
memorativum signum spectat etiam pr
rum, quo est commemoratio præteritæ
hæc enim rem futuram spectat, ideoque
memoratio. Sed instat Amesius: *Inter h*
tum est, ut pacta sanciantur signo externo:
Deum ac homines. Resp. Disparitas est, c
fallere, aut oblivisci possunt; neutrum
certissimi sumus. Nec ad rem facit, q
dicit Amesius: *Deum descendere sua cura*
ut tamquam ex contractu obligatum exhib
Sit ita. Quasi-contractum aliquem inter
minem facilè damus; sed signum confir
vum promissionis hinc non evincitur.

III. Objic. *In Baptismo non ablutio c*
scientiæ bonæ stipulatio nos salvos facit. H
tio est testificatio, quæ fluit ex testificatione
mento Baptismi. 1. Petr. 3. Respond. Hic
prætetquam quòd valdè obscurus sit,
pretationes admittat, nihil favet adver
bis; etiamsi per interrogationem (*ἐπερ*
pulationem, ut vertunt Calvinistæ, acci
nium seu pactum. Hoc enim S. Petrus
Dei, sed nostræ conscientiæ. Proban
incumbit: Sacramentum esse sigillum
pacti Divini; quod hic minimè præs
S. Petrus non dicit: Baptismo obsignari
salvari animas, & effici justificationem
tur testimonium bonæ conscientiæ: A
nia fatetur, sed putat *argumentum ta*
mum, quia testimonium conscientiæ, vel
fluit ex testimonio Spiritus Dei. Rom. 8.
Etiam hæc evasio non facit ad rem:
tus Sanctus cor justi inhabitans & pa
monium persubeat spiritui nostro (con
babile, & ad summum, moraliter
simus filii Dei, hoc tamen testimoniu
ab illo, quod fingunt esse in Sacrame
vel exemplo infantium baptizatorum.

Ex hactenus disputatis perspicuum est
Sacramenti initio allatam omnino pro
nec Amesius difficebatur; qui interim
sensum ei affingere voluit, cam mag
illustravit; confirmavitque verissimum
eum dogma de signo Sacramentali gr
in quod unicè evertendum, velut in
mant varia variorum Novatorum co
tura, & definitione Sacramenti.

Gerhardus disp. 18. Th. 16. *puerilite*
tiosè dicit: Bellarminum concedere Lu
mentum, eo quòd per *conscientiæ bonæ*
intelligit, *pignus & arrhabonem*. At si t
locus inspiciatur, patet eum longè ali
gere, ac Lutherani. Unde Bellarm. n
expositio non favet hæreticis, ut patet.

Th. 19. & 20. ait: Bellar. concedit
menta non raro vocare signacula vel

rum infert pueriliter Gerhardus : *Ergo agnoscat Bellar. Patres nostram confirmare sententiam.* At quæro cur? Numquid verum est, quod subdit Bell. Patres nequaquam velle, quòd Sacramenta sint *signacula Divinarum promissionum*; Sed ita vocare, vel 1. Quia obsignant fideles, & quasi nota quadam separant ab infidelibus. Vel 2. Quia claudunt intra se rem sacram, hoc est, invisibilem gratiam. Vel 3. Quia Baptismus est publica testificatio fidei ejus qui baptizatur. Vel quia perficit, & absolvit hominem fidelem. Gerhardus verò præter has tres signaculi acceptiones, è Patribus nec unicum pro suo signaculo promissionum producere potuit. Numquid ergo pueriliter iterum ineptiit? Et adhuc amplius, cùm tribus Thesibus seqq. ex eo, quòd Bellarm. lib. 2. cap. 8. dixerit: Sacramenta nos certos reddere de gratia Dei; & remissione peccatorum &c. infert: *Ideò esse ea divinarum promissionum & fidei nostræ signacula &c.* Nam hæc operantur objectivè, quod non competit Sacramentis, sed tantùm efficiendo reipsa quod significant. Ex hac autem certificatione morali de gratia, quam habemus ex receptione sacramentali, non nascitur, nec connexa est necessario ratio sigilli objectivè testificantis promissionem Dei: hæc enim ex Verbo Dei habetur.

Th. 25. Sic arguit: *Juxta Bellarm. Sacramenta ex Divina institutione habent annexam promissionem gratiæ justificantis: Ergo eandem in cordibus nostris confirmant.* Resp. Neg. illatio. Numquid etiam in infante, aut amente baptizato habetur annexa ea promissio? an ideò illi eam percipiunt?

Ad CAPUT XVIII.

CAtholica assertio est: Sacramenta constare rebus ut materia, & verbis ut forma. Quid autem nomine materiæ & formæ hic veniat, mox exponetur. Quod hic in limine tricatur Amesius de forma Sacramenti metaphysicè considerata, scilicet *Unione illa relativa inter signum & signatum*, verum quidem est; sed de hoc non hic versatur quæstio, sed de partibus essentialibus quasi physicis. De quibus proinde asserendum

I. Sacramenta veteris legis probabile est non habuisse res & verba, sed solas res. Ratio: quia nulla fit mentio verborum in ritu circumcisionis, Agni Paschalis &c. Amesius nihil ex Scriptura in contrarium proferre potest, & tamen oggannit: *Nec concipi potest Sacramentum sine verbo, vel expresso, vel intellecto.* Resp. Si hoc intelligatur abstractè, de verbo sive mentali, sive vocali; item de verbo, quod jam dudum præterit, facilè damus assumptum, sed hoc nihil ad rem facit. Nam institutio Divina Sacramentalis, non constituit hoc intrinsecè.

II. In Sacramentis omnibus Nov. Test. inveniuntur res ut materia, verba ut forma. Amesius: *Matrimonium igitur & Pœnitentia non sunt Sacramenta novæ legis, quia non constant omnino ex rebus & verbis, nedum ex iis, quæ à Deo in talem finem sunt instituta.* Resp. Neg. assumpt. ejusque probatio. Pœnitentia pro materia habet rem, scil. contritionem confessione se prodentem, & verba absolutionis pro forma: Matrimonium (juxta probabiliorem opinionem) pro materia habet corpora sponsorum, pro forma, consensum mutuum signis expressum; ut pluribus infra de singulis.

III. Non solùm quod est materiale in Sacramento, sed ipsum totum Sacramentum rectè dicitur constare ex rebus ut materia, & verbis ut forma. Huic assertioni Amesius silendo acquiescit.

IV. Ut Sacramenta dicantur constare rebus, & verbis, non est necesse, ut res non sint verba, & verba non sint res: sed satis est, ut aliquid fungatur vice rei, aliud vice verbi. Hic Amesio campus aperitur cavillandi; sed mox præcluditur, si observes longè aliter se habere materiam & formam in compositis physicis, aliter in moralibus, & artificialibus; ubi sufficit ex voluntate instituentis, ut materiæ vel rei vice habeatur id, quod est magis indeterminatum; formæ & verborum vice, quod est determinativum. Hoc evertere debuisset Amesius, & non cavillari, omni Scriptura, & ratione destitutus.

V. Non est necesse, ut in omni Sacramento res & verba ita conjungantur, ut partes essentiales ejusdem rei: ut patet in Sacramento Eucharistiæ, quòd cùm consistat in re permanente, non exigit etiam moraliter coexistentem formam, seu verba consecrationis, sed sufficit ea præcessisse. *Monstrum hoc*, ait Amesius, *esse Logicæ, & sanæ rationis, res & verba unum constituere effectum, vel compositum, tamquam causas intrinsecas materiam & formam, & tamen numquam conjungi. Sed debet hoc dari transsubstantiationis &c.* Sed nihil hic esse monstri, præter Sacramentariorum incredibilem cavillandi libidinem infra constabit. Oblitus jam tum fuit Amesius, quod paulò ante circa 1. assertionem contenderat: *Non esse probabile, in Sacramentis veteris legis defuisse verba.* Atque ut hoc tueretur, confugiebat ad verba institutionis, quæ aliquot sæculis sæpè præcesserant præsentem circumcisionem, & Pascha: Quidni ergo hic potiùs idem admittat?

Ad CAPUT XIX.

I. OMnes Catholici asserunt: Verbum Sacramenti esse pauca quædam verba à Deo præscripta, quæ super materiam à Ministro pronuntianda sint, ut in Baptismo illa verba: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Amesius nihil habet, quod vel ex Scriptura, vel ex Ratione opponat, præter nudam suam antithesin verbosè expositam.

II. Non solùm in Baptismo, sed etiam in cæteris Sacramentis requiruntur verba in ipsa celebratione mysterii. Annuit quidem Amesius, respuit tamen *verba insusurrata, & certam eorum formulam*; putatque se id evincere *ex Sacramento Matrimonii, quod juxta omnes Scholasticos non exigit verborum formulam.* Resp. Disparitas est, quod matrimonium sit simul contractus civilis, unde quidquid ad hunc sufficit, sufficit quoque ad rationem Sacramenti. Ergo cùm contractus perficiatur etiam nutibus, scripto, &c. etiam sufficit ad perficiendam rationem ejus Sacramenti.

III. Non requiritur verbum concionale ad essentiam ullius Sacramenti. Amesius: *Concio quidem non requiritur, nisi ad bene esse Sacramenti; sed verbum aliquod concionale, id est, instructionis, de natura Sacramenti requiritur ad essentiam ejus rite celebrandam, quia significatio Sacramenti non potest celebrari sine hujusmodi verbo.* Resp. Hæc nequeunt consistere: nam ad quid opus est instructione, cùm baptizatur infans? aut etiam adultus jam diu antè planè edoctus de mysteriis fidei? Cùm jam vulgò constet, hederam esse signum vini vendibilis; numquid stultesceret, qui hederæ putaret addendam epigraphen hanc: *Hedera hæc significat vinum vendibile?*

IV. Requiritur ad essentiam Sacramenti certa forma verborum, quæ non tam instruat circumstantes, quàm consecret, & sanctificet elementum. Amesius 1. *Non opponuntur instructio, & consecratio, quia per instructionem circumstantium de elementi destinatione ad usum sacrum, elementum ipsum, ex parte saltem, consecratur.* Resp. Ex dictis constat, instructionem præsentem numquam per se requiri ad Sacramentum hic & nunc ministrandum, & suscipiendum. Illa verò

conse-

consecratio per verbum instructionis planè commentitia & ridicula est. Quod addit: Tam, & quàm *non habere locum*, ubi nullo modo *instruuntur circumstantes*, facilè damus, ut simpliciter dicatur, requiri sola verba consecratoria ad essentiam Sacramenti. Quinque probationes Bellarminianas ut efficaces videtur tacendo agnoscere Amesius. Ne tamen caussam Lutherano-Calvinianam prodere videatur, totus est in eo, ut ostendat: *Verba certa à Domino non fuisse absolutè præscripta*. Sed quis Catholicorum universaliter hoc docet? Numquid plerique omnes tenent, in plerisque formis sufficere verba æquivalentia? Tergiversatur ergo, & pugnam hìc declinat. Porrò illud miræ confidentiæ est, quòd putet se persuadere posse: *Ex his* Apostoli *verbis*: Benedixit, ac fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, *efficacissimè probari, verba illa, quæ in Sacramento sunt consecratoria, non esse paucula quædam præscripta, sed præcipuè verba orationis, quæ non sunt scripta*. At quænam, quæso, sunt illa *verba orationis non scripta*? Quonam argumento hoc evincitur? Ego sanè nec probabiliter suaderi video.

Ad CAPUT XXI.

BEllarm. Non solùm res, sed etiam verba in Sacramentis Nov. Leg. à Deo determinata sunt, ut non liceat quidquam immutare. Quod de *mutatione ipsius sententiæ substantiali intelligimus*; & sic acquiescit (deserto Luthero, ac Brentio) Amesius. Ne tamen nihil contradixisse videatur, subdit illustrem calumniam: *A Pontificiis*, inquit, *perniciosæ mutationes sunt, & fieri jubentur, sicut omnes norunt*. Sanè omnes novimus, hanc esse obesam calumniam, quam nec unico exemplo ex scriptore Catholico probat. Nam quæ ex Alens. & Vasq. recitat, nihil prorsus ad ejus mendacium fucandum valent.

Deinceps in cap. 25. deserit Lutherum & Calvinum indefensos.

Ad CAPUT XXVII.

AD quæstionem: Num intentio ministri sit necessaria ad Sacramenti perfectionem essentialem? Respondet Bellarm. Requiri intentionem, vel actualem, vel virtualem faciendi, quod facit Ecclesia vera, quæcumque illa sit: Vel, quod Christus instituit: Vel, quod faciunt Christiani. Amesii verba in Editionibus Londinens. & Amstelodamens. valdè variant. Hæc enim ultima de Anno 1658. plus quàm duplo sunt auctiora: Præter externam expressionem intentionis administrandi Sacramentum, etiam aliquam internam, sed materialem de rebus, & verbis institutis adhibendam, (quam solam requirit Catharinus, & nemo qui externam actionem vulgari modo sciens volens exercet, habere non potest;) sed non requiri ad essentiam Sacramentorum internam illam formalem, quam Bellarm. vult, ne quidem in minimo ex illis tribus gradibus, quos statuit Vasquez in 3. part. disp. 138. cap. 3. Sed

I. Probatur assertio Catholica. Quia verba possunt habere varias significationes: Aliquid igitur ad veram significationem determinandam requiritur: Sed nihil fingi potest, quo determinetur, nisi intentio Ministri: Ergo. Amesius: *Non opus est fictione. Christus ipse determinavit mysterium totum. Non solemus inquirere in præconis intentionem, cùm aliquid denuntiat alterius jussu: Satis est intelligere intentionem auctoris jubentis*. Respon. Amesius consequenter errat. Posito enim, quòd ministri Sacramentorum meros præcones agant, & recitativè Evangelii verba denuntient, verum est, alia intentione opus non esse. Sed quo-

modo hoc probat? ne conatur quidem.
supra agnoscere debuerit, formas Sacr
non continere verba concionalia, sed co
negare hìc non poterit, intentionem
necessariò exigi in Sacramentis.

II. Probatur: Ministri Sacramentorum
menta DEI, sed animata, & ratione
cùm Rex constituit præsides, & judices
qui nomine suo jus dicant: In talibus a
ritur voluntas, & intentio exercendi act
enim verè est absolutus, quem judex a
intentione, licèt exterius videatur absol
sius 1. *Eadem planè ratione, Evangelii præ
ret esse talis, si intentio mentalis tolleretur,
tera omnia adessent*. Resp. Hoc falsum esse
proximè dictis: Prædicatio Evangelii et
tacum posset fieri, sicut per codicem Ev
Parùm enim, vel nihil ad rem facit, q
externis innotescat. Amesius 2. *Hac ratio
cessaria foret in ministro intentio finis, aqu
quod tamen Bellarmin. cum maxima parte S
negat*. Resp. De fine extrinseco operis ne
etiam Judex, etsi ex pravo fine sente
dummodo hanc intendat, per pravum
non reddit irritam aut iniquam. Porr
quod subdit: *Rationem fallaciæ in eo late
ges Dominium aliquod in suos judices confer
ctiones ab ipsis exercendas: Sed ministri s
pensatores earum rerum, quarum Dominium
in Christo solo*. Resp. Non fallaciam de
vit Amesius, sed fallit ipse, vel fallitur.
minorem libertatem ministri habent in
nes, ac judices civiles, si de libertate
agatur, si verò de libertate ab obligatio
constat, utrosque teneri legitimè proced
validos efficiant. Sed ad promulgation
cumque, & quæ infallibilitatem non
tale requiritur.

III. Probatur: Verba practica non su
nisi dicantur ab eo, qui habet potestat
luntatem faciendi, quod verba significa
ba Sacramentorum sunt practica: Erg
*Sunt verba practica Christi, & efficacia e
ejus potestate, non ex intentione Ministri*. I
Christi, ut principalis: Sunt Sacerdo
stri, & instrumenti animati, ac rat
qui proinde eosdem actus sacramental
nere serio, aut joco, cum, vel sine in
tate operandi, ut minister Christi, a
quidquid jam sit: An actio ministri e
physicam instrumentariam, an verò n
tùm efficientiam respectu gratiæ.

IV. Denique probatur veritas ex absu
opposita sententia sequuntur. Nempè
aliquem sanitatis causa, Deum invoca
tismi, eum baptizaret. Item ad lecti
verborum in mensa: *Hoc est corpus meu*
nis mensæ esset consecratus, &c. Ame
*qui, quia externa operis intentio requiritur
quamvis non interna intentio ministri opera*
hoc non dixisset tantùm, sed ex SS.
cuè ostendisset, rem confectam habui
cum Suarezio, & aliis, potuisse Chri
tuere Sacramenta, ut sufficeret illa
materialis efficiendi eam actionem ex
moniæ sensibilis; at de facto ità à C
tum fuisse, nullo Scripturæ testimonio
ne evincitur, ut magis patebit ex obje
tione.

Ad CAPUT XXVIII.

I. OBjic. hæretici: *Verbum Dei nusquam requirit internam ministri intentionem ad suum effectum producendum: Ergo nec Sacramentum.* Resp. Neg. Sequel. Disparitas est. 1. Quia ad excitandam fidem nulla requiritur efficientia, sed nuda significatio, quæ etiam à psittaco præstari posset. 2. Quia verba concionalia sunt speculativa, sed sacramentalia sunt practica. Amesius instat 1. *Significatio ipsa non minùs determinari debet in verbo, quàm in Sacramento. Sed ex hac determinatione Bellarminus antea probavit necessitatem intentionis.* Resp. Determinatio vocum est ab antiqua institutione, & quasi contractus cujusvis gentis, ideoque non jam à singulis loquentibus fieri debet, cùm (ordinariè loquendo) non possimus, nisi in consueta significatione verbis uti absque labe mendacii. Quia verò non præsumitur hoc fieri ab hominibus bonæ fidei alteri loquentibus, ideò præsumitur consueta verborum significatio. At quia verba sacramentalia citra collocutionem vario fine usurpari possunt, E. G., ad jocandum, ad decipiendum, vel ad efficiendum quod significant, ideò in his requiritur determinatio interna proferentis. Amesius 2. *Efficientia potentis brachii Dei requiritur ad fidem per verbum ingenerandam, & excitandam.* Rom. 1. vers. 16. Esto! Requiritur tamen etiam exterior prædicatio, juxta illud Rom. 10. vers. 15. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo audient sine prædicante?* Amesius 3. *Verba concionalia sunt speculativa tantum Sophistis παραλογιζομένοις.* Jacob. 1. vers. 22. Resp. Vel nescit Amesius quid sint verba speculativa, & practica, vel perspicuè nugatur. Nec verum est; *omnem practicam efficaciam tam verbi, quàm Sacramentorum, ab uno, & eodem spiritu, & voluntate DEI* ità *pendere*, ut hic principalis auctor non velit etiam simul ab iis ministris pendere, quos ipse per Apostolum 1. Corinth. 3. *Adjutores suos* appellare dignatus est.

II. Objiciunt: *Si ab intentione ministri penderet efficacia Sacramenti, periret certitudo humana, quam fidelis debet habere de effectu Sacramenti, & consolatio spiritualis: Quia nemo potest esse certus de alterius intentione.* Resp. Certitudinem infallibilem nemo (citra privilegium) habet in hac vita, ut Tomo IV. probabitur, sed sufficit humana, & moralis, quæ facillimè haberi potest, quoties nulla rationabilis causa de intentione ministri, dubitandi occurrit, quod ferè semper contingit: & praxis ipsorummet Lutheranorum, & Calvinistarum manifestè docet, hanc certitudinem moralem sufficere ad quietem animi. Quis enim eorum in infantia baptizatus, cùm adoleverit, anxius est de suo Baptismo, de quo exteriùs, qualitercumque sibi collato, non potest habere nisi certitudinem humanam? Disparitas illa inter *factum externum*, & *intentionem internam*, quam urget Amesius, nihil nos premit, quia experimur, nostros Catholicos tam esse quietos circa intentionem suorum Parochorum, à quibus baptizati sunt, quàm homines Calviniani de externa collatione Baptismi, quæ in infantia contigit: immò meritò sunt illi quietiores, & certiores, quàm Calvinistæ, quia Catholici credunt summè necessarium ad salutem esse Baptismum cum legitima intentione collatum, quem Calvinistæ non credunt necessarium. Sed jam Gerhardum lustremus:

§. Unico.

Cavilli Gerhardini de intentione.

Gerhardus Th. 3. iterum incipit ab insulsa puerilitate. Opponit enim: *Quòd Bellarminus largiatur Lutheranis suffragium Ambrosii Catharini.* Sed quid hinc, quæso, lucrantur adversarii, quòd unus (cum submissione tamen ad correctionem) erraverit è Catholicis? Etsi Concilium integrum nationale pro so haberent, (uti habuere Donatistæ S. Cyprianum cum Concilio Carthaginensi) an ideò possent gloriari, se habere pro se Catholicæ Ecclesiæ consensum, ejusque propugnatores errorem aliquorum Catholicorum agnoscentes?

Th. 5. Arguit: *Malitia ministri nihil derogat Sacramentorum integritati: Ergo nec defectus intentionis: Quod enim de genere verum est, illud etiam de specie affirmari potest.* Resp. Defectus intentionis non quatenus culpabilis est (nam posset aliquando etiam inculpata esse) derogat Sacramentorum integritati; sed quatenus actus ministri est, non agentis more humano, & usitato, esto id contingat sine ulla culpa. Unde & solvitur sequens cavillatio. Quia etsi *nudum ministerium præstet Sacerdos*, non est tamen hoc instrumenti inanimati, sed cum ratione operantis. Nec magis urget *exemplum Caiphæ prophetantis sine probitate, sine intentione prophetandi*. Nam hæc vaticinatio fuit merè materialis (qualis & per Balaami asinam fieri poterat) Spiritu Sancto linguam ejus movente, non cor. Nil hic simile, ut supponitur.

Th. 8. & 9. sic arguit: *Intentio non requiritur in suscipiente, ut fatetur Bellarm. Ergo nec in conferente. Connexio patet ex relatione δόντος καὶ λήψεος in Sacramentis administratione.* Resp. Connexio hæc puerilis est: Si virilis, & firma esset, cur non similiter inferrem: Infanti potest conferri Baptismus: Ergo & infans potest conferre Baptismum. Connexio patet ex relatione prædicta. Aut ne ponatur vis in eo, quòd infanti desit usus rationis, dicamus ità: Ministri uxor, vel ancilla potest suscipere Eucharistiam à suo marito, vel hero: Ergo & hic vicissim potest ab illis recipere. Nugæ! Sed ex *illa ratione* necessariò illatæ. Porrò vix sanior est argutatio sequens.

Th. 12. *Deus per verbum ἀκουστὸν efficax est ad fidem excitandam etiam sine intentione Ministri: Ergo etiam ad fidem in infantibus excitandam efficax est verbum ὁρατὸν, hoc est, per Sacramentum Baptismi, etsi non accedat Ministri intentio.* Disparitas jam assignata est suprà ad objectionem 1. Amesii. Delirium de actuali fide infantium seorsim infrà discutietur.

Th. 14. ait: *Famulus distribuens aureos nomine heri sui manet minister aureos distribuens, licèt sine intentione &c.* Resp. Disparitas est, quòd impossibile sit in priori casu distribuere aureos, & non simul habere intentionem hoc faciendi: neque enim potest hic diversa actio ex diversa intentione procedere, sicut in administratione externa ritus sacramentalis potest.

V I N D I C I Æ

Pro Libro Secundo de effectu Sacramentorum.

Ad CAPUT I.

PRincipalis controversia Catholicos inter, & Lutherano-Calvinianos est: An Sacramenta novæ legis sint veræ causæ justificationis ex opere operato? sive hoc faciant physicè, sive moraliter; sive per qualitatem inhærentem; sive per solam Dei motionem: Et an sola actio illa externa, quæ Sacramentum dicitur, & vocatur opus operatum, activè, proximè, vel immediatè, & instrumentaliter efficiat gratiam justificationis, ex vi ipsius actionis Sacramentalis à Deo ad hoc institutæ, non ex merito agentis, vel suscipientis?

plentis? Hoc affirmant omnes Catholici. Amesius non malè sic contraxit statum controversiæ à Bellar. propositum, sed valdè calumniatur eundem, quòd *cautè magis, quàm talem Disputatorem decet, declinarit controversias Scholasticas de modo causalitatis*. Sed revera sapienter, & legitimè controversias Scholasticas secernit à controversiis fidei, quæ nobis sunt cum hæreticis; cùm nihil certius sit nobis, quàm dogmata fidei quoad substantiam, de Trinitate, Incarnatione, reali præsentia Corporis Christi in S. Eucharistia, & aliis similibus: de modo autem, & circumstantiis ingens opinationum varietas existat; Ex qua ipsam substantiam dogmatum quatere, est hæreticorum inconsulta temeritas; substantiam verò dogmatum credere, abstrahendo ab opinionibus variis de modo, est fidelium, & sapientum Catholicorum: unde nos Amesiana cavillatio non dimovebit. Similiter inutilis tricatio est, quam etiam hìc in limine movet Amesius: Quid præcisè, & universaliter sit *efficacia ex opere operato*: Nam etsi aliqua varietas sit inter Theologos, in quo præcisè, & formaliter consistat ea efficacia: Tamen in hoc omnes convenimus, quòd opus operatum opponatur operi operantis, seu operi meritorio: Et sic omnes asserimus, Sacramenta efficere gratiam, non ex opere bono ipsius ministri; ex opere operato autem nihil aliud esse, quàm conferre gratiam ex vi ipsius actionis Sacramentalis à Deo ad hoc institutæ. Quid in hac expositione non clarum, & sufficiens ad statum controversiæ cognoscendum? Unde cùm nu. 4. conqueritur: *Absurdè opponi operi operato meritum agentis, vel suscipientis, quasi tertium non daretur* (nempè dispositiones) absurdè tricatur in re plana, & expedita. Nam dispositio, cujus mentionem facit Alensis ab Amesio citatus, non est quid medium inter actionem Sacramentalem, ut à Christo institutam, & actionem meritoriam hominis Sacramentum ministrantis, sed planè pertinet ad causalitatem Sacramenti ex opere operato. Nam sive dicantur Sacramenta concurrere ad efficiendam gratiam effectivè instrumentaliter, (ut jam Catholici omnes profitemur,) sive quis cum Alensi, & aliis à Suarez disp. 9. sect. 2. citatis, velit causalitatem Sacramentorum ad genus causæ dispositivæ reducere, (quod quidem falsum videtur;) hæc ipsa tamen dispositio quæ fingitur, sufficientiam suam habet ex opere operato, seu ex merito Passionis Christi. Quod verò nu. 5. Amesius ait: *Falsò affingi hanc sententiam* de efficacia Sacramentorum *omnibus Catholicis*; idque ex *Bonaventura*, & aliis quos citat, & sequitur *Vasquez*, probare nititur; fallit, aut fallitur. Isti enim omnes loquuntur de efficientia morali, quam tamen etiam putant esse in suo genere veram, & sufficientem, ex opere operato actionibus sacramentalibus affixam.

Demum suam sententiam Amesius his verbis proponit: *Sacramenta omnem efficientiam habent respectu gratiæ, quam signum practicum potest habere per ullam relationem; idest, obsignant illa, rite recipientibus, divinæ gratiæ communicationem fide recipiendam: non tamen efficiunt gratiam immediatè, sed mediante Spiritu Dei, & fide*. At quid hæc sunt, nisi verba sine re? Quænam est illa gratia, quam ait efficere Sacramenta? Numquid remissio peccatorum; non per qualitatem supernaturalem animo inhærentem, sed per condonationem extrinsecam? sed hanc condonationem quomodo potest Sacramentum efficere? An ut signum movens Deum ad condonationem peccatorum? Verùm, cùm Sacramenti susceptionem (in adultis) necessariò præcedat fides, necessariò quoque præcessit gratia ipsum Sacramentum. Si ità? quomodo ergo hoc illam dicitur causare? an id quod posterius est, potest causare prius? Fides autem Lutherano-Calviniana est de ipsa remissione peccati per meritum Christi sibi gratis indulta; a-

deoque fides supponit remissionem, ut Tom
pliùs patebit. Adhæc, quomodo potest in
cramentum efficere remissionem peccatorum medi
Dei, & fide? Anne Sacramentum causa prin
Spiritus Dei, & fides ejus instrumenta? C
pè principalis est agere mediantibus instru
fides præcedit Sacramentum; quomodo erg
mediante, remittit peccata? Et numquid
mesius Th. 7. fatetur, Sacramenta esse *in*
menta? Et lib. 4. cap. 1. Th. 22. vocat ea *effi*
gratiæ? Omitto plura paradoxa ejus colori

Ad CAPUT III.

I. ADstruitur veritas Catholica ex Ma
Marc. 1. vers. 8. Luc. 3. vers. 16. J
Ego baptizo vos aqua; (ait Joannes Baptist
baptizabit Spiritu S. Ubi tanta differentia e
caciam Baptismi Joannis, & Christi, qua
aquam & Spiritum: At Baptismus Joannis
ad alendam fidem, non minùs quàm Bapt
sti &c. Nec evadit Calvinus, cùm ait:
eandem efficaciam utriusque Baptismi, sed disc
quod Joannes fuerit minister externi ritus: Chr
ctor internæ sanctificationis. Nam sic malè
baptizo: Ille baptizabit; Sed dicere debuisse
tizo: Ille baptizat. Item, si fuisset eade
que Baptismi, cur Act. 19. vers. 5. Paul
tizari Christi Baptismo eos, quos audiv
zatos Baptismo Joannis? Resp. ad primu
Christum ipsum interpretari verba illa Joan.
tem baptizabimini Spiritu S. non post multos
rùm hoc quidem facilè dicitur: At un
Christum interpretari verba Joannis?
Calvini dicto stare hoc nequit. Nam si
ait) Christus simul cum Joanne baptizab
riùs, hic exteriùs,) malè Act. 1. dicitur e
dicti Jo. Baptistæ; Hic enim locutus esset
tismo aquæ, Christus verò de Baptismo P
ignem. Repugnat ergo Amesius non m
& Bellarmino, sed etiam suo Magistro
alterum respondet 1. *Illos Act. 19. non f*
tos, sed institutos de Baptismo, quem recep
est apertissimi textus manifesta perversio
sam Pathermeniam Lutherano-Calvinia
Si rebaptizati fuerunt, non fuit hoc propter
Baptismi Joannis, sed propter aberrationem
à quo baptizati fuerunt. Resp. Quid est te
ri, & impiè clara Scripturæ verba ad s
ta detorquere, si hoc non est? Lege h
ra? Quòd Joan. 3. & 4. *clarè appareat,*
tempore cum Christi discipulis baptizasse,
est; sed quomodo hinc infertur æquali
que Baptismi? Magister sententiarum a
datus, communiter dicitur errasse; Und
ejus loci scriptum est: *Hic Magister non*

II. Probatur ex Marc. ult. vers. 16.
& baptizatus fuerit, salvus erit. Hic trib
vis salvandi. Amesius: *Non magis trib*
ctioni Baptismi per se, hoc in loco, quàm
fessioni Rom. 10. vers. 10. Tribuitur propr
verbis sequentibus apparet: Qui verò non
dicit, qui non baptizatus fuerit) condem
Nimis lata disparitas est inter externa
sionem, & Baptismum. Illa enim non
tum, seu signum sensibile ad signific
ficiendam Sanctitatem à Christo insti
tismus; nec ullo in casu prodest sepa
terna, uti tamen prodest Baptismus
ullo actu interno. Quòd verò non ad
lista (*qui non baptizatus fuerit*) nil m
perfluum fuisset addere; cùm non

fidei actualis capacibus ibi sermo sit; qui proinde, si credendo noluerint se reddere Baptismi capaces, per se clarum est, quòd baptizandi non sint, sed condemnandi.

III. Probatur ex Joan. 3. vers. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Hic locus apertè facit Baptismum aquæ, causam novæ nativitatis. Amesius: *Baptismum aquæ esse aliquo modo causam instrumentalem regenerationis, nos non negamus.* Hoc quidem verè dicitur: Sed mox ipsemet Amesius illud evertit, cùm subdit: *Non tamen propriè, & proximè efficit regenerationem. Verbum etiam est causa ejusdem effecti, 1. Petr. 1. Sed non propria, proxima, & immediata. Quòd propria causa regenerationis sit spiritus, non aqua, satis apparet ex contextu &c.* Hæc minimè cohærent, ac proinde se invicem evertunt. Nam prima, & principalis causa regenerationis est sine dubio Spiritus Sanctus. Is ergo vel nullo utitur instrumento creato, ultra virtutem nativam obedientialiter elevato; vel utitur. Si non utitur, falsò admisit Amesius Baptismum ut causam instrumentalem regenerationis: Si utitur, ergo propriè, & immediatè æquè in suo genere (scilic. causæ secundæ instrumentariæ) concurrit ad causandum, sicut principalis, ac prima. Quoquò se vertat constrictus est ἑαυτὸν τιμωρούμενος noster; qui tandem eò progreditur desperatæ audaciæ, ut dicat: *Christum regenerationis causam, & modum terrestri signo, & phrasi exposuisse, ad captum potiùs hominum, quàm ad cœlestem rei veritatem &c.* Hæc blasphemia est valdè luculenta, & perquam temerè effusa. Quis enim non faciliùs capit, Spiritum S. se solo regenerare, quàm per aquam? Si igitur aqua non verè, propriè, & proximè etiam suo modo concurreret ad regenerationem, Christus nec ad captum hominum, nec ad cœlestem veritatem locutus fuisset: Sed Nicodemum, & nos omnes decepisset, quæ est plus quam sathanica blasphemia. Adde, quòd omni sanæ Philosophiæ repugnet, causam principalem proximè, instrumentalem remotè attingere effectum. In has absurditates se præcipitavit Amesius, quia ex una parte non est ausus cum suo Calvino negare Joan. 3. agi de Baptismo; (id enim nimis falsum esse quatuor argumentis Bellarminus evicerat.) Ex altera verò parte non supererat aliud effugium, nisi per consuetam Tropistarum Sacramentariorum viam.

IV. Probatur ex Act. 2. vers. 38. *Baptizetur unusquisque in remissionem peccatorum.* Et 22. vers. 16. *Baptizare, & ablue peccata tua.* In his locis tribuitur Baptismo remissio peccatorum. Amesius: *Remissio peccatorum in sententia Dei offensi consistit; neque potest tribui externæ alicui caremoniæ, nisi sub ratione signi, aut sigilli sententiam illam testantis.* Resp. 1. Regenerationem spiritualem non in remissione peccatorum extrinseca, sed in dono supernaturali animæ intrinseco consistere, Tomo IV. probabitur. Resp. 2. Commentum illud, quo rationem Sacramenti in sigillo constituit, jam suprà excussum est. Nec verò tantillum hanc absurditatem mitigat Amesius, dum interroganti Bellarmino: (Quis non miretur novum istum tropum, quo abluere peccata, significat, accipere sigillum justificationis acceptæ?) Respondet: *Justificationem antea fuisse ab istis acceptam, Bellarminus non potest mirari; ipsius enim hæc est confessio cap. 13.* Adulti per fidem, & contritionem veram justificantur, antequam re ipsa ad Sacramentum accedant. Resp. 1. Nulla hinc infertur sigillatio Sacramentalis Calvinistica; sed hoc solùm dicitur: Cùm Sacramentum mortuorum (hoc est, Baptismus, vel Pœnitentia) confertur homini per contritionem perfectam disposito, non huic confert remissionem peccatorum, & primam gratiam, sed hanc auget ulteriori gradu. Quid hoc, quæso, ad sigillum Calvini? 2. Frustrà etiam ad *Bonaventuram, aliosque magnos Magistros* confugit, qui moralem vim efficiendi Sacramentis tribuentes, hanc explicant *per signum à Rege constitutum, quod qui ostenderit, possit habere Ex. gr. 100. libras.* Disparitas nimis patens est inter utraque ea signa. Nam Scholasticorum moralis efficientia per signum movet, ut detur res; Calvini autem sigillum confirmat rem antea collatam. Hoc autem inauditum est inter homines sanæ mentis, ut actio significata ponatur ad significandum signum; & quòd actio futura ponatur ad significandam rem præteritam. Sicut ergo gratulaturus alicui victoriam, & triumphum, non nisi fatuè diceret: *Vince hostes*, pro eo quod est: *Accipe sigillum in signum præteritæ victoriæ!* Ità nonnisi stultè quis diceret: *Ablue peccata tua*, pro eo quod est: *Accipe sigillum spiritualis ablutionis, seu justificationis tuæ!* Neque hanc fatuitatem declinat Amesius, cùm ait: *Vix quidquam magis auditur, aut legitur in Scripturis; quàm ut nomen rei significatæ tribuatur signo; sive res illa sit præterita, sive futura, ut cùm Circumcisio vocatur fœdus Dei.* Resp. Hoc facilè damus; sed nihil ad rem facit. Producere oportebat exemplum ex Scripturis, ubi actio significata ponitur ad significandum signum, & ubi actio futura ponitur ad significandum præteritum.

V. Probatur ex Act. 8. vers. 18. Et 2. Tim. 1. v. 6. ubi impositio manuum est vera causa gratiæ, ut patet ex illa particula, *per*. Frustrà prætendit Amesius: Simonem Magum, & Apostolum non egisse *de gratia justificante, sed de singularibus donis Spiritus Sancti.* Etsi enim hoc gratis detur, adhuc manet tota vis argumenti. Si enim per impositionem manuum potest conferri donum gratis datum, cur non etiam gratum facient? Ly *per* semper significat aliquam causalitatem, sive physicam, sive moralem, cùm de aliquo effectu sermo est. Si per *manus Apostolorum facta miracula* non designant aliqualem causalitatem, cur non potiùs dicitur, per preces Apostolorum ea esse facta?

VI. Probatur ex 1. Corinth. 10. vers. 17. *Unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.* Ergo si tollatur à Sacramento altaris vera causalitas gratiæ, non poterit probari, quòd simus unum corpus, quia eandem Eucharistiam participamus. Et 1. Corinth. 12. vers. 13. probat Apostolus, nos esse unum corpus, quia per Baptismum accepimus unum Spiritum: Quod argumentum nihil efficit, si Baptismus non confert Spiritum. Ad hoc nihil habet Amesius quod reponat, nisi glossam Cajetani, nobis tamen minimè adversam, & ab illo malè intellectam.

VII. Probatur ex Ephes. 5. vers. 26. & Tit. 3. vers. 5. ubi apertissimè dicimur mundari, & servari lavacro aquæ, & per lavacrum: Est igitur causa instrumentalis. Amesius: *Concedimus totum, quia Sacramenta sunt moralia instrumenta.* Respon. Habemus gratias, quòd hucusque consentiat; per hoc enim multi Catholici Doctores putant satisfieri efficaciæ Sacramentorum. Sed quomodo posset error Sacramentarius constanter loqui? Mox enim vela vertit Amesius, & suam moralem efficaciam deserit, imperitè, vel fraudulenter confundens qualemcumque simultaneam positionem cum connexione morali ex efficaci Dei ordinatione. Hanc enim nec Bellarminus absolutè rejicit, (etsi inclinare videatur in efficientiam physicam Sacramentorum,) nec Amesius seriò illam tuetur.

VIII. 1. Pet. 3. vers. 21. Baptismus salvos nos facit, sicut aqua Noe: Sed aqua illa efficienter salvavit eos qui erant in arca: Ergo. Amesius: *Similitudines non sunt ultra suum scopum trahendæ.* Esto! At unde probat ultra scopum trahi? Numquid sicut Baptismata Judæorum verè tollebant sordes carnis, non tantùm significando, sed etiam efficiendo; ita & nostrum Baptisma verè lavat conscientiam, non tantùm signi-

significando, sed etiam efficiendo? Annon utrumque satis perspicuè citato loco Epistolæ S. Petri traditur? Cur nulla ab Amesio assignatur disparitas?

Ad CAPUT IV.

EAdem veritas probatur I. ex Isai. 1. vers. 16. *Lavamini, mundi estote*. Ezech. 36. v. 25. ubi aquâ munda dicitur effundenda super fideles. Michææ 7. v. 19. Peccata projicienda dicuntur in profundum maris Et Zachar. 13. v. 1. fons patens promittitur Domui David &c. Hæc autem & similia SS. Patres exponunt ad literam de Baptismo. Amesius: *Allegoricis tantùm accommodationibus unius, aut alterius Patris, nititur vis hujus commenti. Quòd Prophetæ in istis locis vaticinati sint de Baptismo externo, Apostolis ignotum fuit*. Sed quis non plus credat SS. Hieronymo, Basilio, Cyrillo, &c. simplici verbo affirmantibus, quàm huic Puritano, etiam cum jurejurando id neganti? Unde probat, eum intellectum Apostolis fuisse ignotum? Nonne, quia non expressè legitur scriptum?

II. Probatur ex figuris Vet. Test. uti sunt Genes. 1. vers. 2. *Spiritus Dei super aquas*. Gen. 7. v. 7. De diluvio salvante Noe &c. Gen. 17. vers. 11. de Circumcisione quam fuisse figuram Baptismi constat ex Col. 2. v. 11. Exod. 14. v. 27. De submersione Ægyptiorum in mari rubro. Ex. 16. & 17. De Manna pluente è cœlo, & aqua scaturiente ex petra. Num. 19. v. 9. De aqua lustrationis &c. Josue 4. v. 10. De transitu filiorum Israel per Jordanem. 4. Reg. 5. v. 14. De Naaman Syro curato à lepra. Joan. 5. v. 2. De probatica piscina. Jo. 9. v. 7. De cæco nato, quem Dominus illuminavit per aquam Siloe. Amesius: *Sacramenta externa sunt figura. Figuras figurarum non instituit Deus, nec docet Scriptura*. Resp. Dicit, sed non probat Amesius. Cur verò ità tacet ad duo illa bene notanda puncta? I. Cùm tam frequenter Scriptura loquatur & vaticiniis, & figuris, & expressis verbis, tamen ne semel quidem dicit, vim Sacramentorum consistere in excitanda, vel alenda fide; sed semper explicat consistere in purgandis peccatis, & mundanda anima? Quis credat finem Sacramentorum immediatum semper taceri, mediatum toties inculcari? II. Si licet negare, Sacramenta verè, & immediatè sanctificare, cùm tam apertè Scripturæ id doceant; eadem ratione negari poterit, fidem justificare; quod tamen adversarii passim affirmant. Nihil enim Scripturæ tribuunt fidei, quod non etiam tribuant Sacramentis &c. Ad has solares stricturas obmutuit Amesius.

Ad CAPUT VII.

QUÆ cap. 5. 6. & 7. afferuntur ex SS. Patribus, & Conciliis, uno verbo expedit Amesius: *Phrases*, ait, *Sacramentales nihil ampliùs probant in Patrum Scriptis, quàm in Scripturis. Phrases aliæ Rhetoricæ possunt eandem rem amplificare, sed nihil novi probare*, hoc est. Idem dicunt Patres, & Concilia, quod Scripturæ: Sed utraque Lutherano-Calviniani ad suum gustum versant.

Ad CAPUT VIII.

COnfirmatur, & declaratur eadem veritas Rationibus. 1. Quia si Sacramenta operarentur non nisi repræsentando aliquid menti, stultum esset ea signa adhibere, ubi non est usus mentis: Sed rectè adhibentur etiam circa non intelligentes; quia baptizantur infantes, amentes, dormientes, &c. 2. Si Sacramenta essent nuda signa ad excitandam mentem instituta, potuissent ab hominibus facillimè institui, & eandem vim habuissent: Sed hoc non potest dici: Ergo nec

illud. Porrò hoc argumentum minimè elic
stantiam *de Sacramentis Vet. Test. & Baptis*
Multò minùs per contumelias, & maledi
gerit Amesius: Sacramenta Vet. Leg. à D
aliquo modo (id est legaliter) sanctificab
tura Nov. Test. significabant, quod soli
scire, & instituere. Baptismus Joannis im
homine institutus erat. 3. Sacramenta pen
ut à principali agente, & à Christi passion
te: Ergo operantur verè efficiendo: Nam
eguissent Christi meritis, nec ullam eis vir
stus dedisset. 4. Si Sacramenta solùm opera
ficando, & excitando fidem, nullam
gratiæ nobis adferrent: penderet etiam
mentum ex nostra fide, non autem à Ch
tione. 5. Sacramenta contrario modo se h
dem, ac verbum: Nam Verbum Dei præ
Sacramenta autem sequuntur, saltem in a
non eodem modo operantur. 6. Sacrame
què efficacia, si dentur lingua ignota,
lingua vulgari: Ergo non operantur mor
sed habent effectum suum præter fidei ex
7. Si Sacramenta operarentur excitando
cti illis non indigerent, qui possunt legere
Neque imperiti, qui audiunt conciones
Baptismi in tabula depicta præstaret Bap
Sacramenta operarentur more concion
fidem, prodessent omnibus præsentibus:
sunt, nisi suscipientibus: Alioqui satis
baptizaretur, aut communicaret coram
dine, & non opus esset, ut singuli bapt
communicarent. Hæc argumenta sine du
& evincunt intentum. Amesius ad nu
eorum tacuit; Sed tamen & nihil Re
proferre potuit.

Ad CAPUT IX

I. OBjiciunt hæretici: *Justus ex fi*
Sacramenta non sunt causa grat
nisi mediante fide. Resp. 1. Antecedens
errorem detorquent; cùm Habacuc, &
non velint, quàm justum ex fide quam
ctare quæ Deus promisit, & non defic
missiones tardari videantur. Resp. 2. Et
sensu Lutheranorum admissis illis verbis
magis sequitur Conclusio, quàm ex h
S. Eucharistiæ pane vivit: Ergo fides,
non sunt causa gratiæ, & vitæ, nisi m
charistia. Porrò malè negat Amesius,
res instrumentales immediatas causas es
vitæ; nec enim vel apparenter id ex S.
bat; nec ulla ratio vel tenuiter suade
non posse decerni.

II. Objiciunt *Marc. ult. Dominus age*
Baptismo, dicit tantùm de fide, non de
ejus defectus adfert condemnationem. Qui n
condemnabitur. *Fides igitur est propria*
salutis, non Baptismus. Resp. Hoc min
cùm & apertè dixerit Christus Joan. 3.
renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto
trare in regnum Dei. Et idem includitu
cto Christi; qui enim non credit, con
vult baptizari. Amesius: *Qui credit*
aut non velle baptizari. Resp. Hoc Luth
vinistæ nequeunt dicere, cùm prætend
verè credit, etiam sperare, & diliger
omnia; quomodo ergo posset nolle
ptum tam strictum Baptismi?

III. Objic. *Negat Paulus, Abrahamum*
Circumcisione, sed fuisse hanc signaculu
Resp. Hoc argumentum nihil ad rem fa

Bellarminus; cùm Circumcisio fuerit Abrahæ non signaculum excitans fidem, sed testimonium fidei formatæ jam antea habitæ, ut in superioribus dictum est.

IV. Objic. *Solus Deus potest remittere peccata. Luc. 5. vers. 21.* Verùm, ubi dicitur, quòd ipse solus immediatè, non etiam ministerio humano? Oppositum dixit Christus, & de se, (*quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata,*) & similiter etiam Apostolis (utique hominibus) dixit: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Verba hæc valdè perspicua sunt; nec invenit Amesius effugium, nisi Magistrum sent. 4. dist. 18. qui communiter in hoc errore à Catholicis rejicitur.

V. Objic. *Ephes. 5. vers. 26. Mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ; Ubi tota vis mundandi tribuitur verbo, cujus operatio est in excitando fidem.* Resp. Hæc glossa non est Apostolica, sed Lutherano-Calvinistica. Non enim Apostolus loquitur de verbo concionatorio excitante fidem, sed de practico, & consecratorio. Quis enim etiam Puritanorum negare audit: quòd si quis jam diu antè instructus de vera fide peteret Baptismum, hunc ei sufficienter applicatum iri per sola illa verba: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Anne auderent talem rebaptizare? In citato loco 1. Petr. 1. vers. 23. nulla fit mentio verbi specialis, sed generaliter tantùm *seminis incorruptibilis verbi divini*, quod alibi clarè dicitur de forma Baptismi.

Ad CAPUT XI.

I. OBjiciunt. *Ubi est promissio, ibi necessariò exigitur fides, quæ promissionem accipiat: Sed in omni Sacramento requiritur verbum promissionis. Ergo.* Resp. Requiritur verbum promissionis in institutione, sed non in ipso usu Sacramenti. Amesius: *Usus debet esse secundùm institutionem; & continet in sese institutionis essentiam: instituta ad certum finem, non potest rectè ad illum finem adhiberi, nisi virtus institutionis simul adhibeatur. Hæc autem virtus in Sacramentis est promissio Dei.* Resp. 1. Falsum est, usum Sacramenti continere institutionis essentiam, ut patet in simili. Sic enim deberet etiam institutio talis linguæ, qua utimur in Sacramento, includi in essentia Sacramenti; quod patet esse falsum. Sufficit ergo, ut istæ institutiones supponantur ad usum Sacramenti, & in hoc implicitè includatur respectus ad illas. Resp. 2. Etsi in usu semper requiratur promissio, & consequenter fides, adhuc tamen non sequitur, hanc solam immediatè justificare, sed tantùm disponere, aut habere se ut conditionem applicantem homini Sacramentum. Sicut Medico offerente pharmacum, & promittente sanitatem, requiritur in ægroto fides, quæ accipiat seriò illam promissionem, & medico assentiatur; non tamen ea fides est quæ sanat ægrotum, sed pharmacum, licèt sine fide pharmacum acceptum non fuisset. Amesius 1. *Fides applicat promissiones, & res promissas, non Sacramenta. Heb. 11. vers. 23.* Resp. Hoc Apostolus non dicit, sed Amesius fingit, ut cuivis patet. 2. Ait: *In ægroto non necessariò requiritur fides, quæ assentiatur medico ad medicinæ efficaciam, ut patet in medicamento furiosis invitis exhibito &c.* Resp. Est proportionaliter par utrobique ratio. In ratione utentibus necessaria est fides, tam quoad usum pharmaci, quàm Baptismi; in infantibus, & amentibus utrumque potest prodesse repugnantibus, dummodo illis qualitercumque possit applicari. 3. Ait: *Fidem esse quæ sanat, & salvat peccatores, Scriptura ubique testatur.* Respon. Quod in adultis hoc præstet fides *sola*, error est à Luthero ex Scripturæ corruptione introductus. Fides est equidem in adultis radix omnis fructus gratiæ, sive qui ex bonis operibus, sive qui ex usu Sacramentorum colligitur. Utrumque igitur simul adultis est necessarium, credere, & baptizari, ut expreisè Christus edixit. 4. Instat: *Utrumque non potest esse necessarium, ut causa immediata: sed fides justificat mediante Sacramento, ut Pontificii affirmant, vel Sacramentum mediante fide, sicut nos affirmamus.* Resp. Utrumque requiritur immediatè in suo genere; Fides cum timore, spe veniæ, & aliqua DEI dilectione, tamquam immediatè disponens; Sacramentum tamquam instrumentum applicans gratiam promissam: hoc tamen suppleri potest per ejus votum, unà cum martyrio, vel contritione perfecta.

II. Objic. *Qui dicunt, Sacramenta propriè, & immediatè justificare, abstrahunt homines à DEO, & faciunt, ut in spectaculo rei corporeæ acquiescant, non in ipso Deo.* Resp. Insulsa hæc Calvini argutatio si vim haberet, etiam valeret contra incarnati Verbi mysterium. Cur enim magis acquiescimus spectaculo rei corporeæ, utentes Sacramento, quàm in Humanitatem Christi mente defixi? At, inquit Amesius, *acquiescere in Deo incarnato, est acquiescere in Deo.* Sit ità. At numquid acquiescere in Deo, per Sacramenta nos sibi amicos, & filios reddente, etiam est acquiescere in Deo? Et certè qui dicunt, Sacramenta ex se non habere virtutem justificandi, sed Deum esse, qui per illa operatur, numquid apertè trahunt ad Deum?

III. Objic. *Eodem modo justificant verbum Dei, & Sacramenta: Sed verbum justificat solùm excitando fidem: Ergo & Sacramenta.* Resp. Majorem falsam esse patet ex dictis: nec ullatenus firmatur ex illo Rom. 1. v. 16. *Evangelium virtus est in salutem &c.* Hoc enim non intelligi potest de nuda prædicatione Evangelii, sed de hujus mysteriis quæ sanctificant, scilicet Incarnatio, passio, Sacramenta &c. Itaque diversus omnino modus est justificandi: Unum enim, scil. verbum præcedit fidem; alterum, idest, Sacramentum, sequitur fidem. Amesius: *Cùm ambo justificent ut instrumenta Dei, & ambo sua natura significent aliquid nobis fide recipiendum ad justitiam, & salutem, consequens est, ambo justificare mediante fide.* Resp. Non sequitur idem modus. Nam verbum Dei non nisi remotè concurrit ad justificationem, excitando nos ad fidem liberè acceptandam: Sacramenta verò in adultis jam credentibus immediatè ut instrumenta conferunt ad remissionem peccatorum, & gratiam.

IV. Objic. *Fieri non potest, ut Sacramenta quæ sunt res crassæ, & materiales, ad animam penetrent, & ibi quasi creando ingenerent divinam, ac supernaturalem virtutem; neque intelligi potest, qualis esset ista virtus Sacramenti: aut in qua ejus parte hæreret, aut quando operaretur.* Resp. Circa hanc objectionem Zwinglii (quam alii plurimis instantiis urserunt) non bona fide egit Amesius, nempè truncando Bellarminum. Omisit enim planè primam, principalem, & adversùs hæreticos sufficientissimam solutionem. Sic enim Bellarm. ait: *Primò posset, si quis vellet, confiteri ignorantiam circa hujusmodi modos, & tamen satisfacere hæreticis, imò etiam ora illorum obstruere. Nam tenemur quidem reddere rationem ejus quæ in nobis est spei. 1. Petr. 3. vers. 15. Sed id facere tenemur ex principiis fidei, non ex Metaphysica. Nam S. Augustinus lib. 3. de peccatis meritis, & remissis cap. 4.* Ego, *inquit*, loquens de argumentis contra modum traductionis peccati originalis, etiamsi istorum argumenta solvere non valeam, videò tamen inhærendum esse divinis literis &c. *Et in epist. 29. ad Hieronymum dicit, se, cum interrogatur, quomodo peccatum Adæ propagetur in posteros, respondere solitum:* Hoc, ut alia multa, me ignorare confiteor. *Et tamen non propterea deerat assensioni fidei, immò acerrimè eam propugnabat, ostendens credendum esse peccatum originale propagari in posteros, licèt modum ignoremus, quia id Scriptura docet, & traditio, atque usus Ecclesiæ.*

Hucus-

Hucusque optimè Bellarminus. Subjungens deinceps duas alias responsiones, juxta sententiam eorum Scholasticorum, qui non nisi moralem efficientiam justificationis agnoscunt in Sacramentis: Et illorum, qui physicam causalitatem propugnant in iisdem per potentiam obedientialem, seu elevationem divinam. Has duas Scholasticorum oppositas sententias fusè postea varii recentiores Scholastici illustrarunt: priorem præcipuè Vasquez, Coninck, de Lugo &c. posteriorem cum Thomistis Suarez, Tannerus, Dicastillus, qui disp. 2. num. 148. ait: *Inter has duas sententias judicium ferre non est admodum pronum, & facile. Utraque sanè probabilissima. In primam sententiam, si solùm philosophicè ageremus, non gravatè inclinarem; in secundam verò magis propendeo, quòd faciliùs explicetur causalitas Sacramentorum, per quæ Deus dicitur operari gratiam &c.* Porrò inter has duas sanè probabiles vias, alia media extremis tutior, & expeditior est, quæ ait: Esse in Sacramentis aliquid plus causalitatis, quàm habeat causa purè moralis, aut mera conditio, minus autem quàm habeat causa physicè influens. Hanc viam eruditè complanavit nuper Cardin. Pallavicinus in lib. 6. Assert. Theolog. cap. 16. Sed has Scholasticorum opiniones ut hoc loco discutiamus, ratio instituti nostri non patitur. Amesii verbosè extravagantes cavillationes, qui convulsas, & profligatas videre vult, adeat suprà laudatos Theologos. Nos ad Gerhardum divertamus.

§. Unico.

Gerhardina expediuntur.

Gerhardus Th. 27. Disp. 18. statuit: *Sacramenta non esse nuda signa tantùm, sed organa efficacia, per quæ Deus gratiam, remissionem peccatorum, & salutem nobis conferat. Requiri verò ex parte nostra fidem, quod est ὄργανον ληπτικόν, quo gratia in Sacramentis oblata apprehendatur.* Resp. Quàm verum est prius, tam falsum est posterius: nam nec in omnibus Sacramentis necessariò prærequiritur positiva dispositio, (ut specialiter de infantibus contra errorem Lutheranorum infrà ostendetur,) nec potest fides dici apprehendere gratiam per Sacramentum oblatam, & remissionem peccatorum, eùm hanc jam factam esse, ipsa fides Lutherana sine hæsitatione sibi persuadeat, ut suprà dixi, & fusiùs infrà dicetur.

Th. 30. Flagitiosa fide refert tamquam Bellarmini verba hæc: *Scribit cap. 11. §. 2. Fidem requiri, ut conditionem, & ut quæ applicet homini Sacramentum, (salutarem Sacramenti fructum.) Ibidem concedit, utrumque esse necessarium ad salutarem Sacramenti usum, & Sacramentum, & fidem, & unum sine altero non sufficere.* Sed verba Bellarmini genuina longè aliud docent. Sic enim ait in Resp. 2. *Etiamsi in usu Sacramenti semper requiratur promissio, & consequenter fides (ut contendunt Lutherani) non indè posset concludi, fidem esse quæ immediatè justificat. Diceremus enim, fidem requiri, ut conditionem &c. 3. Etiamsi & promissio requireretur, & fides in Sacramento justificaret, non tamen indè concludi posset, quod illi concludunt, solam fidem agere, Sacramentum autem nihil efficere; sed concluderetur, utrumque esse necessarium, & unum sine altero non sufficere.* Ità Bellarminus. Arbitretur nunc Titius, puerilìterne potius, quàm flagitiosè Gerhardus egisse censeri debeat, dum quæ Bellarminus ex hypothesi Lutherana debere inferri scripsit, ille huic tamquam propriam sententiam adscripsit. Porrò ex hoc, sive flagitioso, sive puerili lapsu, mirum non est, quòd eum hypothesi Lutherana, quam Bellarmino affinxerat, videre non potuerit, quomodo concilietur sententia Catholica: quòd Sacramenta non ponentibus obicem prosint ex opere

operato. Apud nos expedita res est. Qu
tur positiva dispositio actualis ad recept
menti, toties requiritur etiam actualis fi
implicitè. Id autem non semper exigi,
fantibus, infrà patebit.

Th. 34. Sic infert: *Sacramenta juxta Be
ferenda gratia instrumentaliter tantùm agu
prosunt ex opere operato, sed per fidem dem
taria. Ratio pendet ex divina ordinatione, q
tiam suam in verbo, & Sacramentis tamqu
tis à se ordinatis, omnibus quidem offerre,
credentibus eandem conferre, & applicare v*
Illatio nec hilum valet. Nulla promissio
quæ universaliter in omnibus Sacrament
vis suscipientibus exigat fidem actualem.

Nec hilo melior est sequens illatio
*Bellarm. susceptio S. Eucharistiæ sine fide nih
go Sacramenta non prosunt ex opere operato*
tum est, in plerisque Sacramentis adulto
men in omnibus) exigi fidem actualem
ideò sequitur justificatio ex opere operan
pere operato; quia etsi fides, aliique bon
luntatis requirantur ut dispositio, non
ritum condignum: Ergo non præcisè, q
operantis exigit, sed quantum ex opere
meritis Christi per quodvis Sacramentum
ferre, confert Deus.

Concludit hoc punctum Gerhardus
insulsitate, eùm ait Th. 39. *Fatetur B
flicos, & recentiores Scriptores, in hac Q*
modo Sacramenta causent gratiam?)
Quid hinc, quæso, infers? Ergo Bella
θεοδοξίας Lutheranæ testis. Apage plus
les ineptias!

Ad CAPUT XI

DE comparatione Sacramentorum
teris Testamenti. *An eadem gene
efficacia) tam hæc, quàm illa, ex instituti
perata? Nos affirmamus,* (inquit Amesi
*quidam negant, cum exceptione Circumci
bard. Alens. Bonavent. Scot. Durand. Biel.
Suarez: Sed Bellarm. eum Thoma, & a
negant, sine ulla exceptione.* Sed contra
struitur veritas Catholica.

§. Unico.

*Nullum Sacramentum veteris legis contul
opere operato, sicut jam conferunt S
omnia novæ legis.*

I. Probatur, quia Prophetæ, & A
docent, Sacramenta vetera non justific
nostris contrarium asserant. Psalm. 39.
vers. 17. Isai. 1. vers. 11. Hier. 11. vers
vers. 22. Rom. 3. vers. 1. 2. & 4. vers.
vers. 19. Gal. 4. vers. 9. & 6. vers. 15. P
Coloss. 2. vers. 16. Hebr. 7. vers. 18. &
10. vers. 1. ubi vocantur *inutilia, in
umbra, carnem tantùm sanctificantia &c.*
mesii evasio, dum 1. *Concedit, vera illa
peram intelligebantur, & usurpabantur à
verò de illis secundùm institutionem Dei,
usum, cum fide, resipiscentia, & obedient*
quærimus de utilitate illa ex opere op
Amesius. *Fuere illa utilia singulari modo
divina, sed rectè, & legitimè utentibus*
tergiversari. Quærimus enim, an effic
rint merè ex institutione DEI, ità
gratiam, etiamsi absque fide charitate

perentur? Si ità; habemus intentum: Si non; ergo Sacramenta ipsa erant egena elementa; & tota efficacia erat ipsius fidei formatæ, quod nos intendimus, præeunte Apostolo, cùm dicit: nostra Sacramenta salvare, vetera autem esse egena. Amesius 3. *Neque distinctio, neque oppositio talis directè ullibi adhibetur*. Resp. Non opus est, ut conceptis verbis in uno loco simul dicatur; sufficit re ipsa in diversis locis utrumque satis clarè exprimi. Porrò falsum est quod subdit: *Quæ dicuntur de novis supra vetera, respiciunt doctrinam Evangelii, cujus appendices sunt Sacramenta nova, non ipsa Sacramenta per se considerata: quo sensu etiam ministri Nov. Test. passim efferuntur supra ministros Vet. Test. cùm tamen eorum persona nullam habeant efficaciam supra Prophetas*. Hæc, inquam, sine ulla probatione, & fundamento dicta, simplici inficiatione corruunt; ut dissimulem, quòd loco Sacerdotum Vet. Test. posuerit Prophetas, cùm hic non sit quæstio de gratia extra ordinem gratis data, sed de ordinario ministerio Levitico. Quamquam de ministris Puritanicis verissimè dicitur, eos non habere majorem efficaciam, quàm illi veteres de tribu Levi habuerint.

Confirmatur ampliùs argumentum nostrum 1. quia Apostolus illis locis dicit, illas cæremonias fuisse inutiles, ubi dicit, fuisse umbras rerum nostrarum 1. Cor. 10. vers. 11. Col. 2. vers. 17. Hebr. 1. vers. 1. Ergo vult Sacramenta illa fuisse inutilia ad justificandum, non solùm ut falsò exponebantur à Judæis, sed etiam secundùm se, & ut erant à Deo constituta. Amesius: *Rectissimè conjunguntur ista duo, tamquam quæstio, & tertium argumentum: non justificabant Sacramenta per se; quia instituta fuerunt in figuras Christi justificantis*. Dat ergo Amesius id quod asserimus de Sacramentis Vet. Leg. quód etiam ut instituta à Deo egena fuerint elementa. Non sic de Sacramentis Nov. Leg. passim loquitur Scriptura.

Confirmatur 2. Paulus confert circumcisionem cum præputio: Atqui præputium non solùm sine fide, sed absolutè nihil est, & nihil valet. Amesius: *Vult ergo Bellarm. Circumcisionem à Deo institutam non plus valuisse, nisi non fuisset instituta, adeoque ipsam Dei institutionem nihil valuisse. Sed Apostolus vult nihil amplius, quàm Circumcisionem sub Nov. Test. homini fideli neque prodesse, neque obesse*. Resp. Aliud est, nihil valuisse ad justificationem; aliud verò, nihil valuisse omnino. Valebat enim ad hoc, ut circumcisi & computarentur in peculiari populo Dei; & ut possent facilius ac alii nosse voluntatem Dei, &c. Hinc etiam rejicitur quod subdit Amesius: *Non voluisse Apostolum extenuare efficaciam veterum, sed magnificare efficaciam nostrorum, quæ dant uberiorem gratiam*. At hoc manifestè repugnat Apostolo, qui, si cum Amesio sensisset, malè, & falsò dixisset: *Illa nihil esse, & nihil valere*; nec conferret cum præputio Circumcisionem; neque etiam distingueret illa, ut umbram à corpore. Frustra Amesius cum Cajetano exclamat: *Blasphemum esse, dicere, id quod divini est fœderis, quod divini est mandati, nihil esse ad salutem*. Resp. enim, nihil est, & valet ad salutem ex opere operato; aliquid valet, si jungatur fidei, & obedientiæ, ut infrà magis constabit. Amesius instat: *Paulus etiam aliquando loquitur de Sacramentis Vet. Test. pro eo tempore, quo jam erant per Christum abrogata*. Resp. Hoc falsum esse patet tum ex Rom. 2. vers. 25. *Circumcisio quidem prodest, si legem observes*; ubi indicat se loqui de eo quod circumcisioni conveniebat, cùm adhuc vigeret: tum ex 1. Cor. 7. vers. 19. ubi dicit, *Circumcisionem nihil esse*; & tamen loqui eum pro tempore quo vigebat, patet ex eo quod paulò antè dixerat: *Circumcisus vocatus es?* &c.

Ad CAPUT XV.

Aliud argumentum pro stabilienda veritate Catholica Bellarminus petit ex SS. Patribus, quorum XXI. testimonia clarissima recitat, ad quæ omnia obmutuit Amesius; nec evasionem Calvini à Bellarmino præclusam salvare conatur. Sufficiat hic pauca S. Augustini verba referre ex tract. in Ps. 73. *Sacramenta non sunt eadem* (in Vet. & Nov. Test.) *quia alia sunt Sacramenta dantia salutem; alia promittentia Salvatorem. Sacramenta Nov. Test. dant salutem, Sacramenta Vet. Test. promiserunt Salvatorem*. Quid clarius? Sed Augustinum tam parum curant Puritani, quàm Concilium Florentinum, quod iisdem propè verbis, quibus Augustinus in suo decreto utebatur.

Ad CAPUT XVI.

I. Ex ratione Bellarminus arguit: Sacramentum ut justificare possit, debet habere annexam promissionem absolutam gratiæ: Sed nullum tale erat in Vet. Test. Ergo nullum eorum justificabat. Major constat etiam apud Lutheranos, & Calvinistas. Minor probatur: Tum quia juxta Apostolum Hebr. 8. v. 6. *Testamentum novum in melioribus repromissionibus sancitum est*, nempe ex Hier. 31. v. 34. de remissione peccatorum. Tum ex S. Aug. in Ps. 72. paulò antè citato. Tum ex ipso Luthero lib. de capt. Babyl. cap. de S. Euchar. ubi ait: *Qualis sanguis, tale Testamentum; qualis hostia, talis promissio*. Amesius: *Æquè absolutam promissionem gratiæ habuerunt Sacramenta vetera, ac nova, sed minus claram, minusque immediatè amplam, & efficacem*. Verùm sicut hæc sine ulla probatione dicuntur, ita & nuda inficiatione repelluntur. Nuda antithesis non elidit nostras probationes.

II. Bellarm. arguit: Lex vetus non justificabat: Ergo nec Sacramenta. Amesius: *Lex non justificabat, prout distinguebatur à promissione: Sed promissio, quæ continebatur in Lege, & Sacramenta, quæ promissionem illam exhibebant, eodem modo justificabant, quo nostra*. Resp. Hoc falsum esse vel ex eo constat, quòd promissiones veteris Legis non erant de Gratia, & Gloria, sed de bonis terrenis, ejus cultoribus in præsenti exhibendis, & de Salvatore suo tempore mittendo. Et quid clarius illis verbis Joan. 1. vers. 17. *Lex per Mosen data est: gratia & veritas per Jesum*. 2. Cor. 3. vers. 6. *Lex vetus, littera occidens; nova, spiritus vivicans*. Gal. 4. vers. 24. *Illa in servitutem generans, nova in libertatem*? Apage ergo glossam textui perspicuè contrariam!

III. Bellarm. arguit: Promissiones annexæ Sacramentis veteribus implebantur, etiamsi homines non crederent: Ergo non erant instituta ad justificandum. Amesius: *Non implebantur ad consolationem, & salutem eorum qui non credebant*. Sic est; sed hinc minimè infirmatur argumentum nostrum. Amesius non audet negare Antecedens, unde perspicuè Infertur nostra Conclusio.

IV. Bellarm. arguit: Nostra Sacramenta dicuntur salvare, regenerare &c. Nihil horum legitur de Sacramentis Veteris Testamenti. Amesius: *Quia minus clara fuere Sacramenta vetera, idcirco minus clarè dicuntur hæc de illis; dicuntur tamen, sicut statim apparebit. Interim observatur, Bellarminum antea in definitione Sacramenti posuisse, quòd* habeat vim sanctitatis, & justitiæ tum significandæ, tum efficiendæ. *Hæc igitur disputatione tota, quæ vim istam detrahit Sacramentis Vet. Leg. non tam comparat Sacramenta vetera cum novis, quàm signa, quæ æquivocè, aut analogicè tantùm vocantur Sacramenta, cum Sacramentis Nov. Test. quibus solis vult definitionem illam Sacramenti convenire*. Resp. Quàm

falsò

falsò dicantur, saltem obscurè vetera Sacramenta justificasse, mox apparebit. Observatione verò hìc digna est Græca fides Amesii, qua affingit Bellarmino: quòd velit definitionem Sacramenti solis nostris competere; cùm tamen ex instituto oppositum probet lib. 1. cap. 11. contra eos, qui volunt eam definitionem competere utrisque Sacramentis tantùm analogicè. Deceptio autem in eo præcipuè versatur, quòd cùm per ly *sanctitatem, & justitiam efficiendam*, intelligatur abstracta illa à vera, & à legali qualicumque; Amesius persuadere velit, Bellarminum in definitione intelligere veram illam internam justitiam, quod manifestè Bellarmino repugnat.

Ad CAPUT XVII.

I. OBjicit Amesius: *Circumcisio à prima sua institutione habuit promissionem illam annexam, qua nulla est major*: Ero Deus tuus, & seminis tui post te. Gen. 17. vers. 7. *Quam Christus ita interpretatur, Matth. 22. vers. 32. ut vitam æternam in illa doceat contineri. Et Paulus Ephes. 2. vers. 12. ostendit, spem vivam ex illa pendere*. Respondeo, Hoc argumentum & informe est, & imbelle, cujus assumptum simpliciter negatur. Nam illis verbis: *Ero Deus tuus, & seminis tui post te*, non continetur promissio remissionis peccatorum, (quam Abraham jam ante habuerat, & plerique ex semine Abrahæ finaliter habituri non erant,) gratiæ, & gloriæ; sed tantùm peculiaris protectionis, qualis debetur peculiari populo, uti passim in Deut. repetitur. Matth. 22. v. 32. & Ephes. 2. vers. 12. dicta, obtorto collo huc trahuntur. Cur non syllogismum inde deduxit? Non contulit ergo Circumcisio gratiam Abrahamo, cùm ipse jam antea fuerit justissimus, ut constat. Lepida verò est evasio Amesii, cùm ait: *Abrahamus non fuit ita justus justitia inhærente, quin potuerit fieri justior*. Resp. Hoc quidem certissimum est in sententia Catholicorum: quod tamen præfractè negant Lutherani, & Calvinistæ. An fortè vult argumentari κατ' ἄνθρωπον ex nostro principio? Sed mox redit ad se, atque: *Non fuit ita justificatus per peccatorum remissionem, quin potuerit illa remissio, & justitia magis magisque adhuc cum fructu obsignari*. Respondeo, Si Abraham absque signaculo Circumcisionis non credidit promissioni divinæ, (quam norat esse absolutè infallibilem,) non credidisset etiam sexcentis ejusmodi obsignationibus externis. Ad quid ergo proderat respectu gratiæ, & justitiæ internæ? Nemo tam stolidus est, qui sigillis (sive paucis, sive innumeris) confirmetur in credendo promissioni, de qua metaphysicè certus est, quòd fallere, fallique non possit. Porrò mirum est, Amesium non ursisse hìc adversus Bellarminum sententiam illorum Catholicorum (quos initio cap. adnotarat,) qui Circumcisionem volunt contulisse gratiam ex opere operato; adeoque non intulisse hinc contra dogma Catholicum: nullum esse discrimen inter Sacramenta Vet. & Nov. Testamenti quoad substantiam effectus, sed tantùm quoad modum, & gradum &c. Dicendum de hoc breviter: Etsi ex una parte necesse sit asserere, ne Circumcisionem quidem ullatenus fuisse utilem ad justificandum; ex alia tamen parte etiam concedendum est, illam fuisse remedium peccati: quæ duo etiamsi videantur repugnantia, utrumque tamen defenditur, & contrariæ sententiæ conciliantur, si dicamus: Justificationem puerorum fuisse affixam à Deo illi merito, quod exercebatur à Ministro in voluntate executiva protestandi fidem hìc & nunc per Circumcisionem; quæ voluntas executiva habet modum tendendi diversum à voluntate ejusdem objecti tanquam absentis: & ideò meritum boni operis quod

exequimur, semper est majus, ac divi
quàm boni operis quod proponimus,
mus. Et verò requisitam fuisse fidem s
ad justificationem in Circumcisione
colligitur ex Apostolo, qui locis cita
buit fidei. Quod idem frequenter doc
cùm ait: In Circumcisione collatam
ex opere operante, & ex merito de
deatur Card. Pallavic. cap. 13.

II. Objicit: *Apostolus 1. Corinth. 10. ve*
statur, quòd Patres eandem escam spiritu
rint, & eundem potum spiritualem biberin
affirmat fuisse Christum: & inde tamqua
cludit, non nimis confidendum esse Sa
Testamenti.

Bellarm. 1. Patres eandem escam n
cuntur, non quia est eadem esca illo
stra: Sed quia eadem fuit illorum o
autem illa, & potus non fuerunt Sac
runt enim bestiis communia, ut con
xod. & Num. cùm dicitur: *Eduxit aqu*
biberent homines, & jumenta; & mare a
manna, ut transirent, ac viverent homine
Et sic planè in angustias cum suo Ma
tur Calvinistæ. Videamus, quomodo
ftis eluctetur Amesius. Ait 1. *Certum*
lorum potum fuisse cum nostro, si Christus
dicitur vers. 4. Petra illa erat Christu
non modò non certum, sed etiam c
Nusquam enim vel leviter insinuatur
gumento probant Calvinistæ, aquam
cramentum. Amesius 2. *Nulla alia rat*
cur Paulus hìc tantùm Baptismi, & potu
tionem facit, nisi ut comparet inter se
ra Sacramenta. Respondeo, Omnino
procul petenda, cùm eam Apostolu
expresserit dicens: *Hæc in figura facta*
non simus concupiscentes malorum &c. q
gura nobis, & exemplum illa sunt e
iam nobis imminent, si exemplo e
peccatis Deum offendamus. Quid,
opus est, illum transitum maris rub
nubis, & aquam de petra &c. dicen
cùm planè sufficiat, ut illa aliquo m
rint Sacramenta Baptismi, & Eucha
hilominus sibi constat *Consequentia in*
stoli: nempè, si Judæis non profuere
Sacramentorum sine fide, & obedien
proderunt Sacramenta, ex se in deb
ficacia, nisi *spreta impietate, & sæcul*
sobriè, piè, & justè vivamus in hoc sæ
Apostoli argumentatio à minori ad
Judæi puniti sunt, quòd ingrati sp
nostrorum Sacramentorum: quantò
ui punientur, si contemnant ipsa Sa

Bellarm. 2. Manna, & aquam de
tem vocat Apostolus cibum, & pot
non propter effectum, sed propter
gnificationem; Utrumque enim m
cebatur opera Angelorum, unde P
Angelorum dicitur, non quòd illo v
quod eum fecerint. Nec ait Apostol
spiritualem petram, idest, Christum,
petra spirituali, idest, Christo, tam
efficiente profluentem. Amesius rep
ex spirituali petra profluens fuit etiam s
lis, & ideò bibere de aqua spirituali,
tuali, sunt unum & idem. Verùm cu
suum illum modum spiritualem? quia
est. Unde enim ostenderet hìc *inst*
nia sacra adjunctam habentis promissio
nullum vestigium extat extra imag

vinianam alicujus cæremoniæ sacræ in illo cibo, & potu.

Bellarm. 3. Scopus Apostoli non est ostendere, non esse nimium confidendum in Sacramentis: Sed potiùs, non esse abutendum Sacramentis. Si enim prius intendisset, accepisset in exemplum vera Judæorum Sacramenta, nempè Circumcisionem, & agnum Paschalem. Amesius: *Nimiùm confidere in Sacramentis, est abuti Sacramentis.* Respondeo, Hic valde impropriè dicitur abusus. Hinc etsi in definitione virtutis infusæ SS. August. & Thomas rectè dicant: *Qua nemo malè utitur*; certum tamen est, posse quem in illa confidere, de ea gloriari &c. hoc autem non est ea propriè abuti tamquam medio, & instrumento, sed tamquam objectum pravi affectus reddere.

III. Objicit: *Paulus Coloss. 2. vers. 11. 12. Circumcisioni, & Baptismo idem tribuit, dum eandem gratiam, Circumcisionis, & Baptismi nomine designat.* Resp. Neg. assumpt. Nam etsi Apostolus Baptismum vocet Circumcisionem, eò quòd hæc fuerit illius figura: hinc tamen non sequitur, eundem fuisse effectum utriusque. Amesius: *Absque ulla ratione hoc negatur.* Sicut etiam nemo dubitavit (saltem extra Lutheranos, & Calvinistas nonnullos,) Agnum Paschalem fuisse figuram non tantùm Christi in cruce affixi, sed etiam Eucharistiæ; ita & Circumcisionem Baptismi. Effectus autem Baptismi est prorsus ab effectu Circumcisionis diversus. Ille enim, utpotè Circumcisio spiritualis exspoliat à toto corpore obnoxio peccatis, & reddit hominem verè spiritualem; Circumcisio autem Judaica minimè, sed particulam tantùm circumcidebat. Sed his missis,

§. Unico.

Lustrantur cavillationes Gerhardinæ.

Gerhardus Th. 40. & 41. & 52. 53. incipit à sua decantata nænia: *Bellarminum agnoscere, Bonaventuram, Alan. Scot. Durand. Gabr. quoad Circumcisionem Lutheranæ suffragari sententiæ, quòd nempè ex opere operato contulerit justitiam.* Sed 1. mirum est, si hanc Gerhardus agnoscat sententiam, cùm Lutherani illam justificationem, ex opere operato communiter in Scholasticis potiùs rideant. 2. Etsi Bellarm. apertè diceret, eos idem quod Lutherani sentire quoad effectum Circumcisionis, anne ideò Bellarminus est testis Lutheranæ κακοδοξίας? O plùs quàm puerilem insulsitatem! 3. Ipse Gerhardus mox Th. seq. refert verba Bellarmini, quibus expresè ostendit, Scholasticos illos à Gerhardo valdè dissentire; mote tamen suo conatur illum ad se detorquere.

Th. 44. Sic arguit: *Juxta Bellarm. promissio terrena Circumcisioni addita, fuit figura promissionis spiritualis, & cælestis, danda illis, qui non carne, sed corde circumciderentur; idque fideles Vet. Test. intellexerunt: Ergo Circumcisio fuit ipsis efficax medium gratiæ, & salutis.* Respond. Vix hic apparet umbra connexionis. Quomodo enim ex figura promissionis spiritualis infertur infallibiliter conjunctum medium efficax gratiæ, & salutis? Nempe quidlibet ex quolibet! Quæ Bellarm. de promissionibus terrenis Vet. Test. Circumcisioni, & Sacramentis reliquis adjunctis dixit, verissima sunt, & frustrà à Gerhardo Th. 46. carpuntur. Planè verò falsum est: *Per vetus Testamentum intelligi pactum illud legale, in quo Deus legem observantibus promisit vitam æternam.* Sed cur nec unicum ex utroque Testamento locum indicavit? Sanctus Augustinus sexcentis propè locis docet, Sanctos omnes, qui ante Christum vixerant, non nisi quoad Sacramenta ad Vet. Test. pertinuisse: nulloque modo fuisse sub lege, sed absolutè ad Novum Testamentum, & Legem Gratiæ pertinuisse.

Th. 47. & 48. Gerhardus ostendit mirandam perversitatem. Cùm enim omne Sacrificium Novi Testamenti incruentum planè explodat; Sacrificia tamen cruenta ita extollit: *Qua veritatis specie dici potest, Sacrificium Vet. Test. plane nihil ad remissionem peccatorum, & justificationem valuisse?* Infert verò hoc ex Bellarmini dicto lib. 2. cap. 14. ubi sic habet: *Nulla caremonia habuerunt magis expressam promissionem de remissione peccatorum, quàm Sacrificia.* Sed malè; nam mox addit Bellarminus: *Et tamen Apostolus Hebr. 10. vers. 4. disertis verbis dicit*: Impossibile esse, Sacrificiis, & ablutionibos Judaicis remitti peccata. Porrò hæc apparens antilogia facilè eliditur ex suprà dictis de Circumcisione ex Card. Pallavicino. Itaque verissimum est, quod ex Bellarm. repetit tribus Th. seqq. Placuisse Sacrificia, & Sacramenta ex devotione, & obedientia offerentium, & suscipientium. At effectus ex opere operaro nullus, sed tantùm ex opere operantis hinc habetur: adeoque manet illa prærogativa solis Nov. Test. Sacramentis.

Th. 54. 55. 56. 57. conatur primum argumentum Bellarmini eludere, quod tale est: (Abraham justificatus est in præputio: Ergo non per Circumcisionem.) Respondet Gerhardus: *Juxta Bellarminum cap. 13. etiam in Nov. Test. per fidem, & contritionem veram justificantur adulti, antequam re ipsa ad Sacramentum accedant. Si quis tamen hinc inferret, Sacramenta Nov. Test. non justificare, Bellarminus id non concederet, sed responderet: ex negatione actus secundi ad negationem actus primi non valere consequentiam. Cur ergo ex eo, quòd Abraham ante susceptam Circumcisionem fuit justificatus, evincere conatur, Circumcisionem non esse datam ut justificaret.* Respondeo, Bellarminus validissimè convicit intentum ex sententia Lutheranorum, & Calvinistarum, (quam hîc argumentando ad hominem, supponit;) quòd nempe nulla detur justificatio secunda, sive ex opere operantis (vel merito hominis justificati,) sive ex opere operato per susceptionem Sacramentorum. Cætera cum Amesianis coincidunt.

Ad CAPUT XIX.

ASserit Bellarminus: Character est signum spirituale animæ impressum, in quibusdam Sacramentis: non relatio, sed qualitas absoluta: tria habens officia: aptum facere ad cultum divinum, configurare Christo, & distinguere ab aliis: in sola anima inhærens: indelebilis: per tria tantùm Sacramenta, Baptismum, Confirmationem, & Ordinem impressa. Amesius objicit verba Gabrielis, quibus dubitat: An Ecclesia definierit? Ait tamen idem Gabriel, esse præsumptuosum, negare Characterem. Durandus non dubitat, an, sed quid sit Character: Scotus solùm dubitat de modo probandi Characterem. Cæteri omnes non solùm Ecclesiæ auctoritate, sed etiam Scripturis, & Patribus docent Characterem probari posse.

Amesius hæc octo Characteri Sacramentali objicit. Ait 1. *Si Character sit signum spirituale, tum 1. non est sacramentale signum, quod debet percipi à sensu, ut Bellarm. ipse fatetur.* Respondeo, Non est Sacramentale, significans exteriùs, & efficiens gratiam, concedo; non est aliquod signum internum, consequens ipsum externum sacramentale signum, sic nego. 2. *Non hominibus, sed Deo debet significare.* Respondeo, Et Deo, & Spiritibus, ac hominibus beatis significat. 3. *Significare etiam debet aliquid minus visibile, aut notum, quam est res spiritualis. Hæc autem sunt nimis absurda.* Respondeo, Nihil hic absurdi.

Signi-

Significat illa tria, quæ Bellarm. suprà commemoravit. 4. *Si sit signum animæ impressum, tum vel mediante gratia, vel immediatè. Non prius; quia multi dicuntur Characterem habere, qui nullam gratiam habent: neque posterius; quia Sacramenta (ex sententia Bellarmini) gratiam efficiunt immediatè*. Respondeo, Utrumque præstant immediatè, posita dispositione requisita. 5. *Si sit qualitas absoluta, tum vel est bona, vel mala, vel indifferens; vel generari debet, vel creari per Sacramentum: Sed nihil horum consistere potest*. Respond. Omnia consistunt. Est qualitas physicè bona, moraliter indifferens: educitur de potentia obedientiali animæ. 6. *Officia illa tria sunt effectus gratiæ: Ergo non Characteris*. Respond. Neg. seq. & antecedens non est usquequaque verum. Gratia sanctificans non distinguit hominem ab Angelo: aut hominem Novi Testamenti à Patriarchis: quod facit Character. 7. *Si Character sit in sola anima, tum à Sacramento externo vel non propriè imprimitur, vel sine contactu subjecti cui imprimitur*. Resp. De hoc simili, proportionali modo loquendum est, uti suprà de causalitate Sacramenti respectu gratiæ. 8. *Si sit indelebilis, tunc manet in illis, qui plenè recipiunt characterem bestiæ, & ipsis etiam damnatis: ac proinde nec aptum facit ad cultum divinum, neque configurat Christo: neque distinguit ab aliis cum ullo fructu: quæ tamen sunt officia Characteris*. Respondeo, Non præstat illa officia in actu secundo semper, & in omnibus subjectis, ob horum indispositionem; Sed ex se in actu primo potest ea præstare. Replicat Amesius: *Nulla ratio verisimilis reddi potest, quare gratia à septem Sacramentis efficeretur, & Character tantùm à tribus; præsertim cùm sit qualitas absoluta, & nihil absolutum sit proprium trium Sacramentorum*. Resp. Nec opus est reddi rationem eorum, quæ ex mero Dei arbitrio pendent. Quamquam, quòd tria tantùm imprimant Characterem, sufficientissimè colligitur à posteriori, quòd sine Sacrilegio reiterari non possint. Et ratio congruentiæ à Theologis satis idonea redditur; etsi à Calvinianis cavillatoribus facilè explodatur, uti & alia fidei Christianæ dogmata suæ imaginationi haud placentia.

Ad CAPUT XX.

I. PRobatur Catholica veritas ex 2. Corinth. 1. vers. 21. 22. *Qui unxit nos Deus, & signavit nos &c.* Ephes. 1. vers. 13. *In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis Sancto*. Ita Græci & Latini de signaculo Baptismi. Ephes. 4. vers. 30. *Signati estis* in diem redemptionis, scil. per *Baptismum*. Amesius adducta interpretatione diversa Cajet. Carthus. Thomæ, ait: *Solus Bellarminus intelligit characterem à gratia diversum*. Sed quàm falsum hoc sit, patet ex B. Justiniano in illa Apostoli dicta; ubi SS. Basil. August. Hieronym. Chrysost. Theodor. refert.

II. Cauterium, quod Circumcisio relinquebat in corpore, si quid significabat, certè significabat Characterem, quem in anima gerunt Christiani. Amesius: *Cauterium non aptiùs potest significare, quàm conscientiam cauterizatam eorum, qui Scripturas, & omnia sacra torquent ad sua commenta confirmanda*. Resp. Tale quidem cauterium ex omni Enervatoris disputatione Antibellarminiana perspicuè elucet. Expositio hæc Bellarmini, non præstat, fateor, argumentum convincens; sed certè valde probabilis est, ut vel ex cavillatione Amesiana patet.

Ad CAPUT XXII.

I. EX ratione eadem veritas probatur: Sicut Deus per interna dona facit nos sibi amicos, & filios: ita cùm nos deputat ad Sacramenta, vel dan-
da, vel recipienda, credibile est, e
cere per simplicem extrinsecam depu
per certarum qualitatum infusionem.
sius *vult id præstari per charismata, vel*
tas. Unde enim, quæso, hoc potius,
ractere probatur,

II. Baptismus ex communi sententi
nabaptistis) aliquid Sacramentale con
cipiatur sine fide: Ergo aliquem effec
talem habet præter gratiam. Antec. p
qui baptizatur ab infidelibus manens
baptizatus est, si servata sint omnia re
que Lutherano-Calviniani negant: A
absolvitur, aut communicat, non abso
cipit aliquid in anima: Ergo manet in
ctus aliquis Sacramentalis, qui non e
est ipsa actio exterior. Ergo aliquid p
nima, hoc est, character. Amesius
præter frigidam antithesin.

III. Nulla sufficiens alia ratio dari p
ptismus non possit repeti, nisi Charac
Quidquid sit, Character, in absoluta qu
non potest inde concludi. De propria igitur
cum Bellarmino litigare. Respondeo, I
argumentum Bellarmini: si & nulla
assignari potest, (ut evincit contr
Chemnitii octo rationes, & tacitè agr
& hæc ex charactere petita vera est;
ideò quædam Sacramenta non possun
semel data, semper manent in suo eff
sunt repeti, quia eorum effectus (grat
ti. Et licèt gratia aliquando non ami
tamen potest augeri: ideoque Sacra
iterari, ut gratia augeatur. Amesius
porrigere, & effugium tantùm quæsiv
à Scoto, Durando &c. Character dic
qualitas absoluta, sed relatio. At hoc
fidei. Fateatur cum S. Augustino Epi
tract. 5. in 1. Epist. S. Joan. *Nos oves*
Characterem Dominicum in Sacramento a
etiamsi charitatem non habeamus &c. E
controversia.

Gerhardus hic more suo ineptit, di
lasticorum de Charactere verbosè iose
usque ad 79. Deinceps carpit probatio
è Scripturis, quòd à plerisque Patribu
cipiantur. Ad punctum ipsum Contr
affert; adeoque vel apparens testimon
pro Lutheranismo (quod tamen ex
monstrandum sumpserat) etiam hic d

Ad CAPUT XX

DE numero Sacramentorum An
rano-Calvinistici Senatus Cons
duo tantùm Sacramenta Nov. Test. agno
Bellarminus ait: Ostendemus definitio
ti convenire ritibus non paucioribus,
quàm septem; quòd scilicet tot sint
& sensibilia, quæ ex divina institution
beant promissionem gratiæ justificant
ponit: *Requiri insuper (ex Bellarm. sen*
habeat formulam verbi consecrantis; &
tia ex opere operato, sit causa gratiæ. Re
ait hoc Bellarminus tamquam dogma
pinionem probabilem. Nec de certa,
mula verbi consecrantis quidquam pr
raliter; sed tantùm esse aliquid deter
Matrimonio possunt esse nutus, &
consensus. Negat deinde Amesius:
posse, hanc ipsam Sacramenti definition
mentis ordinariis convenire, quàm Baptis

minica. Verùm hic Puritanus non tantùm à veritate, sed etiam à Lutheranis recedit: aut potiùs à Lutheranis Catechismis, Ritualibus, & Apologia Confessionis Augustanæ; quod minùs mirum est, cùm hodie id ipsi Lutherani videantur quoque facere, quantumvis jurent in verba Confessionis Augustanæ, ejusque Apologiæ; ubi apertissimè tamquam *verum Sacramentum* (hoc est, Ritus, qui habet Dei mandatum, & promissionem) numeratur etiam *Absolutio, quæ est Sacramentum Pœnitentiæ.* Omitto reliqua, quæ arguunt summam Lutheranorum, ac Calvinistarum in re gravissima, & inconstantiam, & dissensionem. Porrò non videtur operæ pretium, hic probare quinque Sacramenta, à Lutheranis, & Calvinistis hodie communiter rejici solita; cùm infrà in singulis seorsim id præstandum sit. Nec opus in hoc opere Compendiario tricari cum Amesio de quatuor rationibus congruentiæ pro eo numero septenario à Bellarmino allatis; cùm ejusmodi congruentiæ non tam probent, quàm declarent dogmata jam ante credita: Nihil facilius, quàm in ejusmodi rationibus congruentiæ exagitandis cavillari, & nugari.

Gerhardus Th. 91. ait: *Bellarminum quodammodo Lutheranam confirmare sententiam, eò quòd dixerit:* Duo illa, Baptismum, & Eucharistiam esse magis communia, & magis principalia. Nos Catholici omnes idem dicimus. Quomodo autem, quæso, per hoc confirmamus Lutheranam (quam vel hac de causa hæreticam pronuntiamus) opinionem? Numquid puerile satis & hoc est, Tui?

Th. penult. sic arguit Gerhardus: *Illa sunt vera, & propriè dicta Sacramenta, quorum materia ex latere Christi in Cruce pendentis profluxit: At hinc fluxere tantùm sanguis, & aqua, geminorum Sacramentorum Baptismi, & Cœnæ materia. Ergo duo tantùm sunt verè & propriè dicta Nov. Test. Sacramenta, scilicet Baptismus, & Cœna.* Hoc argumentum ait Gerhardus *inconcussum.* At ego vitile dicere non ausim; cùm utraque præmissa labo et perspicua falsitate. Cui enim, nisi rudi puero persuadeatur, materiam Sacramentorum fluxisse è latere Christi? nec ullam aliam esse materiam? sanguinem esse materiam Cœnæ Dominicæ? Corpus (cùm non fluxerit ex latere) non esse perinde materiam; ac multò minùs ipsum panem, quem Impanatores simul cum corpore volunt sumi? Apage pueriles ineptias!

Concludit denique disputationem 17. Gerhardus, sicque argutatur: *Concedit Bellarminus, non malè ex Baptismi, & Eucharistia, quæ omnium consensu vera Sacramenta sunt, naturam, ac proprietatem Sacramentorum in genere investigari. At si essentiales Sacramenti proprietates ex Baptismo, & Eucharistia colligimus, apparebit, eas non competere Sacramentis quinque superadditis.* Respondeo, Hoc falsum esse patebit, cùm in singulis Sacramentis infra ostenderimus, reperiri genericam, & essentialem rationem Sacramenti, suprà in definitione Sacramenti expositam.

Ad CAPUT XXIX.

BEllarminus asserit: Cæremonia propriè dicta, est externa actio, quæ non aliunde est bona, & laudabilis, nisi quia fit ad Deum colendum. Amesius: *Si hic actio sic accipiatur, ut complectatur etiam rem illam, circa quam actio proximè occupatur, admittimus istam descriptionem, & inde concludimus, absurdè confundi à Bellarm. & aliis, ordinem, ornatum, & similia, quæ usum, & laudem eandem habent in rebus civilibus, quam in cultu habent cum cæremoniis religiosis.* Resp. Nihil hic absurdi, nisi cavillatio Amesiana, qua contendit, voculam *Cæremonia,* etiam ad ritus, gestus, moresque exteriores civiles detorquere. Indubiè posset, si ita libuisset, etiam illis ea denominatio imponi, & cæremoniæ, seu ritus urbani, & civiles (quas Galli *complimenta* nuncupant) dici actiones illæ omnes externæ, quæ non aliunde sint bonæ, nisi ad colendos homines excellentes. Nodum ergo in scirpo quærit hic Amesius, & suum Magistrum Calvinum interim relinquit indefensum ab accusatione impudentissimorum mendaciorum. Numquid hoc suo silentio agnoscit reum?

Ad CAPUT XXXI.

CAtholicam veritatem Bellarminus sequentibus assertionibus roborat.

I. Cæremonias aliquas Christus, vel Apostoli instituerunt, quas ex nulla Scriptura, sed ex sola traditione habemus. Tales sunt, Chrismatis Sacramentum, Communio Eucharistiæ à jejunis facienda: item aquæ mistio cum vino in Calice, signum Crucis &c. Amesius 1. recitat verba Medinæ, quæ prorsus nihil ad rem, aut contra nos sunt. 2. Occinit rancidam næniam toties excussam: *Nulla traditio præter Scripturam.* 3. Ad SS. Patrum dicta, quibus affirmant, cæremonias illas esse Apostolicas, & Sacro-Sanctas, respondet Amesius: *Affirmant hoc de variis cæremoniis, quas ipsi Pontificii jam non habent. Vel igitur falsò hoc affirmarunt, vel Pontificii abrogarunt Apostolica instituta.* Respond. Cur Amesius nullas antiquatas designavit? Dubium porrò non est, aliqua decreta Apostolica de cæremoniis posse abrogari, ut illud de sanguine, & suffocato.

II. Aliquæ cæremoniæ vim habent spiritualem, ut de signo Crucis SS. Patres passim affirmant. Rogat Amesius: *Quare aliquæ, & non omnes, si ab eodem Spiritu sunt profectæ?* Resp. Quia Deo, & Ecclesiæ sic visum. Pergit idem: *Si vim illam spiritualem habeant illæ aliquæ cæremoniæ, inhærentem, vel assistentem, majoris efficaciæ, & dignitatis sunt, quàm Sacramenta Vet. Test. vel ipse Baptismus Joannis ex Bellarmini doctrina antea notata: sunt partes Testamenti Novi, quod solùm est ministerium Spiritus; & proinde Novum Testamentum (ex Bellarmini sententia) in Scripturis non continetur; quod est nimis absurdum.* Respond. Nihil hic absurdi præter impiam audaciam Novatorum, qua damnant universam priscam Ecclesiam superstitionis absurdæ, quòd signo Crucis vim spiritualem tribuat cum Tertull. Orig. SS. Cyprian. Nazianz. Athanas. &c. Putida logomachia est de Nov. Testam. ejusque partibus, in Tom. 1. satis excussa.

III. Potest Ecclesia instituere novas cæremonias, non quidem ad justificandum impium, sed ad alios effectus spirituales. Nota. Amesius hìc nequiter in compendium redegit dicta Bellarmini, ac planè pervertit, ut haberet materiam cavillandi, & calumniandi. Subdolè omisit illam præcipuam particulam (non quidem ad justificandum.) Deinde, ea quæ Bellarm. adnotavit ut probabilia, & incerta, infercit Amesius tamquam assertionem Catholicam, quantumvis conceptis verbis Bell. mox protestatus sit dicens: *Sed quidquid de hoc sit, nostra propositio solùm asserit contra hæreticos, licere Ecclesiæ instituere novas cæremonias, non ad justificandum à peccatis mortalibus, sed ad alios fines.* Est itaque hoc illustre specimen *enervationis* Puritanicæ. Porrò quæ hic verbosè declamat, nil sunt nisi lucta cum larvis, quas sibi Amesius finxit hostes.

IV. Cæremoniæ ab Ecclesia institutæ non possunt omitti sine peccato, etiam citra scandalum, ut probatum est Tom. 1. agendo de Summo Pontifice, quò nos etiam remittit Amesius.

V. Cæremoniæ non sunt res indifferentes, sed utiles, ac meritoriæ, & pars quædam cultus divini. Utiles esse patet, quia oriuntur ex interna devotione:

ne : etiam intelligentiam juvant, ac memoriam; sunt exercitium fidei; conservant religionem; distinguunt Catholicos ab hæreticis (Puritanis præcipuè.) Meritoriæ sunt, uti omnes virtutum actus, si fiant, ut oportet, cum fide, & charitate. Præterea professio fidei exterior placet Deo, & meritoria est : Ergo & hæ cæremoniæ. Item, Deo placent fides, spes, charitas : Ergo etiam actus exteriores, qui partim sunt effectus interiorum, partim illos ipsos augent, & conservant. Esse denique Cæremoniam partem cultus divini, constat; Tum, quia naturalis ratio docet, hominem, qui constat animo, & corpore, debere animo per internos, corpore per exteriores actus Deum colere. Tum quia pleræque virtutes, etsi in animo consistant, consummantur tamen per actus exteriores. Tum, quia natura docet, Deum summè colendum : At hoc potiùs facit, qui animo simul & corpore, quàm qui animo solùm colit. Tum denique, quia Deus offenditur, & ignominia afficitur non solùm actibus internis, sed etiam externis : Ergo & utrisque honorandus est. Nec vim horum argumentorum eludit turba Puritanica (jurati hostes omnium cæremoniarum Ecclesiasticarum) cùm ait, sufficere à Deo institutas. At certè omnes cæremoniæ Catholicorum indicantur à Deo in genere. 1. In testimonio Pauli 1. Corinth. 14. vers. 40. *Omnia honestè, & ordinatè fiant*. 2. Cùm jubemur Præpositis obedire. 3. Ubi religio, & partes ejus commendantur. Amesius inane effugium sibi parat per distinctiunculam inter institutionem, & ordinationem, (quam nescio an ipse intellexerit quid sibi velit;) Priorem ait soli DEO, hanc Ecclesiæ convenire. Omitto cæteras cavillationes Puritanicas jam sæpè protritas.

Ad CAPUT XXXII.

I. OBjiciunt Calvinistæ : 1. Corinth. 7. vers. 35. *Laqueus non est injiciendus conscientiis Christianorum, idest, eorum necessitas non est illis imponenda, quorum relicta est à Domino libertas*. Respond. Æquum fuit, ut Apostolus non faceret præceptum de Virginitate, quod Dominus consilium esse voluit. At non eadem est ratio aliarum rerum, de quibus Dominus nihil in particulari præscripsit. Certè Apostoli imposuerunt gentibus conversis legem de abstinentia à sanguine &c. Amesius : *Argumentum est validissimum à minore ad majus. Si ne illa quidem debent præcipi, quæ Deus maximè consuluit, & laudavit, tum certè illa non sunt præcipienda in religione, quæ Dominus nulla ratione approbavit*. Respondeo, Nec hilum valet hoc argumentum : Actus heroici non debent communitati (in qua maxima pars est valdè debilis, & imperfecta) præcipi. Ergo nec actus facillimi. Sic tollitur omne imperium non tantùm Ecclesiasticum, sed & civile; de qua absurditate satis dixi agendo de Summo Pontifice.

II. Objic. *Christus ad plenum nos instruxit de vero Dei cultu*. Respondeo, De generali verum est, de particulari falsum, ut ipse Calvinus fatetur lib. 4. cap. 10. §. 30. ubi probat, geniculationem esse bonam, immò divinam, adfertque illud testimonium. 1. Corinth. 14. vers. 40. *Omnia honestè, & secundùm ordinem fiant in vobis* : quod sicut de geniculatione, ita de omnibus nostris cæremoniis verè dici potest, eas esse bonas, & divinas. Amesius multa hic verba opponit, rei nihil. Qualis enim ille hic est aries : *Si particularis institutio alicujus cultus hominibus relinquatur, tum dimidiatum cum Christo regnum habent, & potestatem*. Rident nobiscum plerique etiam Lutherani Germani, & Protestantes Angli Puritanicam hanc insulsitatem.

III. Objic. *Apostolus docet, non esse petendam ab hominibus doctrinam de vero cultu*. Resp. N
bus, qui contraria Christo docent : se
qui super Christum ædificant, & secun
lam docent in particulari, quod ille se
indicavit Luc. 10. vers. 16. Qui vos aud
Amesius : *Hac ratione novum Evangelium*
hominibus posset doceri : quia Christus tan
Evangelium indicavit, & reliquit homin
particularia docenda. Resp. Sicut ille nov
culare Evangelium non censetur docer
num sensum Evangelii exponit, & ad p
plicat; ita nec Præsul, qui cæremonias
bit, quibus hic & nunc honestè & or
honorem omnia gerantur. Novum Ev
est, quod per legitimam consequentia
textu, & sensu infertur.

IV. Objic. *Apostolus damnat omnem cu*
& voluntarium. Respondeo, Non conf
& principiis doctrinæ Christi. Talia au
quæ docentur, & præscribuntur ab Ec
privato quocumque. Et sic non apert
bertinis, aut aliis fanaticis, ut cavillat

V. Objic. *Apostolus* Galat. 5. vers. 1.
lo modo, ut conscientia fidelium in servitut
Respondeo, Apostolus loquitur de s
ca; alioqui malè idem Apostolus Ron
docuisset obediendum sublimioribus po
tantùm propter iram, sed etiam pro
tiam. Amesius non invento hic comm
ad calumniam versus ait : *Annon eaden*
tutis Romana, & Antichristiana? Resp.
terrogatur de servitute Neo-Evangelica
alibi retuli ex epist. Erasmi ad Vulturn

VI. Objic. Matth. 15. vers. 3. & Is
Cultus rejicitur, qui oritur ex hominum
pondeo, Sic est, 1. si mandata hom
cum divinis. 2. Si cultus sit inutilis,
pluris fiat quàm divina mandata. A
habuit quod oggereret, nisi impuden
ni mendaciis (hic à Bellarmino pet
defensis ab Amesio relictis) addendo
theses.

VII. Objic. *Romanenses in suis Cæremo*
tati sunt Gentes, partim Judæos. Resp. H
ciebant olim Catholicis Manichæi im
respondit S. Augustinus lib. 10. contra
Vigilantius hæresiarcha repulsus à S. H
cuivis pio sufficit. Amesius ad hoc o
Judæi habuere etiam cæremonias sim
& Eucharistiæ : & Judæos æmulati s
in aliis pluribus Gentiles aliqui dæm
anne ideò pravæ sunt cæremoniæ nost
quòd nos à Christo acceperimus ea Sa
tem evincitur, similitudinem illam n
intentione, & fine satis est, quòd rit
niæ externæ differant; ut rectè olim
chæos, & Vigilantium docuere S. Aug
ronymus : quos mavult Amesius imp
nobiscum approbare, & tueri contra

VIII. Objic. *Augustinus epist. 119. ca*
multitudine cæremoniarum ita aliqui Eccle
tempore) oneraverint, ut tolerabilior fu
rum. Respondeo, Loquitur apertè de
remoniis, *quæ neque SS. Scripturarum*
tinentur, neque in Conciliis Episcoporum
tur : nec consuetudine Ecclesiæ universæ ro
diversarum locorum diversis moribus innum
tur. Talia & nos cum Sancto Augu
existimamus.

IX. Objic. *Cæremoniæ illæ tollunt discr*
Deus voluit esse inter Judæos, & Christi
gogiam Judaicæ similem habent. Resp.

versatur, quòd cultus Judaicus quatenus Judaicus, idest, Vet. Test. erat principaliter externus, & corporalis: Christianus autem cultus est principaliter internus, & spiritualis, à spiritu fidei, & charitatis procedens, qui est ipsa gratia Nov. Test. & ex Vet. Test. nullatenus haberi potest. Amesius 1. *Ut cultus aliquis sit principaliter corporalis, & minùs principaliter spiritualis, hoc est planè impossibile: spirituale enim principatum semper obtinet, ubi conjungitur cum corporali*. Resp. Id quod à maxima parte populi Judaici factum est, non est impossibile. Nam triplicis generis homines erant in ea gente. 1. Quidam valdè perfecti, & sancti, ut Patriarchæ, & Prophetæ, qui pollentes spiritu fidei, & charitatis Nov. Test. perfectè nihilominus servabant omnes leges Mosaicas. 2. Alii erant improbi, & transgressores aperti legum Mosaicarum: & tales fuisse videntur rariores. 3. Plurimi è populo servabant leges illas de rebus, & cæremoniis externis præcipientes, ut promissionibus terrenis fruerentur. Hinc post captivitatem Babylonicam, idololatriam valde horrebant, cùm experimento didicissent, quàm eorum majores ob illam acerbè fuerint mulctati. Horum itaque cultus sine dubio principaliter erat externus, & corporalis, minùs principaliter spiritualis, & internus: uti & adhuc hodieque major pars hominum carnalium sunt inter Christianos, qui non student proficere in spiritu, & charitate. Quod 2. Amesius infert: *Hac ratione potuisse omnes veteres caremonias continuari hac lege, ut subjicerentur cultui spirituali*; absolutè potuisset ita statui à Deo: at non erat ullatenus conveniens, posito semel, quòd lex vetus deberet esse servorum, typus & umbra novæ legis filiorum.

X. Objic. *Lex illa semel Ecclesiæ dicta, æterna manet. Quod præcipio tibi, hoc facies, hoc observabis ut facias; non addes quidquam, nec detrahes*. Resp. His non prohiberi quamlibet additionem, patet, quia sive per *Verbum* intelligantur libri sacri; sive præcepta moralia, aut judicialia, vel cæremonialia, semper inveniemus factam fuisse additionem. Post Deuteronomium additi sunt tot alii libri sacri, historici, prophetales, sapientiales, Evangelia &c. Et in istis quot moralia præcepta? David 1. Reg. 30. vers. 24. addidit legem judicialem: cæremonialem de diebus festis Esth. 9. v. 28. Judith. ult. v. 31. 1. Machab. 4. v. 59. Prohibetur ergo additio heterogenea, & corrumpens. Non habuit Amesius quo tam solidam responsionem elideret, (uti nec, unde suum Patriarcham Calvinum à mala fide, & apertis pseudologiis in argumento 8. & 10. admissis tueretur adversus Bellarminum;) ideoque more suo, ad cavillos vertitur. *Addidisse*, inquit, *juvabit, Pontificiorum cæremonias varias, ex confessione gravissimorum virorum esse additiones corrumpentes*; idque probat ex *Ludov. Vive, qui refert abusum alicubi introductum, ludum scenicum in hebdomada pœnosa exhibendi &c.* Quid enimvero hoc ad cæremonias sacras totius Ecclesiæ consensu receptas, & probatas? Quis sanæ fidei, & cerebri è Catholicis tuetur abusus, heteroclises, & anomalias, quæ hinc inde possunt irrepere?

Gerhardus hic silet, reipsaque ostendit, se non esse Puritanum Calvinistam.

V I N D I C I Æ

PRO LIBRO PRIMO

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Ad CAPUT IV.



Quoad necessitatem Baptismi, nulla quæstio est, inquit Bellarminus, quin Baptismus sit necessarius ad salutem ex Divino Christi mandato; id enim Calvinus fatetur. Sed controversia est: An sit necessarius ut medium ad salutem, ita ut si quis non baptizetur, pereat, etiamsi fortè ob ignorantiam excusetur à prævaricatione præcepti. Amesius. *Concedimus nos, Baptismi Sacramentum esse necessarium, non tantùm ut rem præceptam, sed etiam ut medium salutis ordinarium; ita tamen ut negemus, necessitatem illam esse tam absolutam, ut in omnibus non baptizatis, etiam parvulis, negatio illa Baptismi, sit certum argumentum perditionis*. Contra hoc assertum hæreticorum adstruitur Catholica veritas.

I. Verbo Dei expresso Joan. 3. vers. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Quæ verba non sonant præceptum, sed medium, ut S. August. demonstrat. lib. 1. de pecc. merit. & remiss. cap. 30. Idemque apertissimè convincitur ex figura ænei serpentis, quam ibidem Dominus ponit. Itaque æquivalet illud dictum Christi huic: Nisi comedas, non vives; quod sine dubio significat necessitatem medii. Calvinus, Martyr, Zuinglius, Wiclef &c. miris somniis conantur tam aperta verba detorquere ad suam phantasiam. Vix meliora sunt, quæ Amesius regerit. Sic enim arguatur 1. *Juxta Bellar. Baptismus non fuit absolutè necessarius eo tempore, quo Christus hæc verba habuit cum Nicodemo, neque ante diem Pentecostes. Sed Dominus loquitur ibi de illa necessitate, quæ tum temporis debuerat à Nicodemo, & omnibus Magistris Israelis agnosci. v. 10. Ergo non loquitur de necessitate Baptismi externi*. Resp. Si subsumptum potuisset probare, aliquid coloris haberet hoc paradoxum, omnibus anterioribus, non dico Patribus, & Theologis, sed etiam Lutherano-Calvinistis ignotum. Amesius 2. *Bell. etiam cap. 6. concedit: Baptismum fluminis, vel aquæ, non esse adeò necessarium, quin possit per Baptismum flaminis aliquando suppleri: quod cùm de adultis concedatur, non potest de parvulis negari, nisi admodum inconsideratè, & absurdè*. Resp. Rectiùs diceret: Non potest de parvulis hoc affirmari nisi absurdè, & tantum non fatuè, ut infrà contra Lutheranos patebit. Suppleri sine dubio in parvulis potest Baptismus fluminis per martyrium, seu Baptismum sanguinis: at quomodo Baptismus flaminis in iis locum habere potest, cùm careant usu rationis: Amesius 3. *Aquæ ibi fit mentio, ut medii forsan ordinarii, sed non ut eandem cum spiritu necessitatem habentis*. Resp. Quod ipse trepidè affirmat per suum *Forsan*; nos cum universa Ecclesia XV. Sæculorum intrepidè negamus. Alexander Alensis, quem in patrocinium accersit, ope Quodlibeticæ sic explicatur.

II. Probatur eadem veritas ex Traditione Ecclesiæ, & Patrum. Semper enim Ecclesia credidit, infantes perire, si absque Baptismo decedant, ut constat ex Conciliis Carthag. & Milevit. apud S. Aug. epist. 90. & 92. in quibus ex professo damnatur oppositum. Idem constat ex SS. Siric. Innoc. Leone M. & Patribus

ferè

ferè omnibus. Sufficiat nomine omnium S. Augustini testimonium solaribus radiis scriptum: *Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes antequam baptizentur, morte præventos, pervenire posse ad indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus.* Quid ad hæc noster Puritanus? Ait 1. *Ecclesiam semper hoc credidisse, non potest probari.* Sic est, Calvinistis nihil probatur, etiam ex manifestis Scripturæ verbis (nedum ex monumentis SS. Patrum) quod non sit ad eorum palatum. Ait 2. *Ecclesia circa tempora Augustini credidit, etiam illos infantes perire, qui absque cœna Dominica de hac vita decedunt.* Sic Maldon. in cap. 6. Joan. Respond. Hæc cavillatio jam in Tom. 1. depulsa est.

III. Probatur ratione ex adversariorum fundamento desumpta. Ipsi enim ajunt: Filios Christianorum nasci liberos à reatu peccati originalis, non quidem, quòd non habeant peccatum; sed quia eis non imputatur, cùm sint filii Sanctorum. Hoc autem fundamentum facilè evertitur: Tum, quia Rom. 9. Jacob & Esau optimi Patriarchæ filii erant, & tamen odio Deus habuit Esau, antequam quidquam mali egisset: Tum quia David, etsi esset filius hominis fidelis, tamen de se dixit Ps. 50. *In peccatis concepit me mater mea.* Et Apostolus Ephes. 2. *Eramus & nos natura filii iræ.* Tum quia generaliter de peccato originali dicitur Rom. 5. *In quo omnes peccaverunt.* Et 1. Corinth. 15. *Christus pro omnibus mortuus est: Ergo omnes mortui sunt.* Quod sine dubio non de vitio naturæ, sed de reatu intelligitur, alioqui nemo haberet reatum: Tum quia id pugnat cum axiomate omnium Patrum, imò Christianorum omnium, qui cum S. Hieron. Tertull. &c. dicunt: *Christianos non nasci, sed fieri.* Amesius 1. *Consequentia illa nulla est. Ergo non possunt fieri salvi nisi per Baptismum externum.* Sed revera est optima. Cum enim non nascantur, fieri debent: non per actus internos spirituales, quibus ipsi carent, ut pecudes: Ergo per externum aliquid. Nihil verò assignari potest præter Baptismum fluminis; aut certè Martyrium. Amesius 2. *Sensus* (Calvinianus) *illius axiomatis est, quòd non corporalis, sed spiritualis nativitatis virtute fiant Christiani veri, quæ etiam secundùm dispensationem consueta gratia (ut Alexander Alensis observat) sequi videtur nativitatem corporalem: quamvis non desint, qui in utero sanctificentur.* Resp. Prior pars hujus glossæ admitti potest, posterior autem, textui, & sensui Auctorum manifestè repugnat. Quis enim ante Novatores istos ita somniavit? Sed videamus.

§. 1.

Argumenta Calvinistarum.

I. Objiciunt ex Gen. 17. vers. 7. *Ero Deus tuus, & seminis tui. Filii eorum, qui participes sunt benedictionis Abrahæ, sunt filii Dei, etiam cùm primò nascuntur.* Resp. Jam ex suprà dictis constat: promissionem illam Genes. 17. vers. 7. non fuisse de remissione peccatorum, sed peculiaris protectionis, gubernationis, & terrenæ fœlicitatis; In sensu autem mystico fuit illa promissio quoque spiritualis de remissione peccatorum, & vita æterna; sed ad nos descendit, non per generationem parentum, sed per spiritualem regenerationem Christi. Tunc ergo incipimus esse filii Abrahæ, cùm incipimus esse fideles, & Christi filii, vel fratres: id autem certum est non fieri, nisi per Baptismum. Amesius post iteratam suam Thesin ait 1. *Filii Christi incipimus esse per fidem ante Baptismum.* Resp. Vel sermo est de infantibus; & hoc apertè falsum est. Vel de adultis; & tunc falsum est, sufficere fidem informem: Fides autem formata charitate, necessariò secum trahit susceptionem Baptismi, si sit possibilitas illius suscipiendi; sin minùs, suppletur per votum Baptismi, aut

per Martyrium. Amesius 2. *Baptizantur*
quia pro filiis Dei habentur, non ut incipia
lioqui ratio nulla esset, quare filii infideliu
ptizarentur, ac filii fidelium. Resp. Si
nova Calvinistica impietas, ad quid op
mo parvulis? Non dubito, si effutiisse
lim impietatem, cùm fervebat bellum c
nos, idem respondisset Amesio, quod
giano S. Aug. lib. 3. contra Julian. ca
propterea quia timetis dicere, non baptizen
lium fauces vestra sputis oblinantur virorum
capita sandaliis muliercularum comminuantu
fidelium paulò post dicetur.

II. Objic. 1. Corinth. 7. vers. 14. *Libe*
sunt. Resp. 1. cum S. Augustino lib. 3.
& remiss. cap. 12. quidquid significetur
rum sanctitatem, non posse ullo modo
adversarii volunt, scilicet filios fieri Sa
ptismo. Nam ibidem Paulus dicit: san
gem infidelem per fidelem, & tamen
set credere, conjugem infidelem, sine
Deum, & Baptismo Christi, posse p
missionem peccatorum, hoc solo, quò
jugi fideli. Conatur Amesius hanc solu
solidam, & sufficientem eludere. *Eò*
delis non simpliciter, sed quoad conjugii usu
ficari: liberi autem fidelium simpliciter Sanc
hæc glossa voluntaria est, & falsum a
la enim restrictione vir infidelis dicit
per mulierem fidelem; sicut sine rest
cuntur Sancti. Itaque 2. verus sensus
S. Aug. Ambr. Anselm. Tertull. Hier
Nunc autem, continuato conjugio,
mundi sunt filii vestri, (opponitur eni
immundo,) utpotè ex legitimo matr
industria parentis fidelis facilè possunt
fide instrui, atque ita verè sanctifican.
sa Jenensis Lutherana vernacula, quæ
tinum versa: Jam verò Sancti sunt, i
ne tales filii ex uno parente fideli prog
qui ex utroque fideli nascuntur, habe
fœdus gratiæ divinæ; ita ut ad hoc p
mox ac geniti sunt, admitti queant. A
tum extra oleas vagatur, diversas ex
stolici loci à Bellarm. allatas, insecta
hoc ad rem facit: nec heteroclitam
hæreticam) hinc salvat glossam.

III. Objic. *Profanatur Baptismus, ci*
non pertinet ad Christum. Resp. Non pr
datur immundis; sed potiùs ipsos mun
datur immundis, ut mundentur; ut h
clesiæ omnium sæculorum, quibus sol
& puritani refragantur. Amesius: *Qu*
lium liberis, & ipsis infidelibus, etiam
Præclara instantia! Invito adulto non
Baptismum, palàm est: quia debet cr
fiteri priùs Christi fidem, adeoque req
riò propria dispositio. Hanc parvuli c
queant, & quamdiu sunt sub patria,
testate infidelium, si baptizarentur in
rum potestate sunt, fieret & his injur
nerentur gravi periculo sacrilegii, si p
tur in perfidia parentum. Absolutè a
baptizare, cum moraliter nullum est
ad suos infideles parentes redituros, u
essent pueri Turcarum &c. uti & in
periculo licitè baptizantur, etiam rec
rentibus: ut omnes Theologi docent.
horum saluti, præter Calvinianam in
ret, si per hanc illa staret.

IV. Objic. *Infantes Judæorum, qui an*
moriebantur, non perierunt: Ergo nec inf

rum, qui moriuntur antequam baptizentur. Resp. Neg. Conf. Disparitas est, quòd in Lege veteri habebatur remedium legis naturæ (fides scilicet, aut oblatio parentum) quo succurrebatur parvulis Judæorum, ante octavum diem morientibus, aut aliis, qui extra gentem Hebræam erant fidelium filii. Quòd si dicas: Cur ergo non idem adhuc posset adhiberi infantibus in utero materno, aut aliter præpeditis, quo minùs baptizentur? Resp. Quia Christus absolutè pronuntiavit pro legis Evangelicæ statu: *Nisi quis renatus fuerit &c.* unde omne aliud medium exspiravit, nisi per privilegium speciale aliqui Baptismum sanguinis obtineant. Quòd nonnullos à Cassandro relatos pro se adfert Amesius, nihil evincit. Cassander in multis graviter impegit. Cajetanus verò sua illa præpostera, & heteroclita pietate meruit, ut apud Catholicos omnes ita malè audiat, ut non tantùm Dominicus Sotus in 4. dist. 5. quæst. unic. art. 2. Dominicanus æquè ac erat Cajetanus, hujus dictum vocaverit *hæreticum*: sed etiam Pius V. Dominicanus & ipse, deleri illud jusserit in Commentariis Cajetani. Unde & evanescit.

V. Obiic. *Alienum est planè à misericordia Dei, ut omnes liberi fidelium, qui sine Baptismo moriuntur, in æternum perirent. Hoc est argumentum Gabr. Gerf. Cajet. & Auctorum antea ex Cassandro citatorum, cum multis aliis.* Resp. Cum S. August. lib. 2. de bono persev. Dei judicia esse occulta, cur tot parvulos sinat perire (sive Christianorum, sive infidelium,) interim tamen esse justissima. Nam etsi illi sine sua culpa non baptizantur, non tamen sine sua culpa pereunt, cùm habeant peccatum originale. Qui autem fingunt aliud remedium præter Baptismum, apertissimè pugnant cum Evangelio, Conciliis, Patribus, atque Ecclesiæ universæ consensu. Nam ut S. Aug. ait epist. 29. non alia de causa in Ecclesia festinatur, & curritur cum infantibus periclitantibus ad Baptismum: nisi quia constat, nullum esse aliud remedium. Videntur autem, qui ista fingunt, non cogitare, curam infantium magis ad Deum, quàm ad se pertinere; & Christum, cùm Joan. 3. Baptismum necessarium asseruit, bene scivisse, multos eo remedio, sine sua culpa privandos, & facillimum esse Deo, si vellet, providere infantibus omnibus Baptismum, sicut re ipsa providet omnibus electis. Hanc responsionem solidam non enervavit Amesius, nisi enormi truncatione, ut cuivis inspicienti patet. Addit sarcasmum Puritano dignum. *Ergo*, inquit, *qui non baptizantur, ex sententia præ noverca Ecclesia Romana, sunt omnes reprobi. Sed quis cognovit mentem Domini, aut ei fuit à consilio.* Resp. Pari ineptia posset quis affirmare, infantes Judeorum, Turcarum, & Gentilium, immò & hos ipsos ita decedentes non esse reprobos. Nec est minùs ineptum, quo finit totum Caput: *Nos*, ait, *certò scimus ex mente Dei revelata, fideles non debere de suis mortuis contristari, sicut Ethnici, qui spem non habent.* 1. Thess. 14. v. 13. Resp. Amesius truncat, & ita in hæresis suæ patrocinium versat Apostoli verba: quibus hic apertè suum dictum restringit ad eos: *qui dormierunt per Jesum.* vers. 13. Item *ad mortuos qui in Christo sunt.* vers. 15. idest, qui gratia justificante Christo insiti sunt. Tales autem non esse omnes Christianorum filios, sive adultos, sive infantes, manifestum est: Ineptè ergo, & impiè extenditur ad omnes.

§. 2.

Lustrantur obiter ineptia Gerhardina.

Is Disp. 19. Thes. 31. maxima ex parte replet iis, quæ nihil penitùs ad rem faciunt.

Th. 3. in fine ait: *Agnoscit ergo Bellarm. quosdam Romano-Catholicos nostræ sententiæ assurgere.* Ineptiatne hic magis Grammaticè, an Theologicè, decernet Titius. Ineptiùs adhuc seq. Th. Catharinum, Pighium, Savanarolam, infantibus sine Baptismo morientibus (quibuscumque, etiam Gentilium) beatitudinem naturalem addicentes, in Lutheranæ sententiæ favorem adducit. Et quid, quæso, in his omnibus contra Bellarminum.

Th. 8. Sic argutatur: *Juxta Bellarminum, Martyrium, gentilium infantes sine Baptismo salvat: Ergò multò magis preces parentum in casu necessitatis.* Arena sine calce. Uti & Th. 9. *ex Joannis Baptista in utero materno Spiritu Sancto repleti exemplo infert, Deum infantibus Baptismum flaminis, sine Baptismo aqua, extraordinaria sua gratia communicare posse.* Hoc quidem verum est; sed factum ex isto possibili non magis infertur, quàm ex asinæ Balaami exemplo, omnes asinas Lutherano-Calvinianas voce humana fari.

A Th. 10. usque ad 24. recitat ex Bellar. de amiss. grat. quinque sententias Theologorum de statu infantium sine Baptismo decedentium, & ex re planè incerta, extundere satagit certam absurditatem, qualem tamen hic in Bellarmino nullam invenit, cùm is nihil asserat, sed probabiliter disputet. Verbo: *Non liquet.*

Th. 25. & seqq. ait: Bellarminum probare Baptismi necessitatem ex illo Christi Joan. 3. *Nisi quis renatus &c.* Et tamen etiam docere: Baptismum Christi cœpisse esse necessarium necessitate remedii in die Pentecostes. *Atqui*, inquit Gerhardus, *si in verbis illis Christi absoluta necessitas proponeretur, utique Baptismus factus fuisset necessarius post illorum prolationem, ac proin ante Christi passionem.* Verùm, ignoratne hic Magister in Israel, leges non obligare, nisi post promulgationem.

Th. 28. 29. & 30. Sic infert: *Martyrium, & contritio perfecta supplent in adultis inculpatum defectum Baptismi. Item, juxta Bellarm. Christus non est alligatus Sacramentis. Ergo in præcepto Christi non proponitur absoluta necessitas Baptismi aqua in parvulis. Ergo casus necessitatis semper intelligitur exceptus.* At mirum sanè est, quod hanc tam patentem exceptionem nemo unus ex SS. Patribus, nec Ecclesia universa potuerit agnoscere, quam Gerhardus tam facili ἀποδείξει suis persuadet. Decernat Titius an hæc sequela virilis sit: (Deus non est alligatus Sacramentis: Ergo casus necessitatis *semper* (ac consequenter etiam in pueris Hebræorum, & Turcarum) intelligitur exceptus: O Divinam Quodlibeticam!

Ad CAPUT VII.

De ministro Baptismi Bellarminus sequentia statuit. 1. Jus baptizandi ex officio ordinario convenit solis Sacerdotibus. 2. Diaconis quoque ex officio convenit baptizare, sed in absentia Sacerdotum, aut eorum jussu. 3. Laicis baptizatis, & etiam non baptizatis, licet baptizare in casu necessitatis, si sciant ritum; non tamen solemniter. 4. Fœminæ etiam in extrema necessitate possunt baptizare. Amesius: *Nos* (Puritani) *quia jus baptizandi proprium effectum est vocationis; cui jus illud communicatur; & Bell. ipse concedit, jus ex officio aut vocatione ordinaria solis Ministris Ecclesiasticis convenire, qui ad hoc ipsum ordinantur: neque extraordinarium officium alicui super hac re concessum ostendi potest; ministris illis solis licere dicimus baptizare, quibus baptizandi potestas est commissa. Fundamentum autem contrariæ sententiæ, quod in absoluta Baptismi necessitate collocatur, in priori cap. fuit eversum.* Resp. Quàm præclarè Catholicam pietatem, & sensum totius Ecclesiæ priscæ, practicè everterint Calvinistæ in suo cœtu, cum certissima, & æterna pernicie innumerabilium infantium, cum dolore cernimus: quàm ficulneis verò fundamentis nixi tam perniciosam novitatem tueantur,

satis

satis patebit ex infrà dicendis. Unde meritò Calviniana hæresis etiam ob hunc errorem inter perniciosiores numerari meretur, qui ob tam frivolas ratiunculas sensum suum universæ Ecclesiæ præponit. Sed Catholica veritas

I. Probatur exemplo Sephoræ Exod. 4. v. 25. uxoris Moysis, quæ filium suum circumcidit, & eo modo virum suum à mortis periculo liberavit. At circumcisio figura erat Baptismi, & juxta Calvinum, idem omnino efficiebat, quod nunc facit Baptisma. Ergo licebit etiam in casu necessitatis mulieribus baptizare. Amesius videtur agnoscere, Magistrum suum Calvinum ex mera impotentia animi, & libidine detrahendi, incredibili temeritate Sephoram vocasse *stultam mulierem, & temerariam, meraque mendacia fudisse*; tamen cum eodem ait, *Sephoram circumcidisse filium sine proposito obsequendi Deo*, & *projecisse præputium in terram, & obmurmurasse contra Deum, & contra maritum, &c.* Sed calumniatur uterque sanctum factum Sephoræ. Revera enim mox peracta circumcisione placatus est Deus Moysi, quidquid reluctetur cum Calvino Amesius. Nam quod prætendunt, hinc *alioqui etiam secuturum, placuisse Deo, quem gentes ab Assyria traducta erexerant cultum*; 2. Reg. 1. impertinens, & nimis dispar est. Nam licèt Gentes illæ Deo non placerent, Deus tamen indicare voluit, quantum interesset inter cultum à se institutum, & impias gentium superstitiones, & ideò leones immisit in eas gentes, quando idola tantùm colebant; & leones repressit, quando Deum verum vero cultu honorare cœperunt. Sed putat Amesius: *Sic & hic placatum esse Deum, quia Circumcisio ab ipso instituta, aliquo modo observata, non quia Sephora sese huic negotio ingerebat.* Sed hæc est planè temeraria divinatio ex studio impiæ novitatis tuendæ profusa. Quis enim unus ante Calvinum talem censuram strinxit in Sephoram?

II. Probatur: Quia omnes tenemur in articulo necessitatis docere, & instruere ignorantes, præsertim in periculo æternæ salutis: Ergo etiam baptizare. Si enim etiam mulieri, & laico (Aquilæ, & Priscillæ, Actor. 18. vers. 26.) licet instruere privatim in fide, ob defectum meliùs instruentium; cur non & baptizare? Neque hinc infertur (ut prætendit Amesius) *Pariter licitum fore in articulo necessitatis Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Ordinis, Confirmationis, & extremæ Unctionis Sacramenta ministrare.* Id enim non modò illicitè, sed & invalidè fieret; cùm ista omnia non sint adultis media absolutè in re suscipienda, ad salutem necessaria. Nescit etiam quid dicat Amesius, cùm addit: *Institutio simpliciter considerata non est actus potestatis, sed charitatis; sed baptizare semper & ubique est actus potestatis.* Utrumque certè est & potestatis, & charitatis; utrumque in casu necessitatis à quovis præstandum est: & ad hoc posterius in necessitate præstandum, multò minus potentia, seu habilitas requiritur, quam ad prius. Auctoritate utrobique legitima alia opus non est, nisi quam facit ipsa necessitas.

III. Probatur Philippus Diaconus Eunuchum Act. 8. vers. 38. Ananias laicus Saulum Actor. 9. vers. 18. Qui cum Petro adfuere Cornelio Actor. 10. baptizabant, quos *fratres qui cum Petro venerant*, probabilissimum est, fuisse simplices discipulos. Denique Actor. 4. vers. 4. cùm quinque millia hominum baptizabantur, non potuit id fieri à solis Apostolis commodè, nec alii adhuc erant Sacerdotes. Amesius hic tam luculentis exemplis constrictus confugit ad *extraordinarium factum in Ecclesia primitus constituenda, quod non sit observandum in Ecclesia constituta.* Mira est hujus Puritani perversitas. Cùm enim aliàs plerumque contendat, quidquid ab Ecclesia post Apostolorum tempora introductum est, esse rejiciendum, & formam totius Ecclesiastici ordinis, & hierarchiæ (vel, ut ipse vocare mavult, hierodouliæ) unicè desumen-

dam ex primis Apostolicis initiis; hic ta
fugit ad oppositam doctrinam.

Denique perspicua valde sunt pro hac ve
monia, & exempla Patrum, ut & ipse Calv
vetit: *Ab ipso ferè Ecclesiæ exordio usu receptu
in periculo mortis laici baptizarent, si minister
non adesset.* Hoc tamen ipse, pro sua
gelica authoritate non curat, sed subdit:
quàm firma ratione defendi queat. At revera
vis sapienti firma satis ratio; cùm meritò
mæ insaniæ cum S. Augustino adscribatu
improbare, aut in dubium vocare, quod t
bem omnibus sæculis frequentavit Ecclesi
nam, quæso, sunt peremptoria illa argu
Calvinum ad tam perniciosam novitatem i
Quatuor omnino sunt: at tria posteriora
subversa sunt, ut Amesius ne mentionem
rum facere ausus sit. Primum ergo solum
pe illud Matth. 28. vers. 19. *Docete, baptiz
cuntur solis Apostolis.* Notanda est hic ite
nica perversitas: Cùm disputatur de Com
utraque specie, & Catholici respondent:
verba: *Bibite ex hoc omnes*, solis Apostoli
quibus & mox subditur: *Et biberunt ex e*
tamen tam perspicuæ veritati præfractè o
vice versa jam tempore Ascensionis, ub
1. Cor. 15. v. 6. quingentos fratres Chr
adeoque incertissimum est, an solis Apo
Docete; baptizate, & multò valde proba
cæteris discipulis idem fuisse à Domino
tameo pertinacissimè reluctatur Amesiu
addere: *Certum est, hæc non fuisse dicta priv
mulierculis.* De paganis esto, & mulier
privatis (tunc quidem) fratribus unde c
ma legum interpres dici consuevit pioru
postolica proinde facta mandatum illud
fuerunt. Cùm enim Apostoli ratum h
Stephanus, qui non erat Apostolus, co
& Philippus similiter concionaretur, & b
idem multi alii facerent, qui ne Diacon
sent, ut Ananias, & alii, certè declarar
necessitate licere omnibus id, quod alioq
dam speciale officium pertinet. Porro v
effugium Amesii ad *specialem revelationem*
riolatur, unde eam ostendit? Ridicula
latio est, cùm id probare contendit ex
rum doctrina. Cum neutra, inquit, *sentent
gorum* (quas Bellarm. lib. 1. de Sacram. c
ture operativa Sacramentorum in Minist
*conciliari ullo modo potest, administratio Sac
minem paganum, privatum, aut quemcunq
bet virtutem Sacramenta ministrandi, sibi,
& ministris Dei, à Deo ipso commissam.* Re
que optimè cohæret. Agit enim tunc
tus, mulier, paganus &c. ut minister
narius, sed extra ordinem Deo id comm
naturali præcepto charitatis, vel miseric
rendi scilicet proximo in extrema necessi

Ad CAPUT X

QUæstio hæc (quænam fides req
ptismo) Calvinistas vix concernit
etiam Amesius hinc unde è Bell
pat;) sed genuinos Lutheranos, qui cu
Luthero, fidem actualem, aut aliqu
fidei parvulis tribuunt. Quamquam in
doxo minimè concordant. Nam prim
no 1523. apertè contra S. Augustinum
Scholasticos, (quos omnes *Sophistas* v
Fidem esse in parvulis ante Baptismum.
denies ait: *Præstare, prorsus omittere Bapti*

quàm baptizare eos sine fide. Hæc doctrina valde dura cæteris Neo-Evangelicis visa, peperit tres sectas. I. Anabaptistarum, qui cùm experimento certissimo tenerent, parvulos non credere, intulerunt: ergo nec esse baptizandos. II. Sacramentariorum, qui non negant parvulos baptizandos, sed negant, fidem in iis requiri, cùm jam ante Baptismum sanctificati, & membra Ecclesiæ effecti sint per donum electionis Divinæ, & promissionem parentibus factam. III. Lutheranorum, qui in Pseudosynodo Witteberg. anno 1536. hæc decreverunt. 1. Rejiciendum esse errorem illorum, qui imaginantur, salvari infantes sine aliqua actione illorum. 2. Etsi nos non intelligamus, qualis sit illa actio parvulorum, tamen certum esse, in eis fieri sanctos, & novos motus, sicut in Joanne Baptista, quando exultavit in utero. 3. Licèt non sit imaginandum, quòd infantes intelligant; tamen motus eorum, & inclinationes ad credendum, & diligendum Deum, similes esse motibus fidei, & dilectionis; & hoc esse intelligendum, cùm dicuntur infantes credere. Gerhardus in sua Confessione lib. 2. part. 2. pag. 907. post longam, & intricatam expositionem tandem concludit: *Dicimus ergo*, inquit, *Fidem actualem, non respectu externarum operationum, sed internarum & fidei propriarum. Non docemus, infantes talem fidem actualem habere, quæ per sensibiles motus, & operationes sese exerat, sicut in adultis; sed statuimus Spiritum Sanctum in actione Baptismi sua gratia, & efficacia in infantibus operari fidem, quæ non sit otiosus, aut nudus habitus; sed actu aliquo, cujus modus tamen nobis est inexplicabilis, Christum induat*, Galat. 3. vers. 27. *Regnum cælorum recipiat*. Marc. 10. vers. 15. *& regenerationis, ac salutis particeps fiat*. Joan. 3. vers. 5. *Jam verò Christum induere, recipere regnum cælorum, adipisci regenerationem, & salutem, sunt actus indubii fidei: Ergo fidem suo modo actualem esse necesse est.*

Ad CAPUT XI.

VEritas Catholica sequentibus assertionibus firmatur.

I. Assertio: *Infantes non habent actualem fidem*. Probatur tum ex Deut. 1. vers. 39. & Jonæ ult. vers. 11. ubi infantes dicuntur non cognoscere distantiam boni & mali: Tum ex SS. Patribus, præsertim ex S. Augustino in plurimis locis, ut ipsemet Lutherus agnoscit; Tum quia fides nequit oriri, nisi ex Divina revelatione, quæ quidem aut immediatè fit à solo Deo, aut per organum verbi Dei prædicati aut lecti. Neutrum sine aperto, novo, identidem iterando miraculo fieri potest: Tum denique, quia, ut S. August. arguit: Si verè intelligerent infantes quod agitur, vocis ejulatu, & motibus corporis non obstreperent Baptismo. Credere autem, & non intelligere, quid circa se agatur, delirium est.

II. Assertio: *Infantes dum baptizantur, non habent ullos novos motus, & inclinationes similes actibus fidei, & dilectionis*. Probatur 1. Quia repugnat verbo Dei, ubi nusquam habetur nomen *fidei*, ut significat motum quendam sine sensu, & cognitione (ut fatentur adversarii) sed potiùs contrarium indicatur. Rom. 10. v. 17. *Fides ex auditu*. Hebr. 11. v. 3. *Fide intelligimus aptata esse sæcula &c.* 2. Repugnat rationi. Nam motus illi nequeunt esse in corpore, cùm similes fingantur actibus fidei, & dilectionis; nec in anima, cùm implicet contradictionem, quòd sint absque cognitione. Quid enim est motus intellectus, nisi intelligere? & quomodo potest voluntas inclinari, nisi præcedente cognitione, cùm objectum voluntatis sit bonum cognitum? Omitto, quòd etiam repugnat Luthero, & doctrinæ, principiisque communibus Lutheranorum.

III. Assertio: *Infantes non justificantur sine ulla fide*: Cùm Christus Joan. 3. v. 18. absolutè edixerit: *Qui non credit, jam judicatus est*, & Apostolus Hebr. 11. v. 6. *Impossibile est sine fide placere Deo*. Sed hæc fides est habitualis, quæ cum gratia, & aliis virtutibus in Baptismo infantibus infunditur; ut definivit Concil. Trident. sess. 6. cap. 7. Et ex eo colligitur, quòd juxta Christi, & Apostoli effatum, sine fide impossibile sit salvari; fides autem propriè non significet nisi habitum, vel actum; Simulque constet, hunc in infantibus locum non habere; unde apertè sequitur, infundi in Baptismo infantibus habitum fidei, &c. Idem colligitur ex SS. Patribus.

IV. Assertio: *Parvuli credunt actu, partim, reipsa dum baptizantur* (quia scilicet ipsum baptizari infantibus est credere; quia nempe ipsa actio est fidei professio, ut docet S. August. lib. 1. de peccator. merit. & remiss. cap. 27. & epist. 23.) *partim etiam aliena fide, dum scilicet baptizantur in fide Ecclesiæ*; ut concorditer docent SS. Patres. Pro quo nota: Duplicem fidem requiri in Baptismo, Actualem unam, quæ præcedit Baptismum ut dispositio; quæ ut plurimùm non est ex habitu fidei, sed ex auxilio speciali Dei: Altera sequitur Baptismum, quæ est pars essentialis justificationis, & non est actus, sed habitus. Cùm ergo Patres dicunt; parvulos baptizari in fide parentum, aut Ecclesiæ, non loquuntur de fide posteriore, sed priore: Nec sensus est eos justificari formaliter, aut esse fideles aliena fide: Nec parvulis impetrari fidem, qua justificentur à fide, & precibus offerentium, & Ecclesiæ, sed sensus est: Fidem actualem, quæ requiritur ut dispositio ad Sacramentum, non haberi à parvulis propriam, sed alienam: quæ sanè illis plurimum prodest: Tum quia eos ad Baptismum adducit, quod alioqui non fieret: Tum quia hoc modo Deum colunt, dum fidem profitentur, & Satanæ abrenuntiant, saltem alieno ore; quod obsequium per alios præstitum Deus ratum habet, cùm ipsi per se non possint. Cur enim verò non ipsis etiam prodesset aliorum pietas, quibus olim obfuit Protoparentis transgressio? Non requiritur tamen hæc aliena fides essentialiter ad Pædobaptismum. His stantibus

§. 1.

Refelluntur objectiones Amesii.

Amesius 1. vel ex inscitia, vel ex fraude affingit Bellarmino quòd sibi ipsi contradicat, dum hìc ait: Infantes non justificari sine ulla fide, suprà autem lib. 2. cap. 1. excluserit fidem ab efficientia gratiæ Sacramentalis. Verùm utrumque subsistit. Prius enim de dispositione ad justificationem; posterius agit de ipsa efficientia Sacramentali gratiæ justificantis, quæ non confertur vi dispositionis, aut operis operantis, sed ex opere operato per ipsum Sacramentum, non posito obice. 2. Amesius negat infantibus infundi habitum fidei, spei, & charitatis. 1. Quia *fides debet præcedere Baptismum*. Actualis concedo; habitualis nego. 3. Provocat ad *experientiam baptizatorum puerorum, qui à Turcis abripiuntur &c.* Sed habitus supernaturales non cadunt sub experimentalem notitiam: quomodo enim id posset cum fidei cognitione obscura & ænigmatica stare? Quod addit de physico instrumento infusionis gratiæ nihil ad rem facit. 4. Quòd Bellarm. requisierit fidem tam actualem, quàm habitualem ad Baptismum, ait Amesius repugnare 1. *Scripturæ* Act. 15. v. 9. *Fide purificans corda eorum*. Sed hoc loco nulla mentio fit Baptismi, sed universim tribuitur fidei (& omnibus actibus, habitibusque à fide pendentibus) purificatio cordis. 2. *Rationi, & experentiæ, dictanti, eadem planè fide recipi Baptismum, qua recipitur fructus Baptismi*. Sed nec supernaturalia cadunt sub cognitionem experimentalem; nec ratio hoc, sed oppositum suadet.

ſuadet. Quod ipſum clarè verbis illis Chriſti indicatur: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c.* ubi fides, ut diſpoſitio præcedit Baptiſmum. Et Actor. 1. v. 36. 37. cùm Eunuchus diceret: *Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? dixit Philippus: Si credis ex toto corde.* Fides autem habitualis conſequens Baptiſmum, eſt neceſſariò juſtificationi habituali annexa. 3. Ait Ameſius repugnare confeſſioni ipſius Bellarmini lib. 2. cap. 13. ubi dicit: Adultos per fidem, & contritionem veram juſtificari, antequam reipſa ad Sacramentum accedant. Reſp. Hoc eſſe veriſſimum; ſed quia ut plurimùm in incipientibus contritio ſatis imperfecta cum fide conjungitur, ideò prius dictum intelligitur de eo, quod ut plurimùm contingit, poſterius de rarioribus eventibus.

§. 2.

Examinantur Gerhardina.

Probat is locis citatis ſuum paradoxum 1. *Expreſſo Chriſti teſtimonio* Matth. 18. Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt. Reſp. Hinc potiùs oppoſitum colligitur; quomodo enim ſcandalizabitur, qui caret uſu intellectus? Loquitur ergo Chriſtus eo in loco, non de infantibus, ſed de puſillis ſcandali capacibus. Quis enim niſi fatuus credat, ſe pupulum in cunis vagientem ſcandalizare blaſphemando, pejerando, obſcœna loquendo, prava ſuadendo &c.? 2. *Ab exemplo Joannis Baptiſtæ.* Sed cur non etiam ab exemplo aſinæ Balaam? 3. *Ab exemplo circumciſorum infantium* Gen. 17. verſ. 18. Rom. 4. v. 11. Sed nec vola, nec veſtigium hic apparet actualis alicujus motus ejuſmodi. 4. *A confeſſione Davidis*, Pſ. 71. v. 5. Sed hoc eſt argumentum ex Quodlibetica petitum: *Spes mea à juventute mea*, inquit David: Ergo infantes habent actuales motus fidei. O plus quàm puerilem collectionem! 5. *A fidei proprietatibus, quæ tribuuntur parvulis.* Pſal. 22. verſ. 10. 1. Joan. 2. v. 12. & 14. Sed hæc ſunt infantilia crepundia, ut textus ipſos inſpicienti patebit. 6. *Ab effectis fidei, quæ tribuuntur infantibus, quorum poſitio ipſam fidem tamquam cauſam proximam præſupponit. Infantes nati ſunt ex Deo, & vincunt mundum: timent nomen Dei: laudem dicunt Deo: juſti ſunt, ac Deo placent: ſalvantur.* Sed loca Scripturæ pleraque à Gerhardo allegata de infantibus non loquuntur, ut inſpicienti patebit: & conſequentia in plerîſque eſt Gerhardina, h. e. puerilis. 7. *A fructu Baptiſmi. Baptiſmus eſt efficax remedium peccatorum, regenerationis, uberias, & ſalutis æternæ: Ergo Spiritus Sanctus in cordibus illorum, qui ejus vocationi non reſiſtunt, actuali impœnitentia, ac pervicacia, per Baptiſmum fidem accendit.* Piget reliqua deſcribere, quæ nihil niſi verborum ſtrepitum inanem, aut arenam ſine calce exhibent. Puerilis ubique illatio: quid enim aliud ſequeretur, niſi pronuntiata puerilia, præmiſſas apertè falſas? 8. Inquit: *Ab admirabili infantium in maximis doloribus patientia. 9. Ab omni impedimentorum abſentia.* Hæc puerorum ſibilos, non reſponſionem merentur. Relicta igitur confeſſione Gerhardina luſtremus quæ in diſp. 19. profert.

Th. 33. ſic arguit: *Fides quæ juſtificat, non eſt otioſus, & torpidus habitus: At infantes, juxta Bellarm. habent fidem juſtificantem: Ergo non omni actu, & ἐνεργείᾳ deſtitutum; ſed eſt fides viva, & efficax, fiducialis ſcilicet apprehenſio meritorum Chriſti.* Reſp. Major ſi intelligatur de juſtificatione, quæ in adultis fit per propriam diſpoſitionem, adeoque ad hanc requirit fidem actualem, omnino vera eſt, ſed de parvulis falſiſſima, qui ſe nequeunt ipſi per actus rationales diſponere; neque etiam ab iis exigitur. Evertit autem ſe ipſe Gerhardus, cùm hic in infantibus exigit *vivam, efficacem, fiducialem apprehenſionem meritorum Chriſti*; & tamen in

Confeſſione, verbis ſuprà recitatis expreſsè
illum eſſe inexplicabilem nobis. At viva, effi
na fidei propria operatio, & fiducialis appre
torum Chriſti non eſt inexplicabilis nobis. E
ducialis, viva, & efficax interna appre
eſt infantium.

Th. 34. ait: *Habitus omnis aut eſt abſolutu*
tivus, ſive tranſitivus. Si per habitum fidei,
tibus Bellarm. tribuit, intelligit habitum abſolu
qualitas in ſe terminata, repugnat natura fidei
& tribuit infantibus non aliam, niſi mortuam
cam fidem, quam & Diaboli habent, quæ
vat. Siquidem Scriptura fidem juſtificantem
quòd ſit fiducialis apprehenſio meritorum Chri
æternam. Sin habitum relativum, & activum
dentem Chriſtum, ejuſque meritum, & benef
cantem intelligit, quando infantibus fidem tri
ſententiam approbat, &c. Scatet profectò
hæc brevis reſolutio erroribus in Philoſop
Theologia. Quid, quæſo, eſt habitus
activus? numquid eſt aliquid non actu ex
ſtabiliter permanens in anima, etiam cùm
Si ita, bene facit, talem habitum infanti
tis tribuendo, qui habitum gratiæ ſancti
mitatur, & in adulta ætate, in actus pr
ſic perit illa actualis operatio intranea,
ut ſic opponitur. Quodſi habitum hunc
actu operantem, & apprehendentem m
manifeſtè errat contra communem ſen
Philoſophorum, & Theologorum. Ca
ra peculiaribus locis diſcutienda reſervar

Th. 35. ita colligit: *Quibus meritum C*
tur, illi habent fidem actualem, teſte tota
plicatio meriti Chriſti requirit apprehenſionem
quæ non poteſt fieri, niſi fide actuali. Jam
applicatur meritum Chriſti, fatente Bella
Reſp. Sicut Minor veriſſima, ita Major
liter, uti oportet, (alioqui nihil conclu
piatur, continet decumanum mendaci
repetit Th. 37.) cùm non modò non
ſed nec unica quidem ejus ſententiola id
lùm enim vera eſt de adultis. Quid, q
Gerhardus, de infantibus in ſtatu legis
cedentibus? Quid de infantibus Chriſtia
ro, aut aliter ſine Baptiſmo decedentib
omnibus audebit tribuere *fidem actuale*
efficacem apprehenſionem meritorum Chriſti?
auſit Quodlibetica Lutherana?

Th. 37. *Ex hypotheſi conceſſa à Bellar*
Qui ad Chriſtum veniunt, & ſalvi fiunt,
fide propria & actuali, teſte tota Scriptura.
zati ad Chriſtum veniunt. Ergo. Incredi
lium, non eſt regnum cœlorum. Apocal
talium eſt regnum cœlorum. Ergo. Reſ
tio nec hilo melior eſt præcedente: Et
dus mox Th. ſeq. ſibi applaudens ait
argumenti hujus robur, ideò lib. ejus cap.
lam quaſi deſerit &c. Sed vel fallit *flagi*
tur *pueriliter* Gerhardus; uti ex ſuprà
tet: ut non libeat inſulſis ineptiis di
Quid, quæſo, homo iſte non audea
dalum etiam in infantibus unius die
ſit, *diſtinguendum eſſe*, docet, *inter*
le, & reale; inter ſcandalum actu, &
unquam Theologorum tales nugas
nempe Bellarminus teſtis eſt Lutheran

Ad CAPUT X

EFfectus principalis Baptiſmi eſt:
ne id, quod habet in homine
ut definitur in Concil. Trident. ſeſſ.

errorem Lutheri secundum ex iis, quos Leo X. anno 1521. damnavit, ubi ait: *In puero post Baptismum negare remanens esse peccatum, est Christum, & Paulum simul conculcare.* Et Philippus Melanchthon in Apolog. Conf. Aug. etsi à Roffensi septennio ante cum Luthero monitus, tamen non erubuit mendaciter eundem errorem S. Aug. tribuere his verbis: Augustinus ait: *Peccatum in Baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur.* Idem mutatis verbis tenet Calvinus 4. Instit. c. 15. §. 10. Ab hac tamen Patriarcharum suorum sententia haud obscurè declinant Amesius, & Gerhardus. Et hic quidem in Confessione pag. 911. sic ait: *Peccatum, cujus remedium est Baptismus, dupliciter consideratur; vel absolutè in prædicamento qualitatis, ut est vitiositas, inordinatio, & ἀνομία: vel relatè, ut est damnabile quid, reos nos faciens coram Deo. Respectu posteriore planè tollitur, ac deletur peccatum, h. e. reatus peccati in credentibus. Respectu priore non planè tollitur; manet enim vitiositas illa naturæ, licèt refracta &c. Libenter concedimus, peccata in Baptismo tolli per remissionem &c. Si de peccato loquamur ratione formalis, ac reatus: certum est eo modo penitùs deleri & mundari, ut non ampliùs ad damnationem imputetur.* Rom. 8. *Materiale peccati, seu vitiositas naturæ pugnans cum lege Dei, manet in renatis.* Rom. 7. vers. 14. Ita Gerhardus in Confessione. Hic verò Th. 45. exposita Bellarmini sententia, præcipuè: *quòd in renatis maneat concupiscentia, fomes, lex membrorum &c.* subdit: *Atqui demonstrabimus suo loco, concupiscentiam illam esse peccatum, etiamsi nondum accedat ad eam libera voluntas ejus desideriis consentiendi.* Sed hæc non videntur cohærere. Si enim *materiale peccati* (non tantùm juxta Catholicos, sed etiam juxta Gerhardum in Confess. loc. cit.) *est vitiositas illa naturæ, pugnans cum lege Dei; & hæc sola manet post Baptismum*: Ergo & concupiscentia, fomes, lex membrorum non habet rationem formalis peccati, reatus, & offensæ Dei. Ergo reipsa Gerhardus hoc loco nihil habet contra Catholicam doctrinam, & à suo Luthero & Melanchthone recedit. Quòd si distinguat inter concupiscentiam in actu primo; & actum secundum fomitis; prioremque dicat esse materiale, posteriorem verò formale peccati, manifestè hoc inde revincitur: quia concupiscentia in actu primo nihil est præter potentiam appetitivam, sensitivam, & irrationalem, quam Deus produxit, & quæ se indifferenter habet ad bonitatem, & malitiam moralem, seu ad con- & difformitatem cum recta ratione. Ut sic ergo non potest esse materiale peccati; sed solùm prout in actu secundo tendit in aliquod objectum legi æternæ adversum: completur autem formale peccati tum solùm, cùm accedente rationis advertentia, deliberatè consentit objecto pravo. Sed de hac concupiscentia agetur tom. 4.

Amesius hic Th. 2. apertè dicit: Phrases istæ omnes (quibus è SS. Scripturis Bellarm. probat: *Nos per Baptismum mundari, lavari, peccatum tolli, deleri, auferri &c.*) rectè explicantur de *Reatus abolitione perfecta*; (plus autem Catholici non exigunt) *& vitii, vel maculæ inchoata mortificatione.* Revera ergo Amesius quoque nobis non adversatur, adeoque otiosæ antilogiæ sunt, quibus carpit nonnulla argumenta, pro hac veritate à Bellarmino allata; uti sunt (præter illud, quod jam de phrasibus Scripturæ dixi.) 1. Quòd in figuris Baptismi verè fuerit aliquod effectum. 2. Quòd mundatio justificationis comparetur rebus verè & propriè mundis. 3. Quòd in Adamo sint verè mortui, & Christus verè mortuus pro nobis, & verè surrexit: Ergo & omnes, qui sunt verè in Christo, justificentur. 4. Quomodo sumus verè regeniti, & vivificati, si adhuc mors in nobis manet? 5. Lux & tenebræ, peccatum & justitia, non possunt simul habitare 1. Cor. 10. 2. Cor. 6. 6. Deus odio habet peccata, Ps. 5. & 44. Sap. 14. Ergo Deus aut in justificatione penitùs tollit peccata, ita ut nihil sit, quod odio habere possit: aut certè nihil omnino remittit, ne obligationem quidem ad pœnam. Si enim peccatum maneret, Deus illud odisset: si odisset, punire vellet si punire vellet, non ignosceret. Itaque dicere, Deum non imputare peccata, quæ verè manent, atque ea nolle punire, est manifesta contradictio secundùm Scripturas sacras, quæ Deum hostem, & vindicem peccatorum severissimum ubique describunt.

Amesius 1. *Manere potest illud quod dignum est odio, & pœna, seu vindicta prosequente; aliàs peccatum nunquam tolleretur à Deo. Deus enim ut vindex non tollit peccatum.* Resp. Manere potest sine vindicta prosequente in actu secundo, Concedo. Sine vindicta in actu primo, seu effectu vindicandi, nego. Unde malè infertur: *aliàs peccatum nunquam ablatum iri à Deo.* Etsi enim ut vindex non tollat, tollit tamen ut misericors Dominus.

Amesius 2. *Odium peccati consistere potest cum dilectione peccatoris. Qui odit vitia, non statim homines odit.* Resp. Odium peccati mortalis nequit consistere cum dilectione supernaturali peccatoris; cum naturali bene, qua illis vult conservare esse, & vitam, uti & ipsis damnatis. Verba clara sunt Sap. 14. *Odio est Deo impius, & impietas ejus.* Psalm. 5. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem &c.*

Amesius 3. *Bellarminus non potuit negare, omnem pœnam pecati in regenitis tolli: ipsius enim defensio exstat* lib. 1. de Purgat. cap. 11. Mors est vera pœna peccati originalis, & eam luunt homines justi. *Quamvis igitur sententiam Pontificiorum istis verbis proponat*: Baptismus tollit, ac delet verè omnem culpam & pœnam; *in probatione tamen nullam pœnæ facit mentionem; quia experientia communis docet, baptizatos mori, etiam ante novum peccatum admissum. Sophistica hæc disputandi ratio est nimis turpis, & pudenda. Lectores vel cæcos, vel socordes spondebat sibi Bellarminus.* Resp. Amesius hic strenuè cavillatur, & calumniatur, ex inscitiane, an ex nequitia, videtint gregales. Confundit enim pœnas propriè dictas cum pœnalitatibus, quæ non remittuntur ulli; quæque peccatum primi parentis, & originale singulorum indirectè sequuntur, nempe fames, sitis, morbus, mors &c. quibus peculiari Dei auxilio liberaremur, si non fuissent illa peccata. Has enim pœnalitates per Baptismum non tolli, nemo est qui nesciat; neque hæ sunt pœnæ directè inflictæ ob ea peccata. Itaque tantùm loquitur Bellarm. de iis pœnis, quæ directè infliguntur ob peccatum originale, vel actualia: & eas omnes omnino remitti per Baptismum. Illæ enim, & tota dignitas ad illas, per Baptismum semper aufertur; cùm tamen id non semper contingat in Sacramento pœnitentiæ. Cujus ratio assignatur in Concil. Trident. sess. 14. cap. 8. Videatur S. Thomas 3. part. quæst. 69. art. 3. & ibi Suarez in Comment.

Ad CAPUT XVII.

Bellarm. quatuor per ordinem capitibus Lutheri errores prosequitur, totidem Canonibus in Concil. Trident. damnatos, nempe *6. 7. 8. 9.* 10. Hos errores silentio suo agnoscunt Amesius & Gerhardus; ac proinde Lutherum suum indefensum relinquunt. Porrò opposita veritas quatuor hisce propositionibus constat. 1. Baptismus non id efficit, ut baptizati non possint gratiam Dei amittere nisi nolint credere. 2. Baptismus non id efficit, ut homo solius fidei debitor sit, non autem implendæ universæ legis Christi. 3. Baptismus non liberat homines ab obligatione Ecclesiasticæ legis. 4. Per Baptismum non fiunt irrita omnia vota.

Ad CAPUT XVIII.

QUinta propoſitio, quam Ameſius, & Gerhardus impugnare velle videntur, re ipſa autem vix tangunt, hæc eſt: Non poteſt fieri, ut ſola memoria, & fide ſuſcepti Baptiſmi peccata remittantur, quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſed neceſſarium eſt pœnitentiæ Sacramentum. Ameſius truncavit inſigniter hanc propoſitionem; ſic enim ponit: *Sola memoria Baptiſmi, non poſſunt dimitti peccata, quæ fiunt poſt Baptiſmum.* Deinde addit: *Neque nos hoc aſſirmamus, ſed fide, ac reſipiſcentia, ex memoria Baptiſmi renovata, peccata quæ poſt Baptiſmum fiunt, remitti docemus.* At veritas Catholica hæc Dicit. 1. Baptiſmo remitti peccata præterita ex opere operato. 2. Ideò hanc efficaciam non ſe extendere ad futurum. Memoria autem Baptiſmi utilis quidem eſt ad agendas Deo gratias, & ut ſit quaſi frænum ad non peccandum, ſed nullo modo ſufficit ad juſtificationem. 3. Amiſſam gratiam Baptiſmi non poſſe iterum recuperari per Baptiſmum, ſed quærendum eſſe aliud remedium magis arduum, & difficile; id eſt: Sacramentum pęnitentiæ, poſt remanet luenda temporalis pœna &c. 4. Hinc rectiſſimè dictum à SS. Patribus; pœnitentiam poſt Baptiſmum eſſe ſecundam poſt naufragium tabulam. Præcipuum hoc punctum infrà tractabitur. Interim Ameſius ne nihil contradicere videatur, ait: *Contrarium docent Scholaſtici ipſi de homine fictè, & hypocriticè ad Baptiſmum accedente, quod ſcilicet fictione recedente, Baptiſmus cum fide, & contritione ſuam efficaciam habeat.* Verùm non intellexit Ameſius quid diceret, vel perſpicuè nugatus eſt. Utramque propoſitionem (quòd ſcilicet Baptiſmi efficacia non ſe extendat ad peccata futura; Et: Illum fictè ſuſceptum, fictione recedente habere ſuam efficaciam) fide certam tenemus; nec verò tantillum una alteri adverſatur. Prior enim ſine dubio loquitur de Baptiſmo per ſe bona fide ſuſcepto; poſterior ſolùm de caſu fictionis per accidens interveniente, ubi ſublata fictione per contritionem reviviſcit efficacia Baptiſmi. Nihil ergo ad rem protulit Ameſius; ſicut & Gerhardus Th. 52.

Gerhardus Th. 46. ſic arguit: *Juxta Bellarm. poteſt homo per veram pœnitentiam redire ad gratiam, ad fœdus nobiſcum initum in Baptiſmo &c. Ergo fœdus illud ex parte Dei adhuc eſt inviolatum, & per conſequens etiam ad futurum ſe extendit Baptiſmi efficacia.* Reſp. Inepta, & puerilis illatio! Oppoſitum potiùs infertur. Numquid ruptum fuit, quod reparari debet? Fœdus amicitiæ, quod reconciliatione indiget, ſine dubio diſſolutum prius erat.

Th. 47. Ex eo quod Bellar. ait: Per characterem Baptiſmi nos habere jus ad Sacramentum pœnitentiæ, quo etiam peccata mortalia purgantur &c. infert Gerhardus: *Concedi igitur à Bellarm. Baptiſmi efficaciam, certo quodam modo, etiam in futurum ſe extendere.* Sic eſt. Sed quid hoc quæſo ad noſtram controverſiam?

Th. 49. *Ex conceſſa à Bellar. hypotheſi* (quòd Baptiſmus promiſerit ſalutem per Chriſtum; & quicumque per quemcumque lapſum juſtificatur, per Chriſtum juſtificatur) ſic concludit Gerhardus: *Qui per Chriſtum juſtificantur, fide, non operibus juſtificantur. Ulteriùs: Qui fide juſtificantur, illi reſpiciunt, ſibique applicant gratuitam promiſſionem de remiſſione peccatorum propter Chriſtum, eſt enim perpetua relatio inter verbum promiſſionis, & fidem. Lapſi poſt Baptiſmum, & ad Deum converſi fide juſtificantur: Ergo reſpiciunt, ſibique applicant gratuitam promiſſionem de remiſſione peccatorum propter Chriſtum. Illa verò promiſſio in fœdere Baptiſmalis fuit obſignata: Utique ergo illorum fides reſpicit fœdus Baptiſmi.* Reſp. Diſſimulata illa trita hæreſi de ſola fide juſtificante,
(quæ infrà ſeorſim diſcutietur,) negatur
ſumptum, quòd illa promiſſio in fœdere B
fuerit obſignata, ut non per peccatum m
ſequens fuerit ruptum. Proinde cùm hoc fo
mortali ruptum ſit, debet peccator, ne
tur, non fœdus Baptiſmi præcipuè, ſed
miſſionem reſpicere, eam ſcilicet, qua p
miſſionem peccatorum poſt Baptiſma ad
virtute Sacramenti pœnitentiæ, ſive in r
votò (ſcilicet actu perfectæ contritionis)
Quod Th. 50. & 51. diſcurrit de efficaci
ne, ſicut ex Circumciſione, ita & ex
nec ad rem, nec contra nos facit.

Ad CAPUT XX.

CIrca Baptiſmum Joannis ſequentia a
I. Propoſitio: Baptiſmus Joannis
cramentum idem cum Baptiſmo Chriſti
ptiſmus Joannis ab ipſo Joanne inſtitutus
non erat Sacramentum, præſertim novæ le
enim homo purus Sacramenta inſtituere
nantur hoc argumentum ſolvere. Ameſius
annis quidem miniſterio: Sed à Deo, auctoritat
Verùm nihil ſimile legitur in Scriptura,
in particulari id inſpirando mandaverit:
nim inſpiratio non ſufficit, ut notat cum
Auguſt. lib. 5. de Baptiſmo cap. 9. & 13.
meſius: *A Sacrificiis Patriarcharum, quæ
Sacrificia fuerunt, cùm per Moyſen inſtitueb*
Sacrificii inſtitutio ut ſic non requirit ma
poſitivum; ſecùs Sacramentum ſignific
collativum gratiæ. Gerhardus ſic arguit
*teſt eſſe bonum & Deo gratum, quod non eſt
tum: Baptiſmus Joannis fuit bonus, & D
fatetur Bellar. Ergo.* Reſp. Majoris falſitas
nec mulierculas latet; ſi ſermo ſit de ſp
tione. Nam generali ratione omne bon
eique placet, ſed hoc nihil ad rem. 2. P
laſticos cum Magiſtro à Bellar. allegatos
aſſerente: Baptiſmum Joannis fuiſſe qu
mentum. Sed iſti innoxiè errarunt, re n
ſa, definitaque; & ipſe S. Thomas corr
quæſt. 38. art. 1. quod antea in ſentent.
cti incommodi pœnitere, ſapientis eſt.

Probatur 2. aſſertio Catholica. Qui
non ſola aqua eſt de eſſentia Sacramen
invocatio Trinitatis: hanc autem non
mus Joannis, ut ſine Scripturæ funda
Centuriatores: imò valde probabile eſt
forma uſum. Ameſius, *Habuit Trinita
ſaltem implicitè. Patet enim ex Baptiſmo
nem prædicaſſe doctrinam de tribus perſonis
autem doctrinam Baptiſmo confirmabat*:
ait *patere*, vel maximè latet. Legat n
vangelio SS. Matthæi vel Joannis.

Probatur 3. Baptiſmus Chriſti eſt Sac
vi Teſtamenti: Ergo inſtitutum eſt a
novi Teſtamenti. Hoc argumentum i
meſius: *Joannis Baptiſmus non fuit inſtitu
ſtamento.* Ergo. Reſpondet 1. *Eodem m
Patriarcharum inſtituta fuerunt ſub veteri*
jam diſparitas inter Sacrificium & Sacr
cata eſt. 2. Ait: *Chriſtus ipſe contra*
verſ. 16. Lex & Prophetæ uſque ad J
tempore regnum Dei evangelizatur
Matth. 11. verſ. 13. patet, aliud i
quàm Prophetas, & legem prædixiſ
& figuris adumbraſſe futurum Chriſti
anne verò, & à ſe, inquit Chriſtu
adeſſe oſtendi. At hinc nihil infertu
to novæ legis à Joanne inſtituto.

Probatur 4. Baptismus Christi iterari non poterat, ut fatentur etiam Lutherani & Calvinistæ: At baptizati à Joanne, iterum ab Apostolis jussi sunt baptizari: Ergo. Minorem negat Calvinus, & alii; sed hæc paulò post probabitur.

Ad CAPUT XXI.

II. PRopositio. Baptismus Joannis non habuit eandem vim, & efficaciam, quam habet Baptismus Christi. Ita Conc. Trid. sess. 7. cap. 1.

Probatur 1. Quia Marc. 1. Joannes Baptista distinguit suum Baptisma à Christi Baptismate, quòd ipse in aqua, ille in Spiritu baptizaturus sit. Effugia Melanchthonis, Calvini, Chemnitii fusè hic præclusit Bellarminus: Silentio suo hunc approbat Gerhardus. Amesius verò ait: *Bellarmin. nullam hujus assertionis probationem ex Scripturis affert, præter illa verba* Marc. 1. At cur non sufficiant, cùm trium virorum illorum cavillationes nihil contra ea prævaluerint. 2. Ait: *Bellarm. ipse hoc loco concedit, Baptismum Joannis potuisse remittere peccata ex devotione & fide accedentium: vel etiam ex contritione, quam homines concipiebant ex concionibus, & Baptismo Joannis. Majorem autem vim probavimus antea, nulli Sacramento Nov. Test. tribui debere.* Idem ferè ait Gerhard. Th. 56. Sed vanum esse hoc effugium patet ex dictis suprà de efficacia Sacramentorum Nov. Test. ex opere operato.

Eadem assertio probatur 2. apertis SS. Patrum testimoniis, quos etiam Lutherus in disp. de Baptismo Legis, Joannis, & Christi edita anno 1520. secutus est. Amesius ad hæc Patrum testimonia vel obmutuit, vel ea, ut solet, contempsit. Gerhard. Thes. 66. & tribus seqq. ultimis duo prætendit. 1. *Bellarminum ipsummet non recipere hac de re Patrum sententiam, scilicet Ambrosii, Hieronymi.* 2. *Bellarminum scripta Patrum subjicere arbitrio Rom. Pontificis.* Resp. Utraque frivola evasio! Prior, quia de substantia assertionis neuter illorum à communi sententia deflectit, sed tantùm agunt de usu certæ formæ; & de duodecim illis, qui Actor. 19. post Baptismum Joannis fuerunt Christi Baptismo initiati. Neutrum ad rem facit, sed tantum ad vacuam paginam replendam, usitato suæ Parhermeniæ principio jam toties convulso.

Probatur 3. hæc veritas ex ipsa persona, & officio Joannis. Erat enim Joannes præcursor Domini, & solùm ad hoc venerat, *ut pararet vias ejus*, Luc. 1. Joan. 1. At parare viam Salvatori, non est dare salutem, & justificare; sed disponere ad recipiendum Salvatorem, & salutem, &c. Opponit Gerhardus Th. 62. *Juxta Bellarm. Joannes efficacissima prædicatione plurimos ad Deum convertit: Ergo etiam plurimis salutem dedit. Ergo ex eo quòd Joannes viam Domini parasse dicitur, inferri nequit, quòd ejus Baptismus fuerit tantùm præparatio quadam ad salutem, non autem medium efficax ad salutem.* Resp. Sequela Gerhardina est, nec ullatenus stringit. Medium efficax & necessarium ad salutem solus Deus instituere potest, & eo mediante justificare, gratiamque & salutem conferre. Qui verò externæ prædicationi & ablutioni hoc tribuit, oblitus videtur illius Apostolici dicti, 1. Corinth. 3. *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat &c.* Et S. August. in epist. 1. S. Joan. *Cathedram in corde tenet, qui corda docet.* Aliud est, hortari ad contritionem, aliud remittere peccata, & gratiam salutemque conferre.

Ad CAPUT XXII.

III. PRopositio: Post Joannis Baptismum necessariò percipiendus erat Christi Baptismus.

Probatur 1. ex verbis Joannis: *Ego baptizo in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni.* Effugium Amesii jam præclusum est suprà. Et certè esset magna æquivocatio, si in tam paucis verbis (quibus fit collatio duorum Baptismatum, ut SS. Patres communiter agnoscunt,) esset sermo, de non propriè dicta ablutione externa per aquam. Objicit quoque Amesius Magistrum sent. lib. 4. dist. 2. *Cui ita manifestè contradicere, visum sit inconveniens Alex. Alensi* quæst. 6. m. 7. Verùm vel contradit Magister in eadem dist. sibi ipsi; (nam in lit. D. apertè tradit communem Catholicorum doctrinam, à qua lit. I. F. videtur nonnihil deflectere;) aut certè accipi debet, non de jure, sed de facto, ut bene exponit Ripalda ibid. in Annot.

Probatur 2. ex historia Evangelii, & Actorum. Nam Marci 1. & Matth. ac Luc. 3. Ibant ad Joannem ut baptizarentur tota Hierusalem, omnis Judæa, & regiones omnes vicinæ Jordani, ita ut rari essent eo tempore, non baptizati à Joanne. At mox post Domini ascensionem ipso die Pentecostes, baptizati sunt tria millia, & paulò post quinque millia, præter alios in Judæa & Samaria. Quomodo autem credibile est, ut inter tot millia, quos Apostoli in Hierusalem baptizarunt, nullus fuerit à Joanne antè baptizatus, si (quod Marcus ait) universi Hierosolymitæ à Joanne baptizati erant? Amesius primò confugit ad Cajetani interpretationes dudum reprobatas. Deinde confugit ad *illa tria millia hominum, qui in die Pentecostes baptizabantur, è quibus multi confluxerant ex omni natione sub cælo.* Resp. Esto, sit de his plus quàm credibile, eos non fuisse à Joanne baptizatos: at hoc minimè rationabiliter cogitari potest de illis quinque millibus, qui cap. 4. Actor. baptizabantur, & suas possessiones ad pedes Apostolorum ponebant. Verùm quid conjecturis opus est, cùm veritas jam perspicuè habeatur ex Actor. cap. 19. ubi Paulus jubet baptizari in nomine Domini duodecim viros, qui confessi fuerant, se non habere nisi Joannis Baptismum. Hic locus planè convincit intentum; unde varias interpretationes (imò depravationes) commenti sunt Lutherano-Calviniani; è quibus Bellarminus hic decem diversas commemorat, aperto textui, & Patrum unanimi sensui contrarias. Altùm hac de re silet tam Amesius, quàm Gerhardus hic; ideoque tacitè agnoscunt turpe, & vanum suorum gregalium effugium. Estque hic locus Actor. 19. specialiter notandus, tamquam paradigma interpretationis Quodlibeticæ Lutherano-Calvinianorum ad suum gustum.

Ad CAPUT XXIII.

I. OBjiciunt hæretici: *Eadem fuit doctrina, idem ritus, eadem gratia oblatio in Baptismo Joannis, & Christi: Idem igitur Baptismus erat quoad substantiam & efficaciam ejusdem.* Resp. Nec Antecedens, nec Consecutio quidquam valet. Nam non fuit eadem doctrina nisi in genere. Quid enim, quæso, Joannes docuit de passione, & resurrectione Christi? 2. Doctrina nihil facit ad Sacramenti essentiam, alioqui hæretici habentes falsam doctrinam, numquam haberent verum Sacramentum Baptismi. Corollarium hinc infert Amesius: *Verbum igitur, promissio, fœdus Dei, nullius sunt numeri in Pontificiorum Sacramentis.* Sycophantica illatio! quam nemo in forma Syllogistica unquam exhibebit. Hoc enim tantùm voluit Bellarm. Sicut diversitas doctrinæ non facit diversum Baptisma: ita nec doctrinæ similitudo facit Baptisma unum. Quid clarius? Denique quoad oblationem gratiæ, non fuit eadem in utroque Baptismo. Nam Baptismum Joannis sequebatur poenitentia, ut ejus effectus; Baptismum autem Christi præcedit, ut ejus dispositio. Remissio autem peccatorum tribuitur Baptismo Christi, ut immediatus ejus effectus; sed poenitentia Baptismo Joannis, non Christi Baptismo tribuitur, Marc. 1. Luc. 1.

Ame-

Amesius 1. *Inania, & merè commentitia sunt hæc subterfugia. Nam humilis confessio peccatorum, & proinde resipiscentia antecedebat Baptismum Joannis* Marc. 1. vers. 5. Resp. Hoc Marcus non dicit, quod de resipiscentia Amesius ei affingit. Confessio illa erat nuda cæremonia, qua testabantur internum dolorem de vita anteacta, & desiderium expurgandi animi per pœnitentiam, sicut expurgabant Judæi iidem aqua sordes corporis; & sic disponebantur ad contritionem, & veram scelerum remissionem, aliaque beneficia à Christo accipienda, in quem credere jubebantur à Joanne, Act. 19. v. 4. Joan. 1. vers. 26. Amesius 2. *Si remissio peccatorum effectus fuit pœnitentia, & pœnitentia effectus Baptismi Joannis, tum ipsa remissio fuit etiam effectus ejusdem Baptismi.* Resp. Perfecta pœnitentia, seu contritio non est effectus Baptismi Joannis; sed hæc nuda, & valde remota dispositio ad illam. Nihil ergo ad rem!

II. Objic. *Suavissima consolatio est Christianorum, quòd eodem Baptismo baptizantur, quo Christus fuit baptizatus: Sed Christus baptizatus fuit Baptismo Joannis: Ergo Baptismus Christianorum idem est cum Baptismo Joannis.* Resp. Non est bona consolatio, quæ Christo irrogat injuriam. Baptismum autem Christi ipsi Christo tribuere vix possumus sine blasphemia: quia videretur indiguisse regeneratione, & adoptione. Amesius: *Simili ratione concludere posset Bellarm. Christo non posse tribui Circumcisionem, Paschatis, & Eucharistia communionem; aut Baptismum ipsum Joannis, quia videretur indiguisse gratia horum Sacramentorum.* Resp. Disparitas est: Quòd Circumcisio ex se non fuit nisi signum externum fœderis cum Abraha, & semine ejus, unde Christus prodibat: proinde conveniebat, eodem cauterio signari, itemque legem de agno Paschali &c. servare in aliorum exemplum. Eucharistiæ à se confectæ sumptio non habet pro effectu suo per se remissionem peccati, sicut Baptismus, & pœnitentiæ Sacramentum. Et quamvis fortè non sit negandum, absolutè potuisse Christum suscipere etiam suum Baptismum, non secus ac Circumcisionem, & Eucharistiam, ac Baptismum Joannis, qui erat pœnitentiæ, ad alium quidem finem; tamen magis omnino gloriosum Christo fuit, non accipere suum Baptisma, quàm accipere. Dum enim Baptismum confert, & non accipit, Imperatorem se hujus militiæ ostendit, quippe qui characterem suum aliis imprimit: At si acciperet, videretur etiam ipse ad militiam adscribi. Amesius ait: *Quid Christo gloriosum fuit, non ex ratiunculis humanis,* (sic contemnit, quas solvere non potest,) *sed ex verbo, & praxi ipsius Christi statuere debemus.* Sit hoc ità. At ubi ex perspicuis Evangelii verbis, sine glossis quodlibeticis hoc ostenditur?

III. Objic. *Cùm Christus baptizaretur à Joanne, adfuit visibiliter Spiritus Sanctus, & vox gratiæ sonuit. Hæc eadem sunt maxima, quæ in nostro Baptismo invisibiliter fiunt. Idem igitur Baptismus Joannis, & noster.* Resp. SS. Patres varias causas dant, cur Christus voluerit baptizari à Joanne. 1. Ad humilitatis exemplum. Matth. 3. 2. Ut confirmaret Baptismum Joannis tamquam bonum, & Deo gratum. 3. Ut ostenderet, quanti peccatores facere debeant Baptisma Christi Domini, cùm ipse Dominus tanti fecerit Baptismum servi. 4. Ut lavaret nostra crimina in Jordane, & veterem Adamum suffocaret aquis, & novum emergere faceret, non vi Baptismi, sed merito humilitatis suæ. 5. Ut ipse figuraret in sua persona Baptismum nostrum, & gratiam, quam in eo accipimus. 6. Et præcipua, ut Baptismum salutarem ipse institueret, & consecraret. Instituit enim sanctificando aquas tactu carnis suæ, ut SS. Patres docent; & simul figuratè ostendit effectum Baptismi sui, dum cœlum aperiri voluit, Spiritum Sanctum descendere, & vocem audiri &c. Hæc

autem omnia nihil faciunt pro, sed contr
nos, & Calvinistas: Nam antequam Don
zaretur, numquam apparuit columba; n
est vox de cœlo, & tamen idem erat Bapti
nis, cum eo, qui postea fuit; Ergo Bapt
habuit Dominus à Joanne, non fuit idem
nam illum accepit, non instituit. Ames
rem quod responderet habens, tacere ta
Ait: *Neque postea visibiliter apparuerunt hæ*
Christi: satis fuit, ut invisibilis gratia operat
sibiliter appareret. Debuit tamen in eodem Sa
parere, ad quod pertinebat: alioqui nullum S
mus commendaret magis, quàm tibia, cithara
certum sonum edens sine ulla distinctione. Res
ad rem faciunt, nisi ostendatur ex verbo
paritionem columbæ, & vocem Patris in
ctam, Sacramentum ejusque institution
quod gratis dicitur, nec apparenter ex E
feritur. Cùm ergo nihil, quo se extricar
periret Amesius, ad convicia in multitu
moniarum Baptismi vertitur. Sed ea alib
excussa sunt. Sanè plerique omnes illi rit
tii, sed antiquissimi sunt ex SS. Scripturis

V I N D I C

Pro Libro Secundo De Sac
Confirmationis.

Ad CAPUT II.

C*Onfirmatio apud Pontificios*, ait Ame
Chrismatis in fronte, signo crucis fact
mula verborum: Signo te signo crucis, &
Chrismate salutis, in nomine Patris,
Spiritus Sancti. *Ita Filliucius Tract.*
Quæstio I. est. An sit verum Sacrament
affirmant: Nos negamus. Hucusque Am

Bellarm. Tria requiruntur ad essentia
Christiani propriè dicti. 1. Promissio
gnum sensibile cum verbo, quod sit
organum, quo applicatur promissio.
divinum, quo id jubeatur ministrari.
quidem ista dicuntur à nostris, sed sophyst
proponuntur à Bellarmino. Nam 1. Promiss
tia gratis data non sufficit ad Sacrament
fœderis, salutiferi, justificationis, sanctif
hoc loquitur Bellarminus. 2. *Promissio g*
quæ sit aliquo modo effectus Sacramenti. Sic
sensibile, unà cum verbo, debet à Deo ce
Neque hoc negamus. 4. *Mandatum div*
perpetuum, idest, durare, quamdiu Rel
nuimus iterum. *Sed nihil horum convenit*
firmationi. Hoc est, quod pernegamus

Probatur igitur assertio Catholica 1.
plissima Spiritus Paracliti habetur Joa
tis Joan. 16. & fortes facientis in confess
ult. Actor. 1. Amesius. 1. *Sed hæc pro*
advertitur. 2. *Talis est ut faciat homines*
Gratia illa quam Sacramento annectunt
promitti, & præstari sine Sacramento. Re
vertitur quidem illis locis, sed alibi, u
2. Esto ita de Apostolis, quòd specia
confirmati in gratia; ad alios tamen
missio Spiritus Sancti extendebatur,
peccabilitate. 3. Verum est quidem,
bitualem, & actualia auxilia esse in
nis, sive in, sive extra Sacrament
quid verò hinc contra nos?

2. Medium, seu organum, sive signum sensibile constans ex rebus & verbis, quibus applicetur illa promissio, fuit manus impositio cum oratione. Et Apostoli quidem, cæterique in die Pentecostes congregati in domo, singulari miraculo receperunt illam gratiam promissam sine Sacramento: cæteri vero communiter postea recipiebant illam eandem gratiam ministerio Apostolorum per illud medium. Amesius: *Clarum est, alios eandem gratiam recepisse, antequam fuerant vel confirmati, vel baptizati.* Act. 10. v. 44. Resp. Sic est, voluit enim Deus Cornelio Centurioni, & qui cum eo erant, tamquam primitiis ex gentilitate, speciale hoc privilegium concedere, ut palàm faceret, Judæis haud dubiè obmurmurantibus admissioni Gentium, velle se etiam illos in Ecclesiam, & ad perceptionem Sacramentorum admitti. Bonaventura, & Alensis, quos pro se allegat Amesius, in hac re hallucinati sunt, ut infra dicetur. Quod de oratione objicit, in sequentibus expedietur. Quod denique contendit: *Gratiam illam per manus impositionem ab Apostolis collatam, non fuisse sanctitatis, & justitiæ, sed gratis datam extraordinariorum donorum*, non probat Amesius. Etsi enim in primis initiis perfrequens fuerit illa charismatum inter recens conversos profusio, non fuit tamen generalis omnium, neque ita diu duravit.

3. Pro mandato habemus mandati executionem. Numquam enim Apostoli ità ordinatè, & securè imposuissent omnibus baptizatis manus, ut veniret super eos Spiritus Sanctus, nisi Dominus hoc eis mandasset. Nec obstat, quod aliàs non universaliter valet hæc consequentia: Apostoli hoc vel illud fecerunt: ergo habuerunt mandatum. Aliud enim est de operationibus infallibilem gratiæ effectum ex opere operato inferentibus: aliud de quibusvis aliis operibus bonis, quæ sive ex præcepto, sive ex consilio fiant, sunt meritoria, & Deo placita. In prioribus semper involvitur mandatum divinum, non item in posterioribus. Nec evadunt Calvinus, & Brentius, cùm ajunt: *Deum initio nascentis Ecclesiæ per manus Apostolorum dedisse fidelibus visibilia quædam dona Spiritus Sancti, ut donum linguarum, miraculorum, &c. Ergo sicut umbra Petri, & sudarium Sancti Pauli, per quæ curabantur homines, ita nec impositio manuum fuit Sacramentum conferens gratiam justificantem.* Contra enim est, quia per impositionem illam manuum Apostolorum non dabantur sola dona loquendi linguis &c. (talia enim dona non simpliciter vocantur Spiritus Sancti) sed per impositionem manuum dabatur ipse Spiritus S. Amesius: *Talia dona expressè vocantur distributiones Spiritus Sancti.* Hebr. 2. vers. 4. *Et ratio redditur.* 1. Cor. 12. vers. 10. Sit ita. Sed nusquam vocantur absolutè Spiritus Sanctus. 2. Sed dabatur per manus impositionem, quod promiserat Dominus. Joan. 14. vers. 16. 3. Dona illa non erant communia omnibus, ut patet ex Rom. 12. 1. Cor. 12. At Spiritus Sanctus per manus impositionem dabatur omnibus, ut apertè colligitur ex Act. 8. & 19. 4. Apostolus Hebr. 6. numerat impositionem manuum cum Baptismo, cum fide, cum pœnitentia &c. quæ pertinebant ad salutem, imò etiam ad fundamenta salutis: At loqui linguis non pertinet ad salutem, multo minus ad fundamenta religionis. 5. Apostoli numquam descendissent Samariam ad conferenda dona illa miraculorum: nam satis multa miracula operabatur Philippus.

Nec melior est alia evasio Calvini, & Chemnitii, cùm dicunt: *In Apostolis privilegium singulare fuisse, ut Spiritum Sanctum darent per manus impositionem: habuerunt enim illi peculiare mandatum, & promissionem. At nos nihil horum, ut patet ex eventu: ex manus enim impositione per Episcopos jam non sequitur illud donum linguæ, miraculorum &c.* Sed contra. Efficacia hæc impositionis manuum non fuit Apostolis privilegium singulare, sed toti Ecclesiæ facta est: Ergo & cæremonia, cui applicatur promissio, generalis esse debet, & perpetua: & ratio ejus non minus locum habet in nobis, ac in Apostolis; siquidem omni tempore egent fideles virtute Spiritus Sancti ad resistendum in persecutione, & confitenda fide. Amesius antithesin suam strenuè repetit, atque Act. 8. *clare satis indicari, id fuisse privilegium* speciale Apostolorum tantùm. Verum est, quod indè colligatur, Diaconos, & Presbyteros non habuisse eam potestatem; sed omnes Episcopos in hoc non succedere Apostolis, ex Act. 8. numquam extundetur.

At instat cum Calvino, & Chemnitio Amesius: *Cessavit effectus ille, qui sequebatur impositionem manus:* Ergo non fuit Sacramentum. Resp. Cessavit quoad visibilia symbola, non quoad invisibilem gratiam. Fuit autem causa rationabilis eadem, quæ universaliter miraculorum, cur initio Ecclesiæ daretur visibiliter: quia tunc ad fidem plantandam, & nutriendam ejusmodi miracula necessaria erant: Sicut ergo jam cessavit effectus ille fidei, quem promisit Christus ascendens, per illa verba: *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur &c.* & tamen non cessavit principalis ejus effectus, qui est esse radicem totius vitæ spiritualis &c. ità & hic. Amesius 1. *Cessavit igitur quoad impositionem manuum, quæ fuit visibile symbolum.* Resp. Ineptè hoc infertur. Sermo enim est non de symbolo externo causante, sed causato, quale est donum linguarum prophetiæ, miraculorum &c. Amesius 2. *Invisibilis omnis gratia, quæ necessaria est ad salutem, in Baptismo, & Cœna Domini obsignatur: Confirmatio igitur Pontificia nullum usum, aut fructum habet, vel visibilem vel invisibilem.* Resp. Si hoc argumentum vim haberet, inferret etiam, nullum prorsus Sacramentum esse reipsa simpliciter, & indispensabiliter ad salutem necessarium; cùm quis absolutè salvari possit cum fide, & contritione, saltem in casu Martyrii, ubi omnis copia Sacramenti deficeret. Apertè autem Amesius contradicit Lucæ, qui refert, Samaritanos fuisse baptizatos, nec tamen Spiritum Sanctum venisse in quemquam illorum, nisi post manus impositionem per Apostolos factam.

Ad CAPUT VII.

QUÆ Bellarminus cap. 3. ex testimoniis decem SS. Pontificum, cap. 4. ex octo Conciliis, c. 5. ex novem Patribus Græcis cap. 6. ex decem Patribus Latinis producit, nec unico verbo attingit Amesius. Suaviter etiam dissimulat mendacia, & criminationes Calvini ad eludenda testimonia SS. Patrum quæ proinde agnoscit bene à Bellarmino fuisse excussa.

Ad CAPUT IX.

MAteria hujus Sacramenti remota est oleum balsamo admixtum, atque ab Episcopo consecratum: Materia verò proxima est unctio ex prædicto oleo in fronte adhibita hominis baptizati, ad crucis figuram. Ita omnes Catholici. Amesius 1. iterat suam næniam: *Materia hæc est adeò remota à Sacramentis Nov. Test. ut in toto Nov. Test. nulla fiat ejus mentio.* Resp. In Nov. Test. scripto non expressè habetur, transeat; non ad eam saltem alluditur, & ex Ecclesiæ traditione indubitata non habetur, nego. De hac enim sacra chrismatione intelligunt SS. Ambrosius, Anselmus, Theodoretus, &c. illud 2. Cor. 1. *Qui confirmat nos Deus & unxit nos, & signavit, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Amesius 2. Act. 8. & 19. *ubi Pontificii volunt Confirmationis exempla proponi, nulla fit mentio Chrismatis, sed manuum impositionis tantùm, Bellar. etiam cap. 2. signum sensibile in Sacramento Confirmationis volunt*

esse

esse manus impositionem. Resp. Duplex est hic Theologorum sententia probabilis; (præter tertiam Bonav. & Alensis, quam etsi Amesius præferat omnibus, absolutè tamen improbabilis est.) Prior quam tenet Bellarm. ait, Apostolos (uti & omnes sequentes Episcopos) numquid dedisse effectum Confirmationis absque unctione Chrismatis; neque adhibuisse aliam impositionem manuum, præter eam, quæ in illa unctione includitur. Fundamentum est: quia institutio Chrismatis ab ipso Christo facta est: Ergo non est verisimile, Apostolos alium ritum adhibuisse. Quodsi dicas, per dispensationem Christi Apostolos loco unctionis usos manuum impositione. Contrà est: quia omnino congruebat, ut Apostoli initio Ecclesiæ non uterentur dispensatione, nec privilegiis, præsertim in ministerio Sacramentorum, quæ perpetuò erant futura quædam certa signa visibilis Ecclesiæ. 3. Quia id confirmatur traditione, & testimoniis SS. Fabiani, Cypriani, Augustini, Eusebii Papæ, &c. Altera sententia probabilis æquè, S. Thomæ, & plurimorum, (quam etiam sequuntur duo Concilia provincialia Moguntinum, & Coloniense,) dicit Apostolos interdum usos fuisse nuda impositione manus absque unctione; interdum verò usos fuisse unctione Chrismatis. Quòd interdum usi fuerint nuda manus impositione, videtur suaderi verbis illis Actorum 8. & 19. simpliciter, & ut jacent acceptis. Videturque favere Concil. Florentinum. Quòd verò interdum etiam usi fuerint Chrismate, suadent argumenta prioris sententiæ. Utra ex his duabus à parte rei vera sit, incertum est. Hoc certum: Nudam manuum impositionem non fuisse Sacramentum, cùm non fuerit cæremonia permanens. Unde manuum impositio, quæ Sacramentum hoc sit, non differt ab ipsa Chrismatione: qui enim inungit, manus imponit, adeoque unctio, & signatio, cùm manu fiat, manus impositio rectissimè dicitur, ut docet Hugo lib. 2. de Sacram. Sic Marc. 7. cùm postulassent quidam, ut Dominus manus imponeret lunatico, ille id fecit, nam *digitis tetigit linguam, & aures ejus*. Amesius 1. *Unctio fit pollice tantùm in fronte: hactenus igitur nulla impositio manuum, sed unius pollicis apparet &c.* Quid hic veniat nomine *impositionis manuum*, rectiùs tutiusque ex SS. Patribus, & continua praxi Ecclesiæ etiam primorum sæculorum, quàm ex musteis Evangelii corruptoribus discitur. Amesius 2. *Mirum admodum videretur* (Puritanis) *si Scriptura Sacramentum nobis commendarent, cujus materiam suo nomine nunquam designarent: sed ridiculè audax maluit esse Bellar. in Scriptura pervertenda, quàm candorem imitari. Alexand. Alensis fatetur hoc Sacramentum Confirmationis institutum fuisse in Concilio Meldensi, quantum ad formam verborum, & materiam elementorum*. Resp. Mirum esset, Amesium ita laudare, & sequi malle unum Alensem errantem, quàm tot antiquæ Ecclesiæ lumina, perspicuè materiam hujus Sacramenti tradentes SS. Patres; nisi jam certò constaret, eum omnis traditionis, & interpretationis Ecclesiasticæ juratum hostem esse. Quod Scotus *fateatur, nihil certi ex Scripturis haberi de materia, & forma Sacramenti hujus, eò quòd tempus, & modus hujus institutionis in Scriptura non legatur, &c.* Quid, quæso, nobis officit, quibus certum est, non omnia revelata expressè scripta esse?

Ad CAPUT X.

BEllarm. Forma hujus Sacramenti sunt hæc verba: *Consigno te &c.* quoad sensum, & sententiam quam habent. Amesius præter consuetos cavillos, & sarcasmos nihil affert solutione dignum.

Rectè notavit Bellarm. Non debere mir
si Patres non expressè ponant hanc for
neque aliorum Sacramentorum formas
tum, quòd res essent omnibus Christian
quotidianum usum; tum etiam, ne Ge
derent ejusmodi mysteria sine necessita
nullus ferè est veterum, qui disertis ve
rit formam Baptismi esse: *Ego te baptiz*
Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; tantù
Baptismum dari eum invocatione Trin
S. Dionysius cap. ult. Hierarch. Eccles.
non esse litteris mandare verba, quibus in
tione Sacramentorum utitur Ecclesia. Hoc
rem maximè faciens, cautè dissimulavit
ne proderet insulsam suam cavillationem
plodit omnia, quæ verbis non exprimu
cro Codice.

Ad CAPUT XI.

BEllarm. Duplex est hujus Sacramen
1. Gratiam confert gratum faciente
dem majorem, quàm ipse Baptismus, i
roborandam animam contra diaboli in
minorem in ordine ad remissionem pe
non remittit totam penam. 2. Alter effe
racter, quo adscribimur in Christi mil
per Baptismum in Christi familiam. A
Bellarminum, quòd *sententiam suam val*
& ambiguè proposuerit de gratia per Confi
lata. Nihil autem objicit, nisi suam h
explodendam, quòd gratia tantùm re
catorum per imputationem extrinsecam
sti fiat. 2. Ait: *Confirmatio non requirit*
dam animam, quia Eucharistia instituitur a
animam, sicut panis cor hominis confortat.
nullum locum Scripturæ signavit, ubi
ca sententia rejicitur, vel Calvinistica
3. Ait: *Exaltatio gratiæ Confirmationis (a*
supra gratiam Baptismi, non tantùm est
sed in Bellarmino (qui docet, omnem pœna
omnem infirmitatem in Baptismo tolli,)
cula. Resp. Impio huic Puritano impii
prianus, Tertullianus, Dionysius, Am
gustinus &c. qui ajunt, per hoc Sacra
nè sanctificari, perfici &c. antea baptiz
Distinctio illa inter adscriptionem, in fa
sti, & in militiam Christi, *est merè v*
enim qui in familiam, etiam in militiam
buntur. Resp. Esto non sit distinctio ill
tamen formalis, minimè autem tanti
quid quòd etiam aliquo modo re ipsa
videamus. Infantes enim ad familiam
nere quis neget? Eosdem verò, qu
ne non utuntur, ad militiam Christi
dixerit?

Ad CAPUT XI

BEllarm. Solus Episcopus est propr
cramenti Minister: Ex dispensatio
test etiam Presbyter conferre, non ta
consecrare. Amesius sciscitatur: *An*
Ordinis, vel Jurisdictionis? Et si dicat
nis, subsumit ille: *Ordinis potestas est*
scopis & Presbyteris; neque inchoata tan
tero quoad hoc Sacramentum dici potest
ineptissimè postea fingit) & absoluta, p
dependens, quoad Baptismum, & Euchar.
evidenter majora. Jurisdictio autem nul
confirmando, quàm in baptizando. Resp
Tomo 2. discussus est error ille Purita

stinctione Episcopi, & Presbyteri. Quòd ergo ordinarius minister hujus Sacramenti sit Episcopus, indubitatum est omnibus Catholicis. Presbyteris ex dispensatione id committi posse non ita certum, quin S. Bonaventura, Adrianus &c. olim oppositum tenuerint: omnino tamen probabilissimum est, & communiter hodie assertum, id legitimè fieri posse; & de facto ita contigisse, ut alia omnia exempla desint, constat ex more Græcorum; quin etiam ante Photianum schisma vigebat. Videatur Arcudius lib. 2. cap. 10. & seq. An verò nescit Amesius, si de possibili quæstio est, potuisse Christum Dominum ita instituere, ut Sacerdoti simplici ex vi suæ ordinationis non daretur potestas proximè, & in actu primo ad conferendum hoc Sacramentum Confirmationis, sed hæc daretur soli Episcopo per consecrationem ejus; & nihilominus simul potuisse Christum velle, ut Sacerdos ex vi suæ ordinationis, esset quasi in potentia remota, ut adjuncta delegatione Summi Pontificis posset hoc Sacramentum conferre? Quænam verò in hoc repugnantia est? Unde ruit assertio Amesiana, etiamsi ei gratis largiamur, Baptismum, & Eucharistiam esse evidenter majora, quàm sit Confirmatio. In iis enim, quæ ex mero arbitrio legislatoris pendent, non licet argumentari à concessione majoris ad concessionem minoris; adeoque ineptè exigit Amesius hic rationem, aut ostensionem ex verbo Dei scripto. Ex tradito enim, & praxi (præsertim Græcorum ante schisma) satis liquet.

Portò proprium id esse Episcopi munus, probatur 1. ex Actorum 8. ubi Petrus & Joannes mittuntur, ut per manuum impositionem darent Spiritum Sanctum iis quos Philippus baptizaverat. Quænam verò fingi possit causa, cur soli Apostoli manus imponant; imò cur ad ipsos veniant ex uno loco ad alium, nisi quia hoc munus pertinet ad primum gradum Ecclesiasticum. Septem objectiones Calvini, & Chemnitii probè à Bellarm. excussas, vel silentio suo agnoscit Amesius, qui sic ait: *Non fuerunt missi Apostoli ad signandum signo Crucis, Chrismate ungendum, & formulam verborum recitandam, vel ad Sacramentum aliquod ordinarium administrandum, sed ad miraculosum Baptismum flaminis vel Spiritus exercendum.* Resp. Hoc non legit nobis Amesius nec ex Patrum antiquorum ullo; sed solum Alensem errantem aliquatenus sectatur. Res mira! Bellarmin. loco secundo probationis dixerat, probari idem testimoniis, & traditione Ecclesiastica. Nam Concilia, Pontifices, & Patres citati in 1. cap. communi consensu docent: Solos Episcopos esse proprios hujus Sacramenti ministros, idque probari ex Act. 8. Ad hoc secundum Bellarmini fundamentum penitùs obmutuit Amesius.

Idem confirmat Bellarm. ratione: Quia Confirmatio est complementum, & perfectio Baptismi; proinde convenit, ut à primo ministro detur; sic enim in omnibus aliis rebus ultima forma imprimitur à primo agente. Amesius: *Hoc argumentum ex duabus blasphemiis conflatur. 1. Baptismum esse imperfectum sine Confirmatione. 2. Episcopum non tantùm proprium, sed & principalem agentem esse, in ultima forma, vel gratia Sacramenti imprimenda.* Resp. Dicta Bellarmini usquequaque sunt conformia dictis antiquorum, & sanctissimorum Patrum cap. 3. 4. & 5. à Bellarm. recitatis. Uter ergo blasphemat, Bellarminusne, an Amesius? judicet quivis prudens, & æquus lector. Sycophantica cavillatio est, dum verba Bellarm. ita versat Amesius, quasi *Episcopum faciat principale agens in gratia Sacramenti conferenda.* In mentem Bellarmino, aut cuivis Catholico hoc non venit: hoc solum vult: sicut in effectibus naturalibus effectus ultimus, forma scilicet ultima, & perfectissima procedit à principali causa; ita gratiam Confirmationis (quam Patres vocant complementum, perfectionem, consummationem,) congruè proficisci ab iis, qui sunt supremi in Hierarchia Ecclesiastica. Neque vero hanc rationem ut apodicticam dedit Bellarm. cùm hæc tota res pendeat ex arbitrio Dei, qui & aliter potuisset decernere. Est ergo tantùm ratio congruentiæ, nihil planè involvens incongrui: hoc enim solùm affingitur ab Amesio. Talis etiam est, quam Bellarm. subjungit, scilicet: In Confirmatione adscribimur ad Christi militiam: adscribere autem ad militiam, proprium est Ducum, & Imperatorum. Congruentia, inquam, & hæc est, quæ à proba mente agnoscitur; ab improbis verò cavillatoribus æquè facilè in calumniam vertitur. Apostolus quidem, etsi Rom. 6. vers. 13. tantùm Baptismi faciat mentionem, tamen ad Hebr. 6. vers. 2. etiam Confirmationem numerat inter fundamenta Christianismi, & militiæ sacræ.

Ad CAPUT XIII.

BEllarm. In Consecratione Chrismatis 1. fiunt benedictiones olei, & balsami per orationes. 2. Fiunt etiam per signum crucis. 3. Halat Episcopus aliquoties super ampullam Chrismatis. 4. Chrisma jam consecratum salutatur ab Episcopo, & Presbyteris, his verbis: Ave sanctum Chrisma? Amesius: *In istis omnibus nihil quidquam est, quod non sit planè histrionicum, & ridiculum, non auctoritate tantùm, sed & similitudine sacræ Scripturæ destitutum, præter benedictiones orationum. Illæ autem benedictiones non tantùm sunt vanæ, sed etiam profanæ, & in gratiam Dei planè contumeliosæ. Sic enim inter cætera orat Episcopus super Balsamum: Ut Deus huic unguento spiritualem gratiam largiendo, plenitudinem sanctificationis infundat, & ut fiat omnibus, qui ex eo ungendi sunt, in adoptionem filiorum per Spiritum Sanctum.* Resp. Judicium hoc Puritani planè concinit Mahumetanorum, & Paganorum sensui, qui omnia mysteria Christiana exsibilant, miseri ipsi & deplorandi sanniones. At si voluit Amesius non tantùm inanes contumelias evomere, cur non solidam refutationem attulit ejus, quod Bellarm. hic Calvino, similiter antiquissimum ritum blasphemanti respondit, nempe: Quodsi magica (histrionia ridicula) est hæc cæremonia; Christum magiæ (histrioniæ ridiculæ) doctorem faciemus; quod est impium, & blasphemum &c. Sed huic hominum generi Puritanico, qui totum Christianismum à XV. Sæculorum moribus ad suam musteam novitatem redigere volunt, tantùm non ipsi Apostoli, & Christus, superstitiosi, histrionici, & ridiculi sunt, eò quòd aliquid cæremoniis indulserint. Neque hæc omnia novantium impietas aliam meretur responsionem, aut refutationem, quàm execrationem.

Gerhardus hìc præter morem jejunus, & parcus est. Vix aliud producit, nisi prolixam recitationem verborum Bellarmini de hoc Sacramento, quibus deinde subjicit solemnem suam næniam: *Agnoscit Bellarm. huic Sacramento jam olim à quibusdam* (Waldensibus, Wiclefo &c.) *fuisse contradictum.* Quid hinc conficit *puerilis* Disputator? An ergo *Bellarminus est testis Lutheranismi*, quia testatur, aliquos errores Lutherum non cœpisse, sed instaurasse? Similia sunt, cùm v. gr. ait: *Fatetur igitur Bellarmin. se destitui in hac quæstione manifestis Scripturæ testimoniis*: Quid hinc infers Gerharde? *Si forma*, inquit, *Confirmationis non potest probari ex scripto Dei verbo, Confirmatio non potest esse propriè dictum Sacramentum.* At rectiùs nos proprio te gladio jugulantes dicimus:

mus : Si tu non potes nobis legere ex manifeſto Scripturæ teſtimonio, quòd forma Sacramentorum debeat exprimi ſcripto verbo, legem nobis iniquè ponis, quam tu ipſe nec vis, nec vales ſervare. Nec robuſtiora, aut majoris momenti ſunt, quæ tribus ſeqq. Theſibus proſequitur. Certè vix videri poteſt rem ſeriò egiſſe.

Magis ſerio, & acriter Gerhardus Tirius obſtrepit in ſua oſtenſione; ſed tamen levis momenti ſunt, ſi comparentur ejus tela cum iis, quæ anno proximo M.DC.LIX. Joannes Dallæus Calviniſt
tribus libris contra hoc Sacramentum diſp
boſitatem hujus conviciatoriam, & mor
libet, nec licet hìc pro brevitate inſtituti n
re, cùm maxima ex parte ſua fundament
ex antiquis Eccleſiæ Scriptoribus, & SS. P
cùm fatente ipſo Dallæo perquam obſcur
gua ſint, prolixam potiùs & moleſtam a
inſtruere, quàm brevem, & expeditam
rum diſceptationem adjuvare valent.

V I N D I C I Æ
PRO LIBRO PRIMO
D E S A C R A M E N T
E U C H A R I S T I Æ.

Ad CAPUT I.



Meſius nudè ſic quæſtionem proponit : *An poſt conſecrationem realiter ac ſubſtantialiter ſub ſpecie panis, & vini contineantur corpus, & ſanguis Domini, in eodem ſpatio, quo panis & vinum antea continebantur? Pontificii affirmant, nos negamus.* Diſſimulat ergo omnia, & tacendo approbat, quæ de hæreſi Sacramentaria recenſuit Bellarm. cap. 1. Operæ verò pretium eſt, nos hic non diſſimulare, quæ circa Calvini ſententiam adnotantur. Ea autem in primis conſiſtit in his pronuntiatis. 1. Symbola Cœnæ tantùm eſſe in terra : Corpus autem Chriſti tantùm eſſe in cœlo; proinde tanto intervallo Chriſti corpus à pane, & vino in Cœna, quanto abeſt terra ab altiſſimis cœlis. 2. Symbola, & Corpus Chriſti, licèt loco inter ſe plurimùm diſtent, tamen conjuncta eſſe, non ſolùm ratione ſigni, ſed etiam quia cum ſigno Deus nobis verè exhibet ipſum verum Chriſti Corpus, & ſanguinem, quo animæ noſtræ alantur in vitam æternam. Quia verò hoc ſecundum pugnat cum primo, dicit 3. Non poſſe ingenio comprehendi, ſed ſola fide, quomodo fiat iſta conjunctio rerum tam diſtantium. Cùm verò intellexerit Calvinus, hoc ſuum myſterium eſſe planè incredibile, & apertiſſimam repugnantiam involvere, ait 4. Non ipſum Corpus Chriſti ad nos deſcendere, ſed quandam vim ſubſtantialem ex Chriſti carne ad nos derivari tamquam per canalem quendam. Ubi videtur dicere, non ſubſtantiam, ſed qualitatem quandam nobis dari. Quia verò hinc videbatur imminere periculum, ne nimium tribuatur huic Sacramento, ait 5. Communicationem iſtam ſive Corporis Chriſti, ſive virtutis ejus; tantùm fieri per fidem, quæ apprehendit Chriſtum in cœlo exiſtentem, & eum noſtrum facit, ut participare poſſimus bona illius : In quo certè nullum eſt myſterium, nullum miraculum, nulla difficultas intelligendi. Quis enim non facilè capiat, fide apprehendi poſſe Chriſtum, imò etiam totam Trinitatem? 6. Hinc ſequitur aliud, quo aſſerunt, homines improbos non percipere Corpus Chriſti, licèt Symbola percipiant : id enim eſſe tantùm prædeſtinatorum, ſicut etiam ſoli prædeſtinati habent veram fidem. 7. Non eſſe eam vim in Sacramento Euchariſtiæ, ut det ipſum Corpus Chriſti, ſi
benti : ſed ſolùm ut teſtetur, & co
habenti. Ac ita planè dicere debuit C
deſtrueret omnia, quæ antea docuerat
tis : quòd ſcilicet ſint tantùm veluti ſig
mans promiſſionem verbo factam, &
gratiæ acceptæ. Hinc verò.

I. Colligitur : Falsò jactaſſe Calvi
ſententiam eſſe difficillimam, & incomp
humano ingenio, adeoque ſummum myſ
certè majus myſterium eſt, quòd ſymb
vini revocent nobis in memoriam Chriſt
bis paſſum, & mortuum; quàm quòd i
go crucifixi, præſertim juncta hac epig
agnus Dei, &c.

II. Meras ludificationes eſſe illa om
ca encomia Euchariſtiæ, cùm ſcilicet
Calvinus; *Nobis unà cum ſymbolis dari ipſu
reale Chriſti Corpus, & eo nutriri animas* n
hil enim tandem nobis relinquit, niſi n
lum rei habitæ.

III. Ex hac Calvini ſententia ſequi
dum, ut porrigere Cœnam Domini ſit
lum, cui porrigitur, jam antè ſumpſiſſe
Chriſti corpus comediſſe : quod eſt &
ſi reſpiciamus uſum vocabulorum, &
falſum; cùm plurimis porrigantur iſta
tamen non comederunt Corpus Chriſt
gulas Calvini, cùm ſint impii. Quoci
ſtificantur Miniſtri, illos comediſſe Co
& tamen ita nituntur ſua illa teſtificati
vinus dicat : Ex hoc Sacramento ſecu
mittere poſſe, regnum cœlorum non
cidere poſſe, quàm ipſi Chriſto. Hac
minus de ſententia Calvini, quæ ſi no
cur Ameſius ea non enervavit : Cur
mutus eſt quàm piſcis? cùm in ſeqq.
verboſus. Si autem vera ſunt, manife
vis veritatis & ſalutis ſuæ cupido, jam i
ante conflictum, debellatam eſſe hæ
mentariam.

Ad CAPUT II.

VEritas Catholica in Concil. Trid.
verſùs hæreſes ita exprimitur :
*chariſtia Sacramento, poſt panis, & v
nem, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum,
atque hominem, verè, realiter, ac ſubſtanti*

illarum rerum sensibilium contineri profitemur. Ubi 1. contra Ubiquistas docetur, post consecrationem adesse Corpus Christi; quod ipsi dicunt etiam antè adesse. Contra Calvinistas verò, qui dicunt, Eucharistiam esse signum conjunctionis cum Christo jam antea factæ per fidem. 2. Contra Ubiquistas docetur: Non vi ubiquitatis, sed consecrationis, esse præsens Corpus Christi; multò minùs ex promissiono Evangelii in concione explicata, ut volunt Calvinistæ. 3. Docet, totum Christum esse sub hoc Sacramento, per naturalem concomitantiam sub utravis specie, contra Lutherum. 4. Dicitur: Christum in Eucharistia esse *verè*, contra omnes Sacramentarios, & Tropistas, qui volunt Christum adesse ut in signo, & figura: hæc enim veritati opponitur. 5. *Realiter*; quod opponitur figmento Calviniano, qui vult adesse, ut fide apprehenditur. 6. *Substantialiter*, tum contra Calvinistas, qui dicunt, Corpus Christi quoad substantiam esse tantùm in cœlo, sed vim nescio quam indè ad nos manare; huic verò virtuti opponitur ly *substantialiter*; tum ut explicetur modus existendi Christi in Sacramento; nam Corpus Christi in cœlo habet modum existendi naturalem: in Sacramento non naturalem, sed sacramentalem. Hic verò modus optimè explicatur per ly *substantialiter*. Id enim significat, totum Christum in Sacramento existere ad modum substantiæ, non quantitatis, vel qualitatis &c. quia substantia panis convertitur in substantiam Corporis Christi; cætera autem substantiam concomitantur. 7. Docet, Corpus Domini sub illis speciebus sensibilibus contineri. Unde non est in Eucharistia Christus, ut in loco, vel ut in vase &c. Sed est ad eum modum, quo erat substantia panis sub suis accidentibus, eo excepto, quòd accidentia inhærebant substantiæ panis, Christi autem substantiæ non inhærent, Unde ex natura rei tamdiu perseverat Corpus Christi in Eucharistia, quamdiu naturaliter mansisset substantia panis sub iisdem accidentibus. Hinc inferuntur hæ regulæ de modo loquendi in hac materia.

I. Nomina substantiva quæ dicuntur de Christo, sive ejus corpore extra Sacramentum, dicuntur etjam de ipso, ut est in Sacramento.

II. Nomina adjectiva, quæ dicunt ordinem ad corpora circumstantia, non dicuntur de Christi Corpore, ut est in Eucharistia; licèt dicantur de eo, ut est in cœlo; alia verò dicuntur.

III. Adverbia, quæ dicunt modum existendi corporalem, non dicuntur de Christo in Eucharistia, licèt dicantur de ipso, ut in cœlo residet: alia verò nihil prohibet dici.

IV. Verba quæ significant præsentiam Corporis Domini in Eucharistia, abstrahendo à modo existendi cum ordine ad alia, simpliciter affirmari possunt; reliqua non item.

V. Quamvis Corpus Christi in Eucharistia per se non tangatur, nec videatur, nec moveatur: tamen ratione specierum, seu accidentium, quibus conjunctum est, potest dici videri, tangi, moveri &c.

VI. Verba quæ significant motum localem, verè & propriè dicuntur de Corpore Christi in Eucharistia existente, ratione specierum: licèt per accidens, non per se: cætera autem quæ significant alias mutationes, vel actiones, dicuntur quidem de corpore Christi ratione specierum; sed impropriè, & figuratè. Et hactenus omnia Bellarminiana silentio suo approbavit Amesius: qui enim tacet, consentire videtur, præsertim in Controversia capitali.

Ad CAPUT III.

BEllar. Figuræ necessariò inferiores esse debent rebus figuratis. Figuræ autem Sacramenti Eucharistiæ, Agnus paschalis, sanguis fœderis, & manna, vel sunt excellentiores, vel non inferiores simplici, & naturali pane significante Corpus Christi: Igitur Eucharistia non est simplex, & naturalis panis, significans corpus Christi, sed ipsum corpus Christi. Amesius 1. *Totum hoc argumentum petitur à non ente. Sacramenta enim Nov. Test. non habuerunt figuras nullas, à quibus præfigurarentur, ut Sacramenta. Sunt quidem respectu veterum Sacramentorum ἀντίτυπα, vel similes typi, sed non ἀρχέτυπα, vel exemplaria in illis expressa*. Resp. Hoc est frontem perfricare, & negare rem manifestam. Cur non respondit ad testimonium Apostoli Coloss. 2. & Heb. 10. ubi comparantur figuræ Vet. Test. umbris, impletiones corpori? Quid clarius verbis S. Hieronymi in cap. 1. ad Tit. *Tantum interest inter panes propositionis, & Corpus Christi, quantum inter umbram, & corpora?* Agnum Paschalem figuram fuisse Eucharistiæ docent Tertullianus, Hieronymus, Chrysostomus, Cyprianus, Augustinus, Leo M. Gregorius M. Et ex ipso Evangelio Matthæi 26. Luc. 22. manifesta colligitur. Denique cùm Agni Paschalis cæremonia non tam in immolatione, quàm in manducatione posita fuerit, respondet ei in Nov. Test. Agnus ille, qui tollit peccata mundi, quatenus manducatur; quod certè non aliter fieri solet, quàm in Eucharistia. Jam verò agnum Paschalem Judæorum, rem fuisse præstantiorem Eucharistia nostra, si in ea non verè corpus Christi continetur, perspicuum est. Sive enim consideretur Agnus, & Panis, ut res naturalis, sive ut symbola significantia, sine dubio utrobique excellit Agnus: quis enim dubitet carne agni meliùs significari carnem Christi, quàm pane? Unde evanescit 4. evasio Amesii qua ait: *Ineptissimè facit Bellarminus, quòd argumentum instituit de Sacramentorum natura (sicut ipse fatetur cap. 4.) ex comparatione rerum inter se, omissa significatione; cùm definitio Sacramenti à Conc. Trid. tradita, naturam ejus collocet in significando, & efficiendo*. Resp. ex dictis patet, quòd Agnus Paschalis excellat, & quoad rem, & quoad significationem: Ergo vana hæc evasio.

Similiter Exod. 24. & Hebr. 9. describitur Testamentum vetus, ubi legimus, Moysen nomine Dei mandata legis proposuisse: dein aspersisse sanguinem in populum, ac dixisse: *Hic est Sanguis, quem misit ad vos Deus*. Hæc autem figura impleta est in institutione hujus Sacramenti, ut patet ex Luc. 22. ubi disertis verbis Christus ait: *Hic calix novum Testamentum est in sanguine meo*; adeoque novum Testamentum institutum est in Cœna. Idem relucet ex eo, quòd Christus de industria, iisdem ferè verbis, quibus Moyses, uti voluerit. Denique requisita ad Testamentum adfuere in ultima Cœna, non autem in passione: Itaque cùm sanguis ille Testamenti veteris; figura fuerit sanguinis Eucharistici, patet, meliorem fuisse figuram re ipsa figurata, si ibi verus sanguis hìc tantùm sit vinum. Amesius nimia perspicuitate, & efficacia veritatis constrictus, ad fraudes, & convicia vertitur, cùm ait: *Cùm Bellarminus non tantùm Agnum Paschalem, sed & sanguinem fœderis, cujus mentio fit* Hebr. 9. vers. 20. *figuram facit Eucharistiæ*, & non passionis Christi, *blasphemia hac est manifesta, & non rationibus, sed lapidibus potiùs refutanda*. Resp. Bellarm. haud negat, sanguinem fœderis fuisse etiam figuram passionis Christi, sed tantùm ait, multò magis, & clariùs repræsentasse sanguinem calicis Eucharistici, cum quo institutum est à Christo Novum Testamentum in ul-

in ultima cœna. Et hoc usque adeò verum est, ut etiam Lutherani Glossatores Bibliorum Jenensium in cap. 26. Matth. vers. 20. id disertis verbis fateantur. Verè *rationibus* non potuit *refutare* Bellarminum Amesius, sed *lapidibus* Sacramentariis bilem suam exeruit.

Tertiò denique Manna fuisse figuram S. Eucharistiæ, patet ex verbis Domini Joan. 6. *Patres vestri manducaverunt Manna in deserto, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, vivet in æternum*. Idem constat ex 1. Cor. 10. ubi mare rubrum Baptismo, & Manna comparatur Eucharistiæ. Et revera etsi nec SS. Scriptura, nec Patres id dicerent, tanta est inter utrumque similitudo, ut res ipsa clamet, illud hujus fuisse typum. Jam verò quòd Manna non tantùm in entitate sua, sed etiam in significatione fuerit multò præstantius pane Eucharistico, si hic verè nón contínet corpus Christi, quis dubitet? Nam Manna erat è cœlò, habuit omnem saporem, & æqua mensura sumebatur ab omnibus, licèt diversa esse videretur &c. quæ certè multò meliùs significant panem cœli verum, scilicèt Christi Corpus, quàm panis noster usualis. Firmum igitur & inconcussum manet primum hoc ex figuris petitum argumentum. Nec quidquam efficit iostantia Amesii de Baptismo, cùm ait: *Figuræ Baptismi juxta Bellarm. inferiores debuerunt esse rebus figuratis: erant tamen excellentiores, vel non inferiores simplici, & naturali aqua, remissionem peccatorum significante*. Resp. Nulla ex illis figuris Baptismi, quas Bellarm. cap. 13. recitat, præstantior fuit Baptismo nostro in ratione significandi; quia nulla habebat adjunctam significationem tam claram, quàm forma Baptismi juncta ablutioni, ut per se patet.

Ad CAPUT V.

DEmonstrat hic Bellarminus contra Lutherano-Calvinianos, itemque è Catholicis Gabrielem, Cusanum, Cajetanum, Ruardum, Hesselium, Jansenium, in cap. 6. Joannis loqui Christum de Eucharistiæ Sacramento, argumentis quatuor. Amesius mox ut scutum objicit verba Gabrielis, & Cajetani, quæ tamen quoad rem ipsam saniora hic non sunt, quàm Heterodoxorum, sed sola meliori inteotione utriusque salvantur. Permittit tamen ipse, *ut pleraque eorum, quæ ibi dicuntur, rectè possint ad Sacramentum accommodari, ita ut nihil indè accrescat Pontificiorum somnio de præsentia carnali*. Verùm hoc non concinit doctrinæ Lutherano-Calvinianæ, qua Tomo I. omnem sensum accommodatitium, aliosque, præter unicum literalem in singulis Scripturæ dictis, tamquam æquivocationis reos explosit. Conatur interim more suo eludere argumenta Catholicorum; quàm fœliciter videamus.

1. Argumentum: Dominus loquitur de futuro cùm ait: *Panis quem ego dabo, caro mea est*. At si panis eo loco significaret Christum, ut fide percipitur, sine ulla relatione ad species Sacramentales, non diceret in futuro: manducatio enim illa per fidem est omnium temporum: nam etiam Patres Vet. Test. ita Christum manducarunt. Amesius: *Loquitur etiam in futuro de Spiritu, qui fuit omnium temporum*. Joan. 4. vers. 14. Sed non loquitur per omnia simpliciter de Spiritu dando, sicut de carne sua. De hac dixit: *Caro mea verè est cibus*, non verò sic: Spiritus quem ego dabo verè est potus. Etsi igitur Spiritus, quem Christus daturum se dixit, fuerit omnium temporum, non potest ly *Dabo* aliter intelligi, quàm quòd ille ex meritis suæ passionis profusurus esset aquàm vivam Spiritus Sancti, quæ apud omnes omnium temporum Sanctos saliat in vitam æternam. Cajetanicam glossam non pluris hic facimus, quàm Amesianam.

2. Tanta est similitudo horum verboru
bis Cœnæ, ut planè clamare videatur
ptura, ibi reddi, quod hic fuerat promiss
sius: *Concedimus, in Sacramento rite perce
modo illud quod fuit promissum, sed non in
mento*. Quid enim verò hoc sibi vult? Con
larmino, an occinit?

3. Colligitur ex litigatione Judæorum
fendiculo discipulorum, aliquid novum
dum proponi à Christo: eorum autem
non correxit Christus, sed iterum incu
manducaveritis carnem &c. Quis credat,
mam, qualis est, credere in Christum,
minum cum tanto offendiculo discipul
vere tot obscurissimis metaphoris, cùm p
verbo rem totam declarare? Trina ev
nec hilum valet, nec meretur recitari.
la est. Vanitas illius *novæ mirandi* tropi
jam (silentio suo annuentem Amesio)
sa est.

4. Distinctio tam frequens carnis, &
cibi ac potus, apertè indicat, Christu
communicatione sui sub speciebus panis
alioqui enim quorsum ista distinctio, t
tum repetita? Amesius iterum confugit
cationes Cajetani, quæ satis insulsæ, &
Cui enim Catholico persuaserit bonus
stinctione inter cibum, & potum, usu
sum, *ad manifestandum* tantùm, *quòd
alimentum perfectum ex cibo & potu*? A
Amesius: *Si sanguinis potus in hac distin
præcipitur à Christo, tum Antichristus est,
pulo ademit*. Subsumimus nos Catholic
præcepit Christus in hac distinctione se
nis potum: nam non semper conjunxit
ducationi, sed etiam manducationi soli
æternam promisit: Ergo Amesius est cal

5. Expressio illa (*Caro mea verè est cibu
meus verè est potus*) significat diversum
mendi carnem, & sanguinem Christi. I
git Puritanus ad miseram Cajetani glo
scilicet *significare Christus voluerit, quòd
sanguis suus naturalis, id est, Mors sua,
opinione, sed secundùm veritatem habeant
& potus animæ*. Hæc glossa cuivis intellig
paret valde violenta, & textus deprava
sui unanimi Patrum adversa, adeoque c
co explodenda. De illo singularitatis,
pruritu, quo posuit maculam in gloria s
ille Cardinalis, jam satis alibi.

6. Comparatio non fit inter Manna
Christi, ut sumitur sola fide, sed ut sum
mento, ut patet ex 1. Cor. 10. ubi com
situs maris rubri cum Baptismo, & Ma
charistia, Corpus quoque Christi, ut s
de, non defuit veteribus; imò illud in M
mebant opinione adversariorum, ut no
Eucharistia. Amesius: *Qualitas compara
venit Sacramentali manducationi per se, se
Resp. Hoc est petere principium, & n
ad argumenta Bellarmini, quæ Amesiu
omittendo enervavit.

7. Ex verbis manducandi carnem, &
guinem, tam sæpè repetitis, & cum
Amen, amen, confirmatis, debent hæc
non figuratè accipi; tum quia semper
catio sequenda est, nisi evidenter pro
rium: tum quia valde absurdum esset,
pius ita vehementer confirmasse, oport
ipsius carnem, si hoc non nisi figuratè
set. Amesius negat *Amen* significare
Esto, in rigore non sit; constat tan

quod confirmatio, & asseveratio valde feria, quam non convenit adhibere in re obscura, & incerta: Quòd Dominus Joan. 10. vers. 1. eandem voculam adhibuerit cum vocabulis metaphoricis Ostii, Pastoris, Ovilis, non juvat hic Sacramentarios. Res enim spirituales non possunt nisi per symbola rerum corporalium exponi; at caro, & sanguis Christi, tum ut sunt in se, tum quatenus sub speciebus Sacramentalibus continentur, sunt sensibiles: manducatio, & bibitio sensibilis est verissimè; cur ergo non in proprio sensu istas omnes voces acciperemus?

8. Joannis 3. agitur de Baptismo: Ergo Joan. 6. agitur de Eucharistia. Amesius: *Neque Antecedens potest probari, & illo probato Consequentia nihil valet.* Resp. Antecedens tam efficaciter probavit suprà Bellarminus, ut Amesius lib. 1. cap. 3. Th. 4. Calvinum suum impudenter id negantem, contra Ballarmini argumenta non sit ausus tueri. Illatio non est apodictica, fateor, quæ cerebrosum Puritanum convincat, sed similitudo; illa in utroque modo procedendi probabilissimè suadet.

Secundum, & tertium argumentum Bellarmini desumitur ex authoritate Ecclesiæ, & SS. Patrum, quorum est tam unanimis in hoc sententia, ut adversarii nec unicum producere valeant, qui suæ faveat perversioni: idemque est de Scholasticis plerisque omnibus. Optimè Maldonatus in cap. 6. Joan. v. 35. paucos illos suprà nominatos Catholicos perstrinxit, quòd *contra Scripturæ sensum, contra Patrum omnium interpretationem, contra tacitum, imò minimè tacitum, sed satis superque explicatum consensum Ecclesiæ dixerint, atque contenderint, hoc loco de Sacramento non agi. Quod, ut benignissimè dicam, est temerarium &c. Modesti non est ingenii, & Ecclesiasticis moribus, pietateque instituti, omnium veterum Patrum consensum contemptim fastidioseque repudiare; non solùm non frangi, sed ne commoveri quidem eorum auctoritate. Nemini enim ferè auctori bono maloue ante Lutherum venit in mentem, ut diceret, hoc loco de Eucharistia non agi.* Amesius ad calumnias se confert, dum ait: *Patres plus nimio suis mysticis sensibus, allegoriis, & accommodationibus multò magis Concilis indulsisse, nemo quisquam ignorat, qui ipsos à limine salutavit.* Quis non miretur hujus Puritani perversitatem? Cajetanum, unum, novitatis & singularitatis studiosum, eoque periculosum Nov. Test. interpretem, tam fœdè halucinantem, passim suis erroribus obtendit patronum; Econtra SS. Patres ad unum omnes, frequentissimè in sensu literali, Joannem de Sacramentali manducatione interpretantes susque deque habet. Quamquam mox quasi dicti pœnitens videri vult, se suosque non dissentire ab omnibus Patribus in hoc, quòd locus iste Joannis, nullo modo de Sacramentali manducatione loquatur; nam, inquit, *Spiritualis manducatio est res, & anima illius quæ dicitur Sacramentalis.* Ita versat se in omnem partem Amesius à veritate constrictus. At quæro ego: Vel fateris, loqui hic Christum, tam de Sacramentali, quàm de spirituali manducatione, vel negas? Si fateris agi de utraque, sentis idem quod nos, (qui utique spiritualem cum Sacramentali vel maximè conjungimus;) Quomodo ergo tam ineptis cavillationibus hactenus reluctaris? Si negas agi de utraque simul sumpta, manifestè tibi ipsi contradicis; & hoc ultimo tuo dicto præcludis tuamet effugia, quæ adhibes argumento ex Ratione petito, & est tale: Si Christus Joan. 6. non loquitur de Eucharistia, sequitur 1. Joannem nihil planè scripsisse de hoc Sacramento, quod est valde absurdum. 2. Christum numquam, explicuisse fructum, & excellentiam hujus Sacramenti. 3. Neque ullum exstare præceptum Divinum de hoc Sacramento percipiendo. His, inquam, quod legitimè opponat, non habuit Amesius, qui apertè professus est, aliquo modo agi de Sacramentali manducatione, cujus anima sit manducatio spiritualis.

Ad CAPUT VII.

OBjiciunt 1. *Agitur hic de illa manducatione, quæ dat vitam: Sed hoc est proprium spiritualis manducationis. Ergo.* Resp. Minor est falsa: nam manducatio tam in re, quàm in voto, verè non est manducatio spiritualis, adeoque non dat vitam. Ex spirituali & Sacramentali (saltem in voto) constatur vera manducatio: sicut homo constatur ex anima, & corpore. Sacramentalis, quæ dat vitam, non suscipitur nisi à rite dispositis.

Obj. 2. *Agitur de illa manducatione, sine qua vita non habetur, Sed sine Sacramento vita haberi potest: Ergo.* Resp. Numquid intelligunt adversarii de manducatione spirituali per fidem? At difficiliùs hæc reperitur (imò planè fieri nequit) in infantibus, quàm manducatio spiritualis; & in hac semper includitur votum, ut dixi. Hoc porrò votum subinde explicitè est de manducatione Sacramentali, subinde tantùm implicitè & confusè, nempe in desiderio efficaci implendi omnia præcepta; unde evanescit cavillus Amesii de iis, *qui in Christum credunt, & necdum de Eucharistia sunt satis instituti.* Quid verò sibi vult, cùm ait: *Quamvis actus aliquis qui spectat ad manducationem, sit proprius adultorum, substantia tamen ipsa est simpliciter necessaria omnibus infantibus ad salutem, ut scilicet Christus sit in illis, & illi in Christo?* Quid, quæso, est hic *substantia?* Numquid gratia sanctificans uniens Christo? At hæc neque est manducatio spiritualis, neque Sacramentalis; sed est effectus Baptismi in infantibus; de quibus S. Augustinus ait: *quòd in ipso Baptismo communicent Corpori Christi*, qui nempe uniuntur ei per gratiam in Baptismo acceptam: in adultis verò est effectus tam Baptismi quàm aliorum Sacramentorum, uti & operum ex charitate prodeuntium. Nihil ergo hic præsidii est Sacramentariis, ubi neutra manducatio.

Objic. 3. *Agitur hic de illo tantùm cibo, qui sumitur fide, vers. 39. 53. 40. 47.* Resp. Neg. assumpt. Facit enim Christus in hoc cap. mentionem triplicis panis. 1. Narratur de pane materiali, quem Dominus noster multiplicavit, & qui dedit occasionem sequentis disputationis. 2. Quia Judæi hunc solum quærebant, monuit Christus, ut alium panem pararent, quem ajebat esse seipsum, qui de cœlo descendit per incarnationem: & hunc fide apprehendi debere. 3. Indè transit ad panem Eucharisticum, cùm ait: *Panem, quem ego dabo, caro mea est. Hunc transitum à Christo incarnato ad Eucharistiam*, ait Amesius, *esse commentum nimis ridiculum.* Eccur verò? Probat id tripliciter: 1. Ait: *Quia illa verba cum sequentibus sunt pars responsionis ad objectionem Judæorum. Si autem alius panis in responsione intelligitur, præter illum, qui est in quæstione, tum responsio non esset ad ipsam quæstionem.* Resp. Hoc non sequitur. Nam Judæi nihil distinctè de ullo pane, multò minùs de spirituali, & Sacramentali quærebant: Christus autem ex eorum qualicumque rudi, & crassa objectione, & quæstione occasionem sumpsit, mysterium tam Eucharistiæ, quàm Incarnationis exponendi. Ait 2. *Conclusio sermonis vers. 58. Hic est panis ille, qui de cælo descendit &c. apertè clamat, omnia quæ dicta fuerant in responsione, ad eundem panem spectare, de quo quærebatur vers. 41. Quæstio enim, Conclusio, & Præmissa circa unum, & idem subjectum debent versari.* Resp. Spectant omnia quidem ad eundem panem, Christum scilicet, quoad substantiam, non tamen quoad modum. Cogitur hoc fateri, si sibi constare velit Amesius, cùm expressè in fine Thes. 12.

dixe-

dixerit : *Se non docere, Christum nullo modo de Sacramentali manducatione ibi locutum.* Est ergo idem panis realiter, & substantialiter Christus Dominus, sive in propria figura humana, sive sub speciebus Sacramentalibus. Unde etiam difflatur instantia Amesiana de æquivocatione in eadem disputatione. Idem sanè ipse admittere tenetur, si non mentitus est in Th. 12. Neque verò hìc ulla vitiosa æquivocatio est, ut nomine panis de cœlo designetur tam Christus in propria, quàm sub aliena specie existens. Utroque enim modo est panis de cœlo verus vitam dans mundo.

Objic. 4. *Si ad literam intelligenda sit Eucharistia in isto cap. tum numquam defendi potest eorum sacrilegium, qui Sacramenti partem alteram, id est, sanguinem populo ademerunt, sine cujus bibitione vitam haberi posse negatur vers. 35.* Resp. Si ad literam intelligantur omnia dicta ejus capitis 6. quæ de manducatione Carnis Christi agunt, manifestum est, sufficere etiam modum manducandi sub specie tantùm, quæ sola exprimitur iteratò in vers. 52. & vers. 59. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Unde rectè dixit Bellar. Vim præcepti non consistere in modo sumendi, sed in ipsa re, quæ sumenda est : Et hanc mentem esse Legislatoris liquet : Tum quia fructus perceptionis oritur ex ipsis rebus perceptis, non ex modo sumendi; (sicut & medicina corporalis non prodest, quia sumitur per modum cibi vel potus, sed quia ipsa vim habet sanandi;) Tum, quia idem Christus explicans quod dixerat, ait ibidem : *Qui manducat me, & ipse vivet propter me.* Sed de hac re fusius infrà. Hoc solùm addo : Falsò dixisse Amesium : *Apostolus 1. Cor. 11. disertis verbis collocat vim præcepti in modo sumendi;* Contrarium potius esse verum patet ex vers. 24. ubi absolutè ait de corpore : *Hoc facite in meam commemorationem :* versu autem seq. de calice non nisi restrictè, aut hypotheticè ait : *Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.*

Ad CAPUT IX.

VErba institutionis : *Hoc est corpus meum*, propriè, non figuratè esse explicanda, probatur.

I. A materia : Sacramentum, Testamentum, pactum, seu fœdus, lex seu præceptum, & dogma requirunt propriam, non figuratam locutionem : Sed in istis verbis agitur de Sacramento, testamento, pacto, præcepto, & de uno ex præcipuis Religionis dogmatibus : Ergo propria sunt, & non figurata. Amesius : *Propositio est omni ex parte manifestè falsa. 1. Sacramenta Circumcisionis,* Gen. 12. *& Paschatis*, Exod. 12. *figuratis phrasibus instituuntur; cætera ubique consimiliter declarantur.* 1. Corinth. 10. *Baptismo dicimus corpus peccati exuere, Christo unà crucifigi, mori, & sepeliri, Christum induere, & Christi sanguine aspergi. In ipso hoc Sacramento corpus Christi à Paulo dicitur frangi : & poculum Testamentum vocatur : quæ omnia ab omnibus figuratè, sine controversia intelliguntur. 2. Nulla formula Testamenti vel divini, vel humani per totam Scripturam proferri potest, quæ non aliquo tropo illustratur. 3. Fœderis illius novi formula illa.* Hebr. 8. vers. 10. Legem meam inscribam cordi eorum, *absque tropo non potest exponi. 4. Præcepta ipsa Decalogi maxima ex parte, non possunt rectè intelligi, nisi Synecdoche in iis admittatur. 5. Figurati dogmatis exemplum sit illud*, Joan. 2. v. 19. Destruite templum hoc, & intrà triduum excitabo illud. Resp. 1. Bellarmini argumentum procedit non de quibuslibet tropis, sed de Metaphora, & Metonymia, quibus rei veritas aufertur. 2. Etsi in uno loco nonnulla figuratè alicubi proponantur; alibi tamen eadem propriè proponuntur, uti sunt pleraque

exempla ab Amesio hìc annotata. Nom
ter recurrent infrà. Itaque manet omnino
positio Bellarmini in genuino sensu a
nullum exemplum in oppositum attul
quod ad rem faciat.

II. A personis. Dominus loquebatur
postolis, idque eo loco, & tempore,
oportebat obscurè loqui. Amesius : C
nulla est : Non loquitur obscurè : Ergo no
tropicè. Tropi sæpissimè illustrant, non ob
nem. Apostolis veterum mysteriorum ritus,
mones consimiles intelligentibus, Sacrament
fuit obscura. Resp. In his circumstantiis
sequentia optima; alioqui enim posse
do eludere omnes articulos fidei, qui
rali difficiles, ac impossibiles videntur
nitate, Incarnatione, peccato origina
per hanc Sacramentariam Tropistarum
ratis locutionibus poterunt perinde è me
numquam aliquos tropos illustrare se
negat? An hinc sequitur : Ergo om
le à Sacramentariis hìc prætensus? Erg
& Pater unum sumus, similitudine affect
tate naturæ? Qui fit, si (ut perfrictâ f
mesius) Apostoli, sacramentales illas
nisticè, vel Zuinglicè intellexerunt,
nus ex SS. Patribus id adverterit; Imò
pressè monuerint, non esse accipiendu
propriè, adeoque hìc opus esse fide
res, quæ absurdissima sensibus esse vide
tropicè ea verba : *Hoc est corpus meum*,
intelligenda essent, nec umbra quidem
peresset. Quæ enim difficultas credere
significet corpus Christi (De SS. Patr
mutuit Amesius.

III. Communis est regula explicand
numquam dimittendum esse proprium
sum, nisi cogamur ab aliqua alia Script
articulo fidei; aut certè à communi
explicatione. Amesius : *Respondemus,*
loco proprium sensum dimittere, & admitt
lis omnibus Scripturæ locis, quibus tale
tur, quale est, hominem, eumque vivu
Omnibus illis articulis fidei, qui vera
Christi manere docent. 3. Communi judici
Apostolica ad annos à Christo sexcentos
Mendacissima impietas hujus Sacrame
tionis palàm infrà patebit.

Ad CAPUT X

CAtholica veritas magis roboratur :
consueverat gratias agere, nisi ali
& mirabile facturus esset, neque bene
vit res insensibiles, nisi cùm in iis aliqu
peraturus esset : Sed hoc tempore dicitu
tias egisse Deo, & panem benedixisse
sius 1. *Concedimus Conclusionem, Christum*
magnum & mirabile tum temporis operatum
nem, & vinum, cùm institutione sua effect
ficacia organa gratiæ. Resp. Miranda est
perversitas? Suprà omnes nervos intre
ret illam efficaciam organorum grati
tholici in Sacramentis veneramur : hic
veritate perspicua actionis Christi Th
realem præsentiam eludat, confugit
efficaciam gratiæ, per panis symbola
Amesius 2. *Falsissima est propositio. Q*
Scripturis non explicatur, quoties Christus
benedixit res insensibiles; satis tamen con
visse omnem justitiam, cujus hæc officia
maxima. Dicitur etiam gratias egisse M

sine ullo miraculo effecto : sicut & res insensibiles benedixisse Luc. 24. v. 30. Resp. Pergit frontem perfricare Sacramentarius iste. Nullam instantiam ex Scripturis ostendere potest; & vult tamen nos credere id factum quod factum non legitur, contra propriam, toties ad nauseam nobis occentatam næniam : *Non est scriptum* ! Si ex illa impletione omnis justitiæ inferatur quodvis opus bonum externum, quàm patens ostium habebimus, quidvis Christo tribuendi, peractum interius, & exteriùs ; quia nobis videtur ad omnem justitiam, etiam hoc, & illud pertinere. Matth. 11. vers. 25. non egisse gratias legitur, sed : *Confiteor tibi* (inquit) *Pater, quia &c.* Vel, ut Lutherana Biblia Jenensia habent : Glorifico te Pater &c. Luc. 24. v. 30. gratias egit, & benedixit panem, sicut in ultima cœna, cum eodem effectu, quem utrobique agnoscimus nos Catholici mirabilem, Sacramentarii despuunt.

§. Unico.

Expenduntur singula verba institutionis.

H O C.

Pronomen *hoc* non demonstrat panem ; non enim potest adjectivè concordare cum pane, ut suo substantivo : nàm panis est generis masculini. Neque substantivè dici potest *Hoc*, de re quæ cernitur, & apertè cognoscitur, nisi sit generis neutrius ; Sed panis est generis masculini, tam græcè, quàm latinè. Nemo enim demonstrato fratre suo diceret : Hoc est frater meus. Vel, demonstrata imagine Cæsaris, diceret : Hoc est Cæsar : Ergo nec de pane, quem discipuli videbant, dici rectè potuit ; Hoc est corpus meum. Ita Bellar. contra quartam expositionem hujus particulæ *Hoc*, quæ nimirum sumitur pro pane. Amesius 1. *Quamvis adjectivè non concordat cum pane, ut antecedente, potest tamen cum consequente corpore bene concordare, ut si quis mortem demonstrans dicat : Hoc est stipendium peccati. Quam convenientiam verborum Christi defendit Vasquez* 3. part. disp. 201 *tanquam verissimam, & Pontificiorum causæ maximè conducibilem*. Resp. Hoc nihil conducere Sacramentariis, patebit paulò post, ubi in concordiam aliquatenus redigentur opiniones Scholasticorum. Amesius 2. *Nihil magis tritum est in omnibus linguis, quàm de re masculini, aut fœminini generis, pronomine absolutè uti generis neutrius, ut* Zach. 1. v. 9. *de iisdem equis enuntiat authentica Pontificiorum versio* : Quid sunt isti? *aut*, quid sunt hæc? Resp. At non potuit Amesius vel unicum exemplum afferre, ubi pronomen demonstrativum *Hoc*, cum re, quæ cernitur, & apertè cognoscitur, concordet. Vana est evasio, qua fatetur *de personis non ita frequenter, uti rebus inanimatis usurpari eam particulam*. Cur non vel unicum exemplum de inanimatis produxit è sacro Codice?

Bellarm. 2. Cùm subjectum non est notum, nisi in universali, efferri debet per nomen universale. Sed cùm subjectum notum est audientibus in particulari, non debet efferri per nomen universale. V.G. vident aliqui à longè nescio quid; sed non discernunt, quid sit; arbor, an lapis, an homo; ego autem video esse hominem : quare dicam cæteris : illud est homo, non autem : ille est homo. At si videant, esse hominem, sed non discernant, quis sit; Petrus, an Paulus, an quis alius; non dicam : Illud est Petrus; sed dicam : Ille est Petrus. Discipuli autem videbant panem, & panem esse ignorabant. Amesius : *Bellarminus ex ore proprio judicabitur* : Cùm subjectum non est notum, nisi in universali, efferri debet per nomen universale. *Sed Sacramentum panis non fuit tum temporis discipulis notum, nisi in universali. Panis enim, cùm sit materia tantùm Sacramenti, habet sese ut universale, & commune : Efferri igitur debet per nomen universale. Mercenarius, cùm denarium videt, denarium esse, non ignorat : quia tamen mercedem suam, qua, aut quanta sit futura, non videt, rectè ipsi dicitur :* Hæc est merces tua. *Sic discipuli panem videntes, panem fuisse non ignorabant : Sed Sacramentum corporis Christi, aut corpus Christi futurum non videbant, nec sciebant. Rectè igitur ipsis dicebatur :* Hoc est Corpus meum. Resp. Amesius Bellarminum non ex ore proprio, sed ex falsa sua subsumptione iniquè judicat. In hac enim malè supponit Sacramentariam suam hæresim, de qua tota lis est. Hac verò hæresi seclusa, si supponatur vera sententia Catholicorum, apertè falsum est, quòd discipulis panem videntibus, & scientibus, sed corpus Christi futurum ignorantibus, potuerit rectè dici : *Hoc est Corpus meum* ; ita ut ly *Hoc* significaret panem ; cùm nimis falsum sit, panem esse Corpus Christi.

Bellarm. 3. Argumentum hoc est robustissimum ex Scriptura. Nam si, *Hoc*, demonstraret panem ; etiam in consecratione vini, *Hic* (sive τῦτο) demonstraret vinum; quod quidem Sacramentarii conceduntur sed apertè contrà stat Luc. 22. vers. 20. ubi sic ait : *τῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μυ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.* Id est : Hic calix novum Testamentum est in sanguine meo, qui pro vobis effunditur. Ubi dicit Lucas, calicem effundi pro nobis; non autem vas, aut vinum effusum est pro nobis, sed verus sanguis : Calix igitur non significat calicem vini, sed calicem sanguinis. Ad hoc argumentum non potuit Beza respondere, nisi negando textum Evangelii esse integrum. Nam cùm in hunc locum scribit, fatetur ita legi in omnibus libris etiam vetustissimis ; tamen quia destruit hic locus ejus sententiam ; audet dicere : locum esse corruptum in omnibus codicibus, aut ex margine irrepsisse in textum. Quod si recipitur, nulla causa est, cur non liceat totam Scripturam negare. Amesius hanc ἀπόδειξιν more suo enervat truncando, omittens omnia, quæ de Bezæ corruptela dicuntur. Ne tamen manus dare videatur tam apertæ veritati, ait 1. *In consecratione vel panis, vel vini, cùm illud consecratur,* Hoc *demonstratur, necessariò concedendum est, panem, aut vinum per illud* Hoc *demonstrari*. Resp. Hoc falsum esse patet partim ex dictis, partim ex mox dicendis. 2. Ait ; *Lucas non repugnat Matthæo, & Marco : apud quos non calix, sed sanguis dicitur pro nobis effundi*. Resp. Sic est : Sed neque Matthæus, & Marcus repugnant Lucæ dicenti ; Calicem sanguinis (& non vini) pro nobis effundi. 3. Ait : *Absurdam sententiam tribuit Lucæ Bellarminus : Hic calix, id est, hic sanguis, novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur*. Resp. Non Bellarminum Lucæ, sed Amesium Bellarmino affingere absurdam sententiam ; perspicuum est cuivis non cæco, utriusque dicta legenti. 4. Ait : *Difficultas in isthoc loco nulla est de grammatica concordantia nominis Hoc : difficultas autem reliquæ phraseos, in cæteris Evangelistis perspicuè tollitur, sed non est hujus loci*. Resp. Revera difficultas omnis, quam pro suo pane movent Lutherano-Calvinistæ, ex his verbis Lucæ clarissimè tollitur. Punctum autem difficultatis, quo Sacramentarii hinc implicantur, Amesius attingere non est ausus.

Bellarm. 4. Vera est igitur Catholicorum sententia qui illud *Hoc* demonstrare volunt, non panem, sed rem contentam sub speciebus panis ; quæ etsi antea fuerat panis, tamen tunc jam erat Christi corpus : unde sequitur, quòd etiam ex hac particula probetur veritas corporis Christi. Amesius 1. *Catholica Pontificiorum sententia una nulla est* : (Ex Alex. Alens. quatuor ; ex Joan. de Rada quinque opiniones Scholasticorum refert : deinde subdit :) *Bellar. hanc ultimam senten-*

sententiam videtur approbare; sed sophisticè declinat omnem disputationem adversam per ambiguam illam, & musitatam formulam: Tunc jam erat Christi corpus. *Non enim ausus est definire, utrùm tunc fuerit corpus Christi, cùm Dominus illam vocem* Hoc *proferebat; vel jam tandem, cùm totam sententiam protulerat &c.* Resp. Bellarmino contra hæreses disputanti satis fuit expugnasse illum errorem, quo Lutherano-Calviniani per hoc intelligunt panem. Nec juvat hos, quòd etiam Alensis, Bonaventura, & Holkot dicant, per *Hoc* demonstrari panem; hi enim expressè nihilominus asserunt, panem substantialiter in corpus Christi converti: Meritò tamen etiam sic rejicitur à S. Thoma &c. ut intolerabilis, si loquamur de eo, quod in recto demonstratur. Cæteræ Theologorum sententiæ non incongruè videntur conciliari posse, si (ut observat Tannerus num. 31.) distinguantur tria, quæ occurrunt, cùm alicujus rei fit demonstratio. 1. *Est*, materiale demonstratum, seu res illa, in quam cadit demonstratio. 2. Formale demonstratum *Quo*. 3. Formale demonstratum *Quod*. Ut cùm dico: Quod in hoc dumeto movetur, est cervus; formale demonstratum *Quo*, penes quod nempe fit demonstratio, est motus in hoc dumeto: Materiale demonstratum, cui scilicet re ipsa convenit formale demonstratum *Quo*, seu nota demonstrationis, est cervus secundùm se: formale demonstratum *Quod*, est animal, quod in hoc dumeto movetur qua tale. Similiter 1. formale demonstratum per particulam *Hoc*, sive *ut Quo*, sive *ut Quod*, non est Christus, ut est sub speciebus. 2. Formale demonstratum *Quo*, sunt præsentes species: penes has enim fit demonstratio. 3 Formale demonstratum *Quod*, est contentum sub speciebus, idest, Substantia singularis sub communi ratione existentis sub speciebus, abstrahendo tunc, quando fit demonstratio, quæ, & qualis sit illa substantia, & num in re ipsa præsens sit, vel non. 4. Materiale demonstratum est corpus Christi, quia est illud, cui in re ipsa competit nota demonstrationis, seu, de quo in recto prædicatur formale demonstratum: Et in hoc sensu vera est sententia Vasq. & Maldon. quæ juxta primum sensum alioqui falsa esset; ut bene ostendit S. Thomas. 5. Itaque, etsi singularis illa substantia, quæ in recto formaliter demonstratur, tunc præcisè, cùm fit demonstratio, nec ut præsens, nec ut absens demonstretur: tamen reipsa absens est; ac propterea nulla hic substantia in recto; nec sub communi, nec sub particulari aliqua ratione, etiam individuæ vagæ demonstratur, quæ sit jam præsens, cùm fit demonstratio: nec omnino præsens adest quidquam tunc, quod in recto demonstratur. Ratio, quia quod in recto demonstratur, debet esse tale, de quo in recto prædicetur Corpus Christi, ut patet ex forma verborum. Sed tunc cùm fit demonstratio, nihil adest, de quo in recto possit prædicari corpus Christi. Ergo. Et sic evanescunt cavilli Amesiani.

E S T.

Bellam. 1. *Est*, nihil significat, nisi *Est*. Unde manifesta est Calvini calumnia, cùm ait, Catholicos accipere *Est*, pro transsubstantiari. Calvini calumniam silentio suo agnoscit Amesius; qui tamen, ne omnino taceat, ait: *Varia aliquo modo posse per istam voculam* Est *significari, quamvis nil significet præter* Est, *scilicet esse, vel essentiale, vel accidentale &c.* Ita est: Sed quid hoc ad rem?

Bellar. 2. *Est* habet simplicissimam, & communissimam significationem, ita ut omnia alia verba resolvantur in hoc, & aliquid aliud, ut homo ambulat, idest, est ambulans. Amesius: *Non possunt omnia alia verba in* Est *resolvi*. Socrates docet, Sortes docetur, *non possunt hic verba illa*, docet, docetur, *resolvi in* Est; *ita ut eadem affectiones maneant, caus*
effectum, & subjecti ad actum, qui circa illu
Resp. Quidni bene sic resolvatur: *Socrates*
Sortes est, qui docetur? Nonne in priori mane
latio ad doctrinam quam tradit; in poster
Sortis ad doctionem, quæ ipsi fit? *Panis fi*
quivalet huic: *Panis est id quod vertitur in c*
dubitet? Multa hic libido vellicandi appare
sio, ubi revera nihil ad rem faciens oppone
Nimis enim verum est, ly *Est*, esse copulat
propositionum, juxta sanam Logicam form
Item quòd tropi non ponantur in verbis, i
peculiaris alicujus significationis; ideoque c
nihil significet, nisi conjunctionem unius c
aut ipsum esse, commune omnibus rebus,
tropum non esse in verbo *Est*, neque p
simi.

C O R P U S.

Bellarm. 1. Nusquam in Scriptura accipi
Christi pro ejus signo, vel figura. Amesiu
questio. Resp. Sed à Sacramentariis contra
rientalis, & Occidentalis Ecclesiæ mota,
ri impietate, quàm Ariani moverunt de
qua Christus dixit: *Ego, & Pater unum sun*
annes: *Hi tres unum sunt*. Amesius 2. *Cùm*
cipiatur pro figura Christi, 1. Corinth. 10.
Christus: *quid possit prohibere, quin similis ac*
tatur de corpore Christi? Resp. Falsum est, c
sumunt Tropistæ. Neque enim typicè, i
& propriè *petra* (de qua ibi Apostolus) *e*
Non enim agit de corporali petra, seu sa
serti, quæ typicè significabat Christum;
rupes non consequebatur Hebræos;) sed
rituali petra, (ut disertis verbis affirmat,
petra, quæ spiritualiter, & typicè per i
significabatur. Hæc verò petra spiritualis
per alteram spiritualem significantem) n
pus, seu figura Christi; sed erat ipsemet
stus. Hic enim est, qui virtute Divinit
bræos per omnia deserti loca, ceu come
batur. Ita etiam interpretantur Apostolu
res Jenenses Lutherani. Amesius 3. *Num*
ptura: Hoc est Corpus, *significat Corpus,*
borum illorum incipit esse. Quid mirum? I
Scriptura reperiuntur ea verba, nisi ubi c
ne hujus Sacramenti agitur.

Bellarm. 2. Nihil est de quo prædicetur
poris, nisi verum, & naturale Corpus si
ipsius. Nam quòd, *Hoc*, non demonstr
paulò ante ostensum est. Nec habet aliu
quod opponat, nisi illa ipsa protrita.

Bell. 3. Intelligitur Corpus, quod est p
tum; sicut apparet ex sequentibus verbis:
tropicè acceptum non est datum pro nobi
mesius: *Panis est signum veri illius corporis, q*
est datum. Resp. Hoc sæpè repetitur à Sac
sed numquam probatur. Legant nobis ho
ptura, sicuti nos legimus: *Hoc est corpu*
illæ voces, διδόμενον, & ἐκχυνόμενον debe
cum substantivo in recto, non in obliqu
eum *Corporis*, sed eum *Corpus*. Amesius: *Pu*
jectio, à trivali puero facilè solveretur, ex di
taxeos grammatica, in tropo, & in explication
ne eadem est convenientia varietas in quolibet
ut: Amor est ignis ardens: Amor est similis a
Nisi peterent principium Sacramentarii,
tropum, ubi nullum ejus apparet vestigium
staret, quòd *Corpus* hic *signum Corporis* d
rilis foret ea objectio. At cùm verba Ev
stent pro Catholicis, necessariò etiam p

ly *traditum, effusum*, jungi debere cum *Corpus* in recto, minimè autem cum *signo Corporis* in obliquo.

Hactenus defendere conatus est Amesius Oecolampadii interpretationem, quæ per corpus intelligit signum corporis. Deinceps etiam satagit tueri figmentum sui Magistri Calvini, qui putat *panem Eucharisticum non appellari signum corporis, sed ipsum corpus, quia est signum efficacissimum*. Sed hoc argumentum rejicitur 1. ex principio quodam ipsius Calvini lib. 4. cap. 17. §. 5. *Credere in Christum non est verè manducare Christum, sicut videre cibum, non est manducare &c.* At ex sententia Calvini apertè sequitur, nihil aliud esse manducare Christum, nisi credere in ipsum; Ergo ex sententia Calvini non verè manducatur corpus Christi. Minor probatur; quia manducatio est actus manducantis, non cibi manducati. At in manducatione Corporis Christi (secundùm Calvinum) nulla est actio hominis manducantis; Ergo ipsum credere est manducare juxta Calvinum. Minor probatur; quia illa unio Corporis Christi nobiscum, quæ sequitur post actum fidei, non est aliqua actio, sed relatio sequens apprehensionem fidei; vel si actio est, non est nostra, sed Christi: (ità enim ipsi docent, ex hoc, quòd quis credit, sequi, ut Christus se totum ei donet &c.) Hoc argumento, quia vidit omnino obtruncari figmentum Calvinianum, enormiter illud truncando enervavit Amesius; Ne tamen videatur herbam porrigere Bellarmino, argumento integrè proposito, addit: *Credere verè & vividè in Christum, est vera ejus manducatio spiritualis; sed peculiaris modus in actu fidei, secundùm medii Sacramentalis naturam peculiarem, requiritur insuper ad manducationem spiritualem illam, quæ est efficax*. Resp. Meritò quis dubitarit, an ipsemet Amesius intellexerit, quid hic sibi velit. Numquid enim, juxta ipsum, omnis actus fidei vivus & efficax, est manducatio spiritualis viva, & efficax? Ergo sive in, sive extra Sacramentum ille exerceatur, semper erit manducatio spiritualis, viva, efficax. Quid verò hoc ad argumentum Bellarmini?

Idem Calvini figmentum rejicitur 2. Sacramenta veteraꝗ Verbum, Baptismus, & imago Crucifixi, eandem efficaciam habent cum pane Eucharistiæ Calvinistico. Nam nihil aliud tribuit Calvinus Eucharistiæ, nisi ut sit symbolum revocans in memoriam Christi passionem, & ea ratione fidem excitans. At ineptus esset, qui diceret, aliquid illorum esse Corpus Christi: Ergo ineptus etiam est ille, qui dicit, panem Eucharistiæ esse corpus Domini, quia est efficax ejus signum. Amesius: *Plusquam ineptus est Bell. in tota hac objectione. Nam 1. Imago prohibita nullam efficaciam habet ædificationis veræ, nedum eandem cum Sacramenta Dei. 2. Sacramenta Vet. Test. fuerunt obscuriora, & proinde non commendabantur tam claris attributionibus, ac Sacramenta Nov. Test. 3. Verbum Dei non habet eandem rationem significandi, & obsignandi cum Sacramentis. 4. De aqua Baptismi rite recepti, non esset ineptus, qui diceret: Est sanguis ipse Christi qui purgat nos ab omni peccato.* Resp. Argumentum Bellarmini nec tantillum læditur hac evasione Amesii, & ineptia tota quanta remanet penes Tropistas. Nam 1. supponatur tantisper, Catholicum (sive ex recta, sive ex errante conscientia, bona saltem fide) ex aspectu imaginis Crucifixi incitari ad inflammatissimum amorem Dei, & contemptum totius mundi; Vel etiam ex lectione, vel auditione passionis Dominicæ &c. quis tamen ausit illa vocare corpus Domini? Nulla ergo fingi potest ratio, cur potius panis Eucharisticus debeat dici Corpus Christi; cùm non possit esse efficacior, quàm imago Crucifixi, aut historia passionis, oculis, vel aure cordis, & corporis hausta. Ratio illa *significandi, & obsignandi*, sunt mera verba inania, ut ex alibi dictis constat. Iconomachiæ impietas explosa est Tomo 2. Sacramenta Vet. Test. poterant clariora esse, quàm Calvinistica, si similiter in Circumcisione, aut esu agni Paschalis mox fuisset adhibita concio Lutherano-Calvinistica. De aqua Baptismi non nisi ineptè diceretur à Calvinistis, quòd sit sanguis Christi; quia juxta ipsos remissio peccati præcessit Baptismum; adeoque nec potest Baptismus ab ipsis dici vel signum sanguinis Christi remittentis peccatum. Juxta Catholicos, & rei veritatem, Baptismus, quatenus est efficax signum gratiæ, non est ipse sanguis Christi, sed ejus effectus moralis, quia ex merito passionis Christi, & institutione ejusdem habet vim conferendi gratiam, & remittendi peccata. Fixum ergo maneat, non nisi ineptissimè dici, panem Eucharistiæ esse corpus Christi, quia est efficax ejus signum.

Ad CAPUT XI.

1. OBjiciunt: Hoc *non potuit, cùm proferebatur, quidquam aliud demonstrare, quàm panem: quia tum Dominus panem solum in manibus habuit, ex sententia Pontificiorum, qui docent, non fuisse Corpus Domini in Sacramento, cùm diceretur*, Hoc, *sed peracta demum consecratione*. Resp. Ly *Hoc*, non demonstrat panem præcisè, sed contentum sub illis speciebus; quod quidem licèt fuerit panis ante consecrationem, tamen vi illorum verborum incipit esse Corpus Christi. Amesius 1. cavillatur circa ly *præcisè*, putatque per *hoc tacitè concedi, panem aliquo modo demonstrari, quamvis non præcisè*. Resp. Nihil incommodi, si gratis detur illud *aliquo modo*. Nam ut suprà de vocula *Hoc*, dictum est, formale demonstratum *Quo* sunt species panis, qui aliquo modo possunt dici panis, sicut caseus ligneus. Quid verò hinc lucri Calvinistis? Amesius 2. *Quomodo proferebatur* Hoc, *nihil fuisse contentum sub illis speciebus præter panem, Pontificii omnes concedunt: Ergo si contentum demonstret, demonstrat panem*. Resp. Si, *Hoc*, contentum in principio sub speciebus demonstret, bona est illatio; inepta, & nulla, si illud *contentum* abstrahat à tempore præsenti, cùm enuntiatur *Hoc*. Quis dubitet, potuisse Christum in Cana Galilææ sic mutare aquam in vinum, dicendo: *Hoc est vinum*, ita ut in fine fieret conversio aquæ in vinum? Tunc verò, ly *Hoc*, non significasset vinum, sed contentum sub speciebus vini. Amesius 3. *Si contentum illud, vi verborum incipit esse Corpus Christi, tum illa verba* (Hoc est Corpus meum) *non sunt vera, antequam conversionem illam effectam dederint. At verò verba necdum vera nihil possunt efficere: Ergo vi verborum illorum, non incipit esse Corpus Christi*. Resp. Minorem falsam esse patet juxta jam dicta de conversione aquæ in vinum per hæc verba: *Hoc est vinum*. Amesius 4. cavillatur, quod ly *incipit esse, ambiguè* dicatur: Sed planum est, inceptionem illam esse instantaneam; in fine scilicet prolationis omnium verborum, quid ergo hic latet ambiguitatis? Amesius 5. *Necessariò sequitur ex concessis ipsius Bellarmini, per* Hoc, *demonstrari panem*. Resp. Æquus, & peritus Lector conferat verba Bellarmini, uti habentur in cap. 11. §. Hæc explicatio, & §. Ad id verò, cum truncatis græca fide per Amesium, &, si potest, neget hunc esse sycophantam. Brevitas instituti nostri non patitur hic demonstrationem ad oculum.

2. Objic. Matth. 26. Bibite ex hoc omnes. *Illud* Ex hoc, *non potest referri nisi ad vinum*. Resp. Ly *ex hoc*, non significat, ex hoc vino, sed ex eo, quod in calice sub speciebus vini continetur, quod quidem licèt vinum fuerit ante consecrationem, tamen finita consecratione sanguis erat. Amesius: *Illud autem disertis verbis testatur Dominus fuisse fructum vitis*. Mar. 26. v. 29. Resp. Ex ore proprio judicantur hic Sacramentarii. Si enim hæc verba, *Hoc est Corpus meum* licet interpretari, Hoc est signum Corporis, cur non pariter *fructum vitis* liceat interpretari species vini? Et hoc κατ' ἄνθρωπον. Absolutè dico, fructum vitis ibi

voca-

vocari partim species vini consecrati adhuc reliquas, (nam etiam hæ revera natæ sunt ex vite,) partim vinum omne profanum, quod in mensa, vel hydriis supererat.

3. Objic. Hic calix *demonstrat vinum: Ergo* Hoc, *demonstrat panem*. Resp. *Hic calix* significat, quod in calice continetur, ut dictum est ad 1. argumentum.

4. Objic. *Quod Dominus accepit, benedixit, fregit, id discipulis suis dedit, & dandum demonstravit per pronomen* Hoc: *Sed accepit panem &c.* Ergo. Resp. Argumentum hoc simile est huic: Petrus emit carnes crudas, coxit, & comedit: Ergo comedit carnes crudas. Tradidit ergo Christus quod accepit, sed transmutatum in suum corpus; non quidem per benedictionem antecedentem verba illa, quibus nos jam consecramus, (ut falsò supponit Amesius,) sed eo modò, & in illo instanti, quo placuit Christo; cùm is non fuerit alligatus, uti nos, certæ formæ. Adde, hac argutatione revinci ipsos Sacramentarios, ut cogantur fateri, in Cœna non accipi panem sacramentalem, sed vulgarem; cùm sacramentalis non fit juxta ipsos, nisi post recitata ea verba: *Hoc est Corpus meum*.

5. Objic. Est, *in hac sententia* (Hoc est Corpus meum) *non potest idem significare, quod fit, fiat, transsubstantiatur, transsubstantietur. Hoc tamen sensu accipitur à Papistis; alioqui falsa esset sententia*. Resp. Neg. Subs. Nam illa verba, sicut & quævis alia sententia, non habent perfectam significationem, nisi in ultimo instanti, quo profertur ultima vox: in eodem autem ultimo instanti ponitur effectus verborum in esse. Amesius 1. *Hoc totum nihil facit ad propositum, nisi verbum* Est, *significet effectionem: debet enim necessariò vel corpus factum, vel faciendum significare. Factum non significat: quia effici dicitur ejus vi causali: neque faciendum, nisi significet effectionem, eodem modo, quo fit, fiat*. Resp. Significat factum in fine prolationis verborum. Dicitur autem effici vi causali verborum, quia verba integrè prolata causant uno ex tribus illis modis in lib. 1. indicatis. Amesius 2. *In eodem instanti non possunt hæc verba simul facere corpus, & significare factum, quia unum horum ordine naturæ sequitur alterum*. Resp. Ordine naturæ invicem se præcedunt, & sequuntur hæc duo. Nam verba illa quatenus causa sunt illius conversionis, præcedunt conversionem: & contrà, quatenus veritas propositionis pendet à rei essentia, conversio præcedit significationem. Amesius 3. *Ut ordine naturæ invicem se præcedant & sequantur duæ res, actiones aut effectiones absolutæ, non magis fieri, aut concipi potest, quàm id, quod natura est absolutè prius, esse absolutè natura posterius respectu ejusdem*. Resp. Et hæc, & sequentes Amesii cavillationes evanescunt, si ordo signorum in hoc puncto rectè calleatur. Igitur 1. intelligitur materialis verborum sensus. 2. Significatio. 3. Veritas practica. 4. Efficacia, & per consequens præsentia Corporis Christi. 5. Veritas speculativa. Sic ergo verba illa practicè significantia sine dubio præcedunt effectum, nempe conversionem: hæc autem præcedit significationem, & veritatem speculativam verborum. Verba enim practica, cùm efficiunt suum objectum, hujus præexistentiam non requirunt, sicut contingit in verbis speculativè veris, ubi saltem natura prius est ejus objectum, quàm ipsa verba significantia objectum verum. Non igitur efficiunt verba consecrationis suum objectum, quia vera sunt, sed ratione significationis, aut veritatis practicæ, quæ non est conformitas cum objecto, sed cum intentione, & potestate loquentis. Amesius 4. *Si conversio præcedat significationem verborum, per quæ efficitur, tum efficitur verbis nihil significantibus*. Resp. Hoc verum esset, si significatio, & veritas practica non præcederet conversionem. Ex confusione veritatis practicæ, cum speculativa, manat omnis hic error.

6. Objic. *Sententia sacramentalis accipi debet sacramen-*

taliter, idest, significativè, seu tropicè. Resp
Sacramentaliter, intelligatur idem quod tro
pliciter negatur assumptum, quod est mer
petitio, adeoque nugatio per variationem
Si verò per ly *Sacramentaliter*, intelligantur v
mysterium aliquod habent reconditum, lic
metaphorica; aut si propriissimè accipiant
bis, quibus instituitur Sacramentum, & e
tunc verissimum quidem est, hæc verba esse
talia: Sed nihil hinc præsidii sacrilegis Tro

7. Objic. *Nisi Apostolis venisset in mentem*
figuratè accipi debere, turbati fuissent de re tam
Respondet S. Chrysostomus, Apostolos
turbatos in hoc mysterio, quia jam de i
edocti Joan. 6. Christi enim promissionem
rant, ejusque impletionem avidè exspecta
de, Christum eorum mentes illuminasse,
cum reverentia tantum Sacramentum susci
mesius atroces calumnias hic revomit in C
quas piget referre. Insulsum autem est, q
spiritualiter adæquatè converti cum figur
tonymieè dicto. Nimirum juxta hunc S
rium, cùm juxta Apostolum 1. Corinth
corpus spirituale, non aliud intelligitur, qu
& signum corporis animalis.

8. Objic. *Corpus, quod in Eucharistia da*
panis, corporaliter manducatur, & dentibus
masticatur: Sed hoc alienum est à corpore nat
Ergo. Resp. In aliena specie, concedo:
nego subsumptum. Falsum absolutè, &
est, non manducari nisi quod masticatu
tur dentibus; alioqui numquam manduca
li, ut patet aspicienti. Et quamvis hoc
verum esset, adhuc nihil nobis officeret.
stus sub aliena specie alteratur, dum ip
se, & impassibilis, uti corpus spirituale
Apostolus 1. Corinth. 15. futura corpora
surrectione, angelicam impassibilitatem
tem, agilitatem imitaotia,) perseverat.
que est, *si corpus Christi absolutè non man*
charistia, tum illud Hoc, *quod absolutè accip*
ducatur, non fore proprie Corpus Christi. Op
stat ex dictis in verbo *Corpus*. Denique
species accidentales per se non posse esse objec
videntis, & corrumpentis, qualis est attritu
cidentia conservet per suam absolutam p
subjecto substantiali.

9. Objic. *Passim in Scriptura de simili*
runt similes prædicationes, id est tropica,
Quid hinc inferunt Sacramentarii? Erg
stitutione & effectione? Legant hoc nob
ta; aut evidenti argumento indè dep
cant. Hìc hæret aqua, & proprio telo
quo omne non scriptum dogma repu
prorsus superfluum est, varias tropicas
cutiones hic velle excutere, quo tamen
travagatur Amesius, ne nihil egisse vide
(*Petra erat Christus*) jam alibi dictum est

10. Objic. *In illis verbis: Hoc est Corp*
Corpus *significatur totus Christus: Ergo tr*
cessariò debet concedi. Resp. Verba illa p
cant, & nomine corporis solum corpus
nomine sanguinis solus sanguis: nec ta
tur corpus à sanguine, quia conjunct
necessariam concomitantiam; licèt ista o
significetur istis vocibus; sicut neque ne
sius: *Si nomine Corporis solum Corpus inte*
Sacramento non significatur, Christum quid
vel in anima, vel in fama, vel in rebus e
nique in toto homine fuisse passum; quod
dum. Resp. Hoc equidem foret absurdu
quitur hoc ex nostro dogmate. Non e

quo vi verborum significatur separatio sanguinis à corpore, simul significatur passio, & mors Christi atrocissima? Porrò ad intellectionem hic nos confugere nec opus est; nec, etsi opus esset, nobis officeret. Ut enim sæpè dictum est, non omnem omnino tropum excludimus universim in omni locutione de Sacramentis; sed solum metaphoram, & metonymiam, quæ proprietatem, & veritatem rerum tollunt.

11. Objic. *In illis verbis*: Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine, *duplex tropus necessariò est admittendus. 1. In voce* Calix. *2. In voce* Testamentum. Resp. Non negamus in verbo *Calix* tropum esse, sed ibidem clarissimè explicatum, per ly *bibite*, &, *qui pro vobis fundetur*: Calix enim nec bibitur, nec funditur, sed liquor in eo contentus, ut vel pueri norunt. Unde futilis est cavillatio Amesii, cùm replicat: *Everti hic à Bellarmino fundamenta, quibus superstruit transubstantiationem. 1. Nullum tropum esse, ubi agitur de Sacramentis instituendis. 2. Omnem tropum esse obscurum.* At nusquam Bellarminus universaliter utrumque asseruit, sed de iis tantùm tropis loquitur, qui tollunt rei veritatem. Iterum cavillatur cùm subdit: *Duo Bellarminum statuere, quorum unum alterum evertat: tropum hunc esse non minùs apertum, quàm voces proprias, & tamen explicari.* Verùm 1. tropus ut conjunctus, & explicatus per verba *Bibite*, & *funditur*, non indiget alia explicatione, nec magis obscurus est ita, quàm verbum proprium. 2. In voce *Testamenti* nullus est tropus; quia non accipitur pro voluntate Testatoris, quæ de hæreditate disponit: sed de instrumento authentico, quo applicatur hæredibus jus ac hæreditas ipsa. Omnia autem Sacramenta dicuntur Testamentum, sed præcipuè Eucharistia, quia non solùm est instrumentum conferendæ hæreditatis, sed etiam continet apertissimam repræsentationem effusionis sanguinis Domini, à quo vim suam habet Testamentum novum. Unde patet, quomodo propriè dictum sit non solùm à Matthæo, & Marco: *Hic est sanguis meus novi Testamenti*: sed etiam à Luca, & Paulo: *Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine*. Nam illi sumunt Nov. Test. pro voluntate Testatoris: hi pro instrumento illius volitionis, seu promissionis. Unde priorum sensus est: *Hic est sanguis, quo sancitur voluntas, promissio, & pactum Dei*; posteriorum autem iste: Hoc Sacramentum Eucharistiæ sub specie vini est authenticum instrumentum, quo applicatur nobis jus ad hæreditatem à Deo promissam, Multa hic tegerit verba Amesius, sed nihil ad rem.

12. Objic. *Finis unus Eucharistia est memoria Christi, Corpus, & sanguinem suum pro nobis dantis.* Hoc facite in meam commemorationem. *Sed memoria est rei non præsentis: Ergo Corpus, & sanguis Christi non realiter adsunt.* Resp. Consequentia prorsus nulla est in malè formato argumento, quod tollere ipsam Apostolorum communionem præsente Christo factam, mirum est non advertere Calvinistas. Quòd si ita reformetur: (Commemoratio est rei absentis: Eucharistia est commemoratio: Ergo est rei absentis;) Conceditur totum, si rectè accipiatur res præsens, scilicet ipsa cujus fit commemoratio. Hæc autem non est ipsum corpus, ut sic, sed potiùs ejus passio & mors. Unde apertè nos jubet Apostolus 1. Cor. 15. sumere S. Eucharistiam in memoriam passionis, & mortis Dominicæ. Perquam falsò ait Amesius: *Pugnare ejusmodi commemorationem cum sensu communi, ut Christus realiter, & substantialiter fieret, & comederetur in memoriam passionis ejus. Nam medium institutum commemorationis ergo, idem reipsa esset cum re commemorata.* Falsitatem hujus cavilli in Colloquio Possiacensi adversus Sacramentarios optimè demonstravit P. Jacobus Lainius, ut refert Franciscus Sacchinus Tom. 2. histor. Soc. Jesu. Porrò haud obiter Notandum est: quòd hoc argumentum Sacramentariorum apertè repugnet Calvino, qui non tantùm contendit, Christi Corpus substantialiter accipi in S. Eucharistia, sed etiam in Comment. 1. Cor. 11. expressè refutat hanc objectionem, dicens: Ad commemorationem sufficere invisibilem præsentiam. Sic etiam memoriæ Martyrum, & monumenta vocantur sepulchra, etsi substantialiter verè, & realiter contineant corpora eorum, quorum dicuntur *Memoria*.

13. Objic. *Illud quod fuit in poculo, post consecrationem vocatur*: fructus vitis. Matth. 20. v. 20. Marc. 14. v. 25. *Manebat ergo substantia vini*. Resp. Hoc jam solutum est in superioribus; nec aliud evincunt, aut suadent, quæ Amesius hic verbosè congerit.

Ad CAPUT XII.

I. PRobatur eadem veritas ex 1. Cor. 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus &c.* His verbis significatur, consecrationem necessariam esse ad hoc Sacramentum conficiendum; quæ tamen necessaria non esset, si tantùm esset figura, seu repræsentatio sanguinis Domini: Manna enim, aqua de petra, & agnus paschalis nullam requirebant consecrationem, ut essent figuræ, vel Sacramenta; neque in aqua Baptismi necessaria est benedictio, ut fit Sacramentum. Nec evadit Calvinus cùm ait: *Benedictionem calicis esse consecrationem, qua efficitur, ut vinum commune, fit Sacramentum*: Contrà enim est: Quia si sic esset, vel quia Sacramentum est signum ad placitum, vel quia habet analogiam quandam ad rem signatam ex natura rei. Non primum; quia ad illud sufficit prima institutio: Non secundum, quia illa analogia cum sit naturalis, est in re ante omnem consecrationem. Amesius ad hæc suaviter silet; imò, quod mirum est, dicere non veretur: *Conclusio hujus argumenti nos nullo modo ferit, aut tangit*. Conclusio autem juxta Bellarminum hæc est: Eucharistia non continet tantùm repræsentationem, sed etiam veritatem corporis Christi. Amesius simplici Lectori fucum facit, cùm ita proponit Conclusionem: *Ergo hoc Sacramentum non est tantùm figura, seu repræsentatio*. Nempe sic enervatur Bellarminus consueta truncatione! Quæ subdit de Baptismo, & agno Paschali, apertè falsa sunt, nec vel apparenter ex Scriptura id probat Amesius. Illustre ejusdem mendacium est, cùm addit: *Bellarminus ipse jam modò dixit, benedictionem illam Christi*, Luc. 22. v. 17. *pertinere ad agnum Paschalem*. Usque adeò Bell. hoc non dicit, ut potius contrarium non obscurè indicarit c. 12. in argumenti ultimi responsione. Manet itaque inconcussum Bellarmini effatum: quod institutio ipsa Christi sufficiat ad signum constituendum, adeoque non sit opus consecratione, nisi ob transmutationem panis in Corpus Domini &c. Ridiculum autem est, quod hinc infert Amesius, & ait: *Si institutio signi supervacaneam facit benedictionem, tum certè nimis inepti sunt Pontificii, qui non tantùm aqua à Christo instituta benedicunt ad Baptismum; sed & in suis otiosis institutis, aqua, oleo, sale, cereis, cineribus &c. & otio, & verbis bonis intemperantissimè abutuntur*. Hæc beneficio Logicæ quodlibeticæ inferuntur: Hoc non est necessarium: Ergo est supervacaneum, inutile, ineptum. Apage inutiles ineptias!

II. Eodem in loco legitur: *Et panis quem frangimus.* Fractio hæc idem est quod immolatio, sive oblatio; quæ non est triticei panis, sed Christi. Negat Amesius, *fractionem hic idem esse, quod est immolatio*: At affirmat Calvinus. Utri credetis Sacramentarii? Quocumque se vertat Amesius, & satagat, numquam evincet oppositum. Nam quod ait: *Blasphemum esse, fractionem proprio sensu tribuere Christo in Eucharistia existenti*; Resp. Non tantùm blasphemum, sed etiam stolidum esset, si de fractione, & immolatione cruenta, & Capharnaitica intelligatur; de incruenta dicetur infrà.

III. Ibidem dicitur panis, & calix, communicatio

tio corporis & sanguinis Christi: Sed hæc communicatio fit corporaliter, realiter, & propriè. Tum quia sensus literalis, & proprius semper est eligendus, nisi evidenter probetur contrarium. Tum quia sic exposuere SS. Cyrillus, Chrysostomus &c. Tum quia intentio Apostoli fuit, avertere Corinthios à sacrificiis Gentilium, & ab esu carnium immolatarum: avertit autem illos, ostendendo mensam, & sacrificium longè præstantius: Ergo vera caro, & verus sanguis est in altari; aliàs Apostolus nihil obtinuisset. Amesius: *Sicut κοινωνία cum dæmoniis in mensa dæmoniorum non requirebat substantialem præsentiam dæmoniorum in vel sub speciebus idololatricorum ciborum: sic neque communicatio cum Christo in mensa Domini requirit corporalem præsentiam Christi sub speciebus panis, ac vini*. Respond. Argumentum hoc a pari valeret, si utrobique supponantur eadem; quod hic certè non fit. Si enim ad hoc, ut quis fieret particeps mensæ dæmoniorum, fuisset etiam necesse, ut idolothyta sic initiarentur (Hic est dæmon &c.) Et dæmon posset, velletque se semper reddere præsentem sub speciebus idolothyrorum, eorum substantia destructa; sine dubio κοινωνία cum dæmoniis inclusisset substantialem eorum præsentiam. Ad execrandam ergo κοινωνίαν dæmoniorum sufficit quocumque modo participem fieri sacrificii, & idololatricæ mensæ. Et certè simile ex S. Chrysostomo relatum, convincit intentum, & insigniter illustrat. Sicut enim amans quispiam, cùm videt personam à se amatam desiderare vestes, aut quid aliud alterius, continuò offert ipse sua illis meliora: ita & Apostolus, cùm videret Corinthios desiderare idolothyta, ut eos revocaret, ostendit illis mensam Domini, in qua sanguinem, & carnem haberent sine comparatione præstantiorem. At si vera esset sententia Calvinistarum, nihil obtinuisset Apostolus. Si enim tantùm figura carnis, & sanguinis Christi est in altari, non magis movisset oratio Apostoli, quàm moveret, qui personæ amatæ offerret vestem sericam depictam, ut eam averteret à veste serica vera, quam concupierat. Amesius: *Absurdum admodum est, dicere, sine ullo tropo, panem esse corporaliter communicationem, idest, substantiam esse actionem, & subjectum esse adjunctum, essentia sua corporali*. Respondeo, Apostolus loquitur de formali, non de effectiva participatione Corporis Christi; etsi illa fide hæc non contingat. Insulsus ille cavillus evanescit protinus, si verba Apostoli genuinè intelligantur; sic nempe: *Calix benedictionis*, idest, consecratus à Christianis Sacerdotibus, *nonne communicatio sanguinis Christi est*; idest, nonne communicat, & participes facit sumentes ipsius sanguinis Christi; *Et panis, quem* in altari *frangimus*, idest, offerimus Deo, & oblatum distribuimus populo, nonne participatio Corporis Domini est? idest, nonne sumentes participes verè Corporis Christi fiunt?

Ad CAPUT XIII.

EAdem veritas roboratur ex 1. Corinth. 11. ubi reprehenduntur quidam, quòd indignè recipiant Corpus Christi, & inde dicuntur non vitam, sed judicium haurire. At isti non recipiunt spiritu, & fide Corpus Christi; quia utiliter reciperent, si ita reciperent: Ergo solo corpore: Ergo Corpus Christi est præsens in Eucharistia; neque enim ore corporali sumi potest Corpus Christi, ut est in cœlo. Amesius: *Qui indignè recipiunt Sacramentum, rei sunt corporis Domini, quia injuria afficiunt symbola sacra, corpus Domini repræsentantia & exhibentia*. Respondeo, Non constant sibi Iconomachi Sacramentarii, qui aliàs rident Catholicos dicentes: honorem & contumeliam imaginum referri in exemplar: hic verò contendunt, esse sacrilegium summum, indignè sumere figuram,

seu signum Corporis Christi, eò quòd e
redundet in Christum. Porrò injuria n
ni, nisi cùm animo eam injuriandi quis
nim alia de causa discerpatur, conculcet
tur &c. nemo dicet, violatum esse hon
cujus est imago. At rei sunt Corporis D
Eucharistiam indignè tractant, etiamsi
rint animo violandi Eucharistiam: Ergo
Propositio est manifestè falsa: Philisthæi enim
injuriam fecerunt arcæ, cùm eam induxerunt
gonis Dei sui, & collocaverunt eam propè
animo eam violandi, sed honorandi. 1. Reg
Betsamitæ, cùm arcam non inspexerunt. ca
ibid. *Immò David ipse, & Oza censebantur*
cere arcæ, quando nihil minùs cogitabant. 2
pondeo, Propositio Bellarmini manet il
rem sunt instantiæ Amesianæ. Nam arca
sus, & eximius debebatur cultus; cui va
bat, computari inter idola Philisthæo
materialis injuria in primis hic manifest
lis verò etiam non deerat in Philisthæi
non studebant errorem suum vincibilem
lem tollere, sciscitando ex Hebræis, q
tractare arcam Dei deberent. Betsamitæ
nifestè peccarunt contra honorem arca
4. Num. 5. vers. 15. & 20. Itaque firmite
gumentum Bellarmini.

Confirmatur ampliùs 1. Quia si ide
qui indignè sumunt Eucharistiam, quia
repræsentat, non liceret homini pecc
Dei audire. Amesius: *Non licet cuiqua*
indignè audire. Resp. Hoc enim verò mir
modo ergo converterentur peccatores ex
bi Dei, si illud audiendo in statu pec
aut quid est indignè audire verbum, v
charistiam nisi in statu peccati?

Confirmatur 2. Quia Manna, & ac
mebant promiscuè boni, & mali, dign
& non dicebantur ulli rei Corporis D
judicium sibi manducasse. Amesius.
v. 10. *verbis claris, quamvis non iisdem*
eorum judicium sibi manducasse. Palam est
Vet. Test. homini polluto edere de panibus
Reg. 2. Resp. Cùm Sacramentarius no
perspicua verba Christi: *Hoc est Corpus*
hæresim detorquere, mirum non est,
ter in Apostolo, in quo nullum vesti
quòd ideò prostrati fuerint in deserto, quò
cùm conscientia peccati comederint
frequentes obmurmurationes, idolola
scelera, de quibus in Exod. & Num
eadem perstringit, nulla mentione fact
ducationis. Panibus autem propositio
vesci polluto in Vet. Test. qui erant
Eucharistiæ. *Nec ridiculum est* (uti p
concedere, figuram Eucharistiæ non potu
mi, & tamen negare, eos peccare, qu
indignè tractant. Nam ut panes prop
citè sumeret, non tenebatur sub nov
tali esse mundus ab omni labe mortife
requirebatur munditia legalis, ut nen
conjugali (alioqui licita) esset pollu
de carnibus sacrificiorum. Præcepta
munditia corporalis & legalis à Deo
veræ, & spiritualis munditiæ, quæ e
Nov. Test. ad omnem licitum usum S.
& maximè S. Eucharistiæ. Unde e
Calvinisticus. Hæc cùm perspicuæ v
convicia more suo versus Amesius ait
versutias Bellarmini, & aliorum Pontifici
observari: Imagines Christi, & Sancto
& religioso honore dignas esse docent, qui

do ad res sacras, & dedicatio Divini cultus, ut Bellar. docet Tom. 2. de imaginibus, signo crucis, templis &c. Et tamen Baptismo nullam specialem reverentiam deberi, & in ejus violatione peccatum nullum admitti, ratione significationis, & repræsentationis Divinæ Dei gratiæ in Christo; idem Bellarm. hoc in loco non dubitat sustinere: at Baptismo depresso, spoliis ejus non ornetur Eucharistia; sed in idolum transformetur. Resp. Calumniatur, & verba dat Tropista. Nemo Catholicorum dubitat saltem tantam deberi venerationem Sacramento Baptismi, quanta imaginibus Christi, signo crucis, templis &c. & peccare eum graviter, quicumque illud indignè tractat: Negamus autem talem specialem reverentiam deberi aquæ Baptismali, ac singulis ejus particulis, qualem S. Eucharistiæ; cujus vel minimas particulas *in terram decuti anxiè patimur* cum Tertulliano. Justior est detestatio perversitatis Sacramentariæ, qui non majorem venerationem Eucharistiæ mysterio exhibendam censent, quàm Hebræi agno Paschali, aquæ de petra &c.

Ad CAPUT XIV.

IN hoc Cap. Bellarminus solvit quindecim argumenta Sacramentariorum ex S. Scriptura contra realem præsentiam. Amesius haud obscurè pleraque *esse extrinseca* (hoc est, ad rem nihil facere, nec *per se adversarium stringere*) agnoscit, uti nec Zuvinglii murum aheneum ex Joan. 6. *Caro non prodest quidquam. Itaque eorum,* inquit, *duo tantùm, vel tria breviter vindicabimus. In ista causa, non inopia, sed copia argumentorum laboramus.* Haud aliter ac contra Homousion Ariani olim! Videamus ergo, quos Achilles producat!

I. Objic. *Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur.* Matth. 15. *Sed tale quid de Corpore Christi cogitare nefas est: Ergo nec intrat in os.* Respondeo, Spurcum hoc est, & objicientibus dignum argumentum. Manifestum est, dictum Christi non posse rigorosè, subtiliter, & philosophicè, sed populariter accipi; alioqui verum non esset; cùm è sumptis cibis aliquid in substantiam alti converti consueverit. Sensus ergo verborum Christi genuinus est: *Quod in os intrat,* si immundum est, *in ventrem vadit, neque intrat in cor,* ut addit Marcus 7. vers. 19. idest, non tangit, nec fœdat animam, ut putant Pharisæi, *sed in secessum emittitur.* Corpus autem Christi, etsi sub speciebus Sacramentalibus, ipso sic volente, per modum cibi, & potus sumatur, deglutiatur, alteretur; non ideò tamen in secessum mittitur; quia immutatis, & absumptis speciebus panis, & vini desinit ibidem esse.

II. Objic. Luc. 24. Palpate, & videte &c. *Veritas carnis Christi probatur aspectu, & contactu: Sed in Eucharistia non potest ita probari: Ergo non est ibi.* Resp. Sequitur affirmativè: Hoc palpatur, & videtur: Ergo est corpus; Sed non negativè: Hoc non palpatur, nec videtur: Ergo non est corpus. Amesius: *Si affirmativè sequatur de hoc, aut illo corpore, tum, cùm in Eucharistia panis videtur, & palpatur, panis etiam est.* Resp. Sequitur moraliter, & etiam physicè certa illatione, sed non metaphysicè, & Theologicè infallibiliter: sicut cùm video ignem prope ardentem, physicè certus sum, quod combustibilia absumet; at per miraculum secus fieri potest; uti in fornace Babylonica tres pueri permansere illæsi: ita in præsenti, visibilitas, & palpabilitas proxima, & formalis potest suspendi, aut auferri à corpore glorioso; uti communiter dicitur de corporibus beatorum, quòd pro libito possint, vel subtilitatis dotem, vel impenetrabilitatem corporibus communiter convenientem admittere. Si Sacramentarii intelligerent rectè, quid sit corpus spirituale, quod juxta Apostolum 1. Corinth. 15. resurget, nullam hic haberent difficultatem: Sed nihil ultra Capharnaitas hic sapiunt Sacramentarii. Calumniatur autem Bellarminum Amesius, cùm ait: *Illum magis esse incredulum, quàm Thomam ipsum Didymum, eò quòd hoc argumentum à visu, & palpatione insufficiens esse pronuntiet; Thomas verò, qui arguitur singularis incredulitatis à Domino, credidit tamen, quia vidit.* At Bellarminus non tam pronuntiavit, quàm probavit illud esse insufficiens argumentum: Solus enim visus, & tactus non evincebant esse illud corpus, vivum, humanum, idem quod ante fuerat; sed multis aliis modis, loquendo, manducando, testimonio Angelorum, allegatione Scripturarum &c. Hæc truncavit, ut videretur enervare Amesius.

III. Objic. Joan. 14. Relinquo mundum, & vado ad Patrem: *ubi etiam promittitur Spiritus Sanctus, ut suppleat absentia Christi defectum.* Resp. Reliquit mundum, quoad conversationem humanam; & Spiritus S. promittebatur, ut suppleret absentiæ Christi defectum inter homines, humano more conversantes. Et certè alioqui etiam ex illis verbis Joan. 16. v. 28. *Exivi à Patre meo, & veni in mundum,* inferri pariter deberet: Christum non esse extra mundum apud Patrem; idemque est de descensu Spiritus Sancti in specie columbæ. Porrò insulsi cavilli sunt, cum hinc Amesius infert: 1. *Ascensionem Christi sic non fore mutationem loci, sed conversationis.* 2. *Papam invadere locum, & officium Spiritus Sancti, dum se illam præsentiam supplere jactat.* 3. *Nec opus fore vicaria opera Spiritus Sancti, cùm Christus ipse, etiam quatenus homo, posset omnia eodem modo præstare immediatè per se &c.* Nugæ hæ facilè evanescunt, si consideretur, quomodo velit Deus nos ambulare per obscuritatem fidei; quæ vel tolleretur, vel minueretur, si, quæ de absoluta potentia præstare potest, continuò actualiter præstaret. Ejusmodi argutationes Calvinisticæ, non homine Christiano, sed Mahumetano, & Pagano dignissimæ sunt.

IV. Objic. 1. Corinth. 11. *Eucharistia sexies ad minimum vocatur panis, etiam post consecrationem.* Resp. Scriptura ordinariè vocat res, ut exteriùs apparent: sic serpentem æneum vocat serpentem: Angelos, qui in forma humana apparebant, vocat viros &c. Neque talis tropus in materia Sacramenti necessariò excluditur. Neque sequitur, (ut contendit Amesius,) *Si Corpus Christi rectè vocatur panis, propter similitudinem cum pane; tum panem etiam rectè vocari posse Corpus Christi propter similitudinem, & insuper singularem rationem, quam habet ad Corpus Christi:* Nam Corpus Christi speciebus Sacramentalibus velatum, est verissimus, & propriè dictus panis cœli (ut Joan. 6. vers. 52. dicitur) seu alimentum spirituale animarum: panis autem triticeus, in nullo vero, aut proprio sensu est Corpus Christi. Unde respondet optimè Bellarminus: Vocari panem ab Apostolo Christi Corpus, quia nomine panis intelligitur generatim omnis cibus phrasi hebraica. Neque hæc Synecdoche speciei pro genere quidquam hic incommodat, sicut metonymia signi, pro re signata. Nec quidquam obstat, quod 1. Corinth. 10. vers. 16. additur: *quem frangimus.* Non enim loquitur universaliter de omni cibo, vel pane, sed de Eucharistico, quem in altari frangimus, idest, offerimus Deo, & oblatum distribuimus populo, ut suprà dixi. Denique si argutatio hæc vim haberet, probaret quoque, Christum esse filium hominis, ut consideranti patebit.

VINDICIÆ

Pro Libro Secundo de Sacramento Eucharistia.

Ad CAPUT XXXIX.

AMesius dissimulans pro veritate Catholica stare consensum SS. Patrum, ex industria præterit quæ Bellarminus integro libro 2. per 39. capita ex iisdem produxit. Porrò ea ad decem capita brevissimè reduci possunt; si præsertim ea argumentosa testimonia seligantur, quæ præter simplicem assertionem veritatis, argumentum continent, quo falsam interpretationem excludant. I. Est eorum Patrum, qui expresse excludunt solam figuram; ita Damascenus lib. 4. cap. 14. Ambrosius lib. 6. de Sacram. cap. 1. Epiphanius, Euthymius, Theophylactus &c. II. Quibus Patres docent Christum in Sacramento non solùm fide, sed reipsa nobis conjungi; & non solùm per voluntatum concordiam, sed etiam per corporum contactum nobis copulari. Ita Chrysostomus hom. 60. ad popul. Hilarius lib. 8. de Trinit. Cyrillus lib. 4. in Joan. cap. 14. Cyrillus Hierosolymit. Catechef. 4. &c. III. Quibus Sancti exaggerant charitatem Christi, quia nec pastores oves suas, nec matres filios suos carnibus alunt. Ita S. Chrysostomus hom. 38. in Matth. 45. in Joan. Augustinus epist. 120. cap. 27. IV. Quibus rationes reddunt, ob quas Christus voluit sub speciebus panis & vini, & non in propria specie nobiscum manere, & ad manducandum ac bibendum dari, scilicet ut fides probaretur & exerceretur, & ut sine horrore caro & sanguis ejus sumeretur. Ita SS. Ambrosius, Damascenus, Augustinus, Cyrillus, Theophilactus &c. V. Quibus dicunt in hoc Sacramento grande quoddam intervenire miraculum, & divinæ omnipotentiæ opus; quod certè stare nequit cum sola significatione panis, quæ non est nisi denominatio extrinseca, nec umbram quidem miraculi involvens. Ita Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 9. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdot. Sanè vel sola hæc S. Justini M. verba Apol. 2. quibus ait: (*Ea omnipotentia, qua Verbum factum est caro, fieri Eucharistiam carnem Verbi,*) sufficiunt ad explodendam Calvini impudentiam, qua hoc opus miraculosum detorquet ad participationem Christi per fidem & spiritualem effectum. VI. Evidentissimè, quibus SS. dicunt: *Hoc Sacramentum perfici per veram conversionem panis in corpus*, vel *panem fieri corpus*, vel *ex pane fieri vel creari corpus &c.* Et ad persuadendam hanc conversionem utuntur exemplis creationis, & conversionis aquæ in vinum &c. VII. Quibus Patres laborant, ut persuadeant fidelibus, in hoc mysterio non esse credendum sensibus, sed verbis Christi: & hunc articulum proponunt ut creditu difficillimum, & ideò Christi authoritatem & omnipotentiam exaggerant. VIII. Quibus Patres ex veritate hujus mysterii alia mysteria nostræ religionis confirmant, ut SS. Irenæus lib. 3. cap. 34. Chrysostomus homil. 83. in Matth. Leo M. epistol. 23. Hilarius lib. 8. de Trinitat. IX. Quibus disputant de sacrificio incruento Nov. Testam. in quo non solùm panem & vinum significantia passionem Christi, sed ipsummet corpus & sanguinem Christi offerri & incruentè immolari dicunt; ut SS. Cyrillus in declar. anathem. 11. Augustinus concion. 1. in Ps. 3. & 38. Chrysostomus hom. 17. ab Hebr. &c. X. Ex epithetis, dum hoc mysterium vocant *terribile*, *horrendum*, *panem vivum*, *inconsumptibilem cibum*, *sanctum & incorruptibilem*, *quem cùm homo sumit*, *Domi-*

nus ad ipsum ingreditur. Calvinistica signa
cum patiuntur.

Porrò etsi Amesius de SS. Patrum suf
sollicitus, ea planè dissimularit, (fortè
quòd compendiaria tractatio id non pate
quòd non multò antè videret suprem
Philipp. Mornæi de Plessis ab Emin. Car
non modò in collatione coram Henrico M
stianissimo habita, sed etiam justo volum
charistia validissimè esse profligatum;) n
liqua Sacramentariorum natio sibi acquie
tavit. Prodiit ante sexennium Daventri
lumen Edmundi Albertini apud Parisien
anno 1652. ibidem vita functi. Hoc de C
Sacramento opus, tribus libris absolutum,
dellus non sine Thrasonica præfatione e
inter cætera: *Jacobi Davii Cardinalis Perr*
temporis (An. 1618.) *Operibus triumphabund.*
stra, pars Pontificia exultabat; jamque lætu
re exorsa, damnatos ab universo veterum
stantes, assertumque ab ipsis Apostolorum te
substantiationis dogma præfidenter inclamabat
neranda antiquitati injuriam ulcisci certus,
cui neminem occursurum sperabant adversarii:
ma causa fiducia tyro noster (Albertinus)
lantibus nostris, stupentibus Pontificia partis
ptima spolia retulit. Ad plenam Protestantiu
internecinam contrà stantium cladem satis
sine causa potuisset, quòd illa ipsa veterum
sub festis Transsubstantiatorum signis obstan
protritura videbantur, socias iis, quos oppu
bantur, dextras porrigerent &c. Ita trium
ctoriam Sacramentarius de opere quod
tissimum. Fateor, produxit hic Author p
cramentaria fucanda, quidquid produc
improbo labore, ultra triginta annos (
tum Blondelli) omnes angulos Ecclesiaf
nis de hoc argumento rimatus est; alienc
lo edoctus, pauciora, quàm olim Ples
crimina falsi, in Patrum & Theologoru
allegandis admisit; verùm passim fidicul
subjecit, ut ea ad mentem suam loqui o
logismis, maledictis, thrasonismis indul
dem prorupit impudentiæ, ut famosum
tariorum nomen, jure optimo maximo
illis seu Calvinianis Tropistis debitum,
Catholicis, tamquam novi & prorsus ir
menti generis inventoribus tribuere.
rum, quòd Zuinglius ipse in lib. de ver
ligione professus fuerit: *Tempore Augu*
de carne corporali jam victricem fuisse: quò
Hospinianus in hist. Sacramentariæ part.
indignabundus scripserit: *Confirmare*
hominum (hoc est, Latinæ, Græcæ, ba
siæ, fidelium, quin & Lutheranorum ac
que Christianorum non Sacramentario
tiam phrases hyperbolicas primitivæ Ecclesiæ
Cypriani, Ambrosii, Chrysostomi, Cyrilli,
quibus majestatem quandam & venerationem
to conciliare voluerunt, & homines docere,
nania signa in Cena proponi &c. Quòd W
za, Humfredus, Acontius, aliique Ca
rum verba recitat Brerleus Tr. 1. sect. 3.
dum ut *perniciosissimam consuetudinem* dan
tum eorum, *qui authoritatibus Patrum om*
ita se quodammodo suamque Ecclesiam perdu
Vedelio objiciunt fratres remostrantes i
pag. 82.) *antiquitatis Ecclesiasticæ authoritate*
Reformatorum, sed Pontificiorum; & ex
bus Religionis Pontificia centa consutus
tur Witakerus. Sed non est operæ p
perversione non modo SS. Patrum,

rumlibet Scriptorum, ope omnipotentis illius & flagitiosæ *παρρησίας* recentiores inter Sectarios frequentata pluribus differere. Numquam, opinor, Lutherus quantumcumque audacissimus, polliceri sibi ausus fuisset, quod ejus posteritas tam facilè assequitur; nempe commenta sua quantumcumque non modò veritati, sed etiam invicem contraria, SS. Patrum testimoniis non minùs ac SS. Scripturæ verbis convestire. Nemo tamen nisi vecors aut stupidus ea jactatione poterit moveri, postquam Hieronymus Zanchius inter proceres Sacramentarios haud postremus, candidè, omnium Confratrum Evangelicorum nomine professus est: *Patres jactamus, cùm nihil minùs, quàm illorum doctrinam sequi velimus*. Et hæc de SS. Patribus.

V I N D I C I Æ

Pro Libro Tertio de Sacramento Eucharistia.

Ad CAPUT III.

NON implicare, quin unum corpus simul sit in pluribus locis, probatur:

I. Ex Matth. 19. apud Deum omnia possibilia sunt. Idem habetur Marc. 14. & Luc. 1. Id autem omne existere potest, quod in sua ratione non dicit non esse, sed tantùm esse. Neque habet hic Amesius quidquam præter nudam antithesin. Quodsi dicant Sacramentarii, implicare contradictionem, ut unum corpus sit in pluribus locis. Contrà est 1. Quia principium certum est, nihil esse credendum sine Verbo Dei: At hoc nusquam excipit à Dei omnipotentia, unum corpus esse in pluribus locis. Contrà 2. Quia qui hoc Dei potentiæ tribuit, Deum exaltat, hominem deprimit, cùm fateatur Deum plura posse facere, quàm nos intelligamus: Ergo id dicendum est. 3. Illa tantùm implicant contradictionem, quæ pugnant cum essentia rei, ita ut dicatur; res esse, & non esse: At esse in loco non est de essentia corporis, sed quid extrinsecum, & accidentarium: nam ultimum cœlum est verum corpus, & non est in loco: ergo &c. Amesius 1. *Non illa sola implicant contradictionem, quæ pugnant cum essentia rei*, (Bellarminus sophisticè hoc in loco nugatur: Et Bellarminus solidè, & verè hic argumentatur;) *implicatur hic contradictio, & tamen Sophistica non est de essentia Bellarmini*. Resp. Amesius revera hic sophisticè, immò pueriliter nugatur: Non enim hic sermo nobis est de contradictione formali conceptuum, seu enuntiationum, ubi una negat, quod altera affirmat; sed de ipsa contradictione objectiva. In priori manifestum est, contradictorias esse prædicationes etiam purè contingentes, ut: Petrus jam currit: Petrus jam non currit: In posteriori autem tantùm ea prædicata implicant contradictionem, quæ adversantur essentiæ rei: potest enim Deus proprietates physicè ab essentia, & realiter distinctas separare, & in igne ponere frigus &c. Sic & ratio loci est separabilis ab entitate corporis.

II. Christus, cùm Apostolo Paulo apparuit Act. 9. & 22. fuit simul in summo cœlo, & in terra, sive in aere terræ vicino. Ergo. Amesius 1. objicit: *In hoc argumento Bellarminum gravissimis Scholasticorum (Thoma, Bonav. Capr. Durand. Henr. Ferrar. apud Radam) contradicere; qui negant, posse idem corpus modo naturali, & circumscriptivè esse in duobus locis*. Resp. Ita est quidem; sed etiam gravissimis, & plurimis aliis consentit, ut Scoto, Alensi, Richardo, Aureolo, Gabrieli, & Recentioribus plerisque omnibus; E quibus Suarez disp. 48. sect. 4. ait: Hanc nostram sententiam *tam necessariò, tamque evidenter consequi veritatem Catholicam de reali præsentia Corporis Christi, ut mirabile semper sibi visum fuerit, contrariam sententiam gravissimis Theologis persuaderi potuisse*. Amesius 2. *Quomodo apparuerit Christus Paulo, Pontificii sanibres non audent affirmare. Thomas, & Cajetanus in dubio relinquunt: Lyra ait, hoc scriptum non esse &c. Bell. paulò post affirmat*: Et nos non prorsus negamus, Christum privatim, & ad breve tempus descendere potuisse de cœlo. Resp. Etsi hæc apparitio Christi Paulo facta, planè convincat: Christum modo corporeo in terris apparuisse post ascensionem, non tamen æquè convincit; illa verba Act. 3. *Quem oportet cœlum suscipere usque ad tempus &c.* indicare, eum usque ad communem resurrectionem, nullo, vel brevissimo tempore abfuturum à cœli loco, in quo est; adeoque hoc Bellarmini dictum valdè quidem probabile est (junctis præsertim iis, quæ ex Egesippo, S. Athanas. Ambr. Greg. M. &c. refert) non tamen convincit; ut agnoscit etiam Dicastillus num. 178.

III. Probatur ex testimoniis SS. Chrysostomi, Cyrilli, Augustini, Anselmi &c. qui rem unam simul in pluribus locis esse posse docent. Amesius nihil contra hæc perspicua Patrum testimonia obtendit, nisi quòd *ipse Bellarm. Tom. 1. lib. 3. de incarnat. cap. 11. contrarium testetur*. Sed cavillatur ineptè, & Catholicis ex parte Ubiquistarum commentum affingit. Neque enim nos (uti Ubiquistæ) dicimus: Christi Humanitatem necessariò esse in diversis, aut omnibus locis; sed ex mero arbitrio, & sacramentaliter juxta ejus institutionem: Cum hoc verò optimè stat, ut ex illo Joan. 3. (*Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo*) deducatur, Christum esse Deum, & hominem.

IV. Deus est simul in infinitis locis, cùm tamen sit simplicissimus, adeoque totus in quolibet loco: similiter angelus in diversis spatii corporei partibus: & anima in diversis membris tota est; alioqui si extenderetur ad extensionem corporis, esset materialis, ac proinde non immortalis, quod est hæreticum. Amesius ait 1. *A Deo ad corpus argumentari esse nimis corporale; in quæstione de præsentia in multis locis, esse nimis carnale, & crassum*. Resp. Non valet quidem argumentum hoc in omnibus: at in præsenti valet: Quia si implicaret contradictionem, unam eandemque rem adæquatè esse in diversis locis, implicaret etiam in ente spirituali, & increato. Quod enim mox subdit Amesius: *Contradictionem implicat, quod vulgò dicitur, animam esse totam in toto, & totam in quolibet parte corporis*. Resp. Hoc delirium non dubito etiam à plerisque Lutherano-Calvinianis Philosophis explodi; tolleret enim pariter spiritualitatem, & simplicitatem Angelicam; quos certum est posse virtuali extensione coexistere diversis corporibus non disjunctis. Tota igitur difficultas, aut impossibilitas, quam sibi Sacramentarii in replicatione miraculosa corporum fingunt, exsorbenda est ipsis in substantia etiam spirituali, nisi hanc cum Saducæis impiè negare velint. Edmundus Albertinus in *absolutissimo opere* Sacramentario, lib. 1. cap. 27. pag. 191. Amesii paradoxum secutus, dicere non erubuit: *Animam ita esse in corpore, ut tamen qualibet pars corporis non sit sedes ejus, sed vel cerebrum, vel cor; dicatur autem esse in qualibet parte, non per substantiam suam, sed per extensionem virtutis*. Hæc recitasse refutasse est. Et certè nulla ratio fingi potest, cur non possit Deus in brachio absciso conservare animam, ut ante abscissionem erat. Amesius: *Ratio non ficta est, quia fieri non potest, ut una eademque anima simul sit divisa, & indivisa, idque respectu sui ipsius*. Resp. Fieri non potest, ut secundùm entitatem, & substantiam sit divisa, & indivisa à seipsa: fieri tamen potest secundùm locum:

cum : potest admitti rei ejusdem à seipsa , & secundùm substantiam divisio virtualis , non verò formalis . Confirmatur .

V. A mysteriis aliis nostræ fidei , æquè , aut magis difficilibus. 1. Trinitatis, ubi in tribus personis verissimè distinctis , credimus unam naturam simplicissimam . 2. Incarnationis, ubi unam hypostasim in duabus naturis perfectis & dissimillimis confitemur. Cur sicut ista : *Hoc est corpus meum* ; ità & illa : *Hic est filius meus* , non de impropriè dicto , aut adoptivo filio accipimus ; cùm sine dubio major in duarum naturarum unione substantiali, quàm in replicatione ejusdem corporis sit difficultas. 3. Resurrectionis mortuorum . 4. Æternitatis , qua unum instans durationis coexistit diversis temporibus . 5. Creationis , & annihilationis . 6. A simili , quia potest unus locus capere duo corpora sibi adæquata simul ; & tamen neque locus ille dividitur in duo loca ; neque corpora illa confunduntur in unum corpus ; Ergo poterit etiam unum corpus replere duo loca , etiamsi nec ipsum corpus dividatur in duo corpora , nec loca illa conveniant in unum locum . Amesius 1. *Petitio est principii . Nisi enim possibile concedatur , ut unum corpus sit in pluribus locis , nullum mysterium verum potest esse aquè difficile ; quia nullum possibile , nedum verum , quamvis sit maximum , est aquè difficile , ac illud , quod est prorsus impossibile , quamvis sit res aliàs minutissima* . Resp. Hæc cavillatio aliquid efficeret , si hic disputaremus de ipsa veritate ex principiis rei intrinsecis , quæ utique in se obscura est viatoribus , id tantùm certa fide credentibus . At cùm hic agamus de credibilitate , optimè sic arguimus : Si ea , ob divinam revelationem Ecclesiæ Catholicæ factam multò incrediibiliora , & naturaliter difficiliora , planeque impossibilia credimus ; quantò magis hoc , quod naturaliter est minus difficile , aut impossibile ? Amesius 2. *Fieri nullo modo potest , ut unus locus capiat duo corpora sibi adæquata . Si enim capacitas loci adæquetur uni corpori , necesse est , ut alterum corpus accedens illi , eandem superet capacitatem* . Negat ergo tacitè hic Sacramentarius , Christum è clauso sepulchro egressum esse , & ex utero Matris sine lesione Virginitatis , & ad Apostolos januis clausis &c. Ratio Amesii tantùm vera est , cùm nulla datur penetratio dimensionum inter corpora conjuncta , in qua implicari contradictionem nec apparenter probat . Frustra nobis Thomistas objicit, qui negant argumenti nostri consequentiam , quam ipse fatetur esse probam . Jam supra dixi , non debere , nec posse veritati Catholicæ præjudicare , quòd nonnulli Scholastici minus consequenter , & probabiliter illam sustineant , jureque Suarez miratum fuisse , quomodo potuerit opinio ista , tam levibus nixa rationibus probari ; Theologis cæteroqui tam gravibus . Ipsi viderint !

Ad CAPUT IV.

I. OBjiciunt *Matth. ult.* Non est hic , surrexit enim . *Hæc consequentia infirma esset , si posset idem corpus esse simul in pluribus locis : posset enim simul recedere , & remanere* . Resp. 1. Aut nulla est hic argumentatio ; aut si gratis ea admittitur, Consequentia illa optima est , si (ut oportet) applicetur ad mentem illarum mulierum quærentium Corpus Domini mortuum in sepulchro , ut illud ungerent . Quare cùm Angelus ait : *Non est hic* , sensus est : Non jacet mortuus in sepulchro , ut vos creditis : Et id probat , cùm addit : *Surrexit enim* . Amesius ut hic haberet quod objectaret , truncando enervavit hanc responsionem Bellarmini : ac deinceps absurda objici consueta contra corporis re-

plicationem frustra commemorat , qu
tus contra hanc responsionem faciunt
Consequentia illa etiam optima est al
moraliter loquendo , non metaphysic
enim fieri posset , ut aliquis vivens in
ceat , si velit : tamen moraliter loque
surgit à morte ; non remanet in sep
egreditur &c. Amesius : *Concedit ergo*
moraliter loquendo , non esse moraliter c
stum esse sub speciebus panis , & vini . S
raliter loquendo is , qui resurgit à morte ,
in sepulchro : sic etiam eodem loquendi mod
dit in cœlum , & ibi manet , non est p
ris . Cùm igitur certitudo moralis , nihil al
probabilis veritas , sequitur , non esse prob
Corpus realiter adesse in Eucharistia sub
Resp. Libenter admittimus hanc sequ
revera non tantùm moraliter , sed e
(seclusa fide Theologica) summè im
(uti quævis alia supernaturalia) ration
turalibus stanti . Quid hic , quæso , abs
vis autem *nullus esset verus loquendi mod*
taphysicus , sive Logicus vocetur ,) quo p
idem corpus in eodem loco manere , ex quo
rissima tamen est fides Catholica quæ
mini innixa firmissimè credit , Corpu
sub speciebus panis , & vini rite cons

II. Objic. *Si corpus posset esse in mult*
ratione posset esse in omnibus . Si autem
prium Deo esse ubique , neque humana
certo loco circumscriberetur , quod tamen
hæresim Eutychetis unanimiter confirmant
iam affirmantes , nullum corpus posse esse u
Resp. Nego simpliciter illam sequelam
nim attributum Divinum posse comm
turæ , contra Ubiquistas ostensum
Unde frustrà laborat Amesius in infirm
differentiis , quas Bellarm. optimè p
ter Deum , & Corpus Christi : quam
gumenti Calvinistici solutionem non o
ei illa differentia ; cùm nec apparente
bet Amesius sequelam illius propositio
do enim sequitur : Cajus potest bibere
la vini : Ergo omnia .

III. Objic. *Non potest aliquid tempora*
duobus temporibus : Ergo nec idem local
ci . Resp. Tempora non possunt esse
semper fluant , è contra loca perma
sius . *Fluxus temporis non magis unum ten*
jungit , quàm distantia separat loca disjun
sumo : At distantia separat loca disj
etiam fluxus temporis essentialis unu
alio separat : Ergo nihil potest simul
sis temporibus . Potest autem bene e
locis simul idem corpus : quia ad hoc
tas temporis , nec quidquam officit
spatii .

IV. Objic. *Si unum corpus sit in diver*
erit unum & multa , continuum , & divis
Unitas essentialis rei non pendet ab
cùm prius sit , rem esse unam , quà
loco , sed pendet ab internis princip
num est 1. *essentialiter requiri eorum prin*
ctionem indivisam , etiam in ordine ad loc
pe est extra essentiam corporis . Fals
cipia rei corporea non posse constituere un
coeundo in unum tantum *locum* . Opp
ratio nostra . Falsum est 3. *Inter princ*
sus , aut illius communem naturam corp
mensionibus consistit , primarium locum t
enim habere partes extra partes ,
tas in ordine ad se , quam postea (

sequitur extensio extranea, seu situalis. Similiter falsum est 4. *Rem non esse prius natura unam, quàm habeat rationem illam formalem, ex qua loci unitas necessariò pendet:* Nam ratio formalis, ex qua unitas loci pendet, est situalis extensio corporis in certo spatio: hæc autem posterior est extensione intranea corporis, & potest ab hac tamquam proprietas ab essentia separari. Falsum est 5. *Unitatem quantitatis, & loci corporei, priorem natura esse corpore organico humano;* De quantitate quidem hoc facilè conceditur: de loco autem extrinseco jam sæpè rejectum est. 6. Etsi non omne quod *quavis ratione prius est, possit actu separari ab eo, quod est posterius*: hic tamen nihil urget, quin dicamus, extensionem situalem posteriorem extensione intranea, & essentiali quantitatis, posse ab hac separari. Conceptus Metaphysici *generis*, & *speciei* inseparabiles in eodem individuo impertinentes sunt in proprietate, & essentia physicè separabilibus. Denique 7. non *certissimum*, sed falsissimum est, *corpus non magis ab uno loco separari posse, quàm à loco*. Et quidem si de loco extrinseco loquamur, certum est, eum non esse de ratione corporis ut sic, ut de supremo cœlo constat: Locum autem, seu ubicationem intrinsecam plurimi præstantes Philosophi negant, quamvis ad rem nostram ea controversia nihil faciat. Quamvis itaque *hic locus concreatus fuerit huic corpori, & non in idea*: non tamen hinc evincitur, nullum *corpus existere posse absque loco*, (cùm convexum cœli empyrei oppositum probet;) & (hoc concesso) *neque absque unitate loci*. Hæc enim esse separabilia constat ex dictis.

Resp. 2. Corpus Christi, ut est in altari, non continuatur cum corpore, ut est in cœlo: non tamen est discontinuum, vel divisum ab illo: nam continuari, & dividi est eorum, quæ multa sunt; hoc autem corpus in altari, & cœlo sunt idem. Amesius: *Necesse est ut illa sint divisa, inter qua magna distantia intercedit; quod enim negat contiguitatem, multò magis negat continuitatem. Sed inter corpus in cœlo, & corpus in terra, ingens datur distantia*. Resp. Loca ipsa hoc argumento probantur esse discontinua, & Corpus Christi divisum esse à se respectu loci, sed non respectu propriæ substantiæ, sive quantitatis. Amesius: *Quod dividitur à se respectu loci, dividitur etiam respectu locati. Locus enim non est locus nisi respectu locati, neque dividitur, nisi locato diviso. Formalis autem ratio corporis locati est quantitas substantialis. Ergo quidquid dividitur à se respectu loci, dividitur etiam respectu substantiæ, & quantitatis*. Respon. Minorem esse falsam jam sæpè ostensum est, quam Amesius semper supponit, & numquam probat.

V. Objic. *Si ponatur corpus unum in pluribus locis, erit in loco, & non in loco; quin, in loco nullo erit circumscriptivè, neque definitivè; quòd est ità contineri in uno loco, ut non sit alibi*. Respon. Corpus idem potest esse circumscriptivè, & etiam definitivè in pluribus locis. Nam, ut corpus sit circumscriptivè in aliquo loco, tantùm requiritur, ut commensuretur illi loco; non autem, ut non sit alibi, tamquam in alio loco; & hoc hic servatur. Amesius objicit 1. *Bellarminum hoc subterfugio deserere Thomam, & Thomistas omnes, &c.* Quid tum? dummodo non veritatem. Ait 2. *Inauditum planè est, aliquid esse in loco circumscriptivè, & non definitivè. Bellarminum verò, ut omnem sensum, & intelligentiam à suis verbis amoveat*, definitivè *esse in loco, majus quid facere, quàm* circumscriptivè *esse: Circumscriptivè* (inquit) *& etiam definitivè*. Resp. Cavillatur Amesius in iis, quæ vel non intelligit, vel non vult intelligere. Tricæ hic solùm esse possunt de acceptione illa vocum *circumscriptivè, & definitivè*. Nos rem dicimus esse in loco circumscriptivè, quando res ità in spatio continetur, ut illi divisibiliter coexistat, & commensuretur; idest, cùm tota est in toto, & pars in parte; quod solùm rei localiter extensæ convenit. At esse definitivè tunc dicitur, cùm res ità est tota in toto, ut etiam tota sit in qualibet ejus parte, quod est existere in loco indivisibiliter, & incommensurabiliter. Hoc posito, verissimè dixit Bellarminus, posse idem corpus esse circumscriptivè, & etiam definitivè in pluribus locis; quia potest replicatum, & commensuratum divisibiliter partibus loci; & etiam indivisibiliter more spirituum, esse totum in toto loco, & totum in qualibet parte; uti de facto fit in præsentia Sacramentali. Amesius 2. *Si corpus trium cubitorum simul commensurari possit tribus locis, tum simul potest tribus, & novem cubitis adæquatè commensurari. Sed hoc est absurdum*. Resp. Corpus trium cubitorum potest occupare spatium novem cubitorum, si ter eadem magnitudo ponatur in loco, quamvis non commensuretur, nisi loco trium cubitorum. Amesius 3. *Si idem corpus trium cubitorum in tribus locis ponatur, eodem modo occupabit spatium novem cubitorum, quo tria corpora tricubitalia solent occupare: Illa autem commensurantur cubitis novem: Ergo & hoc unum*. Resp. Cùm corpus idem replicetur, seu reproducatur, quid mirum est, quod sic formaliter unum, sed virtualiter multiplex, præstet idem, quod tria formaliter? Neque res etiam ità locata foret major seipsa secundùm entitatem, & absolutè, sed tantùm ratione illius replicationis. Addit Bellarminus: Quòd si quis contenderet, esse in loco tam circumscriptivè, quàm definitivè, id requirere, ut res nullo modo sit alibi; dicere nos posse: dari tertium modum existendi in loco, nimirum per solam præsentiam, quo modo Deus est in loco; & hoc modo esse in loco, quæ per divinam potentiam simul sunt in variis locis. Hinc calumniandi ansam arripit Amesius, cumque Bellarminus tantùm ex hypothesi loquatur, Amesius absolutè pronuntiat: *Totam litigationem istam huc tandem redire, ut corpus in loco esse defendatur eo modo, quo Deus, quod & blasphemum est, & turpiorem contradictionem implicat, quàm est illa ipsa, cui amoliendæ inservit*. At non dixit Bellarminus: univocè convenire hanc replicationem præsentiæ Corporis Christi, cum modo præsentiæ divinæ, (quod sine dubio foret blasphemum;) sed intelligit tantùm analogicam convenientiam; in quo nec umbra blasphemiæ est; alioqui blasphemi essemus omnes verè Christiani, qui dicimus, dari entia supernaturalia, lumen gloriæ, visionem, & amorem beatificum &c. quæ attingunt Deum, ut est in se.

VI. Objic. *Quod incipit esse alicubi, ubi antea non erat, aut venit eò per motum localem, aut ibi generatum est. Quod movetur localiter, deserit unum locum, ut acquirat alium. Quomodo autem potest id quod est, generari de novo? Nullo igitur modo potest fieri, ut id quod est in uno loco, incipiat simul esse in alio*. Resp. Corpus Domini incipit esse in altari, ubi antea non erat, non per generationem, nec per motum localem, sed per conversionem panis in ipsum. Nec desunt exempla similia. Nam anima rationalis incipit esse in materia addita per nutritionem. Deus incipit esse in re de novo creata sine generatione, aut motu locali. Amesius 1. *Mutatio unius corporis in aliud, non opponitur generationi ejus, in quo mutatio non terminatur. Sive enim prioris corporis materia maneat, & nova forma eidem inducatur; sive totum illud annihiletur, & novum loco ejus ponatur, in illa mutatione substantiæ, necesse est, ut aliqua sit vel generatio, vel creatio*. Respondeo, Non modò nulla hic intervenit generatio, aut mutatio localis, sed nec quidem creatio nova; sufficit enim nova actio conservativa, ut docent Suarez, Tannerus &c. Amesius 2. *Exempla ista non sunt similia. Anima enim non incipit esse circumscriptione totali, & adæquata in loco novo, priore retento: nedum Deus; neque mutatur substantia aliqua in animam rationalem,*

nalem, *nedum in Deum*. Resp. Omne simile est dissimile aliquatenus. Sufficit esse similia illa, in quo comparantur; nempe, quòd incipiant esse alicubi, nec per generationem, nec per motum localem.

VII. Obiic. *Si idem corpus esset in pluribus locis, sequerentur multa contradictiones. Nam poterit esse sursum, & deorsum; remotum, & non remotum; moveri, & quiescere; accedere ad unum locum, & simul ab eo recedere; in uno loco summè calefieri, & in altero summè frigefieri; vel etiam in uno loco vulnerari, occidi, & in altero bene valere*. Resp. Nulla hic nisi apparens contradictio. Corpus enim ita replicatum, licèt formaliter unum, tamen virtualiter, & æquivalenter est multiplex, adeoque præstat idem, acsi esset formaliter multiplex. Sic verò, prout consideratur secundùm prædicata absoluta, quæ abstrahunt à loco, eodem modo se habet in omnibus locis, saltem connaturaliter ad statum replicationis; ideoque habet ubique eandem animam, eosdem actus, eundem calorem similiter replicatum &c. Quæ verò dependent in fieri ab agente extrinseco, non multiplicantur necessariò ad corporis replicationem in pluribus locis, quatenus sunt in fieri: quamvis in facto esse connaturaliter ad statum reproductionis illi conveniant. Et per hæc facilè dissipantur omnes antilogiæ à Sacramentariis objectari solitæ. Nec refert, quòd Scholastici in illis componendis non una via incedant, sed alii paulò aliter; saltem omnes probabiliter ostendunt, non sequi manifestam contradictionis implicantiam. *Judicium Gulielmi Parisiensis, qui fuit inter primos, & gravissimos Scholasticorum*, ait Amesius, *opponere se judicio Bellarmini*. Verùm admittit hic Sacramentarius vel puerilem inscitiam, vel flagitiosam falsificationem. Nam verba ab Amesio relata ex cap. 4. de Sacram. Euchar. non sunt judicium Gulielmi Parisiensis, sed particula objectionis, cui in eadem columna respondet his verbis: *Dicimus ergo, quia quemadmodum filius Dei est ubique secundùm Deitatem, sic partium suarum, videlicet animæ, & corporis præsentiam exhibet ubi vult, & quomodo vult, absque ullo motu earum &c.* Si legit Amesius hunc locum, non potest ab obeso falsi crimine excusari. Non est nova, aut insueta hæc sycophantia apud Sacramentarios. Mornæum de Plessis convicit cum Henrico M. Galliarum Rege Card. Perronius de pluribus ejusmodi falsificationibus. Notum est Orbi.

Ad CAPUT V.

Bellarm. Magnitudini tria quædam conveniunt. 1. Ut sit extensa in se, & partem habeat extra partem, ac proinde situm quendam intrinsecum ad ordinem, & dispositionem partium: atque hoc essentiale magnitudini. 2. Ut coexistat loco, & habeat situm extrinsecum in ordine ad locum. 3. Ut extrudat aliud corpus ex loco. Secundum potest à primo separari; & tertium à primo, & secundo. His notatis, Catholicorum communis sententia est: In Sacramento Eucharistiæ verè adesse totam magnitudinem Corporis Christi, sed habere primam conditionem, non autem secundam, & tertiam. Existimamus etiam posse dari corporum penetrationem. Amesius: *Hæc sententia semetipsam satis evertit. Nam 1. si extensio talis, qualem Bellar. in prima conditione describit, sit magnitudini, & corpori essentialis, tum necesse est ut occupet spatium nihil enim eo modo extendi potest nisi in spatio: spatium autem corporis est locus ejus internus. 2. Locus extrinsecus necessariò sequitur ex eadem magnitudine cum corpore ambiente collata, si quid tale. Fieri enim nullo modo potest, ut unum corpus ab alio undique contineatur, quin habeat situm extrinsecum in ordine ad illud, à quo continetur. 3. Tertia conditio est planè inseparabilis. Tam enim certum est, unam magnitudinem excludere aliam ab eodem loco*

adequato, quàm certum est, uno opposito affir
negari. 4 Corpus organicum, quale est hum
rem distinctionem in situ partium requirit, q
quod corpus. Minus igitur probabilia sunt ista
Corpore Christi, quàm simpliciter de corpore.
dimensionum in duobus corporibus non potest fie
illam penetrationem duorum corporum dimensi
dem; Corpus enim, ut Bell. fatetur cap. 5. nihil
extensio in longitudinem, latitudinem, & p
Resp. Omnia Bellarminiana Catholica a
cohærent, nec nisi imaginariè ea evertit A
sum est primò, extensionem partium intr
sentialiter esse situalem extrinsecam in or
tium: prius quippe est, habere in se part
tes, quàm eas situaliter disponere, ut pars
bus respondeat. Falsum est 2. *Fieri non p*
unum ab alio undique contineatur, quin habea
secum in ordine ad illud à quo continetur. C
pugnantia in hoc, ut modus præsentiæ
pernaturaliter conferatur corpori? Fals
pugnare divinitus corporum penetration
defacto in Corpore Christi, tum in part
tum in ingressu in cœnaculum clausis jar
Resurrectione intervenisse omnes veri C
dunt. Falsum est 4. Organizationem c
resistere omnipotentiæ hac in parte,
quodvis corpus. Falsum est 5. per penet
porum dimensiones fore easdem, & sic c
unumquodque enim corpus retinebit sua
mensiones; sicut & Angeli plures in e
existentes, servant suas qualitates, 8
distinctissimas. Imperitè autem, aut
quæ Bellarm. dixerat de corpore quan
mesius transfert ad corpus de prædicam
tiæ. Universim in hos errores labitur,
logiam vult corrigere ex Physica, no
la; ac proin si consequenter ageret,
ret æquè mysterium Trinitatis, Incarna
S. Eucharistiæ.

Ad CAPUT VI

Bellarm. 1. Implicare contradiction
gnare essentiæ; sed non repugna
non occupare locum, aut non expeller
pus; quia hæc sunt posteriora ipsa mag
mesius 1. *Quod repugnat existentia, æquè*
dictionem, ac quod essentia repugnat, si de
ratur. Resp. Idem est de quovis acciden
potest corvus esse simul niger, & e
Quid verò hoc est nisi nugari? Amesiu
sariò vel essentiam, vel existentiam consequ
sint posteriora natura, eorum tamen negatio
tia, vel existentia negationis. Resp. Hoc
est, quando proprietates realiter non
tura, ut si juxta sententiam Nominaliu
tellectum, & voluntatem Angeli, vel
ficari eorum substantiæ; posterius quide
cipitur intellectus, quàm substantia,
parabilia sunt etiam divinitus. Si verò
uti calor ab igne &c. prius potest conc
sine posteriori: & ita se habet extensi
rentia aptitudinalis, & essentialis res
tiæ aut extensionis actualis &c.

Bellarm. 2. Potest magnitudo intell
iam definiri sine loco: Amesius: *Sine s*
Resp. Definitio quantitatis communite
pro Bellarmino contra Amesium. Qu
tium illi definitioni inclusit? Officium
est de essentia ullius rei creatæ. At
& alia corpora expellere, est officium
& functio externa; Ergo non pertinet

Amesius : *Talis est functio, qualis est formæ formare.* Subsumo : Sed formæ in actu secundo informare subjectum non est essentiale, alioqui anima separata nulla esset : Ergo sicut hæc potest separata existere ; ità & quantitas non actu extendere partes situaliter.

Bellarm. 3. Ità se habet moles, seu extensio ad magnitudinem, ut se habet gravitas ad corpus grave : Sed non est de essentia gravis ponderare ; (aqua enim in proprio loco non gravitat ;) ergo nec est de essentia magnitudinis replere. Amesius 1. *Vel confundit hic Bellarm. extensionem cum repletione loci, quæ duo ante distinxit ; vel syllogismum facit quatuor terminorum.* Resp. Extensionem intraneam distinxit ab extranea, seu situali repletione loci. Hanc posteriorem dicit se habere ad priorem, uti gravitas ad corpus grave. Unde syllogismus probus est. Amesius 2. *Gravitatem accipit pro actu ponderandi, aut deorsum tendendi, quem etiam absurdè tribuit aeri. Sic autem falsa est propositio.* Resp. Omnino habent se pari proportionaliter modo actualis gravitatio, & actualis extensio in spatio locali, ut ex dictis constat. Falsum autem est, quòd gravitationem aeri tribuat Bellarminus. Signanter enim posuit ly *ponderat*, quod inclinationem indicat tam sursum, quàm deorsum, pro diversitate corporum, quâ levia sursum, gravia ferantur deorsum. Ineptè autem 3. colligit Amesius, ideò etiam *extensionem actualem posse naturaliter à corpore separari*, quia in proprio loco elementa non gravitant.

Bellarm. 4. Matth. 19. Dominus dicit : possibile esse, ut transeat camelus per foramen acus. Amesius : *Non dicit hoc Dominus.* Sed SS. Patres communiter Dominum hoc dicere intelligunt : Utris credendum est? num verè fidelibus? aut potiùs Sacramentariis ad *Artem nihil credendi* manuducentibus.

Bellarm. 5. Joan. 20. Christus intravit per januas clausas : Ergo necesse est, ut Corpus Christi vel non occupaverit locum, cùm transivit per januas clausas ; vel se cum alio corpore penetraverit ; quorum utrumque est impossibile viribus creatis. Amesius : *Dicitur quidem intrasse postquam januæ clausæ fuerunt, sed non per januas clausas ; potuit facilè alia ratione aditum sibi patefacere. Sic Durandus etiam in 4. cap. 44.* Resp. Etiam hoc pertinet ad artem nihil credendi. Durandus temerè contra omnes Catholicos locutus est, unde meritò vapulat ab omnibus. Cur hujus unius heterocliti Theologi potiùs verba recitavit Amesius, quam S. Hilarii lib. 3. de Trin. qui è sensu SS. Patrum, & Catholicorum communi, tantò antè impudentiam Sacramentariorum exclusit his verbis : *Integra sunt omnia, & obserata, sed ecce assistit medius, cui per virtutem suam universa sunt pervia. Nihil cedit ex solido, neque per naturam suam aliquid tamquam lapsu insensibili ligna & lapides amittunt. Idcircò ergo, ut de Nativitate Domini fallimur, ità & de ingressu Domini mentiamur : dicamus* (Sacramentarii) *factum non fuisse, quia intelligentiam facti non apprehendimus ; & resistente sensu nostro facti ipsius cesset effectus. Sed mendacium nostrum facti ipsius fides vincit &c.*

Bellarm. 6. Exivit Dominus de utero matris clauso, inviolata virginitate, idest, manente integritate carnis : Beata enim virgo, fuit virgo etiam in partu. Amesius : *Beatæ Mariæ virginitatem non magis imminuit apertio naturalis in partu, quàm extensio illa, quæ partum in gravidis naturaliter antecedit. Fictio illa quamvis sit antiquior.* Respon. Etiam hic est articulus Artis nihil credendi, tam apertè à SS. Hieronymo, Augustino, aliisque Patribus antiquitùs explosus, ut jam Sacramentariis palmam impudentiæ, & impietatis cedere in hoc puncto Mahumetani videantur ; cùm neque hi admitterent B. Virginem cum dolore peperisse, quod tamen Calvinistæ consequenter negare non possunt. Falsam esse Amesii assertionem, putò nec Medici, & Philosophi gentiles diffitebuntur. Durandus, uti suprà, ità & hic fœdè lapsus est : quod facilè contingit etiam inter Catholicos-Theologos, si magis contentionis, quàm veritatis studio ferantur, & ingenii aciem in æmulos potiùs oppugnandos, quàm in fidem defendendam, explicandamque intendant ; quod Durando (docto aliàs, & acuto) evenisse constat.

Bellarm. 7. Egressus est Dominus similiter ex clauso monumento : nam lapidem ab ostio monumenti non Christus, sed Angelus revolvit post Resurrectionem, ut apertè testantur Matth. 28. Marc. 16. Calvinus cum suis gregalibus fingit contra communem SS. Patrum sensum, *Divina virtute lapidem cessisse, vel annihilatum, & continuò restitutum.* Sed hoc voluntariè comminiscuntur ; cùm nec Scriptura id vel leviter insinuet ; immemores hujus suæ decantatæ næniæ : *Nihil credendum, nisi scriptum in Verbo Dei.* Amesius hoc argumentum Catholicorum planè dissimulavit, nulla mentione facta. Ejus tamen loco posuit alterum de Ascensione Christi, & Beatorum in cœlum, quod ego tamen hic urgere nolim, quia liquiditatem cœlorum omnimodam non pauci è Catholicis sine ulla erroris nota hodiè tuentur. Utut enim de hoc sit, priora argumenta, juncta communi SS. Patrum doctrinæ, sufficientissimè evincunt intentum. Amesius cùm ait, *ea esse immane, & impudens postulatum.* Nihil facit præter morem, quo maximè insultat, cùm premitur ; ad contumelias confugit, cùm argumenta non suppetunt, denique victoriam, & triumphum simulat, cùm vincitur. Quæ deinceps Bellarm. de pœnis damnatorum urget, frigidè Amesius ac dissimulanter transmittit.

Denique ad ult. Bellarmini, quòd scilicet non magis corpori quanto conveniat occupare locum, quàm gravi ponderare, colorato videri, lucido lucere, calido calefacere ; *negat* Amesius *simpliciter* ; *quia*, inquit, *occupatio loci, non re, sed ratione tantùm à corpore differt. Dimensiones, & earum spatium necessariò requiruntur ad corporis existentiam* (*naturalem*,) *sed operatio non necessariò requiritur ad vim operandi.* Sed contrarium jam plus satis ostensum est in superioribus.

Ad CAPUT VIII.

REctè dixit Bellarminus, nihil ad sex hæc argumenta responderi posse ab iis, qui Christianæ fidei nomen dederint. Verè hoc dictum esse, probat vel silentium Amesii.

I. Argumentum sumitur à natura, & conditione hæresis, quæ tam aptè quadrat in opinionem Sacramentariorum, ut in mundo nulla sit hæresis, si ea non est hæresis : Si autem hæc est hæresis, opposita est veritas revelata. Hæresis autem conditio primaria est, doctrinæ novitas ; quæ convincitur, si notari possit auctor, locus, tempus : si incipiat cum paucis sectatoribus, si cum admiratione, & perturbatione fidelium : si ei contradicatur, ad judicium, & examen adducatur, & tandem à Concilio, & populis fidelibus condemnetur. Author autem hic fuit Berengarius, qui anno 1051. Gallias cœpit hac novitate turbare ; primùm pauperes Scholares data stipe alliciendo. Admirationem, & turbationem Ecclesiæ secutam, tandemque damnationem solemnem, exploratissimum est. Porrò dogma de reali præsentia Corporis Christi esse antiquissimum, patet evidenter ex consensu Græcorum : ita ut Albertinus quoque fateatur : *Penes hos primùm solos fuisse hanc novationem in Concilio II. Niceno generali apertè traditam Anno* 787. Quamquam impudenter non modò hic Novationem vocet id, quod ex doctrina Patrum in ea Synodo pronuntiarat Epiphanius ; sed etiam Hieremiæ Patriarchæ, & aliorum recentiorum Græcorum testimonia pro dogmate Catholico non erubuerit pervertere ; cùm liquido

quido constet, numquam Græcas, eisque cohærentes Ecclesias Moschorum, Russorum &c. in errorem Sacramentariorum lapsas: Unde Cyrillum Lucarim Patriarcham ob hunc, aliosque Calvinianos errores mox deposuere, ejusque dogmata anathemate percusserunt in Synodo, quam vocant Oecumenicam, anno 1642. Mense Majo, præsidente Parthenio Patriarcha Cyrilli successore; ubi in art. 16. Sacramentaria hæresis ità rejicitur: *Divinam Eucharistiam ità convellit* (Cyrillus Lucaris) *ut nihil illi aliud, nisi nudam figuram relinquat, quasi adhuc in umbra Veteris Legis serviremus. Negat enim eum, qui videtur, & comeditur, panem sacrificatum, esse verum Corpus Christi, sed spiritualiter tantùm intellectum, aut potiùs imaginando fictum; quod omni impietate plenum est*. Ex quo, luce meridiana clarius est, numquam hæresim sacramentariam in Oriente usque ad illum Lucarim deprehensam; & tunc mox in ipso ortu evulsam esse. Atque ex hoc ipso desumitur

II. Argum. nempè à consensu illo universali Ecclesiæ Latinæ, Græcæ, Barbaræ, ità ut Lanfrancus in lib. ult. contra Berengarium, de suo tempore scripserit: *Interroga universos, qui Latinæ Linguæ notitiam perceperunt, interroga Græcos, Armenios, seu cujuslibet nationis quoscumque Christianos; Uno ore hanc fidem se testabuntur habere*. Idem prorsus erat ante Zwinglium, & Carolstadium. Ex hoc autem consensu universali; necessariò sequitur, quòd vel nostra sit vera fides de Eucharistia; vel numquam fuerit Ecclesia in mundo; vel fuerit, sed perierit; vel manserit in solis Berengarianis; vel maneant simul Ecclesia Dei, & summum publicum sacrilegium, summaque, & publica idololatria. Hæc omnia autem, excepto primo, absurdissima esse quis neget?

III. Argum. sumi potest à diligentia, quam Ecclesia adhibuit in hac controversia examinanda, & à constantia in veritate retinenda. Nulla sanè quæstio sæpiùs, & diligentiùs examinata est. Discussa fuit primùm in Concilio Romano sub Leone IX. & damnata hæresis Berengariana. Deinde in Vercellensi, eodem Leone præsidente. Tertio in Concil. Turonensi, præsidentibus Legatis Victoris Papæ; ubi post acerrimam disputationem abjuravit hæresim Berengarius. Quartò, cùm hic ad vomitum redisset, iterum Romæ in Concil. generali, Nicolao II. præsidente, ubi secundò ille hæresim, & librum suum ipse coram omnibus cremavit. Quintò, cùm Berengarius iterum secunda abjuratione contempta ad suam hæresim redisset, iterum Romæ in V. Concilio damnata est à Gregorio VII. Sextò in Concilio magno Lateranensi sub Innocentio III. iterum damnata: Uti & septimo in generali Concilio Viennensi anno 1311. &c. Quid potuit facere Ecclesia, & non fecit? Unde si de hac definitione Ecclesiæ dubitari possit, poterit multò ampliùs de quavis alia. Perstitit autem Ecclesia semper constantissimè, nec unquam deterrita est ob argumenta varia, & difficilia, quæ Sacramentarii hactenus excogitarunt. Adversarii verò nulla unquam Episcoporum Concilia habuere, nec inter se unquam convenerunt. Est verò & illud haud obiter considerandum, quòd cùm adversariorum sententia sit facillima, & humanis sensibus accommodata, facilè potuisset occultè irrepere, ita ut laterent signa illa novitatis. At Catholica, quæ difficillima est, & repugnat sensibus, ac superat rationem, nec potuit occultè irrepere, nec facilè tantæ multitudini persuaderi. Cùm ergo videamus, in nostra sententia, nulla apparere signa novitatis, quæ tamen non potuit ullo modo occultè subintrare; & contrà videamus omnia signa novitatis in sententia adversariorum, quæ tamen potuisset occultè insinuari; evidenter sanè ostenditur, nostram esse antiquissimam, & proinde veram; contrariam verò novam, ac proinde falsam, & hæreticam.

IV. Argum. sumitur à Patronis, &
tentiæ Catholicæ, quorum plurimi s
sanctitate, & miraculis, ab eo tempor
Berengarium clarissimè explicata est, a
selmus, Bernardus, Malachias, Don
ciscus &c. Certè hi Sancti esse non po
mici Dei cum nefaria idololatria, qu
sententiæ improperant Sacramentarii.
ignorantiam inculpatam confugitur.

V. Argum. Econtrariò, quales fuer
tariæ hæresis patroni, quis nescit? Ut
glio, Carolstadio, Wicleffo, Calvino
rengarius Patriarcha istorum omnium
præmonstratus est futurus hæresiarcha:
excelluit superbia, arrogantia, perjur
stantia. Nec eum Albertinus à perjurio
ait, eum coactum abjurare. At quali
tia, quæ ob minas, aut vim humana
aliud corde tenet in articulo fidei gravi
hoc in hæresi Sacramentaria vel maxi
quod de nulla alia constat, nempè prim
& architectum, deserto errore in pac
hac vita discessisse.

VI. Argum. petitur à miraculis in co
hujus veritatis patratis. Septem illustri
bitatæ fidei refert hic Bellarm. Compl
Bredenbachius toto lib. 1. sacrar. C
præcludatur omnis Pharisaica evasio, l
habet hic illud dilemma S. Augustini li
tate Dei cap. 5. Aut facta sunt miracu
sterium confirmandum, aut non sunt f
sunt; credamus igitur, quod tot mirac
tum est. Si non sunt facta; hoc ipsum
miraculum, quòd sine miraculis res ta
di potuerit à tot Philosophis, atque a
be terrarum. Adversariorum sententia
rum non est, si absque ullis miraculis
hil enim sensibus, nihil ratione natu
docet.

Ad CAPUT XV

I. Assertio Bellarmini est: In con
ritur 1. ut id quod convertit
quod antè erat: si sit compositum,
compositum ipsum, quamvis aliquid
sicut aqua convertitur in aerem, mat
manente: At si id quod convertitur,
compositum, sed etiam partes ejus,
debent simpliciter desinere esse: Et I
charistia. Requiritur 2. Ut aliquid suc
ejus quod desinit esse. 3. Ut sit conn
& dependentia inter desitionem unius
nem alterius, ità ut unum desinat, &
cedat, & vi desitionis fiat successio.
minus à quo, quàm terminus ad que
sitivus, ità ut inter illos nulla interc
Amesius cavillatur contra primam co
Quòd nulla vox in Scriptura sit, quæ indic
re. Esto expressè; implicitè & arguitive
constat ex traditione Ecclesiastica, ut pa
dis. 2. *Quòd Sacramenti natura non pati*
tum ante usum sacramentalem destruatur.
est tantùm de Sacramentis in actione
sistentibus. Nec vox, nec syllaba in Sc
tur, quæ neget Deum posse Sacramen
re in re permanente. 3. Ait: *Ratio*
probat, panem secundùm omnes suas parte
re in ejus conversione, quia scilicet parte
posita, est planè delira. Resp. Calumnia
mesius. Nihil aliud docet Bellarmin
conversione compositi unius in aliud

desinat compositum, licèt partes compositi separatæ permaneant: in conversione autem omnium partium (uti fit in S. Eucharistia) debere desinere omnes partes; quod utrumque est verissimum. Contra secundam conditionem objicit. 1. *Quòd si Corpus Christi pani succederet, oporteret illud quod manet, uti fuit ante, de novo incipere, eodem modo, quo panis fingitur desinere; quod contradictionem continet manifestam.* Resp. Sequela non probatur; nullam eam esse, constabit ex dicendis. 2. Objicit Scholasticos, & Radam specialiter, *qui part. 4. Cont. 6. art. 3. docet, quòd Deus possit convertere panem in Corpus Christi, ut habet esse in cælo.* Sed esto, quid hoc ad rem, aut contra Bellarmini assertionem? quam in sequenti VII. Controversia idem Rada fusè tuetur. Aut Radam non intellexit Amesius, aut fucum fecit imperito lectori. Quod æquè vel imperitè, vel fraudulenter præstat circa dicta duo Bellarmini, quibus antilogiam insulsè affingit, cùm priùs loquatur de ipsa substantia panis desinente, posterius de accidentibus, quæ sunt quid commune utrique termino conversionis. Contra tertiam conditionem objicit: *Panis potest vel in nihilum, vel in elementa redigi: sine ulla successione Corporis Christi: Ergo vi desitionis panis non fit Corpus Christi.* Distinguo consequens: Ex vi qualiscumque desitionis, concedo; ex vi desitionis intentæ à Christo instituente, aut consecrante, nego. Actio enim conversiva procedit ex intentione destruendi terminum *à quo*, ut ei succedat terminus *ad quem*. Contra quartam conditionem objicit, quòd *ipsa evertat transsubstantiationem. In Eucharistia enim cùm sint omnia accidentia panis, & ex ordine naturæ simul cum accidentibus illis debeat esse panis, & fuerit ante panis, necessariò sequitur, vel adesse ibi panem, vel privatione panis locum relinqui Corpori Christi.* Resp. Amesius nescit quid loquatur. Hæc enim ejus ratio est quidem verissima, sed nec conditionem quartam (quam aut non intellexit, aut in perversum sensum traxit) nec ipsam transsubstantiationem vel tantillum tangit. Revera enim in pane consecrando non præcedit privatio Corporis Christi in pane; sicut in aere disposito ad recipiendam formam ignis, præcedit hujus privatio in aere; ideoque hæc mutatio est à privatione ad formam; transsubstantiatio autem inter terminos positivos.

II. Assertio Bellarmini est: Transsubstantiatio est perfectissima conversio, & distinguitur ab omnibus aliis mutationibus: Similior est tamen conversioni supernaturali (V. G. Uxoris Loth in statuam salis, & aquæ in vinum in Cana Galilææ, & virgæ Moysis in draconem &c.) à quo solùm in duobus distinguitur. 1. Quòd illic, non hic materia eadem remanserit. 2. Quòd hic, non illic eadem accidentia maneant. Amesius naturali conversioni totus affixus contendit: *Nullam esse conversionem in transsubstantiatione, & insuper hanc implicare manifestam contradictionem. Successio enim, qua fingitur, Corporis Christi in locum panis, cum quo nihil substantia habet commune, non magis est conversio hujus in illud, quàm est successio Regis electi in locum depositi; præsertim si iisdem vestibus induatur successor; & substantiam mutari sine accidentium commutatione, est, ac si homo mutaretur in brutum, manentibus proprietatibus humanis.* Resp. Amesius audacter pronuntiat, sed nihil probat. Simile de successione Regis nihil facit ad rem præsentem, quæ agit de physica, non morali tantùm mutatione. Nec umbra contradictionis in hoc est, quòd Deus mutet substantiam totam aquæ in totam substantiam vini, remanentibus iisdem accidentibus; nisi Sacramentarii ostendant, de essentia accidentium esse actualem inhærentiam in subjecto; qua de re paulò post.

III. Assertio Bellarmini est: Conversio panis in Corpus Domini non est productiva, ità ut ejus vi Corpus Domini de novo producatur: neque est conservativa, ut corpus antea in eodem loco existens cum pane, per istam conversionem naturaliter conservetur: Sed est adductiva, ità ut Corpus Christi antea existens, sed non eo loco, ubi fuit panis, vi hujus conversionis incipiat esse in eo loco sub speciebus panis. Amesius hìc degrandinat calumnias, & maledicta non modò in Bellarminum, sed etiam in plerosque Scholasticorum, quorum varias de actione hac conversiva sententias ait esse *otiosorum hominum nugas*. Inter has Sacramentarias criminationes contra actionem adductivam adducit hanc unam objectionem: *Si per conversionem istam non producitur Corpus Christi, sed tantùm fit præsens, tum terminus ad quem non est substantia, vel corpus, sed accidens, vel præsentia corporis; & proinde respectu termini ad quem non est transsubstantiatio, sed potiùs transaccidentatio.* Respondent, qui hanc Scoti sententiam cum Bellarmin. tuentur, negando, ad transsubstantiationem necessariò requiri, ut per ipsum aliquid substantiale producatur. Nam esse terminum in quem fit conversio, non est, per illam produci; sed est esse rem, ex cujus adventu, & præsentia res alia corrumpatur; ut fusè, & eruditè novissimè defendit Joannes Dicastillus Disp. 4. à num. 202. usque ad 243. Æquè probabiliter alii tuentur hìc actionem reproductivam, alii conservativam; quæ controversia non propriè huc, sed ad Scholasticos pertinet; quò & nos eam remittimus.

IV. Assertio Bellarmini est: Conversio, quatenus panem destruit, non tam est actio, quàm negatio actionis, aut conservationis: At per negationem nihil fieri potest: Positio igitur corporis sub speciebus, quæ est quid positivum, non fit ab illa conversione, ut ea est in pane, sed ut recipitur in Corpore Christi. Amesius 1. *Benedictio panis illud efficit (si hoc verum sit) ut Deus illi eidem pani benedicto suam conservationem neget: & sic destructio est effectus proprius benedictionis; quod est planè absurdum.* Resp. Neg. assumptum: Nam effectus proprius, & principalis est Corpus Christi præsens sub speciebus; ità tamen, ut panis desinat esse, sive per eandem actionem; ut cum Scoto tenet uterque Gabriel: Sive ut alii cum Suarez, quia accidentia separantur à substantia panis; de quo Scholastici. Nec Amesius hìc opponit nisi insulsum scomma, quo *introduci* vult *transsubstantiationem rationis*.

Ad CAPUT XIX.

PRobatur transsubstantiatio principaliter ex verbis Christi: *Accipite & manducate: Hoc est Corpus meum*. Hæc enim necessariò inferunt, aut veram mutationem panis, ut volunt Catholici; aut mutationem metaphoricam, ut Calvinistæ; nullo autem modo consubstantiationem Lutheranorum admittunt: (Sistit hìc Enervator, & truncat maximam partem argumenti sanè efficacis: Gerhardus quoque nonnihil mutilat. Sed præstat integrè ponere) Nam Dominus accepit in manus panem, eumque benedixit, & dedit discipulis, & de eo ait: *Hoc est Corpus meum*. Itaque panem accepit, panem benedixit, panem dedit, & de pane dixit: *Hoc est Corpus meum*. Vel igitur benedicendo mutavit in corpus reipsa verè, & propriè; vel mutavit impropriè, & figuratè, addendo significationem, quam non habebat, vel nullo modo mutavit. Si mutavit reipsa, verè & propriè: Ergo panem mutatum dedit, & de pane mutato verissimè dixit: *Hoc est Corpus meum*, idest, quod sub specie panis continetur, non est ampliùs panis, sed corpus; & hoc est, quod dicunt Catholici. Si verò quis dicat, panem mutatum esse figuratè; tamen datus erit Apostolis panis, qui figuratè erit Corpus Domini, & illa verba: *Hoc est Corpus meum*, hunc sensum habebunt:

bunt: Hic panis est figura Corporis mei. Hæc autem est sententia Sacramentariorum, quam & nos, & Lutherani rejicimus. Si quis denique dicat, nullam fieri mutationem, is cogetur dicere, panem non mutatum datum esse Apostolis, & de illo esse dictum: Hic panis verus, ac triticeus, verè & propriè est Corpus meum. Atqui hoc nullo modo potest admitti, sive agamus de re ipsa, sive de propositione. Nec enim ullo modo fieri potest, ut una res non mutetur, & tamen fiat alia, esset enim ipsa, & non esset ipsa. In propositione autem affirmativa necesse est, ut pro eodem supponat subjectum, & prædicatum; alioqui esset falsa propositio: Ergo non potest fieri, ut vera sit propositio, in qua subjectum supponit pro pane, prædicatum autem pro Corpore Christi: panis enim & Corpus Domini res diversissimæ sunt. Ità Bellarminus, qui ineptas Lutheri, & Kemnitii evasiones omnes rectè præclusit, quas suo silentio firmant Amesius, & Gerhardus. Amesius tamen pro sua figurata mutatione ait 1. *Mutatio illa, quam nos* (Sacramentarii Tropistæ) *statuimus ab usu communi in sacrum, non opponitur* veræ, *sed substantiali*. Resp. Huic asserto refragatur communis omnium gentium sensus, & modus loquendi, quo dicuntur homines, nummi, & qualibet alia, per extrinsecas denominationes minimè reipsa verè, & propriè mutari; alioqui posset vir quivis sanctissimus, imò Deus ipse dici verè & propriè mutari, si à blasphemo per convicium dicatur *nequam*. 2. Remittit Lectorem ad cap. 1. ubi Th. 23. & seqq. tradit *sensum verborum Domini*. Eo ergo & nos remittimus. *Ex abundanti tamen*, inquit, *adjicimus*, (in favorem fratrum Lutheranorum,) *Transubstantiationem non sequi ex verbis illis, quamvis realem, & substantialem præsentiam indicarent, si verum sit placitum illud Bellarmini cap. 5. posse dari corporum penetrationem &c.* Resp. Corporum penetratio nihil favet huic effugio: quod ut perspicuè ostendatur, & vis argumenti superioris roboretur; Notandum est: Multas esse propositiones, quæ cum reipsa affirment duo, videntur affirmare unum tantùm, quia alterum affirmatur implicitè, & est adeò per se evidens, ut non videatur esse materia exterioris affirmationis. E. G. dum dico: *Dono tibi hunc librum*, reipsa non solùm affirmo meam donationem, sed etiam affirmo, existere librum, & esse id quod tibi demonstro; ità ut si illud non esset liber, mea propositio esset falsa. Et verò donatio debet verificari pro ultimo instanti enuntiationis; At verò quòd *hic sit liber*, debet verificari antecedenter ad hoc, ut propositio sit vera. Hoc posito; Dicendum est: Christum duo affirmasse: alterum explicitè, & primariò, scilicet, esse suum Corpus ut ultimo instanti enuntiationis id quod demonstrabat; alterum implicitè & secundariò; hoc est; esse aliquid sensibile, & demonstrabile, quod indicabat toto tempore, quo loquebatur. De hoc autem affirmavit, quòd in ultimo instanti esset corpus suum. At hoc fuisset falsum; si quomodocumque permaneret substantia panis: Ergo ex veritate verborum rectè infertur, panem desinere; Subsumptum probatur: Quia si esset adhuc tunc substantia panis, utique de illa posset verificari pronomen *Hoc*, quippè quæ & existeret in fine propositionis, & fuit unita illis accidentibus in aliqua parte illius temporis, in quo enuntiatur propositio; & tamen non posset dici, quòd illa esset Corpus Christi: Ergo enuntiatio Christi esset falsa, dum dixit: *Hoc esse Corpus suum*. Defacto autem fuit vera, quia in fine ipsius enuntiationis nihil dabatur, cui conveniret pro ullo instanti enuntiationis pronomen *Hoc*, nisi ipsum Corpus Christi. Ità si quis, dum lignum comburitur, diceret: *Hoc est ignis*, eatenus verum diceret, quatenus in ultimo instanti enuntiationis fieret conversio ligni in ignem: At non in casu, in quo lignum, atque a-

deò aliquid significatum per tale pronom
maneret, & non converteretur in ignem
simè Card. Pallavicinus, qui rectè etia
monet, Catholicam Ecclesiam, & Co
collegisse hanc conversionem non ex u
nuntiatione Christi, sed ex multis se mu
tibus. Ait enim id *colligi ex eo, quòd C*
offerebat, verè corpus suum esse dixit: & ta
ticula *verè* non habetur in narratione Ev
Joan. 6. *Caro mea verè est cibus &c.* Quo
est, omnia Christi verba simul accepta e
manentiam substantiæ panis in eodem loc
Accipite, & manducate: Hoc est Corpus
meu, si ibi utrumque esset panis, multò
diceretur ipse panis comedi quàm Cor
quippè solus panis frangeretur, & cont
ilusque verteretur in substantiam alti;
ad naturam comestionis. Item illa verb
nis quem ego dabo, caro mea est &c. Et il
Panis quem frangimus, nonne participatio
ni est? propriè omnia essent falsa, si ibi r
stantia panis: nam verus, & proprius
Christo daretur, & qui in communione
non esset Corpus Christi, sed aliquid al
& Dicastillus num. 126. Amesius cùm
mis fundamentis nihil haberet firmi qu
non veritus est scribere verba in suam Sa
causam oppidò convenientia. *Tam mis*
sa (Sacramentariæ) *egestas, ut auctores*
menti sui pudere. Et certè tantò magis,
tire ausus fuerit contra nubem testium
mis sæculis recenset Bellarm. sequenti c
tra consensum perpetuum Græcorum,
ostenditur cap. 21. His ergo penitus sile
rationes convenientes; cur deberet in
esse substantia, adesse verò accidentia
pite 22. affert Bellarminus, fratribus L
minandas remittit Amesius.

Ad CAPUT XX

CAtholicam veritatem impugnat
pollicetur se in illis tantùm immi
ampliorem adhuc lucem tenebris Pont
stantiationis adferre videntur. Itaque
I. Ait: *Si desit substantia panis, toll*
menti. Bellar. Substantia panis nullate
Sacramenti rationem, cùm non sit sen
rationem Sacramenti exigitur. Amesi
stus benedixit in hujus Sacramenti institut
rationem Sacramenti, sed benedixit substa
go. Resp. Major gratis assumitur, cù
gelio ea habeatur, nec ex Ratione.
Sacramenti rationem pertinet res terrena
illud, ad quod verbum accedit. Sed subs
Eucharistia est illud elementum. Resp. It
falsa gratis assumitur, si de propria, 8
ne Sacramenti sermo sit. Sanè si quis
set substantiam aquæ ab ejus acciden
nec haberet aliam aquam qua baptiza
extremis agentem, quis non saltem fu
lis aquæ speciebus misellum tingeret?
potuisse saltem Christum ità instituere
iam talis ablutio. Quòd verò Amesiu
lib. 1. cap. 18. dicere: *Panem esse rem*
rum quidem est: sed non ideò dicit,
esse de ipsa ratione formali Sacramen
falsum est. Amesius 3. *Species Christ*
(solas, esto:) *sed panem*. Quid hoc
sius 4. *Si panis sit materia, ex qua Sa*
tur, & constat, tum debet necessariò m
nere. Materia enim est causa interna in

& permanens in eodem, ità ut materia sublata effectum ipsum cesset. Resp. Aqua in Cana Galilææ fuit materia ex qua fiebat vinum; nec tamen debebat ipsa manere, sed aliquid ejus; uti & hic aliquid panis, scilicet accidentia manent. Amesius 5. *Analogia debet esse in Sacramento inter rem terrenam, & cœlestem. Et in Eucharistia analogia requirit, ut panis alat, & ex multis granis constet: Ergo ut sit substantialis.* Resp. Sufficit, si naturaliter repræsentet eam rem, quæ verè nutrit. Species columbæ, & serpens æneus habuere suam analogiam, & tamen vera columba, & verus serpens non fuerunt. Amesius 6. *In aliis omnibus Sacramentis est talis analogia, ut res ipsa habeat suam naturalem operationem: quare non in Eucharistia?* Resp. Propter eminentiam hujus Sacramenti, quæ est panis supersubstantialis, & cœlestis terrestrem excludens. Reliqua quæ adhuc multiplicat, per se concidunt ex dictis.

Ad CAPUT XXIV.

I. OBjic. *Transsubstantiationis doctrina fenestram aperit hæreticis illis, qui Christi Corpus phantasticum esse dicebant. Si enim invisibiliter volitat per innumera loca, & modò hic incipit esse, modò illic, quis non suspicetur esse phantasma?* Resp. Nemo ità suspicatur, nisi vel infidelis, vel phantasticus. Experientia ipsa à tot sæculis reclamat ficto huic periculo.

II. Objic. *In confessione Berengarii, De consecrat. distinct. 2. habetur, panem, & vinum post consecrationem esse non solùm Sacramentum, sed etiam verum Corpus & sanguinem Domini, & sensualiter, & in veritate Sacerdotis manibus tractari, & frangi, & fidelium dentibus atteri. Sed de Christi Corpore dici hæc non possunt.* Respondit jam olim σύγχρονος Berengarii Lanfrancus optimè, manere omnino panem, sed cœlestem, non triticeum, mutatum substantialiter in carnem Christi. Numquid absurdum est, Sacramentarios damnatos in dicto Canone, non rectiùs hunc intelligere, quàm ipsi, qui eum condidere Catholici? Optimus interpres verborum quisque suorum.

III. Objic. *Si panis adsit in Eucharistia, falluntur sensus nostri, & falsi aliquid in Sacramento veritatis inest.* Resp. Nihil est falsi in hoc Sacramento; quia accidentia illa significant, naturaliter sub illa specie latere substantiam panis; In Eucharistia autem non naturaliter, sed supra ordinem naturæ fit, ut sub illis accidentibus desit substantia panis. Amesius: *Repræsentatio Sacramentalis hac ratione esset falsa, quia juxta Bellar. cap. 23. analogia Sacramenti in eo consistit, ut illud, quod verè nutrit, & ex granis multis constat, idest, panis repræsentetur.* Ad hæc patet responsio ex responsione ad 1. argument. Replic. 5. Amesius 2. *Omne signum externum hoc pacto videtur tolli; Panis enim deest. Species panis non verè significat panem adesse, neque aliud immediatè potest significare, quàm id, cujus est species; neque ad aliud significandum fuit sanctificata: Nihil ergo videtur significare.* Resp. Neg. assumptum. Species enim panis significat naturaliter adesse substantiam panis, nisi Deus immuret; quod defacto in hostia consecrata fieri renuntiat fides; & hunc adesse *panem verum*, qui de cœlo descendit. Itaque propriè nulla hic est deceptio sensuum, cùm verè videant species, quæ sunt. Dicunt tamen SS. Patres, non propriè, & in rigore philosophico, sensus hic falli, nempè juxta vulgarem loquendi usum, in quo dicimus, falli sensus, quando vident aliquid, quod frequentissimè est conjunctum cum alio prædicato; ac proinde quod præbet fundamentum intellectui opinandi conjunctionem illius alterius prædicari, quæ tamen reipsa tunc non detur. Hæc tamen ipsa occasio falsitatis, quam sensus præbent intellectui in hoc Sacramento, non posset passim permitti à Deo, nisi admonuisset homines de hac re per suam revelationem. Licèt enim repugnet in ordine ad aliquam experientiam brevem, & unius vel alterius, ut ità decipiatur per sensus intellectus; repugnat tamen in ordine ad aliquam experientiam longissimam, & communem, universalem, & uniformem. Ratio, quia cùm auctor naturæ dederit homini sensus, tamquam instrumenta acquirendæ scientiæ, quæ reddat intellectum imperturbabilem, debuit constituere aliquam experientiam sensuum, cum qua implicet contradictionem conjungi falsitatem; Et hæc est illa, de qua jam diximus. Quòd autem in S. Eucharistia locum illa habeat, certum est fidelibus ex Verbo Dei, juxta sensum traditione continua Ecclesiastica explicatum.

IV. Objic. *Quòd in Eucharistia est sub specie panis, & vini, mutationes recipit ex qualibet occasione, quæ pani conveniunt, sed non Corpori Christi. Alteratur, corrumpitur, à muribus devoratur, vermes indè procreantur, comburi potest, & in cineres converti.* Resp. Si mutatio sit sola alteratio, ut calefactio, condensatio &c. tum non requiritur materia, seu substantia: (nam accidentia omnia pro subjecto habent quantitatem;) Si verò sit corruptio specierum, ut in nutritione humana, combustione &c. tum requiritur quidem materia, sed ea substituitur à Deo, in illo ipso instanti, quo desinunt esse illæ species, & in quo aliud generatur; & hoc sine miraculo. Quando enim per alterationem specierum panis eò venitur, ut adsint dispositiones requisitæ ad aliquam formam introducendam, exigente ordine rerum, Deus materiam substituit, & in illo ipso instanti, ab agente naturali, mediantibus dispositionibus præmissis, introducitur forma substantialis. Amesius nullum argumentum efficax inveniens, post verbosam, & cavillatoriam paraphrasim subdit: *Quæ omnia sunt monstrosa commenta ad imaginem transsubstantiationis, & in gratiam ejusdem formata.* Hæc quidem dicit Sacramentarius infidelis: At quomodo probat intentum? Anne Christus nihil nisi juxta naturæ leges consuetas potuit instituere? Ità quidem juxta flagitiosam *Artem nihil credendi*. Cavillatur autem graviter illud unicum. Quod rectè Bellarminus dixit fieri sine novo distincto miraculo, ait Amesius *superare miraculum, cùm nullus sit ordo naturæ constitutus, vel inter agens naturale, & immateriale objectum, vel inter accidentia separata, & materiam novam substantialem; vel denique inter formam, & materiam non præparatam.* Resp. Hæc fore vera, si nullum planè supponeretur miraculum; hoc tamen semel supposito ex fide, quòd scilicet ex positione Corporis Christi desierit substantia panis esse sub speciebus, consequenter ubi hæ ultimò erunt dispositæ, ad aliam formam recipiendam, non minùs connaturaliter reproducet, vel creabit materiam, quàm positis dispositionibus ultimis corporis humani connaturaliter Deus creat, & infundit animam. Quid hic non rationabile, & congruum? Deinceps Scotum inducit Amesius, quem ait, *non dubitasse affirmare, occasionem esse avertendi omnes Philosophos, imò ferè omnes sequentes rationem naturalem à fide Catholica; & propter hæc fidem patere contemptui omnium sequentium rationem.* Resp. Non est hæc affirmatio Scoti, sed mendacium, aut falsificatio sycophantica Amesii, quam Scotus ipsemet solidè profligat. Denique claudit hanc objectionem Amesius misera illa, & puerili toties decantata à Novatoribus nænia: *Scholasticos nihil certi habere de subjecta materia hujus generationis, quæ fit ex Eucharistia.* Quid tum? an ideò substantia articuli non est certa ex eadem fide?

V. Objic. *Accidentia vel species sensibiles panis & vini, non possunt existere sine suo subjecto, quia in se non subsistunt.* Resp. Ad accidentis essentiam non pertinet inhærentia actualis in subjecto, sed aptitudinalis. Amesius 1. *Satis est, si pertinet ad accidentis existentiam.*

Resp.

Resp. Neque ad hanc pertinet neceſſariò, ſed tantùm juxta exigentiam connaturalem. Ameſius. 2. *Quamvis inhærentia ipſa non ſit eſſentia accidentis, principia tamen accidentium propriorum ſunt de ipſorum eſſentia, & illa principia non poſſunt à ſubſtantia ſeparari*. Reſp. Ameſius videtur hic neſcire quid loquatur. Quænam enim ſunt illa accidentium principia? Num fortè ſubjectum, ex quo educitur? aut cauſa efficiens &c.? At quidquid dixerit, ſemper ſufficit, etiam ad exiſtendum (ſupernaturaliter) accidenti, poſſe inhærere ſubjecto. Et confirmatur aſſertio ulterius: Quia accidens eſt prius ſuo ſubjecto. V. Gr. Albedo non eſt talis, quia facit parietem candidum, ſed contrà, ideò facit parietem candidum, quia ipſe in ſe eſt candor. Ameſius: *Mera eſt hæc ſophiſtica, & planè puerilis. Omnes enim norunt, ſubjectum prius natura eſſe ſuo adjuncto, quod ex ipſo fluit, & dependet: Sed quia illa eadem res, quæ eſt adjunctum, ſecundariò habet ſe ad ſubjectum, cui ineſt, ſicut forma accidentaliter informans, idcirco in iſta relatione forma prius eſt formato; ſed neque ſimpliciter, neque ſub ratione adjuncti, prius eſt ſuo ſubjecto*. Reſp. Ameſius puerilem ſophiſticam, quam nobis affingit, ipſe admittit. Verum quidem eſt, ſubjectum poſſibile (h. e. ſubſtantiam) prius eſſe accidente poſſibili; ita ut ſi illud repugnaret, hoc quoque eſſet impoſſibile, juxta illud tritum: *Non entis nulla ſunt qualitates*. At verò hinc non infertur, eſſentiam accidentis non eſſe priorem natura ipſius ſubſtantiæ exiſtentia, ideoque poſſe divinitus illud ſine hac ſeparatim exiſtere. Numquid hoc ipſum Bellarminus ex effato Ariſtot. lib. 3. de anima text. 9. probavit? *Aliud eſt magnitudo, aliud magnitudinis eſſe*. Cur ad hoc obmutuit Ameſius? Sed replicant Sacramentarii: *Accidentia iſta vel ſunt in ſe, vel in alio. Si in ſe: ergo ſubſiſtunt; ſi in alio: ergo inhærent*. Reſp. Sunt in ſe, & non ſubſiſtunt, quia ſunt in ſe negativè, non poſitivè. Nam ideò dicuntur eſſe in ſe, quia non ſunt in aliquo ſuppoſito, & tamen reverà non ſubſiſtunt per actum poſitivum, qualis manat ex naturis ſubſtantialibus: ſic etiam dicuntur eſſe in alio, & non inhærere, quia ſunt in alio, ut in conſervante, non ut in ſubjecto. Ameſius ad hæc convellenda, nullos alios reperit arietes præter conſueta convicia. Ait enim: *Nihil eſſe in hoc reſponſo præter verborum præſtigias, quibus defenditur, riſibilitatem exiſtere poſſe, abſque ullo ſubjecto riſibili*. Reſp. Convicia nec probant, nec ſolvunt argumenta. Demonſtrare oportebat Ameſium, parem eſſe rationem omnino de accidentibus Euchariſtiæ, quæ de potentiis vitalibus; quod è ſana Philoſophia non extundet: Aut etſi hoc gratis detur, tunc eas potentias non poſſe ſeparari.

§. Unico.

Luſtrantur Gerhardina & Titiana.

EX longo intervallo redimus ad Gerhardum, qui in reali præſentia Corporis Chriſti nobis conſentit; adverſatur in tranſſubſtantiatione, quam diſp. 20. à Theſ. 4. uſque ad 31. impugnat; ſed paucula ſunt, quæ commemorari merentur. Quid enim inſulſius, quàm quòd Theſ. 5. & 6. inducit Bellarminum dubitantem: An Scripturæ dicta pro tranſſubſtantiatione tam clara ſint, ut hominem non protervum cogere poſſint? Similiter quod de Durando Theſ. 10. Quod de diſſenſione Scholaſticorum in modo explicandi hoc dogma Theſ. 11. & ſeqq. Piget iis referendis immorari. Quæ verò reſponſum mereri videntur, coincidunt cum Ameſianis.

Titius oſtenſ. cap. 111. ait *certum eſſe. Tranſſubſtantiationem, ſicut nomine nova eſt* (uti de ὁμοούσιος & ὁμοιούσιος olim clamabant Ariani, & Neſtoriani)

& barbara, ita reipſa quoque plurimùm à genuina an
tate abeſſe. Et unde hæc tam certa aſſertio? P
id firmat *ex ſcripto Facultatis Theol.* Witteberge
Deinde ait: *Licèt SS. Patres à Bellarm. recitat*
nem aliquando Corpus Domini vocent, aut panem
ri, converti &c. multùm tamen abeſſe, ut ſubſt
lem illam mutationem illis fuiſſe cognitam evinc
(Quidni enim ope almæ illius, & omnipotentis
meneuticæ fas ſit, ea dicta interpretari de muta
accidentali, ita ut omnino concedatur aliqua
verſio, aliqua mutatio panis, eaque non natur
non ſupernaturalis, ſed accidentalis tantùm.) *I*
ſine dubio veteres illi deſignatum iverunt; quod nos
re faciunt argumenta ab ipſis ſuppeditata, accinente
doctiſſimo Blondello Sacramentariorum inſigni pu
Sed percurramus jam argumenta Titianæ oſtenſ
I. Eſt, *quòd antiqui illi panem conſecratum, pan*
bilominus frequenter appellent: ab uſitato autem ve
ſignificata ſine urgentiſſima neceſſitate recedere nef
Hoc telum invalidum eſſe conſtat ex dictis c
Sacramentarios. II. *Quòd duas res in Euchariſtia*
renam, & cæleſtem agnoſcunt. Sed nullam hinc
plagam Tranſſubſtantiationi, quæ idem agnoſ
cèt non in ſenſu Lutherano-Calviniſtico. III.
mutationem Euchariſticam per ſimilitudines declarent
bus occidentalis longè rectiùs, quàm ſubſtantialis
colligi poteſt. Reſp. Declarationes illæ per ſim
nes in primis non probant æqualitatem per om
conſtat. Deinde certum eſt, eoſdem Patres eti
clarare per ſimilitudinem mutationis ſubſtant
cum converſione aquæ in vinum &c. IV. *Quòd*
chariſtiæ exemplo contra hæreſim Eutychianam argu
tur, tamquam talis ſit mutatio carnis Chriſti in D
tem, qualis eſt panis Euchariſtici in Corpus Chriſti
multos excellentes Doctores ex puriori antiquitate, A
num, Leonem, Gelaſium, Chryſoſtomum *fac*
Concordiæ formula, loco de Cœna Domini obſervavi
Quis non miretur γνήσιον G. Calixti pullum
quiſtico Concordiſta mendicare ſubſidium? At
quidem Concordiſtæ iſtos Patres, nullius tam
ba recitant, niſi S. Juſtini Martyris; qui profe
niſi violentè contra Tranſſubſtantiationem
tur; cùm plùs non velit dicere, quàm caden
tia fieri potuiſſe, ut panis fieret caro, qua
ut Deus incarnaretur. Cæteros Patres ſine d
iam more ſuo explicant in cataſta. V. *Q*
nulli doceant, panem converti in Corpus Chriſti,
ſint, quæ erant; & id diffuſiùs contendit pro
verbis Ambroſii, Theodoreti, & Gelaſii. R
broſius clariſſimè doctrinam Catholicam tr
lib. de iis, qui initiantur cap. 9. *Quantis, a*
exemplis, ut probemus, non hoc eſſe, quod na
mavit, ſed quod benedictio conſecravit? majorem
eſſe benedictionis, quàm naturæ, quia benedict
natura mutatur. Quid clarius? Item lib. 4. de
cap. 4. *Tu fortè dicis, meus panis eſt uſitatus:*
nis iſte, panis eſt ante verba Sacramentorum,
ſeris conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Hæc
dis ſolaribus ſcripta ſunt, nec poſſunt n
Tranſſubſtantiationem, niſi per fidiculas,
leum Hermeneuticæ quodlibeticæ aliud e
tur. Unde nullius momenti eſt, quod cum S
tariis objicit Titius ex loc. cit. *Si tanta vis*
mone Domini, ut ea incipiant eſſe, quæ non
quantò magis operatorius eſt, ut ſint quæ era
aliud commutentur. Nam illa particula: *Ut ſint*
jam ante ſexcentos annos in correctioribus
ribus non habebantur, ut teſtatur Lanfra
iis admiſſis, adhuc commodius ſenſus aſſignat
dem Lanfranco, ut conformis ſit libro de my
dis. Adde, libro de Sacramentis apud L
Calvinianos cenſeri non indubitantes. Vid

Perronium. De verbis Theodoreti res est intricata. Card. Perronius à fol. 499. usque ad fol. 563. Operis de Eucharistia contra Plesseum illa nobis vindicat. Edm. Albertinus vicissim à fol. 774. usque ad 830. cunctis viribus in partes Sacramentarias conatur trahere. Nostri instituti ratio non permittit, ista ultrò citroque librare. Nihil enim causæ Catholicæ præjudicare posset, etiamsi unus, & alter ex antiquis ante ortum hæresis Berengarianæ minùs considératè & rectè scripsissent. Dudum monuit etiam Gregorius de Valentia, itemque Gamachæus. Ut taceam, etiamsi Theodoretus servasset aliquas reliquias de fermento Nestorianismi, (de quo constat eum publico Justiniani Imp. edicto fuisse accusatum,) adeoque minùs congruè scripsisset de Eucharistia, quæ est unum è præcipuis mediis impugnandi Nestorianismum; non debere id videri mirum, aut sollicitos non reddere. Adde, in Dialogo illo noluisse Theodoretum apertè loqui: *Non oportet*, inquit, *apertè dicere; est enim verisimile, ad esse aliquos non initiatos*. Ad quid ergo, nisi ad fallendum captantur obscura, cùm tot suppetant apertissima? De Gelasio denique æquè parum curandum est, cùm nec de authore constet, sitne Pontifex Romanus, an Gelasius Cyzicenus: Græcus, an Latinus. Ipse liber est mutilus, depravatus, & corruptus, ut vix in eo restet vel unus versus purus, & sanus. Riderent nos Lutherano-Calviniani, si auctorem adeò dubium, & librum tam corruptum produceremus, quem ipsi non erubescunt in sui patrocinium urgere. VI. *Quòd Hesychius testetur de suo tempore, quòd si quid panis consecrati reliquum manserit, igne illud cremari sit solitum, id verè per reverentiam Corpori Christi debitam neutiquam facere illi potuissent, si fuissent persuasi, panem transsubstantiari.* Resp. Si Albertinum Sacramentarium legisset Titius, credo quòd tacuisset de eo Hesychii testimonio: *Ex hoc enim* (inquit Albertinus fol. 85.) *quid est quod adversariis* (realem præsentiam urgentibus) *favere possit? Id sanè potiùs illis adversatur, & manifestè innuit, illam non creditam fuisse propriè ac substantialiter Christi sui esse substantivum, sed illam pro ejus signo habuisse*. Dicet Titius, errare in hac illatione Sacramentarium illum; ac potuisse illos credere in actuali usu Eucharistico præsens esse realiter Christi Corpus, etsi non perpetuò, & durabiliter. At quæro ego vicissim: Cur, quæso, veteres illi combusserunt reliquias illas potiùs, quàm alium quemvis panem in vulgari mensa reliquum, si extra ejus usum nihil in eo Eucharisticum crediderunt? Quàm porrò fallatur Titius in sua conjectura, vel ex Algero Berengarii σύγχρονῳ & Antagonista discat. Credebat ille sine dubio firmiter, manere durabiliter sub speciebus Eucharisticis Corpus Christi; & tamen lib. 2. cap. 1. scribit: *Quòd autem à religiosis incendio tradi, & ibi disparere dicuntur ipsa species Sacramentales, non ad indignitatem Christi fit, quasi ignibus exurendus tradatur, (quod impossibile est, cùm sit omnium elementarum Deus;) sed quoties talis indignitas ipsi Sacramento negligenter acciderit, ut horrorem sumenti incutiant ipsa sensibiles species, ignibus traduntur &c.* Similia habet Humbertus contra Nicetam. Guitmundus lib. 2. de veritate Eucharist. ubi talem combustionem sacrificiis, vel *hostiis sordida vetustate perditis*, per Canones Concilii Arelatens. & Aurelian. decretam testatur. Frivolæ prorsus sunt evasiones Albertini, quas hic captat; nec tanti est, quòd unius Paludani sententia, talis combustio censeri debeat *immane* sacrilegium: Alii enim rectiùs judicarunt oppositum; etiam ipse Hesychius. Videantur Card. Bellarminus lib. 4. c. 5. §. tertio loco. Et Card. Perronius fol. 857. Facessat ergo hinc cum leviculis suis argumentis Titius, quibus nec minimum læsit dogma Transsubstantiationis. Sanè reali præsentia Corporis Christi semel in Eucharistia admissa, sequitur illa planè per se, ut agnoscunt quoque Sacramentarii. Ita Cl. Salmasius contra Grotium pag. 516. apertè pronuntiat: *Retorqueri*, inquit, *meliùs, & viviùs* (*doctissimi Lutherani Theologi*) *in illos telum potest. Aut probent nobis Scriptura testimonio quod tradunt, scilicet Transsubstantiationem; aut concedant, suum esse commentum quod credunt. Nam si ad literam accipiantur verba Christi, ut debere accipi contendunt, longè magis doctrinæ Pontificiorum favent, quàm Lutheranæ. Dixit Christus:* Hoc est Corpus meum, *cùm panem traderet: Ergo non ampliùs panis est, sed Corpus Christi, ut ille, qui veritas est, affirmavit &c.* Illustrè sanè testimonium pro veritate Catholica, dum Lutherani nobis veritatem realis præsentiæ ex verbis Christi (quæ Schlusselbergius Lutheranus ait tam *clara, ut nullus Angelus è cœlis, nullus homo in terris possit clariùs loqui,*) Sacramentarii verò Transsubstantiationem nobis ex iisdem adjudicant. Quæ de adoratione, & circumgestatione Eucharistiæ subdit Titius, futilia esse, & per se corruere ex proximè dictis patet. Neque enim puto, ipse Zuvinglius & Calvinus negassent adorationem Christo, si realem præsentiam credidissent, quam Titius partim admittit, partim admittere deberet, si agere (juxta ipsos Sacramentarios) consequenter vellet.

VINDICIÆ

Pro Libro Quarto de Sacramento Eucharistia.

Ad CAPUT II.

AMesius ita quæstionem proponit: *An hostia consecrata, extra usum, in pyxide servata, sit Sacramentum Eucharistia?* Et cum Lutheranis negativam tuetur.

Sed probatur veritas Catholica I. Quia verba Domini: *Hoc est Corpus meum*, priùs dicta sunt, quàm fieret actio manducandi, & bibendi: Ergo ante illam actionem fuit Corpus Domini præsens in Cœna, & proinde Sacramentum confectum. Amesius dato Antecedente (quod malè Calvinus negavit) ait: *Conclusio nihil facit ad rem*. At facit certè ad rem, & veritatem Catholicam, quam efficaciter evincit. Si enim ante dationem, & sumptionem adest Corpus Christi sub speciebus, quidni possit ita asservari? aliò mitti? adorari? &c. Dixit, sed minimè probat Amesius: *Varios esse actus particulares, qui concurrunt ad Sacramentum; ac proinde hoc est in fieri, ab initio ad finem eorum existens quasi incompletè*. Petitur apertè principium: Habet quippe se S. Eucharistia ut panis, ad cujus essentiam nec pistio, nec manducatio requiritur.

Probatur II. Quia Sacramentum Eucharistiæ, & præsentia Corporis Domini durant toto tempore, quo fit sacra Cœna, sed inter unam actionem, & aliam, intercedere potest tempus. An ergo perseverat Sacramentum inter duas actiones, an non? Si non, ergo non toto tempore Cœnæ adesset Corpus Domini; quod est contra Adversarios: Et insuper oporteret Christi Corpus tempore Cœnæ sæpiùs accedere, & recedere, quod est omnino ridiculum: Si ita; habetur intentum. Hinc ulterius infertur: Perseverare Sacramentum in eo tempore, quod est interjectum inter distributionem, & manducationem: si quis velit aliquantulum hærere ante manducationem: Ergo similiter, etsi differat manducationem in alterum diem, mensem &c. Negat Amesius sequelam, *quia*, inquit,

inquit, *interstitium hujus, aut illius actus, non interrumpit moralem totius actionis perfectionem: sed tota celebratione peracta, quod in dies, menses &c. in pyxide servatur, nulla pars est illius actionis; & proinde non est Sacramentum*. Resp. Frustrà hæc dicuntur, nisi ex S. Scriptura probetur: Hoc Sacramentum in actione transeunte consistere. Semper ergo mendicat principium Amesius. Sed

Objiciunt: *Sacramentum non est, nisi quatenus institutio Domini in eo servatur: Sed Dominus instituit usum præsentem Eucharistiæ, non hostiam in pyxide conservandam: Ergo hostia in pyxide conservata non est Sacramentum*. Resp. Minor falsa est de usu actuali Eucharistiæ; ita ut Christus voluerit consecrationem hostiæ, quæ non sit mox absumenda, nec voluerit eam esse Sacramentum. Sufficit enim juxta institutionem Christi, consecrationem fieri ob manducationem, sive mox, sive post faciendam. Quòd si Sacerdos consecraret, non ad finem manducationis, illicitè quidem, validè tamen faceret. Ratio est: quia institutio Christi non complectitur tantùm essentiam Sacramenti hujus, sed etiam usum. Consecratio ad Sacramentum faciendum pertinet, distributio & manducatio ad usum. Res autem non pendet quoad esse suum ab usu. Itaque sicuti, etsi quis faceret sedem, non ut ibi sedeatur, sed ut in spectaculo exhibeatur, adhuc erit verissima sedes; sic & SS. Sacramentum, non desinit esse Sacramentum, licèt nemo illo utatur ad id, ad quod est institutum. Amesius quàm est hic prodigus verborum (quæ piget exscribere) tam inops est firmæ rationis: *Jusserit Dominus discipulos facere, quod fecerunt: Jusserit nos etiam facere, quod in prima Cœna factum est: Jusserit manducationem conjungi cum benedictione, & acceptatione: nihil verò jusserit, aut indicaverit de reservatione*. Quid his omnibus datis contra nos concluditur? Anne obligamur omnes circumstantias servare? sedentes ad mensam, post pedum lotionem, post fractionem panis &c. sumere Eucharistiam? Substantiam rei instituit, & (in sano sensu) etiam jussit: hæc impletur à Sacerdotibus principaliter in ipsa actione sacrificandi; à cæteris sufficientissimè, si quovis modo & tempore ac loco decenter de eo sacrificio participent.

Ad CAPUT III.

OBjic. *Si Baptismus cum cæteris omnibus Sacramentis à Pontificiis introductis consistit in usu, ut ex Scoto, & Vasquezio constat, magnum certè præjudicium affert permanentia Eucharistiæ extra suum usum, quod repugnet communi naturæ Sacramenti, quæ non minùs Eucharistiæ, quàm cæteris speciebus debet convenire*. Respondeo, Si agere velint adversarii præjudiciis, & præsumptionibus, profectò stant hæc vel maximè pro nobis, uti ex universali praxi Ecclesiæ constat. Si de re ipsa agatur, negari non potest, potuisse Christum signum effectivum gratiæ etiam permanens instituere, quæ enim in hoc vel umbra contradictionis, aut inconvenientiæ? Unde apertè falsum est, quod assumit Amesius, repugnare permanentiam naturæ Sacramenti: unde in vanum porrò verba multiplicat; nec operæ pretium est, in re tam manifesta diutiùs hærere.

Gerhardus paucula etiam tribus, aut quatuor Thesibus ex ipso Bellarm. objicit, sed nullius penitùs momenti. Solùm noto paradoxum illud in Th. 37. quo ait: *Cibum non dici, nisi qui actu comeditur*.

Ad CAPUT IV.

CAtholicam veritatem roborat etiam continu
vetustissima Ecclesiæ praxis, ex testimoniis
Clementis, Justini, Irenæi, Tertulliani, Cypria
Concilii Nicæni, Basilii, Nazianzeni, Ambro
Chrysostomi, Hieronymi, Cyrilli &c. quæ sunt
perspicua, ut negare non fuerint ausi, sed ear
Calvinus, Martyr, & alii Sacramentarii. Am
verò maluit hanc exploratissimam praxin altis
silentio præterire; quæ etiam sola nos contra N
tores ita tuetur, ut licèt nulla alia ratio (cùm
efficax sit illa à Bellarm. superius assignata) su
teret; jure tamen dicere possemus, insolentissim
fantæ esse Adversariorum impudentiam, qua a
damnare, quod tota per orbem semper frequen
Ecclesia.

Ad CAPUT VI.

CIrca quæstionem: Quid propriè sit Sacrame
Eucharistiæ, stat ex parte Catholicorum
I. Assertio: Consecratio Sacramentum dici p
quatenus Sacramentum accipitur pro omni sig
sacræ, sed non prout vel strictiùs accipitur pro
rei sacræ sanctificantis animam, vel strictissimè
gno non solùm significante, sed etiam efficient
mæ sanctitatem. Amesius 1. Distinctio *hæc nullum*
fundamentum. Resp. Hoc sine fundamento &
tione asseritur. Amesius 2. *Consecratio (ex Be*
ni sententia) est forma Sacramenti strictissimè su
Ergo consecratio est pars essentialis ejus: Respo
In fieri certum est quod ait Amesius: In fact
verba consecrationis dicuntur à multis forma n
moraliter: alii non malè negant. Vide
disp. 42. sect. 3.

II. Sumptio Eucharistiæ, Sacramentum dici
quatenus est signum rei sacræ sanctificantis an
sed non ut causa sanctificationis. Amesius:
Christi, est causa sanctificationis. Joan. 6. vers. 51
applicat Christum, & virtutem ejus: Ergo sumptio
ristiæ externa non est sumptio Christi. Distinguo I
Non est sumptio Christi sacramentalis, & sp
simul, Concedo Consequens; Non est sump
cramentalis tantùm, nego.

III. Sola species panis & vini non habet i
Sacramenti rationem. Amesius: *Ne partialem*
Resp. Hoc dicit, sed non probat Sacramenta

IV. Corpus Domini & sanguis sine ordine
cies non habent rationem Sacramenti. Amesi
que ordinem habent talem, nisi ex placito hominum
Ex Dei-hominis placito id esse, probatum e
perioribus.

V. Etsi tam species panis & vini, quàm C
sanguis Domini ad essentiam Sacramenti Euc
pertineat: ratio tamen Sacramenti magis
speciebus, ut continent corpus, quàm Corpo
sti, ut est sub speciebus, Amesius 1. *Corpus*
nullo modo potest esse de essentia signi Sacramenta
res est significata, & species panis & vini nullo n
apta ad significandam, nedum ad efficiendam
Respondeo, Neg. Assumpt. Satis enim est i
sensibile ratione specierum, cum quibus un
dammodo constituit; uti & fit in contritio
ctu pœnitentiæ. Amesius 2. *Neque Corpus*
consecratur; neque ullo verbo institutionis sancti
species ad usum Sacramentalem. Resp. Prius
quiritur; posterius est Sacramentariorum
tum. Amesius 3. *Nihil pertinet ad essentiam*
præter causas essentiales. Sed nec species, nec
vel materia, vel forma signi sacramentalis:

pertinent ad essentiam ejus. Resp. Neg. Min. Comparantur enim species & corpus inter se ; vel ut partes integrantes (juxta aliquos, qui verba consecrationis moraliter permanentia dicunt esse formam ;) Vel (melius juxta Suarez, & alios,) ut materia & forma ; sive quòd Corpus Christi sit instar formæ, species quasi vivificans & sanctificans ; sive quòd sit instar materiæ. Cùm enim succedat substantiæ panis, dici potest, hic quodammodo intervenire compositionem ex accidente & subjecto ; in qua compositione : (uti sæpè in aliis artificialibus compositis etiam accidit,) id quod se habet per modum materiæ, est nobilius.

VI. Ratio Sacrificii, nec non pignoris, & alimenti Divini, magis convenit Corpori Domini, ut est sub speciebus, quàm speciebus, ut continent Corpus Domini. Amesius : *Manifestam contradictionem implicat, ut species sint magis Sacramentum, & corpus sit magis pignus, aut alimentum Sacramentale ; quia ratio, & vis Sacramento hujus consistit in obsignando, & alendo*. Respondeo, Commentum musteum de obsignatione Sacramentorum suo loco excussum est. Nec umbram verò contradictionis habet, quòd id quod est sensibile per se in hoc composito Divini artificii, habeat magis rationem signi Sacramentalis ; id verò quod est res pariter, & Sacramentum, magis sit pignus & alimentum. Tota lis potest hic esse de modo loquendi : de re constat juxta Catholicos.

Ad CAPUT XI.

Sicco pede hæc transvolat Amesius : *De panis qualitate* ait, *se non contendere, si modò verus, & solidus panis sit ; quod de hostia Papistarum vix posse affirmari* calumniatur. *De aquæ particula vino miscenda, etiam non curat, negat tamen, religionem, cultum, aut cæremoniam aliquam in ejusmodi esse collocandam*. At affirmant jam ab initio Ecclesiæ Christianæ, Concilia, & Patres, qui & testantur, Christum ita fecisse. Cur ergo hic Sacramentarii, ab institutione Christi deflectunt? Nempe quia non exprimitur in Evangelio !

Ad CAPUT XII.

De forma dicit Bellarminus : Ecclesiam Catholicam magno consensu docere, illa sola verba : *Hoc est enim Corpus meum*. Et : *Hic est enim calix sanguinis, &c.* pertinere ad formam hujus Sacramenti, & esse consecratoria. Opponit Amesius ex Joanne de Rada varias Theologorum opiniones de hoc, & subdit : *Conclusio Scoti, & ipsius Joannis de Rada est* : De verbis consecrationis calicis præcisis, non est omnino certa Ecclesia Romana. Sed vel cavillatur Amesius, vel non intelligit, quomodo differat, pertinere ad essentiam, & ad integritatem formæ ? In hoc ait Bellarminus convenire omnes ; in illo, non dicit, sed contrarium ipse indicat.

Ad CAPUT XVII.

De *effectu Eucharistiæ, & de præparatione ad Communionem*, inquit Amesius, *quæstionem hujusmodi formas Bellarminus* : Utrum ad dignè communicandum requiratur, ut homo non habeat conscientiam peccati mortalis ? *Suos dicit omnes docere : Eucharistiam non remittere peccata ejusmodi, quorum homo conscientiam habet, & ideò requiri, ut antea purgentur : contrariam sententiam tribuit nobis* (Lutheranis, & Calvinistis ;) *sed non vult intelligere Bellarminus, quomodo peccatorum remissio exhibetur in Sacramento, tanquam in obsignante sigillo ; hac enim ratione possunt remitti peccata antè remissa*. Resp. Commentum hoc jam suprà excussum est. Quæro hic modò, quomodo potest remitti, quod antè remissum est, si (ut Sacramentarii contendunt) non potest produci, quod jam productum existit ? Amesius 2. *Non distinguit Bellarminus inter conscientiam peccati pœnitentem, & impœnitentem. Nos enim ne illa quidem peccata in Sacramento remitti credimus, quæ Pontificii venialia vocant, si quis accedat cum conscientia eorum impœnitente*. Resp. Conscientiam peccati mortalis habet omnis ille, qui illud per contritionem unà cum absolutione Sacramentali (si habeat copiam Confessarii) non delevit. Si desit hæc, præmitti debet contritio perfecta, nec sufficit qualiscumque pœnitentia aut detestatio peccatorum mortalium.

Ad CAPUT XXI.

Catholica assertio est : Totus planè Christus in specie panis, & totus in specie vini continetur ; non tamen vi Sacramentalium verborum, sed per concomitantiam. Amesius : *Non sequitur præsentia totius Christi ex præsentia unius partis, si vera sunt quæ Bellarm. cap. 4. dixit : Corpus Christi posse à se dividi respectu loci &c. Potest enim simili ratione Corpus esse in uno, & sanguis in alio loco, & anima in tertio &c.* Resp. Posset ita absolutè fieri ; sed defacto ut non contingat, obstat decretum Dei, quo vult impartibilem, & indivisum semper manere Christum post Resurrectionem. Sed videamus lepidam demonstrationem, qua se putat obtruncare Bellarminum. Amesius inquit : *hic fatetur, vi verborum Sacramentalium totum Christum non esse præsentem sub specie panis : fatetur simul, non esse Christum totum ibi Sacramentaliter præsentem. At Thomas cum Thomistis docet, unum Corpus non posse esse in duobus locis, nisi tantum Sacramentaliter. Ex quibus duabus præmissis necessariò concluditur, totum Christum non esse realiter præsentem vel sub specie panis, vel sub specie vini*. Resp. Non est hæc demonstratio nisi cavillationis, aut delirii. Major propositio non est Bellarmini, sed ei ab Amesio afficta. Subsumptum est quidem Thomistarum, sed illud Bellarminus cum cæteris plerisque repudiat. Quamvis verò utramque præmissam admitteremus, non video tamen aliud ex iis colligi, quàm abortionem ingenii. Sic enimverò ratiocinari oportebat : Christus non est præsens Sacramentaliter vi verborum sub specie panis sola, sed simul per naturalem concomitantiam : Ergo illa præsentia Sacramentalis sub una tantùm specie, non est ita perfectè Sacramentalis, seu repræsentativa, sicut sub utraque simul specie : Ergo nihilominus realiter est utrobique totus Christus præsens, sive sub alterutra, sive sub utraque specie.

Ad CAPUT XXII.

Asserunt Catholici : S. Eucharistia, ut est pignus amoris, potest optimè in quavis specie conservari, cùm in quavis exhibeatur Christus præsens : Ad rationem verò sacrificii perfectam utraque species est necessaria : Ut sic enim significat Christi passionem : Sola autem species panis non repræsentat exactè Christum ut mortuum, nisi ab altera parte conspiciatur sanguis ut effusus. In qualibet tamen specie invenitur tota essentia, ac ratio Sacramenti, ità ut hostia consecrata, ut à laicis sumitur sine specie vini, absolutè, verè, & propriè dici debeat Sacramentum Eucharistiæ. Objicit Amesius *confessionem Scholasticorum antiquiorum*, Alensis, Bonaventuræ, Durandi. Sed hi loquuntur de ratione usquequaque perfectè repræsentativa, uti de sacrificio dictum est. Cur ne conatus quidem est solvere probationem Bellarmini Amesius ? Ea planè convincit intentum. Nam in quolibet Sacramento requiritur significatio, & causalitas:

tas : Hæc autem utraque reperitur in specie panis, vel vini seorsim; Duplex significatio, scilicet internæ refectionis, & unionis fidelium inter se, & cum Christo, in qualibet specie relucet esse minùs perfectè, quàm sub utraque simul. Efficientia verò tam bene est in una, ac in utraque specie, cùm ea nascatur ex ipso Christo sub illis contento. Christus autem idem totus est sub una, sicut sub utraque specie. Adde, quòd quælibet species habet propriam materiam, & formam, propria actione, & consecratione efficitur, nec ullo modo, ut Sacramentum sit, una species pendet ab alia. Hæc ratio manet immota, nec ausus est eam attingere Amesius.

Ad CAPUT XXIII.

BEllarm. Non major utilitas percipitur in communione sub utraque specie, quàm sub una. Hæc assertio non est nisi probabilis; opposita enim, quam etiam Amesius ex Alensi opponit, & quam tuetur Cardin. de Lugo, etiam probabiliter sustinetur. Illud verò certum est, quòd ejus fructum, quem Lutherani, & Calvinistæ in Sacramentis quærunt (id est excitationem, vel confirmationem fidei) non minùs percipiant, qui sub una communicant, ac qui sub duabus. Utramque enim vident, & sic excitatur apprehensio & fides meliùs, quàm per ipsam manducationem. Catbolici verò ex qualibet specie percipiunt tantùm ejus fructum, quantus ad salutem est necessarius. Licèt verò plus gratiæ, & fructus ex utraque specie, quàm ex una tantùm caperetur, non propterea opus esset, vel expediret, ut omnes utramque sumerent. Ratio est : quia ex duobus malis semper est eligendum minus malum : Minus autem est, ut aliqui careant bono non necessario, quàm ut Sacramentum divinissimum evidenti periculo irreverentiæ exponatur. Amesius : *Non opus est igitur, neque expedit, ut omnes omnem illam gratiam recipiant, quam Deus in Sacramentis offert*. Resp. Certè opus non est : unde enim tale præceptum? deberent alioqui omnes quotidie communicare, & quidni etiam sæpiùs in die? Ad populum phaleras!

Ad CAPUT XXIV.

COmmunionem sub una specie non pugnare cum Christi mandato, patebit ex solutione argumentorum Lutherano-Calvinianorum. Interim suadetur 1. ex figuris S. Eucharistiæ, ut ligni vitæ, agni Paschalis, Manna &c. 2. Quia Joann. 6. Dominus non semel, sed quater, unam speciem sufficere docet ad salutem. Item exemplo suo idem comprobavit Dominus Joan. 6. ubi multiplicavit panes sine potu : & Luc. 24. cùm in Emaus in pane solo sine calice Eucharistiam celebravit. Similiter Actor. 2. vers. 42. *Erant perseverantes* in communicatione *fractionis panis* &c. Ubi negari non potest, quòd agatur de Eucharistia. Hæ conjecturæ probabiles potiùs sunt, quàm argumenta convincentia, fateor : sed & adversarii vicissim nihil afferunt è Scriptura, quo eas elidant. Nullius certè momenti sunt hic evasiunculæ Amesianæ.

Confirmatur porrò assertio nostra I. ex testimonio veteris Ecclesiæ, quæ sine dubio nihil contra expressum Christi mandatum egisset. Numquam enim reprehendit communicantes sub una, cùm non ignoraret, id apud aliquos in usu esse; ut patet in Manichæis, qui tamen numquam ideò à SS. Epiphanio, Augustino &c. erroris arguuntur : Et S. Leo M. ad illos deprehendendos jussit dari sub utraque, Unde manifestum est, licuisse passim antè communicare sub una. Idem patet ex ritu asservandi hoc

Sacramentum, ex communione domestica, item
infantium, & ægrotorum, ac ex præsanctificat
quæ etiam semper apud Græcos, & Orientales
tata fuit. Et hæc omnia silentio suo videtur ap
basse Amesius.

Confirmatur II. ab incommodis. 1. est impossib
tas (moralis) implendi eam legem in locis, ubi
populus valdè numerosus, & unus tantùm Sacerd
Nusquam autem exstat vestigium ejus usus, ut c
secrarentur calices plures, aut in uno vastissim
Certum autem est, non potuisse repeti in ea
actione sæpiùs consecrationem. Unde ridiculum
quod ait Amesius : *Ecclesia illi, quæ commodè pote
uno Pastore doceri, potest etiam ab eodem calix adi
strari*. Ritu Lutherano-Calviniano quis dubitat
juxta Ecclesiæ antiquam praxim quomodo comn
fieret? 2. Est periculum irreverentiæ SS. Sacra
ti, quam semper antiquissima Ecclesia etiam st
sissimè cavit : in effusione autem sanguinis est ho
riculum majus. Amesius refundit hic mera conv
& calumnias. *Hoc*, ait, *non esse reverentiam, sec
titiam, superstitionem, & sacrilegium*. Addit : *P
sa planè est illa reverentia. Docent enim* (Pontif
Corpus & sanguinem Christi posse (physicè scilicet
per nefarium sacrilegium) *ad opus flagitiosum per
dum applicari; posse à sceleratis hominibus, imò
bus, & porcis devorari; posse per vomitum ejici, &
tò sumi : & tamen omnia ista nefanda commenta, ex
(scilicet) reverentia, removent fidelia Christi men
sanguinis ejus communione sacramentali*. Quid hoc
si blasphemias in universam etiam vetustissimam
sti Ecclesiam evomere, cùm nihil aliud suppetat
novitatem erroris Sacramentarii seductis popul
suadeant? Multi abhorrent à vino, & vel r
abstemii sunt, vel educatione, ut in calidis
nibus. Amesius : *Si qui sunt, qui non possunt
gustare, Deus illos exemit à lege communi*. At ub
scriptum est? Colligo, inquies, id ex æquitat
gislatoris. Verùm cur non potiùs colligis e
dentia ejusdem, legem S. Communionis ita l
ut quoad substantiam possit ab omnibus ubiq
servari? Quod idem quoque dicendum ob q
incommodum, quod est summa penuria vin
nonnullos populos, ut vix ad Sacrificium su
quam cùm ipse Philippus Melanchthon ju
sufficientem esse causam, ut substituatur vi
dromeli, quantò rectiùs dicitur, ad subst
præcepti non pertinere, nisi alterutram speci
ptionem?

Ad CAPUT XXV.

I. OBjiciunt hæretici : Joan. 6. *Nisi mandu
carnem & biberitis sanguinem. Si hic a
Sacramento Eucharistiæ, ut Bellarm. antea volui
certè necessitas utriusque speciei, istis verbis n
probatur*. Respondeo, Minimè probatur, quia
cepti non in modo sumendi, sed in re qu
tur consistit; sub una quippe sola specie v
sumimus corpus integrum, & sanguinem C
propter necessariam utriusque concomitant
Corpore vivo Christi. Unde & Christus
vers. 52. 58. & 59. de solo pane idem dicit
vers. 54. dixerat de Corpore, & sangui
Apostolus expressè id declaravit 1. Cor. 11.
*Quicumque manducaverit panem hunc, Vel biberi
Domini indignè*. Nec obstat, quòd juxta no
mentalis Communio præcipiatur : Est enim etiam
specie Sacramentalis, etsi minùs perfectè rep
tiva; quod ad præceptum nihil attinet.

II. Objic. Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes*.
Hoc dictum est solis iis, qui tum ad mens

Christo sedebant; quod S. Mateus apertè testatur his verbis: *Et biberunt ex eo omnes*. Cætera fingit Amesius ex suo cerebro.

III. Objic. Luc. 22. vers. 19. *Hoc facite &c. Faciendum est in omni celebratione, quod in prima cœna factum: Sed tum in utraque specie omnes communicabant: Ergo*. Resp. Major universaliter de omni actione, & circumstantia, ac modo, quæ in Cœnæ institutione reperiuntur, intellecta, manifestè falsa est, ut suprà ostensum: alioqui semper oporteret Cœnam assidendo, post lotionem pedum, in fracto, & azymo pane &c. sumere. Verbo, mandatum Christi de Communione, est circa formale, non circa quodvis materiale. Illud autem est participatio Corporis, & sanguinis Christi Sacramentalis: Unde evanescunt omnia, quæ hìc comminiscuntur Calixtini Novatores.

IV. Objic. 1. Corinth. 11. vers. 23. *Paulus nihil tradidit Corinthiis, quod non accepit à Domino: Sed tradidit Corinthiis, utramque speciem ab omnibus communicantibus esse sumendam; Ergo*. Resp. Minor illa gratis sine ulla probatione subsumitur de præcepto. Nusquam eam Apostolus tradit: imò vers. 27. alternativam sumptionem haud obscurè insinuavit. Vanè igitur hic verba multiplicat Amesius, & nonnulla Bellarmini dicta more suo truncando enervat. Sanè quidquid contra Lutherum, & Chemnitium eo loco disputat Bellarm. nec tantillum quatit. Quàm insulsa cavillatio est E. Gt. cùm isti dicto Bellarmini (In nullo auctore hæc verba: *Ego tradidi vobis*, significarunt unquam, Ego præcepi, seu imperavi) opponit ipsum *Bellarminum dicentem, tradere præceptum, idem esse, quod præcipere*. At quis dixerit, idem esse tradere, quod tradere præceptum? Omitto similes cavillos.

Ad CAPUT XXVII.

I. OBjiciunt hæretici: *Christus instituit Cœnam sub duplici specie: Ergo sub duplici sumenda est; alioqui tantùm erit pars ejus*. Resp. Si propriè, & secundùm Evangelium loqui velimus, Cœna Domini non constat nisi ex una specie. Nam Luc. 22. sic legimus: *Cœnantibus illis, accepit Jesus panem &c.* Et post multis interjectis: *Similiter & calicem postquam cœnavit*. Et 1. Cor. 11. *Similiter & calicem postquam cœnavit*. Itaque in Cœna non dedit nisi Eucharistiam sub specie panis, quæ propriè respondet Cœnæ Judaicæ, & agno Paschali: Post cœnam autem dedit calicem. Unde & Cyprian. serm. 5. de lapsis dicit: Calicem offerri solere præsentibus post solemnia expleta. Deinde etiamsi Cœna Domini utraque specie constaret; tamen quia quælibet species continet rem utriusque speciei, tam integra Cœna ex una specie, quam ex duabus esset: sola enim differentia esset in vasis, quibus inferantur cibi. Pertinent tamen duæ species ad integritatem, & perfectionem Sacrificii &c. Contra hæc ex Evangelio planè deprompta non grandinat tantùm convicia, sed etiam tonat, ac fulminat Amesius: Post triadem mendaciorum, ait 4. *Impudens est, & detestanda assertio, quæ nemini unquam, nisi Bellarmino venit in mentem; & cui multies à Pontificiis, & ab ipso Bellarmin. contradictum fuit, & reclamatum, secundùm communem sensum omnium Christianorum &c.* At verè dudum notavit Maldonatus in cap. 26. Matth. vers. 26. *Nullus in sacris locus est, ubi hoc Sacramentum Cœna vocetur. Sine Scriptura auctoritate, sine veterum exemplo, sine ratione, nullo judicio Cœnam vocant -- Numquam Cœna, nisi à novis hæreticis est vocata*. Cur Amesius non ostendit vel unicum pro contrario usu? Si non potuit, cur in re aperta calumniatur verissimum dictum? Verissimum ergo manet, instituisse Christum Eucharistiam, ut Sacrificium est, sub bina specie; ut Sacrificii hujus participatio est, permisisse liberum, ut sub alterutra vel utraque fiat.

II. Objic. *Dominus calicem omnibus præsentibus dedit. Apostoli quoque omnibus dabant*. 1. Corinth. 12. vers. 21. & 12. vers. 13. Resp. Apostolus loco citato nihil vel ad speciem tale tradit. Christi exemplum (vel etiam Apostolorum) faciunt rem licitam & bonam, non verò præceptam. Amesius: *Exemplum Christi, & Apostolorum est nostrum exemplar. Exemplar autem rei faciendæ probat rem esse præceptam, & necessariam*. Resp. Actiones Christi sunt ita exemplar nostrarum, ut tamen non nos obligent ad omnes, & singulas, & eodem planè modo ponendas: alioqui innumera absurda forent admittenda, ut per se patet. At instat Amesius: Juxtà Bellarm. lib. 4. cap. 7. *non potest dubitari, quin illud sit melius, & faciendum, quod Christus fecit*. Resp. Verum hoc est per se loquendo, & cæteris paribus; nam universaliter quoad omnia, ob variationem circumstantiarum debent omnes fateri, non esse melius, cùm ne quidem possibile sit. Et hoc ipsum in præsenti abundè servatur in Sacerdotibus, semper sub utraque specie communicantibus post Sacrificium à se oblatum.

III. Objic. *Testamentum Domini corrumpunt, qui laicis negant sanguinem Domini*. Resp. Neg. Assumpt. Quia sanguis Domini datur etiam sub specie panis. Sacramentarii auferunt totum, nuda Symbola miseris ostentantes. Amesius: *Hoc ipsum est violare Testamentum Domini, in una tabula involvere, quod ille voluit in duabus explicare, ad majorem suorum ædificationem*. Resp. Voluit explicare in duabus tabulis per Sacrificia, ita præcipiendo Apostolis, eorumque Successoribus; quoad communicantes non item.

IV. Objic. *Tenentur omnes mortem Domini commemorare, dum Sacramentum hoc percipiunt* 1. Corinth. 11. *Ergo tenentur carnem, & sanguinem Domini seorsim sumere in duabus speciebus*. Resp. Non sequitur. Dupliciter enim commemoratur in Sacramento Christi mors. 1. per repræsentationem, & significationem. 2. per memoriam, & narrationem. Priori modo fit consecrando, & offerendo Eucharistiam Deo; posteriori autem, manducando, & bibendo: ad priorem, non ad posteriorem utraque species est necessaria. Ineptè negat Amesius, commemorationem mortis Christi posse esse sine explicita repræsentatione sanguinis è corpore effusi. Tria reliqua, quæ Bellarmino affingit, sunt apertæ calumniæ, ut conferenti utriusque verba, & intelligenti patebit.

V. Objic. *Si potest laicis tolli pars Eucharistiæ, tum etiam pars Baptismi*. Resp. *Tolli potest pars integralis, nulla verò essentialis. Amesius: Materialis, & integralis pars est pars essentialis: Materia siquidem est pars essentiæ*. Ergo si Sacramentario abscindatur pes, perit totus homo, quia ablata parte integrali, ablata pariter est essentialis quoque. O stupendam sapientiam!

VI. Objic. *Si potest tolli calix, tum & panis*. Hoc nempe sine ulla probatione infertur, virtute almæ illius quodlibeticæ Luterano-Calvinisticæ!

Ad CAPUT XXVIII.

GErhardina hìc loci collectim referre visum est.

Th. 56. sic arguit: *Juxta Bellarminum Res Sacramenti à Deo sunt determinata, ut non liceat quidquam in illis mutare, multò minus omittere. Jam verò ad rem Sacramenti Eucharistiæ pertinet etiam vinum: Ergo nulli licet vini in Eucharistia distributionem omittere*. Resp. Hoc argumentum nimis, & ideò nihil probat; sicut & illud Th. 68. 69. 72. & 90. Sic enim (contra omnes,) abstemii essent Eucharistia privandi. Minor itaque falsa est: neque enim vinum est res Sacramenti;

imò

imò ne Sacramentum quidem, sed ejus species unà cum Christi Corpore.

Thes. 18. ita colligit: *Illud sacramentaliter sub specie panis accipimus, quod vi verborum Christi est sacramentaliter pani præsens, & vice versa. At Corpus Christi, non sanguis, est sacramentaliter pani Christi præsens; quia vi verborum non est in specie panis, nisi Corpus: Ergo Corpus Christi, & non sanguinem sub specie panis sacramentaliter accipimus.* Resp. Major falsa est in sensu Gerhardi, quo intelligit, illud solum esse præsens. Nam etsi una eademque actione formaliter vi verborum præcisè non fiat præsens sanguis, fit tamen præsens realiter vi ejusdem actionis, quæ non nisi totum Christum ponit. Hinc etiam solvitur cavillatio Th. 74. & 75. ac propositio, quam Th. 77. assumit, nempe (*Cujus præsentia Sacramentalis ex verbis Christi, Accipite, hoc est Corpus meum, probari nequit; ejus perceptio Sacramentalis ex iisdem probari minimè potest*) falsa est. Quia etsi vi verborum præcisè nequeat probari, probatur tamen vi concomitantiæ naturalis infallibilis. Eandem cavillationem sæpiùs admittit Gerhardus, eò quòd non advertent, posse vi actionis sacramentalis unius indivisibilis, esse res omnes illas præsentes realiter, quæ cum illa re, quæ verbis præcisè, & formaliter significatur, habent infallibilem connexionem.

Thes. 83. & 88. insignem cavillationem admittit, dum ex eo, quod Bellarm. sub certa hypothesi dici posse admittebat, Gerhardus, ut simpliciter affirmatum ponit, & hinc infert: Communionem sub una specie nullam conferre gratiam. Loquitur enim Bellarm. in casu, quo quis communicat sub utraque, dici tunc posse, gratiam non conferri, nisi sumptione utriusque speciei absoluta: Gerhardus autem absolutè ad omnem casum, etiam quo quis communicat tantum sub una specie, id detorquet. Hoc an flagitiosum, vel puerile sit, Titius definiat.

Thes. 198. *Juxta Bellarm. Nazaræi non bibebant vinum, ideoque non est credibile, contra votum suum eos bibisse vinum. At juxta eundem Bellarm. vinum Eucharisticum transsubstantiatur in Christi sanguinem: Ergo si Nazaræi credidissent hoc ipsum, sine scrupulo, calice Eucharistico fuissent usi, quippe in quo fuisset merus sanguis.* Sed hæc Gerhardi frigida cavillatio perfrigida. Nam non propter substantiam abstinebant Nazaræi à vino, sed quia inebriandi vim habebat; quam retinent etiam species accidentales, à substantia separatæ.

Thes. 111. sic argutatur: *Græci ad hunc diem servant Sacramentum per integrum annum, teste Bellarmino. At Græci communionem sub utraque specie statuunt esse necessariam: Ergo ex asservatione communio sub una specie probari nequit.* Respondeo, Subsumptum illud est Gerhardi commentum: Numquam verò in hoc Latinos reprehenderunt; & certissimè constat, eos unam speciem asservare, adeoque præsanctificatis illis uti tam pro ægrotis, quàm pro feria sexta in Parasceve.

Th. 112. ait: *Bellarminus improbat communicationem infantium; quomodo igitur ex ritu, institutioni Eucharistiæ minus conformi, & ab Ecclesia abrogato, communio sub una specie probari queat?* Infantilem esse hanc argutationem Gerhardi, an Titius negare ausit? Bellarmini assertio est: Veteres certis de causis (non illegitimis sanè) infantibus Eucharistiam instillasse. Cur hinc non inferatur licitus usus unius speciei, etsi sequentibus temporibus visum sit, præstare, ut non nisi ratione utentibus S. Eucharistia ministretur? id quod melius est, supponit alterum bonum.

§. Unico.

Titiana lustrantur unà cum Calixtinis.

G. Calixtus An. 1643. evertere unius specie
supremo conatu laboravit in tract. de eo arg
to; cui sequenti anno in Vindiciis Catholicis
sui sect. 5. 6. 7. & 8. quibus acquievisse Calixtu
est. Hoc mortuo, G. Titius An. 1658. in sua
sione summaria cap. 5. post tria lustra suo Pra
ri tulit suppetias, & quidem oppidò exiles, &
bes. Nam dissimulatis omnibus aliis (quæ p
meritò pro ratis habentur) quatuor tantùm
pla, vel Ritus, è quibus Catholici probant
communionem unius speciei, tamquam insuff
ad hoc evincendum, arietat. I. Est, Leonis I
hibitio severa communionis sub una panis spec
sic deprehenderentur Manichæi, qui sacrilegè
ni vino se abstinebant. Enimverò nihil video
Titius hic contra nos evincat; nam quod ait
potuisse Manichæos in promiscua multitudine Catho
quæ, pro ejus temporis more, ex intervallo demum
à Diacono accipiebat, latere; aut etiam, antequa
conus adventaret, sese clàm subducere. Ita fit:
non videt, frustraneum fuisse severum illud
ptum, ad illum finem, deprehendendi Mani
nisi antea censebatur licitum, & liberum id
postea ad excludendos, aut deprehendendos
eos habebatur pro sacrilegio? P. Soti dictum
ficit nobis, nil favet Titio. Plus enim no
quàm morem fuisse Manichæorum, semper v
cic abstinere; qui mos sine dubio contrarius e
ri Catholicorum, etiamsi hi non omnes, nec
sed aliquando, & aliquam multi speciem vin
rent. Quod verò hanc meam illationem (*Q*
fuerit ad Manichæos deprehendendos à Leone ferri
sumendo calice, si jam lata ante agnitaque fueri
dem strictissima?) dicit Titius *nec unius pili esse*,
an vel suis Auditoribus Julianæis (nisi fortè
stupidis, & credulis) persuaserit. Si enim ex leg
censuissent tunc Catholici, obligari omnes a
que speciem, omnes secus agentes mox ut sac
aut hæreticos agnovissent. Ad quid ergo no
nis M. constitutio? Quis ex ipsis Manichæis
dax fuisset, ut se apertissimo deprehensionis
exponeret? Longè aliud est, cùm lex aliqu
na positiva alicubi in desuetudinem abit, &
tur, ideoque iterata sanctione instauratur.
nam Christi legem, quam ipse Titius cum
galibus prætendit in continuo vigore ad Ca
fuisse, quis credat, opus habuisse repetita sa
& quidem adeò severa?

II. Communionem domesticam fuisse (salt
per) sub duplici specie, nec ipse Titius, ut c
dit. Ut liberaliter demus (id enim nullo ar
evinci potest) id contigisse subinde, certissin
cùm sola species panis data fuerit in manus
Quis idem de specie vini credat? Sanè
est perspicuum; ut Chemnitius alique adve
gare non sint ausi:

III. Quod *de communione infantium sub una*
sum ait Titius, paris audaciæ est, cùm ex ill
priani verbis, quibus infantes introducit lo
id minimè sequatur. Nam etsi hodieque sim
de adultis Catholicis usurparentur (quod
set) nemo tamen hinc communionem sub
specie rectè inferret.

IV. Quòd *communioni ægrotorum* audeat Tit
que etiam speciem affingere, ab impudentia
non potest, cùm in hoc non tantùm à comn
nium sensu, & veritate ipsa, sed etiam à suo Pr

Calixto, id Th. 17. profitente, recedat, & quidem argumento, araneorum tela fragiliore, quod est tale: Puer jussu Presbyteri detulit particulam Eucharistiæ, jussitque ut priùs madefactam, seni, & morituro Serapioni porrigeret, ut ita deglutire posset: (hoc quippe, & non plus habetur ex Eusebio;) Ergo ægrotus ille Serapion (& alii ægroti similiter) sub utraque communicarunt.

Ad CAPUT XXX.

QUÆ hìc Amesius & Gerhardus Bellarmino opponunt, & paucula, & nullius momenti sunt, & ex dictis in Tom. II. satis expedita manent. Qui enim realem præsentiam Christi in Eucharistia admittunt, facilè adorationem cum Chemnitio, & aliis Lutheranis admittunt. Sacramentarii hìc consequenter errant. De ipsis speciebus Sacramentalibus ut sic, par est ratio, ac de vestibus, quibus Christus in terris agens operiebatur.

VINDICIÆ

Pro Libro Quinto de Sacramento Eucharistia.

Qui est primus de Sacrificio Missæ,

Ad CAPUT VI.

CAtholica veritas probatur ex sacerdotio Melchisedech Genes. 14. Psal. 109. & Hebr. 7. Hinc conficitur hoc argumentum: Christus est Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech: Sed offerre sacrificium, est proprissimum Sacerdotis munus: Ergo necesse est Christum illud aliquando obtulisse secundùm illum ordinem, & ritum, quo Melchisedech offerebat: Atqui Melchisedech obtulit sacrificium incruentum in pane, & vino: Ergo etiam Christus id aliquando obtulit: Nusquam verò nisi in ultima cœna, ubi & Apostolis idem faciendum præcepit. Amesius verbosus valde hìc est, sed nihil penitùs ad rem; nec verbo quidem attigit interpretationem SS. Patrum communissimam, nobisque concordem; qui vel solus sufficit, ut argumentum hoc censeatur convincens.

Ad CAPUT VII.

CElebratio agni Paschalis figura erat expressa celebrationis Eucharistiæ, ut habet communis Patrum consensus, hìc à Bellarmino relatus: Atqui celebratio agni Paschalis sacrificium quoddam fuit, ut constat ex Exod. 12. Num. 9. 1. Cor. 5. Cur enim Apostolus sacrificium Christi *Paschæ immolationem* appellaret, si non fuisset verum sacrificium agni Paschalis immolatio: Ergo celebratio Eucharistiæ, immolatio victimæ Deo oblatæ esse debet, ut figura figurato respondeat. Amesius nesciens quò se vertat, ait syllogismum esse falsum, & nullius consequentiæ, & tamen nec vitium in forma assignare potest; nec apertè omnino negare audet propositionem, communi Patrum suffragio ratam: Etsi tandem ad pristinum illud suum effugium redeat quò prætendit: *nullas dari figuras Sacramentorum*; quod suprà rejectum est.

Ad CAPUT VIII.

BEllarmin. Sanguis testamenti fœderis Exod. 24. vers. 8. uti & omnia sacrificia veteris legis fuere typi, ac figuræ sacrificii Eucharistici, (ut constat ex SS. Patrum suffragio, sed quos Amesius nihil curat;) Ergo & hoc.

Ad CAPUT IX.

HOC *nostrum sacrificium etiam Propheticis libris demonstratum est*, inquit S. August. Epist. 49. ut Isa. 19. *Cognoscent Ægypti Dominum in illa die, & colent eum in hostiis, & muneribus*. Et ne Calvinus cum suis evadat, additur ibidem mox: *In illa die erit altare Domini in medio Ægypti*. Ad sacrificia spiritualia, & impropriè nullum altare visibile requiritur. Ita etiam Isa. 66. *Assumam ex eis Sacerdotes, & Levitas, &c.* Et Hierem. 33. ubi uterque Propheta loquitur de conversione Gentium, ac Sacerdotibus Christi, ut ibid. S. Hieron. Theodoret. &c. explicant. Daniel. 8. & 12. dicitur Antichristus ablaturus juge sacrificium; quod S. Hippolytus Martyr cum aliis de sacrificio Missæ exponit. Et certè tollere non poterit juge sacrificium, nisi id jam indè à Christo duraverit.

Ad CAPUT X.

NUllum illustrius vaticinium habemus illo Malachiæ: *Non est mihi voluntas in vobis: ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & offertur nomini meo oblatio munda &c.* Ubi propheticè non de aliquo sacrificio Mosaico, sed novæ Legis propriè dicto, sermonem esse, non modò ex SS. Patrum consensu, hìc à Bellarm. relato, sed etiam multis rationibus evincitur. 1. Quia id cum sacrificiis Judæorum confertur: Ergo non intelligitur de sacrificio à Judæis offerendo. 2. Quia singulari numero, quasi una oblatio dicitur, cùm sacrificia Judæorum essent plurima. 3. Quia oblatio dicitur singulariter munda: nempe tum ex parte ritus, & incruentæ oblationis; tum ex parte rei oblatæ, adeò præstantis, ut nulla unquam sacrificantis improbitate commaculetur. Unde meritò rejicitur ab omnibus Arias Montanus, Catholicus alioqui, & pius, qui non minùs contra totius Ven. Antiquitatis sensum, quàm contra ipsorum verborum apertam significationem, ea verba retulit ad sacrificia Gentilium, quæ jam Malachiæ tempore Deo in Gentilismo offerrentur; quasi verò ea tantopere collaudanda, & sacrificiis Judæorum anteponenda fuerint! Ineptior adhuc est evasio Sectariorum, qui per hanc *oblationem mundam*, solum Crucis sacrificium intelligunt, quæ per fidem, ac devotionem fidelium, Deo semper offertur. Hoc certè falsum est, cùm sacrificium cruentum, non sit proprium Ecclesiæ, per Christum congregatæ; nec propriè succedit antiquis sacrificiis, sed cum iis conjunctum fuit: imò ab origine mundi fuit in Ecclesia fidelium, cùm omnes fide Christi (saltem implicita) vivebant, ejusque passionem Deo offerebant. Ineptissimè demum detorquetur à plerisque Lutherano-Calvinianis ad sacrificia impropriè dicta, & spiritualia, precum, bonorum operum; Tum quia hæ oblationes spirituales in omni lege, & statu à piis Deo offerebantur: Tum quia opponuntur sacrificiis visibilibus, quæ reprobantur. Ergo hoc unicum, quod approbatur, & illis præfertur, similiter visibile est, & propriè dictum: Tum, quia juxta Luterano-Calvinianos, preces, bona

opera,

opera, & omnes justitiæ nostræ, non sunt oblatione mundæ, sed velut pannus menstruatæ.

Ad CAPUT XI.

CAtholica veritas probatur etiam ex Novo Testamento Joan. 4. vers. 22. *Veri auditores adorabunt in Spiritu & veritate*; quæ verba intelligenda sunt de Sacrificio Nov. Test. vero, & propriè dicto. Nam ne in usu ejusdem vocis, in eodem contextu æquivocationem gratis admittamus, dicendum est, verbum *adorandi*, etiam in his verbis (*In Spiritu, & veritate adorabitis Patrem*) cultum proprii Sacrificii significare; ita ut cultus sacrificandi porrò nec ad templum Hierosolymitanum, neque ad Garizitanum sit coarctandus; sed ubique in Ecclesia Christi, in spiritu, & veritate futurus: *In Spiritu* quidem, quia fit spirituali, & Divina virtute, per verbum Sacerdotis; *in Veritate* autem, quia jam non in umbræ figura, sed verè ac realiter Caro, & Sanguis Christi in illo offertur.

Ad CAPUT XII.

CAtholica veritas demonstratur ex historia ultimæ Cœnæ. Nam si Christus adhibita consecratione ipsam panis & vini substantiam, ad Divinæ Majestatis gloriam protestandam destruxit, ac in suum corpus, & sanguinem commutavit, dubitari nequit, quin ea actio fuerit verum, ac proprium sacrificium, juxta definitionem, initio allatam: Sed verum esse Antecedens constat ex Matth. 26. vers. 26. Marc. 14. vers. 22. Luc. 22. vers. 19. 1. Corinth. 11. vers. 24. Nempe Christum *panem, & vinum*, illudque Deo *gratias agendo* (ejusque Majestatem adeò protestando) *benedixisse*, consecrasse, ac substantialiter immutasse verbis illis: *Hoc est Corpus meum, &c.* Cùm ea verba vera esse nequeant, nisi substantia panis, & vini in fine prolationis verborum destruatur, adeoque in Corpus, & sanguinem Domini convertatur, ut dixi suprà: Et quia Christus id quod ipse fecerat, etiam Apostolis, eorumque successoribus in sui memoriam faciendum præcepit, ut liquet ex illis verbis: *Hoc facite &c.* hinc irrefragabiliter evincitur, etiam Sacerdotes novæ Legis in Missa, juxta institutionem Christi, Corpus, & sanguinem ejus legitimè, ac propriè offerre.

Ad CAPUT XIV.

EX 1. Corinth. 10. tria argumenta pro stabilienda Catholica veritate colliguntur.

1. Ex comparatione mensæ Domini cum mensa Gentilium, & Judæorum. Apertissimè enim comparat Apostolus mensam Domini, unde sumimus Eucharistiam, cum altari Gentilium, ubi immolabatur idolis; & cum altari Hebræorum, ubi immolabantur sacrificia carnalia Deo vero. Inde sequitur, mensam Domini esse etiam quoddam altare, & proinde Eucharistiam sacrificium. Cavillatio autem illa Amesii, qua simili comparatione dispensatoris iniqui, & justi Luc. 16. vers. 8. eludere conatur, frivola est; quam & Apostolus præclusisse videtur Hebr. 13. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt.*

2. Apostolus apertissimè dicit: Ita nos fideles sumere Corpus, & sanguinem de mensa Domini, ut sumebant Judæi hostias, & Gentiles idolothyta ex suis altaribus, seu mensis. Quæ comparatio inepta esset, si Eucharistia non esset sacrificium Deo immolatum.

3. Paulus docet, eos qui manducant idolothyta,
ita conjungi cum idolis, ut censeantur veri
latræ; unde sic arguit: Qui manducat idole
fit particeps altaris idolorum, immò fit soci
molantium idolis: Ergo est idololatra; Sacr
enim est proprius actus latriæ. Ergo si apta e
li comparatio, oportebit etiam circa Eucha
ita argumentari: Qui manducat Eucharistiar
particeps altaris Domini: Ergo consentit in c
nem Eucharistiæ Deo factam, immò fit soci
offerentium: Ergo Deum hac oblatione cultu
honorat. Amesius putat *conclusionem admitte*
dummodo removeatur vox oblationis, quam frust
tendit *nihil pertinere vel ad comparationem, vel*
positum Pauli. Quod verò addit: *Posse se m*
curatius hinc argumentari, communionem cum Ch
beri sine Transsubstantiatione &c. vanum est. I
benter damus, hoc ex loco non evinci Tr
stantiationem, & hanc non exigi ad qual
que Communionem cum Christo. Quid ve
ad rem?

Ad CAPUT XX.

CAtholica veritas confirmatur rationibus
logicis. Prima sumitur ex conjunctione
& Sacrificii, seu inter Religionem, & Sac
externum, ac propriè dictum; ut omnino nece
aut Legem & Religionem, verè ac propriè in
Ecclesia non reperiri; aut Sacrificium quoqu
num, & propriè dictum in Christi Ecclesia
ri. Amesius: *Falsissimum hoc esse clamat innoce*
tus, in quo fuit lex, & religio sine sacrificio pr
cto. Resp. Hoc temerè hariolatur. Quid
innocentiæ futurum fuisset si perseverasset, u
vit Amesius? Sanè recta naturalis ratio suadet,
futurum in ea sacrificium. At, inquies, pi
illa mora nihil legitur de facto ullum fuisse
damo oblatum sacrificium. At neque legur
actus fidei, spei, charitatis, religionis &c.
fuerit, qui ideò illos negaret.

Confirmatur hoc argumentum: Quia sac
propriè dictum est cultus proprius Dei, id
soli illi, omnium consensu debetur; nam a
nia genera honoris sunt aliquo modo commu
creaturis: Ergo nulla esse potest inter mort
ligio sine sacrificio propriè dicto; nam R
colendum Deum instituitur: nam autem colit
sed potiùs ignominia afficit, qui cultum illi
bitum, ei non adhibet. Hæc nimirum Am
nugæ, quæ non nisi omittendo, & convicia
vare potuit! Uti & illud, quo per indu
probat Bellarm. ex SS. literis, Sacrificium
dictum cum ipsa Religione natum esse, &
extingui. Hæc Amesio meræ sunt *nugæ*!

Ad CAPUT XXI

SEcunda ratio ducitur à collatione Eccl
Synagogæ. In populo Judaico fuerunt
facta sacrificia: Ergo & in populo Christi
debent. Amesius: *Hoc argumentum ab omni ra*
est derelictum, ut contrarium prorsus ex antece
sequatur. Nihil enim, quod inter Judæos pro
nebat ad templum Hierosolymitanum, locum u
in Ecclesia Christiana. Sacrificia autem unicè p
ad altare templi. Verùm quàm futilis & cæc
inficiatio veritatis vel indè patet, quòd qu
tiones, quibus Consequentiam probarat
ous, nec attingere ausus sit Amesius, s
suo, per puram omissionem enervarit. Su
hæ: 1. Quia Christus non sustulit institura
in Vet. Testam. sed ea vel perfecit, vel n

meliora ; ut patet in præceptis, & Sacramentis. Cur igitur non idem fecisset in Sacrificio? 2. Sacrificium est summus cultus, qui Deo tribui possit exterius: Ergo si in Vet. Test. fuisset sacrificium, & non in Novo, fuisset Deus in veteri Lege longè majori honore affectus, quàm in nova; ac proinde Christus Patris sui, non honorem, sed ignominiam procurasset. 3. Rationes cur Hebræi habuerint propriè dicta Sacrificia, inveniuntur etiam in populo Christiano; nempe uterque populus erat externus, & visibilis, carne & spiritu constans: uterque repræsentat mortem Christi, illi futuram, nos præteritam: utrique honore summo, & soli Deo debito debent Deum colere: utriusque sacrificiis Deum placare, beneficia impetrare, ac pro impetratis gratias agere convenit. 4. Christiani reipsa retinent omnia alia genera honoris, & cultus, quibus Hebræi Deum colebant, ut adorationem, invocationem, vota, hymnos, festa, jejunia, eleemosynas, &c. Cur non vel maximè etiam sacrificium propriè dictum? Hæc sunt cuivis non perverso etiam gentili Philosopho sufficientes in re morali demonstrationes, quæ tamen Amesio meræ *nugæ* pura omissione *enervandæ videbantur*.

Ad CAPUT XXII.

TErtia ratio sumitur ex differentia inter Sacramentum, & Sacraficium. Nam commune est omnibus Sacramentis, ut ab alio dentur, ab alio accipiantur, neque ullus sibi Sacramentum administrat. Si ergo Eucharistia tantùm Sacramentum esset, nemo sibi eam ministrare posset; cujus tamen contrarium semper fuit in usu, quod attinet ad eos, qui Eucharistiam consecrant. Amesius: *Quis igitur circumcidit Abrahamum? Quis manna porrexit Israelitis in deserto? aut aquam petra ipsis propinavit?* Resp. Non loquitur Bellarm. de Sacramentis Vet. Test. sed novi tantùm, ut patet ex subjectis exemplis à Bellarmino; quod tamen argumentum ipse non tam ut convincens, quàm congruentiæ rationem proposuisse videtur. Illud quod annectit contra Lutheranos, efficacius est, neque hic omittendum: Nullum Sacramentum Nov. Test. continet reipsa Corpus Christi, sed solùm sunt signa visibilia continentia virtualiter gratiam sanctificantem; neque aliud requiritur ad rationem Sacramenti, cùm hoc nihil aliud sit, quàm instrumentum sanctificationis. Unde & Eucharistia potuisset esse propriè Sacramentum, etiamsi Corpus Christi reipsa non contineret. Quæ igitur causa est, cur debuerit necessariò Eucharistia Christi Corpus reipsa continere, nisi ut posset verè & propriè Deo Patri à nobis offerri; ac proinde Sacrificium esse verè ac propriè dictum? Et sanè mirum est, cur Lutherani concedant, Corpus Christi verè & realiter præsens esse in Sacramento Eucharistiæ, & simul admittant, victimam esse omnium, quæ unquam fuerunt, præstantissimam, & tamen pertinacissimè negent, posse, aut debere offerri Deo; quasi non sit omnino exploratum, & certum, debere Deo offerri id, quod habemus optimum. Hic Gerhardus silet cum sociis.

Ad CAPUT XXIII.

BEllarm. à cap. 6. usque huc copiosè probat hoc dogma; hic ex universæ Ecclesiæ consensu illud firmat. Hoc argumentum *efficacissimum* esse vel indè colligitur, quòd nec Amesius, nec Gerhardus, nec Titius, nec alii (quod sciam) Lutherano-Calviniani vel obiter attingere ausi sint. Amesius certè per puram omissionem, more suo *enervavit*; qui tamen, si suæ jactationi aliquatenus respondere voluisset, aut potuisset, negligere non debebat, quod ipse Bellarm. dixerat: esse efficacissimum apud illos omnes, qui non nimium sibi placent, quosque superbiæ fumus non nimis excæcavit; sumiturque ex consensu, & testimonio totius Christianæ Ecclesiæ Græcæ, Latinæ, Barbaræ, quæ ab annis mille floruit. Nam adversarii fatentur, Missam Pontificiam, ut nunc est, Sacrificium esse, & receptam in toto orbe terrarum. Ita Lutherus contra Regem Angliæ, & in lib. de Captiv. Babyl. cap. 1. *Missa*, inquit, *passim creditur esse Sacrificium, quod offertur Deo. Accedunt his dicta SS. Patrum, tot exempla, tantusque usus per Orbem constanter observatus. Nec moveat, quòd totus orbis contrarium usum, & sensum habeat &c.* Joannes Calvinus lib. 4. cap. 18. fatetur: *Hanc sententiam, quòd Missa sit sacrificium, inebriasse omnes Reges terræ, & populos, à summo usque ad novissimum.* Et §. 11. *Veteres illos* (Patres scilicet SS. Cyprianum Cyrillum, Augustinum, Ambrosium, Nyssenum &c.) *video hanc memoriam aliò detorsisse: imitati sunt propiùs Judaicum sacrificandi morem, quàm aut ordinaverit Christus, aut Evangelii* (Calvinistici) *ratio ferebat, &c.* Ex hoc porrò principio certissimo, & ab adversariis concesso, sequitur necessariò, si non est verum, quod nos docemus. 1. Ecclesiam totam periisse, & Christum Sponsam suam, & hæreditatem amisisse: non enim Ecclesia Christi esse potuit, quæ palàm idololatriæ tot sæculis servivit. 2. Sequitur, falsa esse vaticinia Prophetarum Oseæ, & aliorum, qui prædixerunt, post Christi adventum idololatriam cessaturam. 3. Falsam esse Christi promissionem Matth. 16. *Portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.* 4. Falsam esse Apostoli sententiam 1. Timoth. 3. Ecclesiam esse columnam, & firmamentum veritatis. 5. Sanctos omnes, qui plurimi his postremis sæculis, vita, & miraculis floruerunt, idololatras, impios, & sacrilegos fuisse. 6. Deum, qui tam multa futura, & minùs necessaria illis revelavit, hoc tamen mynisterium summè necessarium, nulli omnino, quamvis sanctissimo viro, ante Lutherum revelasse. Quodsi hæc absurdissima sunt, sequitur certè, verum esse, quod nos cum Ecclesia Catholica docemus; quod sanè etiam adversarii intelligerent, si non omnino in reprobum sensum dati essent. Istam enim consequentiam nulla ratione negare possunt: Orbis terræ ab annis mille credidit Missæ sacrificium: Ergo vel Missa est sacrificium; vel ab annis mille defiit Christi fides in terris; periit Ecclesia; rediit idololatria; vana fuerunt Prophetarum, & Christi oracula. Hæc omnia verissimè Bellarminus; cui si innotuisset apertè professio ipsius Lutheri de disputatione sua cum Dæmone (quæ exstat copiosè ab ipsomet descripta Luthero tom. 7. German. Witteberg. fol. 479.) sine dubio, ut maximi quoque momenti hoc adjunxisset superiori argumento. Quisquis enim sine præjudicio, & passione considerat totius illius disputationis decursum, dubitare non poterit, abrogationem Missæ cum pluribus aliis erroribus debere Lutherano-Calvinianos nocturno Lutheri didascalo, ut invictè ostendunt Tannerus, Serarius &c. Ut vel ex hoc solo, veritas, & sanctitas hujus Sacrificii elucescat.

Jam verò testimonia SS. Patrum quatuor primorum sæculorum pro eodem tam sunt crebra, & perspicua, ut meritò dubitare quis possit, majorine impudentia, & impietate Lutherus Calvinus, Magdeburgenses, Hospinianus, & alii agnoscant hoc, ac damnent erroris, & superstitionis in Patribus; an verò mustei interpretes, sicut S. Scripturæ, ita & Patrum apertissima quæque in oppositam partem detor-

detorqueant? Qua in classe reperitur etiam Gerhardus Titius, & nuper citatus Edmundus Albertinus, è quo libet unicum flagitiosæ artis specimen ex innumeris adnotare. Is ergo fol. 390. recitans Card. Peronii his verbis (Sacrificium crucis unicum est propitiatorium per se; indè tamen non sequitur, nulla esse alia propitiatoria per illius applicationem; quoniam causæ principales, subalternas, & instrumentales non excludunt. Unicum per se est salutis lavacrum, scilicet Sanguis Christi in cruce effusus: At Eucharistiam secundùm Eusebium, hoc sensu, propitiatorium sacrificium esse, patet ex ipsomet lib. 4. de vita Constantini, cap. 45. sic in dedicatione templi Hierosolymitani loquente: *Alii precibus, & disputationibus celebritatem ornabant: alii lectiones Divinas interpretabantur, abditos sensus aperientes, & qui nihil horum poterant efficere incruentis sacrificiis, & mysticis Hierurgiis Divinum Numen placabant*. Poteratne clariùs Sacrificium nostrum incruentum, & propitiatorium exprimi? Quid ad hoc Sacramentarius Albertinus? *Ut omittam*, inquit, *non constare, utrùm Eusebius per* incruenta Sacrificia, & mysticas Hierurgias *Eucharistia celebrationem intelligat, an verò supplicationes, quod potiùs videtur innuere &c. Perronium dico in nostram sententiam transire, ac à Tridentini Conciliabuli fide evidenter discedere. Nam Eucharistiam Sacrificium propitiatorium quodammodo dici posse; tum quia commemoratio sit veri; ac propriè dicti Sacrificii propitiatorii, quod in Cruce oblatum est; tum quid ejus sit applicatio, non illibenter contedimus; sed hoc sensu negamus, eam magis verè & propriè Sacrificium propitiatorium appellari, quàm aut Baptismum, aut preces, per quæ similiter & applicatio fit, aut obtinetur veri Sacrificii propitiatorii in Cruce facti. At Concilium Tridentinum horum non contentum, multò ulteriùs pergit; ait enim*: Missæ sacrificium esse verè propitiatorium, *per adverbium* verè, *intelligens*, propriè, & ex se. *Quod confirmat, tum addendo*: per ipsum fieri, ut misericordiam consequamur; *tum asserendo*: Deum ita placari, quia Christus ibi incruentè immolatur &c. *Tum denique, hoc Canone sententiam nostram, ut mutilam condemnando*: Si quis dixerit &c. *His enim omnibus apertissimè indicat: Missaticum illud suum Sacrificium per se esse propitiatorium, &c.* Quis hic non videat, ac detestetur multiplicem hujus Sacramentarii cavillationem, & sycophantiam, qua non modò apertissima Eusebii verba in hæreticum sensum, sed etiam Card. Peronii verissimam doctrinam, ut Concilio Tridentino contrariam audet traducere, fœda ludens æquivocatione in particula illa *Ex se*? Quis enim Catholicorum dixit, aut sensit unquam, Sacrificium incruentum habere *ex se*, h. e. independenter à sacrificio cruento Crucis, vim placandi Deum? Vix pilo melior hoc Sacramentario est Titius; qui, cùm aliàs de reali præsentia lis est, rejicit tropum Calvinisticum; hic verò, ubi de Sacrificio, totus est in eo, ut verba potentissima SS. Patrum ad improprium Sacrificium precum, & eleemosynarum, cum Chemnitio detorqueat. Haud certè *magis acutum quàm aquilam cernere necessum est*, qui velit ex SS. Ignatio, Irenæo, Tertulliano, Justino, Cypriano &c. discere, esse *verum*, & *proprium*, incruentum tamen Sacrificium; cùm id supradicti Proceres Lutherano-Calvinistici perfacilè viderint, ideoque *periculosæ locutionis, superstitionis, absurditatis &c. damnarint*.

Amesius noster cautè ista omnia declinavit, præcipuè autem in eludendis SS. Scripturæ testimoniis, ac tribus argumentis, quæ ex ipsa ratione SS. Scripturarum, & Patrum lectione instructa petuntur. Nos in prioribus vestigia Amesii haud prememus hic, cùm fateamur cum Suarezio, & aliis, dicta Scripturæ, præsertim Nov. Testam. per se sumpta,
absque regula Ecclesiasticæ traditionis, hìc
tam perspicuè convincentia, quin à Tropisti
magis, quàm illa clarissima verba: *Hoc es*
meum, ad libitum versari queant: absolutè
nullum à Bellarm. affertur Scripturæ testim
quod non plurimùm suadeat intentum, &
Patrum consensione persuadeat.

Ad CAPUT XXIV.

I. OBjiciunt Lutherani: *Cœna Domini e*
mentum: Ergo non est Sacrificium. S
tum enim datur nobis à Deo, & à nobis accipi
crificium autem à nobis Deo offertur, & accipitu
Hoc est fundamentale Lutheri argumentum
jus rei ignorantiam, pronuntiat Catholicos
lolatras. Sed hìc Achilles Novatorum reips
site fœdior, & debilior est. Facilè enim c
negando sequelam; cùm una & eadem enti
sit habere duplicem formalitatem, sub un
menti, sub altera Sacrificii. Est ergo Eu
Sacramentum quatenus est signum externum
sibile invisibilis gratiæ, & refectionis, qu
confertur, dum eam rite sumimus: est vict
sacrificium, quatenus Deo offertur. Et ce
etiam inferretur, nos nihil penitùs posse
ferre, cum ab ea omnia acceperimus, ejus
summo jure omnia quæ habemus. Amesius
hil tamen potest una, & eadem actione accipi
Vel ostendant igitur Pontificii duas actiones ex
Eucharistia, quarum una accipitur ut Sacramen
altera tamquam Sacrificium offertur; Vel sin m
gnoscant repugnantiam sui commenti. Resp. R
Sacrificii præcisè habet ipsa actio consecrat
tionem verò Sacramenti, quatenus distribu
sumitur, ut pluribus infrà dicetur. Hic so
do: idem de agno Paschali, cum S. Tho
Scholasticis pluribus docuisse Plessæum Cal
lib. 12. de Eucharistia cap. 1. cum tota Syn
hicensi.

II. Objic. *Christus in ultima Cœna legitur*
mensam, & Sacramentum discipulis distribuisse
tem illud Patri obtulisse. Resp. Argumentum
gativum, uti alia similia, jam ipsis etiam
dicula sunt. Amesius: *Institutio tanti Sac*
debet expresso testimonio carere. Legat nobis
sum Amesius ex Evangelii verbis expressis
manebit semper ridiculus non tam argume
quàm principii mendicator. Cur enimverò
in hac re credamus expresso antiquissimo
trum testimonio, & totius Ecclesiæ Catho
sui, quàm insulsæ isti toties decantatæ næn
est expressè scriptum!

Ad CAPUT XXV.

I. OBjic. *Christus est Sacerdos in æternu*
nulli substitui debent Christo Successor
es, Suffraganei: nulla enim datur multiplicatio
tum, nisi propter mortem præcedentium, Hebr
Argumentum nullius valoris est; Si enim
vim haberet, probaret pariter, Christum i
ficio Magistri, Pastoris, & Ministri Sac
rum &c. ullos habere coadjutores, & min
ordinatos; quod tamen manifestè absurdum
ab ipsis Puritanis omnino admittitur. Rat
paritatis ab Amesio hìc assignatæ, aut m
tiales sunt, aut planè voluntariæ, unde e
cilitate negantur, qua assumuntur. Quod
latem. hic incidenter dixit: Christum non
ratione verè dici Sacerdotem in æternum.
Ministros sacrificet; Amesius ex Cajetano,

ſtrenuè impugnat : Sed utrumlibet dicatur ; (nam neutra earum opinionum ſua caret probabilitate ;) argumentum Ameſii nihil hinc firmatur. Cùm denique Apoſtolus Hebr. 7. videtur excludere abſolutè multiplicationem Sacerdotum in Nov. Teſt. id intelligendum eſt quoad eandem dignitatem, & poteſtatem, non autem quoad Sacerdotes inferiores, & qui reſpectu Chriſti, miniſtri ſint, & dicantur. Porrò fruſtrà objicit, & non probat Ameſius : *Apoſtolum aquè abſolutè excludere* omnem *multiplicationem Sacerdotum Nov. Teſt. ac Mediatorum* : Utrobique enim non excluduntur ſubordinati, ſecundarii, applicantes tantùm mediationem, Sacrificium, Redemptionem &c. Aaronis ſacrificium penitùs extinctum eſt quoad omnia, per Chriſti Sacerdotium. Quomodo autem hinc infertur legitimè antitheſis Ameſiana de ſubordinatis Chriſti Sacerdotibus ? Ridiculum denique eſt, quòd exemplum aliud poſtulat Ameſius, *miniſtrorum Sacerdotum, vel manentium Sacerdote ſummo abſente, vel idem Sacrificium iteratò offerentium, quod ipſe obtulerat*. Pari ratione Sociniani poſſent exigere exemplum, quo quis ſatisfaceret pro aliena injuria, & offenſa gravi, ita ut læſo ex rigore juſtitiæ ſatisfiat &c.

II. Objic. *Per Miſſa Sacrificium injuria fit Sacrificio Chriſti in Cruce oblati. Ex illo enim ſequitur : hoc non habere vim infinitam, & æternam, quatenus ſemel fuit oblatum, ſine ulla repetitione ; quod tamen in Epiſt. ad Hebr. cap. 5. 7. 8. 9. & 10. non ſemel affirmatur*. Reſp. Neg. Aſſumpt. ejuſque probationem. Apoſtolus enim in ea Epiſtola diſſerit contra Judæos, qui veram Crucis oblationem negabant, & ſine Chriſti gratia veram ſibi vendicabant juſtitiam, & legis obſervantiam, non adjutorio Chriſti, ſed ſuis operibus : remiſſionemque peccatorum, non Sacrificio Crucis, ſed Sacrificus brutorum animantium tribuebant ; quaſi illa per ſe, ſine relatione ad Chriſti mortem, virtutem expiandi peccata haberent. Contra quos optimè argumentatur, & concludit Apoſtolus, dicens : quòd lex per ſuas hoſtias ; & victimas non perficiebat homines, & eorum redemptionem ; alioqui non ceſſaſſent illæ offerri : Id autem præſtitiſſe Chriſtum per unicum ſuum Sacrificium cruentum ; quo ſemel oblato, dedit ſimul pretium infiniti valoris, quod ſufficiat remittendis infinitorum hominum peccatis. Itaque placavit Chriſtus hac unica oblatione Deo Patri omnes, quantum quidem in ſe eſt : quia tamen per homines ſtare poteſt, quin applicetur illis redemptio Chriſti in ſe etiam ſuperabundans, tamquam cauſa univerſalis ; Et quia cauſæ univerſales nihil efficiunt ſine concurſu particularium : ideò, ſicut neceſſaria eſt fides, Baptiſmus, bona opera &c. quibus applicetur ille fructus ; ſic & Sacrificium incruentum, quotidie in Eccleſia offerendum ; non quidem ut compleatur noſtræ Redemptionis pretium, ſed ut hoc nobis applicetur ; quod nuſquam negavit Apoſtolus. Sicut ergo Sacrificia Vet. Teſt. placebant Deo, quatenus erant repræſentativa, & typi, futuri Sacrificii Crucis, & etiam placabant eundem ; ita multò magis Sacrificium noſtrum incruentum, quod eſt repræſentatio myſtica cruenti in Cruce peracti, multò magis placet Deo. Per quæ evaneſcunt plures Replicæ Ameſianæ, ac præſertim ea, qua ait : *Per Sacramentum Euchariſtia ſatis nobis applicari Sacrificium Chriſti cruentum* : Nam bonitas Dei noluit tantùm unicum medium, ſed plurima applicantia nobis relinquere ; Et ut ſuprà dictum, Sacramentum Euchariſticum ut ſic, cùm ſit vivorum, non eſt per ſe inſtitutum ad remiſſionem ſive culpæ, ſive pœnæ ; Sacrificium verò principaliter ad remiſſionem pœnarum peccatis debitarum. Omitto pluximos inſulſos cavillos.

III. Objic. *Sacrificium Miſſa obliterat, & ex hominum memoria excutit unicam Chriſti mortem ; ſingulis enim Miſſis tantum tribuitur à Pontificiis, quantum ipſi morti Chriſti*. Reſp. Mirabile, & perverſum eſt hoc argumentum ; cùm tantum abſit, ut Miſſa obliteret mortem Chriſti, ut vel maximè efficiat, ne unquam obliteretur. Eſt enim eſſentialiter nihil aliud, niſi repræſentatio illius mortis, in Cruce pro nobis obitæ. Falſum eſt, nos, qui dicimus : *Chriſtum ſæpè incruentè offerri, dicere, eum ſæpiùs mori, ſive ut in Sacramento, ſive ut in Sacrificio*. Unde, quæſo, quidquam eorum paradoxorum probatur ? Ameſius 1. *Si eadem ſit vis Sacrificii abſque morte, qua eſt ipſius mortis, tum mortis nulla ratio eſt habenda*. Reſp. Eſt eadem vis Sacrificii abſque morte jam in præſenti perpeſſa concedo ; abſque morte olim obita, & nunc myſticè repræſentata, nego. Hujus ergo mortis vel maximè habenda eſt, & habetur in Miſſa memoria. Ameſius 2. *Infinita Sacrificia Miſſa, ſi Chriſtus realiter in illis offeratur, unam ſimplicem oblationem in Cruce factam, non poſſunt non aquè obſcurare, ac multa millia agnorum Paſchalium, unum aliquem agnum extra numerum collocarent*. Reſp. Nequeunt illud obſcurare ullatenus ; quia cùm omnem vim ſuam, ab illa morte realiter perpeſſa accipiant, illud unicum cruentum, omnia incruenta, etſi in infinitum oblata, vel maximè illuſtrant. Ameſius 3. *In ſacrificio rei viventis requiritur occiſio, & mors rei ſacrificata : Sed in Miſſa Chriſtus vivus dicitur ſacrificari*. Reſp. Miſſa eſt veriſſimum Sacrificium, & tamen non exigit victimæ occiſionem præſentem, ſed præteritam. Sufficit autem in præſenti ita offerri, ut licèt non mortua, modo tamen mortuo, ſub panis & vini ſpecie ſit manducabilis, & potabilis ; Ubi manifeſtè intervenit immutatio hoſtiæ talis, ut jam ſub alienis accidentibus poſſit, inſtar cibi, & potus ſumi, non minùs ac olim de hoſtiis mactatis veſcebantur Sacerdotes, & alii. Nullæ ſunt hic *contradictionum præſtigiæ*, niſi quas ex ſuo cerebro affingit Ameſius. Cur enim in forma rei inanimatæ, vel ſub ſpecie panis, & vini, non poſſit offerri Deo Chriſtus vivus, præſens, & repræſentatus per verba myſtica, ut olim pro nobis occiſus ?

IV. Objic. *Miſſa præripit hominibus mortis Chriſti fructum, quia novam Redemptionem præ ſe fert, & promittit*. Reſp. Nihil horum verum eſt. Nam Miſſa unum idemque ſacrificium eſt, tum cum Sacrificio cruento Chriſti ; (quia illius eſt commemoratio, ac repræſentatio, & utriuſque eadem eſt hoſtia ;) tum inter ſe : quia in omnibus Miſſis, una, eademque hoſtia, ab uno eodemque principali ſacrificante offertur. Ut enim ſuprà dictum eſt : Sacrificium paſſionis Chriſti (cujus commemoratio ac repræſentatio eſt Sacrificium Euchariſticum) ex ſe habet virtutem intrinſecam æternam, ſalvandi omnes, quotquot in perpetuum accedent fide & operibus per Chriſtum ad Deum. Sed inſtat Ameſius 1. *In ultima Cœna contendit Bellarm. Teſtamentum novum fuiſſe confectum, & ſanguinem Chriſti effuſum in remiſſionem peccatorum, omniaque ſacrificia in illa Miſſa ſuum complementum habuiſſe : quod ſi verum, cauſa dici non poteſt, cur Chriſtus poſtea in cruce moreretur*. Reſpond. Cauſa eſt, tum quia Chriſto ita placuit : tum quia ipſa oblatio incruenta in Cœna non fuit niſi myſtica repræſentatio ipſius mactationis realis in Cruce ; cui ſoli erat ex decreto Divino affixa Redemptio generis humani, & ſolutio pretii infiniti pro peccatis omnium. Per quod etiam eliditur 2. inſtantia Ameſii, cùm ait : *Sacrificium illud Nov. Teſtam. quod ſecundùm ordinem Melchiſedech offertur, per ſe tollit peccata, prout ſemel offertur. Hebr. 7. verſ. 27. ſed Bellarm. antea cap. 6. diſertis verbis affirmavit, Sa-*

crificium

crificium Crucis, si per se consideretur, non fuisse secundùm ordinem Melchisedech, sed sacrificium Eucharistiæ, vel Missæ. Resp. Sacrificium incruentum in ultima Cœna non nisi quatenus erat repræsentativum cruenti in Cruce, atque adeò non per se solitariè tollebat omnia peccata; idque ex decreto Dei, qui & hanc actionem, qua offerebat mysticè seipsum Christus Patri, ut omnes alias ejus actiones Theandricas, singulas etiam infiniti valoris, non voluit habere effectum Redemptionis, nisi dependenter à cruento Sacrificio Crucis. Licèt verò Christus non fuerit Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, ratione Sacrificii cruenti, sed solùm ratione Sacrificii Eucharistiæ: tamen Sacrificium Crucis dici potest secundùm ordinem Melchisedech ratione ipsius Sacerdotis Christi, à quo offerebatur: Ipse enim absolutè Sacerdos erat secundum ordinem Melchisedech, uti eum in ipsa etiam Cruce vocat Apostolus. Hebr. 5.

V. Objic. *Institutio Christi sic habet*: Accipite, & manducate: *non autem: offerte; Ergo oblatio non est ex instituto Christi.* Respondeo, Neg. Antecedens, includitur enim oblatio in illo: *Hoc facite*, scilicet, quod ego feci. Christum autem sacrificasse, hactenus probatum est. Nugatoria cavillatio est, cùm hinc infert Amesius: *Sic Judic. 6. Abimelech apertè jussisse Sacrificium offerre, quia dixit: Hoc facite.*

VI. Objic. *Christus solus est Sacerdos Nov. Testam. Christus igitur in Missa à Pontificiis Sacrificulis non potest offerri.* Respond. Melior illatio hæc non est, ac ista: Unus est Magister Deus: Ergo nullus minister verbi potest docere Evangelium: Subordinatæ causæ secundæ non tollunt primam, & universalem, sed supponunt.

VII. Objic. *Nulla pars Missæ potest ostendi, in qua ratio Sacrificii propriè dicti invenitur: Ergo non est Sacrificium.* Antecedens fusè conatur probare, tum ex dissensione Scholasticorum inter se quoad hoc punctum; tum opponendo aliquas ratiunculas Bellarminianis assertionibus; sed his sequenti capite obviabitur. Hic loci lustrandæ erunt

§. Unico.

Cavillationes Gerhardinæ.

Hæ pleræque planè frigidæ sunt, & insulsæ, aut coincidunt cum Amesianis.

Th. 10. sic arguit: *Juxta Bellarm. Apostoli in Scriptura numquam vocant Sacerdotes Christianos, sed Episcopos, & Presbyteros tantum: Ergo etiam non docuerunt Episcopos, & Presbyteros offerre propriè dictum Sacrificium, uti Sacerdotes Vet. Testamenti.* Resp. Ut hæc sit qualiscumque conjectura à nomine ad rem, argumentum certè convincens non est, quia sine dubio, etiamsi Christus Dominus conceptis verbis eos creasset Sacerdotes, potuisset tamen justis de causis nolle in primordiis Ecclesiæ eos ita vocari, donec adolevisset Religio Christiana; & ratio Sacrificii incruenti nimis paradoxa visa fuisset Gentilibus, si se æquè dixissent verè, & propriè esse Sacerdotes, ac eos, qui apud Judæos, & Gentiles victimas offerebant.

Th. 28. ait: *Si Sacrificium panis, & vini fuisset à Melchisedecho oblatum ad præfigurandum Missæ Sacrificium, sequeretur 1. Christum etiam sub speciebus Aaronicorum sacrificiorum esse offerendum: nam etiam ab his panis, & vinum offerebatur. Sequeretur. 2. Transsubstantiationem in Eucharistia esse nullam, quia Melchisedech non transsubstantiavit panem, & vinum. Sequeretur. 3. vini usum non esse Laicis negandum, quia nec Melchisedech negavit. Sequeretur 4. non esse propitiatorium, nec impetratorium. 5. Nec esse necessarium, nec impetratorium. 6. Nec esse necessarium, ut à jejunis accipiatur*
Corpus Domini. 7. Nec vini cum aqua mixtion
Sacrificulos non offerre, quia solus Christus est S
secundum ordinem Melchisedech, nec ullos habet
sores. 9. Nec offerendum pro defunctis, quia M
dech viventibus panem, & vinum obtulit. Resp
argutatio similis est huic: Si Gerhardus esset
gelicus secundùm ordinem (vel reformationem
theri, & non Calvini, sequeretur, Gerhardı
bere etiam 1. *nullam interpretandi verbi Dei*
pati. 2. Nec curare mille Augustinos, mille Cyp
3. Admittere nunc unum, nunc tria, nunc d
cramenta, etiam septem non damnare. 4. M
lem ducere in Concubinam. 5. Communion
una imperare, si Papa, vel Concilium præ
sub utraque. 6. Extremam sibi vim facere,
cramentariis consentiat. 7. Omnia fatali nec
fieri &c. Numquid insulsè satis? Ostendat
in quo Gerhardinæ sequelæ sint minùs puer
nugatoriæ. Numquid omne simile est dissimile
qui enim non simile, sed æquale, & idem
Similes ineptias addit duabus sequentibus Th
simul apertissimè contradicens communi Patrum
sensui de Sacrificio Missæ Melchisedechi præf
te Eucharisticum.

Th. 44. adducit verba Bellarmini, quibus
Benedicti Ariæ Montani expositionem in cap.
lach. & sic everti vult communem doctrina
trum, & reliquorum Theologorum omnium,
ba Malachiæ de sacrificio incruento Nov. Test
pretantur. Nonne & hoc puerile satis? Nunqu
clara illatio: *Ergo Bellarminus est Lutheranismi t*

Ad CAPUT XXVII.

PUerilis, & insulsa planè est cavillatio illiu
objectionis Lutherano-Calvinisticæ, qu
aliàs (ut sæpè in superioribus notavi) dogma
arietare satagunt hæretici ex eo, quòd in n
la explicandi, vel defendendi, Theologi no
cordent; aut quòd non constet, in quo p
aut formaliter consistat essentia alicujus rei.
quid pari ratione liceret arguere: Lutherus,
glius, Calvinus, eorumque discipuli non
niunt, in quonam consistat ratio Sacramen
go nullum habent Sacramentum? Quid? a
quia sunt variæ opiniones de essentia quantit
an consistat in peculiari accidente, an vere
riæ identificetur, aut alicui qualitati mater
ideò non poterimus liberè determinare, a
vel illa res sit quanta? Num quia diversæ
tentiæ de essentia Numeri, an consistat in
solutis unitatibus, aut potiùs in relatione,
tur extra animam à parte rei, aut in relati
tionis &c. ideò erit incerti, quot numeri
inter unitatem, & centenarium? Quid
quàm dari tempus in rerum natura? quid
præcisè illud sit, tam difficilè assignatur, ut
cacissimam quoque S. Augustini mentem f
Liberas habere Deum volitiones non modò
nis, sed etiam sapientioribus Gentilium, ex
troversiam est; in quo tamen ea præcisè c
& quomodo à volitione necessaria distinguat
evolvat? Facilius est, Theologorum ea de
niones probabiliter impugnare universas, qu
earum usquequaque satisfacere intellectui, i
nè acquiescat. Universim ergo in ejusmodi
nibus Theologicis, *quòd ita sit* pertinet ad
cur, vel *propter quid ita sit*, pertinet ad e
ingeniorum. Unde tam fatua est præsens
Lutherano-Calvinistica, ut si quidquam
omnes facilè articuli fidei ea methodo &
possent everti. Percurramus breviter asser

hoc puncto partim certas, partim probabiliores, non quòd ita necessarium sit ad tuendum fidei dogma de sacrificio incruento; sed ad majorem explicationem, ac depulsionem efficaciorem eorum, quæ cavillatio Sacramentaria fidei Catholicæ objectavit.

I. Ex quinque illis principalioribus partibus (scilicet 1. oblatione panis, & vini; 2. Consecratione, & Transsubstantiatione eorum in Corpus, & sanguinem Christi; 3. Oblatione horum per expressa verba. 4. Fractione, & commistione Sacramenti. 5. Distributione, & consumptione) certum est, in prima consistere essentiam Sacrificii non posse; cùm res terrena non possit constituere Sacrificium illud augustissimum: neque in tertia; cùm ex Evangelio constet, eam à Christo non fuisse adhibitam; idemque est de quarta. Tota ergo controversia est de Consecratione, & sumptione, quæ fit à Sacerdote: nam etiam de distributione, & sumptione, quæ fit à populo, extra controversiam est inter Catholicos, non pertinere ad rationem, & essentiam Sacrificii.

II. Certum est, si Sacrificium accipiatur pro re, quæ offertur, Corpus & sanguinem Domini esse id Sacrificium, quod in Missa propriè offertur, non verò panem, & vinum, etsi hæc aliquo modo, tamquam terminus à quo transsubstantiationis, pertineant ad rem, quæ sacrificatur, sub cujus speciebus accidentalibus incipit apparere Corpus, & sanguis Christi: Neque tamen ideò sunt duo Sacrificia in Missa, sed unicum. Licèt enim panis, & Corpus Domini sint res diversissimæ, si eorum natura consideretur; unum tamen sacrificium faciunt, quod est panis, in Corpus Domini transmutatus. Amesius: *Unum Sacrificium non potest consistere ex duabus rebus conflatis, quæ numquam simul consistunt. Quæ etenim simul non existunt, non possunt simul offerri; sed panem & vinum simul existere cum Corpore, & sanguine Christi, Pontificii omnes negant.* Resp. Neg. Assump. Nulla enim contradictio in hoc cernitur, quòd in eodem sacro ritu, ex diversis actionibus constante, requirantur duæ res, quarum altera quoad substantiam desinat esse sive per diversam, sive per eandem actionem, qua sub ejus accidentibus incipit esse Corpus, & sanguis Christi. Offertur ergo panis per actionem transubstantiativam, ita, ut ejus substantia desinat esse, Corpus verò Christi incipiat esse.

III. Oblatio panis & vini consecrationem præcedens, ad integritatem accidentalem, & quasi extrinsecam Sacrificii pertinet. Amesius: *Integritas pertinet ad essentiam rei integralem: hæc igitur est contradictio manifesta.* Imò hoc est delirium Amesii manifestum. Anne dens, unguis, articulus, aut pars integrans quæcumque ablata efficit ex homine non hominem? Integritatem hìc Bellarminus aliam non intelligit, nisi quam habet Missæ Sacrificium ex institutione Ecclesiæ. Æquè insulsum est, quod de altera oblatione, post consecrationem quæ fit, infert Amesius, *Christum, & Apostolos integrum Sacrificium non obtulisse.* Quid mirum? Integritatem accidentalem, & ritus, ad decorem, & devotionem facientes, Ecclesiæ commiserunt addendos.

IV. Bellarmini opinio, qua cum Gabr. Soto, & aliis Thomistis docet, sumptionem Sacerdotis esse partem essentialem, adeoque complementum alterius partis, scilicet consecrationis, est sine dubio probabilis, quia nempe per ipsam sumptionem adhuc magis consumitur victima. Neque enim repugnat, in Sacrificio victimam aliquam, destructionem duplicem subire; imò id olim in holocausto erat necessarium. Nam priùs victima mactabatur, deinde tota cremabatur: unde in hoc assimilaretur holocausto hoc sacrificium, juxta hanc sententiam. Idem ferè etiam docet Card. Lugo, qui & indè probat, cur non possit in ullo casu sacrificari sine sumptione, quia nempe, si omittatur sumptio, manebit Sacrificium incompletum. Opposita sententia, quæ cum SS. Thoma, & Bonaventura tenet, solam Consecrationem esse de essentia hujus Sacrificii, est communior inter Scholasticos, & saltem non minùs probabilis, ac altera. Fundamentum est: Tum quia in sola consecratione, non autem in consumptione exercet actionem sacrificandi in persona Christi: Tum quia essentia sacrificii debet esse in actione, ex cujus termino possit esse particeps populus Christianus Sacrificii: Non potest autem fieri particeps rei, quæ tamquam terminus resultet ex sumptione Sacerdotali: Ergo non sumptio, sed sola consecratio est de essentia hujus Sacrificii incruenti: Tum, quia si sumptio sacerdotalis esset pars essentiæ, Christus non immolaretur sub omnibus accidentibus, sub quibus consecratur, sed sub illis tantùm, sub quibus sumitur à Sacerdote: Tum denique, quia nulla est actio ad id aptior consecratione; nam ex vi consecrationis Christus mactatur ut victima incruentè, & mysticè, quatenus ex vi verborum separatur corpus à sanguine, & sanguis à corpore, ut essent separata, nisi per concomitantiam naturalem aliunde connecterentur: Ergo &c. Hæc utrinque perquam probabiliter dicuntur; & rem acu mihi tetigisse Suarez videtur, cùm disp. 75. sect. 5. docet, utrumque modum potuisse commodè à Christo institui, idque sibi esse certissimum. Quòd autem defacto Christus instituerit in hoc, non esse certum, cùm voluntas Christi, ex qua sola id pendet, non satis nobis nota sit; quamvis ob rationes, & dicta Patrum ibidem adducta, magis incliner in partem posteriorem. Nec ultra hìc in controversia fidei requiritur, cùm de ipsa Sacrificii substantia summus sit omnium Theologorum consensus.

V I N D I C I Æ

PRO LIBRO PRIMO

DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.

Ad CAPUT VIII.

Bellarm. Quæstio prima est: An pœnitentia signis externis manifestata, accedente ad eam verbo absolutionis, sit Sacramentum Novæ Legis propriè dictum? Catholici affirmant: Hæretici negant. Amesius. 1. *Disputant Scholastici sub triplici genere: quatenus est virtus: quatenus est gratia: & quatenus est Sacramentum. Signa autem externa, per quæ manifestatur, nihilo magis pertinent ad Sacramenti naturam, quàm gratiam & virtutem. 2. Accessio verbi absolutionis pertinet non tantùm ad pœnitentiam, sed & ad fidei gratiam, & magis propriè ad fidem: Nihil est igitur in ista constitutione causæ, quod ullo modo favet pœnitentiæ Sacramento.* Resp. Assumuntur ista planè voluntariè sine ulla probatione; quorum falsitas in decursu patebit. Certum est omnibus

Catho-

Catholicis, & nisi fallor, plerisque etiam Lutheranis, & Calvinistis, conversionem ad Deum, per se loquendo, posse adæquatè per actus internos perfici, nec indigere actu externo, sive pœnitentis, sive ministri, absolutionis verba pronuntiantis.

Porrò non sunt hic in limine dissimulanda mendacia, & calumniæ Lutheri, Philippi, Calvini &c. quæ ingenti numero recitat, & profligat Bellarm. cap. 2. usque ad 7. Amesius verò planè ad ea filendo videtur agnoscere, ea pro merito esse à Bellarm. excussa: Excedit autem imposturarum, & calumniarum numerus facilè quadragenarium, è quibus juvat paucas has adnotare, utrique Patriarchæ ferè communes: *Nos pœnitentiam in externis ponere: fidem in ea, & promissionem non curare: de interiori mentis renovatione, & vera correctione merum apud nos silentium: pœnitentem debere esse incertum de remissione peccatorum: nos docere, Christum satisfecisse pro originali; pro actualibus nos ipsos satisfacere: Nos in hoc Sacramento nullam facere mentionem meritorum Christi; Papam dicere (Nemo extra me, meas Claves, & Missas potest opem ferre; Christus, & fides hic nihil possunt conferre; Christus est ebrius, stolidus, fatuus, & oblitus, quantam potestatem ligandi cum Clavibus mihi tradiderit: Qui non adorat ventris mei crepitus, peccatum mortale committit, & dignus est inferno:) Apud Papistas nulla fit Christi, aut fidei mentio, sed sperat quisque se propriis operibus delere omnia peccata coram Deo. Enumeratio peccatorum in confessione præcepta est simpliciter impossibilis &c.* Quid est sycophanticè, imò satanicè mentiri, si hoc non est?

Ad CAPUT X.

I. PRobatur Catholica veritas ex Joan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c.* Ex istis verbis colligitur symbolum divinitus institutum, & promissio gratiæ justificantis. Cùm enim Dominus dederit Apostolis potestatem dimittendi peccata hominibus, dubitari non potest, quin signo aliquo externo eam potestatem exerceri voluerit: neque enim aliàs homines corporei intelligere possent, sibi remitti peccata. Nulla hic est *conjectura incerta*, ut ex voce *colligitur* malè fingit Amesius. Falsum est: *nullum symbolum certum institutum ex verbis Christi colligi posse consequentia aliqua Logicæ necessaria*. Sic enim logicè inferimus: Omne signum sensibile significativum, & effectivum gratiæ est Sacramentum novæ Legis propriè dictum: Sed remissio peccatorum à Sacerdote pœnitenti verbis legitimis collata, est signum sensibile significativum, & effectivum gratiæ: Ergo. Perspicua falsitas est, cùm ait Amesius: *Nihil ibi vel dicitur, vel innuitur de pœnitentia magis, quàm de fide*. Nihil enim ibi de fide apertè dicitur, sed ea tantùm præsupponitur, uti in omnibus aliis Sacramentis. Æquè falsum est quod addit: *Sensus horum verborum æquè latè debet extendi, ac illorum*, Lucæ ult. v. 47. & 2. Cor. 5. vers. 19. Vel sola illa verba: *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt*, manifestè ostendunt, longè latius patere, qualemcumque Evangelii enuntiationem à remissione peccatorum, vel retentione. Ex tot falsis assertis, quid mirum, quòd homogeneam hanc conclusionem inferat: *Magna igitur cum violentia ad Sacramentum pœnitentia restringuntur; quod vel etiam tale fingitur, quale numquam legimus, vel Christum, vel Apostolos unquam administrasse*. Resp. Christus sine Sacramentis remittebat peccata ex potestate excellentiæ. Apostolos non legi administrasse hoc Sacramentum quid mirum, cùm peccatores ad Christum conversos necesse erat primùm reconciliari per Baptismum? Et quid necesse fuit id scripto tradere, etiamsi quis post Baptismum lapsus in mortale, fuisset ab Apostolorum aliquo absolutus? Quamquam

& hoc factum esse circa incestuosum Corint
haud obscurè insinuatur 2. Cor. 2. vers. 10.

II. Confirmatur ex ipsa Protestantium do
Quia signum pœnitentiæ, quod peccator ost
dum petit absolutionem, cum verbo: *Ego te a*
Sacramentum censendum est, adversariorum
ne, quamvis verbum illud: *Ego te absolvo*, esse
dam annuntiatio Evangelii ad excitandam fider
tuta. Amesius negat hoc sequi, eò quòd *requir*
stitutio Dei, & ut fiat nomine Dei. At hæc non
etiam juxta adversarios, ut in casu suppo
Bellarmino. Unde vana est evasio.

III. Sicut potestas remittendi infidelibus pec
ne Sacramento Baptismi non exercetur; ita n
testas remittendi fidelibus; ac proinde recon
fidelium post Baptismum, Sacramentum qu
est. Amesius 1. *Peccata remittendi infidelibus n*
in Ecclesia potestas. Resp. Si accipiat *infideles* i
composito, perspicuè nugatur Amesius: Si
diviso, impiè negat Ecclesiæ, quod piè Christ
tulit. Amesius 2. *Ante Baptismum peccata possu*
solent in adultis remitti: fides enim, & remissio s
ra conjunguntur: Sed inter fidem, & Baptismum
tium aliquod temporis intercurrit. Resp. Possunt,
cum perfecta contritione, quæ votum Sacrame
nitentiæ includat; non solent verò, quia perfec
tritio oppidò rara est in primò ad Christum se
tentibus. Fides verò illa specialis Lutherano-
stica non tollit, sed auget peccata. Quod add
sius, peccata Baptismum sequentia remitti
Baptismi continuata, infrà seorsim refelletur
charistia id falsum esse, jam suprà vidimus.

IV. Potestas clavium hoc loco SS. Aposto
est, ut Catholici, & hæretici concedunt:
autem Clavium non est ad Baptismum nec
(cùm etiam Laici, etiam non Christiani, &
aliquando baptizare possint;) Ergo hæc potesta
Ecclesiæ Præpositis, fideles certo ritu recon
post Baptismum.

V. Denique definitio Sacramenti suprà ab
admissa, apertissimè quadrat in confessionem
tentis, & verbum absolventis, quia signa sun
justificantis. Quid enim confessio significat,
mi renovationem? Quid verò absolutio, nisi
ipsius relaxationem? Esse autem id signum prac
& efficax, ex eo intelligimus, quia falsum e
potest, quod Veritas dixit: *Quorum remiserit*
ta, remittuntur &c. Amesius aliud effugium
invenit, nisi illa jam suprà excussa. Frustrà
ad omne Sacramentum, elementum sensibile
bis sensibilibus distinctum. Confessio auricula
probabitur ex Verbo Dei. Sed premi nos vul
sius hac præcipuè quæstione: *Cùm juxta nos no*
tantur peccata, nisi per mutationem aliquam realem
stitiam infusam; quomodo vel Confessio, vel Abs
causa efficiens, & physica, idque ex opere operat
infusa? Resp. Hæc interrogatio abundè in su
bus soluta est. Diverticula modò libuit Am
ptare, & dissimulare, quæ deinceps Bellarm
ipsius Calvini definitione evincit, & ex sensi
trum, quorum testimonia hic recitantur.

Ad CAPUT XI.

I. OBjiciunt hæretici: *Pontificii de Sacram*
nitentia suspensam tantùm, opinione
rietate confusam, ac turbatam habent doctrinam
est enim particula materia, forma, aut effecti huj
menti, de qua Scholastici consentiant inter se. R
sulsitas, imò fatuitas hujus objectionis in sup
excussa est. Verissimè Theologi omnes Catho
mo consensu pœnitentiam Sacramentum esse

esti non conveniant, quid in eo sit Sacramentum tantùm, quid res tantùm, quid res simul & Sacramentum; quod nihil ad fidem, & ad rem, de qua cum hæreticis disputamus, pertinet, sed ad exercitationem Scholasticam.

II. Objic. *In pœnitentia Sacramento nullum est visibile signum sacramentale*. Resp. Debebat Amesius ante omnia cum suo Calvino ex S. Scriptura probare, requiri ad rationem Sacramenti Novæ Legis signum strictè visibile, nec sufficere signum quodvis exterius, sive oculis, sive auribus perceptibile. Sed loco probationis, qua destituitur, conviciatur Amesius, vocatque *signum conflatum ex variis actibus, quod non sit sensibile elementum: Monstrum!* Dissensio Scholasticorum circa partes intrinsecas hujus Sacramenti, nihil ad quæstionem fidei facit: unde per oppositas Scoti, & Soti opiniones destrui *verum signum hujus Sacramenti*, non nisi fatuè infert Amesius. Denique apertè falsum est, quod *certum* ait Amesius: *Verba illa: Ego confiteor, ego absolvo, nihil aliud significare in Sacramento, quàm extra Sacramentum, ac proinde non esse sacramentalia signa ex institutione Dei*. Negare non possunt Calvinistæ, saltem potuisse Christum instituere signum tale practicum, quo posito mox Deus remittat peccata. Tunc autem certum est, prædicta verba significatura remissionem peccatorum, & sanctificationem, si à pœnitente disposito, & Sacerdote legitimè pronuntiata fuerint; non verò si à quibusvis aliis pronuntiarentur.

III. Objic. *Non exstat singularis promissio hujus Sacramenti propria*. Respond. Id falsum esse constat ex illo Joan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur &c.* ut etiam apertè fatetur Apologia Confess. August. c. 13. Amesius: *Illa promissio non magis ad pœnitentiam, quàm ad fidem spectat*. Resp. Si de fide per charitatem perfecta loquatur, verum quidem est, quòd habeat annexam remissionem peccatorum; falsum tamen est, id esse vi hujus promissionis sacramentalis.

IV. Objic. *Pœnitentia non habet tale externum, & materiale elementum, quale est in Baptismo, & Eucharistia: Ergo*. Non magis hinc sequitur Conclusio intenta, quàm ex isto: Amesius non rugit, aut crocitat: Ergo non est animal. Frustra nititur, nisi ex S. Scriptura ostendat, Christum non potuisse aliud signum sensibile, nisi in elemento visibili, gratiæ effectivum instituere.

V. Objic. *Pœnitentia Vet. Test. eadem planè fuit cum illa, quæ in Nov. Test. docetur. Sed illa non fuit Sacramentum. Ergo nec hæc*. Resp. Pœnitentiæ virtus in veteri, & novo Test. est eadem, quis dubitet? quin & in lege Naturæ. At quomodo hinc infertur, Christum non instituisse, aut etiam non potuisse instituere, ut in Nov. Test. imperfectis pœnitentibus non subveniretur ope Sacramenti hujus? Hallucinatio nonnullorum veterum Scholasticorum nihil juvat Calvinistas, nec nocet cæteris Theologis. Illud verò permirum, quòd Amesius *Nathan propheta* tantum tribuat, *ut instrumentaliter gravissimam peccati remissionem verbo suo fecerit*; id tamen neget Nov. Test. Sacerdotibus; aut si hoc etiam concedat, neget hoc esse Sacramentum.

VI. Objic. *Pœnitentia Nov. Test. ante, & post resurrectionem Christi est eadem omni ex parte: Sed ante resurrectionem Christi non fuit Sacramentum: Ergo nec postea*. Resp. Falsa est Major, nisi præcisè de sola virtute sermo sit. Ante resurrectionem nulli Christus legitur dedisse potestatem remittendi peccata imperfectè pœnitentibus, conantibus tamen proficere in dilectione Dei. Cùm verò Christus dixit Matth. 9. v. 2. Luc. 7. vers. 48. *Remissa sunt tibi peccata*, non ministravit Sacramentum; sed quid per excellentiæ potestatem fecerit, annuntiavit. *Mira est hæc perversitas* non *Bellarmini*, sed Amesii, cùm illum reprehendit, quòd in verbis Joan. 20. *Quorum remiseritis &c. ex remissione colligat confessionem*, quia peccata non debent remitti, nisi iis, qui se peccata habere, eaque sibi displicere testantur; *hic tamen à Christo ipsa peccata remitti velit sine debita confessione*; mira, inquam, hic est Amesii vel perversitas, vel stupor, quòd non agnoscat, Christo dispositionem pœnitentium, quibus remittebat peccata, absque externa confessione fuisse apertam; Sacerdotibus verò (citra miraculum) non nisi externis signis innotescere potest, adeoque optimè ex illa judiciaria potestate Apostolis, & Sacerdotibus Joan. 20. data infertur peccatorum confessio, cùm alioqui legitimè judicari non possit. Achilles itaque, quem jactat *firmum, & nulla ex parte labefactatum*, vix Thersites est; cùm in eo, quòd maximè probandum erat, miserè mendicet principium.

VII. Objic. *Ex Apostolorum doctrina, & exemplis, nihil adferri potest ad Sacramentum pœnitentiæ confirmandum*. Respond. Sufficit institutio & promissio Christi Joan. 20. quam & Apologia Confess. Augustanæ cùm Luthero agnovit, & omnis Ecclesia Græca, Latina, Barbara. Quis ambigit, multa Apostolos & fecisse, & docuisse, quæ scripta non sunt? Amesius: *Meminisse debet Bellarm. quod antè docuerat de effectu Sacram.* lib. 2. cap. 28. Pœnitentiam esse Sacramentum, quod excellit cæteris omnibus necessitate, solo Baptismo excepto. *Huic autem sententiæ si adjungatur illud, quod idem Bellarm. habet de Verbo Dei*, lib. 4. cap. 11. Apostolos consuevisse omnibus prædicare, quæ omnibus vel necessaria, vel utilia erant; & illa omnia scripta esse ab Apostolis, quæ ipsi palàm omnibus prædicaverant, *tum hujus subterfugii nuditas omnibus non sponte cæcutientibus statim apparebit*. Resp. Nullo hic opus subterfugio, ubi omnia bellè concinunt. Pœnitentiæ Sacramentum non est omnibus, sed tantùm iis necessarium, qui post baptismum læthiferè peccarunt. Esto autem sit omnibus saltem utilis ejus notitia, numquid hæc sufficienter invenitur in Evangelio; promissa quidem Matth. 18. instituta verò Joan. 20.? An omnes omnia omnibus locis scribere oportebat? Sed jam

§. Unico.

Gerhardina difflantur.

Gerhardus hìc apertè deflectit à Doctrina Lutheri, & Apolog. Confess. Augustanæ, impugnans hoc pœnitentiæ Sacramentum verè, & propriè dictum; quàm viriliter, & validè, mox patebit.

Thes. 3. disp. 14. ait: *Stante hac hypotesi Bellarminiana* (quòd non malè Chemnitius ex Baptismo, & Eucharistia, naturam Sacramentorum in genere investigandam esse censuerit) *non poterit probari, pœnitentiam esse Sacramentum propriè dictum, cùm externum elementum, in propria institutionis sede expressum, in pœnitentia monstrare minimè possit*. Resp. ut suprà: probare debebat Gerhardus, visibile elementum, non verò sensibile signum requiri, & sufficere ad rationem Sacramenti in genere.

Th. 6. *Signa pœnitentiæ externa in pœnitente, & manus impositio in absolvente, possunt à pœnitentia abesse: Ergo non sunt externum symbolum Sacramentale*. Simile est argumentum huic: Ablutio, & verba: *Ego te baptizo &c.* possunt ab interna ablutione peccatorum abesse: Ergo ablutio cum formula baptizandi non sunt externum symbolum sacramentale. Numquid satis ineptè?

Quæ à Th. 7. usque ad 19. producit, tam sunt insulsa, & puerilia, (præsertim quæ de Scholasticorum dissensione,) ut pigeat referre.

Th. 19. probaturus, *Bellarminum non sibi satis constare*, ait: *Primò statuit, Pœnitentiam esse Sacramentum Nov. Leg. à Christo institutum, & tamen cap. 19. §. Primum*

igitur

igitur &c. partes hujus Sacramenti probare nititur ex Vet. Test. Resp. Hæc est vel flagitiosa sycophantia, vel puerilis insulsitas. Nam in posteriori loco Bellarmin. apertis verbis ait: *Se ostendere velle, contritionem, confessionem, & satisfactionem saltem in genere, actus quosdam virtutis pœnitentiæ &c.* Quid hoc ad Sacramentum pœnitentiæ ut sic? Numquid actus illi virtutis pœnitentiæ, locum habent in omni lege, in, & extra Sacramentum?

Quod Th. 21. observat Gerhardus: *Bellarminum inter alia argumenta, ad probandam manuum impositionem ad Sacramentum pœnitentiæ non pertinere, etiam hoc afferri, quòd Dominus sine hoc ritu* Matth. 9., & Luc. 7. *peccata remiserit, adeoque præsupponere, remissionem illam fuisse sacramentalem, quod tamen cap. 11. negat.* Resp. Bellarm. cap. 15. inde propriè non argumentatur, sed obiter dicit: Nil obstare, quin sine impositione manuum remittantur peccata, sicut Christus fecit, &c. Absolutè falsum est quod Th. seq. ait: *Qui signis apertis contritionem suam prodit, ille etiam peccata sua confitetur:* etsi verum esse possit, cùm aliter confessionem facere nequeat.

Th. 35. sic arguit: *Cùm fatente ipsomet Bellarm. pœnitentiam, & fidem vivam requiramus, & sine his neminem justificari dicamus; cùm reconciliationem quandam lapsorum post Baptismum agnoscamus - - - cùm ritum aliquem absolutionis agnoscamus; qua veritatis specie Bellarminus cum Novatianis pœnitentiam planè negantibus, nos* (Lutheranos) *conjungere poterit?* Respond. Bellarminus loquitur iis locis de genuinis Lutheri filiis, qui cum ipso, & August. Confessionis Apologia, pœnitentiæ agnoscunt propriè dictum, & verum Sacramentum. De Gerhardo autem, & plerisque omnibus Lutheranis in hoc puncto Calvinizantibus idem pronuntiasset Bellarm. quod de Kemnitio dixit in fine cap. 12. Sapientiùs igitur Kemnitius fecisset, si cum Apologia Confessionis Augustanæ, in cujus verba jurarunt, pœnitentiæ Sacramentum, verè ac propriè dictum adversus Calvinistas (non Catholicorum modò, sed etiam Lutheranorum judicio, ac censura) hæreticos defendisset. Hæc ipsa notet quoque Titius, qui cùm nihil ad rem haberet, affingit Bellarmino id, quod ipse ex sententia Hugonis, & aliorum dixerat.

Ad CAPUT XIII.

Baptismi vim ad omnia totius vitæ peccata se extendere negant omnes Catholici: Lutherus etsi initio lib. de Capt. Babyl. pœnitentiam posuisset Sacramentum à Baptismo, & Eucharistia distinctum, in fine tamen æquè apertè negat signum Sacramentale in pœnitentiæ Sacramento distinctum à Sacramento Baptismi. Quem secutus Calvinus lib. 4. cap. 19. §. 17. damnat illud S. Hieronymi, & aliorum vetus & verum effatum, quòd *Pœnitentia sit secunda post naufragium tabula; ut plane impium, & inexcusabile, si ex sensu Pontificiorum exponitur, quasi per peccatum deleatur Baptismus, & non potius in memoriam revocandus sit peccatori, quoties de remissione peccatorum cogitat &c.*

Sed veritas Catholica suadetur 1. ex typo, vel exemplo Circumcisionis, cujus memoria nusquam in Scriptura proponitur, ut remedium peccatorum. Discrimina inter utrumque Sacramentum (Circumcisionis, & Baptismi) ab Amesio assignata, hic merè materialiter se habent. Falsum est, Circumcisionem etiam ad peccata sequentia se extendisse; neque plus circumcisis, quàm præputiatis perfectè resipiscentibus, & contritis Deuter. 30. vers. 6. promittitur, ut Ninivitarum exemplo constat.

2. Probatur ex 1. Joan. 1. vers. 9. *Si confitemur peccata, remittit nobis &c.* Amesius: *Remitti nobis peccata illa docet idem* 1. Joan. 2. *per advocatum illum, quem in*

Baptismo habemus nobis obsignatum, & proinde vi Bap
Resp. Hæc est glossa Puritani, non textus Apos
sed huic contraria.

3. Prob. Paulus Hebr. 6. vers. 6. negat lapsos
Baptismum posse renovari per Baptismum; ubi
negat, impossibile esse iterum renovari per eam
nitentiam, quæ cum Baptismo conjuncta est, ne
est omnino, aut eum negare cum Novatianis r
ciliationem, aut cum Catholicis affirmare novu
cramentum à Baptismo distinctum. Et sic Apost
intelligunt SS. Chrysostomus, Ambrosius, Augus
& reliqui Patres, qui summo consensu tradun
quod adversarii in Trid. Concil. sess. 14. cap. 2.
hendunt, quòd scilicet non sine magnis fletibu
laboribus ad eam integritatem reconciliationis
nire possint, qui post Baptismum pœnitentiam a
ad quem facili negotio per Baptismum antè pe
rant. Et hæc traditio Patrum, junctis rationibu
addendis, evincunt hanc veritatem, etiamsi ille
stoli locus ad Hebr. aliam interpretationem co
dam admittat. Falsum interim est, quod ait
sius: *Non nisi de peccato in Spiritum S. loqui Apos*
Falsissimum: *Disertis verbis ad memoriam Bapti*
mittere Apostolum. Rom. 6. eos, qui post Baptism
mortale lapsi sunt, tamquam ad remedium infa

4. Nulla ratio patitur, ut eadem facilitate ig
Deus iis, qui ignorantes, & qui scientes pecc
Non esset quidem *ex ratione de gratia judicand*
quid secus ex revelatione haberemus: *Sed volu*
Dei revelatam diversam Amesius fingit, non o
ex S. Codice.

5. Ritus Baptismi, & Pœnitentiæ habent di
materiam, & formam: Ergo sunt diversa Sac
ta. Diversum etiam habent ministrum; cùm B
in necessitate quivis mas, aut fœmina: Pœniter
lus Sacerdos esse queat, ut habet certa Eccle
ditio, & continua praxis.

6. Si Baptismus Sacramentum Pœnitentiæ
nullus infans baptizari posset, quia memoriam
tismi nullus infans retinere potest. Ridiculum e
ait Amesius: *Faciliùs infantem recordari posse*
Ministrum habuisse intentionem baptizandi, & abs
quam tamen nos ad efficaciam exigimus. Respon
infante utrobique loquitur, nihil is eorum p
potest, adeoque fatua est comparatio, utru
liùs possit. Si verò de adultis, recordatio i
Baptismi, sive intentionis Ministri, nihil facit
nostram.

7. Denique: Si Baptismus valet ad peccata
delenda, quæro, an deleat, cùm suscipitur? a
cùm ad memoriam revocatur? Si prius? remi
peccata antequam admittantur, quod est ab
mum; cùm sic nulla peccata baptizato nocere
adeoque necessariò omnes baptizati salvarent
posteriùs; iterum duo absurda sequentur: Nar
certa erit justificatio, cùm ab hominum test
pendeat: & pariter tolletur S. Eucharistiæ
tatio, cùm ità sufficere possit memoria sp
cibi, aliquando gustati, sicuti sufficit memor
cri aliquando suscepti. Ad priorem partem re
Amesius: *Baptismum delere futura peccata, non c*
sed virtualiter; compleri autem per fidem & pœni
Sed juxta Lutheranos & Calvinistas totum fa
& pœnitentia: ad quid igitur fingitur memoria
mi? Alterum absurdum ideò non sequi putat A
Quia justificatio non ità alligatur signo externo B
ut si quis sine sua culpa illo fraudaretur, non possit
fieri virtutis ejus. Verùm, ut hoc ità sit, cùm h
nitens pertingit ad contritionem perfectam, (q
tè non est omnium,) quid fiet imperfectis i
Dei? *Tertium absurdum*, ait, *non magis sequ*
tolli iterationem Eucharistiæ, ex eo, quod tollat

tio Baptismi. Disparitas est quidem quoad necessitatem inter utrumque, non autem quoad utilitatem, & sufficientiam. Si enim sufficit memoria Baptismi, cur non & memoria Eucharistiæ sumptæ in ordine ad suum quoque effectum: *Memoria illa consolationis ex spirituali cibo percepta*, potest quidem sæpè abstrahere ab illecebra peccandi; at quid hoc ad deletionem peccati admissi?

Ad CAPUT XIV.

I. OBjiciunt hæretici: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: hæc promissio semper manet*. Respon. Est promissio conditionata. Amesius: *Promissio salutis, quæ peccatori fit, est conditionata; sed quæ credenti fit, est absoluta, quia conditionem requisitam supponit*. Respon. Neque hoc verum est. Nam etiam quæ credenti fit, non est omnino absoluta, sed includit omnia ea, quæ fides exigit à nobis facienda, & perseverantiam; aut si interrupta hæc fuerit, quæsierit alterum remedium, nempè Sacramentum Pœnitentiæ. Qui enim semel excidit per peccatum mortale à fœdere Baptismi, non potest ad illud redire per solam cogitationem Baptismi; reipsa autem baptizari iterum, non licet. Amesius: *Quamvis per solam cogitationem non reditur, reditur tamen per resipiscentiam & fidem, ex cogitatione gratiæ Baptismalis oriundam*. Responsio hic est eadem, quæ nuper ad secundi absurdi effugium.

II. Objic. *Scriptura de effectu pœnitentiæ aliquando loquuntur per futurum, ut Marc. ult.* Salvus erit: *aliquando per præsens, ut 1. Petri 3.* Salvos nos facit. *Et Ephes. 5.* Mundans eam lavacro aquæ. *Ergo Baptismus vim habet purgandi peccata præsentia & futura*. Resp. Neg. Conseq. Nam illud Marci: *Salvus erit*, vel intelligitur de salute in re, & ipsa gloria æterna, quæ utique post futura est, & non est effectus, sed finis Baptismi: Vel accipitur de salute in spe, hoc est, ipsa gratia justificante, & hanc certum est mox subsequi ad Baptismum; ac proinde esse quidem futuram respectu Baptismi, sed peccatorum præteritorum, non futurorum. Illud 1. Petr. 3. *Salvos facit Baptisma*, non comparat Baptisma cum peccatis, sed tempus Christi cum tempore Noe, adeoque non est ad rem; Nec plus indè evincit Amesius. Illud Ephes. 5. *Mundans eam, &c.* Si referatur ad singulos homines, dicendum est, Baptismum purgare peccata futura mediatè, quia per Baptismi characterem jus habet ad Sacramentum Pœnitentiæ, quo peccata etiam mortalia purgantur; quod Sacramentum percipere nequeunt, nisi antea baptizati, juxta illud S. Augustini lib. 1. de nupt. & concup. cap. 33. *Quid enim prodesset, vel ante baptismum pœnitentia, nisi Baptismus sequeretur, vel postea, nisi præcederet?* Amesius contra hæc nil habuit, nisi *quod de Sacramento Pœnitentiæ adjicitur*. Verùm hoc satis probatum est suprà.

III. Objic. *Vis Baptismi in futurum apertissimè declaratur* Rom. 6. Resp. In ordine ad deletionem peccati futuri, ne obscurè quidem indicatur, nisi ope omnipotentis illius Quodlibeticæ Parhermeniæ. Solùm enim ibi docet Apostolus, quomodo debeant caveri peccata. Si tam apertè ibi habetur thesis Lutherano-Calvinistica, cur non proferuntur verba, aut versus ipse? aut saltem non per evidentem Consequentiam infertur?

IV. Objic. *Per Baptisma communicatur nobis Christi puritas, quæ semper viget*. Resp. Novum illud imputativæ justitiæ commentum Tomo IV. excutietur. Illa verò inhærens nobis, & ex meritis Christi infusa puritas, seu gratia sanctificans expellitur per quodvis mortale, nec restituitur nisi per Pœnitentiæ Sacramentum, saltem in voto habitum, per actum perfectæ contritionis.

V. Objic. Baptismus per peccatum non deletur: *Ergo tota vita vim suam poterit exercere*. Resp. Omnem, nego; aliquam concedo. Sunt enim in Baptismo. 1. Actio ablutionis, & hæc sine dubio, dum efficitur transit. 2. Gratia regenerationis; Et hæc manet, quamdiu non peccatur mortaliter. 3. Character spiritualis; & hic manet indelebiliter, ideoque Baptismus repeti nequit. Hanc verò characterem rejiciunt Lutherani & Calvinistæ, ut suprà vidimus. Hic jam vellet Amesius ab eo suppetias accipere; sed ità illum describit, ut videatur ipse nescisse, quid sit illa *relatio characteristica*.

VI. Objicit. *Baptismus est sigillum fidei pœnitentibus*. Resp. Hoc commentum de sigillo explosum est suprà. Amesius: *Communis est doctrina Scholasticorum, eum, qui fictè accedit ad Baptismum, recedente fictione accipere gratiam, Baptismi effectum. Non est autem credibile, Baptismum efficaciorem esse postea in iis, qui fictè accedebant, quàm in aliis, qui sincera cum resipiscentia accesserunt*. Resp. Neg. Sequel. Quia cùm Baptismus iterari nequeat, par fuit, ut ejus effectus, ob indispositionem impeditus, aut suspensus, postea secuta debita dispositione, effectum suum habeat. At qui Baptismi primam gratiam peccato mortali prodegit, meritò non solùs Baptismi memoria, fides, & qualicumque pœnitentiæ conjuncta, restituitur in gratiam; sed ad secundum, & laboriosum Pœnitentiæ sacramentalis Baptismum remittitur. Gerhardus hic silet.

Ad CAPUT XVIII.

TRibus partitionibus dividi solet Pœnitentiæ Sacramentum. I. Sumitur ab essentia, quæ duabus partibus constat: materia, & forma, hoc est, Actibus pœnitentis, & absolutione Sacerdotis. II. Est à materia, quæ tres partes comprehendit: Contritionem, Confessionem, Satisfactionem. III. A ritu, quæ est etiam trimembris: alia est enim pœnitentia privata, alia publica; & hæc rursus solemnis, aut non solemnis. Quod spectat ad partes pœnitentiæ materiales, seu actiones in homine pœnitente necessarias, Catholici summo consensu tres prædictas assignant. Adversarii autem aliqui cum Luthero assignant duas: Contritionem scilicet, & Fidem: per illam intelligunt terrores ex minis Legis conscientiæ incussas; per hanc, fiduciam certam remissionis peccatorum. Alii cum eodem Luthero jam adultiore, jungunt duabus prioribus novam obedientiam. Alii denique cum Calvino constituunt duas, scilicet: Mortificationem, & Vivificationem; Per illam intelligunt non terrores incussos, ut Lutherani, sed mortificationem vitiorum, & abnegationem sui; per hanc verò, non fiduciam, & consolationem ex Evangelio, ut Lutherani, sed pium bene vivendi studium. Amesius hic oggannit quidem, sed quod carpat, & refellat, non invenit, nisi cavillationes meras, dicta Bellarmini versando pro libito. Quid enim est nisi nugari, accipere de virtute, quæ Bellarminus de Sacramento pœnitentiæ pronuntiavit? Ipsas adeò Lutheranorum sententias suis glossulis non illustrat, sed pervertit: ac tandem fatetur, nullam in his esse materiam controversiæ de Sacramento pœnitentiæ. Juvat interim hic adscribere assertiones Bellarmini de partibus, tam quas Adversarii, quàm quas Catholici assignant.

I. Terror animo incussus à Lege, non rectè inter partes pœnitentiæ numeratur. Tum quia Scriptura illos à pœnitentia distinguit 2. Corinth. 7. ubi ait, tristitiam, seu molestiam ex minis, & objurgatione ortam, esse causam pœnitentiæ: tum quia in nulla bo-

na

na definitione Contritionis includuntur terrores : tum quia actus pœnitentiæ debent ex virtute pœnitentiæ prodire, non verò sic prodeunt terrores; & possunt esse in eo etiam, qui pœnitentiam nullam agit; etsi interim minimè negemus, ejusmodi terrores posse ad pœnitentiam conducere, & sequi.

II. Fides non est pars pœnitentiæ, licèt ad hanc efficiendam necessariò requiratur : Tum quia iis ipsis locis Marc. 1. Act. 20. quibus Lutherani suam sententiam probant, contrarium infertur; utrobique enim distinguitur fides à penitentia, Tum quia fides pœnitentiam præcedit, eamque gignit; quomodo autem causa pœnitentiæ potest esse ejus pars? Tum quia partes penitentiæ censendæ sunt illæ actiones, quæ à virtute penitentiæ manant : at credere est fidei Theologicæ, non verò penitentiæ (moralis virtutis) actus.

III. Non sunt omnia bona opera, quæ post justificationem fiunt, inter actus penitentiæ numeranda: Seu, non omne bonum post reconciliationem cum Deo factum, est pars penitentiæ, ut sunt omnia, quæ fiunt sine relatione ad pecata præterita.

IV. Mortificatio, & Vivificatio, in eo sensu, quo à Calvino, & Beza accipiuntur, non sunt partes penitentiæ, Nam pœnitentia est tantùm peccatorum, mortificatio autem illa afflictionum, & renovatio spiritualis, est etiam justorum; ista enim ad profectum; non ad pœnitentiam ut sic pertinent. Non *omnis mortificatio est peccatorum seu culparum*; cum etiam naturales inclinationes & passiones homo justus mortificare debeat.

V. Partes materiales pœnitentiæ, quatenus scilicet ex parte pœnitentis ad remissionem peccatorum, in Sacramento reconciliationis necessariæ sunt, ex consensu omnium Catholicorum sunt : Contritio, Confessio, Satisfactio. Nugatur hic Amesius, dum negat, aliter & aliter (scilicet ut Sacramentum, & ut virtus est) pœnitentiam posse spectari; & cùm Baptismum etiam vult esse Sacramentum reconciliationis, in quo tamen non inveniantur istæ tres partes : Hoc est λογομαχεῖν!

Ad CAPUT XIX.

AMesius dissimulat Calvini, & Kemnitii objectiones à Bellarmino profligatas; uti & cætera ad finem usque libri primi : Eodem modo integrum librum secundum, qui est de contritione, transilit.

V I N D I C I Æ

Pro Libro Secundo de Sacramento Pœnitentiæ.

Ad CAPUT XVIII.

DE *contritione*, inquit Amesius, *nulla est gravis controversia, quæ hoc in loco potest tractari.* Videtur ergo admittere, quæ Bellarm. contra Lutherum, Calvinum, Kemnitium &c. hic statuit, nempè 1. Contritio non est terror ex minis legis conceptus, nec est passio, sed actio, & ea libera, non coacta; ad Evangelium pertinens : nec item hominem illa spoliat bonis operibus; nec replet peccatis, ac maledictionibus; sed contrà potiùs & ipsa est opus bonum, & à peccatis liberat, bonaque opera, & benedictiones adducit. 2. Ea sine speciali Dei auxilio haberi non potest. 3. In illa includitur odium, & detestatio peccati præteriti. 4. Itemque propositum rectè impostèrum vivendi. 5. Est ad justificationem omnino necessaria. 6. Debet esse ex toto corde, & super o
7. Non requiritur tamen ad eam, ut sit sufficie
remissionem peccati, ut æqualis sit magnitudi
Divinæ. 8. Debet autem esse summus dolor app
tivè, non intensivè. 9. Non requiritur certus eju
dus intensionis, nec ulla mora temporis. 10. C
tio vera, causa est remissionis peccatorum, quia
pè disponit ad justificationem, & impetrat re
nem peccatorum. 11. Contritio perfecta cum
Sacramenti suscipiendi remittit peccata ante Sac
tis absolutionem. 12. Nullum est peccatum,
per veram pœnitentiam non deleatur. 13. Co
imperfecta, sive attritio, ex timore pœnæ orta
na est, & utilis.

Gerhardus etiam paucula hìc movet, & ea i
tis puerilia.

Nam Th. 38. sic colligit : *Quod est medium ju
tionis ex parte hominis, ab eo fides excludi nequit :
tentia juxta Bellarm. est medium justificationis : Erg
ab ea excludi nequit.* Subsumo ego : Baptismus (
illud Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit,*) est medi
stificationis : Ergo fides à Baptismo, tamquam
excludi nequit; quod est sine dubio falsum.

Th. 41. affingit Bellarmino, quasi *exigeret sig
tritionis externa*, præter ipsam confessionem pe
rum. Est itaque argutatio tota vel flagitiosa, v
tilis.

Th. 43. more consueto sic nugatur : *Fatetur
Scholasticorum in hac quæstione dissensionem :* Ergo
est Lutheranismi testis. Numquid bella illati
& illa Th. 51.

Thes. 47. sic arguit : *Uti se habet contritio pr
cta in genere, ità se habet contritio metaphoricè
in specie, quæ est cordis humani : Atqui conteri
moliri, respectu sui objecti, quod conteritur, &
litur, est passio : Ergo etiam contritio cordis, no
ctio, sed passio.* Respond. Si Major crudè acc
uti prætendit Gerhardus, sequeretur pariter
tritionem non prærequirere ullam notitiam,
se hominis ut sic actum vitalem, sed omnin
lem contritioni lapidis, aromatum &c. quo q
tile magis? Imò hoc ipsum evertitur mox
Manifestari enim, *& argui peccatum* non pote
in agente intellectuali, & libero.

Th. 51. *Si in actu justificationis non concurr
merita præcedentia : Ergò nec de congruo.* Resp
tum est, Antecedens apud Bellarm. in Pt.
de merito propriè dicto : unde non nisi *puer.*
meritum improprium arguitur.

V I N D I C I

*Pro Libro Tertio de Sacramen
Pœnitentiæ.*

Ad CAPUT II.

COntroversiæ status est : *An omnia peccat
lia Sacerdotibus confiteri, sit jure Divino
rium iis, qui post Baptismum lapsi sunt?* Affirn
contra Lutheranos, Calvinistas &c. anathem
xit Concil. Trid. sess. 14. cap. 5. & can. 6. 7.

Probatur hæc veritas : Quia, qui mortali
se adstrinxerunt, tenentur jure Divino pœni
agere, & reconciliationem cum Deo quære
medium necessarium ad reconciliationem pos
mum est confessio peccatorum omnium Sace
cta : Ergo tenentur jure Divino, qui post Ba
mortali peccato se obstrinxerunt, Sacerdoti

omnia confiteri. Assumptio hac ratiocinatione concluditur: Christus instituit Sacerdotes judices super terram, cum ea potestate, ut sine ipsorum sententia, nemo, post Baptismum lapsus, reconciliari possit: Sed nequeunt Sacerdotes rectè judicare, nisi peccata cognoscant. Ergo jure Divino tenentur, qui post Baptismum lapsi sunt, peccata sua Sacerdotibus aperire, ac per hoc est confessio peccatorum medium necessarium ad reconciliationem iis, qui post Baptismum lapsi sunt. Christum Sacerdotes in hoc Sacramento instituisse judices mox probabitur. Amesius hic solenne suum cantat: *Magnum pati, ait, præjudicium hoc Pœnitentiæ Sacramentum, quòd pars ejus præcipua, ad salutem lapsis necessaria, non possit ullo Scripturæ testimonio sine prolixa circuitione consequentiarum probari, &c.* Resp. Non patitur præjudicium, nisi apud eos, qui legem interpretandi Verbi Dei nullam patiuntur, & regulam traditionis Ecclesiasticæ contemnunt. Falsum est: *Eandem fore consequentiam, si quis ità ratiocinaretur: Deus constituit Sacerdotes judices, ut, ex ipsorum sententia, mortalia distinguantur à venialibus, pœnitentes admittantur ad Baptismum, impœnitentes arceantur, &c. Sed Sacerdotes rectè de his judicare nequeunt, nisi omnia omnino peccata fuerint explicata. Ergo.* Resp. Major est sine dubio falsa, & nec apparenter ab Amesio fulcitur. Suarez disp. 26. non habet, quod ei tribuit Amesius, nec si haberet, magis ad rem faceret, quam quod ex Vasquez allegavit, Confessionem venialium posse imperari. Nihil omnia ista faciunt ad fulciendam illam propositionem. Usque adeò autem falsum est, *fingi à nobis judiciariam potestatem in absolvendo tantum, & non in condemnando*, ut potius Vasquez disput. quæst. 90. art. 1. & alii, ex ea potestate retinendi peccata, doceant, evidenter convinci necessitatem confitendi mortalia. Cretensis hyperbole est, cùm ait Amesius: *Maximam partem Scholasticorum disertè negare, quòd Sacerdotes propriè remittant peccata quoad culpam, etiam quoad pœnam æternam.* Apertum mendacium est, *Suarezium id fateri* disp. 10. Cùm is sect. 2. num. 2. numeratis pro prima sententia sex Scholasticis, pro secunda tribus, demum num. 5. veram sententiam nostram dicat *esse communem Theologorum, præsertim D. Thomæ* quæst. 1. art. 3. & dist. 22. qu. 2. *ubi Thomistæ omnes &c.* Itaque nihil nisi verba hic dat Amesius.

Jam verò Christum Sacerdotes constituisse judices, probatur I. ex Matth. 16. vers. 19. & 18. vers. 18. Joan. 20. vers. 23. Amesius: *Judiciariæ potestatis in istis locis mentionem fieri, non negamus, sed ejus auctoritatem, & potestatem esse penes Christum solum, affirmamus, & ministerium tantùm penes Christi ministros.* Resp. Neque nos dicimus, quòd constituerit Christus Sacerdotes tamquam judices absolutos, & independentes, sed ministros Christo subordinatos, sed tamen judices: nam & pedanei judices verè sunt, etsi non tanta, quanta Princeps, & illimitata polleant auctoritate. Sed mox pœnituit suæ liberalitatis Amesium, cùm illam *judiciariam potestatem interpretatur ministerium Evangelii, quia*, inquit, *ministri verè solvunt peccatores, gratiam illam prædicando, & suo modo ministrando &c.* At, quis sani cerebri dixerit, præconem Principis decretum promulgantem, habere potestatem judiciariam? Certè Apostolis, & per eos Sacerdotibus, Joan. 20. confertur potestas & remittendi, & retinendi peccata. Amesius: *Retentio peccatorum non pendet ex voluntate Sacerdotum: Vel enim remittuntur peccata credenti, & resipiscenti, (quidquid Sacerdos velit, aut nolit,) vel Evangelium non est verum.* Respon. Quantum Lutheri, vel Calvini, fateor non est verum; sed Christi verissimum Evangelium apertè dicit, à Sacerdotum absolutione (saltem frequenter,) pendere remissionem peccatorum. Quotiescumque enim contingit (id verò est frequentissimum,) ut pœnitentis contritio non sit ex charitate perfecta, toties suppleri debet per Sacerdotalem absolutionem, aut pœnitens non pœnitens non absolvetur à culpa. Sed proponit Amesius lepidam quæstionem: *Si duo Sacerdotes, ait, unam & eandem confessionem audientes inter se dissentiant, ita, ut unus remittat, alter retineat peccata confitentis, quid tandem fiet?* Resp. Si pœnitens a parte rei sit ritè dispositus ad absolutionem, remittentur ei peccata, etsi alter Sacerdotum refragetur: idem enim est, ac si uni legitimo Sacerdoti fuisset confessus, & absolutus; cujus sententiam alius illegitimus, vel errans non posset reddere irritam.

II. Confirmatur ampliùs illa judiciaria potestas, *Quorum*. Non enim vult Dominus omnibus indefinitè peccata remitti: Sed Evangelium omnibus indefinitè prædicandum est, & omnibus omnino dari potest illa conditionalis absolutio (Remittuntur tibi peccata, si credis.) Igitur non loquitur Dominus de prædicatione Evangelii, sed de vera (licet ministeriali) potestate remittendi peccata. Amesius: *Illa prædicatio Evangelii (Remittuntur tibi peccata, si credis;) non remittit peccata, nisi fide illa posita, quam requirit: posita autem illa fide, tum virtutem habet remittentem in illo fideli, quam in aliis non habet. Syllogismus talis conficitur:* Si credis, remittuntur tibi peccata. *Hæc propositio est generalis. Assumptio fit ab illo, cui Evangelium prædicatur:* Ego credo. *Conclusio inde sequitur singularis remissionis:* Ergo tibi remittuntur peccata. Resp. Hoc iterum non est, nisi verba dare. Numquid enim credens jam novit ante generalem illam propositionem? Nonnè, si actu credat, solius fidei virtute (juxta Lutherano-Calvinistas) remittuntur credenti peccata? Ad quid ergo illa ulterior annuntiatio remissionis singularis fingitur a novis Evangelistis, nisi ad illudendum suis? quos profectò nimis stupidos esse oportet, si tam palpabilem fraudem suorum ministrorum non deprehendant. Quæ iteratò hic ex Cajetano recitat Amesius, nihil à sententia Catholica rectè intellecta discrepant. Perversè in suum errorem ea torquet Amesius, ac ità infert: *Impiè igitur faciunt sacrificuli Pontificii, qui remittunt peccata mortalia, & retinent venialia: remittunt quoad culpam, & pœnam æternam, & retinent quoad pœnam temporalem.* Resp. Hæc est vel inscitia insulsa, vel impia calumnia. Numquam remittuntur mortalia ex parte, sed ex asse: venialia simul omnia remittuntur, modò omnium habeat pœnitudinem, cui absolutio confertur: hoc si non fiat, non Sacerdos retinet venialia, sed pœnitens non satis dispositus. Pœnam omnem temporalem remittere, plerumque non est in potestate Sacerdotis, qui proinde eam non retinet, sed Deus.

Denique colligitur idem quoque ex Cæremonia insufflationis. Sicut enim Act. 2. dedit Christus Spiritum Sanctum in specie linguarum, quia dedit eo tempore donum concionandi; sic etiam, Joan. 20. dedit Spiritum Sanctum insufflando, quia dedit donum peccata remittendi, non concionando, ut Adversarii somniant, sed planè extinguendo. Uti enim flatus extinguit ignem, & dissipat nebulas; sic etiam absolutio Sacerdotis peccata dispergit, & evanescere facit, juxta illud Isai. 44. *Delevi, ut nubem peccata tua.* Amesius: *Collectio ista ex flatu magis est ridicula, quàm ut seriò debeat refutari. Evanescat ut flatus.* Respond. Hic esset expeditus modus solvendi argumenta, si flatu possent dissipari. Sed an collectio Bellarmini, vel refutatio Amesii ridicula sit, prudens lector facilè intelliget, ubi consideraverit, Christum nullam Cæremoniam sine singulari mysterio unquam adhibuisse. Testimonia Sanctorum Patrum, eandem veritatem confirmantia, non saltem *flatu*, sed silentio, & pura omissione enervavit *scilicet*.

Confirmatur hæc veritas rationibus. 1. Si non essent

sent Sacerdotes judices, nec verè peccata remitterent, sed solùm annuntiarent esse remissa, nemo periret ex eo solùm, quòd Sacerdotem reconciliantem habere non posset: Qui enim credit, ex sententia Adversariorum, jam habet remissionem, etiamsi nemo sit, qui id verbis protestetur. At SS. Augustinus, Leo M. &c. apertè docent, aliquos reconciliari cupientes, & proinde credentes in Christum, in æternum perire, quòd antè moriantur, quàm à Sacerdote absolvi potuerint. S. Augustinus epist. 180. S. Leo epist. 91. Amesius: *Tum falsum esset Evangelium*: Qui credit in filium, habet vitam æternam. Joan. 3. Resp. Non esset falsum, sed malè intellectum à Neo-Evangelicis. Qui credit fide viva, & charitate perfecta habet vitam æternam. Certum autem est, posse quem credere, & sperare salutem ex meritis Christi, quin hunc diligat super omnia, uti oportet. Talis ergo cum imperfecta contritione, & absolutione Sacerdotali, *Sanctitate Sacramenti custoditus in terra viventium computabitur*, (ut loquitur S. Augustinus lib. 1. de Bapt. c. 15.) hac absolutione si destituatur, pariterque dilectione perfecta, cœlo erit extorris.

2. Si Sacerdos non aliter peccata remitteret, quàm annuntiando Divinas promissiones, certè non nisi frustrà, & ridiculè absolverentur surdi, & ii, qui ob vim morbi sensibus sunt destituti: Tales autem in veteri Ecclesia fuisse reconciliatos aliquando, patet ex Concil. Carthag. IV. can. 76. Arausic. can. 12. SS. Augustino lib. de adult. conjug. cap. ult. S. Leone epistol. 91. Amesius: *Deprecando & impetrando potiùs quàm impertiendo absolvitur talis, cui Evangelium non possit ullo modo insinuari.* Sed legat nobis hoc Amesius, non ex Alense, (quem huc obtorto collo trahit,) sed ex Evangelio. Vanum commentum, & futile effugium hoc esse, patet ex supradictis. At ecce! quàm forte telum suppeditat Amesio *su di hominis absolutio adversus Bellarmini doctrinam de physica gratiæ efficientia. Absolutio enim surdo collata nihil quidquam operatur in ejus corpore, nedum in animam, corpore mediante.* Resp. Admissa physica efficientia, non major est difficultas in surdo, aut morituro sensibus destituto, quàm in quovis alio, qui absolvitur. Neque enim opus est, ut absolutionis verba realiter & physicè immutent, aut afficiant aures pœnitentis. Juxta eam Thomistarum sententiam, instrumenta divinitus operantur etiam in distans.

3. Cùm Minister dicit: Remittuntur tibi peccata, aut absolutè pronuntiat, aut ex hypothesi, *si credas, &c.* Si absolutè, temerè id pronuntiat: si ex hypothesi, talis absolutio ex incerta conditione pendet, nec potest securum reddere pœnitentem. Adversarii autem vix alium finem absolutionis agnoscunt, quàm ut certum reddat acceptæ justificationis. Amesius cerastino hoc in summas redactus angustias, confugit 1. ad suum illum syllogismum suprà explosum. 2. ad Cajet. *Armill. & Rosell. &c.* docentes, *posse absolutioni conditionem de præsenti apponi.* 3. *Quærit, unde hæc nova religio Bellarmino, qui aliàs Tomo 4. omnem certitudinem promissionis acceptæ, quæ superat conjecturam, pernegat.* Resp. Summistarum, & Catholicorum omnium doctrina hic nihil ad rem facit: Nam argumentum Bellarmini manifestum est, esse κατ' ἄνθρωπον, supposita scilicet sententia Lutherano-Calvinistica, quæ certitudinem specialis fidei de remissione peccatorum jactat.

4. Si absolutio non est actio judicialis, sed simplex annuntiatio Divinæ promissionis, tum laicus, fœmina, puer, infidelis, diabolus, psittacus, non minus absolvere poterit, quàm Sacerdos. Addit Bellarminus: Quamquam Adversarii hoc concedunt, quia sequitur evidenter ex eorum principiis, tamen est contra veterum omnium confessionem, & contra consuetudinem omnium Ecclesiarum, & omnium sæculo-

rum. Amesius tam aperto absurdo deterritus,
gregalibus, negat sequelam: *quia*, inquit *Pa[...]*
lis singulariter ad istam legationem designatur à Chr[...]
quidem est: Sed ideò etiam singularem illi [...]
tem delegavit præstandi ea, quæ nequeunt fœ[...]
puer, diabolus, psittacus &c. Non est autem [...]
mia, sed nuda veritas, idem saltem diabolum
quod possunt præcones Lutherano-Calviniani
annuntiationem illam novi Evangelii ante Lut[...]
inauditi. Quod verò idem quoque possint psitta[...]
gregiè demonstratur in legatione Regis psitta[...]
ad Cromwellium conf. 25.

Omitto hic figuras Vet. Test. quatuor, quia [...]
suadent, & patent facilè effugiis, & cavillati[...]
adversariorum? adeoque non illibenter hic cum [...]
sio dicimus: *De figuris non est, quod laboremus.*
verò subdit: *Quòd confessio Sacramentalis non sit ju[...]*
vini, assensores habemus ex Pontificiis, Glossam i[...]
dist. 5. Bonav. Hugon. Cajet. Jansen. De duobus po[...]
falsum est: hi enim tantùm docuerunt, non p[...]
ex Joan. 20. evinci, etsi ipsam assertionem in [...]
lio Later. Constant. Florent. Trid. & à Sixto I[...]
tra Petrum Oxomensem definitam indubitanter
runt. Cæteri pauculi in hoc hallucinati sunt.

5. Confirmatur ex art. 19. ubi multi ex E[...]
credentibus veniebant confitentes, & annuntiantes ac[...]
non certè soli Deo, sed etiam homini: nam a[...]
lum veniebant, ut confiterentur actus suos: [...]
tunc nulla exstabat Ecclesiæ constitutio de co[...]
ne peccatorum facienda, sequitur, ab ipso [...]
institutam fuisse ejusmodi confessionem. Ame[...]
glectis variis Calvini, Centuriatorum, Chemn[...]
evasionibus, quia vidit planè futiles, & à B[...]
no elisas, patrocinium mendicat à Cajetano i[...]
ment. ejus loci, ubi ait: *Eam confessionem f[...]*
genere, vel publicè; uti etiam cum eodem Caje[...]
lud Jacob. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestr[...]*
dit. Sed ut sæpè dictum, nulla Cajetani in ist[...]
mentariis apud nos potest, & debet esse auct[...]
Meritò enim contemnitur ab omnibus, qui om[...]
serit. Solemne illud Cajetani dicterium, quò[...]
res sequi, nihil sit aliud, quàm ingenia nostra dam[...]
judicio nos privare, à Melchiore Cano, egreg[...]
dem Dominicani Ordinis Theologo, hoc me[...]
gium, quòd *hæreticorum, & schismaticorum* co[...]
ea fuisse videatur sententia.

6. 2. Corinth. 5. Dedit nobis ministerium
liationis &c. ubi potestatem clavium agnos[...]
vinus ipse, & fatetur tam publicè, quam [...]
apud fideles baptizatos esse debere usum ha[...]
vium: At legati cum potestate reconcilian[...]
cos Regis non possunt rectè fungi munere [...]
si cognoscant ex ipsis reis, quid egerint, q[...]
tisfactionem persolvere sint parati: neque e[...]
nistro licet pro arbitrio quoslibet, etiam n[...]
tos absolvere. Amesius: *Si hæc ratio valeret[...]*
sio sacramentalis antecedere deberet Baptismum.
quam! Alia enim est ratio eorum, qui pri[...]
Baptismo præstant homagium Christo, qui[...]
raliter condonatur omnis offensa præcedens,
duellium subditorum. Illud verò ridiculum,
Amesius: *Ab ipso Deo mittente Legatos posse[...]*
re, quid egerint illi, qui sunt reconciliandi: [...]
lud, quod subdit: *Inauditum hactenus fuit,*
Regis ad reconciliandos rebelles missum, singul[...]
fessiones audivisse de singulis criminibus admissi[...]
culum, inquam, est, si loquatur de quibus[...]
nibus rebellium, falsum verò, si de singul[...]
bus læsæ Majestatis. Est verò omne peccat[...]
riferum, læsæ Majestatis Divinæ crimen.

7. Constat, praxim Confessionis Sacerdoti[...]
esse antiquissimam; & cùm ejus origo non

tur, nec ex ullo Concilii Oecumenici, aut Summi Pontificis decreto instituta sit, rectè colligitur, esse juris Divini. Imò juris humani esse non posse probabilius est; cùm nulla potestas Ecclesiastica præceptum tam arduum universaliter toti populo Christiano imponere possit, ut optimè probant Card. Lugo, Coning, Martinus Perez in tract. de Sacram. Pœnitent. Nec par est ratio, quod objicit Amesius, *de Pharisæis, qui sine ullo mandato Dei, onera gravia imposuerint in humeros hominum, &c.* Eæ enim erant non nisi externæ observantiæ, & pœnæ, non verò solam conscientiam intimam concernentes. De ejusmodi enim frustrà potestas ulla humana conaretur arctare subditos; quæ sicut actus purè internos imperare nequit, ità multò minùs adigere suo imperio ad manifestanda cordis secreta abditissima, eaque sæpè turpia, pudenda, horrorem ipsi confitenti afferentia, &c. Adde, legem esse universalem, indispensabilem, etiam respectu Summorum Principum, Regum, Pontificum, &c. Unde, quod suprà de potestate Summi Pontificis in omnes totius orbis Episcopos dictum est, & de tota Religione Christiana, etiam locum habet in præcepto Confessionis: Vel enim miraculis persuasa est fidelibus: & habetur intentum; vel non: & hoc ipsum est majus miraculum, rem tam difficilem persuaderi potuisse sine miraculo. Frustrà hic intorquet Amesius scomma illud è Gersone, quòd *mundus senescens phantasiam patiatur miraculorum, &c.* Non enim sermo nobis est de nuperis, sed antiquissimis etiam Ecclesiæ temporibus, ut hic demonstrat Bellarm. cap. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. ad quæ Amesius obmutuit.

Ipsa denique utilitas hujus confessionis tanta est, ut, etsi omnia alia deessent, Divino consilio instituta videri possit: Nam illustrat misericordiam, & justitiam Dei, Pastores instruit ad morbos ovium suarum curandos, Ecclesiam, & Remp. emendat, & multiplicem utilitatem affert confitenti, scilicet consilium, instructionem, consolationem, quietem animi ob præterita, remedium contra futura: Ille ipse rubor, quem inter confitendum patimur, & pars quædam est satisfactionis pro admissis, & frænum cohibens pro futuro &c. Amesius, ut hæc omnibus probis Catholicis ipso experimento notissima eludat, fingit: *Nos ea, quæ confessionis qualiscumque piæ adjuncta, vel effecta sunt, ad auricularem detorquere.* Sed frustrà est, cum nulli alteri confessioni ea commoda competere queant. Marci Eremitæ monitum *de non versandis memoria (sub prætextu Confessionis,) iis vitiis, quibus possit inquinari animus,* omnes probamus in iis terminis, quibus Theologi, & Asceticarum rerum Magistri communiter recipiunt; salvo semper præcepto Divino, de semel confitendo mortalia. Porrò, loco illustrissimi triumphi de impietate Lutherano-Calviniana, meritò hic habemus, quòd Amesius non modo mutire non sit ausus contra Bellarminum, qui novem ultimis hujus libri capitibus argumenta Calvini, & Kemnitii elisit; sed etiam nec unicum quidem pro suo errore argumentum proponere de novo potuerit, sed tantùm Bellarminiana firmamenta qualitercumque allatrare. Molinæus lib. 3. cap. 4. sic objicit: *Confessio est signum peccati: Ergo non gratia.* Respon. Est signum peccati præteriti, & unà cum absolutione signum gratiæ jamjam infundendæ. Quid hic incommodi?

§. Unico.

Lustrantur Gerhardina & Titiana.

Orditur Gerhardus à consueta sua nænia, sed insulsissima, & plusquam puerili Th. 59. *Wicleffus, & Petrus Oxomensis olim contradixerunt enumerationi speciali peccatorum. Erasmus, & Beatus Rhenanus negant, eam esse juris Divini, ut fatetur Bellarminus.* Quid hinc infert? Ergo Bellarminus est ὀρθοδοξίας testis. O Divinum acumen?

Th. 60. ait: *Juxta Bellarmin. Confessio specialis non est simpliciter necessaria. Quomodo ergo Bellarm. tueri poterit immane illud pronuntiatum cap. 7. §. 7. Si non essent Sacerdotes judices, nemo periret, ex eo solùm, quòd Sacerdotem reconciliantem habere non posset:* Ad hoc patet responsum ex §. 2. confirm. 2.

Th. 61. *Si in Vet. Test. non fuit requisita illa enumeratio peccatorum, nullo modo verisimile est, eam in Nov. Test. esse institutam; quia Nov. Test. est fœdus gratiæ, in quo tam onerosum, & arduum confessionis præceptum, ut Scotus illud vocat, de novo non fuit institutum.* Respond. Non tantùm verisimile, sed verissimum esse, quòd in Nov. Test. fuerit à Christo instituta, monstratum est toto §. 2. Nec obstat arduitas rei præceptæ, cùm lex gratiæ, & charitatis faciat hoc jugum suave, & onus leve, quod tantis utilitatibus compensatur. Et ipsa experientia constat, plerisque fidelibus minùs difficilem esse hujus præcepti observantiam, quàm plurimarum legum naturalium.

Th. 62. *Si propter periculum scandali, laici à lectione Scripturæ arcendi, (ut Bellar. lib. 2. de Verbo Dei cap. 15. docet;) Multò magis impuræ & prodigiosæ illæ quæstiones in auriculari Confessione à Sacerdotibus omittendæ.* Resp. Quis dubitat, omnes scandalosas quæstiones in Confessione cavendas? Quid hoc ad rem?

Th. 74. *Si peccata quædam nec cognita, nec enumerata pœnitentibus remittuntur, (ut Bellarm. fatetur de iis, quæ post diligentem memoriæ discussionem non occurrunt;) consequens est, specialem peccatorum enumerationem non esse absolutè necessariam.* Respon. Nemo Theologorum dicit eam esse absolutè, id est, indispensabiliter necessariam. Multoties sufficit integritas formalis; imò sæpè tantùm signa qualiacumque contriti cordis, & volentis confiteri, si posset. Sed quid tum? An quia & enumerata, & omissa pariter subinde remittit Deus, ideò Christus non potuit imponere necessitatem ejus Confessionis in re, aut in voto? Frustrà allegatur rationum paritas in arbitrariis Christi præceptis.

Th. 95. *Christus absque Confessione pœnitentes reconciliavit, juxta Bellarminum: Ergo nec Apostoli, nec eorum successores Sacerdotes eam exigere debent; quia Christus potestatem remittendi, & retinendi peccata ipsis concessurus promittit: Sicut misit me Pater, ità & ego mitto vos.* Quidni pari ratione inferat hinc quivis puer, omnibus Apostolorum in ministerio Ecclesiastico successoribus datam esse παρθενογνωσίαν, auctoritatem instituendi Sacramenta, Sacrificium, omniaque illa, quæ potestatem excellentiæ concernunt?

Gerhardus Titius cap. 11. allatrat Trid. Decretum, opponitque Apologiam Confessionis Augustanæ; nempè eam ipsam, à qua Pœnitentiam inter Sacramenta propriè dicta & vera enumerante recedit cum Lutherano-Calvinianis Titius. Deinde opponit Gabrielem Albaspinæum, qui fatetur: *Se, diu multumque pensitatis veterum locis, non posse accedere Cardinalium Bellarmini, Baronii, Maldonati, & Pamelii opinioni, quæ pro certo asserunt, Patres, ut plurimùm, hac voce* Exomologesis, *confessionem peccatorum arcanam, & auricularem intellexisse.* Resp. Albaspinæus doctrinæ Catholicæ nihil sua illa singulari censura præjudicat; nec vel leviter quatit id, quod ex vetustissimis Irenæo, Tertull. & Cypriano, pro Sacramentali confessione affertur. Esto enim, faciamus Gabrielem hunc *diuturna sua pensitatione* acutiùs pervidisse, quid sibi velit *Exomologesis* apud veteres Scriptores, quàm cæteri plerique omnes, (quod faciliùs fingi, quàm probari potest;) adhuc tamen ex hujus ipsius concessione habetur, saltem aliquando etiam significare confessionem auricularem, & privatam. Id sanè ex dictis eorum Bellarminus perspicuè evicit.

ext. Cur hujus probationes non refellit Titius? Nec digito quidem extremo attigit. Quòd si ea minùs arrident, legat Joannis Morini tract. de administratione Sacramenti Pœnitentiæ, ubi lib. 2. cap. 2. ostendit diversum usum, & significatum vocis Exomologesis apud Græcos, & Latinos. Cap. 3. ex peccatorum distinctionibus à Tertulliano & Catholico, & hæretico usurpatis; atque ex statu Controversiæ Montanistas inter & Catholicos, peccatorum etiam venialium, nedum mortalium confessionem demonstrat. Cap. 4. idem ostendit ex Novatianorum cum Catholicis controversia, atque ex S. Ambrosio; idemque cap. 5. ex S. Cypriano. Hinc discere poterit Titius, si præjudicium & passionem abigere velit, non Pamelium, sed Kemnitium, consueta sua Hermeneutica torsisse S. Cypriani sat clara verba ad pœnitentiam, & crimina publica; quod meritò ut *ridiculum* Bellarminus explosit, ac tantùm non ad oculum monstravit. Mirum sanè est, Titium ob tam levicula moveri ad decernendum sibi triumphum de Tridentini Concilii decreto. Claudo dicta verbis Lutheri, cui meritò omnes Novatores annuere reverenter deberent. Sic verò ait in lib. de Captivit. Babylon. cap. de Sacrament. Pœnitentiæ: *Occulta confessio, quæ modò celebratur, etsi probari ex Scriptura* (à Luthero, & sociis, quia non volunt,) *non possit, miro tamen modo placet, imò necessaria est: nec vellem, eam non esse; imò gaudeo, eam in Ecclesia Christi esse, cùm sit ipsa afflictis conscientiis unicum remedium &c.* Testimonium hoc verum est. At, indè haud obscurè infertur, Confessionem Sacramentalem privatam (nisi quis publicam malit, esse juris Divini. Quomodo enim aliàs verè diceretur *necessaria, & unicum remedium*? Et hæc quidem scripsit Lutherus, cùm jam totus fureret in Papam, scilicet per excommunicationis bullam plenè illuminatus.

VINDICIÆ

Pro Libro Quarto de Sacramento Pœnitentiæ.

Ad CAPUT I.

I. Satisfactio nihil aliud est, nisi actio, qua is, qui alterum læsit, tantum facit, quantum satis est ad injuriam compensandam; sive, quantum is, qui læsus est, justè exigit. Amesius 1. *Multò accuratior est definitio illa Scoti in 4. dist. 15. quam Bellarm. non ex ignorantia, sed ex astutia mutavit.* Satisfactio est redditio æquivalentis, voluntariè aliàs indebiti. Resp. Hæc Scoti definitio, ut ipse fatetur, est generalis, etiam Restitutioni competens, quam Bellarmin. hic bene à Satisfactione distinguit; quòd Restitutio respiciat damnum re ipsa illatum; Satisfactio personam injuria affectam, etiamsi ea damnum nullum acceperit. Amesius 2. *Variatio illa Scriptionis* (sive quantum is, qui læsus est, exigit,) *Satisfactionis naturam planè confundit. Pater enim à filio prodigo, & rebelle, exigit vitæ emendationem, quæ tamen Satisfactionis nihil in se habet.* Respond. Nulla hic confusio, nisi Amesii. Nam Pater à filio emendationem exigit, non titulo justitiæ commutativæ, sed obedientiæ, & patriæ potestatis.

II. Satisfactio aliquando fit ad absolutam, & perfectam æqualitatem, ut Christus Deo: aliquando autem fit ad æqualitatem imperfectam. Hæc saltem posterior locum habet in Sacramento Pœnitentiæ. Amesius frustrà opponit sine ulla causa, nec dicta ejus commemorari merentur.

III. Pro amicitia restauranda non potest homo

Deo satisfacere, sed pro justitia tantùm. I
est enim amicitia per gratuitam Dei miseric
& per redemptionem, quæ est in Christo Je
manet debitum luendæ pœnæ, quo justitiæ s
Amesius. *Distinctio ista multis nominibus est inept*
1. Cùm omnis Satisfactio sit ad injuriam compe
(juxta Bellarm. definitionem,) necesse est, ut o
iam Satisfactio sit ad jus, & justitiam restituena
Christus non alia ratione restituit nobis amicitiam
quàm pœnam nobis debitam ferendo. 3. Si amiciti
ta, pœna peccati manet luenda, tum amicus DE
condemnari, quod disertis verbis Apostolus detestat
man. 8. vers. 1. Resp. 1. Distinctio illa omni e
vera, & idonea est. Nam, ut fatentur omnes
rani & Calvinistæ, homo peccator non potes
nus satisfacere pro ea injuria, qua peccando t
ter, & amicitiam, & jus Dei læsit. Amici
stituit Deus gratis: quomodo enim inimicus
tisfaceret, ut recipiatur in gratiam, cùm op
mici, & filii diaboli nil tale mereantur? 2. *Si*
non aliter restitueret nobis amicitiam Divinam, ni,
nobis debitam ferendo, omnibus defacto resti
amicitia Divina, quia pro omnibus tulit pœn
in actu primo quidem, ac in genere causæ me
hoc sine dubio sufficiebat: at in actu secund
applicatione mediorum, & infusione gratiæ
cantis formaliter, non fit reconciliatio, & a
3. Amicum Dei posse condemnari ad aliquam
temporariam, licèt non ad æternam: repugr
amicitiæ Divinæ separatio perpetua, & status
tionis, de quo Rom. 8. vers. 1.

Quòd deinceps Amesius carpit doctrinam I
ni ex Cajetano desumptam, eique objicit Su
Vasquezii *refutationem solidam*, dissimulo, q
cernit disceptationem Scholasticam.

Ad CAPUT II.

Quæstio est: An remissa culpa remaneat
do reatus pœnæ temporalis, tum in a
tum etiam in præsenti. Amesius: *Po*
firmant. Nos autem, quamvis non dubitemus, q
tas, & meritum pœna maneat, dum reliquiæ pe
nent; & experientia ipsa doceat, malis variis, q
tura sunt pœnæ, in ista vita fideles justificatos urg
mus tamen, vel pœnam futura in vita ipsis lue
manere; vel in hujus vitæ malis, vindictæ Divina
rationem inveniri. Vindicta autem propria est, q
lum, quod alicui infligitur, non in bonum, sed
ejus infligitur. Malum autem hujusmodi ab omnib
moveri, disertis verbis docet Apostolus Rom. 9. cù
ipsis in bonum cooperari *testatur. Neque aliud*
docemus hac in parte, quàm quod Guiliel. Parisies
quissimus, & gravissimus Scholasticorum olim scrip
cram. in generali fol. 4. Pœnam ut pœnam &c.
mesius hic, uti suprà lib. & cap. 3. sub finem
patrocinium sui erroris, Guiliel. Parisiensem
græca, seu Calviniana fide. Nam in cit. lo
tractat tantùm de remissione omnis culpæ,
per Baptismum, quod & nos asserimus. Dei
rò in lib. de pœnit. cap. 19. pag. 477. edit.
ex professo tradit communem doctrinam Cat
quòd Contritio subinde ità sit ardens, *& per*
omnem etiam pœnæ reatum deleat, ità, ut sit Bapt
na liberationis à pœnis, ut evolare absque sensu,
torii experientia faciat pœnitentes &c. Cùm ver
ità perfecta (uti plerumque contingit) olle
de, quomodo *Confessor debeat injungere satis*
Et in lib. de pœnit. pag. 552. toto cap. 11. t
dum satisfactionis injungendæ, & implendæ
opere de Universo, par. 1. cap. 60. & seq. e
tract. de Purgat. de loco, causis, & modi

purgantur animæ, quæ sine perfecta contritione inchoarunt purgationem in hac vita, &c. quæ omnia è diametro repugnant Amesianis erroribus. Specialiter autem sub finem cap. 60. argumento Luthrano-Calvinistico, quòd *Clementissimus Creator non amet, vel quærat tormenta animarum, cùm sit essentialiter, & fontaliter misericors, &c.* Respondet: *Sicut est essentialiter misericors, sic etiam essentialiter justus: & propter hoc, sicut non quærit pœnas animarum, aut cruciatus per se; sed quia multipliciter utiles animabus & salutares: sic non quærit eos, quia tormenta sunt, (hæc enim intentio crudelitatis est diabolica;) sed potiùs, quia justa, & honori suo convenientissima: in quantum enim justa, & bona sunt, etiam decora sunt, quoniam decent & justitiam, & merita patientium, vel patientes propter merita mala. - - - Quàm utilis autem, & quàm salutaris sit hominibus in parte ista Dei justitia, inde licet intueri, quia metu futuræ purgationis etiam aliàs non deterriti, pœnitentialem purgationem & faciliùs, & citiùs in præsenti vita incipiunt, ac diligentiùs, & strenuiùs prosequuntur, & satagunt consummare, antequam vita ista defungantur.* Ità Parisiensis planè sapienter, & Catholicè. Ad illud porrò, quòd *vindicta præcisè tantùm in malum infligat pœnas*, si universaliter respectu omnium peccatorum asseratur, falsum est; alioqui nulla daretur justitia vindicativa, & omnis vindicta esset ex crudelitate; quod utrumque est perabsurdum. Intendit ergo Deus in pœnis amicorum suorum imperfectorum & honestatem justitiæ, & bonum ipsorum hominum peccatorum; nè alioqui apud eos peccatum vilescat; & ut acriùs exstimularentur ad frequentiam, & industriam in operibus bonis, ut suprà de Purgator. dixi; ubi & reliqua ad hanc quæstionem pertinentia expedita sunt.

Ad CAPUT III.

ASsertio Catholica est, reatum pœnæ temporalis, quæ remanet post culpam, bonis operibus redimi posse. Amesius: *Quin possit manus Dei aliquando per idoneam humiliationem, & emendationem vitæ præveniri, nemo nostrum unquam dubitavit: sed hoc fieri negamus per satisfactionem, aut pretii solutionem, sed per supplicationem, aut deprecationem; cui Deus ex mera gratia relaxationem alicujus gravioris castigationis indulget.* Catholici tria docent: 1. Pœnas temporales alterius vitæ, quæ in Purgatorio luendæ essent, redimi posse jejuniis, precibus, eleemosynis &c. 2. Pœnas temporales hujus vitæ interdum non posse redimi, uti est mors, & illa pœna Davidi inflicta 2. Reg. 12. per mortem filii. 3. Posse aliquando eas aliis operibus tolli. Amesius: *Ista sunt tres fraudes. Nam 1. Jejunia, 2. preces, 3. eleemosynæ (actiones imperfectæ, debitæ, non æquivalentes hujus vitæ malis) non possunt esse pretium redemptionis pro pœna gehennæ.* Resp. Nec debent esse pro pœnis gehennæ ut sic, quæ æternæ sunt. Deinde habent eam vim satisfaciendi, quia sunt voluntariæ, & filii Dei, per cujus gratiam elevantur, cùm ex se essent tales, quales vult Amesius eas esse ex naturali sua conditione. Amesius 2. *Qui dicunt pœnam gehennæ tam facilè redimi, idem etiam de omnibus pœnis temporalibus, sine ullo scrupulo affirmarent, nisi experientia, & sensu communi viderent, hoc posse refelli.* Resp. Cùm omnia ista pendeant ex arbitrio Dei, nihil erratur, cùm id asseritur, quod ex Scriptura nobis constat. Quid hic ergo fraudis, aut absurdi, Amesius 3. *Posse ullas pœnas tolli à nobis aliis operibus, tamquam pretio Satisfactionis? hoc restat probandum.* Resp. Hoc probatur evidenter 1. ex Jon. ult. ubi Ninivitæ, qui ob gravia scelera meruerant subversionem urbis, tamen jejuniis, saccis, & precibus placarunt Dominum. Amesius: *Ut hoc exemplum quæstioni aptetur, probare debuit Bellarm. 1. Ninivitis antea fuisse peccata remissa, quoad culpam, & pœna debitum solùm remansisse. 2. Ninivitas obtulisse Deo jejunia &c. pro pretio redemptionis, & satisfactionis. 3. Deum ideò conservasse urbem, quia justitiæ suæ Ninivitæ satisfecissent. Cùm autem nihil horum probari possit, sequitur, exemplum istud planè alienum esse à causa. Deus aliquando parcit iis, quibus non est propriè reconciliatus, idque etiam ex occasione humiliationis alicujus inefficacis, tam propter alias causas ipsi notas, quàm ut ostenderet, quàm gratam habeat veram conversionem, cujus tenuem umbram respicere dignatur.* 1. Reg. 21. vers. 29. Resp. Nihil horum probare debuit Bellarminus; quia exemplum Ninivitarum non producitur, nisi pro tertia propositione probanda, scilicet, posse pœnas temporales hujus vitæ aliis operibus tolli; quod ex hoc, & Nabuchodonosoris exemplis evidens est; etiamsi supponatur, nec hunc, nec illos fuisse justificatos. Prima autem propositio de pœnis Purgatorii jam probata est Tom. 2.

Ad CAPUT IV.

E Tribus modis satisfaciendi Domino, à Tridentino sess. 14. cap. 9. assignatis, primum tantum admittunt Lutherano-Calviniani, nempè pœnas, & flagella à Deo immissa, patienter ferenda: Cætera duo in Quæst. assignata contemnunt. Futilis hic cavillatio Amesii est, cùm ait: *Everti totam judicialem potestatem Sacerdotum, quòd Bellarm. sine quæstionum distinctione proponat, quasi nihil intersit ad Sacramentum Pœnitentiæ, sive pœnitens sua sponte eligat quomodo satisfaciat, sive subjiciat se arbitrio Sacerdotum.* Futilis, inquam, est hæc cavillatio; cùm ratum sit apud omnes Catholicos, non nisi in foro Sacramentali impositas satisfactiones vim habere ex opere operato. Non omnia ubivis repetenda sunt. Hoc ergo supposito, probatur absolutè vis satisfactionum sponte assumptarum, tot exemplis, & testimoniis SS. Scripturarum, ut mirum sit, posse id aliquos negare. Quis S. Job coegit *Pœnitentiam agere in favilla, & cinere*, ejus delicti, quod verbo commiserat? Job cap. ult. *Insipienter locutus sum: idcircò ipse me reprehendo in favilla, & cinere.* Quis Davidem coegit jejunare, & humi jacere? 2. Reg. 12. Et *ponere vestimentum suum cilicium?* Psal. 68. Et *panem sicut cinerem manducare, & potum cum fletu miscere?* Psal. 101. Amesius: *Pœnitentiæ & humiliationis naturalia, & usitata signa, in extraordinaria, & solemni humiliatione, à Deo ipso pœnitentibus imperantur, quia adjuncta talia suis subjectis adhærent, & ut effecta è suis causis emanant.* Resp. Hoc effugium est voluntaria divinatio, sine ullo Scripturæ fundamento, aut ratione nitente. Unde evincetur præceptum Divinum tale? numquid ope Quodlibeticæ illius sycophanticæ? Sic enim inquit: *Non minùs ridiculum est nugamentum, istiusmodi humiliationis indicia, in opera satisfactoria transsubstantiare, quàm si quis diceret, prostrationem servi coram Domino suo* Matth. 12. vers. 36. *satisfactionem fuisse pro debito suo, quod fuit mille talentorum, &c.* Resp. Amesius perspicuè nugatur, & sycophantatur. Assertio hic à Bellarm. confirmata est præcisè, sponte suscipi opera laboriosa posse in satisfactionem, idque luculentissimè evincit exemplis S. Scripturæ, & SS. Patrum testimoniis. Contra hoc assertum nihil habet, quod opponat Amesius. An verò talia opera verè, condignè, congruè, & rigore justitiæ &c. compensent offensas, & injurias Divinas, in ultima Quæst. constabit.

Ad CAPUT V.

OPera laborioſa in Satisfactionem poſſe, ac debere à Sacerdotibus injungi, verba illa Matth. 16. *Quodcumque ligaveris &c.* & Matth. 18. *Quacumque alligaveritis &c.* ſatis apertè docent, uti teſtantur SS. Cyprian. Leo, Gregor. Concil. Nicænum, can. 12. Carthag. IV. can. 76. Arauſic. cap. 1. can. 3. &c. Verùm Ameſius verba Domini meliùs intelligit, quàm Patres, & Concilia; ſic enim ait: *Illis verbis apertè contrarium docetur; quia eadem, & eorundem peccata, eodem tempore, hac ratione ſolverentur, & ligarentur: ſolverentur in abſolutione, & ligarentur in pœna, & ſatisfactionis injunctione.* Quid, quæſo, in hoc contradictionis? Numquid etiam inter homines poteſt offenſa, ac injuria remitti ſub conditione, aut modo aliquo aſſignato? Nec verum eſt, quod ſubdit Ameſius: *In verbis Domini ſeparari, ac disjungi actiones ligandi & ſolvendi in ſuis objectis, tam quoad perſonas, quàm quoad peccata.* Lutherano-Calvinianis *apparet ex verbis Domini*, quidquid arridet, etſi oppoſitum appareat univerſæ priſcæ Eccleſiæ.

Non deſunt etiam optimæ rationes, ob quas planè congruum fuerat, ut in Pœnitentiæ Sacramento Deus vellet per miniſtros ſuos etiam mulctam peccatoribus imponi. 1. Qui peccant ante Baptiſmum, majori miſericordia digni ſunt, quàm qui poſt Baptiſmum. 2. Maximè conſentaneum eſt, ut ſi Deus ex miſericordia condonet peccata, etiam juſtitiæ, quoad ejus fieri poteſt, ſatisfieri velit. 3. Pœnitentia, quia eſt medicamentum animæ vulneratæ, id planè exigit, ut qui curatur, medicinales uſtiones, pharmaca amara, aliaque id genus multa ſuſtineat. Ameſius iterum graviter ſycophantatur, fingens: *Nos ex his rationibus evincere velle, Deum non poſſe peccata ſuis auctoribus amara reddere, nec juſtè illa condonare, nec efficere, ut ab aliis caveantur, niſi à peccatoribus pœnas expoſcat, juſtitia ſua ſatisfacientes, eaſque ex arbitrio alicujus ſacrificuli curet imponi.* Hæc eſſe mera mendacia, quis, lecto Bellarmino, non videat? cùm hic ſupponat ex SS. Scripturis, & Patribus probatam hanc Dei voluntatem arbitrariam, & hanc valdè congruam eſſe ob inſignes utilitates, quas ea ſatisfactionis obligatio ſecum fert; quales præter enumeratas etiam ſunt, quòd multum conducat ad habitus vitiorum eradicandos, virtutum inſerendos; Chriſto faciat compati; ædificet eos, quos peccando ſcandalizarat, &c.

Ad CAPUT VI.

OPera ſatisfactoria rectè ad tria capita revocari, orationem ſcilicet, jejunium, & eleemoſynam, conſtat ex SS. Scripturis, & Patribus; Vel maximè etiam, cùm non præcepta, ſed merè de conſilio ſint, ut Tomo 2. oſtenſum eſt. Calviniani ſaniores hìc, SS. Patres æquè, ac nos rident. Molinæus lib. 5. de pœnit. S. Hieronymum de ſe in epiſtol. ad Euſtochium ſcribentem, quòd *nuda humo vix cohærentia oſſa colliſerit, pectus percuſſerit, hebdomadas inedia tranſegerit*; haud obſcurè carpit, dicens: *Cùm hæc faceret ad reſtinguendos ardores libidinis, qua fatetur ſe æſtuaſſe, prudenter feciſſet, ſi ex præcepto Apoſtoli (Lutheri) animum adjeciſſet ad nuptias.* Ameſius totus hìc eſt in nugaciſſimis cavillis, & ſarcaſmis. Referam aliquos, non omnes. Ait 1. *Inſanum eſſe affirmare de oratione pia, & eleemoſyna ab hilari datore proficiſcente, quòd ſint opera laborioſa, & pharmaca amara &c.* Reſpondeo, Ex ſe ſunt corruptæ naturæ ſine dubio talia, etſi cum auxilio Dei, ex ſpi-
ritu charitatis facta, non minùs ac jejunia,
tus, mors ipſa, per amoren Dei perpeſſa, fie
ant dulcia, ac, ut Chriſtus loquitur, *Jugum*
& onus leve. Ait 2. *Comprimere concupiſcentiam*
ficium peccata cavendi, quod non poteſt negligi ſ
cato: Ergo non eſt ſatisfactio pro peccato adm ſio
pondeo, Compreſſio concupiſcentiæ aliqua
neceſſitate; per quævis media, quantumvis a
& heroica, non eſt præceptum, ſed meri, ſ
rimique conſilii. Ait 3. *Jejunium per ſe ab orat*
paratum nihil valet ad mortificationem ulıam conc
tia, quàm cujus capaces ſunt homines infideles, &
Quid, quæſo! hoc contra jejunium, & mac
nem carnis, ex ſancto fine, uti faciunt omn
ſuſceptam. Ait 4. *Opera aliqua eſſe Deo grata,*
quatenus non ſunt mandata, ſed indebita, horridu
dam ſonum habet apud eos, quorum aures Scriptu
ſibus (juxta expoſitionem Calviniano-Luthera
quæ legem interpretandi Verbi Dei non p
ſunt aſſuefactæ. Dulcem illam ſonum habuiſſ
Apoſtolos, & alios ſanctiſſimos Viros, ſatis
ſum eſt, ubi de conſiliis Evangelicis. 5. Quæ
tholicorum jejunia, orationes, & eleemoſyn
rò ſycophanticè declamat, non reſponſum,
ma merentur, præſertim dum Doctoris A
verba improbè ad ſuam calumniam detorquet
annis Bapt. veſtis, pili camelorum, cibus lo
lectus humus, domus deſertum &c. omnia ſ
pœnitentiam, quam ipſe prædicabat; & plac
Chriſto, conſtat ex Matth. 11. Hæc tamen
virgula cenſoria Ameſii perſtringit, ait eni
lecto & domo ſomniaſſe videri Bellarminum; &
nihil eſſe, quod mereatur (juxta Lutherano-C
num Evangelium prædulce,) *operis boni, &*
nedum vel meriti, vel ſatisfactionis nomen &c.
ob iſta laudat Joannem Chriſtus? Proh! qu
ter ſapiunt novi Evangeliſtæ illi, quàm pri
ctorum fides!

Ad CAPUT VII.

HOminem juſtificatum poſſe verè Dec
cere pro reatu pœnæ temporalis, neg
fracte Lutherano-Calviniani communiter,
Luthero *ipſum vocabulum ſatisfactionis ſublatum*
unà cum re, contra communem, & apertu
priſcæ Eccleſiæ ſenſum; cùm non tantùm
ſam, ſed ipſam quoque vocem *Satisfaction*
mant Tertull. Cyprian. Auguſtin. Hieron.
&c. Ut ergo hæc veritas Catholica firmetu
notandum eſt, de Satisfactione illa hìc agi,
condigno quidem pœnam temporalem expie
tamen ex rigore juſtitiæ. Hæc poſterior eni
rit, ut ſatisfiat ex propriis, & ad æqualitate
la intercedente gratia creditoris. Utrumc
deeſt homini, reſpectu Dei: nihilominus ta
cedente multiplici gratia Dei, verè poſſumu
modo ex propriis, & ad æqualitatem, adeo
dignè ſatisfacere. Gratia autem, quæ hìc
nit, eſt 1. Gratia ſanctificans, qua effici
Dei, membra Chriſti, habitacula Spiritus
ſic, opera noſtra habent quandam infinitat
deoque æqualitatem aliquam cum injuria,
um peccando affeceramus. 2. Cùm Deus o
ſtra ſibi jure vendicare poſſet, non omnia,
cere poſſemus, imperat, ſed plurima ſuadet
ut de Conſiliis loquendo oſtenſum eſt. Ex
nignitate Dei conſequitur, ut habeamus op
pria, & indebita, quibus pro injuria ſatiſ
Ea etiam eſt benignitas Dei, ut quæ mun
ipſius, noſtra eſſe merita patiatur, & quæ
nu ejus accipimus, ſibi donari libenter a

3·

3. Cùm Deus nos ad amicitiam suam recipit, à pœna, quam debebamus, æternitatem aufert, ac in temporalem commutat.

Contra 1. opponit Amesius: *Opera omnia Spiritus Dei non habent infinitatem, ut constat ex rebus creatis.* Respond. Sic est de omnibus naturalibus; secùs de supernaturalibus, quorum Spiritus S. est principalis causa: Nec ad hoc opus est *hypostatica unione*; sufficit eum esse principium efficaciter excitans, elevans, & cooperans. Contra 2. ait: *Si pro injuria satisfacimus, tum pro culpa; injuria enim est culpa. Si Deus non imperat omne bonum, tunc lex ejus non est perfecta.* Respondeo, Injuria actualis est culpa actualis; qua transacta manet reatus duplex habitualiter, culpæ, & pœnæ: pro priori non possumus, pro posteriori possumus satisfacere. Imperare autem omne bonum usque adeò non est legis perfectæ, ut potiùs nomen Legis non mereretur: esset enim inobservabilis, adeoque tyrannica, cùm imperaret omnes quasque actiones, quæ profectò sunt impossibiles. Contra 3. ait: *Cùm juxta Bellarm. opera justorum habeant aliquam infinitatem, quare non & similem æternitatem.* Respondeo, Quia illa aliqualis infinitas est moralis; æternitas verò pœnarum, quæ commutatur, physica est, quam opera satisfactoria nostra simpliciter habere nequeunt. Quæ de purgatorio addit Amesius, expedita sunt Tomo 2.

Ad CAPUT VIII.

I. ADstruitur Catholica veritas. Nam Isa. 1. promittit Deus remissionem plenam peccatorum, quasi præmium quoddam iis, qui non tantùm mundaverint se per contritionem, sed etiam in bonis operibus se exercuerint; ubi (juxta expositionem S. Hieronymi) Dominus dicit: *Si hæc omnia* (nempe fructus dignos Pœnitentiæ) *feceritis, arguite me, nisi præmia dedero, quæ pollicitus sum.* Amesius: *Hæc est larva tantùm argumenti, neque ulla ex parte satisfacit pro satisfactione ex condigno.* Respondeo, Quid ergo deest.

II. *Peccata tua eleemosynis redime.* Dan. 4. Hic habemus vocem Redemptionis, quæ æquivalet voci Satisfactionis; uti & Prov. 16. Misericordia & veritate redimitur iniquitas. Nec obstat, quòd Nabuchodonosor fuerit impius, adeoque non potuerit Deo satisfacere pro peccatis quoad pœnam; eò quod culpa necdum esset remissa. Nam melius verba Danielis intelliguntur de perfecta remissione peccati quoad culpam, & pœnam; ita ut cohortatio sit ad magnas, & frequentes eleemosynas, quibus primùm disponatur Rex ad reconciliationem; deinde etiam pœnam ex condigno redimat; quemadmodum intelligendus videtur locus iste Lucæ 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Ita loquitur S. Cyprianus.

Amesius multa hìc opponit, sed nullius momenti, & quæ doctrinam Bellarmini non feriunt. Esto enim, *nulla sit æqualitas proportionis inter eleemosynas tyranni, & injurias Deo illatas*: At cur ritè factæ non possent disponere (non solæ quidem, sed aliis bonis operibus comitatæ,) ad justificationem? Nec ideò *est melior conditio divitum, quàm pauperum in ordine ad regnum Dei*: Nam & hi possunt aliqua opera misericordiæ corporalia, & omnia spiritualia æquè frequentare, ac opulentissimi. Quòd denique obtrudit Cajetanicam interpretationem verborum S. Lucæ, qua communis, & verus sensus eorum, & Danielis verborum arguitur, ut *diabolica interpretatio*, explodi meretur; cum non modò Catholici, sed etiam Lutherani Jenenses ita exponant: *Date eleemosynam de eo, quod vestrum est, & justè possidetis; sic erit judicium, quòd cor vestrum fide sit purificatum, cùm vera fides per dilectionem sit operativa* [illegible]

III. *Facite fructus dignos Pœnitentiæ.* Lucæ 3. Hoc autem est operari eo modo, quo decet eum, qui pœnitentiam profitetur; qui autem Pœnitentiam profitetur, quòd aliquem læserit, non solùm cessat à lædendo, nec solùm cavet in futurum, ne quid in eum committat, sed etiam damnum resarcit, compensat injuriam, malè facta corrigit. Ita S. Chrysostomus, Pacianus, Hysichius, Gregorius M. &c. qui ad fructus dignos Pœnitentiæ urgent, non tantùm vitæ novitatem, sed etiam, ut à licitis abstineant, malefacta laboriosis operibus puniant, scelera bonis operibus redimant, crapulam, & ebrietatem aquæ potu, & jejunio compensent &c. Amesius: *Addere debuit Bellarminus: quod poterit? Hæc autem est ipsa quæstio. Annon igitur est hæc egregia demonstratio, illud ipsum petere, quod est in quæstione?* Resp. Non debebat explicitè addi, quod jam in principio Quæstionis satis explicatum fuerat. Sed instat, & sciscitatur Amesius: *Cùm Bellarm. cap. 6. doceat aliquando tam vehementem esse posse dolorem contritionis, ut tota pœna remittatur, annon ergo etiam isti debeant ferre fructus dignos Pœnitentiæ, seu operari eo modò, quo eos decet, qui Pœnitentiam profitentur? Negari hoc non potest, nisi Scriptura negetur, quæ docet, omnes Fideles ambulare debere ἀξίως τῆς κλήσεως.* Ephes. 4. vers. 1. τοῦ εὐαγγελίου Philip. 1. vers. 27. τοῦ κυρίου Coloss. 1. vers. 10. 1. Thess. 2. vers. 12. *prout convenit vocationi, Evangelio, Domino Deo. Concedi autem à Bellarm. non potest sine confessione vanissimæ fallaciæ, in isthac objectione ineptissimè structa.* Resp. 1. Qui habuit perfectam contritionem, & sic delevit omnem omnino reatum, sine dubio ad nullos alios Pœnitentiæ fructus ex præcepto tenetur; Sed quia homini vel non constat de perfectione suæ contritionis, vel etsi de hac constaret, quia tamen hæc ipsa omni præcepto acriùs exstimulat ad ultroneos illos Pœnitentiæ fructus, experimur in eis abundantiores ferè esse ejusmodi fructus, in quibus est vehementior & perfectior contritio. 2. Omnes illi ambulant dignè vocatione, Evangelio, Deo, qui præcepta servant, etsi non in sacco & cinere, in pane & aqua, in abstinentia etiam à licito conjugio &c. consueta ferventibus pœnitentibus exercitia obeant. Non ergo Bellarminus, sed Amesius fœdè fallit, aut fallitur, prorsus contraria SS. Scripturæ effutiendo.

IV. Paulus 2. Corinth. 7. inter fructus sanctæ tristitiæ, quæ Pœnitentiam in salutem stabilem operatur, ponit *Vindictam*: hæc autem præteritum respicit, & ad justitiam pertinet; nec aliud est, quàm Satisfactio, sive illam homo de seipso sumat, sive injungatur ab alio. Amesius confugit cum *Cajetano ad excommunicationem incestuosi*. At Calvinus lib. 3. cap. 3. §. 13. apertè fatetur, Apostolum loqui de pœna, quæ vindictæ nomine à pœnitente suscipitur; quod cùm Amesius omnino negare non auderet, ait: *Hanc vindictam esse mortificationem carnis, ne porrò peccet, non verò condignum pretium satisfactionis.* At ipsa vox *Vindicta* hanc evasionem præcludit. Nam vindicta non est de futuro, sicut medicina præservativa, vel ἀντίδοτον, sed de præterito.

V. Idem colligitur ex Levit. 4. 5. 6. ubi sacrificia diversi pretii pro mensura delicti imperantur: Fuisse autem ea sacrificia compensationem pro reatu pœnæ temporalis expiando, non verò pro culpa, & pœna externa, patet ex Psalm. 50. *Si voluisses sacrificium &c.* Item, quòd ea Sacrificia grata non erant, nisi qui offerebat, Deo gratus, adeoque justus esset. Falsum est, quòd *hinc concludit pariter* ait Amesius: *Mortem alicujus bestiæ satisfactionem esse de condigno pro pœna gehennæ.* Non mors bestiæ, sed volun-

tarium

catium sacrificium hominis illam offerentis ad mortem, immunditiam legalem, & pœnam temporalem expiabant, idque ex promissione Dei. Quod ait: *Manifeste falsum esse, sacrificia diversi pretii pro mensura delicti fuisse in lege imperata;* evincitur ex verbis claris Levit. 6. esse omnino verum. Nec obstat, uti putat Amesius, quòd ei, qui per errorem peccavit Levit. 5. vers. 16. 18. Et ei, qui de industria mentitus fuerit, idem sacrificium arietis integri lactentis fuerit imperatum. Nam hinc potiùs inferre debebat, errorem vincibilem circa res sacras admissum, taxari à Deo haud aliter, ac mendacium de industria circa res humanas admissum. Quæ de taxa Romana porrò sycophantatur, ad caudam Draconis pertinent.

VI. Hactenus dicta confirmantur omnibus illis, quibus infrà Tom. 4. lib. ult. probabitur meritum bonorum operum. Ex his enim argumentum ducitur invictum à majori ad minus.

Ad CAPUT IX.

AD traditionem illam veteris Ecclesiæ à Bellarmino hic repræsentatam obmutuit Amesius. Numquid illa est luculentissima ex tam densis testimoniis SS. Patrum, jam à primo sæculo usque ad annum 1190. Nonne puduit ipsum & cum Calvino, Chemnitio, Centuriatoribus &c. fateri, *Patres ferè omnes agnoscere Satisfactionem, qua Deus placatur, & peccata redimantur?* Et simul cum eodem Calvino apertè, & simpliciter dicere: *Omnes ferè Patres, quorum libri extant, aut hac in parte lapsos esse; aut nimis asperè & durè locutos; adeoque excusari nullo modo posse immodicam veterum austeritatem, quæ & prorsus à Domini præscripto dissidebat, & erat mirum in modum periculosa &c.* Hanc Calvini arrogantiam, & superbiam intolerandam benè à Bellarmino reprehensam dissimulare maluit Amesius, quàm & Magister Calvinus, qui talem dicam ausus est scribere Patribus: & condiscipulus ex Schola Sedanensi Molinæus, qui frontem perfricuit ita, ut lib. 3. de pœnitent. cap. 21. scribere non eruberit: *Etiamsi plaustra ejusmodi locorum excerptorum è Patribus congereremus*, nihil effecturos; eò quòd illi dicant: *Per lachrymas, exomologesin, humilem veniæ petitionem satisfacere Deo peccatores; has verò non esse pœnas ultrices seu vindictas*. Et cur quæso non? Numquid id candidè fassus est Calvinus, & alii, ob verba nimis aperta? *Non si*, inquit Molinæus, *omnem vetustatem replices, invenies exemplum Pastoris Ecclesiæ, qui pœnitenti peccatori dixerit*: Absolvo te à peccatis; *post absolutionem indixerit ei pœnas corporeas, aut pecuniarias, ut satisfieret justitiæ Dei*. Sanè hic discipulus profecit supra Magistrum suum Calvinum, ope nimirum almæ illius *Quodlibeticæ, artis scilicet versandi ad libitum Patres velut crepundia, & pupas*: Quem gnaviter insecutus est Titius Ostiens. cap. 12. Lectori decernendum relinquo, illine, an hi majoris sint vecordiæ, aut impudentiæ?

Ad CAPUT XI.

OBjic. *ex Ezech. 33.* Impietas impii non nocebit ei, quacumque die conversus fuerit ab impietate sua: *Ergo nulla superest pœnitentia exsolvenda. Si enim superesset aliqua, certè adhuc noceret impio impietas ejus*. Resp. Dictum illud Ezechielis non posse intelligi de pœna temporali, manifestum est ex exemplis suprà allatis Moysis, Aaronis, Davidis &c. qui post peccatum dimissum, tamen puniti temporaliter sunt. Intelligitur ergo tantùm de nocumento æterno: sicut vice versa Deus impiorum bona opera sæpè remunerat temporali mercede, ut docent SS. Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Gregorius, &c. Quorum vel nudæ assertioni (etsi re vera non desint è SS. ris testimonia & exempla) plùs meritò def quàm nudæ inficiationi Amesianæ.

Ad CAPUT XIII.

I. OBjic. *Scriptura omnes, quæ à Pontificiis faction adducuntur, præceptum divinu At Satisfactio, quam Scholastici docent, ipsorum constat ex operibus indebitis, non præceptis: Ergo tisfactio ex Scripturis non probatur*. Resp. Minoi sitio falsa est, si loquatur de absolutè indebit talia opera satisfactoria, etsi indebita aliàs el homo maneret innocens; ubi tamen lethal cat, incurrit illorum debitum ex præcepto Quod verò ait Amesius, *orationem & eleemosy debitam, etiam à non peccantibus*, falsum est de tiori, & copiosa, & multò magis de jejuniis teris austeritatibus, quas tantopere SS. Patre pœnitentibus urgebant.

II. Objic. *Qui recusat satisfacere, ex Scholastic tentia non peccat: Sed qui non agit fructus dign tentiæ, peccat: Ergo agere Pœnitentiam, & face dignos Pœnitentiæ &c. non sunt satisfacere*. Res tem ut falsam cum Mag. & S. Thoma rejici & melior pars Scholasticorum, faventibus SS. Patribus, & Concil. Florent. & Tridenti Satisfactionem non facerent partem Sacram nitentiæ, nisi & à Deo institutam, & necess re, vel in voto esse credidissent. Viderint, docent cum Scot. Gabr. &c. quorum sente meritatis arguunt cum Suarez recentiores, & nem Vasquez censet esse de fide definitam. etiam Amesius, cùm ait: *eodem recidere, qu etiam Jesuitis ipsis doceatur, non teneri semper Co ad imponendam Pœnitentiam per modum præcepti* enim tantùm verum est, vel in casu impoten cùm levissima venialia tantùm in confession posita; aut certè cùm Confessor advertit, tem jam antè plenè satisfecisse; quo casu eti lutè posset nullam injungere. Adde, præc lud faciendi fructus dignos Pœnitentiæ, inte conditione, si quis scilicet velit perfectam rum remissionem, etiam quoad omnem po bere. Neque enim videntur novo peccato se obstringere, qui differunt plenam Satisfac Amesius falsò ex Matth. 3. vers. 7. 8. 10. Joan oppositum conatur exsculpere. Matthæus tùm impœnitentibus absolutè minatur exiti num: Joannes verò generaliter exigit bon quibusvis fidelibus. Sed ait Amesius: *Debitu quàm primùm solvat Deo, qui est solvendo, ne currit debitum novum, ratione illius tam impix* Respond. De debito redeundi in gratiam cu hoc probabilissimè suadent variæ rationes à S cis confectæ; etsi in praxi putent plerique, congruere divinæ Clementiæ condescendent næ infirmitati; de debito autem pro pœna re nulla affertur ex Scriptura, vel ex ratione le sim vetans dilationem.

III. Objic. *Indulgentiæ, Pontificiorum opinion sunt Satisfactiones; sed non solvunt nos illis præce cite fructus dignos: Agite Pœnitentiam &c. Hæc sunt Satisfactionum præcepta*. Resp. Neg. Minoi dulgentiæ non absolvunt quidem à præcepto veriali solvendi debita; faciunt tamen, ut non habeat debitum ulterioris satisfactionis. S Apostolus Rom. 13. imperat, ut solvamus debita; si quis creditorum condonet debitu solvetur debitor ab observatione præcepti il faciet, ut non habeat debitum, quod reddat ritatem quam hic assignare conatur Amesi

consistit in eo, quòd potestas Indulgentiarum non sit penes Papam, de quo cap. sequenti. Quatenus verò Satisfactiones sint præceptæ, jam suprà dictum est.

IV. Objic. *Gratuita est peccatorum remissio: Ergo non requirit à nobis Satisfactionem*. Resp. Vehementer ambiguum est Antecedens hujus objectionis: nam gratuita quidem est peccatorum remissio, tum, quia Deus gratis fidem, & Pœnitentiam inspirat, tum, quia gratis ad suam gratiam nos recipit, tum, quia gratis culpam, & reatum mortis æternæ condonat; tum denique, quia gratiam illam infundit, per quam pro pœna temporali, quæ admissa culpa remanet, satisfacimus. Sed hæc omnis gratuita peccati remissio non modò cum Satisfactione non pugnat, sed eam potiùs gignit. Gratia autem illa, quæ tantopere in SS. literis prædicatur, propriè opponitur iis tantùm operibus, quæ ex viribus liberi arbitrii fiunt: nam opera, quæ ex gratia ipsa procedunt, adeò non opponuntur gratiæ, ut in ea tamquam effectus in causa includantur. Nec valet evasio Amesii, qua ait: *Quæritur de gratia remissionis, & Bellarm. respondit de gratia sanctificationis: quæritur de oppositione inter gratuitam remissionem, & Satisfactionem, Bellarm. de oppositione respondet inter gratiam, & opera bona, quæ sunt bona*. Resp. Jam ad hoc patet ex responsione ad Antecedens objectionis, quam Amesius subdolè dissimulavit, ut posset aliquid in speciem replicare.

Ad CAPUT XIV.

I. OBjic. *Integer, & illibatus non servatur Christi honor, si homines satisfacere debent pro suis peccatis*. Amesius neglecta omni probatione ejus, quod planè gratis, & falsò assumit, Bellarmini responsionem sibi compendifecit, *quòd Satisfactiones nostræ sint instrumentum divinitus institutum -- ad applicandas Satisfactiones Christi, & sic pœnam temporalem peccatorum expiandam*. Verba Bellarmini integra hæc sunt, quæ Amesio libuit omittere: Loca Isajæ, Petri & Pauli à Calvino adducta nihil aliud docent, nisi Christi mortem fuisse sufficiens pretium ad omnia peccata mundi totius redimenda. Sed hoc pretium nemini prodest, nisi modo aliquo applicetur. Nam si nulla requiritur applicatio, & omnes omnino Christi sanguis expiavit, unde tam multi in mundo impii? Cur tam pauci salvantur? Quid facit Baptismus? Quid Eucharistia? Quid Fides? Quid Pœnitentia? Quid ipsum Evangelium prædicatum? Confitendum ergo, Christi mortem, quæ per se ad omnia peccata abolenda sufficeret, nemini prodesse, nisi per Fidem, & Sacramenta, cæteraque instrumenta divinitus instituta, singulis applicentur. Hæc valdè clara compendii causa truncavit Enervator, sed, ut futiles ejus replicas unico flatu disjiciam, quæro: quæ vel umbra repugnantiæ sit in hoc, quòd, sicut merita Christi voluit Deus per Fidem, Sacramenta, Evangelii prædicationem applicare; ita etiam per Satisfactiones nostras illam ipsam universalem Satisfactionem Christi, qua expientur pœnæ peccatorum temporales? Sicut enim Fides charitate formata, aut Sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ applicat nobis meritum Christi per gratiam sanctificantem, remissivam culpæ, & pœnæ æternæ; ita & opera Satisfactoria justi applicant merita passionis Christi, sine quibus illa non valerent ad abolendam pœnam. Instituisse autem sic Deum, & ad instituendum etiam juxta captum nostrum habuisse optimas rationes, jam ex superioribus patet, præcipuè ex fine §. 4. Meræ petitiones principii sunt, quæ Amæsius objicit; nec vel apparenter probant, Deum non potuisse ita instituere, sicut de facto ex SS. Patribus ostendimus fuisse institutum. Confirmatur, & declaratur ulteriùs doctrina Catholica: quia major est Christi gloria, si dicatur, eum non solùm pro peccatis nostris satisfecisse, sed etiam membris suis donasse, ut per ejus gratiam, & virtutem aliqua ex parte etiam ipsa satisfacerent: quemadmodum Dei potentiam commendat, & celebrat, qui dicit, Deum non solùm per se, sed etiam per servos suos miracula facere. Idemque est in naturalibus causis, quarum activitas, & efficientia pariter posset negari, tamquam gloriam Dei minuens: Amesius nescit, quid dicat, dum huic communicationi, qua Deus creaturis suam aliquo modo potentiam tribuit, contradicit. Neque enim dicimus, (uti Ubiquetarii) divina attributa posse quoad talitatem ulli creaturæ communicari, sed solùm, quòd sicut Deus essentialiter est omnipotens, ita aliquam potentiam, sive naturalem, sive supernaturalem, sive principalem, sive instrumentariam communicare posse suis creaturis, tamquam causis secundis, & primæ essentialiter subordinatis: Mirum est, si Amesius sustinuit se vocari à suis filiis patrem, ut sic (juxta suam sapientiam,) *causa solitaria major esset dignitas, quàm causa cum aliis*.

II. Objic. *Pacem conscientiæ non possunt illi habere, qui in Satisfactionibus suis quærunt abolitionem reatus pœnæ*. Resp. Conscientiæ pax non pendet à reatu illo pœnæ temporalis, quem solum Satisfactionibus nostris tollendum esse dicimus: Qui enim culpæ remissionem accepit, in gratiam cum Deo redit, magna sine dubio fruitur conscientiæ pace, licèt sciat, se temporali aliqua mulcta ob peccata præterita castigandum. Cùm verò putat Calvinus ne centum quidem vitas sufficere ad Satisfactionem, quam debemus, fallitur apertissimè; siquidem tanti æstimatur à Deo Satisfactio, quæ in hac vita spontè, atque ex charitate suscipitur, ut brevis hujus vitæ labor facilè compenset acerbissimos, longissimosque purgatorii cruciatus; quod de unica Martyrii perpessione docet S. Cyprianus lib. 4. epist. 4. & de contritione perfecta Theologi communiter. Etiam hæc Amesius truncando *enervavit*.

Ad CAPUT XV.

I. OBjic. *Peccata, quæ Deus dicitur* projicere post tergum, delere, demergere in profundum maris, non imputare, tecta habere &c. *illa non ad judicium vocat, & punit: sed credentium, & resipiscentium peccata projicit post tergum &c.* Resp. Istæ formulæ hoc tantùm significant, Deum projicere, delere &c. peccata eorum, quibus amicitiam gratiamque suam restituit; quia, quod attinet ad reatum culpæ, & pœnæ æternæ, ita illos respicit, ac si numquam peccassent, licèt ob eorum utilitatem, aliisque justissimis de causis, aut eos ipse temporaliter castiget, aut ut seipsi castigent, velit. Quod si hoc Amesius vocare velit *non per omnia totalem, sed partialem remissionem*, per nos licet. Plus quam diximus, nec Calvinus, nec Amesius ex illis Scripturæ locutionibus extundent.

II. Objic. Isai. 1. *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix albescent &c.* Resp. Mirum est, Isaiam produci à Calvino pro suo errore, cùm, si ille glossis non depravetur, facilè dedocere possit errorem Neo-Evangelicorum. Cùm enim Dominus ibid. præmisit: *Lavamini, mundi estote, auferte &c.* promisit quidem perfectam peccati purgationem, ut nulla restet pœna: Sed non tantùm qualitercumque credentibus, & resipiscentibus (ut Adversarii è capite suo, & non de ore Domini, docent;) sed iis, qui prius lavantur per veram contritionem, & Pœnitentiam, dein cessant à peccatis, quibus antea malè assueverant: tum in bonis operibus assiduè, ac diligenter exercentur, atque ita (ut hunc locum S. Hieronymus interpretatur,) dignos Pœnitentiæ fructus faciunt. His ergo dicit Do-

minus

minus illa, quæ Calvinus objicit. Falsum est, quod ait Amesius, *nos ideò remissionem illam, quæ sola Christi Satisfactione nititur, directè accusare imperfectionis*; non magis certè, quàm causam primam, & universalem arguimus imperfectionis, eo quòd habeat sibi subordinatas etiam secundas.

III. Objic. *Christus pœnas peccatis nostris debitas tulit: Castigatio pacis nostræ super eum*, Isai. 53. Resp. Christi mors fuit pretium, & Satisfactio pro peccatis nostris, immediatè pro culpa, & reatu mortis æternæ; mediatè autem pro pœna etiam temporali, quatenus gratiam præbet, per quam ipsi nos Domino satisfaciamus. Neque hinc sequitur, ut vult Amesius, *sic fore Satisfactionem Christi multiplicem, non unam*. Est enim unica, infinita virtute multiplex.

IV. Objic. *Si à reatu liberamur per Christum, tunc etiam liberamur à pœna*. Resp. Ut ante: Liberamur per Christi merita immediatè à culpa, & pœna æterna, mediatè quoque à pœna temporali. Distinctio autem ista inter reatum culpæ, & pœnæ, non *est absurda nimis*, ut mentitur Amesius, cùm non modò ex ratione naturali, sed etiam ex SS. Scripturæ testimoniis suprà evicerimus, actiones pravas liberas consequi velut proprietates reprehensibilitatem, dignitatem, & meritum, tum, ut odio habeantur, tum, ut plectantur. Priorem sine posteriori posse tolli, & de facto tolli, multis exemplis suprà constat. Sed adhuc argutatur Amesius: *Culpa remota necessariò tollitur reatus pœnæ, quia fundamento relationis ablato, relatio necessariò cessat. Reatus autem est relatio ad pœnam, & culpa est ejus fundamentum, sicut intelligentes omnes facilè concedent.*

Resp. Hoc argumentum nimis, ideoque nihil. Pariter enim liceret arguere: Actio peccami fundamentum reatus pœnæ: Sed actio pecca transiens non manet: Ergo nec reatus pœnæ setur ergo tam reatus culpæ, quàm pœnæ m tamdiu manere, quamdiu culpa non fuerit v digna Satisfactione, vel offensæ remissione su Remissio verò hæc, qualiter ex voluntate De hactenus abundè fuit ostensum.

Gerhardus hic disp. 23. usque ad Th. 55. mu rit, sed vix quicquam, quod non vel hactenus sum sit, vel absque excussione, sua inanitate dat, ut cùm Th. 8. ait esse *implicationem contradi cùm statuitur Satisfactio imperfecta*. At, numqu homines passim talis agnoscitur, cùm debitor quantum potest, communi proborum æstim censetur suæ satisfecisse obligationi? Th. 12. ai Christus Joan. 8. adulteræ nullam Satisfaction poluerit, nec ministros Ecclesiæ debere ulla o tisfactoria imponere. At quo modo hoc sequit ne pedaneus Judex potest omnem illam grat dulgere, quam Princeps supremus? Anne si inferet: Christus non damnavit adulteram: Er lus judex debet damnare adulteras? O digna do ratiocinatio! Quid? quòd thesi sequenti no concedat Christo potestatem, quàm ministerial Apostolis & Sacerdotibus cæteris communem coæquatio potestatis est impia, & blasphem ctio potestatis, quam in Christo omnes The gnoscunt, & vocant *Excellentiæ*.

Cætera, his æquè aut magis insulsa, præte

V I N D I C I Æ

PRO LIBRO PRIMO

DE INDULGENTII

Ad CAPUT I.

INdulgentias vocamus nos Catholici remissiones pœnarum, quæ sæpè remanent luendæ post remissionem culparum, & reconciliationem in Sacramento Pœnitentiæ adeptam, quas remissiones Summi Pontifices ex paterna lenitate, & condescensione in filios suos, compatientes eorum infirmitati, certis temporibus, & non sine justa, & rationabili causa aliqua concedere solent. Amesius hic degrandinat calumnias, inquiens: *Ex ista descriptione Indulgentiarum manifestè apparet, hanc esse compendiariam summam, vel sentinam totius ferè mysterii iniquitatis, & proinde memorandam fuisse illam divinam providentiam, qua factum est, ut purgatio stabuli Papæ inceperit ab istarum Indulgentiarum impugnatione. Nam supponit 1. Remissionem culpæ, pœna remanente. 2. Remissionem & culpæ, & pœnæ ab homine pro arbitrio suo factam. 3. Sacramentum novum ab homine introductum. 4. Summos Pontifices cum authoritate monarchica, etiam in spiritualium rerum dispensatione. 5. Posse Pontifices de jure Dei remittere, ac dispensare. 6. Remissionem horum Pontificum majorem esse, quàm quæ in Sacramentis exhibetur. 7. Hæc omnia pendere ex rationabili causa, hoc est, eatenus fieri, quatenus Papæ, & asseclis ejus prosunt. Certè si omnia accuratè expendantur, nullum caput est in tota Theologia,* (*Luthero-Calvinica,*) *quæ non læditur per doctrinam de Indulgentiis*. mesius cernens præclusum sibi ostium disputa logicè contra doctrinam de Indulgentiis, ap rò esse campum non tam declamandi pop quàm criminandi sycophanticè; hunc avidè Non dubito autem, cuivis prudenti perversi jus calumniatoris non tam suspectam, quà ctam, & manifestam fore, si consideraver lam methodum hujus Amesiani libelli de Ind Nam cùm prætendat ENERVATIONEM BELLAR verò in libro priori tractet: 1. De nomine I tiæ. 2. An sit Thesaurus spiritualis Ecclesia nes quem potestas eam dispensandi? 3. Qui priè Indulgentia? An solutio? vel Absoluti vinculo absolvat? 4. De varietate Indulge 5. De fructu earum. 6. Quis possit eas conce quam ob causam? 7. Quæ dispositio ad eas tur? An & quomodo defunctis eæ prosint? riori autem libro mendacia, fraudes, & ras, argumenta quoque sive à testimoniis S & Patrum, sive ab ipsa ratione petita, Luth vini, Heshusii, & Chemnitii aperiat, disc refellat. Amesius de toto hoc libro secundo let, re ipsa agnoscit, rectè Bellarminum m fraudes, argumenta Luthero-Calvinica d Quomodo enim aliàs indefensos relinqueret triarchas, ac falsò iis mendacia, impostura pingi non ostenderet, si ulla veritatis spec causam tueri se posse confideret? Frigida diluta excusatio est, cùm in calce libelli

respondet Bellarminus ad argumenta Nostrorum lib. 2. quia sunt ferè omnia repetitiones principiorum antea subversorum, & causa ipsa talis est, ut operosiorem refutationem seorsim non requirat : non possumus sine magno tædio, eoque non minùs inutili, quàm ingrata pertractare. Quid enim verò hoc est, nisi herbam porrigere, & fateri ipso facto, nihil se præter calumnias posse contra doctrinam Catholicam adferre? Nam quæ in illis libri 1. quæstionibus carpit, & arrodit, nihil sunt, nisi sarcasmi, nugacissimi cavilli, impiæ calumniæ sexcenties protritæ, è quibus omnibus nec unica sanæ ratiocinationis extundi queat. Malam causam meliùs egisset Amesius, si telam mox post insigne illud suum procemium abrupisset, & uti posteriorem, ita & priorem Bellarmini librum; imò ipsam Indulgentiarum descriptionem à Bellarmino allatam reliquisset intactam. Quomodo enim ex ea *manifestò apparet compendiaria Summa, vel sentina mysterii iniquitatis*, nisi iis, qui à nocturno Magistro per Lutherum illuminati credunt (quod ab Apostolorum tempore usque ad Lutherum nemo fidelium credidit,) SE SOLA FIDE SPECIALI SALVARI, *sine proprio motu liberi arbitrii*? Hanc rectè vocasset Amesius *compendiariam summam & sentinam mysterii iniquitatis*? Quomodo verò dici potest, *purgationem stabuli Papæ incepisse ab Indulgentiarum impugnatione*, nisi Synagogam Luthero-Calvinicam fateatur esse *stabulum Papæ*, in quo nempe sunt eius *equi, & muli* refractarii, *quibus non est intellectus* sanus, quorum proinde *in camo & fræno maxilla constringenda* sint? Nam *stabulum Papæ* Ecclesiam Catholicam intelligere non possunt, cùm illam à sordibus purgari ne cœptam quidem esse contendant. Quantæ demum sive vesaniæ, sive flagitii est, dicere, in illa Indulgentiarum descriptione *supponi 1. Remissionem culpæ, & pœnæ ab homine arbitrio suo factam. 2. Sacramentum novum ab homine introductum. 3. Pontificum lenitatem, ac compassionem majorem esse ea, quæ in Sacramentis exhibetur. 4. Hæc omnia fieri, quatenus Papæ, & asseclis ejus prosunt?* Hoccene est ratiocinari? An potiùs fatuè sycophantari? Sed percurramus breviter, assertiones Bellarminianas, quibus Indulgentiarum veritas, & natura explicatur. 1. In bonis actionibus hominum justorum duplex valor, sive pretium assignari potest, Meriti & Satisfactionis. Falsò ait Amesius: *Neutrum horum valorum assignari à Scriptura.* Nonne Tob. 4. dicitur: *Eleemosynam ab omni peccato, & morte liberat.* Ecclef. 3. *Sicut aqua extinguit ignem, ita Eleemosyna peccatum*: & tamen eadem Eleemosyna, quia est opus bonum, Deo gratum, meritoria est vitæ æternæ, ut patet ex Matth. 25. *Percipite regnum - esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Idem de jejunio & oratione patet ex Matth. 6. Joan. ult. &c. Idem confirmatur ratione; quia potest eidem operi duplex merces deberi: altera ex justitia commutativa, altera ex distributiva. Atqui operi satisfactorio debetur remissio pœnæ ex justitia commutativa; operi meritorio debetur præmium ex justitia distributiva. Ergo &c.

Ad hæc obmutuit Amesius.

Ad CAPUT II.

I. OPUS humanum, qua parte meritorium est, non potest aliis applicari; potest tamen, qua Satisfactorium. Amesius: *Si hoc intelligatur de obedientia Christi, blasphemiam habet in parte antecedente; si de obedientia hominum, in consequente.* Respond. At efficaciter probat utrumque ratio Bellarmini, quam Amesius *enervare*, nisi omittendo, non potuit. Quid enim? numquid S. Scriptura passim testatur, *unumquemque propriam mercedem accepturum*? Et quomodo aliter fieri possit, ut Christus, vel quivis justus spoliet se proprio merito, conferatque alteri? aut ex eo, quod unus bene operatur, censeatur alius bene operari, & mereri præmium? Vice versa autem: Cur non possit unus pro altero pœnam compensare, debitumque solvere, ut ille satisfecisse meritò dici possit? Quid clarius? Unde Amesiana Antithesis non tam blasphema est, quàm fatua.

II. Exstat in Ecclesia thesaurus satisfactionum ex Christi passionibus infinitis, qui numquam exhauriri queat. Amesius: *Non malè hoc dicitur, si bene accipiatur.* Respond. Bene hoc dicitur, etsi malè à Luthero-Calvinicis accipiatur. Christus certè pro omnibus hominibus mortuus est. Nec minùs certum est, non omnibus hominibus pretium mortis Christi re ipsa applicatum fuisse ad eorum expianda peccata. Superest igitur multum illius pretii, quod semper applicari possit, etiamsi infinitum non esset, uti re vera est, & semper redundabit. Amesius nihil habet, quo hæc dissolvat, nisi suas Antitheses Calvinicas, quas superfluum est recitare.

III. Ad hunc thesaurum superfluentium Satisfactionum pertinent etiam B. Virginis, & aliorum Sanctorum, qui plus passi sunt, quàm eorum peccata requirerent. Amesius: *Infinitum non augetur.* Sic est, intensivè. At quidni extensivè? Plures quippè sunt Satisfactiones, & merita Christi ac Sanctorum, quàm Christi solius. Amesius 2. *Nemo præter Christum plus passus est, quàm peccata ejus merebantur.* Respondeo, Hæc est impia Hæresis. Quid enim verò peccavit Deipara? Quid S. Joannes Baptista? Quid alii post Baptismum innocentissimæ vitæ? At constat B. Deiparam plus in morte Christi, quàm ullum Martyrum passam esse &c. Amesius 3. *Quidquid sustinuerunt Sancti, id ipsis abundè remuneratur: Ergo non potest pro aliis esse Satisfactorium.* Resp. Sequela non probatur. Unius Durandi auctoritas contra omnes nulla est. Apostolus Rom. 8. vers. 18. asserit antecedens, quod malè torquetur in patrocinium erroris per Quodlibeticam syllogisticen.

Ad CAPUT III.

I. SAtisfactiones Christo, & Sanctis supervacaneæ applicari possunt aliis, qui rei sunt luendæ pœnæ temporalis, ut constat ex articulo Symboli de communione Sanctorum, & ex 2. Corinth. 12. 2. Timoth. 1. Coloss. 1. Iterum Amesius vix habet, nisi antitheses. Nam quod addit: *Si post aliquas applicatas, restarent seorsim aliæ applicandæ, divideretur Christus, & alii dimidiatam tantùm, alii verò plenam redemptionem haberent sibi applicatam.* Non magis certè sequitur divisio Christi ex hoc, quàm ex eo, quòd nonnullis Christus quoad efficaciam meruit ingentem cumulum gratiarum, aliis perquam tenuem, ut patet in infantibus recens post Baptismum morientibus, si cum Apostolis, Deipara, &c. comparentur.

II. Ecclesiæ pastoribus auctoritas divinitus concessa est, thesaurum satisfactionum dispensandi; ac per hoc Indulgentias concedendi, uti ex iis, quæ de Summo Pontifice dicta sunt, constat. Et jam ipso Apostolorum tempore concessam fuisse Indulgentiam, perspicuum est ex illis Pauli verbis 2. Corinth. 2. *Cui aliquid donastis, & ego &c.* quod nec ipse Calvinus in eum locum abnuit, nec Molinæus in Novitate Papatus &c. Amesius verò maluit hoc totum silendo enervare. Certè negare hoc nequeunt Adversarii, uti & de primorum Sæculorum usu apud Tertullianum & S. Cyprianum epistol. 10. & quatuor seqq. Item Concil. Ancyr. Laodic. Nicæni. Carthag. IV. &c. Ne tamen nihil dixisse videatur Amesius, affingit *Catholicis authoritatem pro arbitrio dispensandi*,

infert-

infertque, sic *Indulgentiam quoque primariam fore prædicationem Evangelii, & Sacramentorum administrationem*. Sic nempe ex alma Quodlibetica. Porrò: Durandi & Maironis objectiones contra communem Catholicorum doctrinam cap.4. à Bellar. dilutas, silentio quoque suo videtur approbasse, uti totum librum 2.

Ad CAPUT V.

INdulgentia propriè est absolutio judiciaria, annexam habens solutionem ex thesauro. Amesius ope suæ Quodlibeticæ hinc infert. 1. *Papam sic judicium exercere in foro alieno*. 2. *Solvere ex thesauro non suo*. 3. *Absolvere à peccatis, quæ non cognoscit*. 4. *Solvere pro debitis ignotis*. Respondeo, Prima sequela nulla est, quia Principis & Vicarii idem est forum. In 2. nihil incommodi est, quia Papa dispensatorem se, non dominum thesauri profitetur. 3. & 4. non requiritur. Quæ subdit Amesius, scurrilia convicia sunt, ventis leviora.

Ad CAPUT VII.

I. PER Indulgentias absolvimur non à reatu culpæ ullius, nec à pœnis naturalibus, aut externis in foro sive ecclesiastico, sive sæculari inflictis. Hæc cùm certa sint, ut nec ipse Amesius negare posset; iis tamen mera convicia, & nugarum quisquilias reponit.

II. Indulgentiæ liberant homines à reatu pœnæ, non solùm coram Ecclesia, sed etiam coram Deo, Tum, quia aliàs non esset utilis, sed noxia Indulgentia, & Ecclesia filios in re maxima deciperet, quia liberaret eos à pœna hujus vitæ mitissima, & remitteret ad pœnam atrocissimam Purgatorii: Tum, quia aliàs non possent concedi Indulgentiæ pro defunctis.

III. Cùm in forma Indulgentiarum exprimitur, concedi remissionem Pœnitentiæ injunctæ, intelligitur injuncta in Sacramento Confessionis: cùm non sit mentio injunctarum, intelliguntur omnes, sive injunctæ sint, sive injungi potuerint. Infert Amesius: *Ergo Indulgentiæ papales tollunt* 1. *partem Sacramenti*. 2. *Fructus dignos Pœnitentiæ*. 3. *Compensationem injuriarum Deo illatarum*. 4. *Medicinam animæ peccatricis necessariam*. Respondeo, In prima sequela nullum est incommodum, quia non tollitur, nisi pars integralis Sacramenti, quod ex justa causa licet. Reliqua non sequuntur, Tum, quia illa, quæ allegantur, non consistunt in indivisibili; Tum, quia, ut cum aliis docet Suarez Disp.38. sect. 10. & num. 10. per Indulgentias remittuntur Pœnitentiæ impositæ, ut satisfactivæ, non ut medicinales, quia Indulgentiæ non sunt in destructionem, sed in ædificationem animarum &c. & Bellarminus lib. 1. cap. 12. Christianus populus non ignorat, ad fidem pertinere, quòd sit in Ecclesia potestas concedendi, non autem, quòd in particulari non possit fieri, ut Indulgentia vel non sit rata, vel non prosit. Et ideò sic accipiunt prudentes Christiani Pontificias Indulgentias, ut simul etiam studeant dignos Pœnitentiæ fructus ferre, &c. Unde patet, quàm falsa sit etiam ultima Amesii illatio, *quòd licentiam concedant indulgendi peccatis*. Hoc, inquam, falsum est, si sermo sit de legitimo usu illarum; quòd si per abusum nimia facilitas in illis concedendis admitteretur, libenter fatemur inde sequi plura mala, uti notavit loco citato Bellarm. & Cardin. Baronius ad A. C. 847. num. 4. qui Clementem VIII. eo nomine laudant, quòd non sine divino instinctu effusas nimium Indulgentiarum concessiones restringere conatus sit, exemplo Concilii Lateranensis sub Innocentio III. cujus decretum legitur: *De moderandis indiscretis Indulgentiis*. Quod etiam fecit

Viennense, Lugdunense, Tridentinum sess. 2
modo verò hinc inferatur (uti contendit An
prudentiores Pontificios Indulgentias numerare i
fraudes Papæ, vel Matris Ecclesiæ, non appar
ope artis illius flagitiosæ, quæ *quidlibet* infer
bet. Illud sanè, quod de *pia fraude* refert ex S
ventura Amesius, est ipsissima Lutheri hæresi
ne X. damnata, à nullo probato Theologo p
sed reprehensa vehementer cum Sancto T
Suppl. quæst. 25. art. 2. & Sancto Bonaventu
jus hæc sunt verba: *Sed istud* (quod cum
dicunt Calvinistæ) *est derogare Ecclesiæ, dicen*
sub specie quadam mentiri, & opera mania, & p
& jocosa esse, quæ facit; Quod abhorret men
Hæc Bonaventuræ verba recitare debuisset,
fallere incautos voluisset. Mendacissimus ve
hardus pag. 230. S. Bonaventuræ affingit i
sam hæreticam sententiam, cùm ait: *Bonave*
sus est &c. Quæ allata satis apertè indicant
sitatem Gerhardi.

V I N D I C I

Pro Libro Secundo de Indulgent

Ad CAPUT XX.

AMesius totum librum secundum de Ind
intactum reliquit.

Gerhardus Disp.23. à Th.55. usque ad r
ta exscribit è Bellarmino; sed ex omnibus
test argumenti alicujus virilis species extund
enim, quæso, ad rem facit, quòd Bellar
tur, olim Indulgentias à Waldensibus & alii
impugnatas? 2. *Durandum, Antoninum & Ro*
gnoscere, Indulgentias destitui primitivæ Eccle
gio? 3. Quomodo sequitur: *Si tanta est utili*
factionis à Sacerdote imposita; Ergo Indulgenti
esse perniciosas? 4. Quid, quæso, contra do
facit, quòd in quæstionibus Scholæ contro
sideant Theologi? Ad quem finem replevit
ses recitatione ejusmodi dissensionum inter S
cos? Numquid hoc *puerile* est? Videantur c
dicta sunt de hac insulsitate. 5. Quomodo e
dulgentiarum restrictionibus, quas ex Bellar. re
hardus Th. 101. & tribus seqq. infertur illud
gium ἄνθρωπος ὁ θησαυρός. O quodlibetica! C
incidunt cum nugis Amesianis.

Titius verò post recitata mendacissimæ
Melanchthonicæ verba, & nescio unde c
leonini versificatoris ineptiis, unum hoc ag
ipsa Catholicorum confessione ostendat, pri
que sæculis ignotum fuisse usum Indulgenti
minùs apertè in SS. literis eas esse prodita
post consueta convicia geminam calumnia
Evenire Papistis, quod de veteribus hæreticis d
naus: eas neque Scripturis, neque Traditione
At hoc elogium Lutherano-Calvinianis ex
petere, Catholicis verò minimè, ex hac
putatis manifestum est. 2. Nos *ut antiquit*
nem conciliaremus Indulgentiis, subtili fraude
postolico eas nuper cœpisse inserere: (Ublast der
Notatum hoc ait *in digressione Calixti*: At in
tum? Insulsam & stolidam hanc esse cal
res ipsa loquitur, cùm *fraudem subtilem* fing
nulli etiam stupidorum & rudium inter
fraudi fuisse omnes novimus. Nempe hæc
amentata, & arietes ineluctabiles, quibu
dogma Catholicorum! quod quoad substa

claré traditur in SS. Scripturis 2. Corinth. 2. verſ. 10. & vetuſtiſſimis Patribus Tertull. & Cyprian. ut ſuprà. Quoad modum verò & praxim (uti & in aliis dogmatibus agibilibus, vel ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinentibus,) patitur pro temporum & circumſtantiarum varietate aliquam mutationem, juxta illud Tertulliani lib. de veland. Virg. *Regula credendi una eſt inviolabilis &c. .... hac verò manente, cætera jam diſciplinæ & converſationis admittunt novitatem &c.* Præclaré in hanc rem ſcripſit in proœmio eruditi ſui Operis de adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ per XIII. Sæcula priora in Occidentali & Orientali Eccleſia D. Joannes Morinus. Plures quippe mutationes in praxi ejus adminiſtrationis pro temporum varietate obſervaturus, pariter monet, nihil eam viciſſitudinem officere veritati & unitati Catholicæ Eccleſiæ. *Chriſtus*, inquit, *Eccleſiæ ſuæ adeſt non uno die, non uno ſæculo, ſed omnibus ſæculis, & ſingulis diebus omnium ſæculorum uſque ad conſummationem ſæculi. Ita quoque Apoſtolus clariſſimè* Epheſ. 4. verſ. 11. & 12. *Etenim differentiæ Catholicum & Hæreticum ſubſtantialiter conſtituentes, unumque ab altero ſecernentes, his propoſitionibus continentur. Iſta propoſitio* (Eccleſia veritatem ſecuta eſt annis 200. 300. 500. 1000. &c. poſtea erravit, morum iniquitatem & regiminis perturbationem amplexa eſt, & probavit;) *Hæreticum conſtituit, ſi pertinaciter defendatur, aut hæreſeos meritò ſuſpectum, ſi verbis vel ſcriptis inſinuetur. Nec ad hæreſim refert, quoto ſæculo dicas eam erraſſe. Quo die eam erraſſe profeſſus es, Hæreticus factus es. Contrà, iſta propoſitio:* (Eccleſia nullo ſæculo, nullo die errare poteſt, aut pravos mores probare;) *Catholicum demonſtrat. Catholicus enim ille eſt, qui Eccleſiam profitetur non modò non erraſſe, ſed etiam nullo ſæculo errare poſſe: & quamdiu hoc profitetur, errare non poteſt, Hæreticus eſſe non poteſt. A Deo enim præceptum nobis eſt, Eccleſiam hodie loquentem audire, non ſolùm alterius ævi. Si ſemel hoc axioma concutias, omnem excutis de cordibus Chriſtianorum fidei ſecuritatem, omnem de Eccleſia ἀναμαρτησίαν, namque neceſſariò ſicut parvuli fluctuantes circumferemur omni vento doctrinæ &c. Nulla enim inter ſic ſentientem, & Hæreticos quotquot fuerunt, ſunt, vel erunt, quatenus Hæretici ſunt, differentia prorſus eſt. Omnes enim Hæretici qui fuerunt, ſunt, & erunt, tales ſunt propter non auditam hodie & nunc Eccleſiam loquentem & definientem. Obtendere enim & profiteri ſe auditurum Eccleſiam, Doctoreſque alterius ævi, hoc planè eſt paucis verbis λῆρος μακρὸς λαλεῖν. Nam idem importunè jactant, & oſtentant omnes Hæretici, hic ævi ſecundi, ille tertii, iſte quarti, & conſequenter: ſed nullus Eccleſiam hodie loquentem & docentem ſe auditurum ſincerè profitetur. Omnes Hæretici volunt Eccleſiam audire mutam, non loquentem, Doctores mortuos, non vivos, ut quod vivis & loquentibus judicibus fieri non poteſt, mutis & mortuis illudant.* Ita Morinus ſapientiſſimè, optimè, nihil verius!

VINDICIÆ
PRO LIBRO UNICO
DE SACRAMENTO
EXTREMÆ UNCTIONIS.

Ad CAPUT II.



Xtremam Unctionem eſſe verè, & propriè dictum Sacramentum, Fides Catholica affirmat in Conciliis, Tridentino, Florentino, Viennenſi, Lateranenſi, Moguntino ſub Rabano, Aquiſgranenſi, Meldenſi, Wormatienſi, Cabilonenſi, Nicæno I. in Arab. can. 68. & SS. Patres eadem tradunt, quorum indicem copioſum poſt Bellarminum texuit Nicolaus Serrarius in diſput. de Extrema Unctione cap. 2. Th. 20. Et hoc omni pio Catholico ſufficere debebat, etſi nullum è SS. Scriptura fundamentum perſpicuum haberemus, cùm ſemel pro ſemper exploſa ſit dudum illa nænia Luthero-Calvinicorum: *Non legitur in Bibliis*. Suppetunt tamen duo, alterum ex Marc. 6. alterum ex Jacob. 5. De priori res incerta eſt, & minùs probabile, quòd Unctio illa per Apoſtolos facta, fuerit ſacramentalis, tum, quia referebatur vel ſolùm, vel præcipuè ad curationem morbi corporalis; tum, quia eo tempore Apoſtoli necdum erant Sacerdotes; tum, quia promiſcuè ungebant quoslibet ægrotos, ut cæcos, claudos &c. & probabiliter etiam non baptizatos; tum, quia Trident. ſeſſ. 14. can. 1. ait, Marc. 16. *Hoc Sacramentum inſinuatum*, ſeu figuratum eſſe. Ex altero igitur Jacobi teſtimonio ſatis evincitur veritas hujus Sacramenti, cùm ei conveniant omnes conditiones, non modò quas nos Catholici, ſed etiam quas Luthero-Calvinici requirunt ad rationem propriè dicti Sacramenti. 1. Eſt ſenſibile ſignum, quod ab Apoſtolo exprimitur, *Oleum* nempe. 2. Ut hoc ſignum per modum ſacri ritus inſtitutum ſit, quod indicatur in eo, dum vult Presbyteros Eccleſiæ adduci, ab iis preces fieri, oleum admoveri. 3. Ut ei ſymbolo gratia ſanctificans infallibiliter ſit annexa; & hoc indicatur iis verbis: *Si in peccatis fuerit, remittentur ei.* 4. Ut à Deo ſit inſtitutum, quod illis ipſis verbis indicatur: quomodo enim niſi à Deo inſtitutore poſſit illa gratia remiſſiva peccati promitti? Inſuper non deſunt etiam aliæ conditiones, quas Chemnitius requiſivit, nempe 1. Ut ſit ritus perpetuus; tamdiu autem Unctio Extrema durabit, quamdiu infirmi, h. e. uſque ad finem mundi. 2. Ut ſit ritus ad omnes pertinens, nempe omnes, cùm in morbum lethalem incidunt. 3. Ut ſit Novi Teſtamenti ritus. 4. Ut promiſſio gratiæ ſit annexa. 5. Ut non ſit cujuslibet gratiæ, ſed remiſſionis peccatorum. 6. Ut non tantum ſit promiſſio generalis, ſed etiam in particulari applicetur ei, qui Sacramentum percipit. Hæc omnia manifeſtum eſt reperiri in verbis illis Jacobi 5. Ameſius 1. *Obſervandum hoc in primis, duo tantùm teſtimonia Scripturæ pro Sacramento hoc à Pontificiis afferri; & primum eorum à Card. Bellarmino rejici tamquam alienum: alterum verò à Cajetano alio Cardinale* in Jac. 5. Reſp. Quid tum poſtea? Una hirundo non facit ver. Pertinet ea ſingularitas & hallucinatio Cajetani ad pedes pavonicos, jam ſæpè exploſos. Debebant Adverſarii (ac præcipuè Joannes Dallæus in ſua hujus Sacramenti verboſiſſima impugnatione anno ſuperiori impreſſa,) reſpondere illi P. Serrarii ceraſtino: Vel apud Marcum eodem prorſus modo ac ritu Apoſtoli unxerunt, quo apud Jacobum juben-

jubentur Presbyteri: vel eodem tantùm quoad typum & figuram. Si illud; ergo unctionem, quam Catholici retinemus, vos vero exploditis & ridetis, Christus præcepit, Apostoli dederunt. Si hoc secundum; ergo hoc, quod à Christo & Apostolis figuratum & præmonstratum est, nos Catholici facimus, vos verò nec figuram, nec figuratum miseri habetis. Ames. 2. *Remissio peccatorum promittitur orationi fidelium, non unctioni; promittitur etiam in ordine ad sanitatem tantùm.* Resp. Hæc sacro textui quodlibeticus interpres affingit. Insultum est, quod mox idem subdit: *Institutio sacramentalis non potest concludi ex qualibet constanti promissione: tum enim tot essent Sacramenta, quot oratio habet promissa.* Resp. Neque nos indè solùm concludimus, sed juncto signo sensibili à Christo ad conferendam infallibiliter gratiam instituto: Confirmatur argumentum Catholicorum 1. Quia non loquitur Jacobus de naturali curatione, tum, quia oleum non est medicinale ad curandos quosvis morbos; tum, quia Prophetæ & Apostoli ut plurimum rebus non salutaribus utebantur; alioqui enim & fidem sibi abrogassent, & donum Dei obscurassent. Cùm verò Amesius ait: *Oleum posse Synecdochicè poni pro medicamento salutari*, unde probat, ità de facto poni? Confirmatur 2. Quia non loquitur S. Jacobus de Unctione, quæ sanaret corpus ex dono miraculorum. 1. Quia consilium datur pro ægrotis, non pro cæcis, surdis &c. 2. Quia Presbyteri debent vocari, non illi, qui donum habent curationum. 3. Quia præscribitur certa materia, oleum. 4. Quia promissio (*Oratio fidei salvabit infirmum,*) est absoluta, ac proin non potest præcipuè referri ad corporalem sanitatem. 5. Quia remissio peccatorum tam apertè promittitur, ut non sit locus tergiversationi. 6. Quia Jacobus agit de iis, quæ pertinent ad nos omnes. Amesius reponit totidem antitheses ab omni probationis specie desertas, & verbis S. Jacobi haud obscurè contrarias; e. g. *Præscriptio certæ materiæ nulla est · Presbyteri vocandi fuerunt præcipuè ad orationem & consolationem: Remissio peccatorum non promittitur unctioni, ut in illa &c.* Numquid huic Quodlibetario interpreti è diametro contradicit textus? Confirmatur 3. valdè probabili & congruente ratione. Consuevit divina bonitas bonis initiis progressum bonum, progressui bono finem bonum semper (quantum est ex se) adjungere. At ut vitam spiritualem hoc in sæculo viveremus, bona nobis initia per Baptismum dedit; addidit Sacramenta alia, quibus fortiter ac fœliciter progrederemur: an ipsius igitur finis oblita? Certè nullatenus credendum est, defuisse ejus providentiam, in egressu vitæ, nec vita hac exituris auxilium supernaturale speciale largiri. Amesius *concedit totum argumentum*; negat tamen *indè sequi speciale argumentum, eò quòd in Vet. Test. nihil tale fuerit.* At hoc vanum est, cùm sic omnia ferè Nov. Test. Sacramenta neganda forent, cùm tamen constet, legem Evangelicam præ Mosaica & naturali abundare instrumentis gratiæ efficacibus. Quomodo insuper ex ipsis Hæresiarchis, Wiclefo, Luthero, & Calvino, eorumque sequacibus Centuriatoribus &c. confirmetur hæc veritas, accuratè tradit Serrarius cap. 3. quæ omnia tamen dissimulavit quoque Dallæus Calvinista in suo peculiari & verboso tractatu.

Ad CAPUT III.

OBjic. Hæretici: *Ritus Extremæ Unctionis non explicatur Jac. 5. quia non respicit propriè morituros, sed sanandos ægrotos: oleum benedictum non præscribitur: membra ungenda non designantur; effectus etiam tribuitur orationi fidei, non Sacramento efficaci ex opere (ut Pontificii loquuntur) operato.* Resp. Inungit Ecclesia eos, qui de vita periclitantur, & hoc voluit Jacobus. Amesius 2. *Inungitur à Pontificiis in ordine ad egressum ex hac*

vita, sed à Jacobo in ordine ad sanitatem restituen
Respondeo, Utrumque fit, sed sub diversa rat
in ordine ad fœlicem egressum, si Deo visum fu
tæ filum abrumpere: in ordine ad sanitatem re
endam, si hæc expediat æternæ saluti. Deinde
bus non negat, oleum esse prius benedicendum
insuper alloquitur infirmos, non Sacerdotes.
autem quale debeat esse oleum, & quomodo
hibendum, ad infirmum non pertinet, sed ad S
dotes. Amesius 3. *Bellarminus cap. 7. expressè affi*
consecrationem Episcopalem olei esse de essentia ma
Hæc autem non debet tantùm non negari in Scriptura
etiam affirmari & imperari. Respon. Hoc posteri
titur putrido hæreticorum fundamento multoties
so. Dictum verò Bellarmini, si universaliter, &
tantùm de jure ordinario accipiatur, non est ce
sed probabile tantùm: Orientalis enim Eccles
iam ante schisma tot seculis administravit hoc S
mentum per oleum à Sacerdote benedictum.
bene Arcudius lib. 5. cap. 2. recitatis aliorum
tis, ait: Ego adhuc mitiùs & tutiùs responde
si aliqua magna pars Ecclesiæ, qualis est Orien
commiserit Sacerdotibus munus benedicendi
leum, idque antequam oriretur schisma, vale
cramentum videtur, non corrigente statim à
cipio, sed diu tolerante Romano Pontifice:
tunc Pontifex tacitè consentire videtur &c.
demum est, quod assumit Amesius de *oration*
ab ordine seclusa. Oratio enim fidei non requi
cessariò fidem ministri, sed quæ dictatur à fi
sola fide intelligitur; & hæc oratio minimè
dit, sed potiùs includit operationem Unct
ità ut effectus non sit ex opere operantis, se
rato.

Ad CAPUT VI.

I. OBjiciunt Hæretici. *Si unctio hæc Sacra*
esset, tum (ex Pontificiorum sententia
ctum haberet infallibilem, & omnes uncti sana
Sed posterius falsum esse constat: ergo & prius.
Promissio absoluta non est de sanitate corpora
de remissione peccatorum. Amesius: *Remissio*
torum promittitur in ordine ad illam sanitatem.
Non S. Jacobus, sed Amesius hoc dicit,
verò probat.

II. *Nullum exstat exemplum, quod sancti Vi*
tremis agentes oleo inungi voluerint. Respond. N
stant ejusmodi exempla, quia non scribuntur
rissimæ, & quotidianæ. Amesius: *An igitu*
extrema, quæ non solet iterari, magis in frequ
fuit, quàm cœna Dominica, quæ singulis Domini
bat olim celebrari? Respond. Non fuit: quid ve
infertur? Numquid fatentibus etiam Lutherani
vinicis Sacra Eucharistia olim morituris po
tur, & tamen quàm rara è primi, secundi,
tii sæculi annalibus exempla exstant? Annè
dormientium, quorum Apostolus meminit
omnino corporis & sanguinis Dominici viatic
psit? At id scriptum non legimus; idem hi

Ad CAPUT VII.

DE materia & forma hujus Sacramenti
ci asserunt, oleum olivatum benedict
paulo antè,) esse materiam remotam: proxi
se ipsam unctionem. Quot autem unctiones,
bus in locis fieri debeant, pendere ex præcept
siastico. Amesius allatrat hic iterum: *Benedicti*
per Episcopos Papales, quorum cùm nulla sit in
mento, clarè patet, materiam hujus Sacramenti
turam humanam. Resp. Hæc nænia ad nausear

tata, evertit non tam hoc Sacramentum, quàm omnem fidem Catholicam, ut Tom. 1. ostensum est. *Forma* sunt illa verba, quæ in sacerdotali Romano & Agendis præscribuntur, aut iis æquivalentia, qualis est illa etiam Ambrosiana, quam ex S. Bonaventura recitat Amesius, nempè: *Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut more militis uncti præparatus &c.* Unde iterum evanescit insulsus Amesii coccysmus ille: *Ista forma neque in Scripturis habetur, neque ab omnibus ungentibus adhiberi solebat.* Similes ineptias fusissimè prosequitur Dallæus, potissimum cùm pro suo libitu vertat dicta Patrum & veteris Ecclesiæ, planè immemor sui illius effati: *Ægre constare, quid circa Religionis Controversias senserint Patres.*

Ad CAPUT VIII.

HUjus Sacramenti effectus duo sunt. 1. Sanat corpus, si ita expedit animæ saluti. 2. Abstergit reliquias peccatorum. Per has autem reliquias non intelliguntur peccata venialia, ut quidam volunt: nec pronitas, vel habitus ex peccato relictus; sed 1. Peccata relicta post alia Sacramenta, sive mortalia, sive venialia sint. 2. Quidam torpor, & mœror, & anxietas, quæ ex peccato relinqui solet, & quæ maximè hominem morti vicinum vexare potest. Amesius 1. *Sacramentum est signum & medium externum gratiæ internæ, & non sanitatis externæ.* Respon. Est signum & medium infallibile gratiæ ac remissionis peccatorum; causat verò sanitatem externam non nisi, cum saluti animæ expedit illa: unde hanc non significat absolutè hoc Sacramentum. Amesius 2. *Abstersio peccati quoad culpam, in Pœnitentia Unctionem antecedente habetur: abstersio quoad pœnam (Bellarmino judice) vel satisfactionem, vel indulgentiam requirit.* Resp. Per hoc Sacramentum remittuntur peccata mortalia ea tantùm quorum quis conscientiam non habet, sive ob oblivionem, sive morbi gravitatem; nam quorum conscientiam habet, debent Sacramento Pœnitentiæ expiari. Conducit ergo tum, cùm quis ad remissionem mortalis jam quidem confessus sit, & communicarit, sed non rectè id fecerit; neque tamen id ipsum adverterit: aut verò rectè quidem utrumque fecerit, sed postea lethali sese culpa, quæ supplicio æterno luenda foret, obstrinxit, quam tamen non considerat. Hæ ergo præcipuè sunt illæ peccatorum reliquiæ: unde non est ad rem, quod objicit Amesius *de dimidiatione veniæ*, cùm omnes alii Catholici æquè ac Cajetanus ab Amesio laudatus, dicant uno ore: *aut omnia mortalia remitti, aut nullum.*

Gerhardus præter suum coccysmum *de dissidiis Scholasticorum* & Interpretum circa hoc Sacramentum, & ea, quæ hactenus Amesius movit, vix quidquam producit responsione dignum. Quàm ficulneum enim est telum hoc Th. 9. *Nullus homo purus potest Sacramentum instituere. Atqui Extrema Unctio non est à Christo instituta: quia unctionem, quæ describitur* Marc. 6. *negat Bellarminus fuisse sacramentalem: ergo Extrema Unctio non est Sacramentum.* Numquid puerilis collectio? Marc. 6. *non est: ergo planè non est institutum hoc Sacramentum.* Nihilo melior hæc Th. 12. *Materia & forma Sacramenti cujusque propriè sic dicti debet exprimi in divina institutione: at hæc non exprimuntur ut in institutione promulgatoria* Jac. 5. *ergo.* Hujus argumenti assumptio planè inepta & falsa est: nam non continetur verbis S. Jacobi ipsa institutio, sed promulgatio Sacramenti. Promulgatio institutionis per hominem facta non est *institutio promulgatoria.* Sufficienter autem iis Jacobi verbis (*orent super eum*) indicatur, formam hujus Sacramenti debere esse deprecatoriam. Neque verò opus est, ut conceptis verbis & syllabatim ea forma prodita sit in prima institutione, sufficit idem sensus, ut §. 3. dictum est.

V I N D I C I Æ
PRO LIBRO UNICO
DE SACRAMENTO ORDINIS.

Ad CAPUT II.



Rdinem esse verè & propriè dictum Sacramentum, Catholica fides docet. Tria autem requiruntur ad Sacramentum propriè dictum: Symbolum externum, seu ritus; promissio gratiæ: & mandatum seu institutio divina: quæ omnia hic reperiuntur. Ritus seu externum symbolum est manuum impositio, de qua Actor. 6. & 13. & 14. & 1. Tim. 4. 2. Tim. 1. quæ omnia loca ab omnibus expositoribus de ordinatione intelliguntur; unde etiam apud Græcos Ordinatio *Χειροθεσία* appellari solet. Mandatum & institutio Act. 13. *Segregate mihi Paulum &c.* Act. 20. *In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos.* Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Doctores, alios Pastores, &c.* Amesius 1. *Nullum est symbolum externum, quod repræsentat & obsignat unionem nostram cum Deo per Christum.* Resp. Manuum impositio, tale symbolum habita est semper in Ecclesia ex apertis Scripturis, etsi hæ non conceptis verbis affirment, eam esse symbolum gratiæ: sed nec id opus est. Amesius 2. *Impositio manuum est gestus orationis benedicentis alicui præsenti ex qualibet occasione, & in Confirmatione eadem ratione adhiberi solet.* Resp. Hoc posterius constat esse falsum ex supra dictis: reliquum voluntariè sine ulla probatione asseritur. Amesius 3. *Finis ad quem ordinatio ordinatur, est aliorum ædificatio.* Ephes. 4. *non propria justificatio: unde etiam est, quòd quidam Scholastici velint, Ordinem ex eo maximè tenere rationem Sacramenti, quòd sit medicamentum non tantùm respectu suscipientis, sed etiam respectu aliorum. Bonaventura in 4. distin. 24. vel ut loquitur Durandus: Ordo non est medicamentum suscipientis, sed communitatis.* Resp. Finis extrinsecus ordinis jam collati, & in facto esse, sine dubio est ædificatio Ecclesiæ: in fieri autem, seu collatio & receptio characteris sacerdotalis sine dubio pro fine intrinseco habet ipsius personæ ordinandæ habilitationem, qua per dona supernaturalia characteris, gratiæ sanctificantis, & auxiliorum actualium idoneus & potens redditur ad ministrandum aliis, præcipuè SS. Eucharistiæ & Absolutionis Sacramenta. Et sic facilè intelliguntur S. Bonaventuræ & Durandi dicta. Cætera Amesiana sunt mera verba.

Ad

Ad CAPUT III.

CAtholicam veritatem hìc probat Bellarminus ex apertissimis testimoniis SS. Innocentii, Leonis M. Anastasii II. Gregorii M. Concilii Chalcedonensis, Dionysii, Chrysostomi, Theodoreti, Cypriani, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, &c. quæ more suo Amesius omittendo *enervavit*. Sanè vel solius Sancti Augustini auctoritas (qui in lib. 2. contra Parmen. cap. 13. & lib. 5. de Baptismo cap. 1. Ordinationem ferè decies vocat Sacramentum,) plus ponderis habet, quàm universæ Novatorum objectiunculæ.

Ad CAPUT IV.

I. PRobatur Catholica assertio ratione: quia Deus, cujus perfecta sunt opera, cùm dat potestatem, dat etiam ea, quæ requiruntur ad legitimum & congruentem usum. At in S. Ordinatione datur potestas conficiendi & ministrandi Sacramenta, quæ certè a peccatore rectè exerceri non potest: Ergo datur simul cum potestate gratia justificans, & perficiens animam, ut rite fungatur tanto ministerio. Amesius 1. *Hac ratione non magis probatur, Ordinationem esse Sacramentum in Nov. Test., quàm in vetere olim.* Resp. Non rectè infertur hoc, quia Sacramenta Veter. Leg. non erant nisi umbræ *& egena elementa*, ut vocat Apostolus, adeoque tam excellens & supernaturalis potestas in eorum ministris minimè requirebatur. Amesius 2. *Non tam probat, gratiam justificantem in ordinatione vulgari dari, quàm intelligentiam Scripturarum, & donum docendi, quod experientia communis refutat.* Resp. Nego Assumptum: nam Sacerdotes propriè ordinantur ad sacrificandum, & ministranda Sacramenta: ut ex iis idonei assumantur ad docendum, de more quidem optimè fit, sed nemo donum doctrinæ sacræ de lege ordinaria & extra speciale privilegium accipit, nisi diligenti plurium annorum studio.

II. Si in Baptismo, in quo datur potestas suscipiendi Sacramenta, datur simul cum ea potestate gratia gratum faciens, quia sine ea non rectè percipiuntur Sacramenta cætera, cur in Sacramento Ordinis, in quo datur potestas conferendi Sacramenta, non simul etiam dabitur gratia gratum faciens; cùm non minus peccatum sit, homini indigno Sacramenta dare, quàm accipere? Amesius 1. *Fundamentum hujus argumenti est insulsissimum, Baptismi scilicet finem esse in relatione ad Eucharistiam & alia Sacramenta.* Resp. Si hunc diceremus finem principalem Baptismi, aliquid haberet coloris objectio. At principalem dicimus esse aggregationem in familiam Christi, & adoptionem in filium Dei; secundarius verò finis est ille, qui in argumento ponitur. Amesius 2. *Consequentia nulla est, quia ordinandus, non baptizandus, præsumitur habere gratiam justificantem.* Resp. Consequentia non enervatur per hanc instantiam, quia gratia uberior confertur in Ordine Sacerdoti futuro & Ecclesiæ ministro, quàm infanti recens baptizato: & gratia sacramentalis in singulis Sacramentis secum fert parata auxilia actualia in ordine ad eum finem, in quem principaliter institutum est tale Sacramentum. Non est mirum, Luthero-Calvinicos hic fœdè hallucinari, cùm omnem gratiam sanctificantem in remissione peccatorum & extrinseca imputatione sanctitatis Christi collocent, ut adeò paris sanctitatis juxta eos sit Deipara Virgo, ac puer recens baptizatus.

Ad CAPUT VIII.

HÆC quæstio, quinam Ordines sint Sacramenta, controversia est inter Scholasticos, ac pro-

priè huc non spectat, quia non potest habere lo
nisi inter eos, qui §. prox. admiserunt, verè & pi
Sacramentum Ordinis dari. Doctrina tamen B
mini hic cap. 5. de Episcopatu, cap. 6. de Diacon
cap. 7. de Subdiaconatu, cap. 8. de quatuor min
valdè probabilis est, saltem ob communem se
gravissimorum. Amesius 1. *Inferiores Ordines Po*
ipsi appellare solent non sacros; & Vasquez latè ost
eos non esse Sacramenta à Christo instituta, sed ex E
constitutione manasse. Libenter fatemur, sente
Vasquii esse probabilem; neque enim pro certo
mamus rationem Sacramenti convenire quatuor
ribus. Vocantur autem majores ordines *sacri* p
cellentiam, quia proximè contingunt res sacr
habent annexum continentiæ votum, quòd p
dicitur hominum sacrorum, seu Deo specialite
secratorum. Absolutè autem minores quoque C
dicendi sunt sacri, cùm ad sacrum ministerium
remotius, destinentur. Amesius 2. *Si omnes isti*
nes sunt Sacramenta, tum Sacramenta non sunt sept.
tùm, sed 14. imò 15. Episcopatu annumerato. Resp
nes Ordines unum Sacramentum censentur, c
num sunt vel genere, vel quia ad unum finem
referuntur. Amesius 1. *Incertus est ipse Bellarmin*
ratione possint tot Ordines unum dici Sacramentum
Utrumque asserit Bellarminus, & ideò non es
tus ob illam voculam: *Vel*, quæ æquivalet
ctioni, *Et*. Amesius 2. *Ad unum finem generale*
Sacramenta referuntur: non sunt tamen unum. Re
omnino ea ratione unum, & quidem genere s
no. Amesius 3. *Mira perversitas est illorum ho*
qui Baptismum Joannis & Christi unum negant es
mentum; & tamen ordinationes istas, in quibus neq
est symbolum, neque unum verbum, neque unus au
que unum officium, in unum compingunt Sacramentu
Nulla hic est perversitas, nisi Luthero-Calvin
qui renuente Scriptura, omnique retro anti
clesia, Baptismum Joannis fingunt ex æquo
se gratiam, ac Christi Baptismus, cum quo
in externa ablutione convenit, ut suprà osten
Nihil verò perversitatis in hoc est, quod dive
steriorum symbola, & creationes diversa spec
tuant Sacramenta, quæ in uno genere sub
(scilicet ministri altaris) conveniant. Quæ e
umbra contradictionis aut incongruitatis ost
ob quam hoc non potuerit sic in sua Eccles
nere Christus Dominus? Sic verò factum esse
probabiliter etiam de inferioribus asseritur.

Ad CAPUT IX.

COnvenit inter omnes Catholicos, mate
jus Sacramenti esse aliquod signum sens
mam autem esse verba, quæ dicuntur, dum
gnum exhibetur. Quamvis enim Scriptura n
nerit verborum: tamen apertè scribunt, ve
ri, antiquissimi PP. Ambrosius, Hieronymu
stinus &c. Amesius ait 1. *Hoc esse minus dil*
fuse propositum, cùm Bellarminus ipse lib. 1. de
cap. 21. *dixerit, oportere res & verba in Sacra*
esse à Deo determinata, ut nihil addere, minuer
tare liceat. Resp. Non ideò dicit, oportere
consistere in indivisibili; sufficit, modo con
sensu eo, quem Christus tradidit Apostoli
traditionem conservatur semper in Ecclesi.
sius 2. *Symbolum illud impositionis manuum,*
Bellarminus potuit proferre tamquam signum
institutum, (& in Sacris literis expressum)
bus non adhibetur. Respond. Hæc objectio
quez & alios locum non habet. Minores,
cramentum, sufficientem habent materiam
ex traditione Ecclesiastica acceptam; qua

delibus sufficit, ut sæpè dictum. Vanum est itaque, quod Amesius recitatis ex *Pontificali Romano* omnium Ordinum *materia & forma, ait ex nuda recitatione earum demonstrari, eas nec institutionem divinam, nec S. Scripturæ approbationem habere*. Argumentum hoc negativum biblistarum, totius fidei eversivum, suo loco convulsum & explosum manet.

Ad CAPUT XII.

LUstrandæ hic sunt Gerhardinæ insulsitates. Porrò omissa illa, quæ meritò *transscendens & imbibita* in omnibus disputationibus Gerhardinis dici potest, dum in controversiis Scholasticis ad fidei articulum minimè spectantibus, è dissidentibus Theologis à Bellarmino relatis unam partem pro testimonio ἀκαθ᾽ἐξίας Lutheranæ arripit: item illa, qua opiniones à Bellarmino relatas ut probabiles, sed non ut comprobabiles, invicem opponere & ἀντιλογίας conflare satagit; his, inquam, insulsitatibus neglectis, vix aliquid commemoratione dignum, in ejus disp. de Ordine occurrit. Paucula aliqua adnoto.

Th. 19. Juxta *Bellarminum non est scriptum, ordinatos fuisse à Christo Apostolos per manuum impositionem: ergo non est materia hujus Sacramenti divinitus instituta; aliàs à Christo in ordinatione Apostolorum non fuisset prætermissa, nec ab Evangelistis omissa*. Quasi verò argumentum negativum probet, & Christus fuerit alligatus symbolis externis in conferendo Sacerdotio!

Th. 21. Sic arguitur: *Si, ut Bellarminus ait, potestas remittendi peccata, quæ in ordinatione confertur, potest esse sine gratia gratum faciente, utique non potest ex* Joan. 20. *demonstrari, in ordinatione conferri gratiam Sacramentorum*. Resp. Hæ sunt scopæ dissolutæ: numquid enim potest ritè pisposito in & per ordinationem conferri gratia sanctificans, & hac per peccatum mortale amissa tamen manere character sacramentalis, & potestas remittendi peccata? Est ergo illatio Gerhardina valdè rudis, si non puerilis.

Th. 22. Et duabus seqq. conatur ostendere, Bellarminum data quasi opera sibi contradicere: sed lectis & intellectis iis, quæ ut invicem contraria, recitat Gerhardus, nihil aliud colligi potest à sano & minimè perverso intellectu, quàm Gerhardum vel non intellexisse verba Bellarmini, vel in pravum sensum pervertisse.

Th. 26. adhuc flagitiosius versat Bellarmini dictum cap. 8. §. quantum de fine, quo institutum est Sacramentum Ordinis, ut legenti & intelligenti patebit. Cætera coincidunt cum Amesianis.

V I N D I C I Æ
PRO LIBRO UNICO
DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Ad CAPUT II.



MAtrimonium esse propriè dictum Sacramentum, affirmant Theologi omnes, qui expressè hanc quæstionem tractant, non modò post Concilium Tridentinum, sed etiam ante, uno Durando excepto, qui ajebat, *in quantum Sacramentum Nov. Leg. dicitur, & est aliquod signum sensibile extrinsecus hominis appositum, ad effectum sanctificationis spiritualis*, ea ratione, inquit, *Matrimonium non videtur habere perfectam univocationem cum Sacramentis Nov. Leg.* Amesius carpit Bellarminum, quòd dixerit, unum Durandum è Catholicis ità sentire, cùm tamen & Scotus & Bonaventura videantur Durando consentire; immò juxta Vasquez etiam Magister sent. in 4. dist. 2. & è Canonistis Gottfredus Bern. Glossat. Hostiensis. Sed Amesius Scotum & Bonaventuram fide sibi consueta citat, cùm hic conceptis verbis dicat: *Matrimonium nunc tempore Nov. Leg. non tantùm præstare remedium concupiscentiæ* (uti & in Leg. Vet.) *sed etiam aliquod gratiæ donum dignè suscipientibus*. Magister verò neutrum expressè dicit; in distinct. 26. videtur potiùs favere veræ sententiæ, in distinct. 2. princ. obiter & valdè imperfectè aliquod discrimen inter Sacramenta Nov. Leg. assignat, ubi ad marginem ponuntur hæc verba: *Magister hic non tenetur*. Remanet ergo solus Durandus cum pauculis Juristis, quorum opinio sine dubio cum hæreticorum sententia coincidit. Probatur hæc veritas 1. Ex Ephes. 5. vers. 32. ubi Sacramenti nomen expressè tribuitur Matrimonio: id verò propriè accipiendum esse, etsi Vasquez & alii negent, tamen ex ipsis verbis satis apertè videtur colligi; cùm enim asserat Apostolus, per conjunctionem matrimonialem inter Christianos significari unionem Christi cum Ecclesia, haud dubiè non illam solùm, qua Christus secundùm carnem Ecclesiæ conjungitur, (siquidem hæc conjunctio cum Christo non est propria Ecclesiæ, sed communis universo generi humano;) sed etiam conjunctionem per gratiam, quæ est propria Ecclesiæ; quam quidem conjunctionem Matrimonium significare convenienter non potest, si per illud carnaliter tantùm, velut cæteri gentiles, Christiani inter se conjungantur, & non etiam spiritualiter per gratiam & mutuam charitatem; quam idcircò tantopere conjugatis commendavit Apostolus vers. 25. exemplo Christi diligentis Ecclesiam. Ergo fatendum est, per Matrimonium fidelium, ex ipsa Christi institutione, conjuges spiritualiter quoque conjungi, adeoque conferri gratiam. Etsi porrò Vasquez cum nonnullis putet, hinc non convinci efficaciter intentum; negari tamen non potest, probabilissimè ita colligi ex eo loco, juncta præsertim continua Ecclesiæ traditione ex SS. Patribus cap. 3. à Bellarmino relatis.

Ad CAPUT III.

AMesius confirmationem hujus dogmatis ex Sanctis Patribus, more suo omittendo *enervavit*; consultius esse ratus, planè dissimulare Calvini, Bezæ, & Kemnitii impudentissima mendacia, sive insignem imperitiam, qua dicebant, ante tempora S. Gregorii M. à SS. Hieronymo & Augustino, Matrimonium non fuisse appellatum Sacramentum.

Ad CAPUT IV.

COnfirmatur eadem veritas Ratione. 1. Ab insolubilitate matrimonii & monogamia, qua passim utitur S. Augustinus. Matrimonium Christianorum est unius cum una & omnino insolubile: ergo est Sacramentum conferens gratiam. Anteced. patet ex Marc. 10. *Qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulte-*

adulterium committit super eam &c. Consequentia probatur: quia ex eo, quod est unum & insolubile, colliguntur duo. 1. esse signum sacrum. 2. Conferre gratiam; quæ duo Sacramentum propriè dictum efficiunt. Prius apertè colligitur: nam illa omnimoda insolubilitas in unis nuptiis non potest referri in causam primariam, & certissimam, nisi in signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, in quam causam perpetuò S. Augustinus eam insolubilitatem refert lib. de bono conjug. Habet equidem Matrimonium aliquam naturæ insolubilitatem, sed non tantam, quin aliquando ratio dictet sive ob sterilitatem, sive ob morbum conjugis perpetuum, &c. expedire, ut solvatur. Similiter ex 1. Corinth. 7. constat, Matrimonium consummatum ante Baptismum legitimè contractum posse solvi, non autem si post Baptismum contrahatur. Cujus nulla alia reddi ratio potest, quàm ista ex Sacramento petita. Verum quidem est, quod Amesius ait: *Omnium causarum loco debere nobis esse revelationem*: sed & vicissim verum est, omnis revelationis Ecclesiam Catholicam esse testem locupletissimam, & in iis, quæ de arbitraria voluntate Dei nobis revelantur, & ipsa fidei analogia, plerumque opportunissimas dari rationes congruentiæ; cujusmodi etiam hæc est, de qua agimus: neque enim apodicticam eam esse jactamus, uti & sequentes duæ rationes, quarum prior petitur à fine Matrimonii, qui est duplex: propagatio sobolis, & remedium contra peccatum fornicationis; uterque autem hic finis requirit gratiam Dei. Posterior sumitur à ritu & cæremoniis: nam jam indè ab exordio Ecclesiæ, Matrimonium inter res sacras habitum esse constat, & inter sacrorum solemnia per Sacerdotum ministerium celebrari solitum; quod certè factum non fuisset, si tantùm esset contractus humanus. Haud difficile est, fateor, has rationes eludere aliquibus instantiis aut cavillis; at illam quæ ducitur à consensu totius Ecclesiæ, etiam Græcæ, ac omnibus piis ac modestis Christianis, vel sola omnino sufficere deberet, etiamsi argumentum præterea nullum haberemus, nec extremo digito attigit Amesius, *sed omittendo enervavit*.

Ad CAPUT V.

I. OBjiciunt hæretici: *Nusquam legitur, aliquid gratia Dei accepturum, quisquis uxorem duxerit: quin nec signum divinitus institutum est in Matrimonio*. Resp. Oppositum legi in Scriptura juxta Patrum interpretationem suprà dictum est, atque id ex Adversariis ipsis agnovere Melanchthon & Chemnitius. Et quamvis id nusquam in Scripturis legeretur, argumentum negativum nihil concluderet. Apertè falsum est, quòd Matrimonium esse collativum gratiæ sit omnibus scitu necessarium, uti cavillatur Amesius, ut indè inferat, argumentum hic esse solidum ab auctoritate negativa. Iterum falsò citat S. Bonaventuram. Quòd verò aliqui Scholastici dubitarint, quandonam à Christo fuerit institutum hoc Sacramentum, quid, quæso, ad rem?

II. Objic. *Matrimonium fuit ab initio mundi, & adhuc est apud infideles. Non est igitur Sacramentum Nov. Leg. proprium*. Resp. Non sequitur hoc: quia fuit semper contractus naturalis, apud infideles etiam; at elevatus est hic à Christo ad dignitatem Sacramenti. Contra hoc iterat coccysmum suum gratis Amesius.

III. Objic. *Matrimonium non est cæremonia exterior à Deo posita ad confirmandam promissionem: ergo nec Sacramentum*. Et hæc illatio nulla est, quia nititur illo *sigillo promissorio*, quod lib. 1. cap. 1. quæst. 4. explosum est.

IV. Objic. *Pontificii turpiter secum pugnant, dum*

Matrimonium immunditiem, pollutionem, & carnales
dei appellant, & tamen idem Sacramentum esse vol
Resp. Objectio hæc tota quanta nititur mendaci
calumnia Calvinica. Quis enim Catholicorum
quam de legitimo Matrimonio ita pronuntiavit? C
enim S. Siricius Papa antiquissimus & sapientissi
sacrilegos concubitus Sacerdotum & Monachorum
prehenderit, ut carnales pollutiones, quid, qua
contra legitima Matrimonia facit, ac præcipuè n
ri, h. e. in actuali celebratione contractus illius
consequenter Sacramenti? Quòd si in actual
pula conjugatorum Luthero-Calvinici præcones
etiam agnoscunt turpitudinem aliquam ratione
cupiscentiæ & rebellionis membrorum, eamque
erubescunt, frontem amiserunt, ac Julianum
gianum in hac re sequuntur, qui apud S. Au
num *concupiscentiam non vitium, sed vigorem*
prædicabat. Quàm verò indigna, non dicam
stiano, sed qualicumque homine, est illa Ame
stantia, cùm ait: *Est etiam aliqua concupiscenti*
rebellio membrorum in omni actu hominis peccato in
Quare ergo convicia hæc sunt Matrimonio soli? N
est, si Cynicus hic præco cum obscœnis canib
pulam carnalem cum sua comparte non exer
in foro publico, curia & synagoga reforma
seriò credidit, in illa majorem non esse erub
di causam, quàm in perfectissimis actibus c
tis, religionis, &c. Sed arguit tandem ita:
monii conjunctio externa tendit ad Matrimonii actu
cramentum autem numquam tendit ad aliquam tu
nem & immunditiem vitiosam. Resp. Conjunct
trimonialis non tendit essentialiter ad ipsam
lem copulam, sed ad jus copulæ; unde a
copula ex mutuo consensu potest sanctissimè
ti, exemplo Deiparæ & Josephi, quos deinc
in Ecclesia pauci laudatissimè imitati sunt.
ergo illa conjunctio ad honestandum potiù
actum per se valde homine ut sic indignum
ad imperandum: unde etiam cùm de eo Ap
1. Corinth. 7. ageret, expressè ait, *secundùm*
gentiam, non secundùm imperium, ita se loqui d
invicem *reddendo*.

V. Objic. *Si matrimonium est Sacramentum,*
debet Sacerdotibus interdici. Resp. Non arcentur
dotes Matrimonio propter Sacramentum, &
etiam contractum civilem, qui præcisè (uti &
mentum consequenter) in actione transeunt
stit, sed propter effectus morales & debita,
lud vinculum morale consequuntur, nec u
congruunt statui sacerdotali, ut suprà de con
sacrorum hominum ostensum. (Unde etiam
casu dispensatum subinde est, ut Sacerdos ini
trimonium. Sic à Clemente VIII. dispensat
vel Cardinalis de Joyeuse, vel ejus frater C
nus, uterque Sacerdos, inito Matrimonio,
generaret, ne principatus devolveretur ad
stas.) Mera principii petitio est, cùm ait: *Q*
ta impedimenta & sæculares curas secum trahit, ut
cro ministerio nequeat consistere, non potest esse S
tum: Ubi, quæso, Scriptura sic loquitur?
ratio apodictica hoc evincit.

VI. Objic. *Quod exterius agitur in Matrimo*
ralem causam habet: Sed in Sacramentis id quo
agitur, naturalem causam non habet. Hoc est p
gumentum Durandi. Sed profectò imbelle &
nam minor propositio falsa est, cùm non
libet unio viri & fœminæ res Sacrament
nio planè indissolubilis: Quam omnimod
solubilitatem, & tantam unionem, non
naturaliter verba illa conjugum, quæ dicunt
bratione Matrimonii, Adde, unionem hanc
gnificat & efficit hoc sacramentum, esse no

corporum, sed etiam animorum per veram charitatem, ut uxor jungatur viro, ut Christo Ecclesia, & vir uxori, ut Christus Ecclesiæ. Proinde est unio sanctificans animas, nisi ponatur obex; quæ omnia nec naturaliter significari, nec nisi lumine fidei cognosci possunt. Unde Matrimonium Christianum non minùs ad placitum, & ex divina institutione significat, quàm alia Sacramenta. Amesius: *Vera & divina charitatis unio debet esse inter omnes Christianos.* Sic est, quid tum? *Ergo licèt singulariter exerceri debeat in conjuges; tamen per ipsum conjugium non magis significatur vel efficitur, quàm per illam relationem, quæ inter patrem & filium, aut regem & subditos intercedit.* Resp. Plus hinc non sequitur, quàm præcisè ex naturali vi illius contractus non inferri eam significationem & efficientiam, quod libenter damus. At unde probatur, Deum non potuisse & voluisse illum naturalem contractum inter fideles elevare ad significandam & efficiendam illam unionem etiam charitatis? Argumentum negativum jam suprà explosum est.

VII. Objic. Et est Durandi secundum argum. *Sacramenta cætera consistunt in aliqua re sacra, quæ applicatur extrinsecus suscipienti à Ministro: Sed in Matrimonio nihil tale est. Præterea Sacramentum non potest conferri in absentes; sed Matrimonium inter absentes per procuratorem celebrari potest.* Resp. Utrobique assumitur sine ulla probatione, quod maximè eget robusta probatione. Quæ enim vel apparens repugnantia assignari queat, cur Christus non potuerit contractum civilem per signa sensibilia initum constituere ad significandam & efficiendam gratiam? Similis proinde est ferè huic argumento: Omnia animalia (bruta) non utuntur ratione: ergo nec homo. Et absolutè Durandi argumentum contra ipsum retorqueri potest, ut cogatur fateri, nullam dari univocationem inter ulla Sacramenta, cùm singula habeant aliquid peculiare. Ratio autem, cur solum Matrimonium non consistat in applicatione rei extrinsecæ, est, quia Deus Sacramenta vario modo instituit, prout res erant variæ, in quibus instituit: Baptismum in lotione, ideò in aqua: Eucharistiam in refectione, ideò in pane & vino: Pœnitentiam in forma judiciali, ideò verbis sententiam pronuntiari voluit, &c. Matrimonium in contractu, & ideò, quod aliàs in contractibus fit, nihil extrinsecum contrahentibus applicari voluit, cùm ipsi contrahentes mutui consensus significatione contractum perficiant. Quæ ipsa quoque ratio est, cur non alio egeat ministro, præter ipsos contrahentes, & cur inter absentes, & per procuratorem celebrari possit. Cajetanus & Canus excentrici & singulares in hac re, minimè audiendi sunt, cùm eorum rationes infirmæ sint. Neque enim verum est, quod illi contendunt, *unum pro altero accipere Sacramentum; quia pro altero contrahit*, cùm procurator nihil aliud tunc sit, quàm epistola, aut instrumentum, quo manifestatur contrahentium consensus.

VIII. Objic. *Si Matrimonium Sacramentum est, & gratiam confert, tum majoris est gratiæ, quàm continentia, si continens per Matrimonium in gratia augeretur. Hoc est tertium Durandi argumentum*, ait Amesius. Sed tanto Theologo indignum, rectè pronuntiat Bellarminus: aliud enim est comparare statum cum statu; aliud statum cum Sacramento. Status continentiæ altior est Matrimonio, majoris & gratiæ & meriti. *Qui enim nubit, bene facit, qui non nubit, melius facit.* 1. Corinth. 7. Sacramentum tamen semper auget gratiam, in quocumque statu suscipiatur; sed si idem continens propter Deum nuptias contempsisset, plus gratiæ apud Deum invenisset, quàm sit illa, quæ per Sacramentum Matrimonii datur. Sed non acquiescit Amesius, putatque, ut *argumentum Durandi rectè capiatur, debere ita formari: Quod gratiam confert ex opere operato ut Sacramentum, illud præstantius est voto continentiæ, quod nihil tale præstat: Sed Matrimonium non est præstantius continentia voto, ex sententia Pontificiorum: ergo non est Sacramentum conferens gratiam ex opere operato. Ad hoc argumentum in verbis Bellarmini nihil respondetur, nisi forsan conclusio negetur.* Resp. Non mirum, nihil argumento huic explicitè respondisse Bellarminum, cùm non fuerit ita propositum; sine dubio autem negasset ille propositionem, quæ universaliter est falsa: quis enim dubitat heroicum charitatis actum, ex quo Deipara vovit perpetuam virginitatem, nobiliorem fuisse sexcentis parvulorum Baptismis? Ipsa gratia sanctificans in se spectata semper ejusdem rationis est, sive ex opere operato, sive ex opere operantis acquiratur. Liberrimum autem fuit Christo, ut licèt continentia ex genere suo sit opus perfectius, & magis meritorium, quàm Matrimonium; hoc tamen præ professione continentiæ instituere, ut propter difficultatem hominum in opere & usu illius, gratia ex opere operato ad finem ejus virtute Sacramenti conferetur. Simpliciter igitur falsa est hæc assertio: *Quævis actio & gratia Sacramentalis præstantior est quavis actione & gratia non sacramentali.* Possunt ergo se habere, ut excedens & excessum.

IX. Objic. *Non baptizatus non est capax aliorum Sacramentorum: Sed non baptizatus est capax Matrimonii: ergo Matrimonium* (non baptizatorum) *non est Sacramentum.* Resp. Conclusio sic, uti oportet, restricta, est verissima; minor autem sicut intellecta de contractu Matrimonii sine dubio est verissima; ita falsissima est de Sacramento Matrimonii. Sanè legitimi Matrimonii ratio non exigit rationem Sacramenti, quæ ex sola Christi institutione contractui fidelium annectitur.

Ad CAPUT VIII.

De forma hujus Sacramenti inter omnes Catholicos convenit, eam consistere in mutuo consensu signis exteriùs manifestato. De ministro etiam, excepto Cano, omnes consentiunt, non alium esse extra contrahentes. Cani quidem argumenta à Bellarmino convulsa, Amesio instaurare non libuit: & re vera debilia sunt. Minùs certè probabilia sunt, ac ea ipsa, quæ *à junioribus Theologis disputata, falsa ipse & commentitia* pronuntiat. Plana est & expedita doctrina communis, quæ idem quoad formam & ministrum in Sacramento hoc tradit, quod communiter omnes agnoscunt in contractu usitato, cui Christus unicum hoc addidit, ut cum nova significatione & gratiæ promissione evexerit ad rationem Sacramenti. Dissidium autem illud Scholasticorum circa materiam hujus Sacramenti, nihil officit ejus certitudini: nam ad fidem Catholicam de Sacramentis habendam, & ad eadem fideliter ministranda vel suscipienda, satis est scire, quid necessariò requiratur ad Sacramentum celebrandum, & quot sint, & quæ illa, sine quibus non perficitur Sacramentum? Quid autem in his propriè habeat rationem formæ, quid materiæ, sine fidei præjudicio disputari, & etiam ignorari potest. Absolutè autem videtur probabilissimè dici, sicut contractus civilis formam in ipso consensu tali; ita & Sacramenti rationem consistere: & sicut JCti nullam aliam materiam *ex qua*, sed tantùm *circa quam* versatur consensus, in contractibus requirunt; ita etiam hæc sacramentalis actio non nisi corpora invicem per hunc contractum tradenda in ordine ad copulam, tamquam materiam *circa quam*, exigit; Vinculum matrimoniale, quod est effectus ipsius contractus moraliter

perma-

permanens, propriè Sacramentum dici nequit: Unde evanescunt replicæ Amesii. Quod verò is addit: *Si conjuges ipsi sint ministri hujus Sacramenti, tum ministri proprii Sacramenti dantur sine ulla vocatione, ordinatione, vel institutione; & Sacramenta multa celebrantur, ministris eorum nihil tale intendentibus vel cogitantibus*. Resp. 1. Quòd Matrimonium hoc peculiare habeat inter Sacramenta, ut alius minister ejus præter contrahentes non sit, mirum non est, quia id ei proprium est, quà contractus quidam est. Natura autem contractus exigit, ut ipsi contrahentes sui contractus sint causa. 2. Contrahentes non conficiunt Sacramentum, nisi saltem in genere, confusè & implicitè intendant facere, id quod Christus instituit, & Ecclesia tenet.

Ad CAPUT XII.

DE Matrimonii firmitate asserendum I. competere Matrimonio ex lege naturali aliquam insolubilitatem, cùm alioqui licita foret simplex fornicatio. Non est tamen insolubile inter non baptizatos: Solvi enim potest conjugium infidelium etiam quoad vinculum, si alter conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit ei cohabitare sine injuria Creatoris, juxta Apostolum 1. Corinth. 7. Nec obstat illud: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*. Matth. 19. neque illud: *Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis. &c.* neque illud: quòd propter hæresim non solvitur vinculum Matrimonii; cùm tamen hæresis species infidelitatis sit. Nam Resp. ad 1. hoc Matrimonium non dirimi ab homine, sed à Deo, cujus interpretem habemus Apostolum. Ad. 2. resp. cum S. Augustino lib. de adult. conjug. cap. 1. Christum loqui de Matrimonio inter fideles, Apostolum de contractu inte infideles; id quod Paulus ipse satis declarat. Nam cùm dixisset: *Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere*; subjungit: *Nam cæteris ego dico, non Dominus: si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam*: Ubi per cæteros, intelligit eos, qui Matrimonium ante fidem contraxerunt, de quibus Dominus nihil præceperat. De his ergo Paulus consilium dat, ut vir non dimittat uxorem, si ea velit cohabitare sine injuria Creatoris. Sed quia hoc est consilium, non præceptum, ideò licet etiam dimittere uxorem infidelem, & tunc maximè, si nolit cohabitare. Amesius: *Christus* Matth. 5. *interpretatur legem naturalem, qua omnes etiam fideles tenentur*. Resp. Esto, loquatur Christus universaliter de lege naturali cunctos obligante; at cur non potuit in favorem fidei dispensare in lege communi, quod factum esse testatur loc. cit. Apostolus, interprete S. Augustino &c. can. *Si infidelis* 28. quæst. 2. Videatur Henriquez. Nec valet replica Amesii, quòd *eadem ratione solvi posset vinculum Matrimonii propter hæresim, quæ ipsa est etiam species infidelitatis*: Alia enim ratio est; quia Matrimonium post Baptismum contractum est Sacramentum, adeoque nullatenus solubile. Quam rationem hic Amesius vocat *fictionem mendicatam*, rata est ex consensu totius Ecclesiæ Græcæ & Latinæ, ut §. 1. cap. 2. dixi. Sed Puritanorum est omnia antiqua novare.

Ad CAPUT XIII.

ASsertio II. de solutione Matrimonii per ingressum Religionis tractata est suprà lib. de Monachis.

Ad CAPUT XIV.

ASsertio III. Matrimonium fidelium consummatum solvi potest quoad thorum & cohabitationem, duas ob causas. 1. Ex consensu propter altio-

rem statum acquirendum, religiosum e. gr. 2
consensu ob crimen, idque triplex. 1. Est adult
alterius conjugis, Matth. 5. Si alter conjugum
Catholica recedat, juxta præceptum Apostoli,
Hæreticum hominem devita. 3. Si alter conjugi
pellat alterum ad peccatum, juxta illud Matt
Si oculus tuus scandalizat te, &c. Amesius 1. *Hæc*
tia malè colligitur ex 1. *Corinth.* 7. *vers.* 11. *ubi agi*
stolus de injusta discessione. Resp. Ita quidem sent
interpretantur Apostolum, Erasmus, Calvinu
za, & Chemnitius, sed falsò. Nam ut rectè
& monuit S. Augustinus cap. 1. 2. 3. & 4. non
tur Apostolus de eadem discessione, cùm ait:
uxorem à viro non discedere, & cùm ait: *Quòd si*
serit, manere innuptam. Nam in priori agit de
discessione: in posteriori de justa; si enim Ap
ageret de separatione illicita ob leves causas, cù
Quòd si discesserit &c. non daret conjugibus opti
ut post separationem aut innuptæ manerent, a
suis reconciliarentur; sed simpliciter præciper
viris reconciliarentur. Si enim Dominus uxoren
ro discedere prohibuit, scilicet sine justa cau
ipse Apostolus testatur; quomodo fieri potest,
Apostolus ibidem permittat contra Domini
ptum, uxorem à viro sine justa causa separata
nere? Sensus itaque Apostoli hic erit: Præcip
ego, sed Dominus, uxorem à viro non dis
nimirum sine justa causa; quòd si discesserit
scilicet justa inventa, manere innuptam, &
rum est, qua fronte audeat hic Amesius pert
illam disjunctionem, (*Maneat innupta, aut re*
tur viro;) non relinquere indifferentem elect
Si ita est, cur non categoricè dixit Apostolus
cilietur? Amesius 2. *Christus Matth.* 5. *vers.* 19.
causam dimissionis, præter fornicationem admittit
Non est mirum, quia loquitur tantùm de se
ne perpetua, cujus nulla causa est, nisi for
propter alia autem crimina non liberatur co
nocens à reddendo debito, nisi pro eo tempo
durant ea crimina. Amesius. 4. *Dimissio absq*
cationis causa objicit periculis fornicationis sine just
Resp. Sicut dimissio ob fornicationem objici
quentem periculis fornicationis, & tamen h
imputatur nisi nocenti; ita in quocumque
vortio similiter nocenti tantùm imputabitur ta
culum. Amesius 4. *Non dimissus tantùm, sed*
tens objicitur huic periculo. Neque tamen justa
causa quemquam hoc modo exponendi periculo forn
præter fornicationem, quia alia pericula possunt a
nibus caveri. Resp. Nulla prorsus hic dispari
periculum fornicandi in innoxio conjuge; ide
fugium mane est. Ridiculum enim certè e
re, quòd à tentationibus & periculis luxuri
tutus reddatur is, qui ob fornicationem sep
conjuge, quàm qui ob hæresim, aut ali
scandalum. Amesius. 5. *Divortium quoad t*
cohabitationem, non permittit, ut vinculum
nii maneat salvum, quo conjuges obligantur ad o
tua. Resp. Nego assumptum: vinculum en
jugale est mutua obligatio, qua vir ita effic
ritus unius fœminæ, ut non possit esse alte
vivente; & fœmina ita efficitur uxor unius
non possit esse alterius, illo vivente. Sic exp
vinculum Apostolus Rom. 7. & 1. Cor. 7. C
tio autem & societas lecti ac mensæ, non
ipsum efficiunt, aut sunt, sed ex illo conse
alioqui quotiescumque maritus & uxor, e
ex causa, per longum tempus, aut semper
regionibus distarent, aut conjux ad perpet
tes damnatus esset, liceret conjugi aliud
nium inire; quod esse perabsurdum, q
Unde evanescit replica Amesii, qua ait

Ii 4

vinculum conjugale merè negativum. Falsum hoc esse, patet, quia vinculum illud morale consistit in mutua obligatione non copulandi se alteri. Quòd autem ob justa impedimenta hoc vinculum non consequantur officia consueta inter conjuges, per accidens est respectu vinculi, neque hoc tantillum indè laxatur.

Ad CAPUT XVI.

MAtrimonium fidelium insolubile esse quoad vinculum, cùm alter conjux fornicatur, Catholica assertio est contra errorem Luthero-Calvinicorum, qui omnes innocenti permittunt, ut aliud conjugium ineat. Idem præter Erasmum è Catholicis tenuere Cajetanus & Catharinus; qui tamen apertè se & disertis verbis submiserunt judicio Ecclesiæ, quæ in Concil. Trident. sess. 24. can. 6. & 2. anathema dixit iis, qui sentiunt Matrimonium quoad vinculum ulla de causa solvi posse. Probatur 1. ex Matth. 5. ubi verba illa Christi: *Qui dimissam duxerit, adulterat*, vel universè accipienda sunt, vel cum exceptione: *nisi ob fornicationem*. Si universè; ergo qui dimissam duxerit, etiam ob fornicationem, mœchatur: ergo non erat dimissa quoad vinculum, sed solùm quoad thorum, non enim mœcharetur, qui illam ducit, nisi adhuc esset priori viro alligata. Si cum exceptione; ergo qui fornicariam à viro dimissam duxerit, non mœchatur. Ergo melior est conditio fornicariæ, quàm innocentis & castæ. Nam fornicaria libera est, & nubere potest, innocens autem injustè dimissa, nec priorem virum habere potest, nec alteri nubere. Atqui hoc est absurdissimum, ut lex Christi justissima dimissam justè meliori loco esse velit, quàm dimissam injustè. Amesius. 1. *Propositio illa cornuta tertii cornu defectu laborat; neque intelliguntur illa verba universè de omni dimissa, neque cum exceptione fornicationis, sed de temerè dimissa absque causa fornicationis; neque exempta, neque inclusa fornicaria dimissa.* Resp. Hoc est commentum voluntarium sine ullo fundamento Scripturæ, aut rationis. Si hoc modo liceat aperta Scripturæ verba ad suum libitum versare, quidlibet affirmare pariter, aut negare licebit. Sed hæc est indoles erronum, non ex verbis claris obscura (qualia sunt illa Matth. 19.) illustrare, sed ex obscuris clara obscurare. Quis verò non videat, si in eo Christi dicto omnino admittenda sit exceptio, eam potiùs admittendam esse, quam Christus alibi expressit, quàm illam, cujus nullum in Evangelio apparet vestigium, & quæ nuper è cerebro Amesii pronata est? Unde quia vidit hoc effugium meritò statim explosum iri, subdit: *Si exceptio illa admitteretur, non sequeretur indè tamen conditionem fornicariæ meliorem esse, quàm castæ, nisi prius concedatur, laicos omnes apud Pontificios in meliori loco esse quàm clericos, & prostibula publica, quàm innocentes matronas à maritis suis dimissas; quia illis, non his Matrimonium inire licet.* Resp. Hæc inepti adhuc insulsior est: Argumentum enim Bellarmini loquitur & ad hominem (Luthero-Calvinicum, cui continentia videtur impossibilis,) & de ea casta dimissa, quæ ob infirmitatem conjugium desiderat. Quis Luthero-Calvinicus inter talem castam iniquè dimissam, & fornicariam, non eligat sortem hujus? De cætero facilè damus, laicos meliore esse loco, quàm clericos luxuriosos; & prostibula publica, si fornice relicto, honesto conjugio illigentur, quàm matronas innocentes a marito dimissas, sed ægrè, vel non, se continentes. Probatur 2. ex Marc. 10. & Luc. 16. ubi qui dimittit uxorem, vel ducit dimissam, sine ulla exceptione dicitur mœchari. Amesius 2. *Loca ista exponi debent ex Matth. 19. ubi habetur exceptio fornicationis.* Veriùs dixisset: *debet exponi, quia sic vult Amesius.* Quid clarius? In priori loco Matth. 5. ubi expressè Christus addidit (*excepta fornicationis causa*) Amesius contendit, in proximè sequentibus verbis non debere intelligi exceptionem Christi, sed musteam propriam: hic verò ubi Christus categoricè & universè loquitur, Amesius cum suis pertendit, oportere exceptionem petere ex loco obscuro Matth. 19. Annon hoc est versare Evangelii verba ad libitum? Sanè verba Christi apud Marcum & Lucam apertissima sunt: *Quicunque dimiserit, &c. Omnis, qui dimittit &c.* Hæc verba falsa erunt, si exceptio omissa sit, quæ poni debuisset. Insulsum est effugium, quod *à comminatoriis dictis sine exceptione resipiscentiæ* petit. Ex natura rei in comminationibus subintelligitur ea exceptio; minimè verò in categoricis & universalibus assertis. Probatur 3. ex Rom. 7. *Quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi; --- vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro &c. Hæc verba Apostoli* (inquit S. Augustin. lib. 2. de adult. conj. c. 4.) *toties repetita, toties inculcata, vera sunt, viva sunt, sana sunt, plana sunt. Nullius viri posterioris mulier esse incipit, nisi prioris esse desierit, &c.* Amesius hic non habet, nisi cinericios pedes pavonis. *Cajetanus*, inquit, *rectè respondet, verba Pauli regulariter intelligenda esse, secùs in casu &c.* Utri credemus, Quirites; Cajetano, an S. Augustino? Illi ajenti, verba Christi esse obscura; huic dicenti, esse *plana, vera, viva, sana*. Probatur 4. ex Cor. 6. vers. 11. *His, qui Matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Hinc habemus argumentum planè insolubile. Nam vel mulier, de qua hic, discessit ex causa justi divortii, ut fornicationis, hæresis &c. vel non. Hoc posterius dici nequit. Nam Paulus non diceret de tali fœmina, (*Maneat innupta, aut viro suo reconcilietur;*) sed absolutè, & omnino, *ad virum suum redeat*; neque enim poterat Paulus permittere injustum divortium, contra expressum Domini præceptum. Sine dubio igitur loquitur de muliere quæ discessit ob justam aliquam causam divortii. Atqui ista non potest alteri nubere, ut Paulus apertissimè dicit: ergo etiam causa justi divortii non solvit vinculum conjugii. Hanc etsi invictissimam demonstrationem, ait tamen Amesius, *ejusdem esse cum cæteris levitatis, si bene* (hoc est trutina Luthero-Calvinica) *expendatur.* Punctus difficultatis in eo præcisè versatur, an Apostolus vers. 10. agat de injusta discessione, vers. 11. de justa Amesius contendit, *hanc esse torturam textus non ferendam*. Ne se separato: si se separarit: *oppositionem inter se habent manifestam, ac proinde eadem separatio necessariò debet intelligi utrinque. Eadem autem separatio non est justa & injusta.* Respondeo, Oppositum ex sancto Augustino jam ostensum est suprà §. 4. & assert. 3. Clarus ergo, germanus, & verissimus hic sensus Apostoli est: *Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere* (nimirum sine justa causa fornicationis, uti constat ex Matth. 5. & 19. &c.) *quòd si discesseris* (causa nimirum justa inventa, id enim permisit Dominus loc. cit.) *maneat innupta, aut viro reconcilietur*. Amesius autem *torturam* infert Apostolo, cùm vult, *illum loqui utrobique de ea, quæ discesserit sine justa causa*: hoc enim si ita esset, hoc est, si sine causa fornicationis discesserit uxor, licebit (juxta Amesii Glossam) *ei manere innuptam, aut viro suo reconciliari*, & consequenter, absolutè licebit ei eligere cœlibatum, nec tenebitur viro suo reddere debitum; habebit jam corporis sui potestatem, & non vir; & poterunt se fraudare invicem etiam citra consensum, nec revertentur in idem: & consequens denique erit, ut eos tentet Satanas: quæ omnia absurda directè repugnant Apostolo ibidem, sed manifestè inse-

sequun-

feruntur ex Ameſiana Gloſſa, vel potiùs tortura. Quid enim poteſt dici magis violentum & contortum, quàm hoc mandatum, (*Quæ diſceſſerit ſine juſta cauſa, maneat innupta, aut reconcilietur viro.*) æquivalere huic: (*Quæ diſceſſerit ſine juſta cauſa, abſolutè reconcilietur viro.*) Ridicula evaſio eſt, cum ait: *Ea disjunctione non magis probari permiſſionem indifferentem, quàm illa Apocalypſ. 3. verſ. 15. Utinam calidus eſſes, aut frigidus.* Diſparitas enim patet, quia hic tantùm præfertur frigus tepori, tamquam è duobus malis minùs periculoſum; iſthic verò ſine ullius tertii comparatione apertè conceditur optio alterutrius. Confirmatur 5. eadem veritas ex teſtimoniis omnium ſæculorum, quæ conſueta ſua truncatione, h. e. pura omiſſione & ſilentio, *enervavit.* E primo Sæculo habetur canon Apoſt. 40. E ſecundo S. Juſtinus, & Athenagoras, & Clemens Alexandrinus. E tertio Tertullianus & Origenes. E quarto Concilium Elibertinum can. 9. SS. Ambroſius, Hieronymus, & Chryſoſtomus. E quinto Concilium Milevitanum can. 17. Africanum can. 69. S. Innocentius Papa, & S. Auguſtinus ex profeſſo integris duobus libris de adulterinis conjugiis ad Pollentium, & lib. de bono conjugali. Omitto cætera. Hæc certè vel ſola, etiam abſque tam apertis Scripturæ teſtimoniis, ſufficere deberent cuivis non proprii cerebri idololatræ. Confirmatur 6. Matrimonium fidelium eſt ſignum conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, ut docet Apoſtolus Epheſ. 5. At illa unio indiſſolubilis eſt: Ergo & vinculum conjugale. Et hanc rationem à Sacramento ductam valde urget S. Auguſtinus lib. de bono conjug. cap. 7. 15 18. & 24. Sed Ameſius, ſicut ejus Sacramenti impius contemptor eſt, ita & argumenti indè deducti inſulſus cavillator, dum opponit, *etiam infidelium Matrimonium legitimum eſſe ſignum, vel ſimile, analogiam habens conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ.* Sed quid tum? Non eſt tamen ſignum ex Chriſti inſtitutione, quale fidelium, ut ſupra §. 1. & 2. evicimus. Multiplicat deinceps inſulſitates multò ineptiores, quas piget referre. Vidit fortaſſe ipſe ſuorum effugiorum vanitatem, ideoque tandem vertitur ad convicia, dicens: *Sophiſma magis inſanum numquam Bellarminus deliravit?* Et quodnam hoc? Ameſius excerpſit è Bellarmino paucula verba, quæ allatraret, quæ ſi integrè recitentur, apparent eſſe veriſſima. Sunt autem hæc: Quamvis tota ſimul Eccleſia à Deo fornicari non poſſit; tamen aliquæ partes Eccleſiæ, nonnulli videlicet fideles fornicantur interdum ſpiritualiter, & divortium faciunt; ſed non propterea licet illis mutare Deum, aut Deus illos abjicit ita, ut nolit reconciliari; imò ſemper hortatur ad reconciliationem. Tale igitur debet eſſe conjugium Chriſtianorum, ut numquam tale divortium fiat, quin ſpes maneat reconciliationis. Ita Bellarminus cum S. Auguſtino. Quid hic non verum, ſincerum, ſanctum? Omitto rationem alteram S. Ambroſii, & tertiam S. Hieronymi à Bellarmino relatas, uti & alias duas: quia licèt perquam congruæ ſint & ſufficientes in re morali; tamen quia eludi à cavillatoribus videntur, priores abundè ſufficiunt.

Ad CAPUT XVII.

Contra hanc de inſolubilitate matrimonii fidelium, quoad vinculum, veritatem catholicam, hactenus firmatam, objectiones XIV. retulit & confutavit Bellarminus ita, ut Ameſius relictis XIII. *unam illam* produxerit, *inſtar omnium: Chriſtus Matth. 5. & 19. dimiſſionem conjugis quoad vinculum alias ob cauſas vetans, disertis verbis excepit cauſam fornicationis; ergo voluit poſſe dimitti uxorem quoad vinculum in cauſa fornicationis.* Reſp. De verbis Chriſti Mat
nullam ſupereſſe difficultatem, patet ex prim
ſtra probatione: illa verò Matth. 19. verba c
ſcura & difficilia, (quæ Gerhard. Th. 80. fruſtr
tendit eſſe perſpicua,) jam dudum notavit M
guſtinus lib. 1. de adult. conjug. cap. 11. non q
quoad id, quod dicunt, ſed in eo, quod n
cunt. Dicit enim Matthæus, eum mœchari
extra cauſam fornicationis uxore dimiſſa alia
cit, quod eſt ſimpliciter verum; ſed non dic
hic tantùm ſit mœchus? an etiam is, qui
uxore ob fornicationem, aliam ducit? id qu
Evangeliſtæ dixerunt apertiſſimè. Omni erg
rationi conſentaneum eſt, oportere id, quod
rum & ambiguum manet in Matthæi verbis c
ex aliis Evangeliſtarum & Apoſtoli verbis
cuis definire; præſertim cùm obſcuriora ill
thæi multiplicem patiantur interpretationem
congruam. Nam 1. non neceſſariò infertur ita
cumque dimiſerit ſuam uxorem, niſi ob fornication
aliam duxerit, mœchatur; Ergo quicumque dim
fornicationem & aliam duxerit, non mœchatur.
hic quoque mœchatur, non quidem ex ec
dimiſerit, ſed ex eo, quòd duxerit. Illud ei
ob fornicationem, non reſpicit niſi permiſſione
primam partem ſententiæ; & tunc duo aſſ
minus. 1. Non licere uxorem quoad thorum
tere, niſi ob fornicationem. 2. Non licere q
que ex cauſa dimittere quoad vinculum: q
dem fieret, ſi alteram duceret; tunc eni
charetur. Tunc verò à contrario ſenſu illuc
inferri; ergo, qui ob fornicationem dimit
rem, & aliam ducit, non peccat dimittend
ſolùm mœchatur aliam ducendo. 2. Expoſit
ut illud verbum, *mœchatur*, bis accipiatur, l
ſu: Qui dimittit uxorem ſine cauſa, mœc
hoc eſt, facit eam mœchari. Quare uterq
chatur, hoc eſt, facit eam mœchari; quar
ducit, dupliciter peccet; & quia facit eam
ri, & quia ipſe mœchatur. Et tunc à contra
ſu infertur: Ergo, qui propter fornicatio
mittit uxorem & aliam ducit, non mœcha
ſed tantùm ſemel, id eſt, non mœchatur c
do, ſed ſolùm aliam ducendo, quod eſt ve
Expoſitio eſt S. Auguſtini lib. 1. de adult
ſcilicet illa verba; *niſi ob fornicationem*, ac
eſſe negativè, non exceptivè, ut ſenſus ſit:
miſerit uxorem ſuam extra cauſam fornicat
aliam duxerit, mœchatur. Ex quo affirma
dem adulterium illius, qui extra cauſam fo
nis uxore dimiſſa alteram ducit; nihil aut
tur de eo, qui ducit aliam, priore dimiſſa
nicationem: nam & illum eſſe adulterum
ex Luc. 16. Omnis, qui dimittit uxorem ſu
juſtè, ſive injuſtè,) & aliam ducit, mœ
Quod declarat S. Auguſtinus loc. cit. ex ill
Scienti bonum, & non facienti, peccatum eſt il
tamen inferre non licet è contrario ſenſ
ignoranti bonum, & non facienti, pecca
eſt illi; nam ſunt etiam peccata ignoranti
ergo (inquit S. Auguſtinus,) non rectè di
Si ergo neſcit homo, non peccat; (ſunt
peccata ignorantium, quamvis minora, qu
tium,) ita non rectè dici poteſt: Ergo
fornicationis dimiſerit vir uxorem, & aliam
non mœchatur: eſt enim mœchatio etiam
qui alias ducunt, relictis propter forni
prioribus, ſed utique minor, quàm eor
non propter fornicationem dimittunt, &
cunt.

Omiſſis conſuetis Gerhardi inſulſitatibus
dio Scholaſticorum, & de unica creden

gula, S. Scriptura, &c. Itemque iis, quæ cum Amesianis conveniunt, pauca hic restant excutienda.

Thes. 3. splendidè mentitur, cùm ait: *Res ipsa ostendit, in responsione ad argumenta Durandi, Bellarminum non incidere eorum nervum.* Cur ergo non ostendit Gerhardus *hanc rem*, quæ *seipsam ostendit*? Aut cur non idem jactat de argumentis Chemnitianis ab eodem Cardinale convulsis? Quænam est hæc *res ipsa*, nisi obstinax error Novatorum, qui nullum in matrimonio sacramentum propriè dictum admittit.

Thes. 4. *falsitatis arguit* Bellarminum, *quòd solum & unicum Durandum* dixerit, matrimonium asseruisse æquivocè esse Sacramentum. Sed verba Bellarmini hæc sunt: E Catholicis unus est Durandus, qui in 4. dist. 26. q. 3. *Matrimonium Sacramentum non nisi æquivocè dici posse disputat, quem in suum patrocinium adducit Chemnitius: oblitus videlicet omnes alios theologos, ipso etiam teste Durando, contrarium docuisse.* At Hostiensis, Goffredus, & Alexander, non sunt theologi, sed canonistæ. Ergo vera dicentem Bellarminum falsò arguit Gerhardus.

Thes. 20. sic arguit: *Id quod Concilium Tridentinum potuit pronunciare irritum, illud non potuit esse verum & propriè dictum Sacramentum; sed matrimonium clandestinum pronunciavit irritum: ergo.* Quàm puerile sit hoc argumentum, statim videbit, qui loco *Concilii Tridentini* posuerit Cæsarem, vel regem, & loco *Sacramenti* posuerit contractum aliquem naturaliter validum, novo jure positivo autem irritatum.

Thes. 41. ait: *Nec ipse Bellarminus sibi satis constare videtur.* Et qui hoc probat? Legat, qui sensus habet sanos, hanc Thesim cum sequente, & neget, si potest, Gerhardum plusquam pueriliter cavillari, dum confundit solemnia verba, quibus consensus matrimonialis publicè declaratur à sponsis, cum benedictione Ecclesiastica Sacerdotis. Vix tolerabiliores sunt cavillationes Th. 54. 55. 56. 57. quæ certè non merentur commemorationem, nedum specialem excussionem.

Thes. 61. & seqq. Quàm falsò dixerit Gerhardus, *Bellarminum cogi ad largiendum suffragium S. Zachariæ Papæ* de solutione matrimonialis vinculi ob fornicationem &c. ostendi in 2. part. Irenici Calixti cap. 7. pag. 111.

Thes. 83. satis ridiculus est, dum vult antilogiam Bellarmino affingere ex eo, quòd utramque expositionem illorum verborum Matth. 19. *nisi ob fornicationem* tradiderit, tamquam probabilem, *cùm tamen posterior repugnet priori, &c.* Sed anne hic magister in Israel nescit, sæpè contingere, ut oppositæ invicem sententiæ sint singulæ seorsim probabiles, sed non comprobabiles? Sensus enim eorum verborum non est perspicuus, ut sibi somniant Novatores, sed diversas patitur interpretationes, utrinque verborum significatione spectata probabiles.

Ad CAPUT XIX.

AD quæstionem, an ad essentiam matrimonii requiratur consensus parentum, respondent catholici: Pater filium non potest cogere ad conjugium; filiorum verò consensus etsi solus sit, ad matrimonium firmum & ratum efficiendum sufficit, ut statuit Concilium Tridentinum sess. 24. in decreto de clandest. matr. Probatur tum ex Gen. 26. & 28. accepit ternas uxores Esau contra parentum voluntatem; non tamen Isaac irritavit ea conjugia, & Scriptura vocat eas uxores. Unde non est *ridicula consequentia* Bellarmini, sed futilis cavillatio Amesii, qui truncavit ejus verba, omissis posterioribus. Adhuc ineptiùs cavillatur circa Jacob: is enim licèt *acceperit à parente Isaaco potestatem ducendi unam è filiabus Labani*, non tamen ducendi tres alias, ac præsertim duas ancillas. Unde verò probat Amesius, per conjugium primum evasisse eum patriam potestatem? De Tobia juniore, (qui in aliena regione, parentibus ignorantibus uxorem duxit,) nihil habuit quod opponeret, ideò silentio de more enervavit. Idem confirmatur ex jure canonico cap. *Cùm virum.* de regularibus, cui concinit Sancti Ambrosii effatum in libr. de Virginibus. *Cui licet*, inquit, *maritum eligere, non licet Deum præferre?* Confirmatur 2. ratione, quia filius, licèt Patri obedientiam & reverentiam debeat, tamen quando usum liberi arbitrii habet, liber est, & sui juris in his, quæ ad statum vitæ pertinent. Amesius: *Libertas, quoad statum vitæ non tollitur, sed dirigitur auctoritate parentum.* Resp. Si ergo tantùm potestatem directivam & non coactivam habent parentes quoad hoc, ut fatetur Amesius; ergo sine ejus directione non est quidem licitum filii conjugium, sed tamen validum. Certè tollitur libertas, si invalidari ille filii actus à parente potest. Confirmatur 3. Conjugium servorum invitis Dominis validum est; sed major subjectio est servorum ad Dominum, quàm filiorum ad parentes; ergo. Amesius triplici via sibi parat effugium, sed in vanum. Bonaventuræ mala fide affingit libertatem matrimonii in servis non esse ex jure naturali, *sed novo, id est, pontificio.* Cætera, quæ sine ulla probatione assumit, sunt apertè falsa. Quomodo enim *subjectio filiorum quoad obligationem potest esse arctior, quàm servorum*, (ut vocat Amesius,) cùm hæc sit ex justitia stricta, illa ex pietate? Unio verò carnalis inter patrem & filium est quidem major, sed nihil præjudicat libero arbitrio. Confirmatur 4. Quia matrimonium filiorum-fam. invitis parentibus per copulam carnalem consummatum, est validum, ut admittit Lutherus cum suis; ergo etiam ante consummationem validè fuit contractum. Quomodo enim copula vim illam obtinet? Si enim copula fuit licita, præcessit validum matrimonium: si illicita, ergo per illam non validatur matrimonium per se irritum. Hoc argumentum omittendo *enervavit* Amesius, cerastino efficaci convictus.

Ad CAPUT XX.

I. OBjicit Amesius. *Exod. 34. Deut. 7. Jerem. 29. & 1. Corinth. 7. præceptum de matrimonio filiorum parentibus potiùs datur, quàm filiis.* Resp. Plus hinc non habetur, quàm ad parentes pertinere directionem, ut prudenter copulentur filii. Et verba illa: Filiam tuam non dabis filio ejus, Chananæi scilicet, plus non probant, quàm parentem posse imperare filio, ut non contrahat cum tali, cum qua re vera ei non expedit contrahere: non ideò autem fieri irritum contractum.

II. Objicit: *Legem divinam, quæ Exod. 22. & Deut. 22. si quis virginem stupraverit, permittit arbitrio parentis, an stuprator filiæ suæ accipiat eam in uxorem, vel ne.* Resp. Hoc nihil ad rem nostram: neque enim iis locis definitur, fore matrimonium irritum, si eo casu puella & stuprator inscio patre matrimonium contraxissent.

III. Objicit: *Promissionem filiæ Deo factam potest pater irritare. Num. 30. ergo multò magis promissionem homini factam de conjugio.* Resp. Lex illa divina definit de filiabus, quæ adhuc sunt in puellari ætate, seu impuberes. Amesius subsidium petit à Cajetano; sed is nihil ad rem pro eo dicit, nec si diceret: quidquam evinceret: est enim nimis magna disparitas inter

ter votum puellæ impuberis, & contractum matrimonialem filiæfamilias pubertatem egressæ.

Gerhardus Th. 95. more suo argutatur, h. e. ineptè. *Consensus*, ait, *filiorum sine parentum consensu non est integer & legitimus, ut docent Jurisconsulti: ergo deest forma sacramenti matrimonii juxta Bellarminum.* Resp. Deest aliquid, ut honestè fiat usquequaque, concedo; deest aliquid, ut validè fiat, nego. Ut si quis e. g. celebraret nuptias solemniter in septimana poenola, sine dubio non honestè & legitimè faceret; quis tamen contractum hunc ausit pronuntiare irritum? Ejusdem farinæ est argutatio Thes. 98. 100. 102. 104. 105. Verbo, nimis vel fraudulenter, vel imperitè confundit actum invalidum cum illicito, contra receptissimam Theologorum & Jurisconsultorum doctrinam.

Thes. 130. fide græca sibi consueta antilogiam ex verbis Bellarmini malè relatis conflare satagit idem Gerhardus.

Ad CAPUT XXVII.

AN præcepta illa omnia, quæ de gradibus prohibitis habentur Levit. 18. jure divino obligent Christianos, negant Catholici omnes, & probant 1. Quia Levit. 29. conjugia in quibusdam horum graduum morte puniuntur; & in quibusdam pœna leviore: Conjugia igitur hæc non prohibentur jure naturæ, sed proprio Judæorum; neque enim communis ratio apud omnes homines dictat, istam esse justam pœnam ejus criminis. Mirum est, quòd Amesius dicat, *diversitatem istam penarum non posse ex textu demonstrari*, cùm tamen apertis verbis ibid. versu 20. & 21. legatur, quod dixit Bellarminus. Probatur. 2. Quia habemus exempla non pauca Sanctorum, qui antequam lex ista ferretur, in gradibus Levit. 18. prohibitis connubia junxerant. Hæc autem numquam fecissent, si illa præcepta semper obligassent. Amesius: *Eodem planè modo sequitur, polygamiam plurium uxorum non repugnare juri naturæ, quod tamen Bellarminus cap. 30. fatetur.* Respondeo, Disparitas est; quòd constet de dispensatione divina circa polygamiam (in populo Hebræo saltem,) communiter omnibus indulta; ubi tamen dispensationem in gradibus Levit. 18. prohibitis nobis ostendet Amesius? Probatur 3. Si omnia illa præcepta Levitici de gradibus jure naturæ constituta essent, tunc intrà eundem gradum omnia matrimonia essent illicita: Sed Moses quædam conjugia prohibuit, & quædam permisit in eodem gradu. Amesius: *Assumptio non potest ulla ratione probari.* Respondeo, Nec debet ulla ratione probari, cùm sit res facti, quam Bellarminus efficaciter probavit ex Levitico, & effugia Bezæ ita præclusit, ut nihil haberet Amesius, quod reponeret: uti etiam obmutuit ad subjunctam à Bellarmino confirmationem, hanc scilicet: Matrimonium inter patrueles non est prohibitum jure naturæ, ut etiam Adversarii concedunt: & tamen in eo gradu sunt patrueles, in quo est amita cum suo nepote: omnes enim sunt in secundo gradu. Ergo secundus ille gradus jure naturæ non est prohibitus: proinde conjugium nepotis cum amita prohibitum est in Levitico lege positiva, non jure naturæ. Similiter nihil respondit ad alteram confirmationem, petitam ab exemplo Abrahæ, & fratris ejus Nachor, qui ut habetur Gen. 11. duxerunt uxores duas filias fratris sui Aran. Probatur 4. ex Deut. 25. ubi præcipitur, ut si quis absque liberis moriatur, ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Lex ista nihil habet contra jus naturæ. Quid enim absurdius, quàm ut Auctor naturæ pugnet contra naturam: ergo non

est contra jus naturæ, ut ob justum aliquem
ducat quis uxorem fratris sui: Ergo quod in
cap. 18. legimus, Ne quis ducat uxorem frat
non est naturale præceptum, si intelligatur s
ter, ut Adversarii volunt. Amesius: 1. *L*
Deut. 24. fuit contra jus naturæ secundarium, à q
ptionem fieri à juris auctore nihil est, quod vetet
Ne quidem est naturale secundi ordinis præcep
lud, quia casus ille in Deuteronomio exceptu
erat ultima necessitas, sed pietas quædam in
mortuum. Est ergo tantùm tertii ordinis, id
rum rerum, quæ sunt malæ ob extrinsecam a
turpitudinem, quæ tamen tolli potest per a
circumstantiam, cujus honestas vincat prior
pitudinem. Potest Deus equidem in lege natu
cundi ordinis dispensare in particularibus casib
universalem autem legem præcipere ejus op
nequaquam potest.

E Septem objectionibus à Bellarmino solu
cam veluti Achillem delegit sibi Amesius, h
licet: *Deus Levit. 18. & 23. pronunciat se gen*
turum propter omnia illa conjugia, quæ ibi proh
quales etiam conjunctiones in ipsis gentibus vocat a
tiones: Ergo præcepta illa de gradibus cognationis
judicialia, (quibus gentes non tenebantur, præsertim a
lata fuerunt,) sed moralia & naturalia. Verba en
(Omnia hæc fecerunt, & abominatus sum
cùm sint universalia, nequeunt restringi ad cert
scelera. Resp. Si diceret Scriptura: Propter
peccata enumerata gentes illas fuisse dignas, q
ra evomeret, valeret aliquid objectio: at pe
illæ quidem sine ullo delectu commiscendo se
guineis contra jus naturæ, at non ita gravi
propter illa ejiciendæ essent è terra: ista en
na propriè respicit crimen idololatriæ, adulte
flagitia prodigiosa cum bestiis & masculis. (
mesius replicat de dispensationibus pontificiis
dibus prohibitis, ad caudam draconis pertine
qua finit; aptè utique, ut sic conviciando & sy
tando finiat, sicut cœpit hunc Tomum terti

Nunc Gerhardina argumenta contra nostr
tentiam expediam. Ille Th. 134. sic arguit:
re naturali sunt prohibita, nulla circumstantia fi
& honesta, quia naturalia sunt immutabilia.
præcepta de gradibus cognationis Levitici 18. tradi
naturalia, fatente Bellarmino: ergo sunt immuta
per consequens dispensatio humana in illis non habe.
Resp. Major propositio vera est in iis, quæ
mi ordinis, aut ad summum, secundi; min
rò in iis, quæ sunt tertii ordinis à Gerhard
larmino relati (ut ipse Gerhard. juxta suam
fateri cogitur.) Quamquam plurimi Theologi
dem in omnibus primi ordinis eam majorem
tant, ut cum communi Scotistarum, Caram
Pallavicinus, & alii perquam probabiliter.
propositio fallax est; asserit enim de Bellarm
neraliter, quod is non nisi pro minima p
mittit.

Th. 145. & 146. assumit sine ulla probatio
versaliter de omnibus gradibus in Levitico pr
tamquam indispensabilibus; cùm tamen inge
sitas sit. Nam nonnulla ita turpia sunt, ut
ritum reddant jure naturæ conjugium, ut i
saltem gradu consanguinitatis &c. alia ve
tinent quidem aliquam turpitudinem, non tar
reddat invalidum Matrimonium. Sed Gerhar
fundit omnia.

Th. 150. conatur Gerhardus refellere id, c
cuerat bene Bellarminus, ex diversitate pœn
ctè colligi Levit. 20. nonnulla non esse juris
lis: Ait ergo Gerhardus, *ex pœnarum inæqua*
ctè quidem colligi peccatorum inæqualitatem, sed

ex illa inæqualitate colligi, quædam istorum peccatorum non pugnare contra jus naturæ; cùm nihil prohibeat, peccata contra jus naturæ esse inæqualia, v. gr. Blasphemia gravior est mendacio, adulterium fornicatione &c. Respond. Fallit vel fallitur, cùm hoc, quod verum quidem est in peccatis diversæ speciei & generis, & circa objecta planè diversa, promiscuè trahit ad peccata ejusdem rationis & materiæ, ut in præsenti, ubi agitur de conjugiis in gradibus propinquioribus & remotioribus, ubi certum est, nonnulla esse vetita lege naturæ, & irrita planè; alia autem in gradibus remotioribus non ita, & tamen potuisse Hebræis à Deo prohiberi.

Th. 155. ait: *Hac ratione Bellarminus una litura delet omnia, quæ contra sententiam ex quibusdam exemplis producit. Si enim divina dispensatio in conjugio fratris cum sorore semel facto non impedit, quò minùs jure naturæ ejusmodi conjugium etiam ab ipso Bellarmino censeatur prohibitum; utique etiam in reliquis exemplis divina dispensatio non efficiet, quò minùs prohibitio graduum illorum sit juris naturalis.* Resp. Si Gerhardus probare posset ex SS. Scripturis, ista conjugia cum duabus sororibus, & alia similia in gradibus remotioribus Levit. 18. vetitis, in Vet. Test. ex dispensatione Dei tantùm particulari fuisse inita, obtineret intentum; at quia divinare quidem potest, sed probare non potest, nihil Bellarminianam assertionem oblædit.

Th. 167. concludit sic contra Bellarminum. *Falsum scilicet est legis naturalis non posse esse exceptionem non naturalem: Contrarium potiùs dicendum, legis naturalis non posse esse naturalem exceptionem. Ratio est, quia lex & exceptio sibi invicem opponuntur, ut prohibitio & permissio, ut negatio & affirmatio: Ergo non potest utriusque idem jus esse. Si juris naturalis est fratriam levira non nubere, non potest juris esse naturalis fratriam leviro nubere.* Resp. Falsa planè sunt hæc, ut manifestè patet in positivis legibus, ubi certissimum est, posse ab eodem Principe emanare leges præcipientes vel vetantes, & aliam deinde quæ illas priores restringat, & exceptiones ponat. Unde quotiescumque lex naturalis absolutè aliquid in omni casu prohibet, ut mendacium, odium Dei, agere contra conscientiam, &c. numquam à Deo sive dispensatio, sive lex excipiens emanare potest. Si non est lex absolutè indispensabilis, (ut sororem cum fratre copulari,) dispensatio vel exceptio non per legem Dei positivam fit in extrema necessitate, sed est in ipsa lege talis exceptio inclusa; & sic in cæteris. Fallitur autem in eo Gerhardus, quòd putet, sicut affirmatio & negatio non potest esse vera circa idem formaliter objectum; ita nec ex eodem jure (sive naturali, sive positivo,) prohibitio & permissio. Non advertit, quòd hæc non sint circa idem adæquatè objectum in iisdem circumstantiis, ideoque minimè se habeant, ut affirmatio & negatio circa idem.

Th. 199. Sic argutatur ex Bellarmino contra eundem. *Exceptio illa de sorore in ultima necessitate ducenda, aut est naturalis, aut judicialis: Si naturalis; ergo etiam hoc tempore servari posset, quod absurdum: si judicialis; ergo & ipsa lex prohibens conjugia fratrum & sororum est judicialis, quod tamen Bellarminus negat.* Resp. Exceptio illa naturalis est, nec tamen hoc tempore servanda, quia jam à diluvio Noetico non fuit ultima illa necessitas.

Quæ Th. 170. & 4. seqq. disputat contra impedimentum cognationis spiritualis, frivola sunt, & carnem ac sanguinem sapiunt, adeoque hominem animalem, qui generationem illam spiritualem non æstimat, aut assequitur. Videantur, quæ de hac cognatione scripsi contra Calixtum 2. part. Irenici cap. 7. de S. Zacharia Papa.

Finis Vindiciarum in Tom. III. Controversiarum.

VIN-

VINDICIÆ BELLARMINIANÆ IN TOMUM QUARTUM CONTROVERSIARUM

Ad CAPUT I.

Pro Libro Unico de Gratia Primi Hominis.

Ntiquum & solemne suum tenet hic Amesius. Sicut in cauda draconis desiit, ita à capite serpentis, hoc est, à conviciis & calumniis auspicatur hunc Tomum 4. In ipsa dedicatoria ad Curatores Academiæ Frisiorum queritatur sycophanticè, & ait I. *Bellarminus hic (sicuti callidum & veteranum sophistam decuit) tamquam canis ad Nilum bibit, & fugit: & mihi legem imposueram ipsius vestigia tantùm premendi, idque breviter. Vereor igitur ne quarundam rerum explicatio nimis videatur curta &c.* Risum teneatis amici! Quid, quæso, plenè, perfecteque non tractavit Bellarminus? 2. In hoc 1. cap. statum quæstionis à Bellarm. clarissimè propositum carpere volens, vix invenit ansam. Arguit ergo *curiositatis ingenia Scholasticorum, quòd varias quæstiones excogitarint de statu & conditione primi hominis ante lapsum. Bellarm. verò*, inquit Amesius, *cæteras omnes quæstiones prætermittens, ultimam* (quæ est de distinctione inter naturam puram, & justitia originali ornatam) *suscepit exagitandam, revera contra alios Pontificios, - - - - sed aucupio verborum tribuit eam nostris* (Lutherano-Calvinistis,) *qui intrà scriptura & modestia limites manentes, ab istiusmodi quæstionibus, quantum fieri potuit, religiosè semper abstinuerunt.* Causam ipsemet declarat cap. 1. Quia *nostri* luctam carnis adversùs spiritum, verè ac propriè peccatum esse definiunt; & proinde justitiam, quæ illam rebellionem tollit, ad naturalem hominis integri constitutionem pertinere docent. *Hic igitur est status genuinus controversiæ, qua spectat ad nos: An illa rectitudo, que luctam carnis adversùs spiritum excludit, sit homini integro naturalis, necnè?* Ubi notandum 1. Iniquè reprehendi Scholasticos, quòd de variis (non tam *primi hominis ante lapsum*, quàm) humanæ naturæ statibus disputent. Cùm enim hæc varias conditiones, & modos, se habendi in ordine ad gratiam, & ultimum finem subire possit, quis dubitet, Theologi esse, de illis, ex principiis revelatis, & ratione disserere? 2. Mendacium satis luculentum esse: *aliquo verborum aucupio tribui* Lutheranis & Calvinistis errorem, in quem incautè præcipitavit è Catholicis Michael Baius Decanus Lovaniensis, minimè tamen pertinax in eo tuendo, uti nostris temporibus eundem cum arroganti pervicacia renovavit Corn. Jansenius Episcopus Iprensis. Idem prorsus quod Baius & Jansenius, etiam Calvinum & Lutherum docuisse, negari nequit, cùm apertissimæ extent eorum apud Bellarm. recitatæ sententiæ. Delapsi autem sunt in contrarias pugnantesque sententias Pelagiani, æquè ac Jansenio-Calvino-Lutherani ex uno eodemque fallaci principio. Utri-
que enim in primo homine nullum agnoscunt
naturale donum, sed naturales tantùm faculta
finem unicum visionis beatificæ, ad quem ne
hominem condi debuisse contendunt. Differun
quòd Pelagiani, cùm cernerent, in homine p
sum, naturalia remansisse integra, inde intu
nihil per Adami lapsum in nobis esse deper
adeoque talem esse etiamnum humanam nat
qualem initio primus homo de manu Condit
ceperat. Jansenio-Calvino-Lutherani autem
pro comperto habeant, hominem per lapsum
factum esse deteriorem, pariter nihil supernat
prima conditione admittant, eò venire compul
ut dicant: aliquid naturale (quale in primis
rum arbitrium) naturæ hominis nunc deesse;
tè nonnisi libertatem à coactione illi superesse.
ulterius inferunt: Non potuisse hominem in
condi, uti nunc nascitur; quia cùm illam luct
nis & spiritus quam experimur, credant esse
propriè & formaliter peccatum, consequenter
procederet, hominis ità conditi peccata in au
naturæ Deum refusum iri statuunt.

Ad CAPUT V.

AD fugandos hæreticorum errores, &
dam Catholicam sententiam, Bellar. à
usque huc statuit: 1. Hominem non fuisse
qualis nunc nascitur, pronum ad malum, inf
ignorantem; sed rectum, justum, sapienter
concupiscentia & difficultate, quam ipsi in n
perimur (& hactenus Calvino-Lutherani n
contra Pelagianos stant.) 2. Potuisse ramen
Deum ab initio talem hominem, si libuisset,
re. 3. Defacto igitur integritatem illam, c
primus homo conditus fuit, & sine qua post
homines omnes nascuntur, non fuisse natural
conditionem, sed supernaturalem ejus evect
Ut hæc veritas adstruatur, pro majori expl
Notandum est I. Hominem naturaliter cons
carne & spiritu, ex quorum diversis, vel co
propensionibus ad bonum scil. corporale, &
le, in uno & eodem homine pugna quædam
& ingens bene agendi difficultas. Amesius ha
dissimam veritatem obtenebraturus, fingit &
nit, quod maximè in quæstione est; nempè, J
originalem, qua corrigitur & componitur i
inter partes adversas (carnem & spiritum) ad
tatem hominis pertinere. Fraudulenter ergo h
voce *hominis integri*. Etsi enim natura humana
cum illa repugnantia carnis & spiritus, prop
gritatem corporis & animæ, quoad vires om
naturales, dici queat integra, idest, non mo
nec imperfecta privativè (per carentiam per
debitæ naturæ, etiamsi negativè sit imperfecta
sine perfecto ordine, & concordia potentiaru
petitium, cujus ea natura est capax, licèt
debita;) tamen ex communi usu Theologoru
è Catholicis, præter Durandum pro consueta

ſ

gularitate, nemo contradicit) *natura integra* propriè dicitur, in qua ultra omnes naturales facultates homo habet quandam specialem perfectionem, quæ consistit in carentia fomitis & effrænatæ concupiscentiæ. Sophistica ergo cavillatio & æquivocatio futilis est quidquid Amesius objicit, tum hic, tum contra sequens.

Notandum II. scil. Deum, ut remedium adhiberet huic morbo, seu languori appetituum contrariorum, addidisse homini justitiam originalem, qua veluti aureo fræno pars inferior parti superiori, & pars superior Deo facilè subjecta contineretur. Sic autem subjecta fuit caro spiritui, ut non posset ipso invito moveri, neque rebellis fieri, nisi ipse fieret rebellis Deo; in potestate tamen spiritus fuit, rebellem Deo fieri, & non fieri.

Notand. III. Naturale multis modis dici aliquid posse 1. Id omne quod habetur à nativitate; sic Ephes. 2. vers. 3. dicimur *natura filii iræ*. 2. Id quod est naturæ consentaneum, eamque ornat & perficit. 3. Quod tametsi sit donum gratuitum, tamen naturam juvat ac perficit in operibus naturalibus, neque eam elevat ad opera supernaturalia. Et sic justitia originalis, si distincta esse intelligatur à gratia gratum faciente, donum naturale dici potest. 4. Omne id quod est pars naturæ, aut fluit à principiis naturæ. Et hæc significatio hic propria est, cui proinde valdè propriè opponitur supernaturale. Rectitudinem ergo illam primo homini collatam dicimus fuisse supernaturalem, non quidem per accidens tantùm (uti est sensus videndi cæco nato restitutus,) sed per se, ita ut nec ex principiis naturæ fluxerit, nec fluere potuerit. Sed neque hoc omnino abnuere ausus est Amesius; ait tamen: *illam fuisse conditionem moralem naturæ illi debitam, quæ ad justè operandum fuit creata*. Porrò quàm hoc sit falsum, patebit ex infrà dicendis. Hic solùm addo: sufficere naturæ sic conditæ auxilia ordinis naturalis actua pia, quibus posset peccata evitare, & præcepta naturalia servare, atque hoc modo finem suum naturalem consequi. Fuit itaque donum illud ita supernaturale, ut non magis differat status hominis post lapsum Adæ, à statu ejusdem in puris naturalibus, quam differt spoliatus à nudo; adeoque talis status puræ naturæ omnino est possibilis, ut cum S. Thoma, Scoto, Durando, Occamo docent omnes Catholici. Ut proinde considerandum reliquerit Joan. Mart. Ripalda tom. 3. de Ente supernatur. Disp. 8. num. 17. risumne, an iram mereantur Jansenistæ, dum non unum aut alterum, sed omnes Theologiæ Scholasticæ primores, & cæteros omnes tam veteres quàm recentes Scriptores, Pelagianismi, Manichæismi, Atheismi, & multiplicis in Dei bonitatem & justitiam blasphemiæ insimulare audent. Quorum sententiam rectiùs Luysius Torres erroneam, aut hæreticam pronuntiat, & hæreticorum propriam hìc retulit Bellarminus. Nullus saltem erit Theologus, qui eam à nota temeritatis excuset.

Ad CAPUT VI.

RECtitudo primi hominis ex gratia, adeoque possibilis status puræ naturæ asseritur. I. Ex SS. Scriptura. Nam Genes. 3. vers. 19. illis verbis: *Pulvis es & in pulverem reverteris*, indicatur, quò per peccatum primus homo delapsus, ac dono supernaturali ob culpam spoliatus fuerit, adeoque ad statum suum naturalem reciderit. Psalm. 8. vers. 5. describitur, ad quam gloriam sublimatus fuerit homo. Et Psalm. 48. vers. 21. casus ejusdem: *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus &c.* Dixerat autem in priori loco, hominem ad eam gloriam creatum, ut parùm omnino ab Angelis abesset. *Gloria* autem illa, & *honor* sine dubio aliquid extrinsecum indicant. Sicut & Eccles. 17. vers. 2. dicitur Deus *vestivisse hominem virtute, quem creaverat de terra*. Ubi creatio refertur ad naturam, indumentum virtutis ad superaddita dona. Idem etiam indicatur Luc. 10. in parabola de eo *qui incidit in latrones*, ubi non solùm intelligimus ex nomine vestium, quæ extrinsecum quid significant, colligi posse, donis supernaturalibus privatum fuisse primum hominem, sed etiam plagas naturæ humanæ, ex ea despoliatione consecutas esse; ita ut ex natura humana dono illo justitiæ spoliata sibique relicta, continuò plagæ illæ & vulnera eruperint, uti interpretantur SS. Basil. Amb. Aug. Bernard. &c. Prædicta SS. Scripturæ dicta singula per se accepta, haud ægrè eludi posse, fateor; quod in nonnullis etiam præstare conatur Amesius: sed ea valdè roborantur ex communi SS. PP. sensu, quorum dicta à Bellarm. recensita *Enervator* planè dissimulavit.

Idem confirmatur Ratione I. Quia naturale est corpori animali, sensu & appetitu prædito, concupiscere bonum sensibile: naturale est spiritui rationali concupiscere bonum spirituale: quare si fiat una natura ex spiritu rationali, & corpore naturali conflata, naturale erit illi habere diversas, & inter se pugnantes propensiones: Ergo quòd primi parentes ista pugna caruerint, donum erat supernaturale, non conditio naturalis. Amesius. *Diversas propensiones habere est homini naturale, sed non repugnans. Cum enim unio naturæ ex spiritu rationali, & corpore naturali facta sit modo perfecto, subordinationem infert unius propensionis ad alteram, quæ pugnam omnem excludit.* Respond. Non tantùm diversas, sed etiam repugnantes habere propensiones naturale est homini, ut evincit argumentum. Nam modus ille unionis, qui tollit illam luctam, & ab Amesio vocatur perfectio, non est naturalis, fluens ex ejus essentia, sed gratuitus & supernaturalis.

II. Si corruptio, quæ nunc est in natura humana, non est consecuta ex sola remotione doni supernaturalis; neque fuisset in homine in puris naturalibus condito; quæso causam ejus. Amesius. *Causa corruptionis maximè propria est homo naturam suam corrumpens; tam deficiendo à Deo, quàm desertionem Dei promerendo. Concupiscentia naturalis est à natura, ordinata est à natura ordinem suum observante; inordinata verò concupiscentia (id est corruptio humanæ naturæ) est à natura ab ordine suo deficiente.* Respond. Hinc plus non habetur, quàm hominem per inobedientiam à Deo deficientem, esse causam demeritoriam, quod libenter fatemur. At quæritur adhuc, quænam causa physica sit, quæ in homine in puris naturalibus condito coercebat illam contrarietatem, & post lapsum laxabat fræna propensionibus contrariis? hic hæret aqua Amesio. Certè alia rationabiliter assignari nequit, præter ipsam conditionem materiæ, ut efficientem talem concupiscentiam inordinatam; & Divinam justitiam dono supernaturali hominem spoliantem, ut causam removentem prohibens.

III. Ex peccatis quæ ab hominibus post lapsum Adæ committuntur, etsi plurimis & gravissimis, amittitur solum donum gratiæ supernaturalis, & acquiritur propensio ad idem iterandum, minuiturque inclinatio ad virtutem peccato illi contrariam, sed non corrumpitur principium, aut donum aliquod naturale, neque augetur propensio ad omnia vitia, neque minuitur inclinatio ad omnes virtutes, ut experientia testatur. Sed peccatum Adæ fuit ejusdem rationis, eo excepto, quòd illud, ut capitis totius naturæ, in omnes posteros redundavit. Ergo. Amesius contra manifestam experientiam, *falsa*, ait, *sunt antecedentia omnia*. Et unde probat? Nimirum ex 1. Timoth. 4. vers. 2.

vers. 2. *tenebratam*. Et Ephes. 4. vers. 19. *De dolente & profligata conscientia*. Verum quid hoc ad rem nostram, cùm nonnisi vel de hæreticis, vel desperatissimis ibi loquatur Apostolus? Et quamvis *Adæ peccatum non tantum fuerit personæ, sed & naturæ*, non tamen nisi demeritorié affecit posteritatem, ut dictum est. Quid hoc ad rem?

IV. Si natura humana, qualis nunc est, remota culpa, mala est, & necessariò labitur in peccata, ideoque non potuit à Deo creari sine justitia originali, certè sequitur, non posse hominem mortuum à Deo revocari ad vitam, nisi prædirum originali justitia. At multos novimus ex SS. literis à mortuis excitatos Divina virtute, & ex iis nonnullos, quos omnino credibile est à peccato originis fuisse purgatos, qualis fuit Lazarus, & infantes, quos Elias & Elisæus à mortuis revocarunt, qui tamen sine ulla dubitatione, etiam in nova illa vita carebant justitia originali. Et confirmatur à majori ad minus; Quia si Deus animas justas Lazari, & infantium jungere potuit corpori mortali, animali, concupiscentiæ & ignorantiæ obnoxio; cur non magis initio animas neque justas, neque injustas simili corpori conferere? Amesius verba multiplicat, sed planè inania; *Si non est eadem planè ratio creationis hominis, nunquam peccatum experti, & restitutionis hominis per peccatum morte oppressi, nedum ab illa planè liberati*, cur disparitatem formalem; & quæ ad rem faciat, non assignavit? Materialem disparitatem facilè admittimus, sed nihil facit ad vim argumenti (præsertim eius quod est à majori ad minus, ac ab Amesio dissimulatum est) enervandam. Ineptior adhuc est quam subdit cavillatio, qua ait: *Non constare, quemquam à peccato originali purgatum à morte ad vitam fuisse revocatum, ut vitam hic ageret justitia originali carens*. Absurdè enim juxta heresim infrà explodendam originale peccatum in hac vita numquam per circumcisionem, aut baptismum purgari supponit. Et tandem (quo plane sycophanticum est) hinc asserere audet, Bellarminum lib. 1. de Purgat. cap. 18. dicere: *Credi, Lazarum, & infantes illos non fuisse purgatos*. Quasi verò, juxta Catholicam fidem, non omnes Purgatorii, & limbi Patrum incolæ liberati sint à macula originali?

V. Primi Parentes evecti fuere ad eam dignitatem, ut essent filii Dei, & Dii quidam, idest: *Divinæ consortes naturæ*. At absurdissimum est, rem creatam, qualis est homo, Deum, vel Dei filium naturaliter facere. Amesius 1. *Primi Parentes ante lapsum non fuerunt evecti ad justificationis & adoptionis gratiam, quæ pendebat ex conditione non præstita*. Fac hoc. 2. Ait. *Non est absurdum tamen, si filii Dei vocentur naturaliter, non ex Dei substantia nati, sed ex Dei voluntate creati ad imaginem ejus in naturali constitutione. Dii verò absurdissimè vocantur à Bellarmino*. Respondeo 1. Absurditatis ergo arguit Amesius etiam Davidem Psalm. 81. v. 6. immo & Christum. Joan. 10. vers. 34. Respond. 2. si Amesius fatetur, non conditionatè, sed absolutè fuisse evectos ad gratiam justificationis, nobiscum & cum veritate sentit. Hæc autem filiatio adoptiva, & justificatio per gratiam, nulli creaturæ potest esse connaturaliter debita, ut habet concors Patrum & Scholasticorum sententia. Equidem filiationem aliqualem in natura necessariò habet omnis creatura intellectualis, imaginem referens Creatoris in intellectiva & volitiva facultate. Sed quid hoc ad rem? Manet ergo argumentum intactum in suo vigore: nempè quia, ut scribit. S. August. lib. 3. contra Maxim. cap. 15. Homo ad similitudinem Dei formatur, ideoque fit *gratia filius, qua non est natura*. Si autem gratia fit Dei filius, non natura; Ergo non est hoc illi naturaliter debitum: nam implicat in terminis, esse aliqu[…] tuitum, & esse naturæ debitum.

VI. Confirmatur idem a posteriori: quia [...] Gentiles solo naturæ lumine non possent ad[…] & venerari sapientiam, & providentiam Cr[…] in hoc mundo. Viderent enim hominem, cu[…] no omnia naturaliter sunt ordinata (ut cogno[…] ristot. 1. Polit.) in multis miseriis nasci, qua[…] rie juxta adversarios injustè forent, nisi infl[…] tur in pœnam peccati. Cùm ergo naturali [...] peccatum originale non constet, non possent [...] dere Deum ab injustitia, neque essent inex[…] les; quia cùm cognovissent Deum, non sicut [...] glorificaverunt, aut gratias egerunt: non en[…] turali lumine apparet dignus gratiis ille, q[…] stram naturam injustis ærumnis affecisset. Itaq[…] ta adversarios evertitur tota Philosophia natu[…] quam certum est non pugnare cum Theologi[…] ta quippe Philosophia hæc fundatur in indu[…] per experientias, quas habemus in hac vita [...] rationibus omnium agentium. Sed istæ opera[…] juxta Adversarios, non proveniunt à natura [...] secundùm se accepta, sed sunt accidentalis [...] peccati, qua præcisa, & nos omnino aliter [...] remur, & cætera agentia omnino aliter op[…] tur in nobis. Ergo juxta Adversarios falsæ fi[…] nes Philosophicæ illationes, quas ex istis ex[…] tus elicimus de rerum naturis.

VII. Denique accedit ratio evidens: Qu[…] creari in statu naturæ puræ nihil sit aliud, [...] creari cum perfectione sua essentiali, omn[…] facultatibus, & accidentibus connaturalibus, [...] cursu Divinæ providentiæ naturaliter illis d[…] ac sine bono, vel malo naturæ superaddit[…] nifestum est, Deum potuisse creare hominen[…] ctum essentialiter, & reliqua dicta præstare, [...] peradditis donis supernaturalibus, & sine pe[…] pœnisque ei debitis; & consequenter manifest[…] potuisse Deum sic creare, non solùm de p[…] absoluta, sed etiam de potentia per sapienti[…] dinata; cùm nihil in eo indignum Deo, vel n[…] rationabiliter præsumi possit.

Ad CAPUT VII.

SOlvenda nunc sunt argumenta Jansenio-C[…] no-Lutherana.

I. Objic. *Si justitia originalis supernaturalis [...] sequeretur, concupiscentiam carnis futuram fuisse [...] lem, ac per hoc bonam, & à Deo; sed hoc [...] negat*. 1. *Joan*. 2. *vers*. 16. *Rom*. 7. *vers*. 15. Resp[…] Concupiscentia carnis nunc quidem pœna [...] est; tamen homini condito in puris naturalib[…] set sine dubio naturalis, non quidem ut bon[…] quod naturæ, sed ut defectus, & quasi mort[…] piam naturæ, ex conditione materiæ conse[…] Unde rectissimè dicitur, non esse ex Deo, [...] non amore dignam, malam, naturæque cont[…] propter duas causas. 1. Quia non ex intenti[…] ctoris naturæ, sed præter ejus intentionem [...] mine exstitisset, si in puris naturalibus hom[…] tus fuisset. 2. Quia Deus illam sustulerat, & [...] sius hominis culpa locum in nobis habet. At [...] *Concupiscentia vocatur à Bellarm. cap*. 5. Propen[…] nis ad bonum sensibile, in quod fertur per [...] & appetitum. *Propensio autem rei ad suum obje[…] turale, est bonum naturæ, non defectus, non [...] nec ex materia pendens, sed ex illa causa, qu[…] facultatibus suas indidit propensiones*. 2. *Præter [...] nem Dei, non factus est homo animal vivens, [...] nibus illis propensionibus, qua natura animalis co[…]* 3. *Ultimum illud, quòd Deus eam sustulerat*,

ad rem, quia illa etiam quæ Dominus abstulit, possunt ex Deo fuisse, secundùm illud Jobi: Dominus dedit, & Dominus recepit. Respond. Omnes istæ instantiæ, seu replicæ evanescent, si observes 1. Concupiscentiam sumi tum pro potentia concupiscendi, tum pro motu, seu actu ejus potentiæ; Et rursus, tam potentiam, quàm actum iterum dupliciter accipi. 1. Latè, pro potentia, vel actu appetendi bona tantùm sensibilia: utrovis autem modo sumptæ potentiæ non omnes actus malos, rationique rebelles, sed aliquos esse bonos, ut in Christo, B. Virgine, Beatis. 2. Prout igitur Concupiscentia sumitur pro potentia, sine dubio est naturalis perfectio à Deo nobis insita, & bonum naturæ, quatenus est principium bonorum actuum: prout verò etiam potest erumpere in actus malos & turpes, est defectus perfectionis; sicut quòd intellectus possit ad falsa declinare, & sensus possint deludi; item quòd vivamus, perfectio est, sed quòd mori possimus, est imperfectio hujus vitæ mortalis. Sicut autem absurdum esset existimare, vitam, sensus, & intellectum, non esse naturales perfectiones nobis à Deo concreatas, eò quòd possint deficere; ita proportionaliter hìc de potentia concupiscibili dicendum, cujus rebelles motus non magis Deo debent tribui, quàm ipsi actus formaliter liberi, & peccaminosi; cùm neque illos intendat, (immò potiùs eos reprimi velit,) neque ad illos concurrat aliter, quàm ad entitatem actus peccaminosi, ad quos se habet tantùm permissivè, & concursum generalem exhibendo ex officio causæ primæ. 3. Non est ordo naturalis, ut pars inferior rebellet contra superiorem, sed ea pugna oritur ex imperfectione naturæ, estque defectus illius: dominatus verò illius non oritur nisi ex defectu voluntatis illi succumbentis, & minùs efficaciter utentis suo jure & potestate, quam habet cohibendi eos motus. Falsum quippe est quod putant Adversarii, nullam fore talem potestatem in statu puræ naturæ, nec jam esse in natura lapsa sine gratia propriè dicta. Exigeret enim status ille puræ naturæ talem providentiam, qua per auxilia proportionata possit moraliter vitare peccata mortalia, & naturalem suam beatitudinem assequi. Octo seq. objectiones Amesius transilit.

II. Objic. *In parvulis jam quamprimùm adolescunt, maxima vanæ cupiditatis abundantia apparet, suaque sponte immani impetu in vitia præcipites feruntur. Non sic homo in puris naturalibus natus fuisset.* Resp. Assumptum non probatur, cùm tamen præcipuè id sit in quæstione. Amesius. *Cùm Magist. sent. in 2. distinct. 42. Alex. Alens. part. 2. quæst. 69. num. 1. Bonavent. in 2. distinct. 21. cum aliis Pontificiis doceant, hominem fuisse creatum in puris naturalibus sine gratia, sequitur eosdem docere: Naturam jam non magis ab ortu corruptam esse, quàm fuit in creatione. Bellarm. etiam concedit, potuisse talem creari hominem quoad inclinationem in vitia, qualis jam nascitur.* Respondeo, Etsi hæc omnia gratis darentur, non hinc firmaretur assumptum illud usquequaque nutans & flabile, immò apertè falsum. Falsò etiam citat Magistrum sent. qui directè oppositum habet dist. 25. in princ. cap. In dist. 42. autem neque gry habet de hac materia. Quod S. Bonavent. Alens. & alii docent, non habuisse Adamum mox in primo instanti gratiam gratum facientem, nihil ad rem facit; neque hinc ullatenus sequitur, eum in puris naturalibus conditum, ita ut non habuerit *gratiæ auxilium, quo stare poterat*, ut loquitur Mag. sent. l. c. quem communiter sequuntur Scholastici.

III. Objic. *Si Deus impetum rebellem & iniquum, malum ipsi naturæ, ante ullum hominis demeritum indidit, vix potest aliter fieri, quin Deus sit auctor peccati.* Respond. Hæc objectio in primis locum non habet in Adamo, quem supponimus non fuisse conditum cum ea rebellione, sed potiùs planè rectum, liberum tamen, & potentem deflectere à recto, uti & conditus erat supremus cum cæteris Angelis. Neque in statu puræ naturæ admittenda ullatenus est illa sequela, non magis certè quàm faber ferrarius dici potest auctor esse rubiginis, quam gladius ab eo confectus contrahit. Nec quidquam hìc urget Amesius, quod non ex superiùs dictis elisum sit.

IV. Objic. *Æterna beatitudo finis est hominis naturalis. Debuit igitur homo media naturalia habere ad finem illum consequendum. Justitia igitur, quæ fuit necessaria ad beatitudinem consequendam, fuit homini naturalis.* Respondet Bellarminus: Beatitudo est finis naturalis hominis, quoad appetitionem, non quoad consecutionem. Replicat Amesius: *Novum hoc est, ut homo solus naturaliter appetat aliquid ut finem suum, quod nullis naturalibus mediis consequi possit.* Respond. Non est hoc novum, nam animæ hominum solutæ corporibus, naturalem habent propensionem ad corpora sua, nec tamen iterum conjungi corporibus sine supernaturali auxilio poterunt. Disparitas quam Amesius conatur assignare nil prorsus ad rem facit. Est enim manifesta inter utrumque paritas quoad hoc, quòd nempè aliquis terminus, vel finis supernaturalis non possit sine medio supernaturali acquiri. Unde sufficienter disjecta est vis objectionis. Absolutè tamen (quod Bellarm. obiter innuit) respondetur meliùs: Non posse quidem naturam humanam beari sine aliqua contemplatione & dilectione Dei, in quo vera ejus beatitudo consistit: sed illa contemplatio, & dilectio Dei, illaque beatitudo duplex esse potest; una naturalis, altera supernaturalis. Priorem appetit homo innato appetitu: ad posteriorem habet solùm capacitatem obedientialem, ideoque non illam appetit homo naturali & innato appetitu. Appetitu autem elicito, sive actuali desiderio rectè ordinato debet efficaciter desiderare illam, ad quam reipsa ordinatus est: quod tamen citra revelationem Divinam supernaturalem haud innotescere, manifesta docet experientia in Philosophis, qui ne conjectando quidem in aliqualem ejus devenere notitiam: unde & in eis appetitus illius esse nequivit, nisi ad summum inefficax & conditionatus, *si foret possibilis*. Ad hunc ergo supernaturalem, & indebitum finem, cùm Deus purè gratuita liberalitate hominem ordinaverit, (ut cum SS. Patribus, & S. Thoma 1. part. quæst. 12. Scholastici communiter docent,) potuit Deus ab illa ordinatione sibi libera abstinere, & ad beatitudinem naturalem duntaxat homines ordinare. Adde: Retorqueri posse hoc, & similia argumenta contra ipsos adversarios. Non potest enim Deus, etiam post peccatum, creare hominem, nisi propter aliquem ultimum finem; sicut non potest ante peccatum. At etiam post peccatum nullus est ultimus finis, in quo homo quiescere possit, nisi Deus visus: Ergo etiam post peccatum tenetur Deus creare hominem propter sui visionem, & consequenter conferre illi media necessaria ad illam, adeoque potestatem consequendi dona justitiæ ad eam beatitudinem conducentia. Fusè & eruditè contra Jansenistas hæc & similia prosequitur Ripalda Disp. 8. 9. 10. 11. 12.

Gerhardus nihil hic novi profert, sed præter logomachiam de usu vocis, *naturale*, consuetam ineptiam iterat: *Bellarm. fatetur, viros illos eruditos* (Baianos errones:) *Lutheranæ suffragari sententiæ*. Ergo Bellarm. est ὀρθοδοξίας testis. Jungamus huic puerilitati argutationem nihilo saniorem. Th. 17. sic infert: *Quæ naturaliter propagantur, & ex ipsa nativitate sunt hæreditaria, illa etiam sunt naturalia. Jam verò*

imago

imago Dei fuisset naturaliter propagata ab Adamo in posteros, & ex nativitate fuisset ipsi hæreditaria, si Adamus in statu integritatis perstitisset. Ergo imago Dei fuit primo homi-
ni naturalis. Sed quid hinc contra Bell. & Catholi
An ideò, quia in aliquo minus proprio sensu dici p
naturalis, ideò revera donum supernaturale non c

V I N D I C I Æ
PRO LIBRO PRIMO
DE STATU PECCAT
QUI EST DE PECCATO IN GENERE.

Ad CAPUT IV.



TOTA quæstio est (ut fatetur Amesius:) An dentur peccata venialia ex natura & ratione peccati, idest, quæ non sunt repugnantia charitati Dei & proximi? Communis sententia Catholicorum est: Peccata quædam ex natura sua, nulla ratione habita ad prædestinationem vel reprobationem, (ut Wicleffus & Calvinus volebant,) aut ad statum renatorum, vel non renatorum, (ut volunt Lutherani,) esse mortalia, quædam venialia; & prioribus quidem indignum reddi hominem amicitia Dei, & mortis æternæ reum; posterioribus temporalis tantùm supplicii, paternæque castigationis constitui hominem reum, ita ut Deum quidem offendant, sed non usque ad amicitiæ dissolutionem. Addit Bellarm. ab hoc communi Catholicorum consensu nonnihil deflexisse Gersonem, Almainum, & Joannem Episc. Roffensem. Quibus addi debet Michael Bajus, (cujus opinio à tribus Pontificibus damnata est,) quorum tamen sententia, etsi (juxta Medinam) sit *absurdissima*, tamen multùm differt à Lutherano-Calviniana hæresi, Amesius huic statui controversiæ sic exposito acquiescit; insigniter tamen cavillatur, dum sive ex imperitia, sive ex malitia ait: Consensum istum Pontificiorum optimè declarat Medina in 1. 2. quæst. 88. cap. 1. *Qua ratione distinguatur peccatum veniale à mortali, non una est sententia Doctorum, sed variant in infinitum opiniones*. Est hæc inquam, illustris cavillatio: nam ut sæpè in superioribus monui, in substantia dogmatis, quòd distinguantur, omnes Catholici conveniunt, saltem post Concilii Triden. definitionem sess. 6. cap. 11. & sess. 14. cap. 5. Et Michael Bajus monitus similiter suum errorem retractavit. Quomodo autem præcisè distinguantur, non ad fidem, sed ad Scholasticorum disceptationem pertinet.

Ad CAPUT IX.

ADstruitur Catholica veritas I. ex Matth. 5. v. 22. *Qui irascitur fratri suo, reus erit judicio; qui dixerit Racca, reus erit Concilio; qui dixerit, fatue! reus erit gehennæ ignis*. Reus judicii dicitur, qui aliquid fecit, unde in judicium vocari possit, sed non constat, an mereatur pœnam aliquam, vel nullam. Reus Concilii dicitur, cujus culpa certa est, sed ambiguum, quanta sit, & quam pœnam mereatur: & ideò judices inter se conveniunt in Concilium, ut definiant pœnæ mensuram. Reus gehennæ ignis vel mortis æternæ dicitur, cujus culpa, & mensura culpæ, ac etiam per hoc pœnæ gravitas certa est. Hinc conficitur tale argumentum: Manifestum convicium, te-

ste vel judice Christo, facit reum gehennæ ignis
per hoc est peccatum mortale. Iracundia sono
expressa, sed ad malum convicii non pertingens
cit reum Concilii, idest, non constat, an mer
gehennam, sed aut ea pœna, aut minore digna.
Ergo inveniuntur peccata quædam, quæ leviora
quàm ut gehennam ignis mereantur. Rursus ir
dia, quæ nullo signo externo foras erupit, nc
cit reum Concilii, sed judicii; hoc est, non
stat, an mereatur pœnam aliquam, an nullam
de sequitur, ut sine dubio, si pœnam meretur,
poralem, non æternam mereatur, cùm sit levio
pa, quàm ea esset, de qua dubium esse poterat
temporale supplicium, an æternum mereatur.
sius in primis hoc argumentum suo more per p
omissionem *enervavit*. Deinde circa illos tre
dus peccatorum à Bellarm. notatos putidè c
tur. Christus enim ad declarandam illam culp
diversitatem usus est metaphora familiari Juda
nota triplicis generis supplicii sontibus apud ill
fligi soliti, ut ibi Interpretes communiter no
Amesius autem ut hæc omnia eludat, fingit
omnem disceptationem de gravitate peccatoru
ri respectu Christi, quasi ipse dubitet, aut
rat, an & quam pœnam mereatur hoc ve
peccatum, &c. Quod nulli Catholicorum in
tem venit. Nimirum contradicere oporteba
quovis modo tueretur manifestum errorem
reveta *impudens & infamum* dici meretur ejus
effugium; quo convicio Bellarmini doctrinar
vangelio ex asse consonantem, configere ipi
erubuit.

II. Matth. 23. vers. 24. Luc. 6. v. 42. Peccata
dam comparantur rebus natura sua levissimis, a
rò gravissimis: *excolantes culicem, camelum aut*
glutientes. Et: *Quid vides festucam fratris, trab*
tem, quæ in oculo tuo est non vides. Amesius hic
quod solet, cum maximè constringitur, nimiru
viciatur & nugatur. Ait 1. *Elephantus non capit*
Non decuit igitur tantum camelum, quantus Bellarm
culices & festucas captare. At nonne poterat pa
vel injuria hoc scomma scurrile ab aliquo sive
no, sive Calvino in ipsum Christum jaci? Ait
verbales dictiones non sunt dentibus extendendæ ultr
scopum. Esto! quis abnuit? Ait 3. *Quod culex*
stuca est in comparatione, potest absolutè mons esse
terra ipsa tota, respectu totius cœli ambitus à qu
dicitur se habere instar puncti. At probare op
Amesium, quòd Christus eo loco non secund
veritatem, sed tantùm per respectum ad h
deceptioni obnoxios, adeoque secundùm falsa
mationem humanam locutus sit. Id enim inc
Veritati repugnat. Ait 4. *In operibus bonis*
differentia graduum inter maxima & minima, q
in peccatis: & tamen à Pontificiis minima dicuntu
ei vitam æternam. Quæ trabs est in eorum oculis,

non videant peccata minima valere ad pœnam æternam? Resp. Falsò assumit eandem proportionaliter rationem gradualem inter bona & mala opera. Nam inprimis, nulla opera moraliter tantùm bona, merentur ullum præmium supernaturale. Deinde ipsa opera hominis justi, juxta SS. Thomæ, Bonav. communiorem & probabiliorem sententiam, non nisi ex imperio charitatis prodeuntia, merentur augmentum gratiæ & gloriæ &c. Unde comparatio ut vera & apta sit, institui debet inter opera viva filii Dei ex charitate facta, & opera mortiferè peccaminosa; ubi utrinque datur latitudo in infinitum inter minima & maxima, tam bona quàm mala opera.

III. Luc. 12. v. 59. *Non exibis indè, donec etiam novissimum minutum reddas.* Per novissimum minutum intelligunt SS. Patres, Tertull. Orig. Hieron. Ambros. Cyprianus peccata levissima. Amesius: *Minutum istud pœna invenitur in pœna æterna. Non est igitur aliena minuti ratio ab illo peccato, quod meretur pœnam æternam.* Resp. Commentum hoc de minuto in pœna æterna repugnat non tantùm apertissimæ veterum Patrum sententiæ, sed etiam verbis Evangelii sat claris; cùm loquatur de carcere, unde tandem exiri potest.

IV. Apostolus 1. Corinth. 3. v. 12. & seqq. comparat peccata venialia rebus natura sua levissimis, ligno, fœno, stipulis &c. ubi SS. Amb. Aug. Greg. M. intelligunt, Apostolum significare per aurum & argentum, & lapides pretiosos, opera perfecta, quæ in judicio Dei nihil nisi mercedem promerentur; per lignum, fœnum, stipulas, opera inutilia, sed venialia. Amesius præmissis nugis ad rem nihil pertinentibus, ait: *Non agitur hoc loco de peccatis, sed de doctrinis, teste ipso Bell. lib. 1. de purg. c. 5.* Resp. Imò Bell. ibi expressè ait: Utraque expositio (tam de peccatis, quàm de doctrinis,) est bona, & ex utraque deducitur assertio Purgatorii, & peccatorum venialium &c.

V. Jacobus 1. vers. 14. 15. tres assignat motus concupiscentiæ, quorum 1. est involuntarius, scil. *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua &c.* Et hunc motum Apostolus non dicit esse peccatum, sed ejus causam, si accedat consensus. 2. est imperfectè voluntarius: *Concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum &c.* Ac proinde est peccatum, sed veniale: quod patet indè, quia nominatur peccatum, & tamen distinguitur à peccato consummato, & mortem generante. 3. *Peccatum cùm consummatum fuerit, generat mortem*; ubi non modò de ipso opere externo, sed etiam de actu deliberato interno sine dubio loquitur, cùm in duobus ultimis Decalogi præceptis æquè vetetur; Et Dominus Matth. 5. vers. 28. dixerit: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Amesius: *Concupiscentia peccatum non distinguit Jacobus à peccato consummato tamquam speciem à specie, sed tamquam partem à toto. Cùm igitur toti peccato mortem deberi docet, singulas partes mortales esse ostendit.* Resp. Hoc est commentum, & glossa Calviniana, textui Apostolico contraria. Id enim quod parit aliud, non potest esse pars ejus quod paritur. Et quamvis concupiscentia semideliberata, a plenè deliberata & consummata non differat specie Metaphysica: tamen si Theologicè, secundum nocumentum quod animæ inferunt, & juxta moralem æstimationem, perpendantur, tantùm analogicè conveniunt, ut rectè contra Cajet. & Capreol. docent Suarez, Vasq. Tanner. &c.

VI. Ephes. 5. vers. 3. & seqq. Cùm Apostolus sex peccatorum genera proposuisset, nimirum *fornicationem, immunditiam, avaritiam, turpitudinem, stultiloquium, & scurrilitatem*, de tribus tantùm prioribus, non de reliquis, affirmat: *Qui talia agunt, non habere hæreditatem in regno Dei & Christi.* Nimirum docere volebat, tria posteriora debere quidem esse aliena ab ore sanctificato fidelium, non tamen ex genere suo talia esse, quæ excludant ab hæreditate Christi, & Dei. Amesius: *Silentium Apostoli, cujus alias fuisse causas constat, nihil testatur pro peccato veniali.* Frigidum enimverò effugium! cur non vel unam ex illis *aliis silentii causis* indicavit *Enervator?*

Ad CAPUT X.

Argumentum quod ex traditione Ecclesiæ & Patrum, hoc cap. Bellarminus prosequitur, consueta omissione & silentio *enervavit* Amesius. Inter ea testimonia sunt etiam Concilii Milevitani canon. 7. & 8. à. S. Augustino compositi, quibus in faciem resistere forsan puduit Amesium.

Ad CAPUT XI.

Veritas Catholica roboratur ulteriùs rationibus. I. Si peccata venialia ex natura sua essent mortalia, & solùm fidelibus ob fidem quam habent non imputarentur; certè infidelibus omnino imputarentur, & mortalia essent. Id verò manifestè falsum & absurdum est. Ergo. Amesius 1. Ait: *Negatur ab ipsis Pontificiis assumptio*, probatque ex Azorio lib. 4. cap. 10. ubi docet, nemini extra gratiam Dei constituto veniale remitti. Resp. Hoc verum est ex consensu omnium Theologorum, sed quomodo hoc adversatur assumptioni Bellarminianæ? Aliud est, non remitti peccatum veniale, aliud non imputari veniale tamquam mortale infidelibus. Amesius 2. *Ad assumptionis probationem negat sequelam.* Probatio hæc est: Quia in eodem genere peccati graviùs offendit Deum fidelis, quàm infidelis, cùm ille majori lumine præditus, plura beneficia à Deo, & contra peccatum plura remedia &c. receperit, ut patet ex Luc. 12. vers. 74. Hebr. 10. vers. 29. Contrà verò peccata infidelium ob ignorantiam esse leviora testatur suo exemplo Apostolus 1. Tim. 1. vers. 13. *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Hanc probationem sine dubio solidam rejicit Amesius exclamans: *Qualis est connexio hujus Consequentiæ?* Resp. Optima est, hæc scilicet: Cæteris paribus minùs imputantur infidelibus peccata ejusdem rationis, quàm fidelibus: Ergo quæ in fidelibus sunt venialia, non possunt infidelibus tamquam mortalia imputari; alioqui enim imputarentur magis, & non imputarentur magis, quæ est aperta contradictio.

II. Veniale dicitur, quod venia dignum est, sive in quo aliquid est cur mitiùs puniri debeat. Quæro igitur quid sit illud, quod facit ut peccatum aliquod sit venia dignum, & ad reatum mortis à Deo non imputetur. Amesius 1. *Est aliud in peccatis quibusdam mortalibus, cur mitiùs puniantur, quàm alia mortalia quæ sunt atrociora.* Sed quid sit illud *aliud*, non potest Amesius exprimere. Mera verba dat. Amesius 2. *Nihil est in nobis, quod per se facit, ut peccatum aliquod ad reatum mortis non imputetur, sed misericordia Dei.* Sed hoc est manifestè hariolari. Si enim nihil est, cur infidelibus potiùs imputentur, quàm fidelibus, unde constat illis imputari, non his? Certè ut discrimen aliquod vel apparens habeatur, debet recurri ad fidem. At jam suprà probatum est, fidem potiùs augere gravitatem peccati, juxta oraculum Christi: *Servus qui cognovit voluntatem Domini, & non fecit, vapulabit multis.*

III. Veniale ex natura sua non ponit in homine aversionem à Deo, cùm non repugnet charitati, ut perspicuum est. At pœna æterna non debetur peccato, nisi ratione aversionis à bono æterno, quod est Deus. Amesius argumento huic manifestè succumbens, ait: *In ista petitione principii vix ulla particula est veri, vel Pontificiorum judicio.* Nam aversio (*sunt verba Medinæ,*) & deviatio à regula est de ratione peccati,

& ex

& ex eo quòd actus humanus sit contra legem, subsequitur aversio à Deo. Respond. Amesius hæc verba Medinæ (in duabus diversis assertionibus ad aliud prorsus intentum recitatis,) vel non intellexit, vel fraudulenter in sensum pervertit Medinæ prorsus contrarium; cùm idem Doctor conceptis verbis oppositum doceat quæst. 88. art. 1. dicens: *non enim prorsus avertit hominem à Deo*. Sine dubio ipse æquè, ac cæteri Catholici omnes in peccato veniali, (puta semi-deliberato verbo otioso) agnoscit aversionem vel deviationem aliquam levissimam à lege æterna: idem tamen, ut cæteri Catholici omnes, vel ut fatuitatem, vel ut hæresim sapientem exploderet eum, qui diceret, semi-deliberatum verbum otiosum avertere à Deo fine ultimo, adeoque charitatem & amicitiam Dei expellere.

IV. Quævis offensio ex natura sua non dissolvit amicitiam inter homines. Ergo nec inter Deum & hominem. Si enim natura sua quævis offensa id facit, cur non etiam in Deo? Quod enim ex natura rei convenit, semper & ubique convenit. Amesius: *Manente scilicet eadem natura. Sed alia est natura tam amicitiæ quàm offensionis Dei, & alia hominum*. Resp. Imò multò amplius urget hoc in Deo, quàm in hominibus. Nam multò arctiorem & fideliorem amicitiam colit Deus cum justis, etiam viatoribus, quàm sit inter ipsos homines. Omnis autem omnino amicitia sincera hoc habet, ut ea permanente, amicus sit placabilis, & remittat obsequiis amici offensiunculas quasdam leves & moraliter inevitabiles.

V. Peccatum non dicitur univocè de mortali & veniali, sed per analogiam quandam; & proinde peccatum veniale non est perfectè peccatum sicut mortale, ut docent SS. Thomas, Bonav. &c. Ergo non debetur ei pœna mortis æternæ. Anteced. probatur: Quia ad peccatum duo requiruntur: ut sit voluntarium, & contra legem. Omne autem veniale aut non est perfectè voluntarium, aut non est perfectè contra legem; quod probatur & declaratur: Nam peccatum veniale triplex est; aut tale ex genere suo, ut verbum otiosum; aut ex imperfectione operis, & hoc vel ex subreptione, ut desiderium rei illicitæ semi-deliberatum; vel ex parvitate materiæ, ut furtum rei vilissimæ. Veniale igitur ex subreptione non est perfectè voluntarium, ac proinde nec perfectè peccatum. Veniale ex parvitate materiæ potest quidem esse perfectè voluntarium, sed non perfectè contra legem. Lex enim non prohibet furtum unius oboli in specie, sed furtum in genere. Et quia finis præcepti est charitas, qui prohibet furtum, prohibet injuriam & læsionem proximi: & furtum quidem rei notabilis, quo simpliciter proximus læditur, prohibet simpliciter: furtum rei minimæ, quo proximus non nisi secundùm quid læditur, non prohibet nisi secundùm quid. Idemque est in aliis objectis. Denique peccatum veniale ex genere suo potest esse perfectè voluntarium & contra legem, si lex aliqua specialis de eo sit: sed ea lex non erit in rigore Lex. Nam cùm (juxta Apostolum,) finis præcepti sit charitas, & ex fine mensurentur præcepta; si quod præceptum constituatur de re, quæ parùm admodum ad eum finem conducat, (ut si speciali præcepto caveatur, ne quis verbum otiosum loquatur,) id præceptum non poterit esse perfectè & in rigore atque antonomasticè Lex. Amesius 1. opponit Medinam, Azorium, Durandum, qui volunt, veniale simpliciter dici peccatum. Verùm inanem logomachiam ventilat *Enervator*, ut agnoscit ipse Medina l. c. adeoque Durandum tamquam omnibus Theologis adversantem rejicit in eo, quòd contendat, Veniale æquè esse contra Legem ac mortale, ac non potiùs præter legem tantùm. Stat igitur Medina planè cum Bellarmino; Et quidquid Amesius opponit, ad rem

nihil, sed tantùm ad litem de vocibus spectat.
Confirmatur idem argumentum: Quia si pecc
veniale perfectè & propriè esset contra legem,
justus statim atque unum veniale commisit, esse
ac perfectè transgressor legis, & reus omnium
strum præceptorum juxta illud Jac. 2. vers. 10.
fendit in uno, factus est omnium reus. Hoc autem
dissimum esse constat ex eo, quòd Scriptura voc
mines simpliciter sanctos & justos, & legis D
observatores, etiam cùm peccatis venialibus n
rent, ut constat Luc. 1. v. 6. de Zacharia & Elis
& de Apostolis 1. Joan. v. 8. Jac. 3. v. 2. Fuere
hi verè & coram Deo justi, etsi *non ex lege*,
gratia & misericordia Dei. Denique venialia n
cludunt charitatem etiam perfectam, Viatori
ordinaria possibilem, ut de Apostolis constat
S. August. lib. de perfect. just. Christ.

Ad CAPUT XII.

I. OBjiciunt hæretici: *Generatim de omni*
pronunciatur: Maledictus omnis, qui n
manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro
Deut. 27. v. 26. Stipendium peccati mors. Rom.
&c. Resp. In ejusmodi locis non nisi de peccat.
talibus agi, patet. Tum, quia aliàs sequeretu
mines justos ob sua venialia reipsa & de facto
re à vita gratiæ. Tum quia maledictio illa D
v. 26. refertur ad violatores legum, quæ eo
traditæ fuerant. Tum denique quia Apostolus
v. 23. de peccato illo disserit, quod pugnat c
tia, & simul cum justitia consistere non potes
enervantur ista 1. per distinctionem inter *justi*
galem, & *justitiam ac gratiam Evangelii*: nequ
justitia Evangelii facit, ut id quod est mortifer
non mortiferum, sed quodvis peccatum ex fe
ferum infert mortem & destructionem gratiæ
licæ. Nec verum est 2. Apostolum Gal. 3. vers.
tendere maledictionem & benedictionem legis
ra etiam levissima. Ubinam enim mentio fit
versa lege de verbo otioso, gloriola inani le
&c. ob quæ incurratur maledictio legis? 3.
est, Apostolum iis verbis: *Stipendia peccati m*
qui de *omni peccato, à cujus reatu fideles per Chr*
berantur, etiam *non voluntario. cap. 7. v. 20. 24.*
de omnibus, de quibus erubescunt resipiscentes cap.
Hæc omnia non Apostolus asserit, sed verb
stoli affingit tortuosus glossator.

II. Objic. *Qui non diligit Deum ex toto corde*
violat legem, & reus est mortis: Sed qui leviter pec
diligit Deum ex toto corde. Ergo. Resp. Dilectio
toto corde dupliciter intelligi potest. 1. Ut ide
toto corde, quod super omnia alia integrè a
ctè, ut nihil Dei amori anteponatur. 2. Ut
Deus actu cogitetur & diligatur ita, ut nihil c
possit, quod sit, non dico contra, sed præ
tem Dei & proximi. Priori modo imperatur
via dilectio; posteriori non, cùm sit propri
rum in patria. Hoc ita se habere, præter ea
prà lib. de Monach. dicta sunt, patet ex Scr
3. Reg. 14. v. 8. 4. Reg. 23. v. 25. Luc. 1. v. 8. de
Josia, Zacharia, & Elisabeth, de quibus te
quòd *in toto corde secuti sint Deum, & ambula*
omnibus mandatis & justificationibus Domini. E
nemo dubitat, eos venialiter peccasse, non
Apostolos. Amesius multis hìc verbosè replic
omnia simplici inficiatione expediuntur: su
pleraque apertè falsa, quæ cùm non potue
ipsimet *Enervatori* esse suspecta, ne nihil egis
tur, adducit Scholasticorum varias opiniones
pore, pro quo obligat præceptum Charitatis
firmativum. Sed quid, quæso, hoc ad rem?

Kk 2 III.

III. Objic. *Minima opera bona, (ex Pontificiorum sententia,) merentur vitam æternam. Ergo & minima peccata merentur mortem æternam.* Resp. Gratis dato Antecedente, negatur Sequela. Nam 1. Dare minimo operi maximum præmium, ingens liberalitas & misericordia foret; dare autem minimo peccato pœnam maximam, injustitia & crudelitas esset. 2. Dare calicem aquæ frigidæ ex charitate Dei, non opus minimum, sed valde magnum est, & verè meritorium vitæ æternæ: huic autem operi bono non est opponendum peccatum veniale, quod simul cum charitate consistit, sed mortale, quod charitati repugnat. Amesius nec apparenter quidem potuit responsionem Bellarmini *enervare*, nisi truncando rationem hanc posteriorem, seu planè omittendo; circa priorem verò apertè cavillatur & Cretizat. Quis enim est è Pontificiis, qui dicat, quòd mereamur *ex justitia & ex condigno* maximum præmium per minimum opus? Qua fronte igitur ait hic Enervator, *Omnes Pontificios docere de merito ex condigno*, quod hic Bellarminus tribuit *ingenti misericordiæ*? Similiter mendacium apertum est, cùm affingit Filliucio & aliis Jesuitis, eos negare, injustitiam & crudelitatem esse, quod hic Bellarminus affirmabat.

Ad CAPUT XIV.

I. OBjic. *Qualibet culpa potest à Deo justè puniri pœna mortis æterna. Ergo qualibet culpa, natura sua mortalis est, & sola Dei misericordia venialis.* Resp. Neg. Anteced. Probat Amesius ex Jesuita Filliucio, qui cùm Tract. 22. num. 277. *Deum justè posse velle asfirmat charitatis corruptionem ex peccato veniali sequi, simul affirmat, justè posse eum tale peccatum plectere morte æterna, quæ necessariò sequitur ex charitatis corruptione. Azorius Jesuita lib. 3. cap. 9. apertiùs & pleniùs* sententiam Gersonis *hoc sensu approbat*, quòd nimirum veniale peccatum, nisi quia est ab homine justo, Dei gratia & charitate prædito commissum, perpetuò puniretur: *Justè igitur à Deo puniri possit pœna æterna. Ratio est, quia nisi ex gratia condonaretur peccatum ipsum, in æternum maneret.* Respondeo, Amesius tam Azorium, quàm Filliucium more suo, hoc est fraudulenter pro se allegat, ut eorum verba inspicienti patebit. Nec illi, nec plerique alii Theologi aliter ac Bellarm. hac in re statuunt. Etsi quamvis Deus etiam minuendo paulatim corrumperet tandem ipsam gratiam habitualem, non ideò sequeretur, pœna sensus æterna (de qua sola hic agitur,) punitum iri venialem noxam.

II. Objic. *Malum culpæ, etiam levissimæ, majus est quolibet malo pœnæ. Potius enim subeunda est quævis pœna, quamvis gravissima, quàm peccatum etiam levissimum perpetrandum. Ergo justè potest qualibet culpa puniri à Deo quavis pœna, etiam mortis æternæ.* Amesius ad hoc argumentum fingit à Bellarmino responderi ita, *ut tamen robur adhuc maneat*. At in Bellarmino nec objectio hæc, nec responsio invenitur, sed apud Medinam, qui quæst. 88. art. 1. & hoc & reliqua Gersonis argumenta dissolvit. Cum Medina igitur neganda est Sequela. Nam licèt malum culpæ majus sit quàm malum pœnæ, (pœna namque est propter culpam,) tamen cùm veniale peccatum sit levis culpa, justum est ut levi pœna plectatur. Punire autem æterna pœna, in genere mali pœnæ, majus est malum, quàm peccatum veniale in genere culpæ. Culpa enim venialis in suo genere est levis & exigua: punire verò pœna æterna in genere mali pœnæ, est summum malum, ideoque justum non est, ut tantilla culpa, (qualis est cogitatio aut verbum otiosum,) tam gravi pœna mulctetur. Adde, si hoc argumentum valeret, posset etiam Judex mortalis propter mendacium officiosum, aut furtum unius teruncii extremo supplicio afficere, quod perabsurdum est. Verbo: Malum culpæ, & malum pœnæ sunt diversarum rationum, & ideò comparari non possunt.

III. Objic. *Peccatum quod dicitur veniale, potest nunquam remitti. Ergo semper puniri potest. Ergo meretur per se pœnam æternam.* Resp. 1. Neg. Posteriorem Sequelam. Resp. 2. Ne quidem per accidens potest veniale in æternum puniri, ut cum Scoto aliisque multis probabiliter docet Rod. Arriaga in 1. 2. Resp. 3. Etsi opposita sententia, (quam cum S. Thoma docet Suarez & alii, quos citat & sequitur Tannerus Tom. 2. supponitque hic Bellarminus,) teneatur, dicendum est, per accidens non remitti veniale, quia etsi ex sua specie non mereatur nisi pœnam temporalem; ex inhærentia tamen ad subjectum privatum gratia, mereri pœnam æternam. Cujus ulterior ratio à priori est, quia existentibus in perpetuo statu inimicitiæ & odii Divini, in quo sunt damnati ex peccato personali, non solùm debentur aliæ pœnæ determinatæ, sed etiam debetur indeterminatè hæc pœna, ut careant omni spe, & non possint exspectare unquam statum mitiorem. Quare si à principio merentur aliquod supplicium, utique merentur, ut illud, qualecumque sit, in æternum permaneat. Quòd si denique Deus vellet non condonare, sed omnino exigere pœnam peccati venialis ab eo, qui culpam ipsam venialem per actum dilectionis purgasset, temporalem tantùm, non autem sempiternam exigere posset. Amesius, ut sycophantandi occasionem arriperet, truncavit hoc Bellarmini dictum, omittendo hæc verba, (*sed omnino exigere pœnam ab eo, qui culpam venialem per actum dilectionis purgasset,*) ut securiùs posset calumniari & dicere: *Pontificii igitur viam tandem invenerunt, qua peccati reatus tolli possit, sine ulla gratia Dei condonante; qua insania, an alia aliqua majore fruantur, meritò potest dubitari.*

V I N D I C I Æ

Pro Libro Secundo De Statu Peccati, qui est de causa Peccati Primi Hominis, ac de causa Peccati in Genere.

Ad CAPUT II.

SI sub his verbis controversia proponatur: *An Deus sit author malorum?* Vel: *An peccare possit?* Vel: *An sit causa cur nos peccemus?* nulla quæstio erit, siquidem illa omnia non solùm Catholici, sed etiam Calvinistæ, & ipsi quoque Libertini negant. Frustrà igitur laboraremus in probando, Deum non esse causam peccati, nisi ante doceremus, eos reipsa sentire, quod verbo profiteri non audent. Tria igitur præstanda erunt. 1. Explicandum, quid ipsi doceant de causa peccati ex parte Dei. 2. An ex eo quod ipsi docent sequatur, Deum esse auctorem peccati? 3. An sit vera eorum sententia? ac proinde an Deus sit auctor peccati? Amesius: *Calumniandi potiùs hic quàm disputandi artem profitetur Bellarm. dum controversiam in illa sententia studet collocare, quam ab utraque parte negari fatetur. Controversia nulla est absque contradictione, in qua idem affirmatur & negatur.* Respondeo, Verbis ipsius Calvini in epistol. ad Rotomagenses adversus Franciscanum quendam Libertinum: *Contestatur* (Libertinus, Calvinus,) *sibi longè aliam esse mentem, seque Deum mali authorem facere nolle affirmat: sed quid prodest subterfugium in re tam aperta?* Sed pergit expostu-

lare

sare Enervator : *Si Bellarmini*, inquit, *animus tanto impetu ferebatur in eos qui faciunt Deum auctorem peccati, non opus fuit, ut magno labore & circuitu sequelarum nostros*, (Puritanos Luthero-Calvinianos,) *in tales transformaret : habuit Dominicanos, quos Jesuita hujus criminis accusant, habuit nonnullos Scholasticos, qui verbis disertis hoc dicuntur professi. Sic enim Medina 1. 2. quæst. 79. art. 2. Ocham & Gabriel affirmant, quòd Deus in rigore & proprietate locutionis est causa peccati &c. Negamus hoc sequi ex iis, quæ à nostris docentur*. Resp. Cur neminem vel unum è Jesuitis producit *Enervator*, qui Dominicanos hujus criminis accuset? Aliud est dicere, (Videtur ex prædeterminatione physica inferri destructio liberi arbitrii, & consequenter peccati origo attribui primæ causæ præmoventi & prædeterminanti,) Aliud verò, accusari ejus criminis, cujus reum Calvinum evincunt apertissima ejus verba, ut mox videbimus. Verba Ochami & Gabrielis certum est esse ambigua, & si (prout absque ulla violentia possunt,) accipiantur de causa materialis actionis peccaminosæ, seu, ut ipse Medina eos se explicuisse fatetur : *quòd Deus est causa actus mali*, non *absurdissima* sunt, ut ait Medina, sed tolerari possunt. Sanè quod Deus possit dici causa physica ipsius Actus mali quoad suam entitatem, cùm Deus concursu suo generali ad totam ejus entitatem physicam concurrat, præter D. Alvarez disp. 24. num. 23. & alios Thomistas plerique alii fatentur; ut videre est apud Vasq. & alios, quos refert & sequitur Tannerus quæst. 9. num. 99.

Ad CAPUT III.

SEntentia Zwinglii, Calvini, Bezæ de causa peccati ex parte Dei, quinque propositionibus comprehendi potest. Frustrà iterum calumniatur hic Bellarminum Amesius, quod : *Sicut callidum sophistam decebat, de communi Pontificiorum sententia nulla verba fecerit, sed obiter suam innuerit, à magis recepta plane diversam*. Calumniam hanc esse infra magis patebit. Hic solùm dico : Ex Canonibus Concilii Tridentini, ac præcipuè sess. 7. can. 4. 5. 6. satis constare de communi sensu Catholicorum adversus Lutheri, Calvini &c. blasphemias. Quòd verò nonnulla aliquatenus eò pertinentia, necdum sint a Concilio Oecumenico aut Roman. Pontifice definita, sed disputationi Scholasticorum agitanda permittantur, nihil Calvini &c. causam juvat. Quod verò additur : *Illas propositiones*, (quæ sequuntur,) *eo sensu, quo à nostris*, (Puritanis) *asseruntur, à Pontificiis multis, adversus Jesuitas defensas*, splendidum mendacium esse mox patebit.

I. Propositio. Docent (Calvinus, Zwinglius, Beza,) Deum non solum permittere, sed etiam velle fieri, quæcumque fiunt ab hominibus peccata. Amesius : *Hoc est, Deum non otiosa, aut mere negativa permissione circa peccati existentiam versari, sed permissione voluntatis, eventum ipsum præscientis. Hoc est quod Bradwardinus Doctor profundus ante aliquot sæcula scripsit pro causa Dei contra Pelag. lib. 1. cap. 33.* Respectu cuniscumque est Dei permissio, est & ejus volitio actualis. Resp. 1. Si per *mere negativam permissionem* intelligeretur pura omissio libera, facilè nos haberet sibi consentientes, at cùm non velit tantùm actum positivum permittentem, sed etiam *volentem, imperantem, cogentem &c.* (quibus terminis utuntur Calvinus, Zwinglius, Beza,) aut *præscientem*, quo velut directa finis intentione ad actum aut omissionem peccaminosam, procurat omnia media idonea; non potest ulla tergiversatione hoc dogma excusari a blasphema impietate. Resp. 2. Mirum est, quod illi *multi Pontificii* tandem ad unum Bradwardinum redigantur, cujus tamen verba facilem possent habere explicatum, nisi aliunde constaret, eum scriptorem satis aliàs prælusisse Cal-

vino in hoc argumento de Gratia, libero art
decreto Divino absoluto &c. Et quia Amesius
suum Compatriotam infrà frequenter tamq
ctoritatis eximiæ nobis objectat; operæ pretiu
hic semel quid de eo sentiendum sit indicare.
ritanis Anglis Gabriel Povellus in præfat. lib. c
tichristo num. 29. è Catalogo testium Verit.
hoc ei pauxit elogium : *Thomas Bradwardinus
Mertonensis Collegii socius, Archi-Episcopus Cant
sis, acerrimè pro gratia Dei contra liberum arbi
& Pelagianos ejus Patronos, nempe Scholasticos
gos pugnavit, idque nec sine approbatione multor
norum*, (Calvinistarum) *nec sine multorum
rum*, (nempe Catholicorum,) *gravissima offe
suoque periculo &c. Claruit anno Dom.* 1340. Ita
lus & Illyricus. A Catholicis communiter re
tur; ideoque à nonnullis accommodatum ip
rio illud Angeli de Ismaele vaticinium Gen. 16
*Hic erit ferus homo, manus ejus contra omnes,
nus omnium contra eum*. An, & ubi impressus
Tract. quem pro *Causa Dei* inscripsit, hactenus
nullum videre potuit, cùm aliàs Gesnerus
Continuatores Simlerus & Frisius id diligen
rent : hic verò tantùm ajunt : *Exstare illud
Bibliotheca Vaticana, scriptum anno* 1411. Ex C
cis recentioribus Franciscus à S. Clara Theol
ruditus & FF. Minorum in Anglia Provin
Tract. de Deo, natura, gratia &c. Londini an
excuso, etsi sæpiùs suprà quàm plerique alii C
ci honorificè Thomam hunc alleget, & pag.
subtilissimum & gravissimum suum conterraneum;
Tractatum, *magnum volumen &c.* tamen doct
temerariæ absurditate compulsus, sic de eo
inquit : *Nullus quidem probo conciliationem Brad
quam passim* de causa Dei, *præsertim lib. 3. cap.
stea ponit. Concedit enim libertatem in terminis
men vera negat; asininam dat, humanam aufer
pe libertatem immunem à coactione & violentatio
dit, à necessitate negat: & sic dum Pelagium enerv
nichæum suscitat, & Calvino viam sternit. Sed
Bradwardine, cum Augustino à te citato dicam
enim sum, nec in minimo hæsito, Vet. Testam.
Christum, Paulum, Augustinum, Gregorium, c
Doctores, Ecclesiam sanctam Dei in tot Synodis
pas & Sanctos, ac tot & tam validas rationes in
ne hujus hæresis non errasse, non cæcos fuisse, ne
foveam adduxisse. Hæc tu optimè de hæresi Pe
idem prorsus ego de Calviniana*, quam incautus
sti! Sic Doctor Catholicus Anglus de illo W
Zwinglii & Calvini Prodromo censuit. Ut
nos premit ejus prætensa auctoritas.

II. Docent : Deum non solum velle fieri
iam ab æterno decrevisse, ut fierent qua
fiunt ab hominibus peccata, idque non pr
terminatione voluntatis humanæ. Deum enim
non decernere quidquam, quia præscit futur
præscire futura, quia ipse decrevit ut fierent
sius : *Hoc est, quidquid Deus in tempore vult,
vult, ab æterno voluit & decrevit; & hujus dec
tis non pendet propriè ex hominis contingenti &
voluntate. Numquamne hoc legit Bellarmin. nisi
glio & Calvino? Alvarez inter alios Disp. 22.
sententia* : Deus æterno suo decreto, atqu
ta & efficaci sua voluntate prædeterminav
actus nostros in particulari, ante eorum
nem & independenter ab omni scientia m
tæ cooperationis futuræ ex hypothesi 3. *fi*
Hæc est sententia S. Thomæ & omnium
rum, Scoti, Vegæ, & SS. Patrum. Respon
hunc Thomistarum recentiorum Principem
de prædeterminatione operum bonorum
ex omnibus ferè ejus probationibus collig

disp. 24. num. 15. & seqq. apertè docet: *Peccati actum, secundùm omnem suam entitatem positivam, esse efficienter à Deo, ut à causa prima prædeterminante actuali motione voluntatem creatam ad talem actum in quantum actus est, & secundùm quod ens est*. Resp. 2. Perquam dura & difficilia quidem hæc videri, si verba spectentur ut sonant: at viderit ille, ut nonnulli alii Thomistæ, rectè sentire, sed malè loqui, nihilque aliud velle, quàm Deum etiam malas volitiones infallibiliter præordinare ad suum finem, salva omni arbitrii creati libertate. Unde D. Caramuel in Theologia fundamentali num. 19. & seqq. demonstrat, *Eum, etsi malè intellectus videatur durissimas habere sententias, tamen intellectum bene, (hoc est, eo sensu, quo ipse intelligi vult & præcipit,) eas ipsas opiniones defendere, quas Molinista*. Et quia hæc res videri plerisque mira & paradoxa posset, Theses desumptas à Schola Societatis probat easdem in terminis à Didaco Alvarez admitti. Sed de hac re infrà explicatiùs & fusiùs. Quòd si plus velint cum Didaco suo reliqui juniores Thomistæ, ipsi viderint. Nobis certum est, non sic Doctorem Angelicum sensisse; ut in ejus defensionem ostendit P. de S. Josepho Fuliensis toto Tract. de hoc argumento.

III. Docent: Deum etiam imperare Satanæ & improbis hominibus, ut concipiant maleficia, eosque ad hoc inclinare, impellere, & etiam cogere. Amesius: *Phrases istæ imperandi, impellendi & cogendi ad maleficia, à nostris non frequentantur, neque ut propria approbantur. Neque tamen nescius fuit Bellarminus istiusmodi phrases commodè explicari*. Sic enim ipsemet cap. 13. &c. *Quod ad rem ipsam attinet, nihil aliud volunt nostri, quàm quod scholasticè docent Thomistæ: Deus motione prævia efficaciter applicat voluntatem creatam, ut liberè & infallibiliter operetur, sicut etiam alias applicat causas secundas ut naturaliter operentur. Alvarez, disp. 23. 9.* Respondeo, Rectiùs & breviùs cum Paræo Amesius dixisset: Hanc non esse ampliùs modernorum Calvinistarum sententiam, sed Calvini, quam verbis clarioribus expressit cum Zwinglio & Beza, quàm ut ullius tergiversatione eludi queat.

IV. Docent etiam, Deum operari in mentibus hominum impiorum, & per eos tanquam per sua instrumenta facere omnia, quæ respectu hominum dicuntur, & sunt verè peccata. Amesius: *Quod ad phrases istas attinet, sunt ex Scriptura petitæ, à Bell. cap. 13. approbata. Sensus nostrorum non est alius, quàm qui à Thomistis approbatur*. Hominis voluntas est quodammodo Dei instrumentum, non purum & merum, sed liberum. Alvarez disp. 68. 5. Resp. Alvarez conceptis verbis eo loco docet, voluntatem humanam malam esse tantùm impropriè & largo quodam modo dictum instrumentum Dei respectu actionis peccaminosæ. Calvinus autem longè aliter: *Homo*, inquit, *justo Dei impulsu agit quod sibi non licet &c.* Et (multò magis quàm Bradwardinus suprà, aut Jansenistæ,) concedit homini libertatem asininam, seu a coactione; aufert autem humanam, quæ est à necessitate. Quòd si Amesius Calvino deserto ad partes Thomistarum concedit, bene, pax est hic.

V. Docent, ea quæ respectu hominum sunt vera peccata, tametsi fiant Deo volente, definiente, imperante, cooperante, tamen respectu Dei non esse peccata, sed opera bona, justa; quia homines mala intentione, Deus autem bono consilio illa omnia facit. Amesius 1. *Pars antecedens discreta hujus propositionis jam ante satis est explicata, & ex eadem consequens, est clara. Sed illa duo tamen non admittimus, Deum scil. peccatum facere qua tale; & Dei ac hominis circa actum peccati concursum intentione tantùm & consilio differre. Bradwardinus ante 300. annos ita docebat &c.* Resp. Quid Amesius cum suis sociis admittat, vel non admittat, in quæstione hic non est, sed quid Calvinus, Zwinglius, Beza. At nonne hi apertè quintam hanc propositionem docuere locis à Bellarmino recitatis?

Ad CAPUT IV.

EX quinque propositionibus superiore cap. prolatis, Bell. hic nonnulla Corollaria legitimè deducit contra Calvinum.

I. Qui impellit, & cogit alium ad opus quodcumque faciendum, ejusdem operis primarius auctor est. Sed Deus, ex adversariorum sententia hoc facit in peccato. Ergo. Amesius 1. *Deus non cogit voluntatem: quæ si cogeretur, desineret esse voluntas*. Resp. 1. *Fræno cogi homines ad mandata Divina præstanda*, ait Calvin. lib. 1. cap. 17. §. 51. Malè ergo is locutus est & falsum asseruit, judice Amesio. Resp. 2. Nihil hinc proficit Amesius, quia propositio illa vera est de voluntate humana, suaviter & spontaneè necessitata ad peccaminosam actionem, adeoque totum argumentum firmum manet. Amesius 2. *Qui impellit aut movet alterum, non moraliter suadendo, sed intimè dirigendo ad liberè faciendum illud in quo peccat, & illud facit jure domini supremi in finem bonum, quem indè certè consequitur, ille non est auctor, sed ordinator peccati. Hoc autem totum est quod Deus facit*. Resp. Hic jam totam blasphemiam Calvini profitetur, quam antea tam cautè amoliri satagebat Amesius. Quis dubitet, plus esse, directa intentione actus peccaminosi physicè necessitare miseram creaturam ad talem actum admittendum, quàm tantùm moraliter suadendo eum inducere, relicta ei libera dissentiendi potestate? Adde, contradictorios hic implicari terminos, cùm fingitur intima & physica necessitate hominem ad liberè sic operandum dirigi. Amesius 3. *Vel Bell. confundit opus, aut actum qua talis est, cum peccato, vel quatuor terminorum sophisma proponit. At verò communis est sententia Thomistarum & Scholasticorum etiam reliquorum, actum peccati in quantum actus est, à Deo esse tamquam à causa; sed deficientiam & inordinationem actus esse à causa deficiente, non à Deo. Alvarez disp. 24.* Resp. Malitia formalis ab ipso materiali actu peccati præscindi opera intellectus potest, reipsa non potest. Itaque omnis qui cum sufficiente advertentia ad legem æternam, hic & nunc opus tale vetantem operatur, sive sit prima, sive secunda causa, sive ex sancto, sive ex pravo fine, semper peccat, cùm peccatum essentialiter aliud non sit, quam dictum, factum, cogitatum contra Legem Dei æternam. Deum esse causam actus peccaminosi materialiter spectati, fatemur omnes contra Durandum; minimè verò liberæ determinationis ad illicitum, cùm præstet concursum indifferentem ex se, quod omni labe peccati vacat.

II. Corollarium: Opus quodcumque magis pertinet ad imperantem, quàm ad exequentem. Sed ex adversariorum sententia Deus jubet Satanæ & impiis, ut maleficia concipiant &c. Amesius: *Si Deus imperaret alicui actum, qui aliàs ex lege communi peccatum est, illi cui extra ordinem imperaretur, non esset peccatum, nedum Deo. Contradictio est enim, ut idem actus eadem ratione esset & secundùm, & contra voluntatem Dei revelatam*. Resp. Hoc quidem verè dicitur de actibus pravis, in quibus per dispensationem Divinam potest auferri prohibitio, ut constat de homicidio, fornicatione &c. At quid de actibus odii Dei, & omnibus præcisè contra dictamen conscientiæ admissis? In his certè nec Deus dispensare potest, cùm fieri nulla potentia queat, ut Deus sit licitè contemptibilis: & tamen omnes hi actus ab impiis eliciti, ex imperio Dei eliciuntur juxta Calvinum. Est ergo in hoc patentissima & blasphemia & contradictio. Estque hæc impietas tanta, ut quamvis Calvinus apertè eam admittat, mitigare tamen Amesius maluerit imperium illud,

illud, & coactionem etiam seu necessitationem physicam interpretando *efficacem providentiam circa peccata.* Sed hoc est verba dare, ut per se patet.

III. Coroll. Qui utitur instrumento, auctor est primarius ejus operis, quod ipse per instrumentum facit. Sed, juxta adversarios, impii dum peccant, sunt instrumenta Dei. Ergo. Amesius. *Quatuor sunt termini. Opus enim quod Deus per impios facit, qua tale, non est peccatum, sed judicium justum.* Resp. Hæc est patentissima & impiissima blasphemia. Quomodo enim non dico qualiscumque Christianus, sed homo mentis compos credat, esse justum judicium, quòd Deus intima & physica necessitatione dirigat miseros mortales tamquam instrumenta ad blasphemias & odium Dei &c.? Cætera quæ addit de instrumento libero, inania effugia sunt, cùm constet ex supradictis, Calvinianam illam libertatem esse merè nominalem & asininam, non verò realem & humanam.

IV. Coroll. Qui procurat, & quidem efficaciter, ut aliquis peccet, is ejus peccati verissimus auctor dici debet. Sed ita Deus juxta Calvinum. Ergo. Amesius: *Efficax procuratio est vel ordinationis tantum, & gubernationis existentiam rei inferentis, vel etiam effectionis rem sua vi producentis. Priore sensu propositio est falsa, & assumptio posteriore.* Respond. Propositio priore sensu est verissima, cùm gubernatio non tantùm permittens & ordinans, sed etiam intendens directè, (quantumvis ad ulteriorem bonum finem,) imperans, necessitans ad actum intrinsecè malum, sine dubio sit flagitiosa. Quis sani cerebri de hoc dubitarit? In posteriori etiam sensu assumptionem esse veram, patet ex proximè dictis. Quæ enim possit efficacior fingi procuratio criminis, quam velle, prædefinire, intendere, imperare, necessitate physicè ad actum, cui indispensabiliter annexa sit culpa?

Ad CAPUT XI.

OBjiciunt hæretici: *Varia testimonia Scripturæ, quibus significatur, Deum velle & decrevisse illa, quæ ab hominibus cum peccato fiunt. Gen. 45. vers. 8. 50. v. 29. Act. 2. vers. 23. & 4. vers. 27.* Resp. 1. In malis operibus sæpè accidit, ut actio sit mala, & passio bona; Deus igitur voluit ac prædefinivit opera ista virtutum, scilicet summæ patientiæ, quæ in passione consistunt, cùm voluit ac prædefinivit, ut Joseph venderetur, & Christus occideretur: opera autem mala vendentium & occidentium non voluit, nec prædefinivit, sed cùm prævideret, ea infallibiliter ex nequitia & invidia illorum, absque sua intentione & prædefinitione obventura, ordinavit illa ipsa ad bonum patientium. Neque verò nos, (ut sycophanticè affingit Amesius) opus virtutis in mera passione constituimus, qui pro certo habemus, requiri ad formalem virtutis actum, ut intendatur formaliter ejus honestas; quod secùs est in actu pravo. Admittimus quoque libenter, decretum tale prædefiniens non tollere libertatem, & laudem, cùm supponat consensum conditionatè futurum. Insulsitas vero & imperitia haud levis est, dicere cum Amesio, sicut *in calefactione E.G. actio & passio sit unicus motus*; ita non esse realiter distinctas actiones, voluntatem sceleratam occidendi in Judæis, & voluntatem patientissimè subeundi tormenta & necem in Christo. Quis dubitet prædefiniri potuisse hanc, extrinsecus oblata, minimè verò prædefinita illa? Certè ad hoc ut infallibiliter fieret, quod Deus prædefinierat, ut scil. Joseph venderetur, & Christus occideretur, satis erat, Deum prævidisse malas voluntates fratrum Joseph, Judæorum ac Pilati, & simul voluisse permittere, ut malæ illæ voluntates suo tempore patrarent, quod sceleratè conceperant. Amesius: *Hac ratione 1. Infallibilitas Divini decreti penderet ex fallibili*

voluntatis humanæ inclinatione. 2. Præscientia D
tudo, extra Deum suam primam causam & ratio
beret. 3. Christi mors distinctè non fuisset prædefin
si ex occasione malitiæ eorum, à quibus fuit cru
Persuadeat hæc Bellarminus suis Dominicanis.
thæus de Rispolis lib. 1. quæst. 1. concl. 1. in fine
mentatur ex hoc responso: Deus videt Petrum
turum infallibiliter, si in talibus occasionibu
retur; & in talibus occasionibus ponit eum
Ergo Deus est causa peccati Petri. *Neque faci*
tur hoc argumentum, si concedatur Bellarm. prin
Qui aliquo modo procurat peccatum, ille
ctor peccati. *Deus enim dum ponit hominem i*
occasionibus, ex quibus peccaturum eum novit, &
illis, ex quibus eum peccato resistere voluisse videt
illud facit, quod, Bellarmini sententia, facere
peccatum illius hominis procurandum. 5. Si Deus
no malas hominum voluntates distinctè & certò vi
vidit eas prout entitatem aliquam habuerunt ab
& proinde, ut à voluntate ipsa Dei aliquo modo
bant. Respond. 1. Infallibilitas Divini decreti
à fallibili voluntatis humanæ determinatione,
à causa, sed ut à termino: immò veriùs dic
pendere, sed terminari ad illam. Quid verò
grui est, infallibilem Dei scientiam terminar
tariò ad contingentes & liberos effectus infall
Respond. 2. Sicut scientia & voluntas Dei nul
bent extra se causam, ita nec earum certitudo
essentialiter habet omnis cognitio & decretu
ipso quòd Dei sunt. Respondeo 3. Nihilominu
Christi potuit distinctè quoad omnes circum
ipsum Christum concernentes prædefiniri:
Judæorum præsciebat Deus infallibiliter in iis
stantiis ea perpetraturam in Christum, quæ
trasse ex Evangelio constat. Quid in sua via
pondeant Dominicani, nostra non interest
derint. 4. Argumentum illud Rispolis non
nexus ejus vix est telis araneorum firmior. N
nus qui quovis modo, (physicè tantùm ut
lis causa,) concurrit ad hoc, ut Titius po
occasione, in qua infallibiliter peccaturus e
setur reus scandali: sed tunc tantùm, cùm
& tenetur impedire, ne ponatur in talibus
nibus. Quòd si hoc valet in quovis homin
tò magis in Deo, universali Rectore omniu
tium liberorum. Planè falsum est, quòd p
minem in occasione lapsus infallibiliter e
idem sit quod procurare lapsum, ut suprà o
5. Pendent sine dubio etiam malæ hominum
tates à Deo, sed tantùm ut permittente,
sum indifferentem exhibente, ac ad maju
sapienter ordinante, absque intentione ulla
definitione illarum.

Ad CAPUT XII.

OBjiciunt Hæretici: *Deus dicitur impium*
diem malum, Prov. 16. vers. 4. fecisse v
tumeliam, Rom. 9. vers. 21. & excitasse Pharao
ostenderet in ipso virtutem suam, ibid. v. 17. R
creat impios nonnisi materialiter, idest, cr
quos videt futuros impios, ut eorum impieta
ad justitiam & potentiam suam manifestanda
sius: *Hoc totum est, quod in hoc argumento proba*
Deum creare illos, quos videt sua permissione i
ros, ut eorum impietate ad suam gloriam utat
cum voluntate permittendi, ad certum aliquem
peccata sic permissa consequendum. Dissensio est
prævisionis tantùm, de qua jam dictum est, quant
cus admittit. Resp. Damnationem decernere
peccata, justitiæ est Deo dignissimæ: sine
autem peccatorum, damnationem decernere

videtur, Divinæ benignitati minimè congruentis; quod tamen Deo affingit crudele Calvini dogma.

Ad CAPUT XIII.

OBjiciunt hæretici: *Deus in Scripturis dicitur impellere homines ad ea, quæ ipsis sunt peccata, & iis quasi instrumentis uti ad ea opera, quæ sine peccata perfici nequeunt. 1. Sam. 24. vers. 1. 2. Sam. 16. v. 10. 1. Reg. 11. vers. 37. & 12. 15. 24. &c.* Resp. Deus non solùm permittit, impios agere multa mala; nec solùm deserit, ut cogantur pati, quæ ab impiis inferuntur; sed etiam præsidet ipsis voluntatibus malis, easque regit & gubernat, torquet ac flectit, in iis invisibiliter operando, ut licèt vitio proprio malæ sint, tamen à Divina providentia ad unum potiùs quàm ad aliud, non positivè, sed permissivè ordinentur. Amesius: *Ultima illa limitatio,* (permissivè,) *non potest ad totam,* providentiam præsidendi, regendi, gubernandi, torquendi, flectendi, *referri sine manifesta contradictione.* Respond. Nulla, nè obscura quidem contradictio hìc est, cùm *permissio* præcisè sit respectu actionis peccaminosæ tantùm; positiva autem immissio E. G. cogitationis bonæ, qua malus malè ad suam aliorumque perniciem utitur, nihil continet malitiæ; imò eximiæ bonitatis & sapientiæ est, hunc ipsum abusum bonorum, quo mali sibi ipsis tantùm nocent in anima, convertere in bonum electorum & Dei gloriam. Falsum etiam est, si Deus hac ratione permissiva, *ordinet hominem ad unum malum potiùs quàm ad aliud patrandum, tum ordinare eum* positivè *ad peccatum.* Nam licèt sit *aliquid peccati in uno malo, quod non est in alio;* id tamen non Deo malum ordinanti ad bonum, sed homini ad malum propria sponte se præcipitanti imputatur; sicut cùm quis homini ad ruinam præcipiti, hanc potius quàm aliam, ad ruinam aperit viam, non est ei auctor ruinæ, sed permissivè ordinat ejus ruinam, ut rectè ajebat Hugo à S. Victore. Denique falsum est, quod supponit Amesius, (imò affingit dictis S. Thomæ & Bellarmini,) *Deum præbere occasionem peccandi in illum finem ut peccetur, & sic procurare peccatum.* Hæc blasphemia Calvini est, quam directè S. Thomas & Bell. à Deo amoliuntur. Qui ad bonum bono fine invitat, quem tamen ex propria perversitate videt ad scelus tale abiturum, non scandalizat, nec peccat, cùm ne is quidem censeatur scandalum activum admittere, qui parato ad peccandum graviter, persuadet ut potius leviter delinquat, uti Loth, offerendo Sodomitis filias, ne nefanda pæderastia se inquinarent, non creditur peccasse.

Ad CAPUT XIV.

OBjiciunt hæretici: *Deus dicitur corda hominum excæcare & indurare.* Resp. Non positivè, sed negativè, permittendo scilicet, deserendo, non miserando, sicut sol abscessu suo obtenebrat aerem. Amesius 1. *Non est causa positivè, sed negativè; hoc nihil aliud est, quàm, non est causa, sed est causa, sine vi causandi: omnis enim vis causandi est positiva, non negativa.* Resp. Amesius λογομαχίαν ventilat. Quis enim neget, dari suo modo causam, seu principium inducens privationem? Obduratio cordis & excæcatio mentis non magis exigit positivam causalitatem in Deo, quàm in sole actionem positivam aeris obtenebratio. Tam cæcitas mentis, quàm obduratio cordis, potest esse diverso respectu & peccatum, & causa peccati, & pœna peccati. Imperitè hinc infert Amesius: *Si induratio aut excæcatio est pœna, tum pendet à Deo judice, non negativè, sed positivè eam ex justitia volente & decernente.* Resp. Malè confunditur sententia, qua decernitur pœna infligenda, ab ipsa pœna, quæ in mera negatione potest consistere. Illa semper est quid positivum, non verò hæc. Pœna, qua Adami posteritas privata est gratia sanctificante, nihil positivum est, licèt decretum de ea infligenda sit ipse actus Dei positivus: Porrò, etsi hæc desertio, secundùm morem loquendi Scripturæ, rectè significetur per vocabula actionem exprimentia, revera tamen nulla intervenit actio Dei, sed actionis omissio. Accommodat enim se S. Scriptura modo vulgari loquendi, quo dicitur E. G. etiam is, qui nec ipse occidit, nec jussit occidere, sed tantùm permisit & deseruit, occidisse, uti David 2. Reg. 12. vers. 9. Uriam interfecisse dicitur. Frustrà tamen hinc præsidium errori suo quærit Amesius, cùm ait: *Cur ergo vexamur nos calumniis, cùm rectiùs istum morem Scripturæ observamus?* Resp. Non calumniis vexantur Calvinistæ, sed justè postulantur blasphemiæ, quòd contra communem & verum sensum Patrum & Ecclesiæ, (imò ipsius Scripturæ alibi se explicantis,) non tantùm permissivam, sed etiam positivam excæcationem & obdurationem Deo affingant, dicendo, eum prædefinire, physicè necessitate &c. ad scelera & reprobum sensum, quod innocentiæ Divinæ nimiùm repugnat.

Ad CAPUT XVII.

OBjiciunt hæretici I. *Si Deus ullo modo lapsum Adami decrevit, & præordinavit, tum ambiguo fine hominem creavit. Sed falsum hoc; Ergo & illud.* Resp. Neg. Sequel. Majoris, quia ad gloriam justitiæ & misericordiæ suæ manifestandam illum condidit. Creavit certè Adamum & totum genus humanum ad finem æternæ fœlicitatis consequendum, non quidem absoluto, sed conditionato decreto, si maneret in observantia mandatorum. Quia verò simul prævidit, illum in his quibus de facto positus est circumstantiis lapsurum, sed ex meritis Christi reparandum; duxit melius esse, ex malis permissis majora bona elicere, quàm mala nulla permittere. Amesius: *Præscientia rei futuræ, si sit certa, certam aliquam & immobilem causam penetrat & comprehendit, ob quam illa res futura est. Sed nulla talis fuit ab æterno præter Dei voluntatem & decretum. Hæc igitur præscientia voluntatem & decretum Dei supponit.* Respondeo, Major est falsa; cùm certissimum sit, præscientiam Divinam de futuris liberis creaturarum nullam supponere causam proximam, immobilem & certam. Si enim sagacitas humana sæpè admodum verisimiliter de ejusmodi futuris liberis divinare potest; quidni Deus infallibiliter omnia ejusmodi penetret & comprehendat? Hæc quippe certitudinem & infallibilitatem non ab objectis emendicat, sed essentialiter à seipsa habet. Itaque præscientiam infallibilem de odio Dei non præcedit decretum nisi permissivum; quod sufficit, ut homo positus in manu consilii sui possit spontè libera cum concursu Dei indifferente eligere malum & non bonum. Quæ deinceps contra dictum Bellarmini, (Quòd Deus cognitione simplicis intelligentiæ cognoverit, hominem si conderetur, peccaturum,) disputat fusè Amesius, partim inscitia, partim sycophantia laborant. Unum idemque objectum reale, (ut lapsus Adami,) sub diverso statu & consideratione potest pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ, conditionatam, & visionis. Quis dubitet in priori signo rationis antequam concipitur decretum de Adamo creando, concipi ejus & productionem & producti lapsum possibilem, & etiam sub conditione futurum, si ponatur in iis circumstantiis in quibus de facto positus est in tempore? Unde nec tantillum luxatur argumentum Bellarmini, quod Amesius ait *omnibus suis pedibus* laborare; nempe hoc: Priora sunt in Deo, quæ necessaria sunt, quàm quæ sunt libera. Sed cognitio possibilium & conditionatè futurorum, (ut sic,) est in

Deo

Deo necessaria. Ergo est prior omni decreto libero & quæ ad hoc sequitur, scientia visionis. Major est axioma à Theologis communiter receptum. Nec Minor negari potest absque injuria in Divinam scientiam, ut constat ex 1. Reg. 23. vers. 12. de proditione Davidis si maneret in Ceilam; & Matth. 11. v. 23. de conversione Sydoniorum & Tyriorum &c. Amesius frustrà hic in subsidium vocat prædeterminantium Thomistarum dogma, de futuris conditionatis nullam habentibus determinatam entitatem, & veritatem ante decretum Divinæ voluntatis. Esto enim non sint determinatæ in se, vel in causa ejusmodi veritates objectivæ contingentes, nec ulli enti existenti identificatæ; negari tamen nequit, eas omnes objici cognitioni Divinæ infallibili, ut suo loco demonstrant Scholastici.

II. Objic. *Provenit à Dei decreto, non à natura, quòd omnes homines in Adamo peccaverint.* Resp. Pactum illud Dei cum Adamo, ut innocens gratiam, lapsus transfunderet culpam originalem in posteros, non est causa privationis gratiæ in omnibus posteris Adami, sed ipse Adam, qui sciens & volens tali culpa omni suæ posteritati nocuit. Numquid si Rex vassallo vetaret, nè adversario suo suppetias ferat, alioqui privilegiis nobilitatis spoliandum se cum tota posteritate; nemo dicet Regem, sed solum vassallum esse & physicam & moralem causam, cur ejus posteritas ad conditionem plebejorum dejecta sit. Verbo, numquam Princeps ferens legem, ac gravis pœnæ comminatione eam sanciens, dici potest causa, (saltem per se & propriè,) cur Rei talem pœnam incurrant.

III. Objic. *Homo non potest labi Deo invito vel ignorante, vel otiosè spectante. Ergo lapsus est Deo volente.* Resp. Lapsus est Deo invito, sed inefficaciter; non ignorante, nec otiosè spectante, quia ex officio primæ causæ concursum indifferentem præstitit. Lapsus denique est Deo volente non impedire lapsum, sed permittere ob justas causas, ut scilicet majora bona indè eliceret ejus sapientissima Omnipotentia. Quid hinc subsidii pro Calvini prædefinitione, necessitatione physica &c. actus peccaminosi?

IV. Objic. *Deus ab æterno decrevit justitiam & misericordiam suam manifestare. Ergo voluit aliquo modo, ut peccatum existeret, sine quo ad istos fines non pervenisset.* Resp. Illud *velle aliquo modo*, plus non importat, quam velle permittere. Præscivit enim, solam permissionem sufficere.

Ad CAPUT XVIII.

OBjiciunt hæretici: *Deus concurrit ad actionem illam efficiendam, qua homini peccatum est.* Sic est; quis præter Pelagium & Durandum negat? Quid verò hinc infers? Ergo Deus est etiam causa peccati ut sic? Resp. Si hoc infert Amesius, jam asserit quod suprà negavit sub finem Thes. 8. cum Thomistis. Est verò mirandum, qua fronte Amesius, postquam summatim retulit Bellar. responsionem hanc: (Deus non efficit actionem illam ut causa particularis, sed ut causa universalis, præbens vim & influxum quendam indifferentem & communem ad illam actionem, & ad contrariam, qui à concursu causæ secundæ limitatur & determinatur;) mirum, inquam, est, qua fronte Replicans Amesius dicat: *Novum illud commentum Jesuitarum, solidè refutatur à Thomistis, ut videre est apud Alvarez disput. 21. quia facit providentiam Dei confusam, imperfectam, à creatura pendentem, ut ab ipsa perficiatur.* Annon legit ipsa S. Thomæ dicta in eodem cap. à Bellarmino recitata, quæ propè iisdem quibus Jesuitæ verbis hoc novum commentum tradunt? Nempè ex 1. 2. qu. 80.

art. 1. ad 3. sequentia: *Dicendum, quòd Deus*
versale principium omnis interioris motus humani
quòd determinatur ad malum consilium voluntas hu
hoc directè quidem est ex voluntate humana, &
bolo per modum persuadentis & appetibilia propo
Et ibid. quæst. 10. art. 4. ait: *Divinam motion*
cipi in causis secundis juxta earum dispositionem.
quæst. 3. de malo artic. 2. ait: *Attendendum est*
motus primi moventis non recipitur uniformiter in o
mobilibus, sed in unoquoque secundùm proprium m
Et quæst. eadem art. 7. ad 3. ait: *Deum age*
omnibus causis secundis, sed cum liberis ità agere,
non determinet ad unum, sed relinquat determin
in potestate liberi arbitrii. Denique lib. 3. cont.
cap. 66. dicit: *Causas secundas esse particulantes*
terminantes actionem primi agentis. Vix sanè p
Doctor Angelicus hoc, quod in Bellarmino
Amesius *novum commentum Jesuitarum*, clariorib
bis docere. Sunt ergo in hoc Jesuitæ genui
ctoris Angelici discipuli. Perquam falsum est.
dicit, & non probat Amesius: *Sic facere no*
providentiam confusam, imperfectam, &c. Qua
non ad eam sufficiat prædefinitio omnium bo
operum, malorum verò permissio, concursu
ferens & ordinatio. Argumentum, quod e
Alvarezio *concursui Dei generali* objicit, se
protritum est, & hic etiam à Bellarmino, lo
tequam à Salpense Didaco objiceretur, so
Concursus enim ille indifferens ad peccatum
tutem tunc solùm est peccaminosus, cùm il
bens concursum tenetur impedire malum, qu
bat eventurum: Deus autem non tenetur a
impedienda, quia certò novit eventura; tu
summus Provisor est: tum quia potest è m
cere bona: tum quia æquum est, ut natu
servet, neque eis deneget auxilium, sine q
rari non possunt: tum denique quia si Deu
mala impedire vellet, plurima mundo deessen
nihil ferè sit in rebus creatis, quo non ali
tantur. Ad hæc respondere Amesius debuiss
luit tamen ea suaviter dissimulare.

V I N D I C I

Pro Libro Quinto de statu Peccati, secundus de Peccato Originis.

Ad CAPUT V.

AMESIUS de præsenti quæstione sic
Quamvis apud Bellarmin. occurrant al
quæ de hac materia ità traduntur, ut
meritò castigentur; unica tamen est controversia
de qua legitimam cum nostris instituit disputatione
stio est: Utrum corruptio naturæ, ac præsertim
scentia, qualis invenitur etiam in baptizatis &
tis, sit propriè peccatum? Pontificii negant:
mamus. Hic autem diligenter adverti debet, (
solet observari,) Pontificios, quamvis quæstion
proponere soleant de justificatis tantùm, idem ta
tè sentire de iis, qui post baptismum, dominan
cato, sunt injusti. Per baptismum enim ità abso
hominem à debito justitiæ originalis, ut concupi
stia regnans non habeat rationem originalis pe
navent. in 2. dist. 32. 5. 6. 7. Cùm autem con
eodem planè modo sit in omnibus injustis, ex
quitur: Pontificios in hac causa pro Pelagianis
qui originale peccatum simpliciter negant. Res
nus iste evidenter calumniatur. Cum enim.

nes Catholicos fide sanctum sit, per baptismum, pœnitentiam & contritionem perfectam, penitùs tolli peccatum originis; quomodo igitur *peccatum originis simpliciter cum Pelagio negamus?* Quàm insulsa cavillatio! Pontificii negant, Concupiscentiam in renatis per baptismum habere rationem peccati originalis: Ergo *negant simpliciter cum Pelagio peccatum originale*. Numquid hoc specimen illustre est argutationis Quodlibeticæ? Reponam huic Puritano Theologum alium ex Calvini schola Reformatum, Gerhardum, Joann. Vossium, qui ex Collegio Theologico Illustr. DD. Holl. & Westfris. Ordinum, quod est Lugduni Batav. scripta sua omnia: *Ecclesiæ Reformatæ (quo nomine*, inquit, *cum nostris complector eas, quæ sequuntur Confessionem Augustanam*,) *judicio submittens*, in historiæ suæ Pelagianæ lib. 2. part. 2. antithesi 7. ait: *Augustinus*, (itemque Hieronymus,) *fatetur, Concupiscentiam in renatis etiam mali nomen mereri; negat tamen, in illis propriè peccatum dici posse, eò quòd reatus peccati per baptismum tollatur*. Deinde recitatis SS. Augustini & Hieronymi verbis ex lib. 1. de nupt. & concup. cap. 5. 23. 26. item lib. 6. contr. Julian. cap. 5. & 8. lib. 2. de pecc. remiss. cap. 28. & Hieronym. Dialog. lib. 3. adversùs Pelagianos, subdit: *Quamquam verò Augustinus neget, concupiscentiam in regenitis esse peccatum propriè dictum; agnoscit tamen hoc nomen ei competere lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 23.* Unde perspicuum est, juxta Vossium, nos Pontificios idem prorsus sentire in hoc puncto, quod SS. August. & Hieronym. nec nisi per atrocem calumniam posse Nos cum SS. Augustin. Hieron. (immò universa Catholica Ecclesia,) argui Pelagianismi, & negati simpliciter peccati originalis. Quòd si Puritani mitiori huic Reformato Batavo non acquiescant, acquiescant saltem suo Calvino, qui paria profitetur lib. 3. instit. cap. 3. §. 10.

Ad CAPUT VII.

Veritas Catholica probatur I. ex Jacob. 1. v. 14. ubi ab Apostolo quatuor distinguuntur: Concupiscentia, Suggestio, Delectatio, & Consensus; & Concupiscentia non vocatur peccatum, sed partus ejus: *Concupiscentia parit peccatum*. Amesius 1. *Ridicula est hæc tota argumentatio*. Nimirum quia nonnisi deridendo à Lutheranis & Calvinistis solvi potest! Amesius 2. *Aliena est conclusio & planè Pelagiana*. Resp. Aliena ab omni veritate est hæc calumnia, & plusquam Calvinistica. Ubi enim unquam SS. Augustin. Hieronym. aut ullus ejus ævi Catholicus scriptor Pelagium reprehendit, quòd concupiscentiam in quibuscumque sive baptizatis sive infidelibus dixerit non esse formaliter & propriè peccatum? Imò, nonne S. Augustin. à Bellarmin. laudatus idem quod nos dixerat: *Pariens à pariente discernitur?* Amesius 3. *Concupiscentia dicitur parere peccatum, eo modo quo interna animi rectitudo, (quæ est justitia,) parit justitiam, id est, completum actum, de quo nomen & natura totius motus & principii ejus usitatè & propriè maximè prædicatur*. Resp. Mala est hæc comparatio. Vera comparatio debet institui inter potentiam naturalem benè dispositam, uti erat in statu innocentiæ beneficio originalis justitiæ, & malè dispositam, uti jam est, ex privatione originalis justitiæ. Item inter habitum virtutis, & habitum vitiosum. Unde patet sophistica vanitas effugii Amesiani. Non minùs insulsa sunt effugia Gerhardi, qui hunc infert 1. *Concupiscentiam in non renatis non esse peccatum*. Resp. Libenter admittimus illatum. 2. Ait: *Sic etiam peccatum originale non esse verè peccatum, quia scilicet parit peccatum actuale. Peccatum originale est inobedientia primi hominis: Ergo hæc non esset peccatum*. Resp. Argumentum ex Apostolo procedit de uno eodemque subjecto, quod hic secus est. 3. Ait: *Sic etiam delectatio æquè ac concupiscentia non esset peccatum, cùm tamen Bellar. lib. 1. de amiss. grat. cap. 3. §. rursus, dicat: Delectationem, hoc est, consensum imperfectum esse peccatum saltem veniale*. Respon. Gerhardus more suo, idest, fraudulenter Bellarminum allegat. Non enim loquitur Bellarm. de motu primo delectationis, sed de eo qui est imperfectè voluntarius & deliberatus. Motus autem ille primus planè indeliberatus æquè parùm est formaliter & propriè culpabilis & peccatum, ac ipsa Concupiscentia.

II. Probat. Paulus ad Roman. 7. vers. 17. 18. satis apertè docet, Concupiscentiam in homine justificato non esse propriè peccatum, quod reum facere possit. Amesius 1. *Secundum hoc argumentum evertit primum - - - Annon fortius argumentum, quod petitur ab eo quod dicitur, quàm quod pendet ex eo, quod disertis verbis dicitur?* Resp. Cùm Apostolus conceptis verbis dicat: *Nihil esse damnationis*, seu damnabile, culpabile, reprehensibile, imputabile, ubi nempè consensus cohibetur; manifestum est, motus illos concupiscentiæ omnes, qui carent consensu voluntatis, non posse esse culpas & peccata propriè dicta, sed ità dici per metonymiam, ut ait S. August. Unde frivola est altera evasio Amesii, qua ait: *Sophisticè à Bellarm. mutari quæstionem*, eò quod dixerit: Concupiscentiam non esse propriè peccatum, quod reum facere possit. Omne quippè propriè dictum peccatum essentialiter reatum culpæ, imputabilitatem, reprehensibilitatem &c. involvit. Voluntaria est Amesiana illa glossa, (*Non dicit, non posse sibi imputari, sed innuit, per gratiam Dei non imputari*.) Si enim non est, non est imputabile; sed in renatis non est culpa, seu voluntaria à lege DEI aversio: Ergo nec est imputabilis; & ut non esset imputabilis, fecit gratia, quæ extinxit culpam. 4. Iterum falsò affingit Apostolo, quòd *non velit absolutè motum illum non esse suum, cùm fateatur vers. 15. & 19.* se perpetrare, se facere &c. & illa ratione subjici peccato vers. 14. *Sed subintelligit, non esse suum opus comparativè, & secundùm partem illam regenitam, quæ ab illo efficaciter dissentit*. Sed vel imperitè, vel fraudulenter pervertit hæc glossa verba Apostoli, cùm non modò communis SS. Patrum interpretatio, sed ipsa ratio naturalis dictet, motus Concupiscentiæ involuntarios, (sicut è contrario motus primos gratiæ illuminantis & excitantis,) facere nos physicè, sed non moraliter, seu liberè. Unde ait Apostolus: *Non ego*, (idest, non homo, vel rationalis superior portio,) *operor illud*. Nam si reluctante ratione, sola pars inferior operatur, verè dici potest: *Non ego operor illud*. Est quidem omnium operationum physicè consideratarum principium Quod ipse totus homo; at moraliter, atque ut agens liberum, non est principium Quod nisi illarum actionum, quæ cum advertentia rationis voluntariè eliciuntur: Quo observato evanescunt pleræque cavillationes Amesii planè futiles, ac præsertim ultima, cùm ait: *Peccatum originale antecedit judicium rationis, & voluntatis actum primum, ut causa suum effectum. Concludit ergo pulcherrimè Bellarm. peccatum originale non esse peccatum propriè dictum*. Resp. Hoc non Bellarminus sed Amesius sycophanticè infert. Bellarminus loquitur de peccato actuali proprio, quod verissimè ait non contrahi ante advertentiam rationis. Amesius id nequiter ad habituale aliena voluntate contractum detorquet, ut incautos fallat. Vel si non fallat, ipse pueriliter fallitur.

III. Prob. Rom. 8. vers. 1. *Nihil ergo damnationis est in iis, qui sunt in Christo JESU*; seu, nihil est in

justifi-

justificatis condemnatione dignum, adeoque concupiscentia in renatis remanens non est peccatum mortiferum æterna damnatione dignum. Amesius: *Quamvis nulla sit iis condemnatio, est tamen dignitas & causa condemnationis: aliàs nulla esset in illis materia absolutionis: item, nulla est talis condemnatio talibus, propter misericordiam DEI reatum amoventis; sed est in ipsis causa condemnationis, &c. Eodem ferè modo respondet Magist. Scholasticorum lib. 2. dist. 23. &c.* Resp. Hæc glossa Lutherano-Calvinistica Apostolo & veritati repugnat. Nam Deus qui est infinitè bonus, sapiens, & potens, ità remittit peccatum mortiferum, ut non sit ultrà, adeoque cùm justissimè judicet res uti sunt, eos quos in amicitiam recipit, facit dignos eadem; adeoque non ultrà dignos æterna damnatione. Etsi ergo concupiscentia & ignorantia relinquantur justificatis ad agonem, peccatum tamen propriè & formaliter esse nequeunt, quia nolentes volentes iis subjacent. Mag. sententiarum non favet Lutherano-Calvinianis, nisi ultima particula, (*manet actu*,) detorqueatur ad sensum Auctori contrarium. Ly *actu* idem est quod in effectu. Concupiscentia quippè est peccati originalis effectus.

Confirmatur argumentum. Quia reatus est inseparabilis à peccato digno æterna damnatione. Non est enim sola ordinatio ad pœnam, sed est dignitas sive meritum pœnæ. Relatio autem non potest à fundamento proximo separari. Sed reatus est relatio, cujus proximum fundamentum est peccatum. Ergo reatus non manet nisi manente peccato, & perit hoc necessariò pereunte illo. Amesius: *Sola ordinatio ad pœnam tollitur in remissione peccati, non verò dignitas. Ordinationis autem illius actualis fundamentum proximum est justitia DEI persequens peccatum vindicta, & hoc fundamentum post gratiam remissionis in Christo non manet.* Resp. Gratis ista assumuntur Apostolo planè adversa. Quomodo enim nihil est in justificatis condemnatione dignum, si manet tota culpa mortalis? Numquid sic judicium Dei non esset secundum veritatem? Judicaret enim eum hic & nunc amicitia sua dignum, qui tamen reipsa est odio dignus ob meritum culpæ remanentis. Sed videamus subtile effugium Amesii: *Contrarium*, inquit, *est certissimum, quod non manet ut objectum remissionis, de eo non potest dici quòd remittatur. Deus verò quando remittit, non judicat peccatum non esse, sed ex gratia judicat non esse vindicta prosequendum; & hoc judicium est verum.* Resp. Similis est hæc argutatio Calvinistica huic: Quod non manet ut objectum destructionis, de eo non potest dici quòd destruatur. At forma corrupta in mutatione substantiali non manet ut objectum destructionis: Ergo forma corrupta non potest dici, quòd destruatur. Numquid satis ineptè? At quod inter utramque argutationem discrimen? Remissio iniquitatum nostrarum per gratiam Divinam facta, non est fictitia, sed tota quanta vera; ità ut qui paulò antè odio erat dignus, nunc amore sit dignus ob mutationem intrinsecam à gratia Dei homini provenientem.

Ad CAPUT VIII.

TEstimonia SS. Patrum Amesius omittit, conscius fortasse ex ipsa Calvini confessione, eos nimium favere sententiæ Catholicorum.

Ad CAPUT IX.

EAdem veritas probatur ex rationibus. I. Baptismus non liberat hominem à concupiscentia: Ergo vel concupiscentia non est peccatum originale: vel baptismus ab hoc non liberat. Amesius. *In celebratione Baptismi obsignatur liberatio ab omni peccato, & ab om-*
ni pœna peccati: sed effectum actuale ipsum hujus
non perficitur uno momento. Sed quomodo hac
sione enervatur argumentum? Nonne & Ant
verissimum, & consecutio optima est? Obsign
la commentitia jam Tom. III. explosa est:
gratis admitteretur, nihil indè pro solutione
argumenti.

II. Prob. Concupiscentia est effectus & pœn
cati originalis: Ergo non est ipsum peccatum
Amesius: *Concupiscentia actualis non est effectus*
na peccati orig. in eodem homine habitantis. Qu
monstri? Ergone verum, quòd homo Puritar
concupiscentia sit una eademque res? Ergone
profitetur Amesius monstrosam Illyrici fatuitat
sapientiam! Nihilo sanior est responsio, qua
bet hoc Bellarmini argumento: (Eadem e
mortis & concupiscentiæ. Sed mors est pœna
peccatum originale;) nempè, *dispar est ratio*
scentia. Neque enim dictum aut scriptum legimu
die peccabis, concupiscentia concupisces. Resp. Cert
in illa Dei comminatione, (*Morte morieris*,)
gi mortem tam animæ quàm corporis, & illa
eo momento incurrendam actu; hanc verò et
tim quoad debitum & necessitatem; quoad ac
rò ea tantùm hora & momento, quo libuerit
sententiam mortis exequi: Idque verum est i
ris æquè ac in Adamo. Sicut autem sub mo
porali intelliguntur, licèt non exprimantur
corporales, (ad mortem corporis disponente
passionum inordinatio tamquam dispositiones
tem animæ per actualia peccata incurrendam.

III. Prob. Si homo non nasceretur ex Ada
tamen haberet concupiscentiam quam nunc
non posset in eo concupiscentia propriè vocar
tum; ergo concupiscentia ex se & natura sua
propriè peccatum. Nec verum est, quod ait
Ex eadem suppositione probari posse, Concupiscen
esse pœnam. Disparitas enim inter culpam &
est, quòd ex arbitrio Dei pendeat, ut id qu
in aliquo statu hominum foret naturalis condi
post admissam culpam in statu naturæ integra
tetur in pœnam, subducta originali justitia &
ctione Dei; non verò ex decreto Dei pendet
merè naturalis sine volitione homini imputetu
pam, & peccatum propriè ac formaliter.
scentiam verò per se spectatam, merè natura
jam alibi in superioribus ostensum est, mini
justitiam originalem, utpotè naturæ humana
tam. Quàm *absurdum* autem sit, *dicere pecc*
priè dictum, esse naturale in statu puræ natur
asserit hic Amesius,) quis nisi cæcus non vi

IV. Probat. Primi concupiscentiæ motus
mens resilit, non sunt peccatum: Ergo nec
ad tales motus. Antecedens probatur: Quia
di motus non sunt in nostra potestate. Ame
stropha infertur pro Pelagianis, nullum esse pecc
omnino, quia primi ejus motus non sunt in nostra
Resp. Infertur hoc vi Quodlibeticæ, suppon
licet errorem Lutherano-Calvinisticum, de
tota Controversia. Amesius 2. *Primi isti motu*
ejusdem rationis cum originali peccato, quod Lom
cit. necessarium esse docet. Resp. Disting. Sunt
rationis cum peccato origin. à Lutheranis
nistis conficto, concedo assumptum; cum
orig. quod singulis Adami posteris inest, ne
bard. dist. 23. non dicit, quod ei Amesius
Quòd denique ex Bonaventura, Paris. A
Alens. cum Magistro dicit: Iis motibus *re*
aliquo modo in nostra potestate; nihil ad re
& planè falsum est; cùm evidens sit, pr
rebus cogitationem non esse in hominis p
ac per consequens nec motum in appetitu

bitò consequentem. Hic Magister rursum falsò allegatur.

V. Prob. Si concupiscentia est verum peccatum, & semper manet in homine, quantumvis justificato, sequitur, Christum non verè, sed imputativè tantùm redemisse ac liberasse nos à peccatis. Amesius. *Verè, & imputativè, non opponuntur*. Respond. Haud minùs quàm filius naturalis & adoptivus. Quid prodest, non imputari mihi peccatum, si reipsa illo inquiner? Quid obest imputari, si eo non sim obstrictus? Sive autem mansura, sive non mansura sit semper concupiscentia in justificatis, saltem quàm diu manet, facit homines fœdos, Deo inimicos & odibiles, si à parte rei, (ut adversarii contendunt,) propriè peccatum mortiferum est. Plura de hoc infrà, ubi de justitia imputativa agetur.

Ad CAPUT X.

OBjiciunt hæretici I. *Concupiscentia quæ in renatis est, sæpè vocatur peccatum. Rom. 6. vers. 12. & 7. vers. 7.* Resp. cum S. August. Vocatur ità per metonymiam, sicut Oseæ 4. vers. 8. Sacerdotes dicuntur comedere peccata populi; & 2. Corinth. 5. vers. 21. Christus dicitur peccatum, quia sacrificium fuit pro peccato. Amesius. *Hoc ipsum concipi non potest*, (à Lutheranis & Calvinistis, quia nolunt,) *quomodo aliquid per modum habitus interni causa esset peccati, & non peccatum. Interna causa inclinans ad bene agendum, est bona.* Resp. Id facilè concipiunt omnes, quibus hæresis perversa non dominatur. Mala est physicè & causaliter seu radicaliter, minimè verò moraliter & formaliter; sicut & habitus supernaturalis virtutum Theologicarum est bonus physicè & causaliter, minimè verò moraliter & formaliter; cùm ad hoc essentialiter requiratur libertas; ut constat ex primis principiis Ethicæ erroribus Neo-Evangelicis non interpolatæ. Unde jam frustrà adducuntur in subsidium illa epitheta Concupiscentiæ ab Apostolo cap. 6. & 7. expressa, quòd sit *non bonum, malum, odio habendum, pugnans cum lege Dei, crucifigendum, mortificandum, destruendum, miserum reddens eum cui inest &c.* Plus enim ex istiusmodi non extunditur, quàm motus concupiscentiæ legi Dei adversantes esse malos materialiter & objectivè; quibus si accedat consensus rationis, pariatur peccatum formaliter. Alia ratio est de peccato habituali, id enim sine dubio est formaliter malum, quia nihil aliud est, quàm peccatum actuale necdum condignè retractatum & remissum.

II. Objic. *Apostolus Rom. 7. vers. 7. apertè testatur, Concupiscentiam esse peccatum à lege prohibitum.* Respon. Sic est de actu voluntario concupiscentiæ, qui sine dubio formaliter repugnat legi Divinæ. Quæ replicat Amesius, sunt petitio merissimi principii.

III. Objiciunt: *Respectu peccati inhabitantis Apostolus Rom. 7. vers. 14. conqueritur se esse carnalem, subjectum peccato, & non posse legem spiritualem Dei perfectè servare.* Resp. Paulus non vult significare, legem spiritualem non servari à justificatis, quatenus opus est ad vitandum peccatum; sed non servari, quoad perfectionem illam quæ est finis præcepti, ac propterea non est propriè præceptum. Ità SS. Augustin. Thomas &c. quorum proinde *Glossam* ait Amesius *textui*, (Puritanicè accepto,) *directè contradicere*. Et cur? *Textus enim dicit, legem à Paulo non observari, quia subjicitur peccato.* Imò oppositum dicit, nempè: Paulum *id quod odit*, (secundum liberum assensum voluntatis,) *facere*, physicè scilicet, ità *ut non ipse*, hoc est, superior animæ portio, sed *caro*, seu inferior portio, id quod (moraliter & liberè) non vult ratio superior, *nolens faciat: spiritu autem*, seu libero rationis arbitrio, *servat legi Dei*. Adde duas alias à Bellarmino adductas interpretationes ejus loci, quas Amesius silentio *enervavit*. Prior est, Apostolum non loqui de se, similibusque justis, sed de improbis. Ità SS. Chrysost. Ambros. & August. Posterior est: Præcepto: *Non concupisces*, non vetari ullo modo motus involuntarios, sed tantùm assensum mentis. Tum quia ea lex ab Apostolo vocatur *lex mentis*, non carnis. Tum quia hoc præceptum Exod. 20. vers. 13. Deuter. 5. vers. 17. & Matth. 5. vers. 27. ponitur cum aliis Decalogi præceptis, quæ omnia non nisi de actibus liberis esse constat.

IV. Objic. *Paulus nolendo concupiscentiam consentiebat legi. Lex igitur non voluit, idest, prohibuit concupiscentiam inesse Paulo. Rom. 7. vers. 16.* Resp. 1. Si præceptum: *Non concupisces*, cum S. Augustino extendatur ad motus involuntarios, tunc fatendum est, eos motus repugnare legi, sed non esse peccata, quia nempè ut sic, ea lex indicat finem, non verò imperat media. Nec obstat (ut putat Amesius,) illud: *Quod odi hoc facio*. Nullum enim hic vestigium medii imperati. Resp. 2. Si verò restringatur illud præceptum ad motus tantùm voluntarios, sic dicendum est, tam legem, quàm mentem Pauli nolle concupiscentiam ut objectum. Sicut si quis hominem casu & præter intentionem occideret, is verè dicere posset: Quod nolui, feci, & ideò consentio legi homicidium prohibenti, quia bona est; Nec tamen hinc colligi deberet, præceptum (*Non occides*) extendi ad homicidium omnino involuntarium, cùm hoc non sit contra legem, nisi materialiter. Amesius non habens unde solidè configat hanc responsionem, calumniatur 1. *Speciem distinctionis hic objici incautis, &c.* Sed scitne quid loquatur? Certè nil ad rem! 2. Ait *In exemplo allato de homicidio involuntario non reperiri eam oppositionem, quæ est in lege & concupiscentia.* At hoc apertè falsum esse patet, si in verbis Amesianis loco *Concupiscentia* ponatur *Homicidium* (utrinque voluntarium,) hoc modo: *Paulus quia noluit homicidium, indè probat se consentire legi in illo bono, quod postulat, quia homicidii malum, & legis bonum opponuntur.* Nimirum Amesius expedire se non potest, & tamen tacere non potest!

V. Objic. *Concupiscentia dicitur lex bellum gerens adversùs legem Dei, & captivum hominem reddens legi peccati. Roman. 7. vers. 23.* Resp. Multa legi repugnant, quæ non sunt peccata. Ex. grat. Homo qui peccat: Lex injusta &c. Amesius: *Nihil potest legi Divinæ repugnare sine peccato, &c.* Distinguo, de formali & morali repugnantia verum est; de materiali, objectiva, & alia qualicumque falsum est. Numquid qui tollit legem, repugnat vel contrariatur, itemque qui dispensat in lege, ejus vim partialiter tollit, adeoque adversatur? At nullatenus ideò peccat. Ipse Deus suas leges anteriores antiquavit, ac in iis subinde dispensavit. Repugnat itaque Concupiscentia legi mentis, ut lex contraria impellens ad malum, quomodo etiam legi repugnat diabolus, speciosa & illecebrosa fœmina, (quantumvis innocens & casta,) & quidquid objectivè movet, incitat ad legis transgressionem. Hæc omnia esse peccata quis nisi vecors dixerit?

VI. Objic. *Roman. 7. vers. 24. Concupiscentia dicitur corpus reddens hominem infelicem.* Resp. Etiam error, morbus, egestas, & cæteræ miseriæ reddunt hominem infelicem, sed an ideò peccatorem?

Ad CAPUT XIV.

HÆretici contra Catholicam veritatem proferunt etiam nonnullas rationes.

I. Objic. *Motus concupiscentiæ sunt illiciti: Ergo sunt peccata.* Resp. Illicitum est iis præbere consensum. Licitum & illicitum tantùm respiciunt liberam voluntalunta-

luntatem. Non nisi pecus Arcadicum dixerit, illicitum esse bestiis lascivire, rapere, laniare, &c. Sed inquit Amesius: *Omnes vires nostræ ferri debent in bonum.* Resp. Omnes quæ, & quatenus subsunt imperio voluntatis. Non autem subest despotico nostro imperio Concupiscentia &c.

II. Objic. *Quod per se trahit ad malum, eadem lege prohibetur, qua prohibetur ipsum malum: Sed concupiscentia per se trahit ad malum. Jacob. 1. vers. 14. Ergo.* Resp. Non prohibetur nisi materialiter, nè scilicet ejusmodi objectis præbeamus consensum: hic enim tantùm propriè & formaliter vetatur per legem. Amesius: *Fuit aliquando in hominis arbitrio & potestate, admittere vel cohibere motus concupiscentiæ. Potestatis autem privatio culpa nostra contracta non tollit rationem culpæ. Ergo.* Resp. Si subsumptum universè verum esset, is qui per ebrietatem E. G. incurrisset gravem morbum, quo multis mensibus fit impotens muneri suo exequendo, toties & tamdiu graviter peccaret, quoties & quamdiu non potest fungi munere suo quantum vellet. Itaque peccata ejusmodi non sunt in se formaliter, sed in causa.

III. Objic. *Concupiscentiam, quæ remanet in baptizatis, Deus odit, & nos odisse debemus.* Resp. Quatenus incitat ad peccatum, concedo: quatenus est potentia naturalis tendens in bonum sensibile delectabile, eatenus non odit Deus, nec nos odisse debemus, sed fræno rationis coercere. Debemus utique aversari & fugere non solùm quæ sunt peccata formaliter, sed etiam omnia eorum illicia & stimulos.

IV. Objic. *Quod dissidet à norma legis, est peccatum. Sed concupiscentia in renatis dissidet à norma legis. Ergo.* Resp. Propositio est falsa, nisi largo modo & materialiter accipiatur, ut jam patet ex dictis ad superiores objectiones. Rectè dixit Bellarminus, hoc argumentum (quod ut Achillem suum jactant Philippus, Calvinus, Kemnitius &c. *Cujus mole premi se sentiant omnes Pontificii*) à multis eludi per jocum. Et meritò! Quis enim nisi asinus dixerit: Si quadrupes pauperiem fecerit, (seu injuriam materialem alteri intulerit,) & ideò noxæ eam dari oporteat, ideò formaliter peccasse. Verbo, Legis formaliter sumptæ capax non est, nisi rationis compos, qualis nè in homine quidem est concupiscentia, & quævis passio sensitiva. His expeditis videamus breviter in hac materia

§. Unico.

Objectiones Gerhardi.

Pleraque ejus cum Amesianis coincidunt. Pauca seorsim adnotanda restant. Disput. 26. Th. 62. vel sycophanticè, vel pueriliter objicit antilogiam Bellarmino, eò quòd diversas attulerit solutio quartam objectionem, quarum *secunda tollat p tertia secundam*. Sed nec hoc verum est, si nes illæ in genuino sensu accipiantur; & q esset inter eas repugnantia, id veritati Ca minimè officeret; cùm sæpè aliquæ sententiæ lutiones seorsim sumptæ sint probabiles, mini rò comprobabiles.

Thes. 64. ait: *Si illud solùm est transgressi quod actu voluntarium, tollentur omnia ignoranti firmitatis peccata; item negabitur in universum peccatum. Neutrum consequens admittet Bellarm nec Antecedens admittere debebit.* Resp. Nihil sequitur. Ignorantiæ & infirmitatis peccata nu sine aliquali malitia, adeoque advertentia & gressione culpabili aliquatenus. Tantùm v nuuntur, quantum minuitur advertentia ac l tolluntur etiam penitùs, si ignorantia sit in lis, aut passio rationem planè opprimat. Gerhardus ex elementis moralibus nescivit rudis est; si sciens ità arguit, Titius videra modo à sycophantia eum immunem præstet

Th. 65. *Quod Bellarm. dicit*: Concupiscentia haberi à Deo, & tamen non esse peccatum *veritati & sibi ipsi contradicit.* Resp. Nulla est l tradictio. Sicut enim habitus vitiosus in ho stificato remanens cum odio, seu displicenti (qui proinde Deo quoque displicet,) nec culpa sive actualis sive habitualis, cùm (u nimus) per ferventem actum contritionis om tus ei sit remissus: ità & hìc. Et per hæc e etiam argumentum Gerhardinum Th. 59. Ci Th. 96. ex dictis Bellarm. ità infert: *Quod lum positivum, perversio & obliquitas voluntatis calori per calefactionem acquisito, aversio mens per modum habitus manens, habitus acquisitus, &c. non est nuda privatio, sed etiam vitiosa Illa omnia conveniunt peccato originali: Ergo non tùm privatio, sed etiam vitiosa qualitas.* Res Gerhardus vel *flagitium*, vel *puerilem* inscitia Bellarmin. in plerisque locis à Gerhardo a non loquitur de habitu vitioso, sed de pec bitualiter remanente, quamdiu non retrac remittitur. Et hoc habitualiter manens pec (sive originale, sive personale,) juxta co rem Theologorum sententiam, rectè dicit re tantùm in privatione, quæ constituat pec habitualiter à Deo aversum, eo ipso quo c bituali gratia sanctificante, per quam formal vertatur ad suum finem ultimum, eundem eulet. Quòd verò inter cætera refert hæc: *in anima peccatoris dispositio vel habitus acquisit* nè falsariè affingit Bellarmino id, cujus op asserit: *Vitium est*, inquit, *non peccatum.*

VINDICIÆ
IN PRÆFATIONEM
DE LIBERO ARBITRIO.



AMESIUS in hac Controversia ità præludit: *Mirabilis est procedendi ratio, qua utitur Bellarmin. de gratia & libero arbitrio. Quamvis enim controversiarum tractationem profiteatur, adversus hæreticos hujus temporis, & Theologis nostris magno hiatu vel rictu in præfatione minetur: sex tamen istis libris, vix ullam controversiam gravem habemus ritè formatam ac digestam, quæ adversus nos legitimè tractetur: sed magno strepitu agitur de Scholasticis quæstionibus, de domesticis Pontificiorum litigiis, & de erroribus Pelagianis, ad eorum participationem à suis interpolatoribus amoliendam, sententiis nostris obliquè tantùm & obiter maxima ex parte notatis. Perplexa hujus circuitionis vera causa fuit, quòd inter Pontificios tam multæ sint, & jam olim fuerint de istis rebus contentiones, quæ sine ulla Papali definitione agitantur, ut Bellarmin. non habuerit certam aliquam & receptam Ecclesiæ Romanæ sententiam, nostræ doctrinæ opponendam.* En scopulos! (*Clamat Mariana de morte & immortalitate distinct. 3. cap. 8.*) *Neque verò est tantùm aliquot annorum hæc fluctuatio Pontificiorum. Ante annos ferè trecentos, Bradwardinus noster vehementer imploravit Ecclesiam Romanam, ut istas quæstiones determinare dignaretur. Ab isthoc tamen somno necdum excitatus est Papa. Nobis igitur necessarium erit, maxima ex parte, præter instituti rationem excerpere illa ex Bellarmino, quæ digna sint animadversione, &c.* Respond. Puritanus iste gregarius suis tyronibus, quos credebat Bellarminum, vel non lecturos, vel non intellecturos, insigniter fucum facit. Quomodo enim *Controversiam gravem vix ullam tractat his sex libris* Bellarminus, qui tam operosè capitalem & fundamentalem illum de *libero arbitrio, gratia necessitante, &c.* errorem, bestiæ, quàm homini magis congruentem exagitat, & exscindit? Hunc articulum ajebat olim Patriarcha omnium nostri ævi hæreticorum Lutherus, tum in assertione artic. 36. tum in lib. de servo arbitrio contra Erasmum cap. ultim. *Esse rem ipsam, summam causæ, cardinem rerum, omnium optimum, præ quo illi de Papa, Conciliis, Indulgentiis &c. sint nugæ.* Et revera, sicut Pelagiana hæresis gratiæ Divinæ inimica, hac unica veluti basi videbatur niti, negatione scilicet concursus generalis Divini, ut eruditè ostendit P. Anton. Perez in 1. part. ità è diametro opposita hæresis Lutherano-Calviniana fundatur in negatione liberi arbitrii. Hinc enim mox pullulant cæteri errores, de decreto absoluto positivo reprobationis, de gratia efficaci irresistibiliter necessitante, de Deo auctore peccati, de negatione gratiæ sufficientis, itemque satisfactionis Christi pro omnibus mortuis, de impossibilitate servandi præcepta, de justitia imputativa &c. Quòd verò nonnulla huic principali tractationi de liberi arbitrii & gratiæ cooperatione præmittantur & immisceantur, quæ inter Theologos in scholis controversa sunt, quid, quæso, reprehensionis merentur? Numquid etiam in S. Augustino Pelagianorum malleo idem observavit S. Cœlestinus Papa, qui sicut *profundiores* de Gratia & Prædestinatione *quæstiones intercurrentes* non intendit sua auctoritate confirmare, ità noluit ullatenus improbare. Libenter fatemur, nullam esse in Theologorum Scholis quæstionem difficiliorem, quæ jam à temporibus S. Augustini & Pelagii ingenia exercuit, quàm ea ipsa de concordia Gratiæ & liberi arbitrii. Fretum est angustissimum, (ut vocat Did. Ruiz. in præfat. Tractat. de prædestinat.) quod transire innoxiè est difficillimum, non declinando vel ad scyllam Pelagianam, vel ad charybdin Manichæi, Lutheri, Calvini, &c. Et quamvis hactenus à Sede Apostolica, aut universali Concilio non sit definitum, in quo præcisè consistat illa gratiæ prædestinativæ efficacia, libertatem arbitrii nihil oblædens: complures tamen errores ad alterutrum extremum perniciosè vergentes anathematis cauterio notati sunt; quos inter sunt quoque illi quinque Jansenio-Calviniani ab Innocentio X. nuper confixi. Ubi quidem negati vix potest, haud leve præjudicium ex illa Jansenianarum propositionum damnatione, illi Thomisticæ ad actus tam malos quàm bonos prædeterminatione illatum esse; Ità ut P. Bernardus Gujard è Prædicatorum Ordine Theologus Parisiensis anno 1655. apertè professus sit: *Prima fronte sibi non solùm, sed aliis quamplurimis doctrinam Jansenianam Thomisticæ similitudinem quandam præseferre visam esse.* Unde & Lud. Montaltius Jansenista in suis Epistolis Provincialibus contra Jesuitas gloriatur, inter delectos ab Innocentio X. Theologos Vincentium Candidum è Dominicanis S. Palatii Magistrum, pronuntiasse, nihil se in quinque propositionibus Jansenianis censura dignum videre: tamen cùm idem Gujardus cum suis Sodalibus protestentur asseverantissimè, se *re exactè ponderata comperisse tandem, illam aurichalcum, hanc obrizum, assignatis ultro citroque variis discriminibus*; non est, cur litem illam hìc nostram faciamus, cùm oppidò multa & gravia inter Catholicos & Lutherano-Calvinianos controversa se offerant.

V I N D I C I Æ
PRO LIBRO PRIMO
D E G R A T I
ET LIBERO ARBITRIO.

Ad CAPUT I.



HUJUS vocabuli (Gratiæ) tres sunt in Sacris literis notiones. Nam accipitur 1. Pro quovis beneficio Dei, ut Sap. 16. v. 25. ubi gratia DEI dicitur *omnium nutrix*. 2. Pro solo beneficio supernaturali, sive ex merito Christi, sive ex mera liberalitate Dei profecta. Sic Luc. 2. vers. 40. dicitur: *Gratia Dei erat in illo*, (Christo,) *plena gratia & veritatis*. Joan. 1. v. 14. 3. Propriissimè pro solis illis beneficiis supernaturalibus, quæ hominibus indignis conferuntur. Hæc cùm per se sint vera & plana per se, opponit tamen Amesius S. Thomam 1. 2. qu. 110. art. 1. ubi ait: *Gratia tripliciter accipi consuevit. 1. Pro dilectione alicujus. 2. Pro aliquo dono gratis dato. 3. Pro recompensatione beneficii gratis dati; quorum trium secundum dependet ex primo. Ex amore enim, quo aliquis habet alium gratum, procedit, quòd aliquid ei gratis impendat. Ex secundo autem procedit tertium, quia ex beneficiis gratis exhibitis gratiarum actio consurgit*. Hæc doctrina sicut vera & elegans est, (prout fatetur Amesius,) ità Bellarmino minimè adversatur, uti patet mox in prima partitione. Calumniatur ergo Amesius, cùm ait: *Hujus notionis*, (qua gratia sumitur pro dilectione,) *qua in Scripturis maxime celebratur, & præ omnibus facit ad Dei gloriam & fidelium consolationem, rarò & obiter fit mentio apud justitia operum Patronos: vident enim omnes suas notiones meritorias, hac una notione gratia funditus everti*. At certè hoc non videmus, sed videmus ac propè palpamus mendacissimam criminationem Puritani, quæ infrà, ubi de *Merito*, excutietur.

Ad CAPUT II.

I. PArtitio gratiæ, secundo & tertio modo sumptæ, est: in gratiam æternam, quæ est æternus Dei amor; & temporariam, in beneficiis vocationis & justificationis consistentem, quæ est effectus gratiæ æternæ. Amesius turpiter fallit aut fallitur, cùm ait: *Hanc partitionem priorem, illam notionum distinctionem refutare. 1. Quia æterna gratia confert omnia beneficia, non est beneficium, quod nobis confertur, & proinde in illis notionibus non continetur*. Resp. Non Bellarmin. sed Amesius refutat seipsum. Quomodo enim verum est, nos Pontificios rarò & obiter mentionem facere dilectionis illius æternæ & prædestinationis, qua gratuito nobis præparavit omnia beneficia gratiæ quibus liberamur; cùm tamen expressè profiteamur esse primum, & radicem omnium beneficiorum reliquorum? aut cur gratiam & beneficium ad eas angustias coarctemus, cùm non nisi ipsa dona collata eo nomine veniant? Inepta hæc in primis logomachia est, & planè veritati adversa. Discat hoc Puritanus à gentili Seneca, qui lib. 1. de benef. cap. 5. sic ait: *Non potest beneficium manu tangi, animo cernitur: multum interest inter beneficii materiam, & beneficium. Non*
aut detur, refert, sed qua mente.

II. Gratia temporaria, est vel gratis data
rum salutem præcipuè collata: vel gratum
ad propriam cujusque salutem potissimùm d
hìc carpit Amesius, disjicientur infrà, ubi
catione Christi nobis extrinsecè imputata.

III. Gratia gratis faciens, est vel grati
nens, seu habitus infusi; vel gratia auxilii
seu motio specialis. Amesius iterum suum d
tiva justitia errorem objicit, planeque fal
Auxilium Dei cùm habeat animas nostras pro o
non pro subjecto, formaliter neminem gratum
stat. Sic est: at neque nos dicimus, auxil
vina nos formaliter gratos reddere Deo,
sed causaliter, procurando dispositiones a
habitualem acquirendam requisitas.

IV. Auxilium speciale est excitans gratia,
pertinent Divinæ illustrationes, & inspirat
adjuvans, ad quam spectat Divina coopera
ctio & protectio.

V. Partitio auxilii est in gratiam suffic
efficacem. De quibus in particulari infrà. S
neque hìc Amesius interim à mendaciis abs
tuit, seu voluit, cùm ait: *Hæsitare Bellar*
non constare Pontificiis, utrùm gratia illa suffic
bitualis gratia, vel auxilium tantùm & motio s

VI. Gratia efficax est vel operans, qu
velimus; vel cooperans, quæ facit, ut q
rimus impleamus. Amesius opponit S. Tho
quæst. 111. art. 2. disertis verbis docentem
operantem & cooperantem esse eandem gratiam
stingui secundùm diversos effectus. Deinde ait
Etiam de gratia sufficienti & efficaci justam di
cum Calvinicis fugere Bellarminum. Sed hoc e
niam patebit infrà. S. Thomam mala fide
allegari, liquebit eum articulum legenti.

Ad CAPUT XI.

AMesius dissimulat quæ Bellarm. cap. 3
putat contra Calvinum, Kemnitium
gratia habituali. Quàm vana igitur sun
nia, cùm in Procemio desiderari *formatas*
versias graves ajebat! Saltum ergo facit A
que ad cap. 11. ubi Bellarm. ait: Partitior
in sufficientem & efficacem hæretici nostr
omnino repudiare coguntur, cùm apud e
Deo moventur, necessariò bene agant; qu
moventur, non possint bene agere, ac p
nis Dei motio sit efficax, nulla sufficiens.
Falsa hìc omnia & calumniosa. Nam 1. partit
non omnino negamus; sed sensu illo Pelagiano
suetis nonnullis explicari solet. Non distinction
parationem gratiæ ad conversionem simpliciter
efficacis negamus. 2. Apud nos non omnes illi
moventur, necessariò benè agunt: novimus enim
externè quàm internè moveri ad bene agendum
motionibus illis resistunt. 3. Apud nos etiam,

ventur actu ad hoc aut illud bonum, sæpè tamen potentiam & facultatem habent faciendi bonum quod non faciunt. Resp. Quomodo *falsa & calumniosa* dici potest assertio Bellarmini, quam verbis tam perspicuis ipsius Calvini lib. 2. cap. 3. §. 10. proponit: *Voluntatem*, ait Calv. *movet gratia, non qualiter multis seculis traditum est & creditum, ut nostræ postea sit electionis, motioni aut obtemperare aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo.* Unde evanescunt omnia effugiola Amesiana. Si enim gratia non aliter movet voluntatem, quàm efficaciter ità efficiendo bonum, ut non sit in electione voluntatis refragari, (ut apertè contra nos Calvinus asserit,) quomodo motioni gratiæ resistatur? Verba dat Puritanus. At ecce! max seq. Th. quod in 1. Th. videbatur negare, reipsa asserit. Nam postquam rejecisset definitionem auxilii sufficientis à Bellarmin. suprà cap. 3. allatam tamquam *tenebricosam & lucifugam*, nempè hanc (Auxilium sufficiens dicitur, quo Deus ità hominem vocat & excitat, & juvare dirigendo, protegendo, cooperando paratus est, ut revera possit ille sic excitatus & vocatus velle credere, velle converti, velle bonum aliquod facere, tametsi reipsa non velit credere, aut converti, aut bonum illud facere.) Hac, inquam, explicatione revera lucidissima rejecta, subdit: *Quæstio non est de quocumque modo volendi credere & converti, sed de ipso credere & converti.* Deinde adductis testimoniis Barthol. Medinæ, & Bannesii, sic format statum controversiæ: *Negamus igitur auxilium Dei sufficiens, quo possit homo vel intrinseca sua potentia, vel indifferentem Dei gratiam determinando, converti, ab iis recipi, qui numquam reipsa convertuntur.* Verùm hæc Amesiana omnia scatent fraudibus & falsimoniis. Nam 1. Si quæstio non est de posse, sed tantùm de operatione actuali, cur se opponit Amesius huic divisioni auxilii excitantis, quo vel possumus converti, vel reipsa convertimur? 2. Quæstionem hanc esse juxta Calvinum patet ex apertis ejus verbis; & etiam juxta larvatos omnes Calvinistas, videl. Jansenistas, quorum propositio nuper ab Innocentio X. damnata hæc est: *Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus, secundum præsentes quas habent vires sunt impossibilia: deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant.* Item: *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ numquam resistitur.* Numquid tam à Calvino quam à Jansenio præcisè negatur gratia sufficiens ad servanda præcepta? Et hanc controversiam gravissimam esse, quis sani capitis negaverit? 3. Medina, Bannez, aliique Thomistæ communiter, ut hæreticam rejiciunt assertionem Calvini & Jansenii, qua tollunt gratiam sufficientem ab efficaci distinctam; ut videre est apud Bernard. Guardum, qui lib. 2. quæst. 2. ostendit: *Apud Thomistas de fide esse, infallibiliter dari gratiam sufficientem, quotiescumque occurrit præceptum adimplendum.* Unde liquet, Medinam & Bannesium planè impertinenter huc trahi. 4. Nihil ad præsentem controversiam, (quæ præcisè hic est: *An detur aliquod auxilium gratiæ, quod sit sufficiens & non sortiatur effectum?*) facit, sive homo sua intrinseca potentia, sive indifferentem Dei gratiam determinando, possit converti. Hoc enim non ad *An est*, (de quo solo hic agitur,) pertinet. An verò libera voluntas gratia tali sufficiente præventa & excitata, possit per intrinsecam potentiam determinare seipsam ad respondendum excitationi, vel non, alibi definiendum est. 5. Sycophantatur Amesius cùm ait: *Se non negare* omnino *partitionem illam, sed tantùm sensu illo Pelagiano, quo à Jesuitis nonnullis explicari solet.* Calumnia hæc, qua passim Catholicos impetunt adversarii, infrà depelletur. 6. Cùm igitur reipsa contra suum Magistrum Calvinum admittat Amesius: *Multos etiam internè moveri ad bene agendum, qui tamen motionibus illis resistunt*; planè frustrà eludere conatur argumenta Bellarmini, quæ probant, gratiam dari sufficientem, cum qua possent, si vellent, converti, qui defacto non convertuntur. Supervacaneum proinde est Amesianas tergiversationes hic prosequi; sufficit annotare Bellarminianas probationes.

I. Ex Isai. 5. vers. 4. 5. *Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci?* Dominus dederat illis sufficientem culturam, seu gratiam, per quam verè & propriè converti possent; neque enim aliàs potuisset expectare fructum bonum: gratiam tamen efficacem non habuerunt: Nam si habuissent, fructum bonum utique fecissent.

II. Ex Matth. 23. vers. 37. *Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.* Quomodo voluit Dominus congregare filios Hierusalem, & ità voluit, ut queratur de nolentibus, si eos quos sciebat per se non posse velle, non juvit ut possent velle? Non igitur caruerunt gratia sufficiente.

III. Ex Act. 7. vers. 51. *Vos semper Spiritui S. restitistis.* Inspirabantur igitur eis bona desideria, ità ut converti potuerint, nam aliter quomodo resistebant Spiritui S. & cur tam acriter arguuntur?

IV. Ex Rom. 2. vers. 4. *An divitias bonitatis ejus & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Cur Deus ad pœnitentiam expectaret, quibus non dedisset sufficiens auxilium ad conversionem? Ignorat fortasse, tales non posse converti? Nimis dispar est ratio inter eos, quos Deus novit non se conversuros etsi maximè possent, & illos, quos scit non habere vires sufficientes & auxilia ad conversionem.

V. Ex Apoc. 3. vers. 20. *Ego sto ad ostium & pulso.* Ii ad quorum cor Dominus pulsat, si non habent sufficiens auxilium aperiendi, cur Dominus pulsat? an ignorat eos aperire non posse?

VI. Si non datur gratia aliqua verè sufficiens, primus homo non sua culpa cecidisset. Quomodo enim peccasset in eo, quod nequivit evitare? Videbitur quoque Deus deserere amicos suos antequam ab eis deseratur. Cùm enim justus peccat, non habet gratiam efficacem: Ergo si nec sufficientem habet, deseritur à Deo quem non deseruerat. Denique tunc nemo posset verè dicere, se non fecisse tantum boni, quantum potuit; nec ullus se reprehendere, quòd gratiæ DEI non fuerit cooperatus quantum potuit & debuit; quæ omnia sunt perabsurda, & à sensu Sanctorum alienissima.

Ad CAPUT XII.

QUæstio est: Qua in re sita sit, & unde sumatur gratiæ efficacia? *Hanc quæstionem, quamvis sit gravissima, & cardo omnium, quæ de Gratia & libero arbitrio disputantur, Bellarm. tamen (pro sua calliditate,) noluit in eam sese demittere, ne Pontificios quosdam nimis offenderet. Non disputat igitur adversùs nostros directè, neque adversùs quemquam nominatim, sed levi & molli brachio duas opiniones perstringit, & suam tertiam innuit potiùs mussitando, quàm distinctè proponit, aut solidè probat. Quæ habet ad rem, paucis revocabimus ad examen*, ait Amesius. Verùm enimverò quid hic dicemus esse *ad rem?* Controversia ista est sanè omnium gravissima, quæ in Scholis Catholicorum jam ultra 60. annos agitatur: at absolutè inter controversias fidei inter Nos & Lutherano-Calvinianos minimè referri potest: unde non nisi incidenter pro majori declaratione aliarum fidei controversiarum eam quoque breviter delibavit Bellarminus; quæ deinceps supremo conatu inter Dominicanos, & Societatis Theologos disceptata est. Conspirant

ſpirant autem concorditer omnes Catholici in hoc, (contra Pelagianos ex una, & Manichæos, Calvinianos, Janſeniſtas ex altera parte;) à parte rei veram & ſummam eſſe humanæ libertatis cum gratia Divina concordiam, ita ut nec libertas arbitrii etiam in ſupernaturalibus vi gratiæ irreſiſtibilis impediatur, & tollatur, ut volunt poſteriores; Nec gratiæ neceſſitas negetur ob liberi arbitrii facultatem & vires. De modo autem conciliandi utrumque, nihil unquam ab Eccleſia definitum eſt, nec quidquam è Scripturis SS. aut traditione Eccleſiaſtica planum & firmum habetur. Unde jam à S. Auguſtini ævo uſque huc ſemper in confeſſo fuit in omnium Theologorum Scholis, (ſi Durandum & Dolam, concurſum Dei generalem negantes, excipias,) id quod Magn. Auguſtinus pronuntiavit lib. de grat. Chriſti cap. 47. *Iſta quæſtio, ubi de arbitrio voluntatis & Dei gratia diſputatur, ita eſt ad diſcernendum difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur: quando autem aſſeritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.* Oritur autem tota difficultas ex hoc Ceraſtino: Vel gratia Divina, quæ eſt medium, per quod Deus efficaciter perducit ad ſalutem, humanæ voluntati imponit neceſſitatem, vel non. Si primum: deſtruitur libertas; cùm hæc conſiſtat in indifferentia ad agendum, vel non agendum. Si ſecundum: quomodo ſalvatur efficacia gratiæ, eique innixa certitudo immobilis prædeſtinationis æternæ? Si enim non eſt neceſſe, ut homo conſentiat gratiæ efficaci, fieri poteſt ut ei diſſentiat, adeoque contingere poterit, ut decretum prædeſtinationis corruat, & voluntas Dei efficax non conſequatur effectum. Sicut autem tempore Sancti Auguſtini, & proximè eum conſecutis annis, nemo Orthodoxorum rebatur, ad fidei Catholicæ integritatem neceſſariam eſſe definitionem hujus & ſimilium profundarum quæſtionum, in diſputatione Pelagianos inter & Auguſtinum habita, emergentium, ita & nunc. Si tunc contra Pelagianos ſufficiebant novem illi articuli anathemate ſancati; cur modò contra Lutherano-Calvinianos errores, (Pelagiano è diametro contrarios,) damnandos, non ſufficiant Canones Tridentini: & contra Janſenianos, quinque propoſitiones ab Innocentio X. confixæ? Cur non liceat & nunc cum Sancto Cœleſtino, (qui ſupradictos 9. articulos contra hæreſin Pelagii Apoſtolica auctoritate confixit,) pronuntiare: *Profundiores verò difficilioreſque partes intercurrentium quæſtionum, quas latiùs pertractarunt, qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere.* Videatur è Reformatis Gerhard. Voſſius lib. 6. hiſtor. Pelag. Th. 17. 18. Quod verò Bellarm. hic ſuam opinionem contrariis refutatis breviter firmavit & declaravit, non cenſendus eſt extra oleas eſſe vagatus. Indicavit enim, quomodo ipſe putaret probabilius ſolvi argumentum illud, quo juxta Calvinianos cenſetur tolli libertas arbitrii in ſupernaturalibus per auxilium efficax. Luſtremus ergo cavillos & calumnias Ameſii, quibus unicè hic oppugnat Bellarminum. Dixerat cap. 12. Bellarminus:

Prima opinio eorum eſt, qui gratiam efficacem conſtituunt in aſſenſu & cooperatione humana, ita ut ab eventu dicatur gratia efficax, quia videlicet ſortitur effectum, & ideò ſortitur effectum, quia voluntas humana illi cooperatur. Hæc opinio aliena eſt à ſententia Sancti Auguſtini, & etiam Scripturarum Divinarum; evertit fundamentum Prædeſtinationis Divinæ, & abutitur voce Gratiæ efficacis. Ameſius non negat hæc *verè* dici à Bellarmin. quiritatur tamen, quòd *amicè & familiariter tractet hanc hæreſin, quia multos & magnos fautores habeat inter Jeſuitas, nempe Molinam, Becanum &c.* Immò, in-

quit, *eadem (quamvis aliis verbis fucata,) eſt ſent*
Suarez, Vaſq. & ipſius etiam Bellarmini, ut paulò
apparebit. Reſpondeo, Hæc eſt enormis calumn
Nam 1. à nullo Pontifice, à nullo Concilio repr
ta eſt ea ſententia ut hæretica. Calviniſtarum d
natio, qua, quidquid fatalem neceſſitatem non ir
cit voluntati humanæ, ut Pelagianum impiè cr
nantur, nec pili facienda eſt. 2. Non niſi per
guem calumniam ea opioio affingitur Bellarmir
Suarezio, &c. cùm anno 1613. hi inter præcip
Theologos, P.N. Generali Claudio Aquavivæ
ctores fuerint, ut decreto univerſali è Scholis &
bris Societatis proſcriberet eam ipſam ſententiam
quam nonnulli incautiùs declinarant. Videatur ip
decretum in Tom. 2. Tanneri Diſp. 6. quæſt. 2. du
num. 86.

Secunda ſententia eſt eorum, qui docent,
tiam Dei efficacem eſſe actionem Dei phyſica
qua determinet voluntatem ad volendum & eli
dum bonum. Hæc opinio videtur mihi aut eſſe
nino eadem cum errore Calvini & Lutheranor
aut parùm ab illo diſtare. Nam deſtruit gratiam
ficientem: tollit è medio liberum arbitrium.
ſtrui gratiam ſufficientem patet; quia ſi gratia e
citer phyſicè prædeterminans neceſſaria eſt ad h
ut voluntas moveatur, ſine qua motione nihil
luntate fieri poteſt: Ergo ſine hac gratia phyſi
efficaciter prædeterminante nulla poteſt fieri
bona. Ergo nulla extra hanc datur gratia ſuffi
verè. Liberum autem arbitrium deſtruit: quia
ta gratia prædeterminante non eſt in poteſtate
ris arbitrii agere, vel non agere; neque eſt in eju
teſtate, ut ea gratia ponatur, vel non pona
Ergo neceſſariò & non liberè voluntas agit.
ſius hanc Bellarmini veriſſimam doctrinam no
ter rejicit, quàm auctoritate Did. Alvarez,
ait Diſput. 31. docere: *hanc Concluſionem eſſe*
Thomiſtarum &c. Poſtea, adductis aliis ejuſden
ctoris verbis, (quæ apud eum non reperio,) ſic
cludit: *Hæc ſententia ſic explicata, eſt planè noſt*
apertè ſatis traditur in S. Scriptura. Verùm quis n
retur, Puritanum hunc ſubitò in Thomiſtam
formatum? Sed verba dat multipliciter etiam
ut aliàs frequenter. Nihil ſimile habet Alva
cit. Diſp. 31. Immò concluſionem 3. principale
loci, aliquo modo huc ſpectantem, ait eſſe *re*
rum Thomiſtarum. Et in fine ejuſdem Diſput
Calvinum erraſſe, quòd ex antecedente catholico p
lam conſequentiam intulerit contra fidem, liberum
trium eſſe titulum ſine re. Et Diſput. 121. num.
numerat ſex errores & blaſphemias à Calvino
puncto admiſſas. Qua ergo fronte ait Ameſius
tentiam hanc Thomiſtarum *eſſe planè ſuam*, ho
Calvinianam ſeu Puritanicam? An ergo à M
ſuo Calvino defecit? Nec refert, quòd nos q
cum Bellarm. exiſtimemus, hanc ſententiam
per prædeterminationem phyſicam conſtituit g
efficacem, aut eſſe eandem cum errore Ca
aut parùm ab illo diſtare. Nam nos perſu
mus, & quaſi phyſicè prædeterminati à lumi
turali, per eam prædeterminationem tolli omn
ram arbitrii libertatem; quod ipſum quoque i
tanter tenuit Calvinus cum ſuis, ut agnoſcit
rez. Quomodo ergo Calviniſta Ameſius dice
teſt, *Thomiſticam concluſionem prout ab Alvare*
ponitur, eſſe ſuam? cùm Antecedente tantùm
miſtis accepto, nempe hoc: (*Voluntas prædet*
tur à gratia efficace,) Concluſionem inferant
ſuitis hanc: *Ergo voluntas non liberè agit, ſed ir*
liber agitur? Porrò contra hanc ſententiam plu
addo, ſed ad Scholas remitto, & ad doctiſſi
à S. Joſepho Fullienſis defenſionem S. Thomæ

prædeterm. physicam, & concordiam suavem disp. 2. sect. 6. & 7. ubi allatis ipsius Amesii variis locis, tanta incommoda prædeterminationis physicæ supremo Controversiarum Judici Roman. Pontifici proponit. Quam sincerè autem Calvino relicto Amesius Thomistis se jungat hic etiam in Th. 4. dicens: *Rectè à Thomistis negari per prædeterminationem illam tolli libertatem*, parebit inferiùs. Interim notanda est alia gravis calumnia, qua ibid. *Bellarminum* ait *esse inter illos liberi arbitrii patronos, (apud Azorium,) qui ut voluntatem nostram liberam faciant, faciunt sacrilegam, dum negant Deum omnia nostra bona opera præfinire*. Calumnia, inquam, est hæc luculenta, cùm Bellarm. oppositum semper aut indicet, aut supponat, ac præcipuè lib. 2. cap. 10. & seqq.

Tertia sententia, (quæ est Augustini,) gratiam efficacem collocat in interna suasione, quæ per liberum arbitrium respui potest, & tamen infallibilem effectum habet, quia Deus eam suasionem adhibet, quam congruere novit ingenio eorum, quos infallibiliter & efficaciter trahere decrevit, & quam certò novit ab eis non contemnendam. Amesius: *Opinio ista Jesuitica consistit in tribus, quæ triplicem fucum faciunt imperitis. Statuit enim ad efficaciam gratiæ concurrere. 1. Suasionem & motionem moralem. 2. Suasionis & gratiæ congruitatem. 3. Præscientiam Dei de suasionis & gratiæ congrua effectu, vel eventu in conversione illius qui vocatur. Hæc quidem omnia ab Augustino ponuntur, & à nobis libenter conceduntur, quia ex Scripturis & natura rerum facilè possunt comprobari. At verò in omnibus istis latent insidiæ diligenter cavendæ.* Quænam, quæso, hic sunt insidiæ? Res planè risu & puerorum sibilis digna! *Insidias* in tribus illis veritatibus irrefragabilibus latere, non aliter probat, quàm quòd illis non adnectamus falsitates duas Calvinianas, & quartam veritatem, quam revera nunquam exclusimus à negotio salutis, (*concursum nempe Dei efficacem*,) eam tamen in ipsa ratione vocationis efficacis ut sic includi meritò negamus; Contrarium nec vel leviter Amesius probat.

Ad CAPUT XIII.

I. OBiiciunt hæretici: *Gratia efficax non est in illustratione & inspiratione, seu vocatione & suasione constituenda, quia illa ad legem & literam, non ad gratiam & spiritum pertinent*. Respondeo, Multum interest inter gratiam internæ suasionis & externæ concionis; illa enim admovetur auribus cordis, lumen infundit, afflat initium bonæ voluntatis. 2. Quamvis proponere objectum, per se non ad spiritum, sed ad literam pertineat: tamen ad gratiam pertinet, ut ea lectio vel concio occurrat, quæ est accommoda hominis ingenio, præsertim si accedat internus Doctor, qui aperiat cor intendere his quæ audiuntur, aut leguntur. 3. Gratia interna cooperatur etiam physicè ad eliciendum actum deliberatæ voluntatis. Amesius hanc solutionem planè solidam frustrà *enervare* conatur. Nam ut demus, quod ex D. Alvarezio contendit: Pelagium tandem à Catholicis adactum, præter externam, internam quoque a solo Deo injectam suasionem & vocationem admisisse: certum tamen est, (ut agnoscit Alvarez,) eum hujus internæ gratiæ necessitatem constanter negasse, quam nos cum Bellarmin. constanter propugnamus. Adhæc nec vola nec vestigium in Pelagio apparet, quo ipse gratiæ efficaciam in tali *suasione interna, ex speciali & efficaci affectu perficiendi certissimè in nobis boni profecta*, qualem nos docemus, constituerit. Unde & vanum est, quòd Amesius a. negat, *per talem suasionem afflari initium bonæ voluntatis*; eò quòd *multis suasio adsit, qui nullum initium habeant bonæ voluntatis, & contradictionem involvat, ut suasio afflet initium illius rei, quam totam suadet*. Hoc quippe verum est de suasione qualicumque sufficiente, non autem quæ cum præscientia congruitatis data est ex affectu efficaci. Nec certè vel umbra contradictionis in hoc apparet, quòd sicut suggestio dæmonis, moralis causa est totius actionis scelerate, ita illuminatio & inspiratio sancta Dei afflet saltem initium bonæ voluntatis, immò omne velle & perficere nostrum sanctum.

II. Objic. *Si gratia efficax est interna suasio, qua ita vocatur aliquis ut aptum est ei, ut vocantem non spernat; gratia sufficiens, ut ab efficace distinguitur, nihil erit aliud nisi interna suasio, qua ita vocatur aliquis, ut aptum ei non est, ut vocantem non spernat. Consequens est absurdum: Ergo & Antecedens*. Respondeo, Nihil absurdi ostendi potest in Antecedente bene intellecto, cùm utrinque indubitatum sit ex Evangelio: Deum vocare aliquos, qui meritò debebant & poterant vocationi respondere, nec tamen respondent; & vice versa aliquos non vocare eo modo, quo prævidet eos sibi responsuros, ut de Corozaim & Bethsaida, & vice versa de Tyriis Sydoniisque constat. Nec juvat Amesium nuda asseveratio contradictoria. Unde enim probat, Galilæos illos non habuisse *vocationem simpliciter sufficientem* ad conversionem, cùm hanc constet ex verbis Christi futuram sufficientem simpliciter ad conversionem Tyri & Sydonis? *Certissimè* ergo fallit aut fallitur, dum tam temerè ait *certissimè falsum*, quod tantùm non apertis verbis Evangelii constat esse verum. Quis jam nisi absurdissimus dicet absurdum id quod Deus facit? Non vocat ergo Deus reprobos, cùm videt eos secuturos vocantem; vocat verò frequenter, cùm prævidet non secuturos, cùm tamen possent. Neque enim ad sinceram vocationem Dei necessaria est efficacia omnimoda. Quidsi enim reliquisset omnes communi providentiæ, ut poterat, ac sine speciali affectu distribuisset auxilia gratiæ prout sors & cursus rerum ferret, (ut nonnulli minùs probabiliter putant defacto evenire?) An quis posset ideò justè conqueri? Si tunc non, cur jam, cùm reprobos relinquat providentiæ communi, qua salvari revera possent, & etiam salvarentur, si per ipsos non staret? Præter inania verba nihil ad rem facientia non habet quod reponat Amesius. Illud verò prorsus absurdum, cùm putat, pari ratione posse Deum vocare eos, qui carent auxiliis sufficientibus, damnareque non respondentes vocationi, ac eos quos prævidet non secuturos vocantem, cùm maximè possunt. Prius enim tyrannicum est, & blasphemum, quod Deo affingatur; Posterius Deum sanctè & justè facere SS. literæ satis perspicuè docent. Et quamvis *certissimum* sit, neminem converti *nisi qui congruè vocatur*; non minùs tamen certum est, posse sufficienter vocatos, dummodo velint, sequi; non verò nisi impiè posse eosdem vocanti reluctantes, suam inobedientiam vocanti non congruè, imputare. Non est proinde quod *compescant Jesuitæ impios illos clamores*, (ut calumniatur Amesius,) cùm omnibus lumine naturæ constet, culpam peccati & mortis Calvinistas referre in Deum, gratiam sufficientem omnibus dari negantes, ut infrà ampliùs patebit.

III. Objic. *Ista explicatio gratiæ efficacis Bellarminiana parùm aut nihil differt ab opinione illa, quæ efficaciam in voluntate humana ponit; quam tamen Bellarmin. antea fassus est, alienam esse à Scripturis, evertere fundamentum prædestinationis Divinæ, & abusum esse nominis gratiæ efficacis*. Respondeo, Discrepant illæ duæ opiniones non minùs quàm aurum obryzum ab aurichalco. Prima enim illa vult pendere gratiæ efficaciam à sola voluntatis cooperatione; nostra verò à voluntate Dei

effica-

efficaci, quā (posita præscientia conditionata de consensu futuro Petri, si sic vocaretur,) ipse de industria ex speciali affectu, seligit eas gratias quas prævidet futuras efficaces: aliis usurus, si eas prævidisset inefficaces. Ita decretum PP. Generalium Societatis apud Tannerum loc. cit. Numquid per hoc funditus eliminatur opinio illa quæ efficaciam ultimatè suspendit ab actuali hominis cooperatione; quæ utique tantùm est ex eventu & in actu secundo; cùm nostra vicissim constituat essentialiter *efficacem in actu primo, ex sola illa præscientia conditionata, cum qua, & affecta efficaci, ex quo confertur talis auxiliorum congruorum series*. Unde patet apertè calumniari Amesium, cum ait: *Eam discrepantiam consistere in solo fuco verborum*. Frustrà etiam Bellarmino objicit Becanum. Hunc enim à via regia deflexisse agnovit Bellarminus. Patet & falsitas omnium quæ subjicit Amesius, uti & ipsa Summa disceptationis, quæ claudit hoc caput, nempe: *Si Deus tantum suadendo trahit nos ad bonum, non non alia est efficacia gratiæ Dei in fidelibus ad bene agendum, quàm est tentationis diaboli in peccatoribus ad malè agendum; & proinde sicut efficacia tentationis magis pendet ex voluntate peccantis, quàm diaboli tentantis: sic efficacia gratiæ magis pendet ex voluntate bene agentis, quàm Dei ad bonum excitantis*. Sed ex dictis patet luculenta disparitas, quia Dæmon tentator nec penetrat intimos animi recessus ejus quem tentat; nec scit infallibiliter, quid quavis in circumstantia voluntas humana tentationibus sollicitata sit actura: unde Satanæ impossibile est, habere in promptu tentationes infallibiliter sortituras effectum; cujus oppositum de Deo & fides & omnis recta ratio docet. Plura non addo: hæc quippe sufficiunt ad vindicationem Bellarminianæ, & Societati nostræ communis doctrinæ, quam tandem Franc. Sylvius & reliqui Professores Regii Duacenses post multorum annorum contradictionem physicæ prædeterminationi addictissimi agnoverunt. Sic enim Decanus & Facultas illa ajunt in Epistola anno 1646. ad Fulgentium Jansenistam Lovaniensem data 10. Maii: *Accusarunt Molinam PP. Dominicani in primis, quasi concursum tam supernaturalem, quàm naturalem causæ secundæ liberæ, concursu causæ primæ priorem simpliciter statueret, & scientiam quandam Mediam, qua Deus prævideret, quid causa secunda libera ageret primò prima, si in talibus vel talibus circumstantiis constitueretur à Deo. Nec aliud caput hujus controversiæ agnovit D. Sylvius, paucos ante mortem menses, relicto hoc manuscripto*: (Quamvis scientia quæ vocatur Media, multos habuerit, & etiam nunc habeat contradictores, nec immerito, quatenus per eam intelligitur ea notitia futurorum conditionalium, qua Deus ante omnem actum suæ voluntatis novit: *Quid per liberum arbitrium creaturæ esset futurum*, si collocaretur in tali vel tali rerum ordine; (quem enim videre posset priorem primo nisi impossibilem?) si tamen per scientiam Mediam intelligatur notitia, qua Deus novit, quid liberum arbitrium esset per Dei gratiam facturum, si talia vel talia auxilia ei darentur; non video cur non sit absque contradictione admittenda.) *Ecce signum cui contradici creditur est, Primatus causæ primæ, pro quo Estius rationibus 40. deinde Sylvius toto libro de motione primi motoris pugnarunt; qui primatus si Dei gratiæ concedatur, & eripiatur libero arbitrio, huic relicta prioritate formali, libera, vitali, malè jam essemus, si fingeremus nobis inimicas auxiliares copias PP. Jesuitarum (contra Jansenium, &c.) Nec video, cur RR. PP. S. Dominici se nobis tota acie non conjungant &c.* Et horum quidem copias, (quas Amesius aliique Gommaristæ sibi adlegant,) in quantas inter Catholicos angustias paulatim redactæ sint, videre licet in Tract. *de Scientia*

Media tum Hieronymi Vives Dominicani Hisp
tum Matthiæ Borulli Societ. JESU Valentini
tra eundem Vivem ante quadriennium edito d
sect. 2. & quinque sequentibus.

VINDICIÆ

Pro Libro Secundo de Gratia, & Libero Arbitrio.

Ad CAPUT I.

QUantum ad communicationem gratiæ, se
tia Pelagianorum fuit, Gratiam à Deo
nibus hominibus paratam esse, modò ips
petere & excipere velint; posse autem unum
que ex viribus liberi arbitrii sine alia præven
gratia ipsam gratiam expetere, invocare, exci
Amesius cùm hic nihil quod improbet invener
tamen taceret, producit *Did. Alvarez distinctius*
referentem quatuor status hæresis Pelagianæ. Sed
hoc ad rem præsentem? Nimirum familiariter
hoc Didaco passim agendo, videri vult in ha
teria, Thomista potius quàm Calvinista, ut s
prà notatum. Opposita Pelagianæ sententiæ e
theri & Calvini, qui nullam agnoscentes dist
nem inter auxilium sufficiens & efficax, do
multis deesse sufficiens auxilium ad salutem,
bus scilicet iis, qui non sunt à massa perdition
vina prædestinatione liberati. Media inter has
les est sententia Catholicorum, qui docent,
bus hominibus pro loco & tempore sufficiens
lium non deesse, & tamen sine præveniente g
neminem posse gratiam desiderare, petere, ve
pere. Amesius: *Sensus igitur istorum Catholicorum*
Omnibus dari sufficientem gratiam, & tamen sine s
te gratia neminem posse gratiam desiderare, petere
pere. Ubi 1. observandum est, quàm difficile sit di
aliquod speciosum invenire inter sententiam Pelagian
Catholico-Pontificiam. Bellarm. nullum potuit oste
nisi ridiculo & ensenso sermone: (Quamvis o
detur sufficiens gratia, tamen sine sufficiente
nemo potest gratiam accipere.) *Discernit e*
maximè contrarias, quasi tantùm essent diversa;
gratiam, & accipere gratiam sine gratia. Observan
Etiam Pelagianos nunquam negasse gratiam univers
sufficientem, & non efficacem, (talem enim xo
pam nemo ipsis movebat,) sed (ut Augustin. hær.
121,) inimicos fuisse Dei gratiæ specialis & efficacis
ficientem potestatem à Deo dari concedebant, eamq
tiam nominare, & necessariam affirmare non d
bant. Realis ergo differentia adhuc nulla appare
Pontificiam hanc sententiam & Pelagianam. Respo
Amesius iterum strenuè cavillatur, (ne dicam
phantatur.) Nam 1. mentem & verba Bell
detorquet in nugatorium & exsensum sermo
Quis nescit aliud esse prævenientem gratiam
auxilium sufficiens? Ista quippè nec converti
neque opponuntur, sed subinde coincidunt,
differunt; & quidem posterius respectu prio
bet se, ut aliquid universale; sub quo co
tur auxilia, non tantùm quæ veniunt nomi
tiæ Theologicæ & supernaturalis propriè sic
sed etiam quæcumque ordinis naturalis au
quæ in priorem cadere nequeunt. Amesius
confundit, ut veritati tenebras offundat. 2.
fraude incautos tyrones implicat, dum iis pe
re satagit, hoc totum esse Pelagiani erroris
opponitur contrario errori Prædestinatianorum

vinianorum, & Jansenistarum. Pelagius non errabat in hoc, quòd liberum arbitrium non tolleret cum Manichæo, Luthero, Calvino &c. Nec in eo, quod doceret: Deum velle (voluntate antecedente & hypothetica) omnium salutem; ac proinde omnibus vi hujus voluntatis Divinæ parata esse media sufficientia: Nusquam in his erroris Pelagium notari ostendere potuit Amesius. Erravit verò Pelagius in hoc; quòd negaret necessitatem auxiliorum gratiæ Christi intrinsecè supernaturalium, non tantùm efficacium, sed etiam sufficientium. Pendet ergo veritas Catholica veluti Crucifixus inter duos latrones, hæresim scilicet Pelagianam & Calvinianam è diametro sibi oppositas, ut magis cap. proximè seq. patebit.

Ad CAPUT II.

I. PRopositio: Auxilium gratiæ Dei non ita offertur omnibus hominibus, ut Deus exspectet homines, qui illud desiderent vel postulent, sed prævenit omnia desideria, & omnem invocationem; ut contra Pelagianorum reliquias definitur in Concil. Arausic. canon. 3. & 4. Amesius contra liquidam veritatem non habuit, nisi iteratas sycophantias, jam à nobis excussas. Nimis perspicuè & ex asse calumniatur.

II. Auxilium gratiæ Dei non omnibus æqualiter adest. Quid Amesius? Veritatem clarissimam negare non potest. Ait tamen: *Si de sufficiente intelligatur, non videri ab iis posse defendi, qui omnibus eam dari volunt, nisi illam gratiam, quæ uni est tantùm sufficiens, respectu alterius dicere velint, esse plus quàm sufficientem.* At quid hìc falsi aut absurdi? *Quidquid sit, Pontificii hac sententia à Pelagianis non discriminantur.* At numquid, ridicule Puritane, qui propositionis hujus veritatem agnoscis, à Pelagiano per hanc discrepas? Quòd *illi gratiam secundùm merita dari voluerint*, damnant Catholici omnes.

Ad CAPUT IV.

III. PRopositio: Nulla esset in Deo iniquitas, etsi omnibus hominibus auxilium sufficiens ad salutem negaret, ut certissimè constat ex indignitate, quam omnes ex peccato originali contraximus, unde nascimur filii iræ. Amesius: *Accipimus hanc confessionem, eorum clamosis calumniis opponendam, qui illam doctrinam crudelitatis accusant, quæ gratiam tradit minori hominum parti communicari.* Resp. Frustrà hoc opponitur pro tuenda impia crudelitate Calvini & sequacium, qui docent absoluto decreto, & omnino antecedenter ad ullam operationem hominum & Angelorum, plerosque velut oves macello infernali Cacodæmonis addictos, tantùm ad ostensionem Justitiæ Divinæ; Item defacto non velle etiam voluntate antecedente omnes salvos fieri; nec Christum pro omnibus mortuum.

IV. Sive detur auxilium sufficiens omnibus, sive tantùm aliquibus, nos tamen de nullius salute, donec in hac vita fuerit, desperare debemus, neque ab ullo subtrahere correptionem, & alia charitatis officia. Amesius: *Veram & hanc fatemur: sed opponimus eorum insaniæ, qui prædestinationis doctrinam,* (Calviniano-Gommaristicam,) *charitatis officiis inimicam esse nugantur.* Resp. Frustrà hoc opponitur pro defendendo crudeli dogmate antecedentis & absolutæ Reprobationis, quod quis pius non horreat? Si misero reprobo liberum non est cum Dei gratia sibi oblata & data, collocare se in numero salvandorum, & cùm physicè à Deo prædeterminatus sit ad actiones sceleratas, infamis fuerit, qui talem velit lucrari.

Ad CAPUT V.

V. PRopositio. Auxilium sufficiens ad salutem pro loco & tempore, mediatè vel immediatè omnibus datur. Iis qui usu rationis utuntur, datur immediatè; iis autem qui rationis usu carent, mediatè; quoniam parentes eorum baptismum procurare possunt, si volunt. *Hæc propositio*, inquit Amesius, *Pontificios à Pelagianis non distinguit.* Respondeo, Hoc omnino verum non est, cùm Pelagiani negent baptismi necessitatem: At esto; sufficit, per eam Nos secerni à Calviniano-Jansenistis. *At*, inquit, *contradicit hoc Apostolo Roman. 10. vers. 14. Quomodo audient sine prædicante? Repugnat experientiæ, omnes adultos habere immediatè gratiam sufficientem ad salutem: Mediata donatio gratiæ, in parentum potestate collocata, est commentum omni ex parte ineptum. Neque enim omnibus parentibus notus est baptismus; nec omnes, qui norunt, possunt illum quibus volunt procurare; nec denique vel ex baptismo, vel ex voluntate parentum pendet gratia & salus filiorum.* Respond. Ab omnibus istis erroribus & calumniis vindicat Catholicos non modò Did. Alvarez, præcipuè Disp. 112. quem hactenus suæ Calvinisticæ causæ patronum Amesius toties objecit, sed multò maximè ex ipso Calvini grege Gerhardus Joannes Vossius lib. 7. histor. Pelagian. ubi fusissimè docet in Summa: *Veteris hanc Ecclesiæ sententiam fuisse, velle Deum conversionem & salutem omnium, ac pro ea adferre illud Apostoli 1. Timoth. 2. 4. 2. Petr. 3. 9. Roman. 11. 4. & 5. Ezech. 33. 32. 35. Hebr. 6. 16. & 18.* Deinde ingenti nube testium, (SS. Patrum) producta, sic concludit: *Ex his omnibus nihil aliud consequitur, quàm docere Patres, non solum per Evangelii prædicationem vocatis, verùm universis quoque totius Orbis incolis, qui sunt, fuerunt, erunt, offerri & oblatum iri gratiam, quæ licèt non sufficiat ad immediatè regenerandam fidem, sufficiens tamen sit ad id, ut hominem proximè quidem ad gratiam communem, remotè autem ad gratiam regenerantem possit disponere &c.*

Ad hoc *luculentis testibus* SS. Iren. Tatiano, Theophilo, Clem. Alex. Orig. Cypr. Arnob. Athan. Cyrill. Hierosl. Hilar. Basil. Nazianz. Chrysost. Hieron. August. Cyrill. Alex. Prosp. &c. demum Th. 5. addit anathematismos Concilii Arelatens. A. C. 524. seqq. *Anathema illi qui dixerit, eum qui periit, non accepisse ut salvus esse posset. Anathema illi, qui dixerit, quod vas contumeliæ non possit assurgere, ut sit vas in honorem. Quòd Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes homines salvos esse velit, &c.* Quibus consentiunt ista Lucidi: *Qui dicit, alios deputatos ad mortem, alios ad vitam prædestinatos; aut quòd Dei voluntate pereunt, qui pereunt, &c. Hæc omnia, quasi impia & sacrilegii repleta condemno: assero autem eum, qui periit potuisse salvari.* Hæc, nisi fallor, pro vindicatione Bellarmini contra hæresim Prædestinatianorum & Amesii calumnias sufficiunt. Diceтne Vossium, S. Augustinum, & cæteros Patres cum Pelagio contradicere Apostolo? Videatur etiam Franciscus Macedus in Scrinio S. Augustini cap. 9. ubi fusè ostendit, omnes Lutheranos, Arminianos, ipsum Calvinum, & potiorem ejus gregis partem, (exceptis paucis rigidioribus,) universalem hanc gratiam tueri.

Ad CAPUT VI.

VI. PRopositio. Auxilium Dei necessarium & sufficiens ad resurgendum à peccato, etsi nulli desit pro loco & tempore, non tamen adest omnibus momentis. Amesius tricatur *de loco & tempore*; sed mysterium hic aliud non latet, quàm Deum in vita productiore aliquando opportunè etiam gravissimos pecca-

peccatores sua gratia excitare, ut absolutè & physicè loquendo, quovis tempore, quo eis hac de re cogitare in mentem venit, possint ad Divinam gratiam recipiendam se disponere; etsi nonnulli indurati moraliter, (hoc est, sine maxima difficultate, quam Deus præviderit ab eis non superandam,) facere id non possint. Omitto cavillos *nugatorios* Amesii, quos perquam insulsè hic Bellarmino objicit. Qua verò fronte vocat *sophisticam limitationem*, cùm tamen hac temperetur sententia generalis, cui se Calvinistæ tantopere opponunt?

Ad CAPUT VII.

VII. PRopositio: Auxilium sufficiens ac necessarium ad vitanda peccata, omnibus hominibus, & omni tempore, vel immediatè vel mediatè præstatur. Furit hic Amesius, & Pelagianismi arguit assertionem, quam negare non potuit verbis SS. Scripturæ & testimoniis Hieron. Chrysf. August. &c. perspicuè confirmari; Itemque ratione. 1. Quia indurati & excæcati verè & propriè peccant. Ergo habent auxilia sufficientia, quibus possint non peccare. Nemo quippe peccat in eo, quod vitare nullatenus potest. Nec evadit vim hujus rationis, dum ait: sic *effectum gratia esse, ut homo possit peccare*, ideoque *multis optandum, ejusmodi auxilio gratia semper destitui*. Respondeo, Nihil in utraque illatione incommodi, si rectè accipiatur. Sine dubio enim nemo peccat nisi liberè volens: nemo vult liberè id quod evitare nullatenus potest; non potest denique evitare peccatum, nisi habeat vires & auxilium ad evitandum. Reprobis verò quis neget esse optabilius, quòd fuissent pecudes, rationis, libertatis, & auxiliorum gratiæ expertes, quàm illis omnibus non ut par erat uti?

2. Ratio. Ex SS. literis & communi sententia Theologorum constat, peccatum sæpè esse pœnam peccati. At hoc verum esse non posset, si excæcati & obdurati peccare non possent. Hic silet Amesius.

3. Ratio. Quia sequeretur illos excæcatos & induratos esse impeccabiles, & consequenter injustè puniri, cùm omnis pœna, si justa sit, pœna peccati sit; ac demum ante mortem desinere esse viatores, cùm sic nec bene nec malè operari possent. Etiam hic silet Amesius.

4. Ratio. Omne peccatum intrinsecè requirit libertatem. Amesius 1. *Intrinseca illa natura libertas quæ requiritur ad peccatum, est in omni actu voluntario, qui provenit à consilio: quia ille qui certo consilio aliquid vult, illud idem vellet, quamvis potestate maximè absoluta posset contrarium velle. 2. Peccat homo etiam in eo quod non potest vitare, quando illa impotentia ejus culpa contrahitur.* Resp. 1. Ut volitum dici possit, voluntarium certè liberumque nec esse nec dici verè potest, id quod à voluntate (quantumvis suavissimè) necessitata fit. Omnis antecedens necessitas physica libertati essentialiter repugnat, ut omnis sana Philosophia & Theologia docet. Respondeo. 2. Implicat contradictionem, peccare in actione vel omissione inevitabili, quantumvis propria quis culpa reddiderit se impotentem. Nam tota illa culpa & pœna, (E. G. peccati originalis,) præcedit dictamen conscientiæ, per quod ego hic & nunc cognosco me obligari ad non peccandum. Non possum autem cognoscere hic & nunc me obligari ad id, quod hic & nunc est mihi impossibile. Sic qui propria culpa in morbum gravem incidit, non potest novo præcepto obligari ad militandum, strenuè laborandum &c. Præceptum enim tale foret planè inutile; quod est contra essentiam præcepti obligantis. Quod demonstratur ulterius.

Quia quicumque habet libertatem, habet sui
tes vires ad non peccandum; peccatum con
ponit præceptum, & Deus præcipiens videt di
omnes casus possibiles, ad quos præceptum e
velit. Unde si velit præceptum extendi ad casu
quo videt mihi impossibilem observantiam illiu
que vult & præcipit aliquid impossibile, hoc est
junctum ex mea observantia & impotentia
vandi, adeoque præcipit chimæram.

5. Confirmatur: Quia non potest intelligi,
aliquis non teneatur ad totum id, ad quod
tur. Sed totum id ad quod tenetur, est pe
innocentia, & negatio cujuslibet peccati mor
Ergo ad hanc tenetur quilibet homo. Et
nemo potest teneri ad aliquod impossibile: Erg
fecta innocentia est cuivis possibilis: Ergo
quivis auxilium sufficiens ad illam. Denique
cumque obligatur ad aliquid, obligatur ad il
sensu composito cum omni alia obligatione
qui obligaretur disjunctivè, & sic posset imp
mittere alterutrum: Ergo homo in sensu c
sito cum obligatione abstinendi ab omnibus
tis præter peccatum A. obligatur abstinere
cato A. Ergo obligatur ad id quod est sibi
bile. Et hactenus dicta evincunt hanc Cath
assertionem non tantùm de potentia physica
etiam de morali. Nam si Christus impetrav
nibus auxilium physicè sufficiens, utique in
vit etiam moraliter sufficiens, alioqui non fu
rum beneficium, quippe à nemine prudente
derabile, utpote nullam præbens spem salu
augens reatum. Et certè quomodo aliàs obl
tur omnes ad spem firmissimam collocandam
xilio Divino, si norint, Deum negare multi
lium moraliter sufficiens? Nec obstat quod
Thoma 1.2. quæst. 109. artic. 8. aliisque Scho
objicit Amesius: *Peccatorem non posse vitare
mortalia, nisi habeat gratiam justificantem, pe
ad Deum convertatur*. Nam addit in primis
ctor: *quòd non possit longo tempore*, id quod
omisit. Notat vero Cajet. id intelligendum
& verificari *à communiter contingentibus*. Et ra
quia omnis adultus saltem per se, vel est
tia, vel commisit peccatum mortale. Si est
tia, habuit speciale auxilium. Si commisit
tum mortale, non potest diu in eo statu a
a novo mortali, quia dum peccavit mor
constituit sibi suum finem ultimum propria c
da, & non honestatem aut Deum. Unu
autem si longo tempore operatur, aliquan
ratur secundum habitum præexistentem & fin
conceptum, nisi illum mutet. Cùm ergo
dant occasiones peccandi mortiferè ob propr
moda, nisi mutaverit finem præconceptum,
dem peccabit. Si verò illum mutet, eo ips
gratiam specialem, & non manebit in mort
hanc enim mutationem requiritur auxilium sp
quo possit amare Deum super omnia. Nihil e
objectio ad rem facit; quia in potestate hon
auxiliis Divinis uti, ut redeat cum Deo in g
adeoque omnia ejus præcepta etiam diutissimè
Locuti sumus autem hucusque tantùm de
mortalibus, quæ sola avertunt à fine ultimo
na beatitudine.

Ad CAPUT VIII.

HÆretici præcipuè contra 5. & 7. pro
nem objiciunt. 1. *Scriptura testatur quo
munes à Deo excæcari & indurari*. Sic est. Quid
fertur? Ergo non datur illis aliquando gra
ciens ad resurgendum, saltem remota, u

ſalvari, ſi ſeriò velint, nego ſequel. Ergo non datur illis quovis momento, concedo, uti & ſi poſt gravem lapſum non ſupervivant pro aliquo notabili tempore. Pro nobis certè ſtat illud 2. Petr. 3. verſ. 9. *Patienter agit Deus propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti.* Et illud S. Proſperi ad object. 25. *Nemini Deus correctionis adimit viam, nec quemquam boni poſſibilitate deſpoliat.* Sed replicat Ameſius: *Juxta Bellarm. lib. 2. de amiſſ. grat. cap.* 14. obcæcatio & obduratio eſt, qua fit ut homo juſto Dei judicio peccata præterita puniente, ita deſtituatur auxilio Divino, ut non poſſit moraliter non cadere: *quomodo ergo poteſt induratus, dum talis manet, ſufficiens auxilium habere ad duritiam repellendam*; Sed mox ſequitur apud Bellarm. ſolutio hujus dubii in 3. obſervatione, ſcil. Hanc impotentiam, qua homo excæcatus vel obduratus non poteſt videre quod videndum eſt, non eſſe abſolutam, ſed ex hypotheſi. Nam licèt homo dum eſt cæcus & obduratus, non poſſit cernere, & cedere; tamen abſolutè poteſt, quia poteſt cum Dei gratia removere cæcitatem, & obdurationem, quibus remotis cernere poterit & cedere. Numquam enim Deus ita deſtituit, quin ſaltem juvet ad impetrandam gratiam, & vires, quibus obduratio tolli poſſit, quando tenetur homo converti ad fidem vel juſtitiam, & niſi faciat peccet. Proinde qui non poteſt facere quod debet, ſua culpa non poteſt, & ideò peccat, quia ſi peteret auxilium, utique impetraret. Inſtat adhuc Ameſius: *Miſericordia & induratio inter ſe opponuntur, ita ut ex una affirmata, alterum negetur. Rom. 9. 18. Conſequentia igitur eſt firma: Hic homo eſt induratus; Ergo eſt auxiliis gratiæ & miſericordiæ deſtitutus.* Reſp. Induratio opponitur ſufficienti omni miſericordiæ, nego; magnæ illi miſericordiæ, congruæ & efficaci, quæ à nullo corde reſpuitur, concedo aſſumptum; unde non ſequitur univerſaliter Ameſii illatum.

II. *Act. 14. verſ. 15. & 17. verſ. 30. Deus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.* At quomodo hinc niſi virtute Quodlibeticæ infertur negatio gratiæ ſufficientis? Etſi enim non ita largiter antiquis temporibus ut poſtea fluxit gratia Dei, numquam tamen ideò ea menſura gratiæ defuit, quæ Divinæ providentiæ ſufficiens & neceſſaria viſa ſit. Etſi ergo non miſerit ad eos Patriarchas & Prophetas, neque legem ſcriptam dederit ut Judæis; tamen *non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit*, ut ibid. teſtatur Apoſtolus, ideoque *eos inexcuſabiles* ait Rom. 1. verſ. 20. Certè ſi fuerunt *inexcuſabiles, quòd Deum non glorificaverint ſecundùm notitiam, neque etiam ſecundùm potentiam ſuam*, (ut fatetur Ameſius,) non potuerunt carere omni auxilio ad reſurgendum à peccatis ſufficiente. Manifeſtum eſt enim, eum minimè glorificare Deum ſecundum notitiam & potentiam ſuam, qui non conatur reſurgere à peccatis, & reconciliari Deo, quem unicè peccando offendit.

III. *Rom. 10. verſ. 14. Quomodo credent ſine prædicante? At multis non eſt prædicatum Evangelium. Ergo iis omnibus non datur ſufficiens ad ſalutem auxilium.* Reſpondeo, Hinc rectè negatur illis gentibus proximum & immediatum, non verò mediatum & remotum auxilium ſufficiens. Unde cum S. Thoma quæſt. 14. de verit. art. 11. communiter dicunt Theologi: *Si quis in ſylvis nutritus ductum rationis naturalis ſequeretur in appetitu boni, & fuga mali, certiſſimè credendum eſt, quòd Deus ei vel per internam inſpirationem revelaret myſteria, vel ad eum prædicatorem dirigeret.* Hoc porrò accipiendum eſt de iis infidelibus adultis, qui uſu rationis pollent: nam immensis barbaris, qui brutis pecudibus, quàm hominibus ſunt ſimiliores, ſufficiens gratia propriè non datur magis, quàm infantibus; unde de utriſque pari ratione ſtatuendum videtur. Certè de utriſque probabiliter dici poſſe, quòd careant gratia ſufficiente etiam remota, multis contendit contra Suarezium & alios pleroſque Franc. Macedus *in ſcrinio S. Auguſtini cap. 11.* Sed quidquid de his ſit, de adultis rationis uſu pollentibus procedit Bellarmini & communis reſponſio, quod facientibus iis quod in ſe eſt, (independenter, non ab omni gratia, ſed à gratia Theologica ſtrictè ſic dicta & ſupernaturali,) Deus non deneget gratiam. Quomodo autem hinc non videantur ea bona opera naturalia mereri de congruo gratiam ſupernaturalem, adeoque juſtificationem, (quod non poſſet ſine periculo Semipelagianiſmi admitti, cùm faceret gratiam quaſi pediſequam naturæ,) id varii variè explicant in Tract. de gratia. Placet explicatio hæc præ aliis, quæ ait: Si poſt peccatum originale natura humana non fuiſſet redempta, debuiſſent homines habere vires ſaltem phyſicas ad vitandam pœnam ſenſus æternam: imo veriſimile eſt, quòd ex Dei miſericordia habuiſſent etiam vires morales. Si ergo feciſſent multa bona opera naturalia, utique per ea meruiſſent, ut Deus abrumperet illis vitam, atque ita eos auferret ex periculo committendi peccatum mortale, & ſic incurrendi pœnam ſenſus æternam. At poſtquam Chriſtus obtinuit iterùm elevari naturam ad ſtatum ſupernaturalem, conjuncta ſunt, (ex lege Dei extrinſeca, ſed infallibili,) vitatio inferni in adultis cum conſecutione viſionis Divinæ: & quoniam merita naturalia ad hanc non extenduntur, ideò neque poſſunt extendi ad illam. At Chriſtus noluit ſuum beneficium per accidens aliquibus inculpabiliter nocere, ideoque impetravit à Deo, ut quoties darentur ea opera bona naturalia per quæ poſſet quis in natura lapſa non elevata mereri vitationem inferni, Deus ex merito ipſius Chriſti daret gratiam ſufficientem ad obtinendam vitationem inferni quamvis connexam cum ſupernaturali beatitudine. Et ſic commode intelligitur illud pactum cum Chriſto initum per aliquam congruitatem, quæ non includat ullum meritum congruum in ordine ad præmium ſupernaturale. Illa enim prior congruitas in eo ſita eſt 1. Quod congruum ſit Deo uti ſua liberalitate, elevando genus humanum ad maximum bonum; & hæc fundatur in ipſa bonitate Dei, nullatenus verò in merito noſtro. 2. Quòd congruum ſit Deo, ut quando vult omnes proximè elevare ad tale bonum, eligat potiùs illos, qui ſecundùm ſuas vires melius operantur; non quia id ipſi mereantur poſitivè, ſed quia congruum eſt Deo, eligere potiùs meliores quàm minùs bonos. Sicut ſi Rex vellet ex ſua humanitate ducere uxorem aliquam ex privatis ſubditis; congruum eſſet, ut eligeret melius moratam; non quia Virgo illa per tales mores connubium Regium meruiſſet, ſed quia ſuppoſita illa liberalitate decreta in genere, prudenter agat Rex, ſi meliorem eligat ex eo ordine ſubditorum.

IV. *Joan. 6. verſ. 44.* Nemo poteſt venire, niſi Pater traxerit eum: & omnis qui audivit & didicit à Patre, ad me venit. *Nemo poteſt venire, niſi qui trahitur. Non autem trahuntur omnes, quia non veniunt omnes: Ergo non poſſunt omnes venire.* Reſp. 1. Minor eſt falſa de tractione inchoata & ſufficiente, ut abſolutè poſſet, qui audivit, diſcere à Patre; de tractione completa, ſeu pertractione congrua & efficaci conceditur. Reſp. 2. Abſolutè loquendo, verba illa Chriſti veriùs & aptiùs de poſteriore hac pertractione congrua & efficaci accipiuntur, quæ ſcil. ita ſuadet ut perſuadeat. Dicitur autem non poſſe venire, qui non trahitur ita per gratiam efficacem,

non

non quod absolutè non possit, sed quia infallibiliter non veniet; sicut etiam contra qui trahitur, potest absolutè non venire, tamen infallibiliter venit. Infert hinc Amesius: *Ego juxta Bellarm. absolutè potest is credere in Christum, qui non trahitur à Patre, non docetur à Deo, non audit & discit, vel cui non est datum à Patre.* Respondeo, Omnino potest credere, quia cœptus est trahi, & audivit à Patre per gratiam prævenientem, & excitantem, adeoque habuit auxilium sufficiens, ut quod reliquum est ad hoc ut pertrahatur & discat, orando & cooperando dicat cum Sponsa in Cant. *Trahe me &c.* Sic Act. 17. sufficientem gratiam habebant omnes qui in Areopago Paulum audierant disserentem de Christo & resurrectione mortuorum. *Sed quidam quidem irridebant; quidam verò dixerunt, audiemus te de hoc iterum. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt &c.* Itaque ly *Nemo potest*, in illis verbis Domini, intelligenda sunt, de potentia non antecedente, sed consequente, uti illa ejusdem Evangelistæ cap. 12. vers. 39. *non poterant credere.* Quis autem dubitet, Judæos illos coram quibus *tanta signa Christus fecisse* dicitur ibid. vers. 37. non credendo gravissimo infidelitatis scelere se obstrinxisse, adeoque habuisse potentiam antecedentem & auxilium sufficiens ad credendum? Quorsum enim Dominus illis prædicaret, tot & tanta signa coram eis faceret, ad fidem eos hortaretur, reprehenderet & inexcusabiles diceret, si non dedisset eis auxilium, quo possent credere?

Ad CAPUT IX.

VIII. PRopositio: Quamvis gratia sufficiens omnibus detur: tamen prædestinationis Divinæ nulla ratio ex parte nostri assignari potest, ne conditio quidem sine qua non prædestinaretur is, qui prædestinatur. Amesius agnoscit hanc posteriorem partem assertionis de gratuita prædestinatione esse verissimam; *Observari* tamen vult 1. *per eam gravissimi erroris damnari plurimos Pontifices, etiam magni nominis Jesuitas, Vasquium, Becanum, Molinam &c. qui electionem ad gloriam docent factam esse ex prævisis meritis.* Sed hoc vel imperitè, vel calumniosè dicitur. Quis enim Theologorum, cum Bellarmino, Suarezio, & Thomistis communiter Prædestinationem totam quoad omnes ejus effectus gratuitam statuens, ideò *damnavit erroris gravissimi*, (imò vel levissimi,) opinionem de gloria ex meritis prævisis tantùm prædestinata? *Observari* vult 2. *hanc sententiam Bellarmini conciliari nullo modo posse cum iis, quæ suprà dixit de gratia efficaci, nisi quemadmodum efficaciam gratiæ in eo posuit, quòd suadeatur ipsi eo modo, loco, tempore, quo Deus prævidet hunc vel illum per liberum arbitrium illam amplexurum; sic etiam electionem ad gratiam collocet in eo, quòd Deus decrevit illam cum talibus circumstantiis offerre. Hac autem ratione liber ille influxus liberi arbitrii, quo consentit aliquis auxilio excitantis gratiæ, non esset effectus electionis; & sic nemo eligeretur ad consentiendum Deo vocanti, aut gratiam efficacem. Hac igitur tam speciosa professio Bellarmini, de gratuita prædestinatione, primariam ejus partem tollit.* Hæc sive observatio, sive objectio jam subruta est suprà, ubi ostensum est, longè aliter à Nobis constitui efficaciam gratiæ in actu primo, ac Amesius affingit.

Quæ deinceps subjicit de variis Scholasticorum sententiis, quibus constituuntur signa seu instantia, secundùm quæ nostro intelligendi modo ordinentur actus ad Divinam Prædestinationem concurrentes, nihil admodum faciunt ad controversiam fidei, & omnes in scholis censentur probabiles. Videtur autem Amesius hæc ideò commemorasse, ut habere occasionem calumniandi *Scientiam* Jesuitarum. Sed quid opus hic putidam [...] lumniam toties protritam ad incudem voca[...] fingunt, *Deum secundum hanc præscientiam pr[...] torius decretum tam concepisse ab æterno, quàm in executioni mandare?* quasi nimirum præscientia [...] dinonata, (quòd voluntas tali auxilio voca[...] citationi sit responsura,) motivum fuerit, [...] quod Deus prædestinarit hos & non alios; q[...] larmino cæterisque Catholicis in mentem [...] nit. Nihilo meliores sunt sex cavilli reliqu[...] bus carpit nonnulla instantia à Bellarm. assi[...] unde denuò infert illud suum commentum, [...] *Prædestinatio non sit certa & infallibilis sua virt[...] ratione consensus humani præsciti quidem, sed no[...] stimati.*

V I N D I C I

Pro Libro Tertio de Gratia, Libero Arbitrio.

Ad CAPUT III.

LIberum arbitrium juxta S. Thomam ita d[...] quòd sit Libera potestas ex his, quæ [...] aliquem conducunt, unum præ alio eligendi [...] num & idem acceptandi, vel pro arbitrio re[...] intelligenti naturæ ad magnam Dei gloriam a[...] Amesius: *Hæc definitio quamvis eum sensum po[...] ut de ea non sit contendendi causa; neque tamen e[...] ta, neque in illo sensu, in quo à Bellar. declarat defendi, sicut ex seqq. apparebit. Simplex & vera liberi arbitrii est, quòd sit facultas agendi ex con[...] Bellar. ipse fatetur cap. 17. Satis est ad essentiam [...] bitrii, si quis habeat optionem diversarum rerum, [...] fiat cum pleno atque perfecto judicio rationis.* Res[...] falsò Amesius carpat definitionem Bellarmin[...] apparebit ex sequentibus. Quòd verò suam [...] no-Calvinianam etiam Bellarmino affingere [...] buerit, spissa & palpabilis impostura est. Q[...] mentis dubitet, non habere liberam electione[...] qui (quantumcumque suaviter & infallibilite[...] cessitatur physicè ad aliquid agendum, licèt [...] cum consilio ex parte intellectus? Toto [...] hac facultate distat illa, qua quis (juxta B[...] habet liberam electionem cum pleno judici[...] nis proponentis, quid in rebus, quarum [...] optio, appetendum, fugiendumve sit. O si[...] Puritanum!

Ad CAPUT V.

AD liberum arbitrium constituendum, in[...] larm. non sufficit libertas à coactione, [...] nino requiritur libertas à necessitate. Cùm e[...] plex à S. Bernardo & Magistro in 2. dist. 25 [...] guatur libertas. Una à necessitate, alter[...] cato, tertia à miseria. 1. est naturæ. 2. G[...] Gloriæ; Cumque libertas naturæ iterum sit [...] Una quæ opponitur simplici coactioni: a[...] non sola coactio, sed etiam necessitas qua[...] absoluta repugnat; ad liberum arbitrium [...] requiritur, ut SS. Scripturæ, & Patres p[...] culcant, & ratio ipsa evincit: Tum qu[...] & pecoribus competeret liberum arbitriu[...] ac pueris, furiosis, somniantibus: Tum q[...] qui etiam Deus liberè genuisset filium quia [...] otè. Tum quia aliàs nulla posset remanere

versia de libero arbitrio eum hæreticis, cùm nemo hactenus sanæ mentis negarit, Deum & homines liberos esse à coactione. Tum denique, quia chimærica omnino est potestas electiva cum determinatione ad unum ex necessitate. Electio enim est inter multa, ideoque electionem præcedit consultatio. At si necesse habeo unum aliquid velle aut facere, ad quid consultatio? ubi electio? Hanc Bellarmini doctrinam sanè perspicuam & distinctam carpit Amesius, quòd 1. *Confuse magis proponatur, quàm declarationis titulus promittebat*. At quænam, quæso, hic apparet confusio, nisi Amesii? 2. Ait: *Coactio est necessitas. Non debuit igitur necessitati opponi*. At quomodo hoc sequitur? Numquid rectè dico: Ad hoc ut Puritanus sit homo, non sufficit ut non sit asinus, sed etiam ut non sit brutum? 3. Queritur: *Per calumniam tribui suis*, (Lutherano-Calvinianis,) *quòd libertatem statuant à coactione tantùm. Supponunt enim semper, qui illa phrasi utuntur, libertatem voluntatis à necessitate naturalis determinationis ad unum*. Verùm frivola nimis est hæc evasio & querimonia. Non est controversia, an liberum arbitrium habeat necessitatem naturalis determinationis ad unum, uti saxum determinatur naturaliter ut feratur ad centrum, ignis ad calefaciendum; sed an liberum sit ab omni necessitate absoluta extrinsecus illata absque coactione? Hic respondeant categoricè quotquot sunt Lutheri & Calvini oon degeneres discipuli; numquid Lutherus conceptis verbis art. 36. non *conferens, sed asserens* pronunciavit? *Liberum arbitrium est figmentum in rebus, seu titulus sine re; quia nulli est in manu sua, quippiam cogitare mali aut boni, sed omnia de necessitate absoluta eveniunt*. Nonne Calvini sunt hæc verba lib. 2. instit. cap. 3. §. 10. *Voluntatem movet Deus, non qualiter multis seculis traditum est & creditum, ut nostra sit postea electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari; sed illam efficaciter afficiendo*. Seu ut habet editio Gallica: *ita movendo, ut sequi necesse sit: Illud ergo toties à Chrysostomo repetitum repudiari necesse est*: Quem trahit volentem trahit. Hic jam absque tergiversatione respondeat Amesius, aut ejus Complices. Verane hæc Lutheri & Calvini asserta? an falsa, impia, blasphema vobis videntur? Si vera; quomodo calumniamini? Si falsa, impia, blasphema; cur non iis aperta nobiscum fronte vos opponitis? cur inutilibus verborum ambagibus lubricè in omnem partem vos flectitis, ut quæ sit mens vestra, quis sensus, deprehendere vix liceat? Sanè, si (ut in fine Thesis 2. profitetur Amesius,) *conceditis, liberum arbitrium in eo quod agit, liberum esse ab omni necessitate, ut propriè non possit necessariò agere quoad exercitium sui actûs, quamvis respectu Divinæ ordinationis certò & infallibiliter agat &c.* nihil prorsus à Bellarmino & Catholicis dissentitis, cùm & nos infallibilitatem Divinarum præfinitionum ad actus bonos, libertati arbitri nullatenus officere, ultrò profiteamur. Si itaque sine fuco ita sentiunt adversarii, sine dubio relictis Luthero & Calvino pacem in hoc puncto nobiscum ineunt. Sed quàm sincera ea sit, in decursu patebit.

Ad CAPUT VII.

BEllarm. Libertas est formaliter in voluntate, radicaliter in ratione. Amesius: *Nulla alia ratione dicitur libertas voluntatis radicem habere in ratione, nisi quòd objectum proponatur cum indifferentia intellectualis cognitionis, ad agendum, vel non agendum. Hinc autem sequitur, libertatem voluntatis non excludere illas prædefinitiones & prædeterminationes Dei, quas intellectus non potest penetrare, vel de quarum indifferentia non potest judicare*. Resp. De. prædefinitionibus Dei extrinsecis ab æterno, facilè annuimus: prædeterminationes physicas intrinsecè afficientes voluntatem, *ita movendo, ut* (juxta Calvini phrasin) *sequi necesse sit*, non dubitamus esse præsentissimum libertatis excidium, ut suprà ostensum est.

Ad CAPUT VIII.

BEllarm. Voluntatis electio pendet necessariò ab ultimo judicio practicæ rationis. Amesius: *Si hoc verum est, tum falsum est quod ante dicebatur, ad liberum arbitrium requiri libertatem ab omni necessitate*. Respondeo, Utrumque est verum. Neque hæc posterior dependentia infert ullam necessitatem, determinatamque dependentiam ab hoc singulari judicio. Liberum enim est semper voluntati, ut propositis variis rationibus non necessitantibus, (quales sunt omnes circa quævis bona particularia extra Deum clarè visum,) sinat se pro libito moveri ab hac & non ab illa. Vaga autem illa necessitas dependendi ab aliquo judicio, libertati arbitrii non magis officit, quam necessitas illa, qua (juxta veriorem sententiam) voluntas essentialiter à cognitione dependet. Cum verò subdit Amesius 2. *Hæc Bellarm. sententia fuit inter ipsos Pontificios publicè damnata, nempe à Parisiensibus, apud Azor. lib. 4. cap. 23. &c.* Vel imperitè vel calumniosè ista objicit. Longè enim aliud est, oportere aliquod judicium rationis, idque ipsum liberum, præcedere quamvis liberi arbitrii deliberatam electionem, (quod duntaxat Bellarminus, & quidem verissimè affirmat;) aliud voluntatem necessariò sequi judicium aliquod rationis, ita ut cùm hæc proponit A. esse melius quàm B., voluntas non possit eligere B. Videatur loco citat. Azor. usque ad finem cap. & Card. Pallavic. in 1. 2. S. Thomæ Disput. 6. quæst. 2. artic. 5. ubi eruditè & solidè ostendit: Quomodo voluntas posset operari contra id quod repræsentatur esse melius ex parte intellectus.

Ad CAPUT X.

BEllarm. Liberum arbitrium est potentia non partim passiva, partim activa, sed simpliciter & absolutè activa. Tum quia juxta SS. August. aliosque Patres in potestate voluntatis est, agere & non agere, velle & non velle. Tum quia actio voluntatis est vitalis immanens, adeoque à principio interno & vitali necessariò producitur: Ergo nequit fieri à re extrinseca. Tum denique, si esset potentia passiva, falsò diceretur libera; non enim est in potestate patientis, quid in ipso fiat, sed in potestate agentis est, quid in alio faciat. Amesius 1. *Ex hac una sententia satis apparet, liberum arbitrium esse Jesuitarum Deum, vel idolum. Hæc enim est differentia inter voluntatem Dei & hominis, (sicut Alvarez observat disput. 91. numer. 13.) Voluntas Divina est purus actus, habens libertatem per essentiam; voluntas autem creata non est purus actus, sed habet libertatem participatam, qua includit aliquid potentialitatis, & ideò ut exeat in actum, necesse est ut præmoveatur*. Amesius 2. *Hinc etiam apparet, Bellarminum quidquid aliud profiteatur, cum Pelagianis tenere, liberum hominis arbitrium reipsa non esse per peccatum læsum, nec opus habere ut à gratia sanetur*. Respond. Ex hac duplici, eaque præpingui calumnia satis apparet, Amesium vix aliud potuisse spectare, quam ut tyrones suos quoquo modo sycophantando deciperet. Quamquam insigniter stupidi fuerint vel ipsi tyrones, qui non palpent insulsitatem illationis. Liberum arbitrium creatum non est actus purus, sed habet aliquid poten-

potentialitatis: Ergo non est potentia purè activa, sed ejus actus producitur activè vel ex toto vel ex parte à phantasmate, aut ab objecto cognito, aut certè ab ipsa mente, ut ajebant Godfr. Greg. Gabr. Cajet.) 2. Præmotionem Divinam indifferentem, (non physicè prædeterminantem,) per illam potentiam activam non excludit Bellarminus, sed cum S. Thoma facilè admittit; itemque necessitatem gratiæ excitantis & cooperantis, quæ sit in substantia supernaturalis, infra cum omnibus Catholicis tradit; quæ omnia perfractè negavit Pelagius. Qua ergo specie veritatis, Pelagiani erroris nos insimulat impostor ille cum Manichæo & Calvino?

V I N D I C I Æ

Pro Libro Quarto de Gratia, & Libero Arbitrio.

Ad CAPUT XIV.

SAltum facit Amesius oppidò luculentum; (Et multò magis Gerhardus.) Nam à cap. 11. lib. 3. usque ad duo capita ultima libri 4. omnia silentio suo approbant, adeoque fatentur tacitè, lib. 4. cap. 5. clarissimè convictos, ac justissimè damnatos esse absurdæ temeritatis, contradictionis, & hæresis Lutherum, Calvinum &c. qui negarunt liberum arbitrium etiam in civilibus; adeoque etiam nomen *liberi arbitrii* abolere, aut in *Servum arbitrium* transformare contra omnes Scriptores Ecclesiasticos præsumpserunt. Quis dubitet hìc valere illam Regulam juris: *Qui tacet, consentire videtur?* Verùm, non tantùm Lutherum & Calvinum suum, sed etiam Thomistarum prædeterminationes physicas liberi arbitrii interfectrices indefensas prætergreditur. Ergone sicut cap. 14. Durandi conciliationem per negationem concursus Divini ad actiones liberas, ità & prædeterminantium conciliationem rectè à Bellarmino explosam, suo probat silentio? Hoc sanè parùm congruit cum iis, quibus suprà Thomistarum sententiam tamquam propriam sustinuit, ut lib. 3. cap. 3. Th. 2. & 4. ubi eam pronuntiat *planè suam*. At hic Bellarminus, (annuente Amesio, ut meritò ex ejus silentio præsumitur,) illam tamquam libertatis humanæ vastatricem funditus evertit: Tum apertis Patrum testimoniis: Tum ex illo Ecclesi. 15. vers. 14. quòd *hominem reliquerit in manu consilii sui, ut ad quodcumque voluerit, extendat manus suas &c.* Tum quia apertè adversatur S. Thomæ 1. 2. quæst. 9. art. 6. ad 3. & quæst. 10. art. 4. & quæst. 80. art. 1. ad 3. Et 2. 2. quæst. 174. art. 1. Tum quia libera nequit dici ea potentia, quæ posita prædeterminatione physica non potest non agere, & illa sublata non potest agere: Tum quia si Deus ex necessitate determinaret creatum arbitrium, periret hujus libertas, ut ipsi agnoscunt: at quid interest, sive misera voluntas moveatur à Deo liberè sive necessariò, dummodo efficaciter & irresistibiliter moveatur? Tum quia sic Deus revera fit causa peccati: Tum quia sola voce discrepare videtur ab errore eorum, qui apertè tollunt liberum arbitrium. Hæc omnia sive dissimulat, sive silentio suo approbat Amesius.

Ad CAPUT XV.

HOC & seq. cap. Amesius sibi exagitandas sumit duas Rationes concordiæ cooperationis Divinæ cum libero arbitrio. Prior est Scoti, Greg. Gabr. &c. qui dicunt: Concursum Dei nihil mere aut operari in voluntatem creatam, sed diatè influere in effectum, eumque produc ipso momento, quo à voluntate nostra prod unde nec Deus voluntatem, neque hæc illum minat, uterque enim concursum suum liber bet, & si alter nolit concurrere, opus no Amesius hanc rationem concordiæ frustrà alla arrodit. Nam falsum est 1. *per eam subtrahi providentiæ & gubernationi Dei efficaci operationes tis humanæ.* Suaviter enim & fortiter flecti hanc quò vult, congruè creaturæ rationali, brutas pecudes. Falsum est 2. *Tolli subordin primæ & secundarum causarum.* Manet ea immot prima causa genio singularum se accommodat ris relinquens id quod essentia libertatis secu Falsum est 3. *Hominem non subditum, sed soci facere*, Nam semper manet ejus liberum exe a nutu Dei dependens, utpote quod pro libi servat, gubernat, dirigit, suspendit, extingu sum est 4. *Sic fingi Deum ex nutu hominis pen* cùm absoluto ejus dominio nihil eorum possi te, quæ ex spontanea liberalitate indulget creaturæ: Non magis certè pendet sic è nutu ræ Creator, quàm cùm is sua pollicitatione illi se quasi obstringit. Falsum est 5. imò syco ca cavillatio, cùm per liberam creaturæ de tionem *Creator* fingitur *quasi in ordinem redig* pietas minimè evertitur, neque illud prim *Faciam hoc si Deus voluerit.* Nam ità quodvis mea libera potestate est, ut tamen variis mo va etiam libertate, possit à Deo impediri, n aliud æquale, melius &c. Impium verò vici si Deus voluerit, faciam hoc vel illud flagitiu tamen juxta Puritanum omnino dicendum est denique 6. ait, hanc conciliationem *adversar*ta Did. Alvarez disp. 18.) *non modò Aristoteli & Themistio, sed etiam Catechismo Concilii Tr* (cujus tamen verba truncat Amesius, omitt *Quamvis secundarum causarum efficientiam non* *&c.*) falsum quoque est; nam præmotionem differentem, quam solam S. Thomas tradit admittimus; sed hæc toto cœlo differt à præ natione physica irresistibiliter necessitante, Bellarmin. explicat in 2. Ratione. Videat Cardinal. Pallavicinus in 1. 2. disput. 6. artic. 12.

Ad CAPUT XVI.

ALtera ratio concordiæ inter libertaten nam, & cooperationem Divinam, e iè probabilior, est juxta mentem S. Thomæ rum: Deum virtutes operatrices causarum rum movere & applicare ad opus. Amesiu miatur 1. *Bellarminum agere scepticum Sophista* posteriorem sententiam dicit *fortè probabilior* certè utraque probabilis est, & ita quoque repugnet utramque esse veram à parte rei, tamen non liquet. Quid ergo hìc Scepticum veritas manifesta nec ex Verbo Dei, nec e li ratione demonstretur, sapienter quisque c ciliationem præfert, quam arbitratur verisim Illam verò, quam cum Bellarm. cap. 14. te, (Amesio nihil contradicente,) rejecim ipse ut *veram sententiam* extollit, contend *eandem quam hic Bellarminus sophistica, obscura da interpretatione depravarit, & quam cap. 14.* Verùm, ut jam dixi cap. anteced. toto co illa physica prædeterminatio irresistibilis, (validis argumentis à Bellarm. disjectam c fendit Amesius?) ab hac præmotione m

Sic autem confusa inter se duplici sententia, scilicet vera S. Thomæ de præmotione indifferente, & falsò ei afficta de prædeterminatione physica irresistibili, complura objicit, quæ omnia vel jam in superioribus excussa sunt, vel simplici inficiatione difflantur, utpote nullo rationis vel auctoritatis fulcro nixa. Videatur suprà laudatus P. à S. Josepho Fulliensis in Defensione Doctoris Angelici, contra prædeterminationem physicam, & Concordiam suavem ejusdem.

VINDICIÆ

Pro Libro Sexto de Gratia, & Libero Arbitrio.

Ad CAPUT IX.

QUod suprà tacitè, hìc apertè præstat Amesius. Calvino deserto ait: *De libero arbitrio in civilibus & moralibus nullam sibi cum Papistis esse controversiam*; quod idem cum aliis Lutheranis facit, saltem tacitè, Gerhardus; ità suum Patriarcham, (quem toto lib. 5. Bellarm. refutat,) deserunt *in articulo summo, optimo, præ quo cæteri controversi nugæ sunt*. Concedunt ergo, posse hominem suis viribus cognoscere aliquod verum morale; sine fide & auxilio speciali aliquod bonum morale perficere; adeoque in statu naturæ lapsæ esse ità liberi arbitrii, ut possit bonum morale eligere, malum evitare. *Quæstio* ergo, *eaque gravis* solum *est de supernaturalibus, quæ propriè pertinent ad salutem, quam*, ait Amesius, *à Bellarmino calumniosè tractatam*. Videamus, uter calumnias admittat? Ait Bellarm. apud Amesium: (Quæstio est: Sitne homo post lapsum primi hominis verè liberi arbitrii in iis rebus, quæ pertinent ad salutem, ut quamvis nihil possit sine auxilio gratiæ, tamen per gratiam prævenientem excitatus, & adjutus à Deo, ità valeat operari, ut possit etiam non operari?) Quid, quæso, hic non apertum, planum & candidum? Queritur tamen Amesius 1. *Lubricam esse hanc phrasim*, verè liberi arbitrii, idest, non necessitati irresistibiliter. Et numquid hoc inter nos & vos controversum est? ubi ergo lubricitas, ubi calumnia? Queritur 2. *Non satis distinctè designari objectum hujus quæstionis, quæ scil. sint illa quæ pertinent ad salutem*. At nodus in scirpo quæritur. Ex tota quippe tractatione Bellarmini liquet, eum loqui de actibus fidei, spei, charitatis, & reliquis supernaturalibus. 3. Ait: *de gratia præveniente satis constat*. At certè constat eatenus inter utrosque, quòd illustrationes & impulsus Divini sint saltem ex parte gratiæ prævenientis: prædeterminatio autem physica ex earum classe jam sæpè sæpiùs, & efficacissimè rejecta est. 4. Ait: *Ly posse operari & non operari, juxta Did. Alvar. habere sensum duplicem. 1. Ut potentia ad non operandum stet in eodem subjecto cum gratia & auxilio, quod requiritur ad operandum; Et hic sensus*, inquit, *est verissimus*. Verissime dixisset: hic sensus est falsissimus, & non minùs absurdus, ac si diceretur, Beatum esse liberum ad amandum & non amandum Deum, quia secluso lumine gloriæ habet potentiam ad non amandum Deum. 2. *Ita ut gratia & auxilium ad talem operationem particularem datum, & carentia talis actus, seu actus contrarius possint esse, & aliquando sint simul in eodem subjecto, qui sensus est Bellarmini, & falsus*. Ita quidem ait cum Alvare Amesius, sed nec leviter probant falsitatem. Quomodo enim necessitas & libertas absoluta possunt simul afficere unum eundemque actum? Sanè si irresistibiliter necessitat potentiam illud prædeterminans auxilium Dei, ità ut sine illo non possit hic & nunc operari, & cum illo non possit hic & nunc non operari, sole meridiano clarius est, præter inane nomen nec umbram quidem veræ libertatis relinqui, ut cum Calvino genuini ejus discipuli, (ideò à Concil. Trid. damnati, ut toties Alvarez testatur,) profitentur; à quibus proinde Amesius ad Thomistas prædeterminantes defecit. Ex quibus omnibus ex lege talionis liquet, eum apertæ calumniæ, & quidem multiplicis, reum esse, dum sine ulla probatione Bellarminum calumniæ accusavit. At ecce! mox Th. seq. alia graviore calumnia Bellarminum impetit, & Catholicos omnes, quòd *bonum usum liberi arbitrii nolimus ex gratia pendere, sed ex ipsa voluntate*. Hæc sycophantia est planè effrons & intolerabilis. Nemo nostrum est, qui non eam, quam nobis affingit opinionem, (prout ea verba sonant,) ut hæreticam damnet. Fallit verò, aut gravissimè fallitur, cùm hic & alibi passim supponit, inter gratiam physicè & irresistibiliter necessitantem, & ipsam potentiam liberam, quæ ab illa gratia dependeat, vel non dependeat, nullum dari medium, nempe auxilium gratiæ congruæ ità efficaciter afficientis liberum arbitrium, ut hoc infallibiliter, (liberè tamen,) accommodet consensum. Sed necdum finis cavillorum in statu controversiæ, per se clarissimo, obtenebrando. Ajebat Bellarm. lib. 6. cap. 9. Calvinum & Chemnitium docere, voluntatem nostram in pietatis operibus sic agi à Deo, ut non possit non agere; & quamvis ipsa quoque concurrat activè, tamen concurrere ut merum instrumentum Dei naturale, non ut causam liberam sui actus. Hæc non affingi Calvino, patet ex clarissimis ejus verbis suprà recitatis, quæ sanè è diametro repugnant iis, quæ Amesius hic subjicit, nempe. 1. *Falsum est, nostros docere voluntatem esse merum instrumentum actionum quas producit, aut etiam naturale*. 2. *Libertatem non tolli dicimus per gratiam, sed perfici*. 3. *Non negamus, voluntatem habere dominium sui actus, sed dominium illud subjectum & subordinatum esse dicimus primo & absoluto dominio Dei, quod B llarm. negat*. Numquid postremum hoc est patens mendacium? & anteriora directè contradicunt Calvino?

Ad CAPUT X.

A*N in supernaturalibus ità agamur à gratia Dei, ut actualis efficacia illius gratiæ relinquatur electioni voluntatis humanæ, ut ab illa determinetur? Nos negamus*, ait Amesius. Idem tamen necdum cessat cavillari, Bellarminum incusans, quòd *affirmativam satis habuerit subindicare; cautè nempe celans, quod nec castè, nec tutò satis potuit profiteri*. Hanc esse apertam calumniam patet ex omnibus quæ à cap. 9. usque ad finem lib. 6. Bellarm. disputat. Apertè enim & ex instituto probat libertatem arbitrii in actionibus salutaribus veram & realem, tam operosè in prioribus explicatam.

Probat autem I. ex omnibus illis S. Scripturæ locis, in quibus dicuntur homines in operibus pietatis operarii, ædificatores, plantatores, rigatores, cooperatores & coadjutores Dei. Si enim nihil agerent, sed tantùm moverentur, ut mera instrumenta, non deberent sic vocari, sed ligones, rastra, secures &c. Amesius ait Bellarminum *luctari cum larva à semetipso conficta, non nobiscum, (Calvinicis,) qui conclusionem ejus agnoscimus esse veram*. At Bellarminus directè impugnat Calvinum; proinde hic Calvinus est *larva* illa à Bellarmino impugnata. Quòd si conclusionem Bellarmini Amesius tuetur ut suam, cur tam operosè reluctatur, multiplicesque cavillos jam sæpiùs rejectos, alio & alio verborum fuco tinctos restaurat?

Porrò

Porrò quàm absurdè partim, partim calumniosè contendit. 1. *Liberum arbitrium esse principium* Quod *actionum salutarium, non verò principium* Quo? 2. *Libertatem naturalem* (juxta Nos, ut ipse supponit) non accipere, *& posse & velle suum à gratia*. 3. Nos dicere, homines moveri ad actiones supernaturales, sine ingeneratione *principii supernaturalis*. 4. *Phrases illas* cooperari, coadjutores &c. *esse prorsus alienas à præsenti quæstione*. Et cur? quia *nusquam sic vocantur homines respectu operationis supernaturalis in ipsis eliciendæ per gratiam salutiferam, sed respectu operis ministerii, per gratiam (quam gratis datam Bellarm. appellat,) in aliis perficiendi*. Sed hoc & apertè falsum esse patet ex illo Matth. 20. vers. 8. *Voca operarios &c.* Rom. 8. vers. 28. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*: & quamvis ità esset, non ideò evaderet Amesius. Si enim homo est cooperator Dei respectu salutis proximorum, quantò magis respectu propriæ?

II. Probat Bellarm. Stultum esset imperare aut suadere opera pietatis ei, qui non haberet arbitrii libertatem. Sed Deus suadet & imperat hominibus opera pietatis, & ipsam etiam conversionem ad Deum, de qua maximè litigant adversarii: Ergo habemus libertatem arbitrii in operibus pietatis etiam ante justificationem. Amesius. *Concedimus totum. Hominem scilicet habere naturalem arbitrii libertatem: sed negamus, hominem absque gratia regenerationis habere vires idoneas ad spiritualia opera pietatis præstanda*. Resp. Hæc minimè cohærent. Nostrum enim argumentum evincit, in operibus pietatis, (quæ constat suaderi & imperari à Deo,) justificationem præcedentibus, nos habere libertatem; & hoc totum ait Amesius se concedere: qua igitur mente aut fronte mox negat, nos ante gratiam regenerationis non habere vires idoneas ad illa opera pietatis, quæ disponunt ad recipiendam regenerationis gratiam? Quoscumque fines præcepti aut suasionis Divinæ fingat Amesius, illud semper fixum manet, (quod ipse *totum* aiebat *se concedere*,) stultum esse imperare aut suadere non habenti, aut habere non potenti vires idoneas ad præceptum suasionemve implendam.

III. Quando Scriptura dicit: *Deus operatur velle & perficere*: & cum nos dicimus: *Converte nos Deus &c.* adversarii contendunt, ejusmodi testimoniis significari, Deum verè & propriè agere & operari nostras actiones bonas. Cur igitur quando Scriptura dicit: *Operamini vestram salutem: facite vobis cor novum: convertimini ad me &c.* non patiuntur, ut eodem modo ista eadem vocabula intelligantur, & nos verè & propriè dicamur operari nostras actiones bonas? Amesius. *Patimur animis æquissimis, ut nos verè proprieque dicamur operari nostras actiones bonas, sed per gratiam Dei, non viribus arbitrii nostri*. Respond. Hoc effatum Amesii, nisi subdolè sensum falsum celet, ut verba sonant, nobis consentit, sed Calvino & sequacibus contradicit, ut patet ex Calvini verbis, quæ hic recitat Bellarm. Brevis igitur nostra complexio est hæc: Homo excitatus & adjutus à gratia Dei ad actus fidei, spei, pœnitentiæ &c. concipiendos, vel elicit eos actus liberè, ita ut absolutè stante eodem auxilio excitante & adjuvante possit non elicere; vel elicit eos absolutè necessariò, irresistibiliter necessitatus ab illis auxiliis. Si 1. habemus intentum; si 2. clarum est, verba dedisse Amesium.

IV. Scriptura docet, nos à Deo juvari in operibus pietatis. Non autem propriè juvari dicendus est, qui nihil agit, sed qui laborat in agendo. Ergo non est Dei tota actio pia hominis, sed etiam hujus liberè eam elicientis. Mirabilis est hic Amesius, cùm ait: *se conclusionem concedere*: & tamen mox subdit: *Hoc argumentum eò tendit, ut pro Jehova substituat nobis Jovem in Deum*. Resp. Argumentum sine dubio inten-

dit inferre *Conclusionem*, quam Amesius se fat
cedere. Majorem è Scripturis clarissimis depr
negare non audet. Subsumptum lumine nat
spicuum inficiari non potest. Quid, quæso,
ad cavillationem & subterfugium facit, quod
recitat ex Lactantio, Gentilium vanitatem ar
qua nihil nisi adjutorium Jovi aliisque Deastris
bant, à quo errore procul absunt omnes pi
lici. Amesius. 2. *Quatuor sunt termini in hoc syl*
nisi Bellarm. possit ostendere ex Scriptura, nos
Deo juvari, sensu isto quo hæc vox solet à vulgo usurpa
Enimvero perridiculum est dicere, quatuor
minos in syllogismo, nisi Bellarm. ostendat
ptura, propriè usurpari illud, quod jam omn
culis Christiani in minimè improprio sensu usu
quotidie: *Deus in adjutorium meum intende: Do*
adjuvandum me festina. Quantò justius dixerim
tres terminos esse in bono illo syllogismo,
mesius demonstrarit quartum ex S. Scriptur
lis glossis Lutherano-Calvinisticis interpolata
hærere diutiùs in nugis istis excutiendis, q
ta quodlibeticæ Pathermeniæ præcepta hic p
tur Amesius.

V. Si homo à Deo vocatus possit venire
venire, tunc sine dubio liberi arbitrii esse c
tur. Sed verum prius. Ergo. Amesius 1. *Con*
tur sensu jam sæpius dato. Nempe sensu cont
rio, ut jam suprà vidimus in argum. 2. Ame
Si vocatio qualiscumque intelligitur, Assumption
quoad illam partem, potest venire, *potentia*
interna. Si vocatio efficaciter trahens intelligitur,
quoad alteram partem, potest non venire; se
composito, quasi vocatio talis possit adesse,
actus ipse veniendi non consequatur. *Si alio*
cipiatur posse venire & non venire, *propositio*
prout Bellarm. intelligit arbitrii libertatem, ità ut
rentiam includat ad utrumque. Resp. Multis mo
cat hæc evasio, & minimè assequitur intentun
1. quævis vocatio, si sit seria & non illusori
ponit absolutè, esse liberum & in potestate
sequi vocantem, sive id possit præstare virib
prius, sive viribus ipsius benevolè vocantis
vantis. 2. Vocatio efficax est, quæ infallibili
dem, sed sine ulla irresistibili necessitate inf
ctum, ut monstratum est suprà. Unde tan
tet 3. illud *posse venire & non venire*, & omne
tatem istam larvatam recidere tandem in ill
vim *motionem efficacem*, qua *venire necesse sit*,
tate scil. absoluta & antecedente.

Ad CAPUT XII.

Catholica veritas probatur rationibus. I
esset homo liberi arbitrii in operibus p
(etiam ante gratiam regenerationis,) sequ
non peccare eos qui nolunt credere in Christ
nolunt converti à peccatis &c. Amesius *conc*
clusionem, scilicet sensu illo chimærico. 2.
negare consequentiam, si liberum arbitrium sensu
mano intelligatur. Negat ergo Solem lucere in
sereno cœlo. Si enim non est in mea potesta
remota quidem, converti & credere, quomo
sum peccare in eo omittendo, quod mihi est
sibile? Quod addit: *Consequens non debere vi*
larmino absurdum; Ex de *tempore, quo juxta*
obligat præceptum dilectionis Dei, & bonorum op
meræ nugæ sunt, alibi pro merito excussæ.

II. Sequeretur, non esse laudandos, aut u
mio dignos eos, qui volunt credere, sperar
gere, converti &c. 2. Nullum haberent l
ejusmodi rebus præcepta, consilia, cohor
&c. 3. Tolleretur è medio omnis diligentia a

d

dustria in fide & pietate augenda & excolenda &c. Amesius 1. explodit rationem meriti Pontificii, de quo infrà. *De laudis*, inquit, *& præmii ex gratia relatione, ex Logica, causæ illius modum quo quis agit ex consilio, sufficere ad illam sustinendam, quamvis alius facit, ut ille eo modo agat.* Resp. Hoc congruè dicitur juxta regulas Logicæ Quodlibeticæ. Nam omnis Logica & ratio recta dictat, superfluam esse & inanem omnem ex consilio actionem, ubi absoluta, antecedente, & irresistibili necessitate motionem alterius *me sequi necesse est*. Idemque est quoad præcepta & cohortationes: Ista certè omnia essentialiter erunt superflua & nugatoria, posita aut remota illa irresistibili & inevitabili absoluta necessitate. Quid efficiat moralis suasio plus in agente intellectuali necessitato, quàm in quovis saxo? annon fatuè suaderetur beato dilectio Dei? Quod denique ait: *Illam defensionem Bellarm. de infallibilitate judicii Papæ, (qua non possit relinquere debitam diligentiam, ità ut temerè definiat,) solam sufficere ad clamores istos reprimendos, quibus infallibilitatem gratia Dei infamare studet.* Resp. Nec Bellarm. nec ullus Catholicus infallibilitatem gratiæ infamat, (pro qua etiam vitam profundere parati sumus;) sed necessitatem irresistibilem, pecudibus quàm hominibus convenientiorem meritò explodimus. Longa itaque disparitas est inter utrumque. Hoc ipso, quòd Christus Ecclesiæ per S. Petrum ejusque hæredes promisit decreta fidei & morum infallibilia, pollicitus quoque est media idonea, (quæ sine dubio temeritatem excludunt,) sive hæc sint physicè prædeterminantia, sive moraliter suadentia; de quibus proinde non est quod simus solliciti, cùm certum sit, interim debere Papam non minùs ac Apostolos in Concilio Hierosol. Actor. 15. vers. 7. pro negotii gravitate majorem minoremve diligentiam & *conquisitionem* adhibere. At si certi essemus ex fide, nos physicè & irresistibiliter a prima causa necessitandos ad omnes operationes sive malas sive bonas, sive jucundas sive molestas; fatui essemus, si anxiè deliberaremus, quid hic & nunc faciendum aut omittendum, cùm sine nobis liberè cooperantibus, in nobis omnia quæ vellet Deus efficeret.

Ad CAPUT XIII.

I. OBjic. hæret. ex Ezech. 36. vers. 26. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum: Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis.* E verbis prioribus, (omissis posterioribus,) Amesius sic arguit: *Cor lapideum non habet in potestate sua fieri carneum. Sed voluntas hominis peccatoris est cor lapideum. Ergo non habet in potestate sua fieri carnea, idest, spiritualiter bona per regenerationem.* Resp. 1. Hæc argutatio potuisset quoque objici à cervicosis peccatoribus ipsi Ezechieli cap. 18. vers. 31. dicenti: *Projicite à vobis prævaricationes vestras - - - - & facite vobis cor novum, & spiritum novum &c.* Quod autem insulsis istis Propheta, nos cavillationi Amesianæ reponimus, nempe: per metaphoram cordis lapidei non accipi nisi obdurationem in peccatis, quæ sine dubio voluntaria est, adeoque potest à volente, excitanti & adjuvanti gratiæ cooperari, & mutari in cor carneum, molle & tractabile. Resp. 2. Plus non evincitur, quàm non posse hominem in peccato mortali hærentem sine auxilio gratiæ indè liberari, & ad regenerationem aspirare: cum hoc verò posse; Vires enim ad vitaliter operandum peccator semper retinet: ùt autem ut valeat per supernaturales operationes se disponere ad gratiam regenerationis, requiritur & sufficit auxilium gratiæ transiens, (& non habituale,) quo elevetur ad dispositiones prævias supernaturales planè necessarias; neque enim Deus qui fecit nos sine nobis; vult nos, (adultos,) justificare & salvare sine nobis liberè cooperantibus, & per actus fidei, timoris, spei, & dilectionis nos congruè disponentibus. Resp. 3. Qui stolidè vellet mordicus inhærere rigori illi verborum de *corde lapideo, carneo &c.* cogeretur etiam concedere, neque post regenerationis gratiam obtentam posse nos quidquam supernaturale & spirituale operari. Quomodo enim hoc valeat *cor carneum?*

II. Objic. *Homo non cooperatur ad illud, quod in ipso à Deo creatur. Sed cor novum à Deo in homine creatur. Psalm. 50. vers. 11.* Ergo Respond. Concedo totum de creatione, seu infusione gratiæ justificantis, quod sine dubio est solius Dei. Quid verò hoc contra nos, qui dicimus, homines per opera pietatis, auxiliis Divinis adjutos, disponi congruè ad illam gratiæ justificantis infusionem? Non Bellarminus *impudenter nimis corrigit Spiritum S.* dum *cor mundum creari* verissimè ait, idem esse, quod ipsam cordis munditiam effici; sed ipse Amesius impudenter calumniatur, quod negare non potest sana mens. Quid enim, quæso, fit in conversione peccatoris? numquid *cor mundum?* at ipsa substantia cordis non fit, cùm supponatur; nec mutatur in aliud substantialiter, sed accidentaliter tantùm, recipiendo munditiam cœlestem. Hæc verò est sine dubio intrinseca qualitas nitere faciens animam. Hæc ergo mundities revera efficitur; non quidem actione creativa in rigore philosophico accepta, (quod nec Amesius diffiteri ausit;) Ergo effectione illa, qua ex potentia obedientiali animæ Deus educit ornamentum illud, quo formaliter expellatur macula peccati mortalis. Quàm verò *creatio novi cordis* nullatenus conveniat justitiæ illi imputativæ extrinsecæ, patebit ex infrà dicendis.

III. Objic. *Peccatores in Scripturis mortui esse dicuntur in peccatis. Nec potest dici*, peccatorem mortuum non cooperari Deo, ut mortuum, sed ut vitalem virtutem à Deo habet: *Hæc enim est perpetua implicatio: Homo mortuus habet in sese vitalem virtutem, aut vitam. Cooperari gratiæ est actio vita gratiæ, non natura, nisi Pelagiani immeritò fuerint damnati.* Resp. Hæc est perpetua cavillatio, aut certè inscitia. Homo carens gratia adoptionis mortuus est quoad operationes proprias filii Dei adoptivi, quæ nempe procedunt à principio habituali & permanente supernaturali, & meritoriæ sunt vitæ æternæ, ut infrà demonstrabitur. Interim tamen optimè potest carens forma illa supernaturali, quæ constituit filium Dei, per potentias suas vitales auxiliis gratiæ excitantis & adjuvantis elevari, ad opera pietatis congruè disponentia ad illam filiationem, ut suprà dictum.

Nihilo saniora aut firmiora sunt, quæ Gerhardus hic occinit. Do hic tantùm unum alterumve specimen.

Disp. 27. Th. 43. & 44. ait: *Qui naturaliter peccatores nascuntur, illis peccatum est naturale. Omnes homines ita nascimur. Ergo. Jam sic: quidquid est homini naturale, idest, homini inevitabile nisi per Divinam potentiam. At peccatum est homini naturale. Ergo est homini inevitabile nisi per Divinam potentiam. Assumptio & conclusio exstant Jerem. 13. vers. 24. Si mutare potest Æthiops pellem suam, & vos poteritis bene facere, cùm didiceritis malum.* Resp. 1. Hinc ad summum probatur, potentiam peccandi esse homini naturalem. Alioqui si de actu accipiatur, nimis falsum foret dicere, actus ridendi, flendi, generandi, &c. esse homini inevitabiles citra Divinam gratiam. Resp. 2. Similiter dici posset: Secundùm rationem agere est homini naturale: Ergo est ei inevitabilis operatio secundùm rationem: quod constat esse falsum. At quæ disparitas? Resp. 3. Ipsum Prophetæ dictum refutat insulsitatem Gerhardinam. Ait enim: *Cùm didiceritis malum.* Quis

verò

verò discat id, quod naturaliter est inevitabile? Th. seq. sic arguit: *Juxta Bellarm. lib. 1. de grat. & libero arbitrio cap. 12. §. 2.* Gratia efficax non constituitur per assensum & cooperationem humanam, ità ut ab eventu gratia dicatur efficax &c. *At si efficacia gratiæ non pendet ab assensu & cooperatione humana, utique etiam humana voluntas non cooperatur gratiæ in*

actu conversionis. Resp. Arena hic est sine ca
nec apparens, quidem nexus in subsumption
enim gratia efficax in actu primo, ante
cooperationem humanam verè talis sit; ta
actu secundo infallibiliter trahit post se liber
minis; congrua gratia excitati, cooperation
suprà ostensum est.

V I N D I C I Æ

PRO LIBRO PRIMO

DE JUSTIFICATION

QUI EST DE FIDE JUSTIFICANTE.

Ad CAPUT IV.



UM in hoc nobiscum Lutherani & Calvinistæ conveniant, quòd ad justificationem obtinendam requirantur nonnulla ex iis, quæ nos Dispositiones ad illam vocamus, ac præcipuè actum fidei; rectè Bellarm. hic primam quæstionem proponit: Quænam sit illa fides, sive, quid sit ea fides, quæ ad justificationem requiritur? Amesius ex consueta calumniandi libidine, ait: *Hoc ipsum vel imperitè, vel sophisticè in quæstionem vocari.* Et cur? *Multa*, inquit, *ad justificationem requiruntur, quæ non justificant.* Et: *Non tam quæritur, quæ, aut quid sit fides quæ justificat, quàm quæ sit ratio, quæ propriè dicitur justificare.* Resp. 1. Multæ dispositiones requiruntur ad justificationem, quas certum est non justificare formaliter: nihil autem potest esse requisitum, nisi saltem tamquam conditio sine qua non; sive deinde appellare libeat dispositionem, sive applicationem, quid hoc ad rem? Respon. 2. Cavillationi huic suæ contradicit ipse Amesius in totius libri hujus decursu. Quid enim contendit, nisi fidem illam non esse assensum intellectus firmissimum, sed fiduciam directè & formaliter in voluntate sitam, & quidem de speciali misericordia; quæ omnia sunt planè medulla hujus Controversiæ. Unde Bellarm. rectissimè dixit, tribus in rebus dissentire Catholicos ab hæreticis. I. In objecto fidei justificantis, quod hæretici restringunt ad solam promissionem misericordiæ specialis: Catholici autem tam latè patere asserunt, quàm latè patet Verbum Dei; quia potiùs certam promissionem specialis misericordiæ, non tam ad fidem, quàm ad præsumptionem pertinere contendunt. II. In facultate & potentia animi, quæ sedes est fidei. Illi enim fidem collocant in voluntate, cùm fiduciam esse definiunt: Catholici in intellectu sedem habere dicunt. III. In ipso actu intellectus: ipsi enim per notitiam fidem definiunt, non per assensum. Amesius circa 1. *dissensionem*, *Observandum* ait 1. Lutheranos & *Calvinistas non restringere fidem illam* quæ *justificat, sed tantùm* quà *justificat ad promissionem misericordiæ.* 2. *Nos non restringere ad misericordiam specialem antecedentem, sed ad eam, quæ per ipsam fidem specialis evadit.* 3. *Non deesse inter Pontificios viros magnos, qui nobiscum consentiant; sic Contarenus &c.* Resp. 1. Eo ipso quo restringitur fides quatenus justificans ad promissionem misericor-

diæ, restringitur ipsa fides quæ justificat; .
est, Quod; alterum est Quo justificat. Fut
observatio ista. Altera observatio illustrem
dit chimæram. Quomodo enim potest mea
sericordiam DEI æternam & immutabilem
specialem? si non antecedit meam fidem
misericordia Dei, qua me ab æterno dilexi
vocandum, justificandum, & glorificandum
non nisi phantasticè illam ego reddo spe
Contraneum immeritò, (juxta suam quodli
parhermeniam,) ad se trahit: & adhuc mej
torto collo Sholasticos antiquiores, Alensei
navent. Durand. Cajet. Pezant. quasi fiden
fiducia acceptam,) in voluntate etiam, ut
rani & Calvinistæ, collocassent. Nihil isti
cent, quàm quod communiter omnes Cath
nemus, nempè: fidem directè pertinere ad
ctum; sed cùm is rebus obscuris non præbe
sum, nisi imperio voluntatis prævio adigat
quiri piam affectionem. Quid verò ad fidu
lam, quæ ad spem pertinet, estque fidei
In tertia dissensione, inquit Amesius, *Bellar*
planè ridiculus. Nobis enim tribuit sententiam
tradictoriam, quasi fidem faceremus fiduciam
voluntate, & simul etiam notitiam tantùm in
Qui fidem per notitiam ex parte describunt,
tem ejus causam & effectum consequentem notan
ram fidem ab imaginaria distinguant, neque f
neque notitiam excludunt. Respon. Non tam
nus, quàm ipsimet Lutherani & Calvinista
lam contradictionem suæ sententiæ tribuun
quid Amesius paulò antè fassus est, se tuc
in voluntate fidem quæ justificat collocare, ut
tem intellectus assensum ad fidem requiri doce.
Quæro igitur, estne fides justificans unus si
ctus, vel duo, aut plures? Si unus simple
vel fiducia tantùm, vel assensus, aut not
tùm. Si duplex; ergo alter est tantùm in
ctu, assensus scilicet, vel notitia, alter ta
voluntate, scilicet fiducia. Quidquid elege
sum lædet. Nihil ergo opus erat tricis i
frivolis, & nihil ad causæ constitutionem
tibus, tempus absumere, cùm tandem tota
versia hic tractanda paucis & claris verb
larm. initio Cap. 5 proposita, hæc sit: An
stificans non sit fiducia misericordiæ, se
assensus firmus, ac certus ad ea omnia,
credenda proposuit? Hoc posterius Cath
mur.

Ad CAPUT V.

Fidem justificantem esse tantùm assensum, probatur I. ex Hebr. 11. vers. 1. Nam quòd Apostolus hoc loco definiat fidem, negari non potest. Hoc tamen negat Amesius. Cur verò? quia *negat Erasmus*, irrefragabilis nempè auctoritatis! At, *negat quoque Alensis cum Hugone, & Lombardus spei idem tribuit. Nos denique,* (Puritani) *negamus, istis verbis contineri specialem definitionem fidei justificantis, qua talis est, qua non designat fidei ad Christum respectum, quo solo dicitur justificare.* Contra, quia Apostolus definit eam *fidem, ex qua justus vivit*: Hebr. 10. v. 38. Sed ex sola fide in Christum Redemptorem justus vivit, Ergo hanc describit Apostolus. Amesius: *Describitur eadem fides, sed non secundùm effectum justificationis.* Contrà. Quomodo ergo Apostolus ibid. repetit non semel, hanc esse *sine qua impossibile sit placere Deo?* Amesius. *Una & eadem fides est, qua placemus Deo ad reconciliationem, & jam reconciliati dirigimur & sustentamur ad placendum ipsi in obedientia nova. Non sequitur igitur argumentum: Fides describitur, qua facit ut Deo placeamus; Ergo etiam qua justificat.* Respon. Sufficit, contineri hic fidem justificantem, quæ certè non est fiducia voluntatis, sed opus intellectus; ut verò ad justificationem perducat impium, sine dubio eget comitatu aliorum actuum salutarium, timoris, spei, pœnitentiæ, & charitatis. Fides ergo pro sua parte ad justificationem disponens verè ab Apostolo dicitur *substantia*, quia facit, (intentionaliter,) præsentia ea, quæ sunt alioqui futura. At repræsentare non est voluntatis, sed intellectus. Ille enim rem apprehendens per speciem sibi impressam, facit rem esse, antequam sit. Amesius: *Syllogismus est sophisticus ex quatuor terminis conflatus. Facere præsentia, & repræsentare, non sunt unum & idem. Si hæc interpretatio admitteretur, fides salvifica non magis faceret nobis præsentia bona illa futura, quæ apprehendit, quàm quælibet notitia rerum fictarum facit eas contemplanti.* Resp. Syllogismus ille est apodicticus; Evasio verò Amesii est nugatio Grammaticalis, *facere*, (intentionaliter,) *præsentem*, & *repræsentare*, non est nisi variatio phrasis. Ubi ergo quatuor termini in syllogismo? Retineatur alteruter terminus tantùm, perinde est; semper immotum manet argumentum. Quòd etiam fictæ rei detur in mente repræsentatio, non obstat verissimæ repræsentationi rerum sperandarum quas Deus revelavit. S. Thomas impertinenter adducitur ab Amesio, cùm in ea quæst. 4. cap. 1. ex instituto propugnet hujus definitionis probitatem. Amesius: *Certe nemo non videt, fiduciam magis propriè præsentes nobis facere res sperandas, quàm vel notitiam, vel assensum.* Respon. Audax & paradoxum esse hoc effatum nemo non videt, nisi cui cum lacte materno haustus Luthero-Calvinianus error aciem mentis perstrinxit. Quid clarius & certius, quam ad intellectum universim spectare, res omnes trahere ad se, & reddere intentionaliter præsentes; affectus verò voluntatis rapere quasi extra se ad res per intellectum repræsentatas desiderandum, quærendum, & se cum obtentis uniendum?

Idem confirmatur 2. ex illa voce: *argumentum*, quod est idem, ac demonstratio, convictio, quæ certè ad intellectum pertinent. Amesius hanc tam perspicuam veritatem etsi negare non sit ausus, obscurat tamen & obruit crassis erroribus, quos recitare refutare est, nempè 1. ait, *pertinere quidem argumentum ad intellectum, ut ab eo inveniatur & judicetur; sed non ut in eo primò existat.* Ubi ergo primò existit? 2. Ait, *argumenta sunt in rebus ipsis.* Nempè sicut Conringius in suo Examine aiebat, *evidentiam non esse in cognitione, sed in objectis cognitis.* O novam sapientiam! 3. *Sic argumentum esse posse primò in voluntate, quamvis ut apprehensum pertineat ad intellectum.* 4. *Fides dicitur argumentum per metonymiam effecti.* 5. *Fiducia in voluntate est mihi proprium argumentum rerum à me sperandarum.* 6. *Hæc ipsa facit intellectum sic assentiri huic veritati;* (Illæ res sunt meæ,) *quasi omni rationis evidentia de illa jam esset convictus.* En! quot paradoxa uni clarissimæ veritati obtenebrandæ comminiscitur Amesius?

Confirmatur 2. Fiducia non gignit metum. Sed actus fidei in Noè genuit metum ibid. vers. 7. Ergo. Amesius: *Falsa est propositio, si intelligatur metus cautela non fuga.* Contrà. Fiducia expellit metum, Ergo non parit. Quænam, quæso, fiducia potuit in Noè gignere metum, qui causa esset fabricandi arcam? Amesius 2. *Fides quæ genuit metum non justificabat.* Sic est, de prima justificatione, secus de secunda, ut apertè ibid. prædicatur ab Apostolo.

Confirmatur 3. Non confidimus Deum, sed *credimus Deum esse*, vers. 6. Ergo credere non est confidere. Amesius: *Conclusio debet particularis esse; Ergo aliquid credere, non est confidere. Sic autem nostra defensioni non contradicit.* Respon. Universaliter nullum credere est confidere, sicut nullus actus intellectus est actus voluntatis.

II. Quod verò fides justificans non sit propriè notitia, sed assensus in rem etiam incognitam, patet ex illo, *argumentum non apparentium.* Hinc fidei officium esse intelligitur, non efficere, ut res obscuræ fiant perspicuæ, sed ut credantur, etsi non appareant. Manus hic dat nimis clarè veritati, contra suum Mag. Calvinum Amesius. Gerhardus verò *ex infantibus,* (*quibus*, ait, *Bellarminum fidem abrogare hoc argumento, quòd in illis non sit cognitio,*) colligit, *fidem non esse assensum, sed cognitionem.* Hæc collectio si non infantilis, saltem *puerilis* est. Quis dubitet, accipi ibi à Bellarm. latè *cognitionem* pro omni judicio intellectus, quo affirmet sive evidenter sibi proposita perspiciendo, sive obscurè propositis assentiendo ob authoritatem dicentis? Quæ ibidem subdit Gerhardus, insulsiora sunt.

Ad CAPUT VI.

Fidem non esse fiduciam, probatur ex illis verbis Rom. 4. ubi vers. 19. dicitur, Abraham *non considerasse corpus suum.* Consideratio autem ad intellectum pertinet. Et vers. 21. *plenissimè persuasus aut sciens*: quod similiter pertinet ad intellectum. Amesius. *Est etiam plena persuasio spei. Hebr. 6. vers. 11. & persuasione intellectus de omnipotentia Dei sustentatam fuisse fiduciam Abrahami, nos plenè persuasum habemus. Nihil ultra docetur illa phrasi.* Verùm hinc semper manet, fidem esse actum intellectus.

Confirmatur 1. Quia spes non est idem cum fide; sed fiducia est spes; Ergo fiducia non est idem cum fide. Amesius. *Fiducia prout respicit futura, est spes; sed prout respicit præsentia, idem est quod fides.* Resp. Fiducia de præsenti, est implicatoria. Bonis præsentibus fruimur; confidimus tantùm de futuris obtinendis. Qui secus loquuntur & sentiunt, res distinctas confundunt, & satis impropriè loquuntur.

Confirmatur 2. Quia juxta 2. Corinth. 10. vers. 5. *Intellectus per fidem captivatur in obsequium Christi.* Ergo fides est actus intellectus. Amesius. *Omnes ratiocinationes & cogitationes rediguntur in obedientiam: hæc autem est voluntatis proprius actus.* Resp. Hic est bene spissus error. Nullus enim actus intellectus evidens, (saltem quoad specificationem,) subest imperio voluntatis, sed obscurus tantùm, fidei scilicet & opinionis.

nis. Similis absurditas est, cùm illud Ephes. 3. v. 12. (*Habemus accessum in fiducia per fidem*,) interpretatur, *habere nos fiduciam spei ex fiducia fidei*. Hæc fiduciæ distinctio est planè voluntaria.

Ad CAPUT VIII.

FIdei justificantis objectum non esse specialem Dei misericordiam, sed omnia quæ Deus revelavit, Probatur 1. ex Evangeliis. Amesius. *Ex Evangelus igitur Bellarminus evertet ipsum Evangelium*. Resp. Ex Evangelio Christi Evangelium Luthero-Calvinianum. Amesius: *Si Evangelium non alium locum habet in fide justificante & salvante, quàm lex moralis, cæremonialis, judicialis, quas Deus revelavit, tum certè quorsum Evangelium diceretur, aut quomodo revelaret justitiam Dei ex fide ad fidem, nulla ratio apparet*. Respon. Nimis lata disparitas inter legem Naturæ & Mosaicam ex una parte, & Evangelium ex altera parte est hæc: quòd illa ut sic, non doceat fidem in Christum esse fundamentum nostræ justificationis, nec gratiam conferat ex meritis Christi, quam etiam per Sacramenta N. L. ex opere operato non ponentibus obicem dari, ex Evangelio tantùm innotescit. Probatur ergo assertio ex Matth. 9. vers. 28. Cæci habuerunt fidem omnipotentiæ. Cap. 16. vers. 17. Petrus credidit Christi Divinitatem; Item Centurio Luc. 7. vers. 9. Nathanael Joan. 1. vers. 49. Apostoli Joan. 6. vers. 69. Martha Joan. 11. vers. 25. Dominus denique docet, & Thomas profitetur fidem resurrectionis Christi, & Eum esse Dominum ac Deum. Leprosus Marc. 1. vers. 40. fidem rectam habuit, & tamen de voluntate ac speciali misericordia Domini ambigebat, dicens: *Domine, si vis potes*. Amesius ex omnibus istis locis conatur extundere ope suæ Quodlibeticæ, aut *illos non habuisse fidem justificantem; aut eam fuisse de speciali misericordia*. Sed voluntaria assertio, non voluntaria sed rationabilissima inficiatione superabundanter rejicitur. Quòd verò addit: *Fiducia non excludit semper omnem dubitationem*, hoc ipso destruit, quod tam operosè moliebatur. Nam quod non excludit omnem dubitationem, non est fides in Christum justificans. Hæc enim facit, ut fideles cum S. Augustino potiùs dubitarent se vivere, (quod nemo sani cerebri facit,) quàm vera esse quæ Deus per Ecclesiam revelavit.

Confirmatur idem I. ex Luc. 18. vers. 11. ubi Pharisæus confidebat se habere specialem Dei benevolentiam, Publicanus verò non; & hic tamen justificatus est, non verò ille. Nec evadit Amesius cùm prætendit 1. *Confundi hic à Bellarm. fidem & fiduciam*. Loquitur enim ad hominem. Id quippè faciunt Lutherani & Calvinistæ. 2. *Misericordiam verti in benevolentiam specialem*. Est hæc variatio tantùm phrasis: res eadem utrobique accipitur. Quis enim dubitet, Deum bene velle ei cujus miseretur? 3. *Fiduciam & fidem hypocriticam sic à Bellarm. fieri mensuram veræ fidei*. At dicit hoc ex suppositione adversariorum. 4. Non ait Bellarm. Exemplum Pharisæi esse hominis revera justificati; sed ex eo, quòd Pharisæus caruerit revera justificatione, & tamen habuerit fidem specialem, rectè infert, hanc non esse justificantem, sed decipientem.

Confirmatur II. ex cap. ultim. Marc. vers. 16. ubi apertissimè patet, fidem miraculorum unam & eandem esse cum fide justificante. Certum autem est, fidem miraculorum non respicere tamquam objectum, specialem misericordiam remissionis peccatorum, sed omnipotentiam & Divinitatem Christi. Amesius: *Multi justificantur sine fide miraculorum, & multi olim hanc habebant non justificati*. Resp. 1. Justificantur sine fide miraculorum quoad suam essentiam, nego: quoad adjuncta illa, quibus non pollent quicunque justi, concedo. Non est enim fides miraculor
quoad essentiam ac illa communis omnium fid
diversa autem est quoad intensionem & ad
Resp. 2. Potest sine dubio esse fides miraculor
charitate & justitia. 1. Corinth. 13. quid verò
tem?

Confirmatur III. ex Act. 2. vers. 38. 4. vers.
vers. 43. 13. vers. 39. & 17. vers. 7. & præcip
man. 4. vers. 18. & 10. vers. 8. 9. ex quibus o
locis apertissimè patet, objectum fidei justifica
se resurrectionem filii Dei. Debent autem sine
ista loca de ea fide intelligi, quam Apostoli p
bant, quamque qui recipiebant, fideles ac fili
hæ vocabantur. Ea autem non est fiducia in
cordiam specialem, sed fides requisita ad bapt
scilicet credere in Christum crucifixum & resu
nem ejus. Sanè eodem planè modo, & in
prorsus significatione loquitur Apostolus de fi
nos justificari dicimur, & de fide quæ imput
Abrahæ ad justitiam. Abrahæ autem fides n
fiducia remissionis suorum peccatorum per C
venturum sibi factæ, sed credulitas, & indubi
sensus verbi Dei de multiplicatione sui seminis
hos *contra spem in spem credebat*. Amesius ai
stolos ista cum eadem applicatione, (Lutheran
nianæ fiduciæ in specialem misericordiam,)
se. At ubi hoc scriptum legitur? Sanè verba
li Rom. 10. vers. 8. 9. *Hoc est verbum fidei quo
camus &c*. Et 1. Corinth. 13. vers. 2. ubi jung
quæ montes transfert cum spe & charitate, d
illam sine his non, sed cum his justificare. I
an. 5. vers. 1. *Omnis qui credit quoniam JESUS
stus, ex Deo natus est*. Item, *Hæc est victoria,
cit mundum, fides nostra &c*. Ex his, inquam,
libus nimis clarum est, fidei justificantis objec
nimè esse specialem illam misericordiam. Mir
tè esset, nec unico in loco exprimi, quòd d
nusquisque credere certò, se per Christum es
catum. Hic mutus est Amesius, & in iis qu
vult attingere, non verba Scripturæ, sed me
glossas producit. Sic & ad omnia illa, ex Tr
Ecclesiastica, ac speciatim ex Symbolo Apo
Bellarminus cap. seq. nimirum, quòd nulla f
rio misericordiæ illius specialis. Respondet Am
dictatu Quodlibeticæ Parhermeniæ, *applicati
cialem diffundi per omnes Symboli partes, idq
Apostolum Rom. 6. vers. 2*. Inspiciatur locus i
stoli, & dubitet qui potest, an Amesius n
in re seria. Ejusdem Quodlibeticæ est, quod
quitur, Remissionem peccatorum *& vitam æ
remissione credere, esse credere misericordiam s*
Atqui nos Catholici omnes credimus remissi
lam dari in Ecclesia DEI, & tamen non c
sed execramur tamquam dulce animarum ven
lam *fiduciam misericordiæ specialis*. Ergo hæc
illa. Quis dicat esse articulum fidei, quòd o
semel credunt, se habere remissionem pecc
& habituros inde vitam æternam, ideò verè
sint vitam æternam? Si non vident hinc P
vel hunc non esse fidei articulum, vel hunc
falsum, adeoque Deum revelasse falsum, &
profectò fascinavit eos fallax dulcedo illius
vangelii secundùm Calvinum aut Lutherum.

Ad CAPUT X.

CAtholica veritas ulteriùs roboratur
bus.

I. Quia fides in nihil aliud collimare debe
Verbum DEI. At in Verbo Dei nusquam
annuntiata salus mihi aut illi in particulari,
quibusdam paucis. Non igitur possunt relic

nes credere, nisi omnino temerè, tamquam ex Verbo Dei, sibi remissa esse peccata. Amesius. *Specialis promissio continetur in generali*. Respon. Nusquam habetur in SS. Scripturis generalis absoluta; nec dicit hæc: *Quisquis credit remissa esse peccata, habet vitam æternam*, aut justificatur, sed: *Qui credit in filium, habet vitam æternam*. Ex hac autem conditionata non potest colligi absoluta hæc: *Ergo habebo vitam æternam*, nisi per assumptionem absolutam hanc: Atqui ego credo in filium. Hæc verò assumptio absoluta non est in Verbo Dei, sed in opinione mea, quæ fallax esse potest. Amesius 1. *Malè disjunguntur ista duo, esse in Verbo Dei., & esse in opinione: quasi nullum tertium daretur. Est aliquid in sensu & experientia, quod neque est in verbo, neque in opinione incerta*. Respon. Pessimè hìc assignatur medium inter revelationem DEI certam, & opinionem fallacem. Medium hìc non dari apertè probo. Nam cùm in propositione dicitur: *Omnis qui credit in filium, habet vitam æternam*, sine dubio hoc intelligitur non nisi de fidei supernaturali actu. Jam verò de assumptione hac: *Ego sic credo*, non datur revelatio, ut per se patet: nec scientia, aut evidens experientia, sub quam nullus cadit actus supernaturalis, utpotè naturaliter summè improbabilis, etiam in genere sumptus; ut jam sileam, quòd, etsi homo de suis actibus naturalibus materialiter sumptis habeat evidentiam etiam metaphysicam, tamen de eorum formali motivo frequenter decipitur, ut testatur etiam de se S. Augustinus lib. 10. Confess. 36. 37. & optimè illuminatissimus in spiritu Thom. de Kempis lib. 3. de imit. Christi cap. 54. monet, *ut diligenter advertatur ad diversos motus Naturæ & Gratiæ, quia valdè contrariè & subtiliter moventur, & vix nisi à valdè spirituali & intimè illuminato homine discernuntur*. Nec est cur moremur hic sannas Puritani, cùm ait: *pudere nos debere, disertis verbis profiteri, non posse nos dicere, quod credamus in Christum, nisi ex opinione, quæ fallax esse potest*. Non est, inquam, cur pudeat nos veritatis, quòd ex lege ordinaria, & citra privilegium de nostra fide & justitia, non nisi opinionem, aut certitudinem moralem habere possimus, ut evincit ratio assignata. Plus sibi arrogare, miseræ deceptionis est, quæ innumeros Lutheranos & Calvinistas cum ingenti suavitate rapit ad Orcum. Sed instat Amesius: *Dicant nobis Pontificii*, qui ingentes Conclusiones colligunt absolutè ex istis propositionibus: (Successor legitimus Petri non potest errare. Concilium legitimum generale à Successore Petri approbatum non potest errare:) *ubinam inveniant has assumptiones*: (Episcopus ille qui occupat hodie Sedem Roman. est legitimus Petri Successor: Concilium Tridentinum Ex. G. fuit legitimum &c.) *Non leguntur sanè in Verbo Dei; an igitur tantùm sunt in opinione fallaci? tum certè tota fides Pontificia est opinio fallax*. Resp. Qua ratione è duabus præmissis de fide, inferantur a nobis istæ Conclusiones, satis dictum est Tom. 1. Quamquam etiam alii Theologi, qui admittunt assumptionem utrobique tantùm moraliter certam, commodam assignant differentiam. Nam circa Papam, Concilium generale &c. propositio universalis revelata est propter particulares: ad quid enim aliud prodesset universalis revelatio? Circa illam verò de fide, contritione &c. non ità. Revelata enim tantùm sunt, ut conemur per fidem & contritionem ad justificationem & salutem nos disponere, atque ità *satagere, ut per bona opera magis ac magis certam indies faciamus nostram salutem*, morali scilicet certitudine.

II. Fides justificans præcedere debet justificationem. Fides autem specialis misericordiæ sequitur justificationem. Ergo fides specialis misericordiæ non est fides justificans. Amesius 1. *Fides justificans præcedit justificationem ordine naturæ, non tempore, quia justificatio est effectus ejus, non omni modo. 2. Fides specialis misericordiæ duplici ratione sic vocatur. 1. quà Christum apprehendit. 2. quà misericordiam specialem ut jam donatam apprehendit. Priori sensu justificationem præcedit, & maximè propriè dicitur justificare: posteriore sensu sequitur justificationem*. Resp. Cùm Amesius majorem argumenti nostri satis apertè concedat; assumptio autem per fictam illam distinctiunculam minimè luxetur; totum argumentum vim suam obtinet. Revera enim omnis fides specialis misericordiæ sequitur justificationem, cùm omnis actus supponat suum objectum. Cùm ergo omnis fides specialis habeat remissionem peccatorum, vel justificationem pro objecto, omni modo eam sequi necesse est. Quodnam verò dicent esse objectum illius *fidei specialis misericordiæ* prioris, *quà Christum apprehendentis*? Quamdiu autem posterioris fidei objectum diversum non assignant, (quod certè numquam præstabunt,) in vanum verba multiplicant. Accedit, quòd indubiè fides ea esset falsa, qua credunt sibi remissa esse peccata, si, dum ità credunt, nondum sunt remissa peccata, sed sunt per hunc ipsum actum remittenda. Verùm putat Amesius hìc se invenisse aliam rimam, qua elabatur. Ait enim: *Dum ità credimus, sunt remissa peccata: remittuntur autem propriè per illum actum fiduciæ, quo Christo innitimur, qui natura præcedit illum actum quo credimus peccata jam esse remissa*. Admirandæ enimverò hæ sunt subtilitates; immò stupendæ, sed indoctis; apud doctos autem bilemne potiùs an risum mereantur, viderint, qui hoc Amesii commentum tueri volent. Ex his interim sciscitari lubet. 1. Cur oporteat actum fidei in posteriori signo rationis seu naturæ, ac in eodem instanti temporis jungi actui fiduciæ, *per quem*, juxta Amesium, propriè fit justificatio? Quid obesset, etsi longo tempore, immò numquam postea sequeretur? ad quid requiritur, aut conducit actus iste? Certè actum aut ageret, aut otiosè spectaret. 2. Cùm ea fiducia sit actus spei, numquid necessariò debet eum præcedere actus fidei de remissione peccatorum per spem in Christum obtinenda. Is verò actus fidei vel repræsentat specialem misericordiam, & sic foret non fides vera in Evangelio tradita; sed illud ipsum commentum Lutherano-Calvinisticum. Si fiducia illa justificans non supponit fidem misericordiæ specialis; Ergo alteram illam misericordiæ generalis, & conditionatæ, quam semper juxta Evangelium credidit Catholica Ecclesia. 3. *Cùm*, (ut Amesius paulò post subdit,) *objectum proprium fidei justificantis quà talis, sit illud ipsum quod justificat propriè, idest, misericordia Dei in Christo*; hæc ipsa misericordia Dei debet actui spei proponi ab actu fidei. Hic ergo actus fidei vel proponit specialem misericordiam Lutherano-Calvinisticam; & sic falsò dixit: *eam fidem sequi fiduciam justificantem*. Si proponit generalem; Ergo unicè vera manet nostra fides Catholica. Verbo, nullibi rimam invenit malè materiatum commentum, nusquam tutum ei patet effugium.

III. Fides specialis misericordiæ tollit è medio orationem, Sacramenta, opera bona. Ergo fides illa non est justificans, sed justificationem impediens. Si enim ex certa fide credere debeo, mihi per Christum peccata esse remissa, quomodo possum eum Publicano dicere: *Deus propitius esto mihi peccatori?* aut: *Dimitte nobis debita nostra?* Quid opus erit baptismo, si antecedenter per fidem certus sum de justitia obtenta? Amesius 1. *Ista sunt imaginationes servilium ingeniorum, filii Dei vox est illa Apostoli Galat. 2. vers. 20.* Vivo per fidem illam filii Dei &c. Charitas Dei constringit nos &c. 2. Corinth. 5. vers. 14. Resp. Quomodo ex his Apostoli dictis probetur, argumentum nostrum esse *imaginationem servilium ingeniorum*, sanè haud apparet. Annè si Apostolus habuit specialem revelationem de sua justificatione, ideò Puritani om-

nes

nes illam quoque participant? Amesius 2. *Petimus eo saltem modo, quo Christus Joan. 17. vers. 1. 5. petit, ut Deus ipsum glorificaret, de quo certissimus esse debuit, & fuit. Petimus continuationem, certiorationem majorem, & particularem applicationem remissionis concessa.* Resp. Nemo nisi fatuus petit rem præteritam, de certò futura esto. Quid verò *continuationem petat remissionis* Calvinista, *certiorationemve majorem*, cùm de decreto prædestinarionis prorsus infallibili sit fide Divina certissimus? Quid *particularem applicationem* flagitet, qui illam à se certissimè possessam, super omnia credit? Quid huic fidei superaddere poterit baptismus, aut panis corporis Christi figura? O verba inania!

IV. Etsi fiducia obtinendæ veniæ, (qualis esse debet in pœnitente,) præcedat justificationem: tamen fiducia, qua quis confidit sibi remissa esse peccata, seque Deo gratum esse & hæredem Regni, pendet à bona conscientia, & perseverante dilectione DEI, ac proinde præexigit justificationem, non illam efficit, adeoque non est fides justificans, sed aliquid posterius fide justificante. Pendere autem fiduciam ex bona conscientia & perseverantia in dilectione Dei, patet ex Psalm. 4. vers. 6. Eccles. 2. vers. 6. Oseæ 12. vers. 6. 1. Joan. 2. vers. 28. & 3. vers. 21. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, &c. Amesius audet jactare: *Bellarminum concedere verbis, quantum Luthero-Calvinici postulant.* At quomodo hoc? nempè *verbis* vi almæ Quodlibeticæ ad contrarium sensum detortis. Quid enim verò clarius hoc Bellarm. argumento? Fiducia qua quis confidit remissa esse peccata, supponit justificationem: Ergo non causat justificarionem. Ergo fiducia specialis misericordiæ, quæ remissionem factam præcedit, non est justificans. Verbo, Effectus justificationis non est ejus causa. Quid verò sibi vult mysterium illud, quod mox subdit Amesius: *Fiducia ista quamvis causam habeat conservantem, conscientiam bonam, pro causa tamen procreante fidem illam solam habet, qua purgantur corda à conscientia mala.* Quænam, quæso, hæc fides procreans fiduciam? an specialis misericordiæ? At hanc suprà expressè contendit sequi fiduciam in posteriori, natura. Ità seipsum destruit hoc commentum.

V. Speciatim contra Calvinum arguitur: Fides justificans pacem & tranquillitatem animis parit. Rom. 5. vers. 1. At fides specialis Calvinistica perturbationem & desperationem mentibus adfert; quia ad illam requiritur, ut quis planè cognoscat, se ad numerum prædestinatorum pertinere, & fidem justitiamque semel habitam amitti non posse. Ità disertè Calvinus lib. 3. institut. cap. 2. §. 38. 39. 40. Quæ loca qui legerit, deprehendet clarissimè, quàm illustre mendacium sit illud, quo caput 2. claudit, scilicet: *Falsissima est calumnia, certam cognitionem electionis & perseverantia necessariò requiri, ex Calvini sententia ad fidem justificantem.* Sed video, quid suo mendacio fucando obtendere possit; nempè Calvinum eodem lib. & cap. §. 14. & 17. docere: *Fidem semper esse incredulitate permixtam.* Et §. 17. *Fidem semper cum dubitatione & incertitudine conjunctam.* At hoc ipsum est, unde Bellarm. Calvini non modò apertam contradictionem evincit, sed etiam ostendit, fidem specialem parere desperationem. Uterque sanè error est intolerabilis, & se mutuò evertens. Ità totum fidei specialis commentum, ad innumerabilium animarum perniciem ex orco protrusum est.

Ad CAPUT XI.

OBjiciunt hæretici I. *Fides facit ut subsistant, qua sperantur. Hebr. 11. vers. 1. Ergo est fiducia; sicut etiam apparet ex ejusdem vocis usu. Hebr. 3. 6. 14.* Resp. Fides facit, ut ea quæ speramus, & needum
facta, necdum existunt in substantia, seu à par
subsistant in anima, & intentionaliter; sic con
antecedens, juxta expositionem S. Chrysostor
cæterorum Græcorum, qui optimè norant vim
ὑπόστασις: Sic verò sequela negatur. Negatur
per *ὑπόστασιν* intelligi *expectationem certam promi
sericordia*, ut contendunt quidem Lutherano-Ca
ni, sed minimè probant. Et quomodocumque
sius in omnem partem verset Apostoli verba,
fiduciam, expectationem, de remissione peccat
resurrectione, & vita æterna, nunc confun
nunc distinguens, non cohærent ista cum iis
in priori cap. Thes. 13. præcipuè de fiducia just
te asseruit. Ajebat enim, objectum esse mi
diam DEI per Christum remittentis peccata,
remissionem contendit in eodem instanti causa
li actu fiduciæ. Quomodo ergo jam eadem
justificans est expectatio certa resurrectionis
tiæ?

II. Objic. *Multa sunt loca Scriptura, ubi sen
potest consistere, nisi per fidem fiducia intelligatu
man. 4. 18. 19. 20. Marc. 11. 14. Jacob. 1. 6. cu
libus; præcipuè verò ubi agitur de justificatione.*
In iis omnibus locis, vocabulum *fidei* accipit
vera fide Catholica, qua credimus id omne
Deus revelat, non pro fiducia. Amesius: *Si n
sensus, qui revelationis veritati prabetur, in omni
intelligitur, tum credere Christum non magis ju
quàm (secundum Pontificios,) credere Tobiam
canem &c. quod tamen qui assereret, blasphemu
haberetur.* Resp. Hoc ultimum verum est: sed
illa est ex alma Lutherano-Calvinianorum Qu
tica. Tobiam habuisse canem, ut quis explic
dat, non requiritur ad justificationem, sic
Christi Redemptoris, unde nobis omnis spes
Frustrà verò desudat Amesius in urgenda fide A
Ut enim admittamus, quod Toletus ait, jux
ctores omnes, Abrahamum credidisse in C
venturum, nihil hinc pro fide specialis miser
evincitur. Quòd fiducia ejus eximiæ fidei fue
juncta, uti & obedientia hæroica, etiam cert
& similiter quòd in nostra justificatione; At
do hinc infertur: In locis assignatis fidem acc
cisè pro fiducia? Fatemur quoque *fidem mir
debere esse tantam, ut gignat fiduciam impetra
petitur:* At non ideò æquè magna & hero
& fiducia requiritur ad cujusvis peccatoris j
tionem & salutem, uti ad montis traslatione
mortui suscitationem: illa enim cùm comm
ordinaria sit, non debet nisi ordinarias hab
positiones cuivis faciles, cum ordinariis grat
liis; hæc verò miraculosa & extraordinari
rum non est, quòd majus quid in Thaum
præexigant.

III. Objic. *Fides in Scripturis sæpè opponitur
ut Matth. 8. vers. 26.* Quid timidi estis modica
Et fideles dicuntur sua fide fortes. 1. Petr. 5.
Resp. Nihil hinc sequitur contra nos. Ideò t
miditas, quæ opponitur fiduciæ, refertur in d
fidei, quia ex hac oritur fiducia. Amesius.
*pliciter quia ex fide oritur fiducia, (hoc enim om
tutes cum fiducia habent commune;) sed quia pr
ritur, ut perfectio fidei illius, qua est in intellect
ad quod proximè fides tendit, & sine quo fides
ciam, nec virtutis rationem habet.* Resp. Etsi h
raliter concederetur, tamen non rectè inferre
sis Lutherano-Calviniana. Omnium ferè ope
tuosorum defectus oritur in fidelibus ex defect
lis vivacis fidei; quis ideò dixerit, fidem ess
lem omnem virtutem, etsi revera suo modo
omnium?

IV. Objic. Rom. 4. vers. 16. Ideò ex fide,

dùm gratiam firma sit promissio. *Fide intellectus non firmatur promissio, sed fiducia, qua accipimus rem promissam, firmat executionem promissionis*. Resp. Apostolus non loquitur de promissione remissionis peccatorum, ut patet ex verbis mox sequentibus *de vocatione gentium*. Ad Quodlibeticam pertinet, cùm Amesius omnia confundens, *hæreditatem*, *benedictionem*, *beatitatem fidelium* in sola remissione peccatorum constituendam esse pertendit. Verum est, *fidem dogmaticam*, historicam, miraculorum, & quamcumque magnam, *posse consistere cum ira Dei*; sed idem est de Spe, & multò maximè de commentitia illa Lutherano-Calvinianorum fiducia, quæ non modò potest esse, sed semper est conjuncta cum certissima Dei ira, quia est hæretica.

V. Objic. *Fides non justificat, ut respicit in Verbo Dei rerum gestarum historias, aut comminationes pœnarum, aut præcepta operum faciendorum, sed solummodo ut respicit promissionem gratiæ. Nullum autem singularem respectum habemus ad promissiones supra cætera, nisi fiducia. Fiducia igitur est, quæ justificat*. Resp. 1. Absolutè & completè non disponit ad justificationem nisi fides quæ per dilectionem operatur; cùm juxta Joan. *Omnis qui non diligit, manet in morte*. Resp. 2. Inchoativè tamen & incompletè ad justificationem disponit *fides rerum historiarum*, E. G. mortis Christi, quia facilè revocat à peccatis, ac ad spem erigit illa dilectio Christi erga genus humanum, &c. *non comminationis pœnarum*, ob similem rationem: tum *respiciens præcepta & leges operum faciendorum*, quia excitat propositum bene operandi, sine quo nemo justificatur. Resp. 3. Nimis falsum & hæreticum est, jamque suprà explosum: Fidei justificantis munus esse, reddere singulos absolutè certos de remissione peccatorum & salute. Quo errore supposito haud difficulter probatur, fidem justificantem respicere tantùm promissiones & gratiam. Sed quis non videt hanc esse meram principii mendicationem? Amesius. *Hinc sequitur, fidem historiæ de Tobia ejusque cane, eodem modo justificare, quo fides gratiæ in Christo promissæ &c. hæc sunt dogmata non tam refutanda quàm detestanda*. Resp. Hanc sequelam Quodlibeticam & stramineam esse suprà ostendi, cùm dixi, fidem explicitam non esse necessariam ad justificationem de cane Tobiæ & similibus innumeris, quæ non sunt revelata, ut singulis innotescant, & explicitè credantur; sed tamen quia revelata sunt, ab omnibus fidelibus saltem implicitè creduntur. Gerhardus nil novi adfert.

Ad CAPUT XIII.

IN quæstione à Bellarm. proposita: An sola fides justificet? Iniquè, more suo queritur Amesius: *Præposterè tractare hanc quæstionem à Bellarm. priusquam constare faceret, qua in re justificatio propriè consistat*. Cùm enim tam ex parte Catholicorum, quàm Luthero-Calvinianorum, sine controversia hic supponatur, fidem non justificare formaliter, sed vel disponere, vel applicare ipsam formalem justificationem, nulla potetit hinc oriri confusio in præsenti Quæstione. Nec satis fuit Amesio vana querimonia præludere; addit mox convicia & cavillos, imò apertum mendacium. Postquam enim præfixisset hunc titulum: *Argumenta Bellarmini*, mox recitato velut primo argumento ex iis verbis, (Fides non tam justificat, quàm justificat ut initium & radix prima justificationis,) subdit: *Sophistè caperplexa ludit hic Bellarm. dum probationem ostentat. Nam 1. Ridiculus est sermo & sensu carens, &c.* At revera Bellarm. illis & seqq. verbis, quæ fraudulenter omisit Amesius, non probationem ostentat, sed assertionem Catholicam exponit; nempè, fidem esse initium justificationis, & non solam, sed junctam aliis dispositionibus, (scilicet timori, spei veniæ, dilectioni, pœnitentiæ, voto Sacramenti reipsa suscipiendi, ac proposito novæ vitæ,) ad gratiam sanctificantem peccatorem perducere; ut jam videbimus.

I. Argum. petitur ex eo, quòd SS. Scripturæ & Patres tribuunt vim justificandi non soli fidei, sed etiam aliis virtutibus. Ergo non sola fides justificat. Antec. probatur 1. Quia fidei tribuitur initium justificationis, seu prima motio in Deum, (juxta illud Hebr. 11. vers. 6. *Accedentem ad Deum oportet credere*,) per quam is qui longè erat, jam incipit propinquare. Manifestum quippè est, fidem (tanquam intellectus operationem,) principium essentialiter requisitum esse ad omnes actus salutares timoris, spei, dilectionis, &c. Mirum est, quòd in re tam perspicua & per se nota tot tergiversationes, quodlibeticasque interpretationes Apostoli adhibeant. Juvat hoc unicum apponere specimen, sed palmare. Amesius enim ut hoc longè certissimum Bellarmini effatum, (*Fides est fundamentum spei & charitatis*,) eliderer, ait: *Sic etiam est justificationis, Rom. 5. vers. 3. 1. Joan. 4. vers.* 10. 11. Ità quidlibet asseritur & probatur ex quolibet!

II. Similes cavillationes adhibet circa Timorem. Dixerat Bellarm. Timorem concurrere ad justificationem, eodem ferè modo, quo fides; idque probavit: Tum quia sicut sine fide impossibile est placere DEO: ità qui sine timore est, non poterit justificari. Tum quia sicut fides, ità & timor est initium salutis & sapientiæ, uti SS. Patres de timore servili accipiunt illud Psal. 110. vers. 9. & Prov. 1. vers. 7. Tum quia sicut per fidem, ità & per timorem, (suo modo) accedimus ad Deum, ut constat ex Psal. 77. vers. 38. & 82. vers. 15. ac Joan. 3. vers. 5. Tum quia sicut *justus ex fide vivit*; ità timor est fons sapientiæ. Tum quia sicut *fides purgat peccata*, (Act. 13. vers. 39. Rom. 3. vers. 22. Galat. 3. vers. 8.) ità timor Domini expellit peccatum, Eccl. 1. vers. 27. Objicit Amesius: *Hoc fieri nullo modo potest. Timoris enim proprium objectum est malum, non bonum, nedum illud bonum, quo in Christo justificamur*. Resp. Facilè damus, differre in hoc timorem à fide, ac generalius in eo, quòd illa sit in intellectu, habeatque pro objecto omne verum revelatum, hic verò sit in voluntate, tendatque in suum objectum, (malum ut sic,) per modum fugæ. At cur nihilominus quoad vim disponendi ad justificationem, non Ferè conveniant? Verba Scripturæ à Bellarmin. producta clariora sunt, quàm ut quodlibeticis Amesii glossis obscurentur. Ratio etiam invicta est, scilicet, quia natura timoris est, ut fugiat mala, & quærat remedia, quibus illa possit evadere. Porrò quotidianæ & certissimæ experientiæ obstrepit Amesius, cùm vult: *Hanc naturam esse* tantùm *ingenui timoris, non servilis*. Equidem verum est, *ad justificationem requiri proximè & immediatè illud quod tollit malum*: Cùm hoc tamen optimè stat, quòd timor impellat ad adhibendum porrò id, quod proximè salutem adfert.

III. Spes obtinendæ veniæ, est etiam dispositio ad justificationem. Proverb. 28. vers. 25. Psal. 36. vers. 40. Psalm. 90. vers. 14. Matth. 9. vers. 2. Amesius: *Bellarmin. ut nobis negotium facesseret, sibimet contradicere parùm curavit. Antea enim cap. 4. & 10. contendit*: Fiduciam esse spem, & non posse justificare, quia præexigit justificationem, & ab illa pendet: & quia objectum non potest fieri per illum ipsum actum, cujus est objectum: *Hic tamen spem obtinendæ veniæ vult esse causam obtinendæ veniæ vel justificationis. Spem autem generalem, conditionalem, incertam non potest hic excusare, quia nec illa ratione effugiet vim argument; nec talis est spes, quæ in locis quæ citat laudatur*. Respond. Amesius insulsè & imperitè cavillatur, & confundit res à Bellarm. distinctas. Verè dixit Bellarm. Fiduciam de jam

remis-

remissis peccatis non posse justificare, cùm sequatur justificationem: Spem autem de remittendis posse. Spes illa vera & Catholica virtus est certissima, nec potest confundere, dummodo adsint ejus adjuncta necessaria ad justificationem. Et quia nemo Divina fide certus est, se ex sua parte omnia præstitisse, quæ ad ponendum spei effectum à parte rei sunt necessaria, sed pro umbra hujus peregrinationis sufficit habere certitudinem moralem de suis actibus ad justificationem requisitis; ideò tamquam animarum seductrix, & dulce toxicum detestanda est illa fiducia specialis misericordiæ.

IV. Dilectio aliqua prior est remissione peccatorum, vel tempore ut dilectio imperfecta; vel natura, si sit perfecta. Quid potest esse clarius illis Apostoli dictis? *Qui non diligit, manet in morte. Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habeam, nihil sum &c.* Et tamen his radiis solaribus nubes inducere conatur Amesius. Sed frustrà tricatur in *dispositione causante*: frustrà Vasquezium cum Scholasticis dimicantem, (an ultima dispositio, scilicet contritio perfecta, procedat efficienter à forma, seu gratia justificante,) in subsidium advocat. Justificationis gratiam à solo Deo infundi & efficienter causari profitemur: quidquid ex nostra parte concurrit, non nisi congrua & debita præparatio & dispositio subjecti est, simul tamen non mera conditio, sed causa quædam moralis, ex congruo meritoria. Et quamuis cum Vasquio & Thomistis dicatur dilectio aut contritio perfecta tamquam ultima dispositio procedere à forma justificante; adhuc tamen cum iisdem dicendum esset, eandem dispositionem in genere causæ materialis priorem esse natura, ipsa forma justificante, ad quam disponit; quod nobis in præsenti sufficit. Controversia enim illa Scholastica, quæ potiùs Philosophica, quàm Theologica est, (an scil. ultima dispositio procedat à forma ad quam disponit,) ad rem hic parùm aut nihil facit; ubi tamen partem negantem censeo multò esse probabiliorem.

V. Pœnitentia, (quæ est dolor & detestatio peccati,) datur à Deo ad vitam, Act. 11. v. 18. Salutem operatur, 2. Corinth. 7. v. 10. Et animam dicitur vivificare, Ezech. 18. v. 27. Ergo non sola fides justificat, sed etiam pœnitentia, dispositivè scilicet. Amesius totum ferè quod asserimus fatetur his verbis: *Pœnitentia, quatenus est legalis humiliatio, antecedit quidem justificationem, ut dispositio ex ordine prærequisita, sed non ut causa.* Quod verum est de efficientia; falsum, non concurrere ut dispositionem subjecti in genere causæ materialis. Inane porrò figmentum Amesii est, distinctio illa inter *pœnitentiam legalem, & resipiscentiam Evangelicam.* Vera contritio, dolor & detestatio peccati, in omni lege, (Naturæ, Moysis, & Evangelica,) semper fuit necessaria: hæc juxta Apostolum *salutem* & justificationem *operatur*; & eatenus, impossibile est illam esse effectum ipsius justificationis. Oppositum planè evincitur ex illo 2. Corinth. 7. vers. 10. Quæ adduntur de vi *applicativa justitiæ Christi*, infrà discutientur & evertentur.

VI. Dispositio est, propositum & desiderium Sacramenti reipsa percipiendi. Cùm enim, ut Tomo III. probatum est, necessarium sit baptisma ad Christum conversis, & post baptismum lapsis Reconciliatio per claves Sacerdotales, tale desiderium non potest non rectè dici dispositio ad justificationem. Verum quidem est, *justificationem non alligari* essentialiter *Sacramentis*, & posse realem eorum susceptionem compensari eorum voto in perfecta contritione incluso, tamen quia plerisque peccatoribus arduum est, concipere verè perfectam contritionem ex dilectione Dei super omnia,

voluit Christus hoc ipso præcepto de adhibendis S
mentis mortuorum, subvenire infirmitati fideliur
similis est ratio de VII. dispositione, scil. pro
novæ obedientiæ in observantia mandatorum.
quidquam hic adfertur ab Amesio solutione dig
Unde perspicuum fit, cùm omnes istæ disposi
præcedant gratiam justificantem, fidem solam
mè sufficere, sed tantùm esse principium & fund
tum reliquarum, quæ tamquam actus voluntat
pernaturalis natura sua postulant prodire ex cog
ne supernaturali fidei Divinæ.

Ad CAPUT XIV.

PRobatur eadem veritas: Quia si fides à
dilectione aliisque virtutibus separetur, n
terit justificare: Ergo sola justificare non potest.
sius *negat Conseq. quia*, inquit, *illa fides quæ ju*
spem ac dilectionem sua natura conjunctam habet,
si ab ipsis reipsa separetur, simul etiam separatur à j
vel desinit esse talis fides. Resp. Hæc responsio
evertit, nisi admittatur id quod nos Catholici
temur, nempè, fidem non nisi junctam actib
charitatis &c. ultimatè disponere ad justificati
adeoque juxta Apostolum *nihil valere* ad salu
justitiam nisi per dilectionem operetur. Unde
gumentamur: Fides quæ valet coram Deo
stitiam, (sive in qua est vis ac valor ad jus
dum dispositivè,) est illa fides quæ per cha
operatur. Atqui fides sola justificans, (jux
theranos & Calvinistas,) non est fides qu
charitatem operatur. Ergo fides sola justifica
therano-Calvinianorum non est fides quæ cora
valet ad justitiam. Minor probatur: quia id q
cludit operationem charitatis in ordine ad j
tionem, non est fides quæ per charitatem op
Atqui fides sola justificans Lutherano-Calvini
excludit illam cooperationem charitatis in o
justificationem. Ergo fides sola justificans Lut
Calvinianorum non est fides quæ per charitate
ratur. Jam sic ulteriùs: Actio quæ sola ponit a
effectum, non potest exigere coexistentiam cu
que alterius actionis: Atqui fides Lutherano-C
norum potest sola ponere absolutè effectum j
tionis: Ergo eadem non potest exigere coexi
charitatis. Ergo fides non est individuo nexu
cta cum charitate. Effugia Amesiana sunt p
falsa, cùm ait 1. *Fides ipsa non potest esse præ*
cæteræ virtutes omnino absunt. 2. *Ubi semen fidei*
ibi etiam semen charitatis adest. 3. *Fides cui no*
therano-Calviniani,) *tribuimus justificandi v*
cùm unionem faciat nostri cum Christo, à Christ
vivificante & sanctificante, non potest separari. C
Etsi fides, & etiam fiducia non possint prodes
stitiam, tamen cùm realiter omnes inter se, (
actum, & quoad habitum,) distinguantur,
stum est, priora posse esse sine posteriori; l
vice versa, quia charitas fidem & spem s
Contrà 2. Ipse actus aut habitus fidei est sem
ritatis, quia hæc ex illa potest pullulare; no
ideo ubi tale semen charitatis est, ibi vel actu
bitus charitatis etiam superest. Inepta ergo æqui
ne *seminis fidei & charitatis* ludit Amesius. C
Quia unio illa per fidem misericordiæ specia
purum putum commentum novi Evangelii Lu
Calviniani supra monstratum est, ac proind
verior est unio illa. Denique semper urget ill
ctabile argumentum: Potest peccator, cred
oportet, & sperare remissionem peccatorum
obtentuum, si arduum actum illum dilecti
super omnia exercuerit; quem potest certò
necdum elicitum. Nec umbra repugnantiæ e

ſeparatione reali, immò ità plerumque fit, ut magni peccatores, inter fideles, primò gehennæ metu perculſi, incipiant amare Deum amore Spei ſeu concupiſcentiæ, ac fortè etiam affectu inefficaci charitatis; ac nonniſi poſt multam & longam ſui abnegationem pertingant ad unionem dilectionis Dei ſuper omnia. Atqui in hoc caſu poſſibili, (immò frequenti & quaſi quotidiano,) realiter ſeparantur fides & ſpes à charitate. Ergo optimè poſſunt exiſtere duo illi actus, quantum eſt ex ſua parte juſtificativi, etſi abſit ultima diſpoſitio complens illarum duarum vim. Si Lutherani & Calviniſtæ non ultrò clauderent oculos tam apertæ veritati, poſſent id manifeſta experientia deprehendere in ſuis cœtibus Neo-Evangelicis, in quibus perpauci ſunt, in quibus apparet vel umbra ſinceræ illius charitatis DEI non quærentis quæ ſua ſunt, & ad propriam fœlicitatem pertinent, ſed tantùm quæ ſunt JESU Chriſti; & tamen quis ex omnibus unus eſt, qui non ſibi perſuadeat, ſe illa fide ſpecialis miſericordiæ munitum, de ſua ſalute ſecurum, cum magna dulcedine hinc emigrare, etſi metaphyſicam certitudinem habeat, ſe carni & ſanguini, rebuſque ſæculi ſemper immerſum, numquam purè Deum amaſſe ſuper omnia, & abſque ſui commodi reſpectu.

Ad CAPUT XVI.

COnfirmatur amplius Catholica veritas: Nuſquam enim in Sacra Scriptura particula illa, (Sola,) oſtendi poteſt, cùm agitur de juſtificatione. Ergo omni fundamento caret illud novum Evangelii Lutherano-Calviniſtici figmentum. Anteced. patet ex confeſſione Lutheri, qui de aſſuto illo vocabulo verbis Apoſtoli Rom. 3. verſ. 28. admonitus, pro ſolita ſua modeſtia reſpondit: *Sic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas!* Ameſius ait: *De vocula illa non quaritur, ſed de ſenſu.* Reſp. Imò de utroque meritò quæritur. Nam & voculam violentè intruſere Lutherano-Calviniani, & ſenſum illum, (antiquæ Eccleſiæ aut incognitum, aut reprobatum,) ope almæ ſuæ Quodlibeticæ è verbis ſacris extorſere. Non negamus utique: *Scripturam Sacram Rom. 3. & 4. Galat. 2. & 3. omnia removere à juſtificatione præter fidem, & illas expreſſiones*: Non ex operibus, ſine operibus, ſine lege, ſed ex fide, ut per *gratiam &c. ſatis manifeſtè docere, per fidem intelligi debere fidem ſolam &c.* Hæc, inquam, in ſano & vero ſenſu admittimus. Nam, ut nuper contra Muſæum quæſt. 9. §. 4. inſtantia 2. reſpondi: Certum eſt, Apoſtolum locis citatis & alibi paſſim, cùm fidem ab operibus diſtinguit, intelligere tantùm opera legis naturalis & Moſaicæ, ſolo legis dictamine & naturæ viribus facta: Sub fide verò, gratiam, ſpem, charitatem, cæteraſque virtutes complectitur, ut patet tum ex Rom. 12. verſ. 3. ubi gratias, dona, virtutes, quas Deus variis variè diſtribuit, vocat, *menſuram fidei*, quam cuique Deus diviſit. Tum ex Jacob. 1. v. 21. & ſeqq. Illi ergo Soli fidei tribuitur ab Apoſtolis, & SS. Patribus juſtificatio & ſalus, quæ eſt fides non nuda, ſed ſperans, diligens, obediens &c. ut etiam expreſsè docent Card. Contarenus & Toletus, quos Ameſius ſuo more pro ſe allegavit, cùm apertè oppoſitum, adeoque id quod omnes Catholici cæteri, docuerint, ſi non verba quædam truncatè, ſed tota doctrinæ compages inſpiciatur, & non violentè unà cum Scripturæ verbis aliò torqueatur. Unde apparet etiam vanitas ſeqq. Effugiorum, quæ omnia unica illa Quodlibetica Parhermenia nituntur, qua *fidem ſolam*, quatenus ab Apoſtolis Paulo & Jacobo opponitur operibus, contendit opponi omnibus omnino operibus etiam ex fide procedentibus; quod eſt apertiſſimè contra Card. Contarenum, cujus tamen verba hæc, (*Juſtificationem nulli alteri rei tribui, quàm fidei,*) pro ſe Ameſius allegare non erubuit, omiſſa ejuſdem clara explicatione, de qua fide loquatur, nempè hac, pag. 592. edit. Pariſ. 157. *Idcircò*, inquit, *fides qua juſtificat, eſt fides formata per charitatem, ſeu efficax per charitatem, ad quam niſi pervenerit, eſt inefficax ad juſtificationem &c.* Hinc efficaciter rejicitur illa multum à Lutherano-Calvinianis jactata *applicatio* vel *apprehenſio juſtitia Chriſti*. Ea enim apprehenſio nec poteſt poni propriè in ipſa fide, cùm hæc actualis, conſiſtat potiùs in judicio & aſſenſu, quamvis apprehenſiones ſuaſivas ſupponat, ut videtur quoque agnoſcere Ameſius: Neque etiam fidei ut fiduciæ competit ea apprehenſio, cùm confidere non ſit apprehendere, ſed firmiter adhærere rei apprehenſæ, quomodocumque velit cum ſuis Ameſius *voces iſtas in hoc negotio adhibere*: Ex quamvis aliquo modo admitteretur, *apprehendi juſtificationem per fidem*; ſaltem certum eſt, per eam non ità apprehendi, ut reipſa jam habeatur, aut inhæreat, ſed ſolùm ut adſit per modum objecti apprehenſi, quod ipſum facit etiam charitas, quæ aliena facit noſtra. Porrò falſum eſt, quod opponit Ameſius 1. *Ineptè confundi*, reipſa habere, & inhærere, *cùm multa habeantur, quæ non inhærent*. Reſp. Quod contra imputativam, extrinſecam, adeoque phantaſticam juſtitiam infrà monſtrandum eſt, hic à Bellarm. ſupponitur. Quod ait 2. *Apprehenſionem juſtificationis per veram fiduciam, non eſſe ſimpliciter per modum objecti, ſed per modum objecti nobis donati*; verè dixiſſet, per modum objecti à nobis Lutherano-Calvinianis ficti, ut patet ex dictis, & parebit ampliùs ex infrà dicendis. Veriſſimè quidem ait Scriptura Rom. 8. verſ. 32. *Deum donaſſe fidelibus Chriſtum & omnia cum eo*: at quomodo hinc conſtat, ſingulos quomodocumque ſperantes aut confidentes eſſe ex iis, quibus in actu ſecundo Deus Chriſtum & omnia cum eo donarit? Falſum eſt 3. *Charitatem amicitia erga Deum non poſſe à nobis haberi, antequam intelligamus Deum nobis reconciliatum, & quaſi amicum factum per fidem.* Ubi, quæſo, hoc Scriptura docet? Numquid econtrariò Chriſtus ipſe ait: *Ego diligentes me diligo*? Numquid de ſancta peccatrice dixit ipſe Juſtificator: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multùm*? Annè dignus eſt ut recipiatur in amicum is, qui diceret: (*Diſplicet mihi, Domine, quòd te offenderim, eò quòd metuam à te puniri, & ſperem à te veniam, & ſalutem æternam; verumtamen de tua averſione, ſive amicitia non ſum ſollicitus;*) Talis revera eſt egregia illa *Fides ſola juſtificans*, Neo-Evangelicorum.

Confirmatur argumentum. Quia Sacramenta promiſſiones applicant & noſtras faciunt: Non ergo per modum inſtrumenti applicantis fides ſola juſtificat. Nec refert multùm, quòd *Sacramenta ſint à Deo erga nos, & promiſſionem applicant, ut inſtrumenta, dando potiùs quàm accipiendo, ut fides.* Deus enim juſtificat per utrumque. Ex cùm *juſtificare* ſignificet actionem, non paſſionem, magis propriè juſtificat Sacramentum, quod eſt quaſi manus dans juſtitiam, quàm fides, quæ eſt quaſi manus accipiens, ut ipſi loquuntur. Nec aliud probat Replica Ameſii; unde videtur Bellarmini dicta pro præcipua parte truncando, de more *enervare* voluiſſe. Alia quatuor effugia bene à Bellarmino præcluſa, vel ſuo ſilentio fatetur Ameſius.

Ad CAPUT XVII.

ALiud argumentum petitur ex modo juſtificandi. Ideò enim Lutherani & Calviniſtæ contendunt, fidem ſolam juſtificare, quia putant eam non juſtificare per modum cauſæ aut meriti cujuſdam, ſed ſolùm relativè, eò ſcil. quòd credendo accipit,

quod

quod Deus promittendo offert. Hoc autem falsum esse, ex triplici capite probatur.

I. Quia Rom. 3. vers. 28. & 4. vers. 2. & Galat. 2. vers. 16. 3. vers. 10. illud *justificari*, *salvari per fidem*, vel *ex fide*, sine dubio aliquam causalitatem indicat. Sicut enim viceversa Apostolus sæpè negans nos justificari per opera, vel ex operibus, excludit sine dubio causalitatem operum respectu justificationis: sic viceversa cùm affirmat nos justificari per fidem, aut ex fide, tribuit huic aliquam causalitatem, dispositivam scil. & meritoriam de congruo. Amesius hic 1. etiam admittit, apprehensionem suam fictitiam esse *suo modo causam*. At quis ille modus? quodnam genus causæ hic intercedit? cur non assignavit? 2. ferè totam Bellarmini doctrinam admittit, dummodo *meriti* vox expungatur. Sed frustrà laborat in tollendo hoc merito congrui, seu vi impetrandi, quam Scripturæ passim tam apertè produnt. 3. Iniquè Bellarminum *inconstantiæ* arguit, *eò quòd suprà negarit, fidem justificare solam, cùm possit esse in homine non justo, jam verò velit, illam eodem modo justificare, quo legis totius observatio justificaret, si adesset*. At non est hic major inconstantia, quàm si quis negaret, fidem completè & proximè disponere, & affirmaret, eam inchoativè & remotè disponere. 4. *Crassissimi erroris* Bellarminum arguit, quòd eodem modo tribuat fidei meritum, quòd ii, contra quos disputat Apostolus, tribuebant meritum operibus legis. At hoc crassissimum mendacium est. Nam hi meritum propriè dictum jactabant, quod nos Catholici de omnibus dispositionibus justificationem præcedentibus pernegamus. Solam impetrationem ex quadam congruitate admittimus, ut infrà pluribus dicetur. 5. *Vanissimè* cavillatur, dum ex eo, quod subinde in SS. literis, in oppositionibus non notetur idem genus causæ, ideò neque in præsenti oppositione *fidei & operum*, admitti debere idem genus causæ.

II. Probatio petitur ex iis locis, qui testantur, fidem esse initium justitiæ, ac proinde hoc esse causam formalem inchoatam justificationis, ut Rom. 4. vers. 5. *Credenti reputatur fides ad justitiam*. Actor. 15. vers. 9. *Fide purificans corda eorum*. Est porrò hic notandum, Bellarminum nullatenus loqui de propriè dicta formali justitia, quam juxta Conc. Trid. infrà ex instituto probat, unicam causam formalem, qua justificamur, esse ipsam gratiam habitualem à Spiritu sancto cordibus infusam. Intelligit ergo de forma impropriè sumpta. Forma enim justificans propriè & strictè sic dicta, non est nisi pretiosum illud donum Dei, quo Divinæ participes efficimur naturæ: minùs propriè ac latè sumpta justitia formalis & partialis, dicitur omnis ille sive actus sive habitus, qui animam rectè ordinat ad suum ultimum finem. Nec plus hic mysterii est, nec ulla in Bellarmino antilogia, uti sibi persuasit Amesius.

III. Probatio sumitur ex iis locis, qui docent, per fidem impetrari remissionem peccatorum, adeoque justificari hominem per fidem, ut Luc. 7. vers. 50. *Fides tua te salvam fecit*, Christus dixit mulieri, cùm dixerat: *Remittuntur tibi peccata tua*. Certum autem est, Christum de utraque sanitate, corporis scil. & animæ, (quæ est justificatio,) æqualiter pronuntiasse: *Fides tua te salvam fecit &c.* Matth. 15. vers. 28. Marc. 7. vers. 29. Luc. 7. vers. 50. Matth. 9. vers. 22. Marc. 10. vers. 52. Rom. 4. vers. 20. *Abrahamo fides reputata est ad justitiam*. Rom. 10. vers. 13. Apostolus sicut causam fidei facit prædicationem Evangelii, ità facit causam invocationis ipsam fidem, & causam salutis, seu justificationis, invocationem. Idem Hebr. 11. multis exemplis docet, per fidem homines placere Deo. Denique idem frequenter S. August. apertissimè docet, ut nec ipse Amesius negare potuerit.

Ne tamen nihil fecisse videretur, objicit 1. :
giam Bellarmino. *Si enim*, inquit, *fides impetr*
ficationem, tunc non est formalis justificatio. Res
propriè & latè sumpta impetrat unicam & p
dictam formam justificantem. Quid hic non
concinit? Amesius 2. *Fidem aliquo modo mereri*
sionem, sine ullo colore probationis impudenter asseri
tra Scripturam. Resp. Ut hoc verum sit de Sc
per Quodlibeticam Parhermeniam Lutherano-C
sticam, veluti in catasta, explicata; ità falsi
est, & effrons calumnia non tam in Bellarm
quàm S. Augustinum, cujus plura testimonia
larmin. fideliter relata frequenter asserunt, fid
petrare justificationem, & remissionem peccat
gratiam bene operandi, ac per hoc justifica
modum dispositionis & meriti, non quidem
digno, (quod Bellarmino affingere voluisse
Amesius,) sed *de congruo*. Amesius 3. *Impe*
missionem, & apprehendere Christum, ad remiss
ipso promissam omnibus, qui eam apprehendunt, ju
& idem. Resp. Ità est juxta Quodlibeticam I
hujus; extra hanc quis sani cerebri dixerit,
apprehensionem doni ab aliquo obtinendi au
ti, esse idem quod impetrationem? Non ergo
ter à Bellarmino opponuntur duo illa, app
& impetratio, sed hæreticè confunduntur, q
cœlo ab invicem distant.

Ad CAPUT XIX.

CONtra Catholicam veritatem objiciunt I
Scriptura passim docet, hominem justificari
ribus, non ex lege factorum, non ex lege, sed
Ergo ex fide sola. Roman. 3. vers. 27. Gal. 2.
Ephes. 2. vers. 8. Tit. 3. vers. 4. Phil. 3. vers. 9.
jus objectionis solutione, & Apostolicorum v
intelligentia: Prænotandum est I. Quòd *lex*
& *Lex fidei*, nullatenus intelligendæ sint,
requirat opera, hæc requirat fidem, ut falsò
dit Calvinus, Kemnitius, &c. contra expre
ctrinam S. Augustini lib. de Spiritu & lit. cap
quòd *lex factorum* jubeat, quid sit faciendum
dei, impetret gratiam faciendi, quod lex
jubet. Itaque utraque lex requirit opera, sed
tinet præceptum, hæc auxilium; illa præst
gnoscamus, hæc ut faciamus; illa dicit Deus
jubeo; hac dicimus Deo: *Da quod jubes*; illa
quæ occidit jubendo: hæc spiritus, qui vivifi
ferendo, ut justificatio legis impleatur in no
de non solùm lex Mosis, sed etiam lex Chr
nus aliquid imperat, est lex factorum; & le
spiritus fidei, non solùm quo nos Christian
iam omnes antiqui justi Dei gratiam impetr
justificati gratis per eandem gratiam legis
servarunt. Ità passim S. August. Nec id abn
no Amesius. Ait tamen: *Non est hæc tota*,
quam Apostolus intendit, inter legem & Evang
ferentia. Nimirum intentionem Apostoli so
neutica Lutherano-Calviniana penetrat!
cit, sunt mera principii petitio, & repetit
lius relativæ, justitiæ imputativæ, &c. Qua
est hoc argumentum! *Si nihil aliud interest int*
legem operum, quàm quòd fides addit vires fa
certè Christi mors & propitiatio non habuit al
quàm ut procuraret nobis vires, ut nos facerem
git. Sequela nulla est. Nam Christi mor
rùm meruit nobis auxilia ad bene operandi
plendam legem, sed etiam vim Sacram
qua ultra dispositionem suscipientis, non p
cem, remissionem peccatorum confert,
sanctificantem infundit, ac denique omn
ne cœlesti locupletat. Quòd interpretation

Puritanus ut *ſinceram* prædicet, hoc ipſo facit ſuſpectam, etſi ejus commenta univerſim ſuprà non rejeciſſemus.

Prænotandum II. Juſtitiam legis eſſe opera juſta, quæ lex facienda præſcribit; quam juſtitiam nuſquam Apoſtolus rejicit, ut inutilem, ſed potiùs commendat Rom. 2. verſ. 13. *Factores legis juſtificabuntur, &c.* Juſtitiæ verò ex lege, ſive in lege, ſunt illa opera, quæ homines faciunt ſine gratia fidei, ſola cognitione legis adjuti; Et hæc opera non juſtificant coram Deo, ideoque Apoſtolus eam juſtitiam, (quæ coram hominibus tantùm eſt,) rejicit ut inutilem; quam etiam vocat *juſtitiam propriam*, opponitque *juſtitiæ Dei*, Rom. 10. verſ. 3. Ameſius. *Diſtinctio illa neque in Scripturis*, (Lutherano-Calviniana gloſſa interpolatis,) *neque in ratione*, (Puritanica,) *fundamentum ullum habet*. At cur? *Quamvis*, inquit, *Apoſtolus non rejiciat opera juſta, quæ lex præſcribit, tanquam ſimpliciter inutilia; rejicit tamen à juſtificatione coram Deo*. At hoc falſum eſſe, conſtat ex verbis Apoſtoli Rom. 2. verſ. 13. recitatis: cujus oppoſitum pollicetur ſe infrà probaturum. Ameſius 2. *Nihil abſurdius fingi poteſt, quàm quod Bellarmin. audet ſuſtinere juſtitiam fidei eſſe opera bona facta ex gratia & fide. Juſtitia enim fidei eſt ſine operibus, imputata, in remiſſione peccatorum conſiſtens*. Reſp. Apud novi Evangelii ſectatores facilè damus, *nihil abſurdius fingi poſſe*, quàm quod ante Lutherum omnis Eccleſia ſemper credidit, nempè, juſtitiam inhærentem, juſtificationem ſecundam, qua quis ex juſto fit juſtior per bona opera &c. Numquid hæc omnia non tantùm Card. Contarenus toties ab Ameſio laudatus, ſed etiam SS. Auguſtin. & alii Patres expreſsè docent? Eſt tamen hic etiam notanda ambiguitas in eo, quòd *juſtitia fidei* dicuntur *eſſe bona opera facta ex gratia*: Neque enim hoc intelligitur de forma juſtificante, quæ eſt à ſolo Deo infuſa cordibus per modum habitus permanentis, & habitualiter ordinat hominem ad ſuum finem ultimum, ſed de actuali exercitio virtutum in homine juſtificato, quæ ſine dubio in SS. literis etiam vocantur juſtitia, & communiter veniunt nomine generali *Juſtitiæ Chriſtianæ*.

Prænotandum III. cum S. Auguſt. lib. de grat. & liber. arbitr. cap. 7. & S. Hieronym. epiſt. ad Creſiph. Apoſtolum per opera, quæ fidei opponuntur, & à juſtificatione excluduntur, intelligere tantùm opera quæ fidem præcedunt, quæque ſolis viribus liberi arbitrii fiunt. Ameſius. *Hoc clarè refutatur in perſona Abrahami, Rom. 4. Galatarum, cap. 3. & ipſius Apoſtoli cap. 2.* Mirum eſt, id quod tam clarum ait Ameſius, à SS. Auguſtino, Hieronymo, cæteriſque priſcæ Eccleſiæ aquilis non fuiſſe notatum, ſed à novitiis Lutheri Calvinique catulis: nempè almæ hermeneuticæ ſubſidio, qua *Quodlibet* vident in *Quolibet*?

His prænotatis facilè patet ſolutio objectionis. Negatur enim Sequela. Unde cùm Rom. 3. verſ. 27. dicitur, *excluſa eſſe gloriatio per legem fidei*, non excluditur gloriatio omnis, ſed ea tantùm, quæ eſt ex operibus per ſolam legis juſtitiam, & liberi arbitrii vires elicitis: Nam alias 2. Corinth. 10. verſ. 17. apertè docet Apoſtolus, quòd poſſimus *in Domino gloriari*; hoc eſt, quòd Deus gratis nobis fidem inſpirarit, & per hanc provexerit ad veniam & opera ſancta. Hoc quippè eſt *in Domino gloriari*; Ei ſcilicet, cujus dona ſunt, accepta omnia ferendo, illi omnem gloriam attribuendo, & ad ejus laudem & gloriam omnia dirigendo; qualiter ſanè gloriatus eſt inſigniter ipſe Apoſtolus, non modò cùm 2. Timoth. 4. verſ. 7. dixit: *Bonum certamen certavi &c.* ſed multò maximè 1. Corint. 11. verſ. 18. & cap. 12. uſque ad verſ. 10. & cap. 15. verſ. 10. *Plus omnibus laboravi: non autem ego, ſed gratia Dei mecum*. Videatur poſt SS. Auguſt. Hieronym. Chryſoſt. Greg. &c. S. Bernardus lib. de grat. & liber. arbitr. ſub finem, ubi muſteum hoc Lutherano-Calvinianorum dogma ex verbis Apoſtoli præclarè refellit; & fuſiſſimè ex SS. Patribus, & ratione. Did. Ruiz de Montoya tract. de Prædeſt. diſp. 35. cap. 7. & ſeqq. Ad illud de Abrahamo ad Roman. 4. verſ. 2. Reſpondetur, loqui Apoſtolum conditionatè: ſi Abraham juſtificatus eſt ex operibus procedentibus non ex gratia fidei, habuit gloriam, ſed non apud Deum: hinc verò minimè ſequitur, abſolutè excludi opera omnia à juſtificatione Abrahami, ſed ea tantùm, quæ ſi non præcedebant fidem, ſaltem præcedere poterant, & etiam habita fide ab hac poterant non procedere. Quod infert Ameſius: *Ergo excludit Apoſtolus*, (juxta nos,) *illa ſola opera, quæ adverſarii, contra quos diſputat, non poterant includere*. Sic eſt. Non poterant verè & bene includere: malè verò & falsò cur non poſſent? Falſum porrò eſt, quod Kemnitius contendit, ſtatum quæſtionis Epiſtolæ ad Galatas non fuiſſe alium, niſi, *Utrum opera ex fide juſtificent, an verò ſola fides juſtificet?* Veritas eſt: duplicem ibi tractari quæſtionem. 1. eſt ſpecialis: An cæremoniæ legales ad Chriſtianos pertineant, ità ut ſine iis ſalvari nequeant? 2. Generalis, an per legem, & vires naturæ poſſit contingere juſtificatio ſine gratia & fide JESU Chriſti? Ad utramque reſpondet Apoſtolus, negativè. Quæſtionem verò illam à Chemnitio confictam nec leviter quidem attingit; quod perſpicuum fit ex illis verbis; *Si per legem juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt: Si ex lege hæreditas, ergo non ex promiſſione: Evacuati eſtis à Chriſto, qui in lege juſtificamini &c.* Hæ ſimileſque conſecutiones firmiſſimæ ſunt, ſi excludantur à juſtificatione opera facta ſine fide & gratia Chriſti: infirmiſſimæ verò, ſi quis per eas rejicere velit opera, quæ fiunt ex gratia & fide. Ameſius: *Immò ſunt firmiſſimæ: quia ex natura rei, Chriſtum abnegant, qui juſtificationem quærunt in ſemetipſis, aut operibus ſuis*. Sed quæro ego contrà: Quomodo poteſt cum ulla veri ſpecie ille dici abnegare Chriſtum, qui fidem & omnia ſua opera bona attribuit gratiæ Chriſti, & prædefinitioni Dei æternæ?

Ad CAPUT XX.

OBjiciunt hæretici: *Scriptura paſſim juſtificationem tribuit fidei ſoli, cæteris omnibus capitibus, vel diſpoſitionibus prætermiſſis. Matth. 9. verſ. 2. Luc. 7. v. 50. Joan. 1. verſ. 12. & 3. verſ. 36. Rom. 5. verſ. 1.* Reſpon. Certum eſt, nihil hinc confici; ſicut nihil evincitur contra fidei neceſſitatem ex iis locis, ubi ſolæ virtutes aliæ, vel Sacramenta nominantur, ut Luc. 7. verſ. 47. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Rom. 8. verſ. 24. *Spe ſalvi facti ſumus*. Eccleſ. 1. v. 27. *Timor Domini expellit peccatum*. Epheſ. 5. verſ. 26. *Mundans eam lavacro aquæ &c.* Opponit Ameſius verba Card. Contareni, quibus fatetur: *Scripturam nulli alteri rei tribuere juſtificationem niſi fidei*. At numquid idem apertè verbis ſuprà recitatis profitetur, ſe intelligere *fidem charitate formatam*? Cætera quæ parat effugia levioris adhuc momenti ſunt, quæ proinde piget hic exſcribere: ſunt enim nimis elumbes cavilli.

Ad CAPUT XXI.

OBjiciunt hæretici: *Gratis vel gratia juſtificari, eſt ſola fide juſtificari; quia gratia excludit omnia opera, ne cauſa ſecum ſint ejuſdem effectus & nominatim juſtificationis Rom. 3. verſ. 24. & 4. verſ. 4. 5. ac 11. v. 6.* Reſpond. Particula illa, *Gratis*, uno modo poteſt accipi, ut opponatur debito ex juſtitia, ſive meritis de condigno; & hoc modo juſtificatio gratuita non excludit

cludit opera, quæ dicantur concurrere ad justificationem, ut dispositiones, vel ut merita de congruo; & juxta hunc modum, non est idem justificari gratis, & justificari ex sola fide. Altero modo potest accipi particula Gratis, ut opponitur operi facto sine ulla gratia; & hoc modo justificatio gratuita non excludit merita absolutè, sed merita propriè, quæ sint nobis ex nobis, & non ex Deo. Opponit Amesius utrique huic modo vel acceptioni ly *Gratis* Card. Toletum in cap. 3. ad Rom. Sed si legatur integrè Toletus ea Annot. 22. mox apparebit vel fraus vel stupor hujus Puritani. Deinde imperitè aut fraudulenter nugatur, dum ait: *Meritum de congruo, quod in opere mero fundatur, magis repugnare gratiæ, quàm meritum de condigno, quod in promissione ex parte fundatur*; dissimulans præcipuum inter utrumque meritum discrimen, nempe, quod hoc sit filii aut amici Dei, illud verò adhuc inimici Dei. 3. Manifesta perversio est verborum Apostoli Rom. 4. vers. 16. (*ex fide, ut per gratiam*,) cùm hinc infert Amesius: *nihil quod nostrum est, posse habere locum in actu justificandi ex gratia, præter fidem*. Jam suprà ostensum est, cùm ab Apostolo tribuitur justificatio fidei Abrahæ, id non dici de fide tantùm ut assensus vel fiducia est, sed etiam quatenus Deum diligens, colens, obediens &c. Quamquam, si ly, (*nihil quod nostrum est*,) accipiatur de operibus non supponentibus fidem, admitti potest ea assertio. Sed aliud intendit. 4. Temerè, imò hæreticè affingit Apostolo, quòd locis citatis *clarè satis ostendat, per gratiam se intelligere gratuitam Dei voluntatem, non gratuitum Dei donum in nobis inhærens, &c.* Quis dubitet Apostolum loqui non de æterna prædefinitione, sed de gratuita justificatione in tempore, qua proposuit Deus nobis Christum in propitiatorem, vel victimam placantem hominibus Deum, per fidem sanguinis seu passionis ipsius? Facilè hic fraudes suas occultat Amesius sub æquivoca & confusa acceptione Gratiæ, quæ nunc extrinsecam, gratuitamque Dei voluntatem, nunc donum generale Redemptionis humanæ; nunc auxilium vocationis gratuitæ; nunc ipsam justitiam formalem homini inhærentem, & diffusam in cordibus per Spiritum Sanctum, indicat.

Ad CAPUT XXII.

OBjiciunt hær. *Scriptura ubique docet, omnes qui credunt justificari & salvari: quod quidem non esset infallibiliter verum, nisi sola fides justificaret. Joan.* 3. v. 16. Ut omnis *qui credit in eum, non pereat*. *Act.* 10. v. 43. *Remissionem peccatorum accipere* omnes, *qui credunt in eum*. *Rom.* 1. *vers.* 16. *Evangelium virtus Dei est ad salutem* omni *credenti*. 1. *Joan.* 5. *vers.* 1. Omnis *qui credit, ex Deo natus est*. Resp. 1. ly *Omnes* potest exponi negativè, ut sensus sit. Omnis qui credit justificatur, idest, nemo sine fide justificatur. Amesius. *Hæc negativè tantùm interpretari, nihil aliud esset, quàm illudere Deo*. Juxta hunc igitur Puritanum illusisset S. Augustinus Deo, cùm libro de prædest. Sanct. cap. 7. ita exposuit illud: *Deus vult* omnes *salvos fieri*. Resp. 2. Eadem particula *Omnis* potest referri ad omnia hominum genera, ut significet: Fidem Christi esse viam ad salutem apertam toti mundo, non uni tantùm genti. Amesius: *Potest quidem & debet ita referri; sed simul etiam ad omnem speciem specialissimam hominum credentium; sicut in Lege*, (Quisquis ea fecerit, vivet per ea,) *& ad omnia hominum genera, & etiam ad omnem singularem hominem ea facientem necessariò debet referri*. Resp. Esto, accipiatur ea particula etiam affirmativè de singulis credentibus; non hinc sequitur, solam fidem justificare, sed justificare & salvare tunc, cùm non desunt cætera; hoc est, Fides semper ex sua parte salvat, modò cætera requisita adsint. Id ita esse, perspicuum fit ex eo, quòd in Scripturis e Spe dicitur: *Omnis qui sperat in eum non confu* Eccles. 2. vers. 11. de dilectione: *Omnis qui di* *Deo natus est*. 1. Joan. 4. vers. 7. de humilitate *qui se humiliat exaltabitur*. Luc. 18. vers. 14. de ne: *Omnis qui petit accipit*. Luc. 11. v. 10. & R vers. 13. De obedientia: *Factus est omnibus obe* *sibi causa salutis æternæ*. Hebr. 5. vers. 9. Et tame diceret, solam spem, orationem, humilitate alia sufficere sine fide. Itaque sensus Scriptu singulas istas virtutes ex parte sua perducere l ad salutem, nisi aliunde oriatur defectus. Und gust. tract. 10. in epist. Joan. *Dicunt: Credo;* *sine operibus non salvat*. Et S. Prosper. *Nec ope* *de, nec fides sine operibus justificat*. Amesius: *H* *stica posset quis miracula ænei serpentis extenuare.* *autem rationem fidei esse ad justificationem, quæ* *ctus ænei serpentis ad sanandum, Dominus ipse* *an.* 3. Resp. Non est eadem omnino & unive inter utrumque, sed tantùm analogica. Neq Scriptura quidquam aliud exprimit ad sanit cuperandam præter aspectum ænei serpentis, lia quamplura præter fidem exigit ad salu mæ. Unde in similitudine hac simul est ma militudo, adeoque Amesius sophisticatur.

Ad CAPUT XXIII.

OBjiciunt hær. *Quo solo recipitur Evangeli* *solum justificat. Sed sola fide recipitur Ev* Ergo. Resp. Verbum Dei sanat & salvat: se faciat, non satis est, ut fide apprehendatur r charitate impleatur. Verbum enim Dei nc offert promissiones, sed etiam imperat oper da. Amesius. *Verbum promissionis est, quod* *hoc autem impletur propriè à promittente*. Resp assumitur, & eo gratis admisso, nihil contr fertur. Nam sicut promissio de sapientia in neminem ex fatuo faceret sapientem; ita sol sio de salute conferenda non salvat immedia se, sed tantùm cùm impletæ fuerint conditio bis requisitæ.

Gerhardus hìc præter Amesiana vix aliud quàm antilogias è dictis Bellarmini consta adeò sunt pueriles & flaccidæ, ut ex dictis pediri queant. Unicum exempli gratia libet re. Ut defendat Lutherum à sacrilega dep & assumento illo Rom. 3. vers. 28. particulæ ponit Disp. 28. Th. 48. *Bellarminum lib.* 1. *de* *cap.* 10. *totis viribus propugnare decretum Con* *quo versio vulgata latina pronuntiata est authentic* *ea pluribus locis insertam exstare exclusivam, ub* *bus non habetur. &c.* At quis non rideat hanc logiam, sive objectionem; cùm plerisque or lis in locis à Gerhardo allegatis, particulam vam in fontibus non quidem in terminis ex sed tamen necessariò implexam, ex totius ita clarum sit, ut quivis etiam gentilis Philo solius rationis naturalis ductu fateri cogatu ea *exclusiva* mutari in sensu, sed perspicuè r explicari. In assumento autem illo Lutheri apertè hæresim suam stabilire satagebat, q non obscurè fassus est, à temporibus Aposto Ecclesia Dei sepultam & ignotam jacuisse. est planè ille Joannes Wolframus Lutheran in Thuringia, qui ante 80. annos, quinge monius Patrum, ac Doctorum ante Luther hæresim tueri voluit, contradicente quamv ro. Videri possit hic Wolframus prodrom Quodlibeticæ Gerhardinæ.

VINDICIÆ

Pro Libro Secundo de Justificatione, qui est de Justitia inhærente.

Ad CAPUT II.

QUinque sunt principales errores à Concil. Trident. sess. 6. cap. 7. damnati. Nam cùm dicitur: *Unica causa formalis*, rejicitur error Buceri, Pighii de duplici justitia, inhærente scil. & imputativa. 2. Cùm dicitur esse *justitia Dei, non qua ipse justus est*; damnatur hæresis Osiandri, qua homines volebat justificari per ipsam essentialem Dei justitiam. 3. Cùm dicitur: *qua renovamur Spiritu mentis, & quæ inhæret, & qua justi verè nominamur & sumus*; rejicitur justitia imputativa Lutheranorum. 4. Cùm dicitur, *justitia consistere non in sola remissione peccatorum*, rejicitur hæresis Calvini de justificatione more forensi. 5. Cùm dicitur *justitia nostra esse fides, spes, charitasque infusa*, rejicitur error Lutheri de sola fide. Contra hos omnes errores, aut hæreses, status Controversiæ revocari potest ad hanc simplicem quæstionem: *Sitne formalis causa absoluta justificationis sola justitia in nobis inhærens, annon?* Amesius: *Potest quidem status quæstionis huc revocari, sed ea lege, ut voce* absoluta *non excludatur justitia vel sanctitas inhærens ac infusa, quæ in hac vita est inchoata & imperfecta: & ut absoluta illa justificatio referatur ad judicium* DEI, *ut Apostolus loquitur Rom. 3. vers. 20.* in conspectu ejus. *Card. Contarenus in tract. de justific. accuratius multò quæstionem istam proponit, & simul etiam solvit. Hoc sensu nos negamus, formalem causam absoluta nostra justificationis esse justitiam in nobis inhærentem.* Verùm tricatur futiliter hic in limine Amesius. Quæstio à Bellarm. proposita, sicut est perspicua per se, ità sufficientissima: & sententia affirmativa, est jam post Concilii Trid. definitionem omnibus Catholicis certa de fide. Nam etsi Buceri, Pighii, (& ferè etiam C. Contareni,) opinio de justitia Christi nobis imputata, in aliquo bono sensu utcumque tolerari possit, (ut infrà dicetur,) absolutè tamen duplicem formam justificationis, alteram intrinsecam, alteram extrinsecus imputatam, simpliciter, ut erroneum dogma damnamus.

Ad CAPUT III.

I. PRobatur assertio Catholica ex Rom. 5. vers. 17. ubi declarat Apostolus. 1. Justificari esse justum constitui. 2. Sic nos constitui justos per justitiam Christi, quomodo constituti sumus injusti per inobedientiam Adami: Constat autem per inobedientiam Adami nos constitutos esse injustos injustitia in nobis verè ac reipsa inhærente, non injustitia Adami nobis imputata. Ergo formalis causa absolutæ justificationis est justitia in nobis inhærens. Amesius 1. *Ex illa phrasi*, justum constitui, *nihil concludi potest pro justitia inhærente contra imputatam. Deus enim dum imputat alicui justitiam, eo ipso facto constituit eum ex imputatione justum in conspectu suo.* Respon. Hæc est merissima principii petitio. Oppositum in decursu patebit. Amesius 2. *Ex comparatione inter Adamum & Christum, Pontificiorum sententia manifestè satis refutatur, & confirmatur nostra. 1. enim vers. 15.* gratia, & donatio per gratiam, *opponuntur morti per peccatum ingressæ. 2. Bellarmin. ipse lib. 4. de amiss. grat. cap. 10. fatetur: peccatum Adami ità posteris omnibus imputari, acsi omnes idem peccatum patravissent; idemque ait lib. 4. cap. 17. & cap. 18. illam imputationem probat ex istis verbis Apostoli Rom. 5. vers. 19.* Per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi: Unius delicto in omnes homines ad condemnationem, in quo omnes peccaverunt. *Sequitur igitur ex proportione comparationis, justitiam Christi primò nobis imputari, & illa nos justos fieri coram Deo, quamvis sit etiam sanctitas quædam justitia cuique fideli inhærens. Bellarminus igitur miserrimam causæ suæ prodit egestatem, dum primarium ei subsidium quærit ex illo loco, qui (ipsomet fatente,) contrarium planè testatur.* Respond. Amesius ope suæ Quodlibeticæ audet quidvis mutare in quodvis. Verba Apostoli vers. 16. nihil ad rem, aut contra Bellarminum faciunt. Plus enim non dicit Apostolus, quàm donum & gratiam Christi, scil. Redemptionem, Satisfactionem, & meritum ejus plus nobis præstitisse, quàm Adami ruina peperit nobis mali. Nam etsi delicto unius Adami omnes homines incurrerint reatum & pœnam mortis tum corporalis, tum spiritualis, tum præsentis, tum æternæ: multò tamen majus esse beneficium meritorum Christi, quo longè plura & majora bona nobis contulit, quàm Adam abstulerit, ut patet ex gratia & gloria omnium Sanctorum. Quid hinc, quæso, præsidii est imputativæ justitiæ? Dicta verò Bellarmini adhuc absurdius contra ejus apertam voluntatem detorquet in alienum sensum. Fatetur enim Bellarmin. cum omnibus Catholicis, peccatum actuale Adæ tamquam Capitis, imputari omnibus posteris, acsi ipsi singuli personaliter illud admisissent, eò quòd omnium posterorum voluntates in Adami voluntate fuerint positæ: ac vi hujus reatus actualis, unius, imputati omnibus, singulos contrahere peccatum habituale, & injustitiæ maculam unicuique reipsa inhærentem, & privantem illa rectitudine & justitia, qua tenebantur esse habitualiter ordinati ad suum ultimum finem & primum principium. Intrinsecè ergo unumquemque afficit peccatum originale, (quatenus originatum,) sicut & justitia illam privationem pellens intrinsecè exornat animam antea maculatam. Non ergo *prodit* hìc Bellarmin. egestatem ullam *suæ causæ*; sed Amesius prodit opes inexhaustas suæ Sycophantiæ quodlibeticæ.

II. *Justificamur per gratiam, idest, per justitiam ab illo donatam, & infusam; hæc est causa formalis justificationis nostræ. Roman. 3. vers. 24.* Ità truncatè proponit hoc argumentum Amesius, ac mox subdit: *In hoc etiam sicut in priori testimonio, certo quodam studio, præsidium causæ quærit ex iis ipsis verbis Scripturæ, quæ ipsi,* (juxta glossam Puritanicam,) *maximè adversantur, ut habeatur animosior Disputator.* Sed veriùs nos dicimus: Numquam ferè audacius se jactare Amesium, quàm cùm pessimè lectores simplices decipit. Argumentum Bellarmini integrum hoc est: Apostolus cum ait: (*Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo* JESU, *quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine ipsius,*) explicat ferè omnes causas justificationis. Nam *justificamur à Deo gratis*, idest, ex mera liberalitate, quantum ad nostra merita. Et hæc DEI liberalitas est causa efficiens. *Justificamur autem per gatiam ipsius*, idest, per justitiam ab illo donatam & infusam; & hæc est causa formalis. Justificamur item *per redemptionem quæ est in Christo* JESU; & hæc est causa meritoria. Denique justificamur *per fidem in sanguine propitiationis*; & hæc est causa dispositiva. Hanc expositionem conformem esse Sancto Augustino, aliisque Patribus, Calvinus, Kemnitius, &c. apertè profitentur; Sed hi mustei Magistri pluris fiunt ab Amesio, quàm mille Augustini. Ipsa certè verba Apostoli, nisi contra nativam vim torqueantur, id sponte ingerunt. Cur enim inanem tautologiam affingamus Apostolo, ut idem quod per ly *gratis* expressit, mox vellet iterare addendo ly *per gratiam*? Hæc ergo rectè intelligitur

effectus

effectus illius gratuiti favoris. Adhæc, benevolentia Dei non est inanis ac sterilis, sed efficit id bonum quod vult. Si ergo bene vult homini absolutè & efficaciter, efficit illud bonum, justum, rectè ordinatum ad suum finem ultimum. Ulterius: *Gratia* dicitur *dari per Christum*, Joan. 1. vers. 17. Non rectè hoc dicitur de benevolentia Patris; uti nec rectè dici potest, *facta*, sicut ibidem dicitur *Gratia & veritas per Jesum Christum*; Et *data ad mensuram donationis Christi*, quod certè de benevolentia Dei dici nequit. Item comparatur essentiæ, quæ datur per creationem, (*Creati in Christo*,) Ephes. 2. vers. 10. Et dicitur *Nova creatura*, Gal. 6. vers. 15. Certè autem id per quod creaturæ dicimur, est intimum nobis ac inhærens. Sic etiam comparatur *luci*. 2. Corinth. 6. vers. 14. Ephes. 5. vers. 8. 1. Joan. 2. vers. 9. Lux autem non facit corpus lucidum, nisi inhæreat. Quomodo igitur potest homo justificatus non tantùm lucidus dici, sed etiam *Lux in Domino*, cùm antea tenebrosus esset, si adhuc tenebræ peccatorum ipsi inhærent, & gratiæ lux intrinsecus manet? Denique *gratia* per quam justificari nos ait Apostolus, dicitur etiam *Charitas diffusa in cordibus nostris per Spiritum S.* Rom. 5. vers. 5. Frustrà Amesius cum suis gregalibus & excentrico Cajetano, hoc detorquent ad benevolentiam, quæ est in ipso Deo; non modò quia S. August. lib. de Spirit. & lit. cap. 32. apertè pronuntiat: *Charitatem Dei dictam esse diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos*; Sed etiam, quia ipse Apostolus Rom. 8. vers. 15. de hoc ipso Spiritu nobis dato loquens: *Accepistis*, inquit, *Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater?* At ita clamamus per charitatem, qua diligimus Deum, non qua diligit nos Deus. Et ibid. vers. 10. dicimur *vivere propter justificationem*. Quis verò dixerit, nos vivere per extrinsecum Dei favorem, cùm nihil sit magis intimum quàm vita? Hoc argumentum ita à Bellarm. deductum rem planè ex asse conficit. Quàm frivola verò sunt è contrario Amesii effugiola! Nam 1. mera principii petitio est cùm asserit, voculam Gratia *ubique apud Paulum, ubi agitur de justificatione, nihil aliud significare, quàm gratuitum Dei favorem in Christo revelatum*. At oppositum ex dictis est planè perspicuum, quorum pleraque nec attigit Amesius. Qui nec tantillum proficit, quòd oggerit nonnulla loca, ubi ly *Gratia* non sumitur pro dono inhærente. Equidem verum est, subinde universaliter indicare omnia bona extrinseca & intrinseca ex meritis Christi nobis obvenientia. Sed quid hoc ad rem? Frivolum est 2. quòd ait: *Inter Pontificios non planè certum esse, an detur talis gratia infusa: cùm Medina id neget esse de fide*. Respond. Nulli Catholicorum post definitionem Tridentinam dubium est, dari gratiam intrinsecam. Saltem erroneum aut *temerarium*, (ut apertè fatetur etiam Medina,) esset negare, Gratiam sanctificantem esse qualitatem infusam. Immò de fide id esse plerique docent cum Suarez libr. 6. de grat. cap. 3.

III. 1. Corinth. 6. vers. 11. Justificatio collocatur in ablutione & sanctificatione, & fieri indicatur per invocationem nominis Christi, & operationem Spiritus S. Hæc autem non possunt affirmari de remissione peccatorum, & imputatione justitiæ, sine interna sanctificatione. Imputatio enim illa & declaratio forensis, (quam præcipuè urget Calvinus,) non indiget invocatione nominis Christi, aut virtute Spiritus S. quod tamen asserit Apostolus. Amesius. *Nos*, (Puritani,) *contrà, ablutionem, totam vim baptismi notare dicimus, cujus partes sunt sanctificatio & justificatio*. Respond. Hoc responso nihil læditur Bellarmini probatio, etsi admitteretur. Est autem ea

interpretatio merè voluntaria & quodlibetica
& contraria iis quæ Tom. 3. contra efficaci
cramentorum ipse Amesius disputavit, ubi
sanctificationem conferri virtute Sacrament
Nec cohæret etiam cum iis quæ proximè de
de justificante disseruit.

IV. Ad Tit. 3. vers. 4. & seqq. *Salvos nos*
lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus
effudit in nos per Jesum Christum, ut justificat
ipsius hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ.
bitari nequit, describi justificationem per re
tionem & renovationem, adeoque formali
donum inhærens. Tum quia regeneratio es
ter dicit intrinsecam mutationem, per quan
lio diaboli fiat filius Dei adoptivus. Tum
patet ex causis hujus renovationis, quas er
eo loco Apostolus. Nominatur enim *benigni*
quæ est causa efficiens: *Christus*, qui est ca
ritoria: *Lavacrum baptismi*, quod est causa ins
taria: *Effusio Spiritus*, seu primarium ejus do
nos effusum, quæ est causa formalis. Tum
tentur etiam adversarii, esse in nobis renov
inhærentem, per Spiritum S. datam; negant
eam propriè esse justitiam, ideoque confu
imputatitiam. Sed Apostolus hanc ipsam re
nem appellat justificationem. Quid ergo ul
deramus? Amesius tamen præfractè *negat ib*
justificationem. Et quomodo hoc probat,
menta Bellarmini diluit? *Cùm*, inquit, *Apos*
justificationem describere Rom. 3. & 4. non regene
renovationi, sed remissioni, imputationi, & fide
ctum illam adscribit. Sed has esse meras prin
titiones, & figmenta Neo-Evangelica, in f
bus ostensum manet.

V. Hebr. 11. vers. 4. 7. Genes. 6. vers. 9. Ps
vers. 1. Luc. 1. vers. 6. aliqui dicuntur justi,
immaculati, & eorum justitia probatur ex
scil. bonis operibus, quorum principium e
inhærens, non imputata. Amesius concedit
les justos, sed *negat dari de lege ordinaria a*
ctum justitia inhærente, ita ut non opus habeat
missionem peccatorum. Respond. Venialia qu
punt sanctis & perfectis, non tollunt aut
nitorem gratiæ habitualis. Vanè ergo fugin
putativam extrinsecam Christi justitiam. N
sum est: *Etiam imputativam esse bonorum operu*
Suo modo. Quis, quæso, hic modus? *Imp*
inquit, *inhærentem causat*. Præclarè! Ergone
natio extrinseca potest causare physicè in
in quo non est?

VI. Ex Rom. 8. vers. 29. & 1. Corinth. 15
justi sunt *conformes imagini Christi, & porta*
nem Christi. Christus autem non est justus
putationem justitiæ extrinsecæ, increatæ &c.
nos debemus habere justitiam intrinsecam,
propriam, inhærentem. Amesius *concedit* C
nem: *at quia exemplar suum non exæquat*, g
inquit, *ideò justitia imputationem requirit, ut j*
non tam donationis, quàm acceptationis coram I
de verò hoc probat? αὐτὸς ἔφα! Numquid
vel injuria posset impius explodere etiam C
stitiam humanam, ac dicere, eam non
suum prototypon Divinum, ideoque debere
fectum per hujus plenitudinis imputationen
ri? Eadem sanè proportionaliter utrobique
Ergo non impar utrobique impietas.

VII. Per justificationem, qua morimur
& resurgimus justitiæ, repræsentamus Ch
tem & resurrectionem. Rom. 6. vers. 4. Ch
tem verè mortuus est, & resurrexit verè.
nos. Amesius. *De conclusione non dubitatur*.
peccato, & resurgere justitia, negamus esse

actus justificationis. Omnia illa quæ Rom. 6. disputantur, pertinent ad sanctificationem vitæ ex justificatione fidei fluentem, sicut series contextus manifestè ostendit. Resp. Omnino loquitur Apostolus eo toto capite de justificatione tam prima quàm secunda, docetque primam illam gratiam justificantem, qua mortui sumus peccato, & resurreximus vivimusque justitiæ, debere semper augeri. Omnis autem hæc justitia tum prima, tum ejus augmentum, est vera, realis, intrinseca, toto cœlo distans à commentitia illa imputatione. Quomodo enim potest ex illa, cùm in nobis minimè sit, fluere in nos sanctificatio & renovatio?

VIII. Adoptio quam habemus in Spiritu per justificationem, vera est, non putativa. Rom. 8. v. 10. 23. Amesius. *Quis enim negaverit?* Respond. Qui imputativam justitiam fingunt, negant veram, realem, intrinsecam, propriam, &c. ponunt alienam, putatitiam, fictam: non minùs, acsi fatuum velint denominare verè, propriè, realiter, intrinsecè sapientem, eò quòd ei imputetur aliena sapientia. Quæ hic vel umbra disparitatis?

Ad CAPUT VI.

Catholica veritas magis roboratur I. ex Rom. 5. vers. 21. *Sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per justitiam in vitam æternam.* Per justitiam hìc intelligitur interna renovatio, ex qua procedunt opera vitæ. Justificatio igitur in illa renovatione consistit. Amesius frustrà *negat, per justitiam intelligi renovationem.* Nusquam id Apostolus, sed glossæ tantùm Lutherano-Calvinianæ ita docent. Sed inquit: *Etsi concederetur, gratiam regnare per justitiam inhærentem, non indè tamen sequeretur, justificationem in illa consistere, quia justificatio antecedit regnum justitiæ, sicut in Adamo reatus antecessit continuatum regnum peccati.* Respondeo, Sequeretur omnino: Cur enim justificans forma non consisteret potiùs in justitia inhærente, quàm extrinsecè denominante? Esse justum, bonum, perfectum &c. sunt prædicata homini intrinseca, ut tam vulgus quàm sapientes communiter concipiunt; nec ullus potest verè bonus, beatus, perfectus, justus dici & esse, per aliquid extrinsecum. Sanè nec ipsa æterna Dei electio ad gloriam, quæ est radix omnis boni salutaris, hominem prædestinatum in peccato adhuc hærentem reddit bonum, perfectum, beatum, amicum & filium Dei; quanto minùs aliæ quævis denominationes extrinsecæ; ut paulò post magis dicetur.

II. Ex Rom. 8. vers. 10. *Spiritus vivit propter justificationem.* Ergo si justificatio seu justitia formalis est vita, & facit vivere vita spirituali, non est sola remissio peccatorum extrinseca, sed aliquid inhærens. Amesius dum contradicere vult tam liquidæ veritati, sibi ipsi contradicit, veritatemque potiùs confirmat. Si enim (ut ipse cum Cajetano vult,) *propter justitiam Christi extrinsecè, & participationem ejus intrinsecè vivunt omnes justi* vitam spiritualem, cur non pariter fatetur, illam participationem justitiæ Christi nobis inhærentem, esse formam, nos verè, propriè, realiter, intrinsecè justificantem, vivificantem, sanctificantem?

Idem confirmatur ex illo Galat. 3. vers. 21. *Si data esset lex, quæ posset vivificare, verè esset ex lege justitia.* Ergo justificatio formalis est aliquid, quod vitam animæ præbet, eamque in motu & actione constituit. Amesius ope suæ Quodlibeticæ persuadere satagit, Iy *vivificare*, hoc loco non significare, in motu & actione constituere. Et cur hoc? Quia alioqui Thesin sustinere nequiret. Denique Apostolus *renovationem mentis, & novum hominem*, ait, *secundùm Deum creatum in justitia & sanctitate veritatis*. Ephes. 4. vers. 23. Nec Amesius idipsum abnuit. At numquid *novus homo creatus in justitia veritatis*, apertè dicit tum intrinsecum principium vitæ spiritualis, tum etiam justitiam non qualemcumque, sed quæ à Deo infusa est, coram Deo talis in veritate, qua faciat amicum & filium Dei.

III. Probatur idem Ratione naturali: Justificatio sine dubio motus quidam est de peccato ad justitiam, & nomen accipit à termino ad quem ducit, ut omnes alii similes motus, illuminatio, calefactio, &c. Non igitur potest intelligi vera justificatio, nisi aliqua, præter remissionem peccati, justitia acquiratur. Amesius 1. *Indubiè ista justificationis descriptio auctorem habet Thomam Aquin. 1. 2. quæst. 113. qui sui Præceptoris Alex. Alensis Insanam imaginationem,* (Justificatio est liberi arbitrii rectitudo pag. 4. quæst. 17. m. 4.) *isto commento superavit. Est enim horribilis depravatio Evangelii,* (Lutherano-Calvinistici,) *& caput errorum Scholasticorum, non tantùm in Scripturam,* (Quodlibeticis glossis interpolatam,) *sed etiam in Rationem & sensum communem,* (Puritanorum,) *impingens.* Ita blasphemat impius Novator, quod vel non intelligit, vel intelligere non vult. Conatur quidem probare suas calumnias: sed tres primæ probationes sunt merissima principii petitio, adeoque simplici inficiatione submoventur; quorum oppositum in superioribus perspicuè ostensum est. Amesius 2. *Pugnat cum sensu communi, ut unus & idem motus sit remissio peccatorum, & infusio justitiæ: quia remissio est actio moralis, & infusio qualitatis est actio physica, subjectum suum realiter mutans.* Respond. Etsi Scot. Gabriel, & alii apud Suar. Tom. 7. de grat. cap. 11. affirment, remissionem peccati, & justificationem distingui realiter; Richardus verò & alii apud Vasq. disp. 204. negent realem distinctionem: facilè tamen conciliantur utrique, si dicatur: Justificationem impii moraliter & subordinatione quadam esse unicam mutationem; esto metaphysicè & à parte rei sit duplex. Sicut enim calefactio aquæ physicè & quadam subordinatione unus quidam motus totalis est, tametsi duas mutationes partiales, quasi metaphysicè distinctas includat, scil. productionem caloris & abjectionem frigoris: Ita justificatio una quædam totalis mutatio est, non quidem omnino simplex, sed ex remissione peccatorum, & infusione gratiæ composita; quas quidem mutationes esse à parte rei aliquo modo distinctas, vel inde patet, quòd infusio gratiæ fuit in Adamo, & Angelis sine remissione peccati. Est itaque hic motus unicus, sed mutatio duplex. Mutatio enim rectè à Philosopho dicitur: Transitus de non subjecto in subjectum, aut de subjecto in non subjectum, & versatur inter extrema, quorum alterum est positivum, alterum negativum. Motus verò versatur inter extrema positiva. Falsum verò esse, quòd remissio peccati possit fieri sine physica mutatione peccatoris, jamjam dicetur. Objicit enim Amesius 3. *Totum hoc argumentum, quod petitur à necessitate justitiæ infusæ ad justificationem, evertitur prorsus & ex professo à Scholasticis illis, qui docent, posse homini remitti peccata, sine infusione illius habitus aut doni intrinseci, & sine ulla mutatione physica in ipso homine facta, idque ita ut homo diligatur à Deo, & acceptetur ad ejus amicitiam, & ad beatitudinem æternam. Ita Medin. Curiel. post Scot. Gabr. & alios, quos citat & sequitur Suarez.* Respondeo 1. Non ideò evertitur hoc argumentum, etsi quis horum Theologorum opinionem minùs mihi probatam sequatur. Loquuntur enim illi tantùm de potentia absoluta: de lege autem ordinaria, fatentur illi ob auctoritatem tot testimoniorum Apostoli suprà expositorum, & Ecclesiæ definitionem, jam semper intervenire talem mutationem physicam peccatoris in justificatione. Respond. 2. Absolutè probabilior est sententia S. Thomæ, Vasquii & aliorum, quos etiam sequitur Bellarm. Novissimè autem egregiè illustravit

stravit

ſtravit & confirmavit Euſebius Comes Truchſeſs, ſeu potiùs ejus Præceptor P. Martinus de Eſparza Artieda in Quæſtionibus Romæ diſputatis de juſtific. quæſt. 8. Ad quam remitto Lectorem ſubtilitatum Scholaſticarum capacem & avidum. Ad defendendum fidei dogma de juſtitia inhærente non eſt quidem abſolutè neceſſaria illa S. Thomæ ſententia; etſi negari nequeat, eam multò eſſe opportuniorem, adeoque vel hanc ob rationem alteri Scoticæ præferendam. Quod ex Medina 1. 2. quæſt. 110. art. 4. bis recitavit Ameſius: (*Certè ex Theologorum omnium ſententia, Deus rectiſſimè poteſt juſtificare hominem abſque habitibus infuſis;*) nihil juvat imputationem extrinſecam; nam ſtare ea aſſertio poſſet, etiam ſi Deus E. G. aliquam viſionem claram ſui tranſeuntem homini peccatori immitteret; aut dilectionem Dei ſuper omnia, ut multis placet cum Vaſquio; aut ſaltem unionem hypoſtaticam; de quo puto nec Ameſius dubitaverit.

Ad CAPUT VII.

JUſtificationem non conſiſtere in imputatione juſtitiæ Chriſti, probatur.

I. Nullus omnino locus Scripturæ invenitur, ubi legatur, Chriſti juſtitiam nobis imputari, vel nos juſtos eſſe per Chriſti juſtitiam nobis imputatam. Ameſius 1. *Quamvis totidem verbis hoc non legeretur, non inde tamen ſequeretur, ſententiam ipſam in Scripturis non contineri. Sic Bellarm. paulò poſt &c.* Reſpond. Sic quidem nobis loqui fas foret, qui Scripturam non privato, ſed communi Eccleſiæ ſenſu accipimus: non ſic verò Lutherano-Calvinianis, quos hactenus liquidiſſimum eſt, verba ſacra verſare ad libitum ſuis phantaſmatis velandis. Ipſe Ameſius ſuam, ſuorumque gregalium perverſitatem non obſcurè mox prodit, cùm ſubdit: *Malè conjunguntur hæc in parte Scriptura & Patres: palàm enim eſt, Patres ex Philoſophia introduxiſſe in Eccleſiam varios modos loquendi, præcipuè de meritis humanis, & de juſtitia Evangelii, qui in Scripturis,* (Gloſſa Lutherano-Calviniana expoſitis,) *non apparent, & inde occaſionem datam & acceptam Scholaſticis fuiſſe, pernicioſos errores fabricandi.* Hanc calumniam benè ſpiſſam Ameſius didicit à ſuo Mag. Calvino, qui non modò reliquos Patres, ſed & Auguſtinum, (quem alioqui excipere ſolet,) hic repudiat lib. 3. inſtit. cap. 11. §. 15. Sed vel hinc ſatis evertitur commentum illud imputativæ juſtitiæ. Neque enim ſenſus Patrum & Doctorum Eccleſiæ per 1300. annos alius eſſe poteſt, (in articulo præſertim tam capitali, ut hunc eſſe fatentur adverſarii,) quàm ipſius Scripturæ. Itaque hæc aperta confeſſio Lutherano-Calvinorum, (quod in aliis articulis hodie rarò ſolent,) debet eſſe cuivis pio inſtar Notæ perſpicuæ, & infallibilis, ad deteſtandam novitatem tam inſolentem & impiam. Non equidem negamus: *Legi paſſim apud Paulum, juſtos nos fieri, & juſtificari per Chriſtum, per ejus mortem, ſanguinem, redemptionem, obedientiam & juſtitiam; & illam juſtitiam imputari nobis à Deo abſque operibus;* (*hoc totum illud eſt quod hac de re profitemur,*) ait Ameſius: at peſſimè hinc infertur, ideò nobis imputari juſtitiam Chriſti, ita ut per hanc nos formaliter juſti fiamus. Hæc ſanè nimis inter ſe diſcrepant. Nam ſicut non legimus, nobis imputari redemptionem, aut ſapientiam, aut obedientiam, humilitatemve Chriſti, quaſi nos redemptores haberi debeamus humani generis, vel ipſum Dei Verbum, aut Sapientiæ Chriſti, ſive increatæ, ſive incarnatæ, cæterarumque ejus virtutum poſſeſſores: ita nec legimus, nobis Chriſti juſtitiam imputari ea ratione, ut per illam formaliter juſtificemur. Eſt igitur accuratè no-

tanda verſutiſſima æquivocatio in uſu voci
ri, aut imputatio. Nam omnes Catholici
mur, *imputari* nobis merita, ſanctitatem,
tiam, paſſionem Chriſti *effectivè*, ut um
illorum virtute & valore conferantur nobis
que dona gratiæ: deteſtamur autem viciſſi
talem *imputationem formalem*, vi cujus Ch
ſapientia, ſive juſtitia, ſive obedientia, ſi
libet aliud increatum aut creatum bonum,
formaliter eſſe noſtrum. Unde evaneſcit il
latio, qua Ameſius eludere conatur diſti
inter imputationem meritorum & juſtitiæ
à Bellarm. aſſignatam; & huic planè fra
opponit dictum Vaſquezii in c. 3. Diſp. 22
hoc ita truncando, ut genuinum Vaſquii ſe
cultaret, & ad ſuum errorem perverteret
enim hæc verba, (*cumque ex meritis Chriſti*
bis dona conferantur, omnia iſta dicuntur nobi
ri.) Hac arte nimirum enervatur non mod
minus, ſed & omnes Theologi!

II. Nulla neceſſitas ejuſmodi imputation
poteſt. Nam ſi neceſſaria eſſet imputatio i
potiſſimùm eſſet, quòd homo poſt remiſſio
cati ſit verè peccator, peccato ſcil. tecto,
leto. Sed hoc dici nequit, niſi evidentiſſi
pturis contradicendo, quæ omni genere
rum, quæ excogitari poterant ad veram p
miſſionem & abolitionem, paſſim utitur &
Ameſius: *Neceſſaria eſt 1. ut peccata remittan*
illa remiſſio continuetur nobis, & nos ex illa
gehennæ pœnas evadamus, ſed etiam ad vitam
evadamus. 3. Ut imperfecti noſtri conatus in D
cando, coram ipſo grati & accepti eſſe poſſint.
Ameſio ſufficit affirmare, & nihil probare;
potiùs ſufficiat nobis ejuſmodi voluntaria
ta negare, & meriſſimam quæſtionis mendi
vilipendere?

III. Juſtitia inhærens, fides, ſpes, cha
iam in hac vita poteſt eſſe perfecta. Ergo
tio juſtitiæ Chriſti non eſt neceſſaria.
Conſequentia nulla eſt. Juſtitia enim imputata
eſt, ubi inhærens eſt imperfecta; Deinde ut g
communicetur nobis ad perfectionem illam conſe
Reſpondeo, Iterum affirmat & nihil prob
ſius. Omnis gratia ſanctificans eſt ſubſtantiali
cta, & ſufficiens ad conſtituendum amicum
Dei ex inimico & filio diaboli, cùm juxt
trum ſit *pretioſum illud donum, quo Divinæ*
ticipes naturæ. Fieri autem non poteſt, (
lege ordinaria,) ut hæc filiatio ſtet cum re
tiero. Quòd opponit Contareni confeſſione
perfectione juſtitiæ noſtræ in Via, ad rem
cit; cùm ſermo non ſit de perfecta juſti
prehenſorum, ſed Viatorum, quorum mult
pturis ſimpliciter dici, habuiſſe *charitatem p*
Ameſius negare non potuit. Ad rem verò
pertinebat oſtendere, pretioſum illud donum
ticipationem Divinæ naturæ per gratiam hab
non eſſe ejus dignitatis, ut nos conſtituat f
ptionis. At hic altùm ſilet!

IV. Fieri non poteſt, ut Chriſti juſtitia
putetur eo ſenſu, ut per eam formaliter ju
nemur & ſimus; licèt concedi poſſit, nobis
ri Chriſti merita & juſtitiam ideò tantùm,
bis donata ſunt, & poſſumus ea Deo of
peccatis noſtris &c. Hoc quippe procul ab
imputatione Lutherano-Calviniana, qua v
per Chriſti juſtitiam formaliter juſtos eſſe.
tem cum recta ratione pugnare probatur:
metſi aliquando denominatio fiat à forma
ca, (quo modo res dicitur cognita à c
quæ eſt in mente, & paries viſus per viſio

est in oculo, &c.) tamen cùm in aliquo objecto sunt duæ formæ contrariæ, una inhærens, altera extrinseca, sine dubio denominatio absoluta sumitur potiùs ab inhærente forma, quàm ab extrinseca. Sic Æthiops candida veste indutus, absolutè diceretur niger, non albus; cùm magis ad eum pertineat propria nigredo, quàm candor vestis ascititius. Amesius 1. ait: *Bellarminum contradictione seipsum implicare, ut* Lutherano-Calvinianis *possit contradicere*. Verùm quàm futilis & fraudulenta sit hæc objectio, patet ex eo, quod paulò ante arg. 1. dixi de versuta illa æquivocatione in vocula *imputata justitia*, confundendo imputationem formalem cum effectiva. Nec valet exemplum ab humanis debitis, eorumque remissione; in Deo enim moralem illam mutationem sine physica non posse habere locum, infrà monstrabitur. Amesius 2. tricatur de voce *potiùs*. Sed frustrà. Cùm utraque forma tam intrinseca quàm inhærens queant denominare subjectum, rectissimè dicitur, *potiùs*, aut absolutè denominari talem ab inhærente, quàm non talem ab opposita extrinseca. Absolutè autem asserimus, (secluso ly *potiùs*,) Justitiam esse tale prædicatum, quod nisi inhæreat, non possit subjectum denominare justum verè, & intrinsecè. Amesius 3. *nugatur* perspicuè, *justitiam relativam* obtrudendo, quæ sine dubio est commentum ante Lutheri Evangelion Orbi incognitum. Omnis vera & non phantastica aut chimærica justitia creata, aut est actus, aut habitus de prædicamento qualitatis. 4. Disparitas ab Amesio assignata, inter denominationes extrinsecas à Bellarm. prolatas, & suam illam de justitia extrinsecè imputata formaliter, prorsus nulla est. Nam *moralis illa habitudinis ratio*, quam ponit in justitia imputativa, commentitia est, ut partim constat ex dictis, & magis constabit ex dicendis. Exempla quæ ad suam *imputativam* explicandam ex Scriptura profert: (*Infidelis est condemnatus: peccator est redemptus, &c.*) prorsus inepta sunt, & nimis dissimilia. Nam per decretum universale *condemnationis* omnium, qui non essent credituri; aut vicissim per decretum universale de redimendo omni genere humano, (juxta Catholicos,) aut prædestinatis tantùm, (juxta Calvinistas,) Per hæc, inquam, & similia decreta præcisè, nemo fit aut denominatur verè bonus, justus, perfectus, beatus, malus, iniquus, morte æterna affectus; uti suprà etiam de prædestinatione dictum est.

V. Si verè nobis imputaretur Christi justitia, ut per eam justi haberemur, ac censeremur, perinde ac si propria nostra esset intrinseca formalisque justitia, profecto non minùs justi haberi censerique deberemus, quàm Christus, proinde deberemus dici Redemptores & Salvatores mundi &c. quod est absurdissimum. Amesius frustrà elabi hic conatur, nescio qua *distributione* imputatæ illius justitiæ, quæ fiat *pro cujusque necessitate* & capacitate. At numquid suprà Thes. 3. contendit ipse, formam illam nos extrinsecè justificantem, & quam fides apprehendit facitque quasi suam propriam, esse *nihil aliud quàm gratuitum Dei favorem erga nos in Christo revelatum;* non verò aliquid creatum nobis inhærens? Est ergo juxta Amesium favor ille, actus Dei liber, æternus, (in tempore revelatus per Christi redemptionem, & per fidem à nobis apprehensus,) simplicissimus, infinitus, Divinæ essentiæ identificatus. Quomodo ergo potest ille hic ab Amesio dici inadæquatè communicari credentibus, pro cujusque capacitate aut necessitate? Unde si revera simus subjectum illius formæ infinitæ, ita ut sit nobis unita & communicata illa Dei justitia, sicut fuit in Christo, sine dubio æquè nos faciet & denominabit Redemptores & Salvatores, ac Christum. Longè alia ratio est in valore Missæ infinito, & meritis Christi & Sanctorum, quæ finito quodam modo fidelibus applicantur. Neque enim intervenit hìc ulla imputatio formalis, sed effectiva tantùm; ex quarum confusione omnis ferè error & deceptio in hoc puncto nascitur, ut suprà notavi.

VI. Christus id nobis restituit, quod perdideramus in Adamo, ut docent SS. Iren. Augustin. &c. Atqui in Adamo perdidimus non imputatam, sed veram justitiam inhærentem, per quam verè similes eramus Deo. Ergo per Christum veram justitiam & similitudinem Dei intrinsecam, non tantùm exteriùs imputatam recipimus. Futilis est evasio Amesii, cùm ait: *Ampliora nos accepisse per Christum, quàm per Adamum perdideramus: & dari nobis donum resipiscentia per Christum, quod in Adamo non perdidimus*. Doctrina enim illa SS. Iren. & August. non intelligenda est universaliter & reciprocè, sed præcisè de justitia & gratia inhærente, qua Deo assimilamur, ac ut S. Petrus loquitur, per quam *Divinæ sumus participes naturæ*.

VII. Si per justitiam Christi nobis imputatam, verè possumus dici justi & filii Dei: ergo poterit etiam Christus per injustitiam nostram sibi imputatam dici verè peccator, &, quod horret animus cogitare, filius diaboli. Amesius negat *parem esse utrinque rationem*. Disparitatem assignat 1. *quia non est finis injustitia nostra ut in Christum transferatur, sed illud accidit ex singulari Dei dispensatione*. Respondeo, Neutri inest illa translatio tamquam finis intrinsecus, sed sicut ex dispensatione Dei extrinseca transfertur in nos justitia Christi, (imputatione effectiva, non formali,) ita vicissim voluntate extrinseca transtulit Deus iniquitates omnium nostrum in Christum, imputatione itidem effectiva, non formali, ut illi incumberet satisfactio pro nobis. 2. Ait: *Injustitia nostra non imputatur Christo, ut status ejus mutetur absolutè; sed & nostra injustitia imputatur Christo, & ejus justitia nobis, ut noster status mutetur*. Respondeo, Neutra imputatio mutat revera absolutè statum ejus cui imputatur justitia vel injustitia extrinsecè; & ideò imputatio formalis utrobique est commentitia: effectiva pariter utrobique convenit. Aliæ tres disparitates ab Amesio assignatæ materiales sunt, ideoque non elidunt vim argumenti. Omitto duo reliqua Bellarmini argumenta, quæ potissimùm valent contra eos, qui solam imputativam justitiam sine inhærente ponunt; Amesius autem quia utramque admittit, facilè etiam ea argumenta admittet. Traditionem SS. Patrum, quam cap. seq. Bellarminus urget, facilè cum Calvino nobis relinquit Amesius.

Ad CAPUT IX.

OBjiciunt hæretici I. *Justificare, ut semper ferè in Scriptura, sic præcipuè, cùm Deus dicitur impium justificare, accipitur significatione forensi, pro justum habere, censere, pronuntiare aut declarare, non pro reali justitiæ communicatione: manifestum hoc est ex Roman. 5. & 9.* Respond. 1. Libenter damus, aliquoties hanc vocem usurpari in significatione forensi pro declaratione: at pernegamus, id ubique fieri, cùm suprà demonstratum sit ex cap. 5. Rom. vers. 19. *per obedientiam unius hominis, justos constitui multos &c.* Respond. 2. Etiamsi gratis daretur, ubique vocem *justificare*, accipi pro declarare, nihil hinc evincerent adversarii pro suo errore. Quisquis enim veraciter ab aliquo justus pronuntiatur, is verè habet justitiam aliquam internam coram eo, à quo justus pronuntiatur. Sed homo veraciter à Deo justus pronuntiatur, ut fatentur adversarii: Ergo habet verè

inhæren-

inhærentem justitiam, quæ talis habeatur etiam in conspectu Dei. Major patet inductione: semper enim tam apud sacros, quàm profanos Scriptores, adeoque communi usu loquendi, etiam forensi, is qui justum pronuntiat alterum, tribuit ei sua æstimatione justitiam internam ejus generis, quæ ad forum justificantis pertinet. Sic judex politicus, qui reum absolvit à scelere intentato, tribuit ei innocentiam ab imputato scelere &c. Est tamen disparitas inter forum humanum & Divinum; quòd in illo externo judex non confert justitiam ei quem absolvit, & nonnunquam in hoc fallitur: Deus autem absolvendo & justificando hominem & facit justum, & numquam fallitur. Hoc evertere debuisset Amesius, quod tamen non tetigit, sed totus fuit in probando eo quod non negamus.

Confirmatur autem, & vehementer illustratur Catholicum dogma ex hac ipsa Dei pronuntiatione & declaratione forensi, quam tantopere cum suis Calvinus prædicat. Etenim si sit duplex justitia diversa; una interior, quæ per se non sufficit ad extrahendos nos è statu peccati; quomodo potest à Deo verè justitia vocari, & justus qui ita denominatur? anne poterit calor vocari qualitas non sufficiens ad efficiendum subjectum calidum? Quomodo poterit *super nivem dealbari*, (ut loquitur Psal. 50. vers. 8.) id quod antea instar *vermiculi rubebat*, quamdiu hæc tinctura remanet in nobis, nec supervenit candicans fulgor justitiæ? Quomodo verificabitur illud Cantic. in anima justa, quòd *tota pulchra* sit sponsa Christo dilecta, in qua sibi ille complaceat; si ea semper dum hic vivit, secundùm ea quæ intrinsecùs sunt, fœda sit & abominabilis instar *panniculi menstruatæ*, quantumcumque Deus hanc spurcitiam nollet imputare, sed in gratiam Redemptoris vellet illam tractari, acsi revera esset speciosa, nitida & formosa?

II. Objic. *Roman. 4. vers. 3. Fides imputatur ad justitiam.* Esto! at quomodo hinc sequitur, *nihil aliud esse nostram justitiam, quàm fidem in Christum?* Repugnat hæc glossa Calviniana Apostolo; Tum quia Apostolus ait, fidem ipsam imputari ad justitiam: fides autem non est justitia Christi, seu qua Christus justus est, sed justitia nostra, seu qua nos justi sumus. Tum quia ly *imputare*, ibi non significat nudam putationem, sed existimationem, cui veritas reipsa respondeat. *Fides* igitur sperans, diligens, obediens, *reputata est Abraho ad justitiam*, qua revera intrinsecè justus effectus est. Nemini enim Deus imputat justitiam, nec ullum reputat justum, nisi verè talis sit, vel talis fiat. Utitur tamen, (ut in eum locum rectè notat Tirinus,) Scriptura potius verbo *reputari*, quam *esse*, ut insinuet: fidem tam Abrahæ quam nostram ex natura sua, ut est actus hominis, non parere justitiam, sed hoc ei solum concessum, *secundùm propositum gratiæ Dei*, hoc est, ex gratiosa, liberali voluntate Dei, qua statuit, ut ad actum fidei jam formatæ infundatur animæ gratia justificans, non obstante, quòd nec ille ipse actus fidei ex se, nec ulla præcedentia opera, tantum tamque pretiosum donum ex condigno mereantur. *Reputari* enim propriè pro tali dicitur, quod ex se tale non est, sed ex solo reputantis nutu. Sic voluntas reputatur pro facto, & conatus pro opere.

III. Objic. *Justitia, quam habent fideles, ex imputatione per gratiam facta, est remissio & tectio peccatorum. Rom. 4. vers. 7. 8. Ergo non est qualitas inhærens.* Respondeo, Illatio est quodlibetica, ideoque negatur. Neque enim reciprocè prædicantur inter se justificatio, & remissio peccatorum; uti patet in Angelis & Adamo, qui sine peccatorum remissione fuerunt justificati. Frustrà verò & sine ullo fundamento urget cum Calvino Amesius, dari hic ab Apostolo definitionem justificationis per remissionem & tectionem peccato-

rum. Non magis sanè hic est definitio, quàn
Beati immaculati in via, qui ambulant in lege.
Et: *Beatus vir qui timet Dominum.* Verbo,
tio se habet ut illuminatio, quæ subjectum ill
formam introducendo, oppositamque priv
pellendo. Sicut ergo potuit primò aer proc
minatus, pivatione nulla ejus præexistente,
ceps per vices in eodem aere reperiri nunc
nunc privatio ejusdem, ita & in justificatione
sius: *Remissionem peccati ab infusione justitiæ poss*
tura separari, docet satis experientia hominum,
tunt debita, & injurias illis, quibus nec divitias
stitiam infundunt. Bellarmin. ipse fatetur cap. 16.
pœna & offensam posse tolli sine infusione justitiæ
pondeo 1. Bellarmin. apertè negat ibidem, r
sine infusione gratiæ posse tolli; & licèt de
absoluta posset tolli reatus pœnæ & offensa.
nunc de lege ordinaria, per eandem formar
infusæ constat tolli & reatum pœnæ æternæ,
cati maculam, offensam Dei & injustitiam,
quatuor effectus formales justitiæ infusæ. Et
cienter solvitur hæc objectio Calviniana, qui
macula per peccatum mortiferum contracta
deleri (etiam divinitus,) sine forma, qua
ea macula; quidquid sit de condonatione o
pœnæ extrinseca. Absolutè autem veriorer
sententiam S. Thomæ, Vasquii, Valentiæ,
&c. qui asserunt, non posse Deum homini
peccatum mortale absque intrinseca mutatio
toris, ac per nudam imputationem aut cor
nem extrinsecam. Cùm enim juxta Arist. & S
amare aliquem sit velle ei bonum, & odiss
ei malum: Deus neminem potest amare, n
rendo illi bonum, quod ei vult; nec odisse
ferendo malum, quod ei desiderat: non enit
destituitur, ut voluntati respondere nequeat a
effectus. Repugnat itaque ut Deus aliquem
alium odio habeat, & nihilominus ambo sint
in bonis & malis afficientibus ipsos intrinsec
nim ut accideret, necesse foret, Deum aut
& simul non velle bonum; vel odisse, & si
velle malum; aut velle quidem, sed neutr
alterum nihilominus non præstare; quorum
repugnat in terminis, secundum ex concep
tis. Repugnat similiter, duos inæqualiter
ctos, aut odio habitos à Deo, æqualia nih
à Deo aut bona accipere, aut mala pati,
ctio & odium Divinum sit incapax intension
missionis. Ergo potest dilectio & abominat
aut minor, tantùm convenire ex parte boni
aut mali inflicti. Denique repugnat, unum
que hominem pro diversis temporibus esse
aut odio habitum à Deo, quin pro iisdem te
conferat illi bonum, aut auferat malum spe
jus vel minus. Cùm enim omnes actus D
essentialiter æterni, ideoque secundùm se pra
respondeant ex æquo omnibus & singulis te
differentiis: non possunt ergo sortiri ullam
tem, nec ullos effectus formales seu denom
diversas impertiri aut ipsi Deo, aut creatu
diversis temporibus, nisi propter diversitat
ctuum, quos pro illis intendant aut induca
omnia optimè tradit S. Thom. 1. pag. quæst.
3. 4. Unde patet, Deum peccatorem non p
pere diligere, & peccata remittere nisi mut
cta in peccatore. Unde quòd Amesius ab e
hominum remittentium debita & injurias absque
divitiarum & justitiæ, arguit ad Deum, nihil
quin potiùs oppositum inde infertur. Nam i
mini ab homine illata nequit deleri aut remi
mutatione offendentis aut offensi, incomposs
effectibus, quos inducit injuria ex sua natu

mo alterutrius ex illis, vel utriusque, ut patet consideranti. Ergo nec injuria illa Deo illata remittetur, nisi mutatione facta vel in Deo, vel in homine, vel in utroque. At repugnat omnino mutatio ex parte Dei, utpotè qui est essentialiter immutabilis. Effectum autem præcipuum injuriæ gravis in Deum, scil. privationem gratiæ & gloriæ nullus homo potest auferre; neque etiam potest ad æqualitatem compensare injuriam gravem Dei. Ergo necessaria est voluntas Dei, qua efficaciter tollat illam privationem, quod fit per infusionem gratiæ.

IV. Objic. *Constituimur justi per obedientiam Christi, sicut omnes filii Ada constituti sunt injusti per inobedientiam Adami. Sed hoc fit imputatione: Ergo & illud.* Hujus objectionis vanitas elisa est in superioribus. Peccatum enim actuale imputatur non formaliter, sed efficienter, omnibus posteris, unde consequenter singuli habent suum peccatum originale, scilic. privationem gratiæ, in quo effectu privativo moraliter censetur permanere ipsum actuale peccatum Adami. Similiter ergo Christi obedientia & justitia effectivè nobis imputatur; unde in omnibus, quibus illa applicatur, intrinsecè inhæret justitia.

Ad CAPUT X.

I. OBjic. *Christus factus est nobis justitia.* 1. Cor. 1. vers. 30. Respondeo, Efficienter, concedo; formaliter, nego: sicut factus est nobis sapientia non nisi causaliter; formaliter eum esse nobis Sapientiam factum, nemo nisi fatuus dixerit. Et hæc omnino negare non ausus est Amesius. Prætendit tamen, Bellarminum hic Lutherano-Calvinianis tradere totam causam, seque amplius non postulare, quàm quod conceditur à Bellar. his verbis: Dicitur Christus justitia nostra, quia satisfecit Patri pro nobis, & eam satisfactionem ita nobis donat & communicat, cùm nos justificat, ut nostra satisfactio, & justitia dici possit. Hoc modo non esset absurdum, si quis diceret, nobis imputari Christi justitiam & meritum, cùm nobis applicentur, acsi nos ipsi Deo satisfecissemus; modò non negetur, esse in nobis præterea justitiam inhærentem, eamque veram & absolutam esse justitiam, cui justo Dei judicio non debeatur pœna, sed gloria. Sanè si ita sentiant adversarii, nobis consentiunt. Frustrà autem & ridiculè decerpsit sibi Amesius priorem tantùm partem assertionis Bellarminianæ, eamque ad suum sensum contra mentem Authoris detorsit. Bell. enim sine dubio intellexit imputationem effectivam, non formalem.

II. Objic. *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum.* 2. *Corinth.* 5. *vers.* 19. Sed quid hinc contra nos? Non imputat nobis delicta nostra Deus, cùm ea propter merita Christi congruè dispositis remittit per infusionem gratiæ justificantis. Quæ replicat Amesius, nihil urgent, nec novi quid continent, non jam expeditum. Unde enim probat, immaculatam sanctitatem, quæ est effectus reconciliationis nostræ cum Deo per Christum, non esse ipsam nostram inhærentem justitiam, sed effectum justitiæ imputativæ phantasticæ? Mera profectò est hic iteratio propriæ Thesis, ac principii petitio.

III. Objic. *Christus factus est peccatum pro nobis, ut nos fieremus justitia Dei per ipsum.* 2. *Corinth.* 5. *vers.* 21. Resp. Nihil hinc præsidii imputationi purè extrinsecæ. Sicut enim Christus non est factus peccatum, seu peccator imputativè ita, quasi ipse illa fecerit, & iniquus haberi possit; sed solùm imputantur illi quoad debitum satisfaciendi, quod ille ex nutu Patris spontè suscepit; unde ipse non peccator, sed justus dici meretur: ita & nobis imputatur justitia ejus quoad onus satisfaciendi, quod ille ex nutu Patris spontè suscepit; Idcircò (ut sæpè dictum,) *effectivè*, non ideò tamen *formaliter* mundi & immaculati haberi possemus, nisi sordibus peccatorum depulsis, interius formosa sit anima per *donum* illud *pretiosum, quo Divinæ sumus participes naturæ.* Replicæ Amesianæ solvuntur ex suprà dictis. Et sic abundè satisfactum est objectioni huic; quidquid sit de tribus diversis expositionibus verborum Apostoli, (*justitia in Christo*,) à Bellarm. allatis. Sunt omnes probabiles. Posteriores duæ, (quòd nempe justitia nobis inhærens dicatur *Dei*; vel quia est effectus & imago justitiæ Dei; vel quia donatur nobis à Deo) solidæ omnino sunt. Opponit tamen Amesius contra hanc verba Cajetani & Contareni suo sensu intellecta; itemque clausulam: *in ipso*, unà cum proportione, (*fecit eum peccatum*;) Verùm ly *in ipso* aliud non indicat quàm meritum Christi, quo nobis peperit justitiam inhærentem & gloriam. Proportio verò optima est in eo, quòd sicut Christus factus est pro nobis peccatum, idest, assumpsit similitudinem carnis peccati, ut fieret victima pro peccato: ita nos efficimur justitia Dei per similem tropum, quia justitiam inhærentem recipimus, quæ est justitia Dei, seu effectus & similitudo quædam justitiæ Dei. Et sicut Christus non imputativè, sed verè participavit similitudinem carnis peccati, cùm Verbum factum est caro: ita nos in justificatione, non imputativè, sed verè participamus effectum & similitudinem Divinæ justitiæ, cùm justitiam inhærentem recipimus. Quid hic non concinnè proportionatum? Vice versa in illa imputatione Neo-Evangelica, quam ad nauseam repetit Amesius, nihil veri, nihil concinni proportionis. Quod verò de prima expositione, (qua per *justitiam Dei* intelligitur ea quæ in Deo est, non in nobis, quia sumus membra ejus; quod enim convenit capiti, convenit etiam membris, non ut sunt membra distincta à capite, sed ut sunt unum cum capite;) ait Amesius: *Hæc ipsa est sententia & fides nostra, quam Bellarmin. impugnat, & tamen veram ac rationi consentaneam esse fatetur.* Respond. Hæc ipsa est Quodlibetica Puritanica, quæ quidlibet conficit ex quolibet. Non *veram*, sed hæreticam semper pronuntiavit vestram sententiam Bellarminus, quæ negat veram inhærentem nobis justitiam, solamque extrinsecam, imputativam, phantasticam statuit. Porrò cum hoc optimè stat, quòd membra possint sui Capitis excellentias aliqua ratione ut suas reputare, quatenus sunt unum cum Capite. Unde sicut nos in prædicto sensu dicimur justitia in illo, non quòd simus formaliter justi justitia ejus: sic etiam vice versa dicitur ipse peccatum, non quia formaliter ipse sit peccator, sed quia caput est nostrum, & peccata nostra voluit esse sua in ordine ad satisfactionem pro iis præstandam.

Ad CAPUT XI.

OBjiciunt hæretici: *Gratia sua gratis nos sibi acceptos fecit, in illo dilecto.* Ephes. 1. vers. 6. Respondeo, Cum S. Chrysost. ibid. *Gratiosos nos reddidit, hoc est, non solùm à peccatis liberavit, sed & dilectos amicos effecit.* Quis non huic Græci textus callentissimo potiùs credat, quàm universis Puritanicis Glossatoribus? Formosos ergo & amicos suos per inhærentem justitiam Christus nos fecit, judice Pauli interprete optimo maximo.

Ad CAPUT XII.

I. OBjic. hæret. *Annuntiatur remissio peccatorum per Christum, & per eum omnis, qui credit, justificatur ab omnibus, à quibus non potuerunt per legem Mosis justificari. Act.* 13. *vers.* 38. Quid hic contra Nos? Numquid rectè profitemur, nos *effectivè* per Christum justificari, (quod solum dicit S. Lucas,) formaliter autem per inhærentem justitiam? Replicæ Amesianæ sunt ferè paleæ exculcatæ. Illud valde notandum, quòd cùm Amesius suprà tam gnaviter propugnare studuerit, fidem justificantem non posse esse sine Charitate: hic tamen idipsum videtur prorsus evertere; ait enim: *Maximè alienum est à doctrina sana, ut observatio omnium mandatorum prærequiratur ad peccatorum remissionem, & communicationem gratiæ.* Quin ampliùs ait: *NB. Fides vera, quamvis infirma, instar grani sinapis justificat. Non igitur necessariò exigitur, ut quisque credat, omni ex parte, sicut oportet.* Paradoxa hæc de fide Puritanico modo justificante, sunt valdè notanda, cùm plurimum deprimant illam, quam aliàs tantopere extollunt *solam fidem*. Sed nec prætereundum quod subdit: *Sensus communis docet, remissionem propriè esse in remittente, & emundationem in emundato, ita ut unum non possit esse pars alterius.* Respond. Non minùs emundatio quàm remissio activa est in emundante & creditore, passiva in emundante & debitore. Unde ex hac parte nihil obstat, quin justificatio confletur ex duabus partialibus actionibus Metaphysicè distinctis, (ut suprà dictum,) cùm in gratia justificante infusa quatuor distinguantur effectus formales, nempe: remittere offensam, reddere justum, conciliare amicitiam Dei, & ordinare ad regnum cœleste.

II. *Publicanus Luc.* 18. *vers.* 14. *accipiens veniam peccatorum, quam petebat, dicitur justificatus.* Quis Catholicorum hoc negat? Quid hinc contra Nos? Numquid sufficit unum è quatuor effectibus formalis justificationis uno loco exprimere, in aliis alios? cur omnia ubique?

Ad CAPUT XIV.

I. OBjic. hær. *Justitia, qua justificatur homo coram Deo, debet esse perfecta. Sed justitia nobis inhærens non est talis. Ergo.* Respond. Hoc argumentum, (quod Amesius vocat *gravissimum*, & cui pondus apud imperitos sola conviciorum mole conciliate potuit,) est levissimum, & propè nullius momenti, dummodo evolvatur æquivocatio illa cavillatoria in voce, (*perfecta*,) & distinguatur justitia habitualis ab actuali. Illa ergo prior, cùm sit à solo Deo infusa, sine dubio substantialiter perfecta est, immò ejusdem planè rationis cum ipsa justitia & sanctitate habituali Beatorum ac Christi, licèt hæc ab illa, graduali latitudine quasi infinitè distet. Nec potest dici *imperfecta*, quasi reddere non valeat animam formosam, Deo gratam, amicam, filiam adoptivam, (hoc quippe apertè repugnat Apostolo passim, & præcipuè 2. Petr. 1. vers. 4. *pretiosum hoc donum* dicitur, quo reddimur *Divinæ consortes naturæ*,) obstantibus nempe multis defectibus venialibus. Nam & reperitur in infantibus baptizatis justitia illa infusa absque omni noxa veniali; & in justis adultis, etsi conjungatur cum lapsibus venialibus, non tamen inde vel extinguitur vel minuitur; sed habent se illa delicta venialia quasi pulveres, quibus nonnihil aspergitur species & decor faciei, non tamen tollitur minuiturve vel elegans effigies, & proportio membrorom, vel suavitas colorum, ut optimè docet S. Thomas in 1. 2. Quidquid autem sit

de actualis justitiæ imperfectione, de habitua
jus tantùm in hoc puncto habenda est ratic
jectionem nec hilum valere ajo. Adeò, *p*
lud *subterfugium, & evasio misera, contradictio*
& præjudicium causæ suæ, quod Bellarmino
Amesius, in conviciorum istorum auctorem r

II. Objic. *Injuria fit meritis & justitiæ Christ*
inhærentem justitiam justificari dicamur. Respond
minùs: imò plurimum tribuimus ejus merit
ab illorum virtute & efficacia confiteamur j
nostram pendere, uti pendet à sole radius, c
vel maximè sit lucidus intrinsecè, pariter ip
lis præstantiam commendat. Nec est simile
objicit Amesius de *propriis passionibus*, *quibu*
diceret *satisfieri justitiæ Divinæ pro peccatorum*
culpa & pœna, detraheret satisfactioni Christi,
hac illam provenire fateretur. Disparitas pate
semper est major contemptus Divinæ Maje
quovis peccato mortali, quàm honoratio
per omnia opera bona puræ creaturæ, (et
denter à meritis Christi facta.) Per ea eni
bona præfertur Deus à persona infinitè vili
infinitè inferioribus se; quod est obsequium
per peccatum verò postponitur iisdem, qui
temptus maximus. Unde cùm condigna s
absolutè indigeat Mediatore dignitatis infini
alius esse non potest, quàm Homo-Deus,
heret Christi satisfactioni, qui suam illi a
Sicut autem nihil detrahit, sed excellentiss
mendat gratiam & Gloriam Christi, quò
suis intrinsecè justos, sanctos, & glorios
omnes Beatos Angelos & homines; ita & c
tores intrinsecè ex injustis reddat justos &c

III. Objic. *Occasio superba gloriationis, sicut*
rationis, præbetur hominibus per istam doctrina
stificatione ex justitia inhærente. At cur? Num
nibus justis & beatis, ac etiam Christi H
dicitur illud Apostoli: *Quid habes quod non*
Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non a
Et: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Und
S. August. *Eadem gratia fiunt homines Christia*
justi,) *qua gratia homo Christus factus est D*
ergo occasio superbiendi potiùs ex inhære
tia, quàm se humiliandi ut mendicabulum
rationem verò parere quomodo inhærens
ria possit, non video, nec ullatenus explic
sius. Quæ porrò prosequitur usque ad fin
cap. ex Card. Contareno, non est quòd
quemquam Catholicorum. Nam sicut Alb
ghius, (quem nescio unde faciat *Cardinalem*
dus,) Antididagma Coloniense, & alii, it
mus alioqui ille Caspar Card. Contarenus
hil in errorem à Bucero videtur inductus i
tiis Ratisbonensibus, quibus interfuit à Pon
gatus. Cujus & nepos Julius Contarenus
Bellunensis in Concilio Tridentino, eide
nonnihil adhæsisse legitur; uti & (antequ
multam conquisitionem & disceptationem a
dogma fidei per suffragia decideretur,) Em
Seripandus cum quinque aliis. Sed hæc r
menti habent contra universalis Concilii
nem à Sede Apostolica approbatam. Und
bitandum, illos ipsos qui primò ante rem
cussam dissentiebant, re postea decisa, dev
tis obsequio privatam suam opinionem subn
cumenici Concilii decreto. Quòd si ille, c
catione, Contareni tractatus ante Concil.
num editus, à duobus Theologis Parisiensib
gon. & Aymon nominantur in editione P.
quam ab Amesio nominatam ad manum
Gerhardus pag. 694. ex editione Veneta 15
nat Michaelem Ferre, Franc. Gorracaum

Maldonatum, quod sanè mirum,) correctus satis non est; vel si verba nonnulla Contareni duriora vel obscuriora putarunt posse pati sensum Catholicum, quid hinc, quæso, communi Catholicorum dogmati decedit. Videatur Card. Pallavicinus in historia Concil. Trid. lib. 3. cap. 4. 6. 9. & 11. cujus latina editio jam appropinquat prælo in officina Plantiniana. Gerhardus nihil hic diversi habet, quod sit momenti. Unam tamen Sycophantiam eximiam, sed puerilem, præterire non libet. Disp. 28. Thes. 66. & 67. ait: *Si Monachorum merita possunt aliis interventu pecuniæ applicari; cur non possunt Christi merita & justitia per fidem nobis applicari?* Dicat Titius, hæc sequela sitne potiùs *puerilis*, an planè stolida? Omnia merita aliena, si prosunt, prosunt *efficienter*, non *formaliter*.

V I N D I C I Æ

Pro Libro Tertio De Justificatione: qui est de Incertitudine, Mutabilitate, & Inæqualitate Justitiæ.

Ad CAPUT II.

Certitudo est firmitas quædam & immutabilitas veritatis; Vel ut alii dicunt, est necessaria veritas. Estque duplex, (vel triplex potiùs.) 1. Objectiva, quæ est connexio necessaria terminorum: sive secundùm se, ut: *Homo est rationalis*: sive, ut subsunt principio adæquatè certo, ut, *Canis Tobiæ movit caudam*, posito quòd Deus revelavit. 2. Cognitionis, seu formalis, quæ est necessaria veritas actus, orta ex certitudine objecti. 3. Est cognoscentis, firma scil. adhæsio intellectus alicui objecto. Amesius censet *de his magnopere non esse contendendum*: quærit is tamen nodum in scirpo. 2. Est quædam *certitudo evidens*, earum scil. rerum, quæ aliquo modo videntur; cujus primum gradum obtinent prima rerum principia; secundum, conclusiones deductæ; tertium, ea quæ sensibus corporis percipiuntur, quæ dicitur certitudo experientiæ. Non esse autem certitudinem idem formaliter cum evidentia, constat ex separatione harum proprietatum; nam in actu fidei Divinæ reperitur summa certitudo, cum obscuritate veritatis, licèt cum evidentia credibilitatis. Communiter certitudo objecti & cognitionis solet assignari triplex, scilicet 1. *Moralis*, quæ habetur ex motivis absolutè quidem fallibilibus, moraliter tamen infallibilibus, quæ nempe nullam præbent spem aut formidinem prudentem de opposito. 2. *Physica*, quæ naturaliter est infallibilis, miraculo tamen fallere potest, ut, ignem calefacere physicè certum est, etsi Deus possit, suspendendo concursum ad calefaciendum, reddere falsum. 3. *Metaphysica*, habetur ex objecto, quod nec divinitus aliter esse potest, ut certitudo de homine, quòd sit rationalis. Bellarminus ponit præter certitudinem Metaphysicam sed obscuram fidei Divinæ; & Moralem fidei humanæ, (absolutè quidem fallibilem, sed de qua non nisi temerè dubitatur;) tertium & infimum gradum, quem vocat *conjecturalem*, & opinionis potiùs quàm fidei; quæ nempe tot signis & conjecturis nititur, ut securum hominem reddat, & anxietatem, non tamen omnem formidinem excludat. Utrùm verò hæc mereatur nomen Certitudinis, parùm nostra interest: dubius sanè talis formaliter non est, quia assentitur, licèt non absque formidine. Objicit Amesius 1. *Malè restringi experientiam ad sensus, cùm anima etiam habeat suam experientiam, & quasi sensum. Scientiam habet, qui sentit se scire. Gustant fideles, quàm bonus sit Dominus. Si ista certitudo nobis concedatur de fide, spe, charitate, & justitia inhærente, vel sanctificante, non est quod ampliùs postulemus.* Respond. Ut demus, haberi aliquam experientiam de nostris actibus intellectualibus, eamque certitudinem de aliquibus prædicatis universalioribus ejusmodi actuum; certissimum tamen est, nos ultimum prædicatum specificum plerumque non nisi probabiliter cognoscere posse. Nam, ut suprà etiam notavi, non possumus habere evidentiam de actu supernaturali in genere, nedum in particulari & in individuo; adeoque quàm certum & evidens mihi est, adeoque metaphysicè infallibile, me habere aliquem actum cognitionis aut amoris Dei, tam obscurum semper manet, an tale objectum supernaturale spirituale attingam actu supernaturali. Quomodo enimverò rem supernaturalem in substantia, actu merè naturali experimentaliter possem attingere, cùm per species alienas & merè naturales, ac sensibiles id fiat? Manifestis illusionibus dæmonis sine dubio spontè & fatuè se exponit, qui putat se tali gustui experimentali & sensibili ita certificari de suis actibus, fidei, spei, charitatis, justitiæ, &c. ut non possit tali gustui & experientiæ falsum subesse. Vasquium contra nos producit fide sibi consueta Amesius, nempe Puritanica, aut Græca, vel si quæ deterior est. Omittit quippè iterata Vasquii verba, quibus veritas apertissimè asseritur, nempe (*sive mysteria illa credat assensu illo, qui nititur authoritate humana ejus qui proponit, sive præterea credat illa etiam alio assensu infuso, quem dicunt Theologi proximè niti testimonio Dei.*) Idipsum sanè est, quod dicimus. Videatur Vasq. 1. 2. Disput. 201. cap. 2. & patebit fraudulenta truncatio. Objicit deinde contra Certitudinem inevidentem: *Certitudo fidei in Scripturis vocatur lux: quamvis igitur non habeat evidentiam rei aut rationis: quia tamen evidentiam habet revelationis, non debet simpliciter vocari obscura.* Respondeo, Hìc Amesius proximè accedit ad stipiteum Danhaveri errorem, quo ajebat: Hæc *biblia esse verbum*, *seu* revelationem Dei, *esse evidens evidentia summa, morali, physica, & metaphysica.* An fortè facie ad faciem Christus locutus est Amesio vel Danhavero, & hunc hominem, Deum esse evidenter cognovit? Vix tolerabilius illis ineptiit Contingius Medicus in suo Examine. Stupenda sanè, immò stupida persuasio! Non desunt præstantes Theologi, qui cum Card. Lugone, ne quidem in supremo Angelo viatore admittunt evidentiam in attestante; & isti terræ filii hanc sibi tam audacter arrogant! His ergo deliriis explosis, rectè Bellarm. statum controversiæ absque fallacia & ambiguitate sic constituit: Utrùm debeat, aut possit aliquis, sine speciali revelatione certus esse, certitudine fidei Divinæ, cui nullo modo potest subesse falsum, sibi remissa esse peccata? Amesius etiam hic habet quod carpat. Ait: *Certitudo fidei Divinæ sine omni ambiguitate & fallacia non ponitur à Bellarmino.* Cur verò? *Quia non distinguit gradus certitudinis hujus respectu principiorum, quæ immediatè revelantur, & conclusiones ex illis evidenter deductas: neque inter certitudinem fidei in sese, & illam quæ est ex fide, vel in apprehensione, vel in spe.* Respondeo, Prior distinctio vera quidem est, sed hìc ea opus non habemus; posterior est distinctio rationis ratiocinantis Puritanicè.

Ad CAPUT IV.

Lutherus Calvinusque cum suis docent, (ut tradit Bellarm. cap. proximè antecedente;) 1. Posse fideles eam notitiam habere de sua gratia & justificatione, ut certa fide statuant, sibi remissa esse peccata. 2. Non solùm posse, sed etiam debere omnes

hoc

hoc de se statuere, alioqui nec fideles, nec justos futuros. 3. Hac ipsa fide, & sola quidem, nos justificari. E Catholicis enchiridion Coloniense duo priora videtur affirmare, adeoque redolet in hoc fermentum Buceri & Melanchthonis. Ambros. Catharinus in primo tantùm Lutherano-Calvinianis consentit.

Sed contra hos omnes errores stat veritas Catholica: Non posse homines in hac vita habere certitudinem fidei de sua justitia, nisi Deus aliquos speciali revelatione dignetur. Ita definit Conc. Trid. Sess. VI. cap. 9. Quæ veritas ex pluribus SS. Scripturæ testimoniis probari solet. Bellarm. affert 1. ex Prov. 20. vers. 9. *Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccatis?* Sed hoc non admodum efficax videtur Vasquio 1. 2. Disp. 200. 4. Transeat ergo ut probabile, non ut convincens.

2. Affert Bellarm. illud Eccles. 9. vers. 1. *Nescit homo, utrum odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta.* Quidquid verò sit de priori sententia, (pro qua expositionem aut rationem à Bellarm. assignatam Vasquez videtur repudiare,) saltem ex posteriori efficax sumitur argumentum, sensusque, etiam juxta Vasq. hic est: Sunt revera justi & sapientes, qui Divina ope & auxilio operantur; illis tamen incertum adhuc est, utrum digni sint amore, an odio; nec alterum illorum nobis affirmare possunt, sed ipsis & nobis, qui eorum vitam intuemur, omnia servantur in incertum suo tempore manifestanda. Evasio præcipua hic Amesii est, quod verba illa. (*Omnia in futurum servantur incerta,*) *non sequuntur apud Salomonem, nisi in versione corrupta.* Verum hoc effugium jam dudum firmiter Witackero præclusit Gretserus in defensione Bellarm. Tom. 1. Lib. 2. de Verb. DEI. cap. 12. pag. 629. & seqq.

Ad CAPUT VI.

PRobatur Catholica veritas ex iis testimoniis Scripturæ, quæ vel requirunt ex parte nostra varias conditiones, ut justificemur; Vel indicant, incertum esse, an qui agit pœnitentiam, consequatur remissionem; Vel admonent, nè simus nimiùm securi, quasi certi simus de justitia adepta.

Primi generis testimonia sunt Deut. 4. vers. 29. *Si in toto corde quæsieris, invenies eum &c.* 2. Par. 6. vers. 36. Is. 1. vers. 16. & seqq. Ezech. 18. vers. 21. *Si impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis, &c.* Joan. 15. vers. 14. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis.* Act. 8. vers. 37. *Si credis in toto corde, &c.* Hinc fit hæc planè Theologica demonstratio: Sine fide viva, & pœnitentia seria, nemo justificatur, uti nec Lutherano-Calviniani negare audent, (licèt reliqua præter fidem tantum necessitate præsentiæ, non autem efficientiæ exigant.) At nemo certus esse potest, præsertim certitudine fidei, se fidem vivam & pœnitentiam seriam habere: In nulla enim Scriptura testimonium ejusmodi habetur de fide & pœnitentia nostra in particulari. Ergo. Amesius. *Demonstratio ista Theologica, si firma esset, omnem usum tolleret Theologiæ. In nulla enim Scriptura legitur testimonium de Mahomete, aut de Alcorano ejus in particulari, quòd debeant damnari: Annon igitur possimus esse certi certitudine fidei, abominationes istas esse detestandas? Idemque est de omnibus similibus particularibus, quæ nec in Scriptura, nec in ullo Concilio, aut Papa definitionibus exprimuntur.* Resp. Disparitas est hic nimis luculenta. De conditionibus ad justificationem necessariis, suorumque actuum supernaturalitate nemo potest habere, (citra privilegium specialis revelationis,) certitudinem cui non possit subesse falsum: at de exemplis ab Amesio allatis habetur evidentia infallibilis. Evidens enim est Mahumetanos eorumque Alcoranum negare Christum

Dei filium consubstantialem. Ergo evidenter,
cta propositione de fide: *Qui non crediderit, con-*
bitur;) infertur, eos esse damnandos. Longè
requiritur ad certitudinem Metaphysicam de
tis, damnatione, similibusque naturalibus in
culari, quàm de actibus & habitibus supernatura
de quorum existentia, (imò & possibilitate,
turalis ratio planè cæcutit.

Secundi generis testimonia sunt, quibus indi
incertum esse, an qui agit poenitentiam, con
tur remissionem peccatorum. Dan. 4. vers. 24
2. vers. 12. Jon. 3. vers. 9. Act. 8. vers. 22
scit: forsan, si fortè &c. Amesius ope suæ Her
ticæ videns se non posse hoc argumentum, (qu
cipuè urgetur incertitudo dispositionis ad justi
nem,) elidere; *concedit id fieri posse in talibus,*
fuit Simon Magus; Sed illi, inquit, *qui fidem v*
veram pœnitentiam habent, aliam habent dispos
Sic est. Sed & Simon Magus potuisset, si vo
talem habere: &, hi qui habent, non nisi m
de ea certitudinem de lege ordinaria possunt l
Ergo non evadit Amesius.

Tertii generis sunt illa quæ monent, ut no
nimiùm securi, quasi certi simus de justitia
Prov. 28. vers. 14. 2. Corinth. 10. vers. 18.
vers. 12. 2. Petr. 1. vers. 10. Dicit, (sed non
Amesius ex Scriptura aut Ratione,) illis loc
tatem non poni in eo, quòd certò apprehendamus ren
peccatorum in Christo; Ut taceam quod suprà n
tum est, hanc apprehensionem certam remi
esse non tam hæresim, quàm fatuam præs
nem. Sanè si quis certitudine fidei sciret, se just
posset utique se commendare, & probatus esse, qu
tra doctrinam Apostoli fieri posse vult Amesiu
cùm certitudo moralis nostræ justificationis per
bonis operibus juxta Apostolum; Ergo non
quis justificatus est, habet certitudinem inc
(nedum infallibilem fidei,) de sua justitia
te: multò minùs ex sola fide pendet certit
stificationis. Amesius versans se in omnem p
effugium non invenit, quod non sit in supe
jam præclusum.

Ad CAPUT VII.

TEstimonia SS. Patrum à Bellarm. pro
ritate allata, quia nimis aperta sunt,
silentio involvere Amesius. Quid enim clari
Augustin. verbis homil. 35. *Quamdiu vivimu*
nobis ipsis nos ipsi judicare non possumus, non
cras erimus, sed quid hodie simus. Ità humiliter
(ex sensu omnium Catholicorum,) ma
Aquila, quod tam arroganter sibi asserunt
vangelici bubones!

Ad CAPUT VIII.

PRobatur Catholica veritas Rationibus.
non potest aliquid certum esse certitud
nisi aut immediatè contineatur in Verbo D
ex Verbo Dei per evidentem consequentiam
tur. At in Verbo Dei non continetur in
particularis illa propositio: (*Talis vel talis h*
justificatus est;) neque potest ex Verbo Dei
dentem consequentiam id colligi. Probatu
ratiocinatio, quam quis certitudine fidei de
tia ex Verbo Dei concluderet, hæc esse
(*Verbum Dei testatur, omnes verè conversos a*
& pœnitentiam seriò agentes, peccatorum indulg
gratiam obtinere. Mihi autem evidens est
conversio & pœnitentia. Mihi igitur certum est
fidei, me indulgentiam & gratiam accepisse.):

argumenti assumptio non solùm falsa, sed etiam impossibilis est, nisi adsit revelatio. Amesius hic 1. ad suam sacram anchoram, (solam & specialem fidem,) confugit, jam suprà satis eversam. 2. Ait: *Assumptionem non solùm possibilem & veram, sed etiam in officio omnium fidelium esse positum, ut eam certam & firmam sibi reddant.* At quomodo hoc paradoxum probat, contra tam perspicuum Hierem. 17. vers. 9. effatum: *Pravum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans, &c.* Ait: *Aliis quidem non patet aditus ad cor aliorum cognoscendum, sed spiritus hominis, qui est in homine novit quæ sunt hominis.* 1. *Corinth.* 2. *vers.* 11. Respondeo, Novit plurimos, (immò demus etiam omnes,) actus suos internos homo, materialiter, & quoad aliqua prædicata pestiliora, faciliora omnia, omnia etiam intima quoad ultimas differentias specificas, nego, pernego. Nimis certum est, (quod iterum iterumque inculcandum lynceis istis bubonibus Lutherano-Calvinianis) usque adeò nulli mortalium, (de lege ordinaria, & citra privilegium specialissimum,) evidens esse, quòd sui actus sint hic & nunc supernaturales, fidei, spei, charitatis, &c. ut nec in universali quidem ejusmodi actus dari sit evidens, immò naturaliter omni intellectui creato sint planè improbabiles. Quomodo enim id quod in substantia superat omnem ordinem naturæ creatæ, nec habet ullam causam vel effectum in sensus incurrentem, poterit evidentem certitudinem in nobis gignere? Et per hanc perspicuam veritatem evanescit, quidquid nebularum inanissimarum hic fundit Amesius; inter quas etiam producit dicta Bannesii, Medinæ, & Alensis, contra Bellarminum, & veritatem tam lucidam. Bannez loquitur de re planè disparata, adeoque pueriliter opponitur Bellarmino, ut sensato intuenti patebit. Bellarminus loquitur de signis veræ conversionis & gratiæ; Medina de signis verè fidelis & Catholici; & uterque de signis non infallibilibus, sed moraliter certis. Alensis denique non nisi de morali certitudine gratiæ, ex gustu experimentali rerum spiritualium loquitur, comparans inter se hæretici phantasticam suavitatem, (qualem maximè hodie jactant *speciales & solius fidei justificantis* professores,) cum sincera dulcedine, quam percipit anima Sancta Catholica. Quid verò hoc ad præsentem controversiam?

II. Nemo tenetur certò credere, certitudine fidei, sibi remissa esse peccata. Nam ejusmodi articulus in nullo symbolo fidei continetur, & ejusmodi præceptum in nullo Canone Ecclesiastico reperitur. Ille enim, quo dicitur: *Credo remissionem peccatorum*, significat, in Ecclesia dari baptismum in remissionem peccatorum. Amesius opponit pro responsione hunc syllogismum: *Unusquisque fidelis tenetur illud credere certitudine fidei, quod Deus fidelibus promisit. Sed promisit fidelibus, quod remittentur ipsis peccata. Actor.* 10. *vers.* 43. *Ergo unusquisque fidelis tenetur credere certitudine fidei sibi remissa esse peccata.* Respondeo, Falsa est Minor, si sumatur absolutè: promisit enim tantùm remissionem adultis sub conditione, si se verè converterint, & seriam egerint pœnitentiam; de qua conditione impleta non habetur ab unoquoque nisi probabilitas, aut moralis certitudo. Idemque est de remissione peccatorum per Sacramentum baptismi & pœnitentiæ cum imperfecta dilectione vel contritione. Immò in hoc videtur ex duplici capite nasci incertitudo, nempè ex parte conferentis, & suscipientis. Et roboratur hoc argumentum ulteriùs: Quia si ejusmodi articulum fidei haberemus, sequeretur, omnem hominem, qui peccat mortaliter, continuò fieri hæreticum. Non potest enim, qui voluntariè peccat, credere se esse justum, nisi falsum debita opera credere velit. Amesius iterum opponit Bellarmino Medinam, sed rursus imperitè aut mala fide. Medina rectè ait: *fidelem teneri credere, quòd habeat fidem Divinam*, (nempè ex parte objecti, non verò ex parte actus,) *& si de hac re dubitat hæreticus est.* Quid hic contra Bellarminum? Ille de fidei objecto, hic de remissione peccatorum & gratia loquitur: numquid præclara contradictio? 2. *Negat sequelam.* Tum, *quia non omnis qui non credit quod est credendum, est hæreticus.* Tum, *quia non quodlibet peccatum sua natura mortale, facit ut peccator non possit credere peccata sibi esse remissa.* Verùm utrumque hoc Amesii effatum est perspicuè falsum. Quis enim est hæreticus, (vel generaliter, infidelis,) nisi qui pertinaciter non credit, quæ credenda sunt? Et quomodo potest nisi impia temeritate credere sibi remissa esse peccata, in quibus scit se actu aut effectu, (uti supponitur,) hærere? Veritas hæc tam est patens, ut reipsa tandem illam profiteatur Amesius, dum ait: *Si peccatum actu mortiferum intelligatur, tum dicimus, talem peccatorem non teneri eo tempore credere peccata sibi esse remissa, &c.* At verò idem prorsus est, sive de flagranti actu peccati, sive de affectu habituali peccaminoso non retractato. Non potest ergo, ut agnoscit Amesius, tunc credere remissionem peccatorum suorum. Ergo hic non est articulus fidei, etiam juxta Lutherano-Calvinianos. Articulum enim fidei, qualiscumque sit, tenemur numquam non credere, & quoad specificationem omni momento esse parati ad credendum.

III. Non expedit ordinariè ut homines habeant certitudinem de propria gratia, quia posset generare superbiam, quæ in hoc loco tentationis perquam periculosa est, ut docet S. Augustin. lib. de correp. & grat. cap. 13. Quod verò Amesius ait: *Idem de justitia vera, quod de genuina virtute dici posse, quòd nemo ea malè utatur*; Id de utraque verum est tantùm ut de instrumento, non autem ut de objecto. Cur enim non posset quis vanè efferri ob veram justitiam & virtutes quas obtinet?

IV. Deus revelavit specialiter nonnullis Sanctis, singulari beneficio, illis remissa fuisse peccata: ut constat de SS. Antonio, Francisco, &c. Et de Apostolis non negat Amesius. Ad quid verò serviret specialis revelatio, si est articulus ab unoquoque firmiter credendus? Ridicula est evasio Amesii, cùm ait: *Revelatum specialiter fuisse Paulo, quòd persequeretur Christum, licet omnes qui Ecclesiam persequebantur, debuerint & potuerint illud scire.* At ubinam continetur hic articulus fidei? Et responsio Amesii prorsus non est ad rem.

V. Denique, cùm omnes ferè hujus temporis hæretici hanc certitudinem jactent, tamen ipsorum sententia falluntur plurimi, nostra omnes. Amesius. *Præclara hac ratione probare posset Atheus aliquis, nullam omnino certitudinem esse religionis veræ.* Resp. Assertio certa de existentia Dei neminem fallit: assertio seu persuasio certa & infallibilis de propria justitia plurimos ejus certitudinis assertores fallit. Quomodo ergo par est utrobique ratio?

Ad CAPUT IX.

PRO errore suo stabiliendo Lutherano-Calviniani multa SS. Scripturæ testimonia congerunt, sed in nullo eorum apertè continetur illud dogma novitium, sed ope Quodlibeticæ sive interpretationis, sive illationis extortum est. Perlustremus ordine Amesiana.

I. Objic. *Vos cognoscetis eum, quia apud vos manet* (Spiritus S.) *& in vobis erit.* Joan. 14. *vers.* 17. *Et ibid. v.* 20. *In illa die cognoscetis, quia ego sum in Patre, & vos in me, & ego in vobis.* Quid verò hinc contra Nos?

Nam 1.

Nam 1. abſque ulla violentia, ſed valdè propriè & verè hoc totum accipitur de viſione clara Dei trini in altera vita, ut plures SS. Patres intellexerunt. 2. Etſi etiam de præſenti tempore, quo in terris vixere Apoſtoli, ea verba exponantur; quid hoc ad Lutherano-Calvinianos? An omnia illorum privilegia communicata ſunt Neo-Evangelicis omnibus? Oſtendant diploma ſigillatum Summi Pontificis Chriſti. 3. Etſi gratis daretur, id etiam de omnibus fidelibus accipiendum, adhuc illa cognitio promiſſa non eſſet fidei infallibilis, ſed ad ſummum certitudinis moralis. Ameſius cùm nihil probare poſſit, vertitur ad convicia, ſannas, & ſophiſticos cavillos. Solatium genuinum & ſolidum habet quivis Chriſtianus, cùm fide Divina credit Spiritum S. ſua dona largiter effundere in Eccleſia Catholica, ſimulque perſuaſus eſt ex ſignis moraliter certis, ſe eſſe vivum ejuſdem Eccleſiæ membrum.

II. Objic. *Accepiſtis Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba Pater: teſtatur cum ſpiritu noſtro, quòd ſumus filii Dei. Rom. 8. verſ. 15. 16.* Reſp. Sive hoc teſtimonium ſit, quo ipſe Spiritus S. teſtatur cum Spiritu noſtro, (ut interpretantur Patres Græci,) ſive id ſit ipſa oratio, qua dicimus: *Abba Pater!* (ut volunt Patres Latini,) non fit hoc per verbum aliquod expreſſum, ſeu revelationem, ſed per experimentum guſtus & pacis internæ, quæ non parit certitudinem fidei, ſed conjecturalem, & moralem. Ameſius 1. fruſtrà hìc ſubſidium mendicat à commento Cajetani; quamvis hujus verba patiantur ſenſum Catholicum, de fide in generali, quòd ſimus filii Dei, nempè ſi impleverimus conditionem præſcriptam; ſicut & Chriſtus Apoſtolis dixit: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis.* 2. Quod ait: *Prius certiores fieri debemus, nos eſſe filios Dei, antequam Deum cum fiducia poſſimus invocare ut Patrem*, abſurda hæreſis eſt jam alibi exploſa, juxta quam certè nullus peccati mortalis ſibi conſcius ſine temeritate & arrogantia poſſet orationem Dominicam recitare. Ad quid ergo Dominus docuit nos orare: *Et dimitte nobis debita noſtra?*

III. Objic. *Certum eſt, nullam rem poſſe nos ſeparare à dilectione Dei in Jeſu Chriſto. Roman. 8. verſ. 38.* Reſpond. Neque hoc juvat quidquam adverſarios. Nam etſi Apoſtolus habuiſſet pro ſe infallibilem revelationem de ſua perſeverantia; an ideò etiam omnes Lutherano-Calviniani? 2. Neque tamen Apoſtolus etiam de ſe ullam fidei certitudinem prædicat, cùm ait: Certam in Domino ſpem habeo, perſuaſum habeo, confido; ut ex verbo Apoſtoli Græco legunt non tantùm SS. Ambroſ. & Hieronym. ſed etiam Eraſm. & Beza; Quo etiam ſenſu Græcam eam vocem uſurpat idem Apoſtolus cap. 15. verſ. 14. Hebr. 6. v. 9. & 2. Timoth. 1. verſ. 5. &c. Sicut animoſus miles & ardore belli accenſus diceret: Certus & reſolutus ſum, quod nec tela, nec ſaxa, nec ignes me arcebunt à mœnibus, quin ea conſcendam. Sicut ergo falsò nimis & inſufficienter ex eo quòd Paulus Roman. 15. verſ. 14. dixerit: *Certus ſum, fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione &c.* colligeret quis, Apoſtolum fuiſſe ex fide Divina certum, Romanos omnes plenos fuiſſe dilectione & ſcientia: ita & hìc. Nec *interrogationes antecedentes*, nec *enumerationes malorum graviſſimorum*, nec *gloriatio de ſuperandis illis omnibus*, nec *uſus verbi Græci*, fidem Divinam evincunt, niſi apud eos, apud quos Hermenia Quodlibetica omnia valet. Omitto Sycophantica Ameſii.

IV. Objic. 1. *Corinth. 2. verſ. 12. Accepimus Spiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quæ donata ſunt nobis.* Hìc iterum non niſi beneficio Quodlibeticæ ſtabilitur, *non tam fides, quàm ſtulta & falſa præſumptio & impoſtura*

hæreticorum, rectè ait Cornelius in Comment. e
ci. Loquitur enim Apoſtolus ibidem in genere
nis, iiſque tantùm quæ data ſunt Apoſtolis
cleſiæ; quaſi dicat: Ut ſciamus nos Apoſtoli
bus & quantis donis in genere nos, ideſt, Eccl
ſuam ditarit Chriſtus, ſcilic. quanta gratia Spir
redemptione, virtutibus, & maximè quanta gl
de hac enim egit verſ. 9. & hæc ſunt in Deo,
verſ. 11. ideſt, Dei libera voluntate, & prædeſti
ne; Eaque à Deo data eſſe Eccleſiæ; per Ejus
lationem ſcimus: hæc autem loquimur & pr
imus, ut ſequitur, quaſi articulum fidei; Sed n
ex iis, vel eorum eſſe participem, non eſt fide
conjecturæ, nec publicè prædicandum, ſed
ſperandum. Vide Cornelium. Porrò an Apoſto
habuerint ſpecialem revelationem de donis Spi
in cujuſque corde diffuſis, illo loco non dicitu
ad rem noſtram facit.

V. Objic. 1. *Corinth. 11. verſ. 28. Probet autem*
unuſquiſque, & ſic de pane illo edat. Qua arte,
chimiæ Quodlibeticæ hinc eliquabitur certitud
de propria juſtitia? An quia, juxta Regulas fi
vinæ, teneor diſcutere meam conſcientiam, ide
quid in hac deprehendo, credere debebo fid
na, ita ſe habere? O Quodlibeticam!

VI. Objic. Ejuſdem farinæ prorſus eſt illud e
rinth. 1. verſ. 12. Gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimoni
ſcientiæ noſtræ &c. Citius ex pumice imbrem,
hinc extundas intentum, niſi Quodlibetica a
tur omnipotens. Vix tolerabilior eſt.

VII. Objic. ex 2. *Corinth. 13. verſ. 5. Voſmeti*
tate, an ſitis in fide. Ergo quiſque poteſt & de
Divina credere ſe eſſe juſtificatum. Quæ hìc
connexio? Monet Apoſtolus ut examinent ſe
tius de ſua fide. Eſto. At ubi aſſeritur, quò
examine ſinguli habeant certitudinem infallib
ſua juſtitia? An fortè ex eo, quod ſubdit Apo
Annon cognoſcitis, quia Chriſtus in vobis eſt?
hoc agebat ea objurgatione Apoſtolus, ut jube
propriam ſingulorum juſtificationem explorare
nempe Chriſtus in cordibus ſingulorum per fi
ſtificantem ſit; ſed *in vobis* omnibus ſimul, ſe
ſia veſtra. Videbant enim Corinthii ſuæ Eccl
miracula, tot gratias & dona collata: ut n
ſent dubitare, Chriſtum in ea eſſe & operar
ſus ergo genuinus hic eſt: Videmini, o Cori
Pſeudo-Apoſtolis infatuati, non habere fidem;
ergo vos, an ita ſit. Si enim fidem retinetis
ea perſtatis, credetis, immò & videbitis, C
(ut præceſſit ac ſequitur,) in vobis eſſe po
potenter per me operari miracula &c. Vide
Cornel. immò & Gloſſa Jenenſ. Lutheran. E
vis cum SS. Auguſtin. & Hieronym. hic a
tur, nos certam ſcientiam habere, quòd fi
beamus: non tamen habetur hinc certitudo
bilis, ſed ad ſummum moralis, an hoc facia
de Divina, an naturali & humana, an tan
firmiter, Divinè, & ita prout opus eſt ad j
& ſalutem?

VIII. Objic. *Eph. 3. verſ. 12. Per quem habe*
ciam, vel audaciam, & acceſſum in confidentia
ejus. Reſp. Certitudo gignit audaciam; ſed
tudo non eſt dè juſtitia noſtra, ſed de veritat
riorum fidei. Ameſius. *Apoſtolus diſertè dicit,*
titudinem eſſe per fidem Chriſti. *Hanc autem fid*
tari ad juſtitiam idem Apoſtolus ubique docet. Re
ultimum eſſe hæreticam impoſturam, quindeci
ſtianis ſæculis ignotam, in ſuperioribus oſten
Habemus autem confidentiam, audaciam,
ad Deum per fidem Chriſti, quia hac, (ſive
à parte rei, hæc in nobis ſit, ſive humana)
ti, confidenter accedimus ad thronum grati

ficit filius persuasum habens hunc esse suum Patrem, (etsi nec Pater, nec filius habeant certitudinem infallibilem de sua illa necessitudine,) fiducialiter ad illum accedit, & beneficia ab eo sibi pollicetur.

IX. Objic. 1. *Joan.* 3. *vers.* 14. & *cap.* 4. *vers.* 13. *Fideles dicuntur cognoscere, & scire, ac testimonium habere in se de gratia Dei.* Respondeo, Ex iis vocibus non concluditur certitudo fidei Divinæ, sed qualiscumque notitia. Nec sermo est in omnibus illis locis de fide & persuasione speciali singulorum fidelium, ut somniant Neo-Evangelici, sed sententiæ illæ omnes generales sunt, nec affirmant de omnibus & singulis infallibiliter verum, quod in communi loquendo de fidelibus desiderabat & sperabat Apostolus. Sicut B. Paulus cùm loquitur de prædestinatis, ferè semper ita loquitur, quasi certus esset, non solùm se, sed etiam illos omnes, ad quos scribit, in numero electorum fuisse, quia scil. id cupiebat & sperabat; Sive Apostoli ex speciali privilegio infallibiliter fuerint certificati de sua justitia, perseverantia & prædestinatione, sive non; de quo omnino non constat. Nam ex illo 1. Corinth. 9. vers. 27. *Ne dum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar*, cum S. Gregor. & aliis probabiliter colligit Cornelius, Apostolum non habuisse infallibilem certitudinem de sua prædestinatione & salute æterna. Amesius hic strenuè sycophantatur, cùm ait: *Hoc unum hic satis ostendit, quàm perdita sit hæc Pontificiorum causa, quam ut tueantur, sanctissimos Apostolos post abundantiam Spiritus & omnis gratiæ in ipsos effusam, negant potuisse cum certitudine respondere quæstioni illi, quam Christus proposuit Petro adhuc tyroni*: Simon Joannis diligis me? *Cui tamen Petrus jam tum, (procul dubio verè,) respondebat*: Certè Domine, tu nosti quòd amem te. Meras verò has esse calumnias & mendacia patet ex dictis. Nec affirmamus, nec negamus absolutè de Apostolis illam fidei certitudinem infallibilem, cùm ex Verbo Dei liquidò nobis non constet. Cùm Petrus post resurrectionem Christo interroganti respondit: *Tu scis quia amo te*; nihil est, quod leviter probet, Petrum certitudine fidei asseverasse amorem suum esse supernaturalem, cùm præsertim jam ex lapsu suo cautior factus, meritò suspectos haberet interiores proprios actus, de quibus ante passionem tam audacter pronuntiabat; quod tamen eventus docuerat falsum fuisse. Verbo: facilè & certò homo in se deprehendit actum fidei, spei, dilectionis; sed an hic supernaturalis sit, quomodo, (citra revelationem specialem,) certò cognoscet? cùm vel ipsa possibilitas ejusmodi actuum supernaturalium ignota sit Naturæ.

X. Objic. 2. *Petr.* 1. *vers.* 10. *Satagite, ut certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Cur enimverò ly *per bona opera*, omisit Amesius, nisi ut falleret? Sed quidquid de hoc sit, vocationem suam & electionem æternam ad salutem in se objectivè quomodo quis reddat certam, cùm præcedant nostram fidem & opera? Præstat ergo fides, quæ per dilectionem ferventer operatur, fiduciam moraliter certam de propria justificatione & salute. Sed quid hinc præsidii Neo-Evangelicæ præsumptioni de sua speciali fide? Sanè hinc vel maximè evertitur. Fides enim illa specialis, & justificatio imputativa præcedunt operationem bonam, juxta Amesium, ut suprà observavimus. Quomodo autem id quod sequitur justificationem & fidem specialem de propria justificatione, potest illam certam reddere? An opera bona fidelium majorem faciunt certitudinem apud Lutherano-Calvinianos, quàm ipse actus fidei specialis, in quo tamen iidem omne suum solatium firmissimè defigunt?

Ad CAPUT XI.

EX ratione objiciunt hæretici I. *Sanctissimi viri, qui in Scriptura laudantur, Abraham, David, Paulus, & alii similes, de gratia Dei certi fuerunt per fidem.* Resp. Pauci illi & eximii Viri fortassis peculiari revelatione certi fieri meruerunt de gratia, quam apud Dominum invenerunt, ut patet de Abrahamo ex Gen. 22. vers. 12. Amesius 1. *Per ejusmodi* fortasse *omnia argumenta in qualibet causa possent eludi.* Resp. Amesius fide sibi consueta recitavit verba Bellarmini, qui expresserat etiam *Abel, Henoch*, non autem Davidem, & Paulum. De duobus ergo prioribus, cùm ex verbo Dei non constet, quòd habuerint de sua gratia revelationem, meritò temperavit suam assertionem Bellarminus per ly *Fortassis*. Amesius 2. *Si ex peculiari revelatione certi fuissent de gratia, tum (ex Pontificiorum sententia,) illa certitudo non fuisset fidei. Sic enim Bannez* 2. 2. *quæst.* 1. *artic.* 1. *dub.* 3. Respondeo, Etsi pauci cum Bannezio parùm probabiliter ita sentiant, longè tamen plures probabilissimè & ferè certò ostendunt, Bannezium in æquivoco laborare, & esse fidei habitum realiter eundem respectu omnium objectorum obscurè revelatorum, differreque tantùm formalitate aliqua accidentaria assensum revelationis Catholicæ, & privatæ. Vide Suar. de virtut. Theol. Disp. 3. sect. 10. Amesius 3. *Bellarmin. sine ulla certitudine hanc revelationem obtendit, immò sibi ipsi contradicit. Nam antea cap. 9. negavit, vel Paulum, vel Joannem Apostolos sanctissimos certitudinem aliam de gratia Dei habuisse, quàm conjecturalem.* Respon. Mendacium hoc esse patebit legenti illud cap. 9. in Resp. ad 13. argument. Generaliter autem Scriptura, dum Sanctos, (quibus specialem de propria gratia revelationem non memorat factam esse,) commendat, & eorum justitiam & virtutes laudat, nos certos reddit, quibus id utilissimum erat potiùs quàm illis. Amesius. *Cùm Scriptura certos nos reddat, de certitudine quam Sancti habuerunt, hoc facit, ut nos per ejusdem fidei vestigia incedamus. Roman.* 4. *vers.* 12. Respondeo, Hanc duplicatam hæresim Apostolo affingit Amesius beneficio almæ suæ Quodlibeticæ. Nihil simile docet Apostolus, sed potius suo exemplo, dicens: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum: qui enim me judicat, Dominus est: Castigo corpus meum, ne dum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar.*

II. Objic. *Certitudo gratiæ & salutis nititur veritate promissionum Dei.* Resp. Promissiones sunt generales, & conditionatæ. Ames. *Fides est conditio, qua posita applicatur universalis promissio singulis, & ex conditionata fit absoluta.* Respondeo, Sit ita de fide quam Apostolus exigit, nempè, *quæ per dilectionem operatur.* At quis citra specialem revelationem novit infallibiliter, se credere, sperare, pœnitere, diligere Deum & proximum, sicut oportet?

III. Objic. *Scriptura tribuit fidei plenissimam certitudinem. Hebr.* 10. *vers.* 22. & 11. *vers.* 1. *Jacob.* 1. *vers.* 6. *sicut & Spei Hebr.* 6. *vers.* 18. Quis Catholicorum dubitat de ea Specialis verò illa fides Lutherano-Calviniana XV. sæculis Ecclesiæ Christianæ incognita, habet *plenissimam certitudinem* pestilentissimi erroris. Nimis verum est, (seclusa revelatione privata,) justificationem singulorum non esse objectum fidei Divinæ, sed præsumptionis hæreticæ, ut clarè suprà evicimus. Nec est, quòd *horridam asperitatem* hujus effati *aliqua ratione mitigemus*: Non enim *Apostolica phrasi* & sensui adversatur, sed hæreticæ tantùm Glossæ Novatorum. Crambe quam hic recoquit, de *particularibus propositionibus, de hoc Papa, hoc Concilio generali &c.* jam suprà explosa est. Porrò ad Spem quod attinet, ea non solùm non exigit, sed nec ferre

potest

potest ex parte intellectus certitudinem absolutam. Nam quod certò scimus nos habituros, non propriè speramus, sed simpliciter exspectamus. Quæ objicit Amesius, ad quæstionem de nomine potiùs spectant. De re ipsa nimis clarè constat, actum Spei propriè dictum non habere essentialiter & infallibiliter connexam ipsam consecutionem boni sperati, alioqui omnis vel semel sperans vitam æternam posset de ea esse inamissibiliter securus; cujus vanissimæ præsumptionis absurditatem, mirum est Puritanos non palpare.

IV. Objic. *Valdè absurda est illa doctrina, quæ perpetuam dubitationem, hæsitationem, & fluctuationem docet.* Sit ita! Sed sic debere fieri, non doctrina Catholicorum, sed impostura hæreticorum est. Amesius 1. *Satis absurditatis est in eo, quod docent Pontificii, perpetuò dubitandum esse de perseverantia & electione.* Respondeo, Etiam hæc obesa calumnia est. An Amesius, quia non habuit infallibilem de suo Patre, suæ fide conjugis, &c. sed ad summum moralem certitudinem, aut opinionem verisimilem, ideò perpetuò dubitavit, anxiusque hæsit, an esset adulteræ filius, aut corniger Actæon? Sanè Catholici sapientissimè faciunt, qui juxta monitum Apostoli, *cum metu & tremore suam operantur salutem*; eò quòd licèt in Divina misericordia & auxilio certissimam spem collocent, tamen cùm hæc nostram cooperationem requirat, meritò solliciti sunt, ne fortè Divinæ gratiæ, eo quo oportebat modo non respondeant, ideoque *satagunt*, ut quotidie *per bona opera certam faciant vocationem & electionem suam*. Hic verò timor optimè secum spem certissimam compatitur. Nec verè & propriè anxius & dubius formaliter est ille qui licèt bene speret de sua dispositione, nihilque sibi conscius sit, quo mortiferè Numen offenderit, meminit tamen se, (juxta Apostolum,) *non in hoc justificatum esse*, cùm, *qui nos judicet, Dominus sit ille*, cujus oculi lucidiores super solem pervident ea, quæ etiam spiritum hominis fugiunt. Verissimè igitur pronuntiavit Bellarmin. communem Catholicorum sententiam non tollere quidem omnem formidinem, tollere tamen anxietatem, & ipsam etiam dubitationem, si dubius dicatur, (propriè scilic. & formaliter,) qui non audet alteri parti assentiri. Tenetur quippè omnis Catholicus habere opinionem probabilem de sua justificatione, qua si careat, hoc ipso voluntariè est in malo statu. Non est autem necesse, ut opinio semper habeat adjunctam formidinem actualem de opposito; sufficit posse formidare; & ita quo magis homo indies proficit in charitate, magis etiam deficit non modò actus, sed etiam potentia formidandi. Amesius. *Dubius est de gratia, qui non potest ex conscientia gratiæ Deo gratias agere. Sed hoc nemo Pontificius potest ex sententia Bellarmini. Ergo.* Resp. Propositio falsa est, si de conscientia infallibiliter certa loquatur. Nam qui opinionem probabilem, aut certitudinem moralem habet, non est dubius circa unum idemque objectum; alioqui fatendum esset, omnia inter homines esse dubia, nec unum debere alteri fidere. Perquam falsa est etiam assumptio. Numquid honestè gratias agimus Deo & hominibus ob beneficia, de quibus obtentis non infallibilem, sed moralem certitudinem, immò opinionem tantùm habemus?

§. Unicus.

Gerhardinæ subtilitates librantur.

Non libet omnes ejus imaginarias antilogias lustrare, cùm vix aliquid protulerit, quod non abundè cum Amesianis discussum sit. Tantùm pauca specimina illationum ingeniosarum producere libet.

Disp. 28. Th. 84. sic arguit: *Si fidem certiss qua dubitationem prorsus excindat, habere oportet d nis promissionibus, etiam in particulari, utique ex sione Evangelica de gratuita peccatorum remissione Christum, de eadem per fidem certi esse possumus* pondeo, Ubi Gerhardus ejusque Socii ostend promissionem singulis absolutè factam, vites argumento.

Th. 92. *Qui legem Dei perfectè implere potest, iam potest esse certus de gratia Dei & sua salute. (docente Bellarm.) legem Dei perfectè implere p Ergo possunt esse certi de sua gratia & salute.* R Propositio sua debilitate corruit, quam Ge nec probat, nec probare potest. Potest utiqu ctè quis implere præceptum dilectionis Dei sup nia, etsi non habeat evidentiam aut certitudi fallibilem de suo actu supernaturali. *Etsi simp ro, hoc ipsum ignorabit anima mea*, ajebat Sanct Quodsi in intuitiva oculorum sæpè contingit, munem rationem coloris perspicuè, specific rò minimè cognoscamus: quantò facilius id niet in actibus internis, spiritualibus, superr bus, ut ultima eorum & specifica prædicata l fallibiliter, sed probabiliter, aut (si multum raliter, certò deprehendamus? Vide Suarez l grat. cap. 11. & 12.

Th. 94. *Ubi nullum peccatum, ibi est perfecta Ubi perfecta justitia, ibi nullus dubitationi gra quitur locus. Ergo ad minimum recens baptizati p se certi de gratia Dei.* Resp. Hæc argutatio abortientis informis embryo, non baptizatus nominatus. Secunda propositio est illa ipsa, est tota disputatio, & nos oppositum, tant ad oculum demonstramus esse verum. San baptizatus non potest habere nisi moralem, mum) certitudinem de intentione baptizan cætera omnia paterent.

Th. 96. & 97. ex eo quod Catholici dicun fessionem Religionis esse instar baptismi, pr lertia infert Gerhardus: *Ergo ad minimum ist nem professi certi esse poterunt de gratia Dei, pœnæ temporalis ipsis persolvendum restet &c.* Rei lis illatio ex pœnæ temporalis remissione, (ponit in Monasticen professo antecedentem c nem ad justificationem,) arguere certitudine bilem de justificatione. Non est ergo in his a in cæteris justis ratio cognoscendi propriam Ipsius enim pœnæ temporalis remissio, æqui ficatio, ex signis probabilibus conjicitur.

Th. 99. *Quanta*, inquit, *absurditas est, m lutis certitudinem tribuere animabus, quæ in pu diabolis torquentur &c. quàm piis & verè credent vita &c.* Resp. Suggerere hæc Gerhardi arroj set amplam materiam alicui indocto Rabul suadendum errorem rudi vulgo; apud The tones etiam, nil nisi sibilos meteretur.

Th. 103. *Hæc certitudo conjecturalis*, (à Bc serta,) *nihil aliud est quàm implicatio contradic incerta opinio. Quia ea certitudo non est firmitas tabilitas veritatis, sed nuda opinio, solis conject fallacibus superstructa.* Resp. Gerhardus pueri tur. Certitudo illa infimi gradus, sine dubi bet firmitatem & immutabilitatem supremæ physicæ) certitudinis; habet tamen aliquar scil. modo; nisi fortè Gerhardus numquar assensus fuerit, atque explotatè & immobil crediderit, exstitisse olim Aristotelem, C Augustinum, Concilium Nicænum 318. Pa therum habuisse thori sociam Catharinam l similia sexcenta. Et tamen ejusmodi omnib bitet posse subesse falsum?

Quod Th. 106. ait: *Ubi non excluditur omn*

ibi nec anxietas &c. Mirum est, si homo iste præ anxietate noctu dormire potuerit, cùm juxta sua principia, de omnibus moraliter tantùm certis, debuerit anxius esse!

Ad CAPUT XII.

Quæstio est: *An fidelis absque speciali revelatione, statuere possit ac debeat, se esse ex numero electorum? Pontificii negant: Nos affirmamus*; ait Amesius. Hæc Calvinistica assertio, (non tam hæretica, quàm fatua,) tum Verbo Dei, tum manifestæ rationi adversatur. Quid apertius istis verbis Roman. 11. vers. 20. *Tu fide stas, noli altum sapere, sed time, ne fortè & tibi non parcat.* 1. Corinth. 10. vers. 12. *Qui stat, videat ne cadat.* Apoc. 3. vers. 11. *Tene quod habes, ne fortè alius accipiat coronam tuam.* Ephes. 2. Joan. vers. 8. *Videte ne perdatis quæ operati estis.* Psalm. 2. vers. 11. 12. *Apprehendite disciplinam, ne pereatis de via justa, &c.* Hæc & similia sine dubio dicuntur fidelibus. At si hi certi sunt per suam specialem fidem de electione ad gloriam, meritò ridebunt omnes ejusmodi admonitiones timorem incutere volentes, quia infallibiliter securi sunt de sua salute. Amesius quidem ait, ea Scripturæ dicta *non exhortari veros fideles ad timorem rejectionis, sed ad Majestatis Divinæ reverentiam, ad sollicitam peccati cautelam, & ad iræ Divinæ adversus peccata tremorem.* Verùm hæc Glossa Puritanica nimis apertè contradicit sacro textui. Etsi enim 1. Cor. 10. vers. 12. dicatur: *Qui se existimat*, (seu ut Amesius interpretatur, *qui videtur*) *stare*; & ita possit utcumque ad externam fidei professionem torqueri; tamen Rom. 11. vers. 20. nimis claré dicitur: *Tu fide stas*: is ipse tamen qui à parte rei fide stat, jubetur timere lapsum, adeoque reprobationem finalem. Verissimè ergo dixit Bellarmin. Si vera esset evasio Calvinianorum, Spiritus S. hortaretur electos ad infidelitatem, cùm hortatur, ad timorem amittendæ salutis. Quemadmodum enim si quis admoneret fidelem, ut timeret, ne fortè non sit verum, Christum esse Deum, ad impietatem eum sine dubio impellere videretur: ita prorsus Spiritus Sanctus, (quod blasphemum est cogitare,) ad impietatem provocaret electos, dum hortatur, ut timeant, ne fortè exscindantur, ne pereant de via justa, ne amittant coronam suam. Manifestum hinc est, timorem amittendæ salutis juberi aut suaderi à Spiritu Sancto. Manifestum non minùs est, timorem amissionis, cum infallibili certitudine adeptionis non posse componi. Ergo & manifestum, neminem citra specialem revelationem suæ electionis, infallibiliter de hac certum esse; quod erat demonstrandum. Amesius, ut videretur quoquo modo suis Tyronibus *enervasse* Bellarminum, ea quæ maximè ad rem faciunt, & in quibus tota vis rationis est, suaviter omisit. Tertiam sanè probationem ex Scripturis, quæ docet, salutem pendere à conditione operum. Matth. 5. vers. 20. & 19. vers. 17. Roman. 8. vers. 17. 2. Timoth. 2. vers. 11. &c. non nisi aperta falsatione verborum Bellarmini, ac mox subjecta calumnia enervavit, ut conferenti utraque patebit. Neque enim operæ pretium videtur, in re tam manifesta diutiùs immorari.

Ad CAPUT XIII.

Amesius unicum absurdi sui dogmatis objicit fundamentum. Illud nempe, Apostoli *Roman.* 8. *vers.* 30. *Quos vocavit, hos justificavit, & glorificavit.* Mirum sanè est, quòd omissis quatuor aliis Buceri & Calvini fundamentis, hoc *unico* Chemnitiano nitatur Calvinista; quod ipse non aliter quàm illustri mendacio fulcit, dum responsurus solutioni Bellarminianæ, (Quòd nemo possit scire, qui sint vocati & justificati secundùm propositum,) ait: *Nemo certè potest omnes tales scire,* (quis dubitat?) *sed efficaciter vocatos posse scire, se esse vocatos secundùm propositum Dei, nec Bellarmin. negare ausus est: & Apostolus tam clarè docet, acsi Solis radio scripsisset, dum ad consolationem fidelium hoc proponit, & applicat postea ad semetipsum, cum aliis fidelibus, ex certa & invincibili persuasione. vers.* 31. 32. 34. 37. 39. *Satis etiam apparet ex vers.* 28. *Omnes* diligentes Deum esse etiam vocatos secundùm propositum. Et 2. *Timoth.* 1. *vers.* 9. *Omnes vocatos* ex gratia, *ex proposito etiam vocari.* Respond. Si phrasi hyperbolica hujus Cretensis uti libeat, dicendum erit: hæc Amesiana mendacia esse *Solis radio scripta*. Quàm impudenter Bellarmino affingit, quod constat Eum ut hæresim reprobasse. Quòd ope Quodlibeticæ suæ artis subjiciat hæretico suo errori verba illa Apostoli, monstratum est superiùs. Nimirum omnes etiam Puritani, nepotes & discipuli sunt magni illius Patriarchæ & Doctoris, qui conceptis verbis pronuntiavit: *Leges interpretandi Verbi Dei non patior!*

Ad CAPUT XIV.

Quæstio est: *An verè fideles possint esse certi de sua perseverantia? Pontificii negant, Nos affirmamus*, ait Amesius.

Scripturæ testimonia pro Catholica veritate, tot & tam perspicua sunt, ut mirum sit, potuisse in mentes hominum ejusmodi errorem cadere.

I. Ezech. 18. vers. 24. *Cùm averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in illa.* Quid clarius? Quomodo, quæso, avertitur justus à justitia, si fide sola justificatur, & fides concepta semel, extingui non potest? Amesius: *Clarius multò & efficacius esset ad propositum, si ibi ageretur de justitia Dei per fidem in Christum, & ab illa fideles aliquando avertere sese absolutè affirmarentur. Sed cùm de justitia factorum legali tantùm agatur, & absolutè nihil affirmetur de aversione ab illa, nihil ex illis verbis clarè concludi potest.* Respondeo, Veritas nihil aliud inde concludi permittit: Quodlibetica autem cavillatio etiam oppositum. Justitia, de qua Propheta loquitur, sine dubio non est tantùm externa, legalis, Pharisaica; sed vera, interna, ex meritis Christi, etiam in Vet. Test. obtenta. Sive enim avertat, sive non avertat se homo ab illa externa & Pharisaica justitia, semper morietur, juxta illud Christi: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Ergo morte æterna morietur, qui steterit; & non averterit se ab illa justitia externa.

II. Matth. 24. vers. 12. *Refrigescet charitas multorum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Ergo non omnes justi perseverant & salvantur. Amesius vi suæ Quodlibeticæ etiam hic invenit effugium. Ait: *Isti multi professionem charitatis Christianæ habebunt, sed non charitatem & fidem electorum Dei, cujus mentio fit Tit. 1. vers. 1.* Resp. Amesius sua glossa apertè contradicit textui Apostolico. Nuda professio charitatis non magis est charitas, quàm caseus ligneus est caseus. Verum quidem est, charitatem & fidem non perseverantem usque ad finem, non esse prædestinatorum ut sic, (hæc enim perseverat infallibiliter;) est tamen idem specie actus & habitus fidei & charitatis, sive perseveret sive non. Ergo qui verè credunt & diligunt in hac vita, possunt deficere. Cùm enim liberè credant & diligant, liberè possunt omittere & cessare.

III. 1. Corinth. 9. vers. 27. ait de se Apostolus: *Ne fortè reprobus efficiar.* Ergo non fuit Calvinista; hi enim certitudinem fidei habent, se nulla ratione reprobos fieri posse. Amesius. *Apostolus omni modo cavebat,*

bat, ne prædicatione sua redargueretur sua vita. Sit! at cavebat multò ampliùs, *ne reprobus*, (seu reprobatus à Deo,) *efficeretur.*

IV. Gal. 5. verf. 4. *Evacuati estis à Christo; qui in lege justificamini, à lege excidistis.* Quomodo possent evacuari à Christo, & à gratia excidere, si in Christo & in gratia numquam verè fuissent? Hoc sanè tam perspicuum est fieri non posse, ut Amesius nihil habuerit quod obtenderet. Quid enim ad rem & ad vim argumenti elidendam facit; quòd *illis qui justitiam quærunt in lege, professio Christi non possit prodesse?* Hoc quidem verum est; sed cum hoc stat, posse aliquem sic *excidere à gratia.*

V. Hebr. 6. verf. 4. *Qui illuminati gustaverunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei Verbum, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, &c.* Hæc Solis radiis scripsit Apostolus, ut meritò sciscitetur Bellarmin. Quid hic dici potest. Non defuit tamen Quodlibeticæ Amesianæ quod diceret. Ait: *Apostolus ipse satis clarè ostendit, quòd illa non sit descriptio verè justificatorum, dum non illa, sed alia declarat esse* saluti adhærentia. *Verb. Grat. inter quæ veram* fidem *nominat verf.* 12. 2. *Non affirmat Apostolus, eos de quibus loquitur, esse prolapsos, sed contrà persuasus fuit, verf.* 9. 10. Ridiculum sanè effugium! Quasi verò Quæstio hic esset: an Hebræi ad quos ista scribit Apostolus, ita fuerint prolapsi! Apostolus universaliter loquitur de quibuslibet à vera justitia prolapsis, docetque, *impossibile*, (hoc est, difficillimum & rarissimum,) *esse ut renoventur.* Puritani autem directè negant ipsam prolapsionem possibilem. Possetne apertiùs Apostolo contradicere?

VI. 2. Petr. 2. verf. 21. *Melius illis erat non agnovisse viam justitiæ, quàm &c. Contigit illis illud veri proverbii, canis reversus ad suum vomitum, & sus lota ad volutabrum suum.* Poteratne clariùs explicari vera prolapsio? Nam qui *revertitur ad suum vomitum*, certè antè vomuerat, & vomendo pectus purgaverat; Et *sus lota*, non diceretur *reverti ad volutabrum luti*, nisi de illo ante exisset, & lota verè fuisset. Amesius. *Veri fideles non sunt canes & sues. Hæc igitur sunt intelligenda,* juxta Quodlibera Puritanica, *) de hominibus non regeneratis, sed de leviter lotis & purgatis per professionem purum.* Resp. Veri fideles etsi non essent canes & sues, nec illis verè assimilarentur quamdiu perseverant in justitia; tamen possunt fieri similes cani *revertenti ad vomitum, & sui ad volutabrum*; ut verba Apostoli utriusque nimis perspicua evincunt.

VII. Angeli multi in principio à justitia prolabebantur. Sic etiam primi nostri Parentes. Quidni ergo etiam cæteri fideles & justi possint à justitia deflectere? Amesius: *Hæc exempla non faciunt ad rem.* At cur? *Quia neque Angeli, neque primi Parentes nostri fuerunt sub gratia Nov. Testam. in Christo per fidem justificati. Neque reverà fuerunt justificati: quia non præstiterant conditionem, quam lex requirebat ad hoc, ut justificarentur coram Deo.* Resp. Hæc evasio partim falsa, partim etiam hæretica assumit; & tamen etiam illis admissis non evadit vim argumenti. Si enim Angeli & homo usquequaque innocentes & recti potuerunt à justitia semel obtenta deficere, quantò magis posteritas Adami, hujus lapsu depressa & debilitata, quamdiu vivit in carne mortali?

VIII. Saul justus erat. 1. Sam. 9. verf. 2. & tamen non solùm peccavit, sed etiam reprobus & damnatus creditur. Amesius. *Non constat Saulem unquam justum fuisse coram Deo.* Quid ergo sibi vult Spiritus S. cùm ibid. ait: *Erat Saul electus & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo?* Sanè vel nullus erat in Israel bonus & justus, (quod quis credat?) vel Saul quoque erat verè talis, immò optimis par. Quantæ perversitatis autem sit hujus Puritani sycophantia,

vel ex solo hoc paradigmate relucet. Omissi illis Scripturæ verbis, quæ unicè aut præcipuè faciebant, affingit Bellarmino quasi *ridiculè S. stitiam probarit ex eo, quòd ibid. dicatur:* Elega ab humero sursum versus altior omni populo Bellarmino nec in mentem, nec in stylum ve legenti patebit. Hoc scil. est *enervare* Bellarm & *tyrones gregarios* docere, *quomodo ex solis lapi rivulis Dei collectis Goliam illum sternant!* Sed satis imposturarum & mendaciorum.

IX. David omnium consensu fuit justus, & quis negare potest, eum è gratia & justitia se? Amesius: *Maximum Davidis peccatum fui dubitamus. Sed tamen non fuit majus gratia Dei bundante: Cùm autem peccati ejus meritum non f dimento gratiæ Dei, quo minùs daretur ei resipi nulla ratio cogit affirmare, eum à gratia Dei pen disse, aut etiam principio illo privatum fuisse, e ficax humiliatio & imploratio remissionis profluxi* pondeo, Meras chimæras fabricat hic Pur. Nonne omnis peccans mortiferè perdit omne tiam erga Deum? Nonne Deus odio habet æquè ac iniquitatem? Anne odium & gratia citia Dei simul pro eodem instanti temporis unt respectu ejusdem hominis? An qui s reum facit æternæ damnationis, adhuc sim & gratus Deo est? Quòd Deus ob peccata lia non reprobaverit finaliter Davidem, f dem, ut potuerit per pœnitentiam cum De tiam redire: sed non facit, ut lapsus ejus no sus ex se lethalis, & ut justus ejusmodi sit c sua perseverantia in justitia. Sed Amesio on gratiæ privatio non est mors animæ magis, (uti de Salomone statim subdit,) *grave del nima pati est excidere à vita.* Equidem ut tue paradoxam thesim, prima Christianismi prin gare non erubescit, Quòd *anima quæ peccaveri riatur*, gratiæ scil. Divinæ.

X. Petrus lethaliter peccavit negando Cl Amesius. *Hoc quidem nos non negamus. Sed B ausus est dicere, (quod tamen debuit, ut quod Petrum planè excidisse à gratia.* Resp. Quidni a re quod res est? Excidit prorsus omni grat per eam negationem, & nisi eum Christus de lis misericordiæ suæ aspexisset, æternum Quòd verò receperit denuò gratiam, potiùs quòd amissam recuperarit liberè, quam libe derat. Negatio itaque illa trina fuit sine dub lis lapsus, licèt verè dixerit Bellarm. lib. 4. de Pont. cap. 5. eum non perdidisse fidem intern etiam qui corde retinet, sed ore negat Cl graviter delinquit. Quòd autem post accept tum S. habuerit perseverantiam, & aliquid scil. confirmationem in gratia, non purgat tionem à lethifera interruptione justitiæ prim mesius insulsè obiicit.

XI. Poterit is qui habet fidei habitum, ctum infidelitatis. At secundùm Scripturas, actum infidelitatis, perdit etiam habitum: citur simpliciter infidelis, & inimicus Dei mortis æternæ. Et ex doctrina adversarior omne peccatum excutitur fides justificans, & tur ex corde Spiritus S. Amesius 1. *Ultimum narratur de doctrina nostra, est purum putum m quod numquam effutivisset Bellarm. nisi omni pr tatis in hac argutia destitutus.* Respondeo, hoc *purum putum* mendacium Bellarmini, pura calumnia Amesii. Sine dubio enim hoc Bellarmin. non de quovis motu conc etiam involuntario, sed de peccatis quæ ple rata sunt. Esse autem omne peccatum plen tum, expulsivum Charitatis Dei, affirmavit

Melanchthon, Calvinus &c. (quorum dicta recitat Alphons. à Castro V. fides 3. hæresi.) Et charitatem indivulso nexu cum fide justificante connexam esse, contendunt Lutherano-Calviniani communiter. Simul ergo expelluntur fides justificans cum charitate necessariò, juxta eorundem adversariorum principia. Idipsum nuper apertè docuit Joan. Musæus Jenens. Lutheranus disp. 1. de Eccles. Th. 15. Verba ejus recitavi in Anti-Musæi quæst. 2. §. 1. Ait: *Peccatis contra conscientiam, fidem & Spiritum S. excuti, & sic desinere esse membra Ecclesiæ.* Amesius 2. *Sine summa vel ignorantia, vel impudentia non potuit Bellar. affirmare, quemlibet actum infidelitatis excutere habitum fidei, efficere hominem infidelem & inimicum Dei secundùm Scripturas*; quod probat exemplis, *Sara*, *Gen.* 18. *Mosis & Aaron*, *Num.* 20. *Zacharia*, *Luc.* 1. & *Thoma Apostoli*, *Joan.* 20. Respond. Amesius pro more etiam hic desperatæ suæ causæ remedium quærit in conviciis & mendaciis. Assertio Bellarmini est verissima apud omnes fideles, quod nempè formalis & completa infidelitas, (de qua solùm quæstio est,) sit gravissimum peccatum mortale, cùm Deum mendacem faciat: estque inter præcipua peccata quæ dicuntur fieri ex malitia. Exempla non sunt ad rem. Sara leviter hæsitavit, non obstinatè; quod ultimum ad formalem & completam infidelitatem requiritur. Moses & Aaron ex nimia perturbatione non nisi venialiter peccaverunt, ut disertè affirmat S. August. quæst. 19. in num. & lib. 26. contra Faustum cap. 16. ac plerique Doctores cum eo, quantumvis eam incredulitatem morte temporali Deus punierit. Zacharias non nisi leviter hæsitavit, absque ulla pertinacia. Thomas à mortifera pertinacia difficiliùs excusatur quam cæteri Apostoli, quibus Marc. ult. incredulitatem & duritiam cordis Christus exprobravit. Hoc certum, illos non ex malitia, sed perturbatione & fragilitate humana peccasse. Nihil ergo omnia illa effugia proficiunt contra liquidam veritatem.

XII. Infantes omnes per baptismum verè justificantur; & tamen postea multi eorum cùm adoleverint, gravissimè peccant. Amesius. *De singulis infantibus baptizatis censendum est ex judicio charitatis, quòd verè justificentur; sed de omnibus collectivè non potest hoc certò affirmari. Quidquid sit, nostra defensio est de fidelibus adultis.* Respondeo, Multi hic novi errores, nulla vel apparens evasio! Nonnè universaliter loquitur Scriptura, cùm juxta Quodlibeticam Puritanicam affirmat, fideles esse de sua perseverantia certos? Sic enim arguitur: Qui natus est ex Deo, peccatum non facit: Infantes baptizati nati sunt ex Deo. Ergo. Ubi quæso excipiuntur infantes? 2. Judicium nullum datur ipsius charitatis. Secundum hanc verò cur prudentia potiùs judicabit singulos illos infantes, quàm omnes illos baptizatos collectivè justificatos esse? Implicantur hic errores suprà Tomo 3. excussi.

XIII. Si justi non possunt peccare, quorsum tot admonitiones Apostolorum, Prophetarum, Doctorum, ad populum Dei, ut timeant, ut caveant, ut solliciti sint? Quorsum ipse Dominus orare jussit: *Dimitte nobis debita nostra: ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo?* Quorsum pœnitentia, absolutio, & reconciliatio lapsorum defenditur contra Novatianos, si justi peccare non possunt? Amesius maximam hujus argumenti partem *enervavit* omittendo. Universim verò ex Sacco unicum hoc respondet: *Quærat Bellarminus ex illo qui hoc affirmat, & ipsum roget.* Quorsum admonitiones, &c. Numquid hoc est Magistraliter *enervare* Bellarminum?

XIV. Si præsens gratia & justificatio vera esse non potest, nisi quis certus sit de perseverantia, quomodo fieri potest, ut ullus sani cerebri certò speret, se verè justum esse, cùm de futuris eventibus nihil sibi certi, nisi temerè polliceri possit? & cùm videat quotidie se & alios in varia peccata etiam contra conscientiam labi? Amesius. *Hoc est alterum figmentum Bellarmini, non nostra sententia. Nos non dicimus, præsentem gratiam veram esse non posse, sine certa cognitione vel perseverantia, vel etiam præsentia ipsius gratia.* Respond. Amesius non tam Bellarmino, quàm sibi ipsi contradicit. Mendacem oportet esse memorem, juxta paræmiam. Nonne suprà totis viribus contra nos contendit: Debere omnem justum certitudine fidei cognoscere & affirmare suam justificationem? Hoc verò effugium, cùm aliud non suppeteret, hic apertè negat. Concludimus itaque rem totam hoc syllogismo: Juxta Lutherano-Calvinianos nemo justificatur sine fide justificante, quæ omnibus est præcepta. At hæc fides Lutherano-Calvinianos justificans docet. 1. *Omnem verè fidelem esse certum de sua justitia.* 2. *Certum de sua prædestinatione.* 3. *Certum de sua perseverantia.* Ergo juxta Lutherano-Calvinianos nemo justificatur, nisi per fidem de his tribus certus fit; cùm fides justificans sit omnibus præcepta. Jam ulteriùs sic: Quod divinitus potest esse falsum, (imminò quod de facto ut plurimùm, aut semper falsum est,) non potest cadere sub præceptum aut necessitatem medii. Atqui si non in omnibus, saltem in plurimis Calvinistis credita illa certitudo justificationis, prædestinationis, & perseverantiæ, manifestè est falsa, uti nec ipsi negare possunt. Ergo ea certitudo triplex in credendo non cadit sub præceptum, aut necessitatem medii ad salutem. Ergo est execranda tamquam hæresis absurdissima & pestilentissima.

Quod validissimè Confirmatur ex eo, quod à Bellarm. expressum cautissimè reticuit, (& ita more suo *enervavit*) Amesius, nempè, unum ex erroribus Joviniani fuisse, (ut referunt S. Hieron. lib. 2. contr. Jovin. & S. Aug. hær. 82.) *justos post baptismum non posse peccare; & si fortè peccent, eos quidem fuisse lotos aqua, Spiritum autem gratiæ minimè recepisse.* Quid aliud nostri Puritani? Aurea sunt verba & clarissima S. Augustini, quibus hanc præsumptuosam securitatem prostravit lib. de corr. & grat. cap. 13. *Quis ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat, quia id occultari opus est in hoc loco, ubi sic cavenda est elatio, ut etiam per Satanæ angelum, ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus? ---- Credendum est, quosdam de filiis perditionis, non accepto dono perseverantiæ in fide, quæ per dilectionem operatur, incipere vivere, & aliquamdiu justè & fideliter vivere, & postea cadere, neque ex hac vita, priusquam eis id contingat, auferri.*

Ad CAPUT XV.

AMesius hic queritur: *Bellarminum argumenta Calviniana, ex parte longè maxima scientem prætermisse & celasse: paucula etiam illa quæ tradit, tam jejunè proposuisse, & tam miserè solvisse, ut vix ullam hic relinquat materiam disputandi.* At jam locus & tempus est, ut Puritanus probet suam hæresim. Si meliora habuit argumenta, quàm quæ Bellarm. attigit, cur non produxit? Si non habuit, ut quid vanissimè oggannit? Profert autem hæc tria ex SS. Scripturis. I. ex Joan. 4. vers. 13. 14. *Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* II. ex Rom. 8. vers. 35. 38. *Quis nos separabit à Charitate &c.* III. ex 1. Joan. 3. vers. 9. *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen illius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* At II. testimo-

stimonium jam alibi expeditum est. Reliqua duo planè ficulnea tela sunt, ac planè puerilia, si non infantilia dicenda potiùs sint, eò quòd ab innumeris inter Calvinianos baptizatis infantibus validissimè prosternantur; cùm quotannis ex ejusmodi baptizatis in Gallia & alibi, è Calvini grege ad Catholicam Ecclesiam plurimi se recipiunt. Numquid infantes illi per lavacrum regenerationis, (aut quoquo modo juxta Calvinianos,) accepere *aquam illam* justitiæ *salientem in vitam æternam*? Numquid nati sunt ex Deo? Et quot eorum peccant gravissimè, ad idololatriam Pontificiam transeundo? Proh, quàm malè materiatum est hoc Lutherano-Calvinianum commentum, quod undique rimas agit.

V I N D I C I Æ

Pro Libro Quarto de Justificatione: qui est de Justitia Operum.

Ad CAPUT I.

ORditur more suo Amesius à calumnia, quæ eò fœdior hic est, quòd hanc ipsam *Calumniæ* notam Bellarmino inurere planè sycophanticè conatur. Sic enim ait: *Fundamenta quædam jacturus Bellarm. doctrinæ Pontificiæ de justitia operum, quam* actualem *appellat, non minùs calumniosè quàm insidiosè differit, primò de lege, Evangelio, libertate Christiana, & operum necessitate; de quibus tamen, quia nullam controversiæ statum rectè formavit, non possumus nos aliter disputare, quàm animadversiones nostras apponendo iis, quæ ab ipso proferuntur, & sunt alicujus momenti.* Quàm splendidè hic suos *Tyrones* fallat Amesius, abundè constabit, si genuinam Bellarminianæ Tractationis seriem hic pertexamus, quam ipse fraudulenter invertit in multis, quæ nempè *enervare* per puram omissionem opportunius se posse credidit. Equidem hæreticos hujus temporis negare bonorum operum necessitatem, perspicuum est: Multi certè illorum aliud loquuntur, aliud sentiunt. Sunt enim, qui clament, injuriam Lutheranis fieri, cùm dicuntur opera bona, tamquam ad salutem necessaria contemnere. Ità Confess. August. artic. 20. queritur. Ità Melanchthon, Brentius, Calvinus, immò & ipse Lutherus in lib. de visitat. Saxon. docent, opera bona esse facienda: & aliquo modo indicant, esse necessaria, cùm affirment, veram fidem non esse, quæ non pariat bona opera, & quæ charitatem comitem non habet. Quidquid verò sit de modis loquendi, si excutiantur scripta & dicta Lutheri pleraque, itemque eorum principia, videntur omnino existimare, posse hominem salvari, etiamsi nulla bona opera faciat, nec mandata Divina custodiat.

Quod probatur I. ex dictis Lutheri eorum Patriarchæ, lib. de libert. Christ. Et in serm. Sic Deus dilexit, &c. Et de captivit. Babylonic. cap. de bapt. Item in Commentar. ad cap. 2. ad Galat. Item in sermon. de Missa privata, & alibi passim, ubi ità suam mentem explicuit, ut vix excusationi sit locus.

Probatur II. ex illo communi eorum dogmate, quòd omnia justorum opera sint ex natura sua peccata mortalia; ut patet ex Luthero in Assert. artic. 31. 33. & 36. Ex Calvin. lib. 3. instit. cap. 12. & cap. 14. §. 9. Nam, si *bona opera sunt peccata mortalia*, & tamen *propter fidem non imputantur*; certè poterunt etiam mala opera propter fidem non imputari, ac per hoc non nocere: neque erit cur vitentur. Atque hoc est, quod dicit Lu captivit. Babylonic. *Omnia peccata in momen absorberi*. Nec evadent dicendo: *Mala opera cum fide consistere, quia, qui habet propositum non potest concipere fiduciam remissionis peccat ideò fides vera semper est cum charitate conjuncti* trà, quia, si hoc esset verum, non posset opera bona cum fide consistere: sunt en (juxta ipsos,) revera peccata mortalia, & nominetenus, & secundùm quid bona. Q ergo possunt esse necessaria?

Probatur III. ex discretione Legis, & Ev Nam ex doctrina eorum communi, hoc in ter Legem & Evangelium, quòd Lex prop stitiam & salutem cum conditione legis im Evangelium proponit justitiam & salutem conditione fidei. Et hinc deducunt alterum men, quòd Lex terreat, Evangelium cor Ità Lutherus passim. At: si Evangelium n quirit conditionem obedientiæ, sed est sola tenta, certè, qui nihil boni faciet, confen Evangelium vivet. Quòd si dicas: Evangel requirit conditionem operum, fides tamen non enim erit fides, nisi pariat bona ope sequetur, aut fidem non esse conformem lio, aut hoc saltem mediatè requirere con operum. Quomodo enim fides, si requiri non erit potiùs ex Lege, quàm ex Evange si Evangelium requirit fidem, & hæc requ ra, nonnè etiam consequenter Evangelium opera? Quare, vel inane est discrimen, quentissimè tradunt inter Legem & Eva Vel coguntur dicere, absolutè nulla bo necessaria esse ad salutem, & consolation gnam ex Evangelio percipere, ac justificat rique eos, qui voluntariè in sceleribus per

Probatur idem IV. ex libertate Christia juxta ipsos in hoc consistit, quòd homo liber à debito Legis implendæ coram Deo hoc omnia opera jam sint indifferentia. C cessariò colligitur ex alio principio, quo Legis impletionem etiam justis esse penitùs bilem. Nam, si Lex impossibilis est, nisi debitum ejus implendæ, omnes damnabit. justi damnentur, ab ejus jugo & debito li Ità docent Luther. lib. de libert. Christ. & ad Galat. in serm. de Mose. Calvin. lib. 3 cap. 19. §. 2. 4. & 7. Quid ad hæc omnia Silet. At: numquid hic rectè formatus controversiæ? Nonnè argumenta Bellarmin. busta, ut nec extremo digito ea attrecta sus Amesius? Si quid in iis omnibus calum non vindicavit? cur silentio suo approbavi firmavit?

Ad CAPUT II.

UT probetur, in Evangelio contineri doctrinam operum, & leges varias, eju missionem requirere conditiones legis implen notandum est: Duobus modis sumi Eva 1. Pro doctrina, quam Christus & Apost carunt, & in libris Nov. Test. continetu gratia Nov. Test. quæ & Lex *scripta in co ribus vivificans*, & Lex fidei dici solet, qu men *Evangelii* non videatur in Scripturis us quam, nisi priori modo, idest, pro doctrin sius 1. queritur, *Bellarminum confudisse hic quòd nullam habuerit rationem limitationis ejus, Apostolum Rom. 1. vers. 17. dicit ordinem a tionem*. Sed hoc voluntariè fingitur, nec

nisi in illo commento de justificatione imputativa per solam fidem specialis misericordiæ suprà excussam. 2. Ait: *Multipliciter peccare in prima illa acceptione Evangelii*, (pro doctrina scil. Christi & Apostolorum,) *Primò, quòd in sua descriptione tantùm faciat mentionem authorum, & librorum, quibus Evangelium continetur, non verò descripserit per subjectum, uti facit Scriptura, cùm vocat* Evangelium filii Dei, Christi, regni salutis & gratiæ; *vel per effecta & fructus, quorum respectu dicitur*, Evangelium salutis, vitæ, pacis, & gloriæ. Resp. Hæc omnia dici verè posse, nemo nostrum negat: sed, cur ad præsentem disputationem necessariò dici debuit? Secundò ait: *Malè restringi doctrinam Evangelii ad doctrinam Christi & Apostolorum, ac libros Nov. Testam. cùm eadem doctrina quoad essentiam fuerit prædicata ab initio, ut testatur Paulus Galat.* 3. *vers.* 8. Resp. Inanis & hæc est querela. Satis enim constat inter omnes, in toto ferè Vet. Test. aut figurari obscurè, aut promitti ea, quæ in Nov. Testam. per Evangelium Christi exhibentur. 3. Ait: *In secundo sensu Scholasticos omnes uno spiritu à Bellarmin. erroris argui & refutari, cùm omnes Evangelium appellent Legem novam, Evangelicam.* Sed hæc est veritas Puritanica. Annè ideò erroris arguit, qui rem ipsam probat, & modum quoque loquendi non improbat, etsi dicat, non videri in ea significatione accipi nomen Evangelii? Quod addit: *Absurdè restringi à Scholasticis & Bellarm. gratiam Nov. Testam. ad dona Dei nobis inhærentia, cùm propriè, & passim significet gratuitam Dei misericordiam*; absurda calumnia est, fundata in hæresi de justitia imputativa. Sinè dubio omnes Catholici fatemur, dona vocationis, justificationis & glorificationis supponere, & fundari in æterna, & interna Dei misericordia gratuita. Omnia ergo Amesii effugia nihil ad rem faciunt. Asserimus itaque rectissimè contra Lutherano-Calvinianos: In Evangelio contineri Leges propriè dictas, comminationes, & promissiones cum conditione obedientiæ, non minùs ac in Veteri Lege. De legibus patet ex cap. 5. Matth. ubi Christus confirmat, explicat, & perficit legem Mosis de homicidio, adulterio, &c. De terroribus & comminationibus patet ex eodem sermone Christi, item ex Matth. 22. vers. 13. 23. vers. 13. Marc. 9. vers. 18. Luc. 12. vers. 10. De conditione obedientiæ in promissionibus æquè manifestum est. Tum ex eodem cap. 5. Matth. vers. 20. *Nisi abundaverit justitia vestra, &c.* Tum ex Matth. 19. vers. 17. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, &c.* Amesius. *In libris hæc omnia contineri nulla causa est, cur magnopere contendatis, quia neminem habent contra sentientem.* Deserunt in hoc puncto juniores Puritani suos Patriarchas Lutherum, & Calvinum, Brentium, quorum verba recitat Bellarm. si Amesio fides adhibenda sit. Verùm rem ipse præclarè conficit ita, ut cùm ob nimiam perspicuitatem SS. Scripturæ testimoniorum negare non posset in Novo Testam. Leges, comminationes, & promissiones conditionatas contineri, beneficio tamen alinæ Quodlibeticæ, quod verbis dat, reipsa tollit. Ait ergo. *Quamvis in Nov. Testam. quædam præscribantur, tamen non tam ut opera, quàm ut media gratiæ à Christo instituta præscribuntur.* Futilis glossa! Numquid etiam in lege Naturæ & Mosaica, opera præscribebantur, ut media gratiæ obtinendæ, retinendæ, recuperandæ? Etsi enim carnalibus etiam benedictiones temporales fuerint propositæ, ut iis primò illicerentur ad observantiam mandatorum qualemcumque exteriorem: negari tamen nec debet, nec potest, omnem legum Divinarum observationem in quocumque statu principaliter intentam fuisse, ut medium acquirendæ, retinendæ, recuperandæ gratiæ, & amicitiæ Divinæ. Unde & etiam par est ratio quoad *Comminationes & terrores* in quocumque statu & lege, sive Naturæ, sive scripta, sive Evangelica. Adeoque vana est evasio Amesii, qua ait: *Illas non magis esse partes Evangelii, quàm pars est Medicinæ, quòd Medicus indicet mortem secuturam ex medela neglectu.* 3. Quoad *promissiones sub conditione obedientiæ* frustrà *distinguit* in hac, quatenus *est causa juris, quod habemus ad rem promissam*, & quatenus est *adjunctum, seu effectus rei promissæ, vel donationis ejus*; priori modo ait, illas esse *proprias Legis, posteriori modo, locum habere illas in regno gratiæ, ubi meritis nostris nullus relinquitur locus.* Vanitas hujus distinctionis apparebit infrà, cùm monstrabitur, meritum nostrum æquè ac Christi omnino habere locum in regno gratiæ.

Ad CAPUT III.

ILlud primò interest inter Legem, & Evangelium, quod inter doctrinam inchoatam, & perfectam. Continetur enim Evangelium in Lege, ut arbor in semine, ut ait S. Thomas 1. 2. quæst. 107. & S. Augustin. lib. 6. de Civitate Dei cap. 26. ait: *Testam. Vetus esse occultationem Novi, & hoc esse revelationem Veteris.* Amesius: *Hæc non est differentia inter Legem factorum & promissionem seu Evangelium.* Resp. Esto! Sed est tamen differentia inter Doctrinam Vet. & Novi Testamenti, quod hic probandum suscepit Bellarminus. Quod, dum ex Alexand. Alense impugnare satagit Amesius, hoc ipso confirmat. Sanè inficiari non potuit, in utroque Testamento contineri mysteria, promissiones, & præcepta, quibus fides, spes, charitas respondent, ut luculenter monstrat Bellarminus.

Ad CAPUT IV.

SEcundum discrimen inter Legem Mosaicam, & Evangelium est, quòd Lex per Mosem data est, qui Legislator tantùm fuit; Evangelium per Christum, qui non solùm Legislator, sed etiam Redemptor fuit. Proinde, lex venit sola in doctrina sola, Evangelium non solum, sed cum gratia. Itaque, qui legem per Mosem acceperunt, doctrinam tantùm acceperunt, ut instructi per legem inter virtutes, & vitia discernerent: Qui verò per Christum Evangelium acceperunt, præter doctrinam etiam gratiam acceperunt, ut non modò discernerent, sed etiam, ut justitiam diligerent, & odio haberent iniquitatem. Amesius: *Hoc unum discrimen non negamus; sed neque præcipuum est, sicut apparet*, (Puritanis per conspicilia Quodlibetica legentibus Apostolum,) *Rom.* 10. *vers.* 5. *Galat.* 3. *vers.* 11. 12. *neque rectè à Bellarmin. explicatur; nec denique adversus nostram causam facit quidquam.* Verùm cur nihil horum vel apparenter probat Amesius? Nimirum satis est, huic homini dixisse, *& monuisse, etiam idem de reliquis differentiis, quas ex his duabus Bellarminus derivat.* Ità scilicet Bellarm. *enervatur*!

Tertium discrimen est, quòd lex Mosis uni tantùm genti, lex Christi omnibus data fuit. Quartum, quòd Lex umbram, & figuras rerum futurarum magna ex parte complectitur; Evangelium ipsum corpus, & veritatem exhibet. Quintum, quòd Lex Mosis adveniente Christi Lege mutanda erat, Christi autem legi nulla alia succedere debet. Sextum, quod Lex Mosis ostenderit morbum, & ad quærendum Medicum excitavit; Lex autem Christi vim habet justificandi; ità, ut cum doctrina detur etiam gratia fidei & charitatis: adeoque noster Legislator simul cum lege *dedit benedictionem, ut eamus de virtute in virtutem.* Psalm. 83. vers. 7. Septimum, quòd illa sit timoris & servitutis, hæc amoris & liberta-

bertatis. Quòd illa gravis & *importabilis*, hæc *jugum suave, & onus leve* sit. Tria hæc postrema discrimina oriuntur ex secundo, tria reliqua ex primo. Est autem circa secundum discrimen præcipuè observandum, quòd usque adeò operum necessitatem ab Evangelio non removeat, ut eam potiùs ad Evangelium maximè pertinere demonstret. Quorsum enim cum Evangelio gratiam bene operandi, & legis ipsius implendæ Christus conjunxit, nisi ut, quod per literam legis Evangelicæ discimus esse faciendum, id per Spiritum, & gratiam impleamus? Amesius hæc omnia vel tacitè approbavit, vel per puram omissionem de more *enervavit*.

Ad CAPUT V.

Libertatem Christianam adversarii in eo ponunt, ut nulli legi subjecti sint in conscientia, & coram Deo, & Christum habeant non pro Legislatore, sed pro Redemptore. Nos autem cum Concil. Trid. sess. 6. cap. 19. 20. & 21. docemus, Christianos, & justificatos non esse liberos ab obligatione præceptorum Dei, & Ecclesiæ; & eam quam Hæretici prædicant, non esse Christianam, sed profanam libertatem, & veriùs peccati ac diaboli voluntariam servitutem. Amesius. *Tam atrox est ista licentia calumniandi, ut auctor ejus in testimonio nullam rationem habuisse videatur legis & conscientia sua coram Deo. Nos enim agnoscimus, omnes Christianos subjectos esse regula ac directioni, imperio ac obligationi legis moralis, & omnis mandati Divini officium nobis aliquod imponentis; sed verè fideles liberos nihilominus esse credimus à justificatione per legem quarenda, à condemnatione ejus expectanda; ab exactionis ejus rigore ac terrore; Et hac libertas illa est, quam Pontificii, ex justitia sua præsumptione, & intolerabili gratia contemptu, recusant oblatam*. Respondeo, Nulla hìc Bellarmini, sed Amesii calumnia reflexa est atrocissima, non tam in Bellarminum, quàm omnes Catholicos. Itaque 1. Vel Amesius loquitur de se, & pauculis sibi adhærentibus; & sic deserit Lutherum, & Calvinum, (quorum verba locis suprà assignatis à Bellarm. recitata, sunt Solis radio scripta.) Vel calumniatur Bellarminum apertissimè, tamquam falsò tribuentem Luthero & Calvino, eorumque discipulis, quod ipsi conceptis verbis docuere. *Sola fides necessaria est*, ait Lutherus, *cætera omnia liberrima, neque præcepta ampliùs, neque prohibita*, &c. Similia habet Calvinus lib. cit. Annè etiam ista, suo more, interpretari audeat Quodlibetica effrons? At, quis tam fungus, ut falsimoniam non palpet & calumniam?

Ad CAPUT VI.

Explosis commentis hæreticorum cap. superiore: Asserimus, Libertatem Christianam ex Evangelio, & Apostolicis literis tribus in rebus sitam esse: In libertate à peccato, & morte, à jugo legis naturalis atque moralis, qua fit, ut lex nobis non dominetur tamquam servis imminens flagello, sed ut imperet libens, non adimendo legi vim obligandi, sed addendo hominibus charitatem, illam libenter implendi, juxta illud Apostoli: *Non estis sub lege, sed sub gratia &c. Justo non est lex posita &c. Sub lege* enim dicitur esse, qui à lege agitur ut servus; in lege est, qui secundùm legem agit ut liber. His non habuit Amesius, quæ opponeret.

Ad CAPUT VII.

Adversarii in eo conveniunt, quòd opera bona non sint necessaria, nisi necessitate præsen-

tiæ, ità, ut non habeant ullam relatione
lutem, quasi sint merita, causæ, conditio
Nos autem dicimus, opera bona homini j
necessaria ad salutem, etiam ratione efficien
efficiunt salutem, meritoriè scilicet, & m
Amesius ait: *Se operibus non negare omnem r*
ad salutem; cùm habeant relationem adjuncti
tis, & effecti ad salutem, (ut loquuntur,) a
& adjuncti antecedentis, ac disponentis ad sal
piscendam, atque etiam argumenti confirmantis
ac spem salutis; sed negamus, ulla opera nostr
esse posse meritoriam justificationis, & salutis.
ementitæ illæ relationes non modò veritati
ipsis quoque repugnant. Quomodo enim b
ra hujus vitæ libera possunt esse effectus
ternæ? aut quomodo possunt esse disposit
justificationem, aut gloriam adipiscendam,
non habere ad hanc relationem conditioni

Probatur ergo absolutè Veritas Catholi
promissio vitæ æternæ est conditionata, ce
sarium est implere conditionem, si quis sa
velit. Sed verum prius. Ergo. Amesius *ad*
clusionem, sed negat efficientiam operum: alia c
inquit, *conditiones præter causa efficientis*. Res
mus, esse aliquas tales conditiones extra
ponendas, ut, si dicat promissor: Si nav
dia venerit, donabo tibi centum aureos: a
ditio involvat actiones liberas in obsequiu
foris præstandas, quis neget efficientiam m
meritoriam? Porrò, nimis falsum est, &
versali contrarium, quod addit Amesius:
vita æterna in sese non suspenditur ex operibus,
ex conditione vitam efficiente, sed victuros notan
quæso, est hæc conditio: *victuros notante*? N
suit tenebras laribulum suum?

II. Probat. Si justus non est liber ab o
Legis Divinæ, nisi eam impleat, non sa
Sed verum prius. Ergo. Amesius negat S
Eadem enim ratione, ait, *concludere libet,*
salvari posse, qui vel minimum peccatum veni
tit: Talis enim legem non implet. Sed *libet* q
ineptè concludere Amesio, non tamen id
quia vel illa conditio: (*Si vis ad vitam ing*
va mandata,) intelligitur de præceptis ta
mortali obligantibus; vel si intelligatur de
ne conditionis, qua nihil maculatum qu
veniali admittitur ad vitam æternam, im
tis, si lapsus veniales ante ingressum cæli

III. Prob. ex Hebr. 10. vers. 36. ubi di
tientia necessaria, ut reportemus promissionem,
relatione ad salutem. Patientia autem est
tutis à fide distinctus. Amesius frustrà co
lationem, & negat meritoriam, ut ex dic
Flagitiosæ autem Quodlibeticæ actus est,
liquidò apparere ex contextu, patientiam istam
aliud, quàm constantiam in fiducia. Ità quidlibe
libet liquidò fit! Similiter perseverantia in
ne & sanctificatione 1. Timoth. 2. vers. 1
necessaria, sine qua mulier salvari non po
sanè est conditio onerosa liberè à muliere
ut salvetur, ac proinde meritoria. Et effic
jus moralis explicita mentio fit Phil. 2. ve
lutem vestram operamini. Ridiculè Amesius
cientiam operi, concedit operanti. Nonnè op
eit ut *Quòd*, opus ut *Quo*? Similiter dicit
tinth. 4. vers. 17. *Tristitia operatur pœnitentia*
tem stabilem: Ergo pœnitentia efficit salu
lem meritoriè, & moraliter: ubi univers
ctum est de promissione sub conditione ac
sti liberè ponendi, qui sinè dubio meretur
missam; quod maximè verum est in *patient*
tionum, quæ *pondus æterna gloria operatur*, ju

rinth. 4. verſ. 17. Et cùm Rom. 8. verſ. 13. ait: *Si tamen compatimur, ut & conglorificemur &c.* illa collatio paſſionum ad gloriam, & exceſſus unius ad alterum, manifeſtè declarat, eſſe aliquam vim in opere patientiæ ad acquirendam illam gloriam. Falſum eſt, quod ait Ameſius: *Negationem illam paritatis manifeſtè declarare nullam tali operi vim cauſæ meritoriæ ineſſe.* Ex hoc enim exceſſu præmii ſupra dignitatem ipſius meriti ſolùm infertur, non eſſe meritum ex rigore juſtitiæ commenſuratum præmio, ſed intervenire multiplicem, & magnam liberalitatem Dei, quod libenter fatemur, quod magis infrà patebit.

Eadem operis externi ſupra fidem internam neceſſitas ad ſalutem evincitur ex illo Roman. 10. verſ. 10. *Ore confeſſio fit ad ſalutem.* Et ex Matth. 25. v. 34. 35. *Venite benedicti, & poſſidete regnum; Eſurivi enim, &c.* Ubi ratio reddita luculenter oſtendit, opera bona eſſe aliquo modo cauſam æternæ ſalutis. Effugia Ameſiana, & Gerhardina vel coincidunt cum ſuperioribus jam præcluſis, aut tam inania ſunt, ut vix mereantur commemorari. Quid enim eſt aliud, cùm contendunt, opera bona ſe habere *ut viam ad finem*, niſi phraſis alterius ſubſtitutio, quæ faciliùs patiatur æquivocationem? Omne opus liberum, honeſtum, cui promiſſum eſt præmium, ſine dubio eſt cauſa, medium, via &c. ad hoc obtinendum. Annè ergo, quia non omnis univerſim Via habet ſe pariter, ut cauſa meritoria, & medium efficax, etiam in præſenti negotio affirmare licebit? Hac inſulſitate probaret iniquus Dux, militibus ſuis, cruoris, & vitæ ſuæ prodigis non deberi promiſſum præmium, quia heroica opera ſunt *tantùm via*, non cauſa meritoria. Apage pueriles ineptias!

Ad CAPUT VIII.

PRobationem ex XII. teſtimoniis SS. Patrum diſſimulavit Ameſius, fortè, quia nimis aperta pro Nobis, aut quia noluit apertè ipſis contradicere.

Ad CAPUT IX.

CAtholica veritas probatur Ratione: Quia, ſi fides ſola ſalvaret, & opera non eſſent neceſſaria, niſi ratione præſentiæ, ut fructus, & ſigna fidei, ſequeretur, fidem ſalvare poſſe, etiamſi careret omni bono opere, & conjuncta eſſet omnibus vitiis, & peccatis. Hoc autem Conſequens eſt manifeſtè falſum: Ergo. Negat Ameſius Sequelam Majoris hypotheticæ, quam ait *manifeſtè falſam*, eò quòd *ſupponere fidem vivam conjunctam omnibus vitiis, & peccatis, ſit fingere fidem ſimul vivam, & mortuam; & fingere hominem cum omnibus vitiis, & peccatis ſalvatum, ſit fingere hominem cum perditione ſalvari.* Reſp. Chimæram hic agnoſcimus nos Catholici, ſed protruſam à cerebro Lutherano-Calviniano, non à noſtro. Fides illa ſpecialis, & ſola Lutherano-Calviniana eſt *viva*, ut ſupponitur ab ipſis; eſt & *mortua*, quia ipſa exiſtens Sola ſine cooperatione charitatis juſtificat. Hinc ità arguimus: Actio, quæ ſola ponit abſolutè effectum, non poteſt exigere coexiſtentiam cujuſcumque actionis: Atqui fides Lutherano-Calvinianorum poteſt ſola ponere abſolutè effectum juſtificationis: Ergo eadem non poteſt exigere coexiſtentiam charitatis. Major patet inductione, nec unquam dabunt adverſarii aliquam inſtantiam extra caſum hic controverſum. Et ratio à priori evincit intentum. Ad quid enim actionis præſentia ſine efficientia conducet? Quid proderunt laboranti ſexcenti ſpectatores otioſi? Adde, quidquid ſit, An à parte rei fides poſſit ab operibus ſeparari, necnè, ſaltem ratione ſeparari poſſe, Bellarm. clariſſimè evincit, (nec provocatus diffitetur hoc A-meſius.) Cùm enim ipſi dicant, fidem, & opera habere ſe, ut cauſam, & effectum, ut arborem, & fructus, ut ignem, & calorem: quidni ergo intelligi poſſit cauſa ſine effectu, arbor ſine fructu, prius ſine poſteriore? Unde veriſſima eſt illa hypothetica: Si fides ſola ſalvaret, id præſtaret, etiamſi bonis omnibus operibus eſſet vacua, & cum omni genere peccatorum conjuncta. Gerhardus nihil novi hic profert, niſi quòd diſp. 27. Th. 30. & 42. *flagitiosè* affingit Bellarmino diſtinctionem Lutheranam inter neceſſitatem præſentiæ, & efficientiæ: *pueriliter* verò ab infantibus arguit ad adultos Th. 21. & 28.

Ad CAPUT X.

HÆretici docent, legem Divinam eſſe planè impoſſibilem homini, etiam juſto. Catholici contra docent, Legem Dei juſtis hominibus abſolutè eſſe poſſibilem per auxilium gratiæ Dei, & ſpiritum fidei, & charitatis, in ipſa juſtificatione nobis infuſum. Ameſius: *Nos non docemus, Legem eſſe planè impoſſibilem homini, puta Adamo ante lapſum, & poſtea Chriſto, necnon iis, qui in Chriſto perfectè ſanctificantur; ſed de aliis, qui inchoatam tantùm ſanctificationem habent ex ordinaria gratia in iſta vita diſpenſatione, ut Legem Divinam perfectè obſervent: Nos dicimus, hoc fieri non poſſe; Pontificii autem* facilè, & parvo negotio *fieri poſſe; hæc enim ſunt verba Bellarm. cap.* 11. Hactenus controverſiæ ſtatum expoſuit Ameſius, ſed perquam fraudulenter. Quid enim ad rem noſtram facit Adamus ante lapſum, Chriſtus uſquequaque impeccabilis, omnes beati in cœlis perfectè ſanctificati? Deinde non eſt controverſia, (ſaltem principaliter,) de impletione legis quoad omnes omnino leges, (etiam ſub veniali obligantes,) collectivè ſumptas, quod tamen unicè videtur intendere, aut ſupponere Ameſius; ſed: Utrùm homines juſtificati, & gratia Dei adjuti poſſint ità Legem Divinam implere, ut opera ipſorum, (ſive ſingula ſeorſim, ſive omnia conjunctim,) non modò non ſint appellanda peccata, ſed etiam verè juſta dici mereantur? Peccata debere dici, contendunt apertis verbis à Bellarmin. recitatis, Lutherus libr. de libert. Chriſt. Et in aſſert. artic. 2. 31. 32. & 36. Calvinus lib. 3. inſtit. cap. 14. §. 9. Melanchthon in locis 1521. tit. de pecc. *Omnia hominum, quantumvis laudabilia opera, plane vitioſa eſſe, & morte digna peccata.* Quod Opus Melanchthonis Lutherus libro de ſervo arbitr. cap. 1. pronuntiavit paucis annis poſt, eſſe *invictum libellum, ſuo judicio, non ſolùm immortalitate, ſed Canone quoque Eccleſiaſtico dignum.* Hæc ergo abſurda non tam hæreſis, quàm fatuitas Procerum veſtrorum eſt, quam hìc Bellarmin. flagellat, & profligat. Puduit, credo, Ameſium, candidè rem exponere ſine fuco. Poſſumus ergo Quæſtionem hanc compendifacere, & Ameſiana effugia, & argumenta, tamquam à ſcopo ferè aberrantia paucis expedire, ſi notetur: Bellarminum loqui de juſtitia actuali, & impletione legis ea, quæ abſolutè juſtum pro ſtatu viæ, & vitæ hujus; & obſervantem mandatorum Dei denominat eum, qui nullum transgreditur præceptum ſub peccato lethali obligans. Fatemur enim omnes cum Trident. Concil. ſeſſ. 6. cap. 11. & can. 23. Citra ſpeciale privilegium, nullum juſtum in via poſſe evitare omnia peccata venialia collectivè, etiamſi ſingula disjunctivè poſſit. Hi verò leves, ſubreptitii, & moraliter inevitabiles lapſus nec tollunt, nec minuunt juſtitiam, ſeu gratiam habitualem ſanctificantem; neque etiam inficiunt, & commaculant omnia, & ſingula opera bona juſtorum, cùm poſſint, gratia Dei largiter aſpirante, plurima fieri omnibus numeris abſoluta, & perfecta. Ad hoc quippè non requiritur, ut fiant cum intenſione, & fervore ſummo poſſibili, cùm nulla lex

talem

talem intensionem summam (utpotè impossibilem,) exigere possit, adeoque, si exigeret optimas quasque actiones, esset lex ipsa pessima, utpotè inobservabilis, adeoque nulla.

Ad CAPUT XI.

LEgem DEI esse possibilem, probatur ex Matth. 11. vers. 30. *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* 1. Joan. 5. vers. 3. *Mandata ejus gravia non sunt.* Ergo lex, seu jugum Dei facilè portatur, & mandata ejus parvo negotio custodiuntur. Et certè, quis dubitat, eos servare mandata Dei, qui eum diligunt ? ut constat ex Joan. 14. vers. 23. & 15. vers. 14. Et quamvis dilectio hujus vitæ respectu alterius beatæ imperfecta sit; tamen si vera & efficax sit, tanta saltem est, ut adimplendis præceptis graviter obligantibus sufficiat. Unde Scripturæ docent apertè, aliquos servasse mandata de dilectione ex toto corde, & de non concupiscendo, ut constat de Davide, Josia, Zacharia, Elisabetha, Paulo, &c. idemque est de aliis Prophetis, & Apostolis.

Idem cum SS. Patribus passim affirmat S. August. præcepta DEI esse possibilia. *Dubitare non possum,* (ait lib. 2. de peccat. merit. & remiss. cap. 6.) nec Deum aliquid impossibile homini præcepisse, *nec Deo ad adjuvandum, quo fiat quod jubet, impossibile aliquid esse.* Et lib. de natur. & grat. cap. 69. *Eo ipso, quo firmissimè creditur Deum justum & bonum impossibilia non potuisse præcipere, hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippe facilia sunt charitati, cui uni Christi sarcina levis est.*

Ad CAPUT XIII.

EAdem veritas probatur Rationibus. 1. Potest homo facere plus quàm Deus præcipiat. Ergo multò magis potest implere præceptum. Anteced. fusè probatum, & à cavillationibus Lutherano-Calvinianis vindicatum est Tom. II. 2. Si præcepta essent impossibilia, neminem obligarent, ac per hoc præcepta non essent, cùm concipi non possit, quomodo quis peccet in eo, quod vitare non potest. 3. Si lex Domini esset inobservabilis, sequeretur, Deum omni tyranno esse crudeliorem, & stultiorem, quippè qui, ab ipsis etiam amicis, tributum exigeret, quod nemo solvere posset, & leges ferret, quas sciret à nemine observandas. 4. *Christus passus est, ut justificatio legis impleretur in nobis.* Rom. 8. v. 4. Et: *Factus est omnibus obedientibus sibi causa salutis æternæ.* Hebr. 5. vers. 9. At si lex impleri non potest, ista omnia erunt frustranea. 5. Omnes verè justificati Spiritum Sanctum habent. At Spiritus S. fructus suos profert, qui numerantur Gal. 5. vers. 22. *Charitas, gaudium, castitas, &c.* Qui verò hos fructus habet, non accusatur à Lege, quippè qui eam implet; unde subditur: *Adversùs hujusmodi non est lex*; quia scil. lex non habet, in quo accuset eos, qui sunt præditi charitate. 6. Justificati omnes ex DEO nati sunt. Joan. 1. vers. 13. 1. Petr. 2. vers. 2. 1. Joan. 4. vers. 7. *Qui autem ex Deo natus est, non peccat, sed legem implevit.* Quod intellige de lege graviter obligante, & necessaria ad consequendam salutem. Hæc apertissima Scripturæ testimonia, & in iisdem fundatæ rationes perspicuè convincunt intentum. Nec quidquam proficit Amesius vanis suis effugiolis, quæ ex suprà notatis evanescunt.

Ad CAPUT XIV.

I. OBjiciunt hæret. Act. 15. vers. 10. L
dicitur *jugum importabile*. Resp. Le
lis, remota cæremoniali Judaica, non e
importabile habenti charitatem, & gratian
sed *jugum suave & onus leve*; Et lex cære
Judaica, juncta morali jugum est gravissim
ut gravissimum dici possit. Quamvis enim
tiam Dei portatum fuerit à nonnullis, tam
dicuntur etiam illi *portare non potuisse*, quod
magno labore & sudore potuerunt. Hanc so
Amesius dissimulavit, in qua vis tota; ideoq
tur frustrà de conjunctione, aut præcisior
cæremonialium, & moralium.

II. Objic. Juxta Apostoli argumentation
lat. 5. vers. 2. *Maledictus omnis, qui non perm
omnibus, quæ scripta sunt in libro legis: Atqu
test totam servare: Ergo maledictus omnis, q
ribus legis, idest, qui, ut legi subjectus, ex o
vatione justificationem quærit.* Resp. Minor ill
tur Apostolo, cùm sic subsumi deberet: .
mo suis viribus, sine fide, & gratia Chri
potest totam legem. Unde Corn. à Lapid.
ment. ejus loci rectè notat, ità magis dial
poni argumentum Apostoli: Quicunque
quam legem, est maledictus à lege: Atq
qui sub lege sunt, seclusi à fide, & grat
legem violant: Ergo omnes, qui sub lege
maledicti. Hi verò, qui sunt in fide, & gr
sti, non sunt sub lege, sed suprà legem c
terrentem, punientem &c. Amesius 1. Fru
nit glossam S. Thomæ, qui re vera nobis
tradicit, sed loquitur de iis, qui sub lege
legis justitiam sectabantur. 2. Calumniatur
*Bellarminum non tantùm in Apostolum, sed et
ritum S. esse injurium, dum argumentationem
Galatas corrigenti, quæ nihil ad ipsos perti*
contrarium patet ex tota Epistola, qua G
viter objurgat, quòd tam citò sinant se
Apostolis transferri à veritate Evangelii
justitiam legis. Quid enim aliud inculcat
cap. 1. vers. 6. cap. 3. vers. 1. 2. 3. cap. 4.
17. 19. &c. Sed Quodlibeticæ omnipoten
non pervium: Etiam Bellarmini perspicu
alium sensum versat. Ubi enim is docet,
mesius affingit,) *Galatas*, aut eorum Pseu
los *omnimodam innocentiam fecisse præparatio
missionem peccatorum?*

III. Objic. Rom. 7. vers. 18. *Velle adj
perficere autem non invenio.* Respondeo, L
postolus de actu concupiscentiæ sine conse
non est peccatum. Replica Amesii, de n
voluntariis materialiter contrariis legi DE
prà soluta est.

IV. Objic. Jacob. 3. vers. 2. 1. Joan. 1.
mo est sine peccato. Et: *In multis offendim*
Quid hinc? Ergo lex DEI non est possib
hoc sequitur: immò oppositum. Si eni
esset observatu possibilis, nulla daretur
gressio. Quid enim est violare legem, q
rè ponere, quod lex vetat, & liberè
quod lex præcipit? Habemus ergo sal
cam potentiam, sive auxilia physicè suf
implendam totam legem. Solida etiam
sio Bellarmini, cùm dixit: Venialia no
cata simpliciter, sed tantùm imperfectè
dùm quid, nempè in ordine ad finem u
quo non avertunt simpliciter, ideoque in
peccatores, & *peccatum* absolutè sumptum
principali analogato, scil. mortali, quo

titur homo à suo ultimo fine. Et in ordine ad hunc rectè etiam Bellarm. cum S. Thoma dixit, Veniale esse potius *prater*, *quàm contra legem Dei*. Si enim hoc non accipiatur in ordine ad finem ultimum, verum non esset, ut bene etiam agnoscit Tannerus Disp. IV. quæst. 5. num. 40.

Ad CAPUT XV.

AMesius: *Quæstionem ità proponit Bellarm. quasi opera bona, (juxta nostram sententiam,) ex natura sua essent peccata mortalia, quod est falsissimum: Sed ipsemet in conclusione primi argumenti satis ostendit, non ignotum sibi fuisse, quid hac in re doceamus, Opera scil. bona justorum, dum adhuc sunt in statu imperfectionis, esse imperfecta, & in sese peccato maculata. Hoc illud est, quod in hac causa Nos affirmamus, & Bellarminus negat.* Quàm sit hoc splendidum mendacium Amesii, jam patet ex superiùs dictis, ubi ex Lutheri, Calvini, ac præcipuè ex Philippi Melanchthonis apertis verbis, (*Canone Ecclesiastico dignis*, si Luthero credimus,) Sole meridiano clariùs ostensum est, verissimum esse, quod Amesius *falsissimum* pronuntiat. Illos enim Patriarchas Neo-Evangelicos, non verò eos, qui tunc fortè necdum concepti erant, novissimos Novatores, quique paria audendi æquo jure, (vel injuria potiùs,) cum suis Magistris gaudent; impugnandos sibi sumpsit Bellarminus. Quanquam & hæc ipsa Amesii moderatio à veritate adhuc longissimè abest, ut ex dicendis constabit.

Probatur ergo assertio Catholica I. ex SS. Scripturis. Job. 1. vers. 22. *In omnibus his non peccavit Job labiis suis &c.* Et nè de labiis, non verò de corde id accipiatur, cap. 2. vers. 3. dicitur à Deo: *Vir simplex & rectus, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam.* Sed hoc Veritatis testimonium Amesius nihil curat, imò apertè ei contradicit, dum damnat *peccati*, quem ipse Deus innocentem pronuntiavit. *Maledixit*; inquit, *dies sua*, id est, *peccavit*. At, quorum est hæc Glossa, nisi Rabbinorum & hæreticorum? SS. Patres & Theologi longè aliter. Videatur Pineda in cap. 3. Job.

II. Similiter David Psalm. 7. vers. 9. 16. vers. 2. 17. vers. 28. 25. vers. 1. 118. vers. 122. non solùm opera sua justitiæ nomine ornanda censebat, sed etiam in judicio Dei confidebat ea posse subsistere; alioqui petens *judicari secundùm justitiam suam*, damnationem pro absolutione quæsisset. Amesius frustrà confugit ad Card. Contareni expositionem, quæ tantùm agit de verbis Psal. 17. quæ si sola essent, fortè sustineri posset utcumque ea expositio: at, in reliquis locis directè Deum, & non hostes suos alloquitur, ac coram illo se profitetur innocentem, & justè egisse.

III. Matth. 6. vers. 22. ait Christus: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Et Luc. 11. vers. 36. *Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Ubi sine dubio describit opus perfectè bonum ex genere suo, & ex intentione, aliisque circumstantiis; quale opus sanè Veritas pronuntiat lucidum totum, nec ullam habens partem tenebrarum. Amesius hic quasi stupens interrogat: *Ergo quid?* ac deinde subjicit tria effugia, & glossas tam insulsas, & quodlibeticas, ut eas pigeat referre.

IV. Juxta Apostolum 1. Corinth. 3. vers. 12. 13. sunt quædam opera supra fundamentum veræ fidei ædificata adeò bona, ut nihil omnino habeant vitii, adeòque velut *aurum, argentum, lapides pretiosi in igne* Divini judicii probantur, & subsistunt. Amesius ait: *Aurum ipsum non semper est obryzum.* Quis nescit? At illud, quod æquè ac lapides pretiosi igne Divini judicii probatur, & approbatur, ideoque subsistit, quis ausit negare obryzum?

V. Jac. 3. vers. 2. dicitur: *In multis offendimus omnes* Ergo non in omnibus omnes. Hìc silet Amesius.

VI. Scriptura passim hortatur, ut non peccemus: ad quid autem exhortari ad impossibile? Amesius ait: *Eandem Scripturam testari, neminem esse, qui non peccet.* Sic est; at nulla hic contradictio, ut constat ex alibi dictis.

VII. Eadem Scriptura testatur, *Opera justorum placere Deo*; quod certè verum non esset, si forent peccata mortalia, aut etiam quoquo modo vitiosa. Amesius ait: *Non placere sua dignitate, sed in Christo.* Esto! Placent sanè, quia sunt opera filii adoptivi Dei, quæ valorem trahunt ex meritis Christi. Peccata certè nec in Christo placere Deo possunt.

VIII. Opera justorum absolutè vocantur *bona*. Matth. 5. vers. 16. 1. Timoth. 6. vers. 17. Tit. 3. vers. 14. Ephes. 2. vers. 10. At, si essent peccata mortalia, dicenda essent potiùs mala, quàm bona. Malum enim est ex quocumque defectu; absolutè bonum non nisi ex integra causa, ut cum S. Dionys. Doctores communiter. Amesius nihil ad rem dicit.

Ad CAPUT XVII.

EAdem veritas probatur gemina Ratione. Prior est, Quia, si opera bona justorum essent omnia vitiata, & corrupta, ità ut peccata mortalia ex natura sua dici deberent; id sine dubio vel ex innata concupiscentia, vel ex defectu dilectionis Dei, vel ex admistione peccatorum venialium nasceretur; (istas enim causas adversarii reddere solent;) At nihil horum contaminare potest opera bona justorum: Ergo. Non 1. Quia concupiscentia ipsa non est peccatum formaliter, nisi ei consentiatur: sed est infirmitas, ut cum S. Augustin. lib. de perf. just. dicitur. Nec 2. Quia minor fervor dilectionis est quidem defectus, sed non culpa, ut docet S. August. lib. de spir. & lit. cap. ult. Unde & habitualis charitas viatorum, licèt comparata charitati beatorum sit imperfecta, absolutè tamen perfecta appellatur 1. Joan. 2. vers. 5. & 4. vers. 12. Et à S. Augustin. lib. 1. de doctr. Christ. cap. 39. Neque 3. Tum, quia non necessariò singulis operibus admiscetur veniale peccatum, ut docent SS. Patres, & experientia. Tum, quia peccatum veniale non contrariatur absolutè charitati, sed tantùm ejus fervori. Amesius præter inania verba nil reponit.

Altera ratio ducitur ab absurdis. 1. Quia, si omnia justorum opera essent peccata, consequenter etiam opus fidei, quo justificamur; & oratio, qua petimus remitti nobis peccata. At, nonne absurdissimum est, hominem per peccatum justificari, & quærere remissionem peccati? 2. Quomodo aliàs Apostolus dicere poterat: *Nihil mihi conscius sum?* nullumne bonum opus fecerat? aut ignorabat, illa ipsa bona opera esse peccata mortalia? & nonne major adhuc fuisset audacia, pro ejusmodi operibus, id est, peccatis mortalibus expectare à *justo judice coronam justitiæ*? 3. Quia ipse Deus peccaret mortaliter: ipse enim *operatur in nobis velle & perficere*, ut testatur Apostolus, quoties bona opera facimus. 4. Ingens injuria fieret Redemptori, qui juxta Tit. 1. vers. 14. *Dedit semetipsum, ut nos mundaret sibi populum acceptabilem, &c.* 5. Sequeretur, aliqua peccata mortalia esse bona opera; adeoque posse fieri hos Lutherano-Calvinianis dignos syllogismos: Omnia bona opera sunt facienda: Aliqua peccata mortalia sunt bona opera: Ergo. Item: Nullum peccatum mortale est faciendum: omnia bona opera sunt peccata mortalia: Ergo. 6. Denique implicatur manifesta contradictio. Erunt

enim

enim opera bona, & non bona; digna præmio & pœna; & per ea serviemus Deo, & diabolo: & simul erimus filii Dei, & diaboli. Amesius nè quidem apparenter hæc solvere potuit, ac ideò consultissimum putavit, palpabili mendacio statim in limine quæstionis effugium sibi parare, ac statum quæstionis pervertere.

Ad CAPUT XVIII.

ASsertio Catholica est: Operibus bonis hominem justum magis justificari; quod probatur efficaciter ex Jac. 2. vers. 21. & seqq. ubi clarè dicitur: *Abraham nonnè ex operibus justificatus est?* Insulsè, & inquè Calvinus cum suis hoc detorquet ad *declarationem* tantùm, seu *signa*, & *indicia* justitiæ. At, oppositum evincitur exemplo Abrahami, & Raab, dum expressis verbis affirmat Apostolus, immolatione filii sui justificatum Abrahamum, & Raab protectione exploratorum Josue, perinde atque fide (etiam ex Lutherano-Calvinianorum sententia,) justificamur; nempè non concomitanter tantùm, & per modum signi, sed causativè & meritoriè. Nec Paulus Jacobo contradicit, ut docet S. August. in Psal. 31. & lib. 83. quæst. 76. *cùm dicit unus, justificari hominem per fidem sine operibus; & alius dicit, inanem esse fidem sine operibus; quia ille dicit de operibus, quæ fidem præcedunt; iste de iis, quæ fidem sequuntur; sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit.* Sed Amesius conviciando, & calumniando facilè hìc se expedit, dicens: *Hujusmodi sophismata tam ridiculè contexta in ludibrium Scripturæ, repetitione & detestatione satis refutantur.* Deinceps producit aliam conciliationem è Cajetanicis commentis, (suprà semel pro semper repudiatis, tamquam excentricis;) quin & in ultima editione Batavica allegat Vasq. in 1. Disput. 89. cap. 8. *ubi*, inquit Amesius, *videtur gravi censura quasi notare Bellarminum, quòd hunc in modum Jacobum à Paulo disjunxit per distinctionem primæ & secundæ justificationis &c.* Sed Vasq. eam inter Catholicos diversam duos Apostolos conciliandi rationem, nulla censura notat in 1. 2. Disp. 210. cap. 8. (mendosè enim in Amesio allegatur,) utpotè in re ad fidem non pertinente, sed probabilem Scripturæ interpretationem concernente, suo more varias opiniones Theologorum disceptat, suamque exponit, & cæteris præfert. Ut ergo tota hìc apparens inter Apostolos antilogia pariter concilietur, & effugia hæreticorum præcludantur, breviter dicendum cum Bellarmin. hìc, Pererio in cap. 4. Roman. & Tannero num. 187. *Apostolum ad probandum, quod nullus justificetur à peccatis per opera sine fide, & gratia Christi facta, (quod erat principale intentum Pauli,) argumentari à minori ad majus hoc modo: Si Abraham, etsi jam antea justificatus, non tamen ex ejusmodi operibus, factâ accessione justitiæ, justificatus est; multò minùs peccatores ità justificari per acquisitionem primæ gratiæ poterunt: Sed prius est verum, ut ibid. ex Gen. 15. probat Apostolus: Ergo. Itaque loquitur Apostolus quidem de Abrahamo jam justificato, eumque negat augmentum justitiæ per opera acquisivisse; sed non agit de operibus ex gratia; sed de operibus sine gratia Christi factis, quæ aut re ipsa nonnumquam fecit Abraham peccando venialiter, aut facere potuit. Unde sub conditione loquitur Apostolus cit. cap. ad Rom.* Si Abraham ex operibus, &c. *Equidem in tota ea, (uti etiam ad Galatas,) Epistola, justificari ex operibus opponit justificationi per fidem, & gratiam Christi; idemque est justificari per meritum operum, ex viribus naturæ, seu Legis sine gratia factorum, adeoque nullo modo, ne quidem in eadem gratia justificari. Quo sensu verissimè dicitur, nos non ex operibus justificari, sive loquamur de prima justificatione, (de qua Apostolus aliqui*
ex instituto agit,) sive de secunda, à qua exe
brahami ad primam, veluti à minori ad majus
tatur, &c. Per quæ facilè dissipantur Amesi
fuciæ.

Ad CAPUT XIX.

PRæter testimonium Jac. 2. habentur etia
ut I. Eccl. 18. vers. 22. *Non impediaris or*
per, & ne verearis usque ad mortem justificari
turque aptissima ratio: *quia merces Domini*
æternum. Amesius hoc transilit, taciteque
evasionem Calvini esse futilem, qua voluit
dum esse: *nè differas justificari usque ad mortem*
pè juxta dictatus Quodlibeticæ.

II. Rom. 6. vers. 19. *Exhibete membra vestr*
justitiæ in sanctificationem; ubi sine dubio no
de prima sanctificatione, quam in Romanis
nebat Apostolus, sed de ejus augmento.
non habet, quod opponat, præter suam
de justitia extrinsecè imputata, quam supr
simus.

III. 2. Corinth. 7. vers. 1. *Emundemus nos*
inquinamento carnis & Spiritus, perficientes san
nem in timore Domini: ubi docet Apostolus,
tis, & corporis puritatem proficiendum es
die ad majorem justitiam, & sanctification
sanè hoc vel maximè *ad rhombum*, licèt no
bum imputationis Lutherano-Calvinianæ.

IV. 2. Corinth. 9. vers. 10. *Augebit increm*
gum justitiæ vestræ, additque opportunè Apo
Psal. 111. *Dispersit, dedit pauperibus: justitia e*
in sæculum sæculi. Sciscitatur Amesius: *Ergo*
cant eleemosynæ? Resp. Quidni? si fiant, ut
ex affectu charitatis.

V. Joan. 14. v. 23. *Qui diligit me, sermone*
servabit, & Pater meus diliget eum. Hæc nova
post impleta mandata quid est, nisi dilecti
ità justitiæ augmentum? Amesius: *Est com*
& delectatio in benedicendo, & benefaciendo pi
Hæc glossa Quodlibetica nec tantillum læd
mentum.

VI. Apoc. ult. vers. 11. *Qui sordidus est,*
adhuc; & qui justus est, justificetur adhuc. At,
gis sordescunt, per mala opera, & nova
sordescunt. Igitur & qui magis justificantur,
na opera, & novam obedientiam justifican
mesius confugit ad *declarationem justitiæ* Calvi
sed hæc est violentia Quodlibetica.

Ad CAPUT XX.

OBjicit I. *Tota vita fidelium indiget remi*
catorum, Psal. 31. Resp. Non hoc
eo loco vel apparenter dicit, sed Glossa
comminiscitur; cujus mirum est, non pud
huc Amesium, cùm oppositum ex Psalmis
clarè ostenderit Bellarminus.

II. Objic. ex Psalm. 142. vers. 2. *Non int*
dicium cum servo tuo, quia non justificabitur in
tuo omnis vivens. Respond. 1. Juxta S. Aug
Comment. ejus loci: Homo coram DEO
non posset, quia ex se justitiam nullam h
si quam habet, ex Deo habet. 2. Juxta S
stin. lib. de perf. just. Hieron. in epist. ad
& Greg. Mag. in eum Psalm. refertur ho
ad peccata venialia, sine quibus in hac
non possumus. Non verò hinc sequitur, o
stra opera esse peccata, etsi absque omni
vivere nequeamus. 3. Juxta SS. Hilar. Hie
nob. Euthym. Bernard., &c. sensus est: n
hominem justificari, si comparetur ad De

quòd non sit in homine justitia vera, si absolutè consideretur; sed, quia tanta est puritas, & sublimitas justitiæ Dei, ut omnis hominum & Angelorum justitia, cum ea comparata, injustitia esse videatur: sicut etiam stellæ in se clarissimæ, tamen coram sole continuò tenebrescunt. Amesius vult *amplius aliquid indicari in ipso textu*: Ne intres &c. Sed cur audiremus Glossatorem Puritanum musteum, qui ipsius quoque S. Augustini interpretationes in alienum sensum pervertere satagit?

III. Objic. *Non est quisquam justus in terra, qui faciat bonum & non peccet.* Ecclef. 7. verf. 21. Resp. Plus hinc non habetur, quàm justos Viatores aliquando cadere, & peccare venialiter, juxta illud Prov. 24. v. 16. *Septies in die cadit justus*. Verba prorsus inania reponit Amesius; qui & planè omittit illud, quo Bellarmin. ajebat ex Isai. 64. verf. 6. (*Quasi pannus menstruatæ universa justitiæ nostra*,) planè triumphare sibi videri hæreticos, cùm eum locum semper in ore habeant. Agnovisse igitur videtur, rectè à Bellarm. ostensum esse propter tres rationes, eum locum nihil ad rem pertinere; annuente etiam Luthero ac Calvino.

IV. Ex eo, quòd oramus quotidie: *Sanctificetur nomen tuum: Fiat voluntas tua: Dimitte nobis debita nostra*: infertur à Luthero, nos omnes in omni opere peccare, quia non petimus quod habemus. Amesius hoc argumentum valdè mutilavit, & aliquid reponere conatus est, ad rem non faciens. Resp. 1. Argumentum retorqueri in adversarios rectissimè potest. Nam Christus non docuit nos petere, quæ numquam impetraturi essemus; imò promisit nos accepturos, quod peteremus. Resp. 2. Potest omnino peti aliquid etiam, quod jam habemus, nempè ejus conservatio & incrementum. Resp. 3. Non pro omni opere nostro, (pro multis enim gratias agimus, non veniam petimus,) sed pro venialibus delictis, quæ bonis operibus miscentur, dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*. Amesius. *Hoc idem est, quod nos dicimus, si removeatur vox illa plena mortalis præsumptionis*. Respondeo: Splendidè hic primò mentiri Amesium, constat ex dictis Lutheri, Calvini, Melanchthonis, qui mortale peccatum asserunt in omni bono opere. Deinde *veniales* aliquas culpas dicere, plenum non est mortalis præsumptionis, sed negare est hæreticæ impietatis; ut constat ex Concil. Milevit. canon. 6. 7. & 8. Et S. Augustin. qui eos nomine totius Concilii composuit.

V I N D I C I Æ

Pro Libro Quinto de Justificatione: qui est de Meritis Operum.

Ad CAPUT I.

OPERA bona justorum rectè vocari *Merita*, negant hæretici. Nimirum de vocibus primò litem movent, ut hinc ad rem ipsam arietandam facilior sit via. Calvinus lib. 3. Institut. cap. 15. §. 2. & sequent. contendit, non esse utendum nomine *Meriti*, & *Mercedis*, sed dicendum esse, operibus bonis dari à Deo remunerationem aliquam liberalem, & licèt agnoscat, ac fateatur, veteres Patres passim usos esse vocabulis *Meriti* & *Mercedis*: tamen ità acerbè in eos invehitur, ut dicat, *pessimè consuluisse fidei*, (Lutherano-Calvinianæ,) *sinceritati, qui primus nomen Meriti operibus tribuit*. Nimirum vidit Calvinus, nihil efficacius dici posse ad probandam justitiam veram operum bonorum, & ad justitiam imputatitiam refellendam, quàm si opera justorum merita vitæ æternæ esse dicantur.

Et ità quidem Calvinus sensit. Gerhard. Titius verò, ope suæ Quodlibeticæ Parhermeniæ Patres antiquos sibi conciliaturus, in cap. ultim. suæ Ostensionis num. 6. persuadere satagit, *antiquitus milites stipendia merere dictum fuisse; adeoque*, inquit, *merere vel mereri erat præstare aliquid, pro quo, ex se considerato, stipendium, vel retributio posset exigi. Succedentibus temporibus, deficiente paulatim linguæ Latinæ proprietate, cœpit ly* mereri *accipi pro eo, quod est Græcis τυγχάνειν* consequi, & adipisci, *sive ex jure tamquam debitum consequaris, sive ex liberalitate tamquam donum, sive quocumque alio modo. Sic in veteri cantico Ecclesiastico canitur*. O felix culpa, quæ talem meruit redemptorem! Subjicit deinceps plura exempla, & testimonium quoque Genebrardi, & Scholasticorum; & sic putat se uno levissimo Grammaticali flatu totum dogma Pontificium de *Operum merito propriè dicto* explosisse, pariterque SS. Patrum suffragium sibi prudentius conciliasse, quod præfractè & acerbè tamquam sibi adversum rejecerat Calvinus. Sed hæc logomachia Titiana est planè futilis, & Gerhardina *puerilis*. Cui enim nisi pueris, (& fortè neque his omnibus,) persuaserit Titius, esto quòd non infrequenter etiam in abusiva illa significatione inveniatur vox *mereri*; ità tamen accipi perpetuò oportere in SS. Patribus, cùm de præmio bonorum operum loquuntur? Nec opus est nisi absque præjudicio & perverso affectu densissima Sanctorum Patrum dicta perlustrare, & vel tyronibus constabit, Calvinum repudiando Patres in usu ejus vocis, temerè quidem, impudenter & hæreticè egisse, sed tamen eorum sensum assecutum esse: Titium verò Calvino longè intolerabiliorem, dum planissimum eorum sensum, (qui non solùm ex voce *meriti*, sed etiam *mercedis*, *præmii*, *stipendii*, aliisque similibus relucet,) palpabili impostura in hæresis patrocinium transfert, in omni verborum proprietate & rigore *meruisse*, nè ei asserenti aliquid deinceps fides adhibeatur. Et quid opus est hic in limine diutiùs hærere in examinando ejus vocis usu secundùm doctrinam Patrum, cùm ex ipsis Sacris Scripturis perspicuè habeatur legitimus earum vocum usus? ut capite proximè sequent. videbimus.

Ad CAPUT II.

OPera justorum rectè vocari merita, probatur ex Ecclef. 16. verf. 15. *Omnis misericordia faciet locum unicuique secundùm meritum operum suorum*. Nec evadit Calvinus, dum ait, in græco deesse vocem *Meriti*. Nam sive exprimatur, sive omittatur ea vox, sensus genuinus semper sibi constat, cùm *retribuere secundùm opera* nihil aliud sit, quàm reddere, sicut opera merentur. Videri potest Amesius hoc suo silentio approbasse; nisi fortè illud dictum, velut è libro apocrypho depromptum, contemnendum sibi putaverit, consueto Puritanis, sed misero effugio, ut constat ex Tom. 1.

Confirmatur idem ex Hebr. 13. verf. 16. *Beneficentiæ nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus*. Ubi interpres Latinus non barbarè, ut calumniantur Cacodoxi, sed latinè, & rectè usus est eo verbo, quod non est activum, sed deponens, idemque hic est, quod conciliare sibi, & placare, (ac proinde promereri,) Deum, ut non tantùm Græci Patres, sed etiam Erasmus interpretatur. Amesius ait, *non nimis periculosè*, (dogmati scil. Lutherano-Calviniano,) *quàm ineptè & barbarè εὐαρεστεῖν græcam vocem verti*, promereri. Bellarmino autem dicenti: (Propriissimè dicimus, unum apud alium mereri, & eum sibi obstringere, qui facit aliquid, quod ei placet, eumque dele-

delectet,) reponit : *Hoc esse manifestè falsum. Nam solutio debiti, etiam dimidiata, (si nomen sit dubium,) placet creditori, nihil tamen apud eum meretur. Gratiarum actio, quatenus agnoscit beneficium, placet benefactori, sed nihil apud illum meretur.* Respond. Quod ait Puritanus *manifestè falsum*, putamus nos manifestè verum. Apud quemvis honestum virum merebitur prior ille laudem, & fidem ulteriorem; posterior etiam ulteriorem beneficentiam.

Confirmatur 2. ex omnibus illis locis Scripturæ, ubi invenitur nomen *dignitatis*. Nam quod nos dicimus *mereri*, dicunt Græci ἀξιοῦσθαι, idest, dignum esse, & meritum vocant ἀξίαν. Ità 2. Thess. 1. vers. 5. *Ut digni habeamur regno Dei.* Apoc. 3. vers. 4. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt*, idest, quoniam id merentur, &c. Frustrà adfert Amesius aliquot instantias, ubi alium sensum illa locutio habet. Bellarminus enim dixit : *frequenter*, non verò : *semper*. Amesius debuisset ostendere, in locis allegatis & similibus non esse idem, quod *mereri*. Sed quomodo potuisset negare Solem in meridie lucere?

Confirmatur denique idem omnibus illis Scripturæ locis, quibus disertis verbis continetur nomen *Mercedis*, ut Gen. 15. vers. 1. 2. Paral. 15. vers. 17. Prov. 11. vers. 18. Sapien. 5. vers. 16. Eccles. 18. vers. 22. Isai. 40. vers. 10. Matth. 5. vers. 12. 1. Corinth. 3. vers. 8. Apocal. ultim. vers. 12. Merces autem & meritum relativa sunt. Amesius : Apostolus ipse distinguendo docet, *mercedem fidelium non esse ex merito, sed ex gratia. Roman. 4. vers. 4.* Resp. Apostolum loqui de operibus vi solius naturæ peractis, jam suprà ostensum est, patebitque ampliùs ex dicendis.

Ad CAPUT III.

Catholica sententia est, bona opera justorum esse verè ac propriè meritoria vitæ æternæ. Ut autem eadem veritas, eique opposita hæresis eo faciliùs, brevius & clarius explicetur, operæ pretium hic videtur, ex primis principiis rationem Meriti arcessere, & quæ tam pro adstruenda veritate, quàm pro errore subruendo aliunde supponenda sunt, sub unum aspectum simul proponere. Itaque notandum.

I. Sicut in fundamento Meriti, scilicet libertate arbitrii, plus minusvè errarunt hæretici, ità & in merito. Juxta primævam Lutheri & Calvini doctrinam, cùm *liberum arbitrium sit figmentum in rebus, & titulus sine re*, ità *ut optarint omnino, ut è medio tollatur nomen ipsum liberi arbitrii*, aut mutetur in *servum arbitrium* : consequenter etiam funditus evulsa erit ratio veri, & propriè dicti meriti, in actionibus quoque naturalibus moralibus & civilibus. Ut enim cum S. Thoma 1. 2. qu. 22. art. 23. & 4. omnes rectè docent: Omnis actus humanus seu liber, in quantum est bonus vel malus, habet rationem laudabilis, vel culpabilis, meriti, vel demeriti. Quod optimè declarat & probat ibidem. Nam quoad prius: *Ex hoc dicitur actus culpabilis vel laudabilis, quòd imputatur agenti; (nihil enim est laudari vel culpari, quàm imputari alicui malitiam, vel bonitatem sui actus.) Tunc enim actus imputatur agenti, quando est in potestate ipsius, ità, quòd habeat dominium sui actus : Hoc autem est in omnibus actibus voluntariis, &c.* Quoad posterius verò : *Meritum, & demeritum dicuntur in ordine ad retributionem quæ fit secundùm justitiam : retributio autem secundùm justitiam fit alicui ex eo, quod liberè agit in obsequium, seu profectum, vel nocumentum alterius*, sive singularis personæ, sive communitatis, adeoque etiam ipsius Dei. *Utroque enim modo actus nostri boni vel mali habent rationem meriti, vel demeriti apud Deum; ratione quidem ipsius, in quantum est ultimus finis hominis. Est autem debitum, ut ad ultimum finem omnes actus referantur; unde, qui facit actum malum non referibilem in Deum,*

non servat honorem DEI, qui ultimo fini debetur. .
te verò totius communitatis universi : quia in qualib
munication e ille, qui regit communitatem, præcipu
curam boni communis. Unde ad ipsum pertinet trib
bis, quæ bene, vel malè fiunt in communitate. Es
Deus Rector universi, &c. Sic ergo planum est,
omni libertate actuum humanorum, simul jace
nem rationem laudabilis, & culpabilis, meri
demeriti; adeoque de rigore illo primævo Luth
Calviniano verissimè pronuntiatum esse, quòd
ducat *religionem bestiarum*, in opprobrium totiu
ris humani. Quia verò Amesius & Gerhardu
terique juniores Lutherano-Calviniani, arbitri
tatem concedunt in naturalibus & moralibus;
verò tantùm in actibus supernaturalibus, & :
tem æternam conducentibus, ut vidimus suprà
consequenter hìc negant omne meritum pro
ctum respectu actuum supernaturalium, & co
tium ad vitam æternam.

II. Si Deus ab initio, (quod potuisset, si vol
hominem condidisset in pura natura; sine dub
ut Author & Gubernator totius Naturæ, d
providere, ut cuivis creaturæ rationali pro ac
beris bonis, vel malis, præmium, vel supplici
dignum saltem in termino viæ, & vitæ retrib
Quis enim dubitet, malè, & perversè institut
Rempublicam creaturarum, si, cùm omnibus
intellectualibus insita sit naturalis inclinatio, ,
titio necessaria, quæ desiderat amari, laudar
dere, & ità vivere fœliciter in æternum; & :
ultimum finem intrinsecum consequendum,
sint illæ facultatem, & dominium suarum o
num, quibus sibi vel fœlicitatem, vel miseria
nam fabricare queant; si, inquam, nihilomi
diversitate operationum, & meritorum non
fuisset constituta justæ retributionis diversitas.

III. Cùm certum sit juxta Theologorum a
Gratiam non destruere, sed perficere naturam; cer
riter esse debet, jam in statu naturæ per Chri
nuò elevatæ, non minùs locum habere rectitu
vel pravitatem, laudabilitatem, vel reprehe
tem, meritum, vel demeritum in operationibu
nis, quæ jure merito omnino debent ab un
adulto deliberatè cum sufficienti advertentia
agente ad ultimum finem ordinari; justissima
ptæ, vel neglectæ hujus ordinationis pœna pr
æterna scil. miseria, quam solam (uti & fœl
æternam,) nemo prudenter contemnere pote
porrò sit,

IV. Tam esse nunc in statu naturæ lapsæ.
Christum denuò elevatæ, verè & propriè dic
ta nostra respectu finis supernaturalis, quàm
in statu naturæ vel puræ, vel integræ, & g
Nam pleraque omnia, quæ tunc Lutherano-C
ni nostris meritis objiciunt, pariter (proport
vata,) locum habuissent in hisce statibus.
sent certè in statu naturæ puræ auxiliis Dei
ejusdem ordinis ad finem suum ultimum n
consequendum : indiguisset quoque Adamus
innocentiæ auxiliis, & concursu supernatura
nem ultimum supernaturalem obtinendum.
go in illis rationem Meriti propriè dicti no
bat illa auxiliorum Divinorum necessitas; i
jam in nostro statu. Et sicut in illis merita
stulisset debitum, quo creatura quævis ess
est serva DEI, & tenetur ei ad omnimoda
innumeris titulis, ità & nunc. Hoc solùn
vincitur, non esse rationem *Meriti*, & *m*
ter Deum, & creaturam ità rigorosæ justiti
est inter hominem, & hominem purum, q
fatemur. Sed hoc ad rationem meriti pro
manifestum est non pertinere; alioqui enim

dum quoque esset omne meritum, & satisfactio Christi, cum in his respectu DEI non sit usquequaque perfecta alteritas, nec perfecta dominiorum distinctio; nec Humanitas habuerit ullas actiones, quæ non essent etiam aliis titulis DEO debitæ, &c. uti eruditè docent Scholastici in Tract. de Incarn. Unde vel ex hoc solo patet absurditas erroris Lutherano-Calviniani, qui aliud agendo tam validè Socinianorum impietati velificatur. Si enim mixtura gratiæ multiplicis absorbet rationem meriti verè, & propriè dicti, ut præfractè contendit Amesius, quis non videt eodem modo absorberi rationem meritorum Christi, cùm juxta S. Augustinum: *Eadem gratia fiat quisque Christianus,* (justus & beatus,) *qua gratia Christus homo factus est Deus*? Quis fidelium neget omne meritum, & satisfactionem Christi pro redemptione mundi, unicè fundatam fuisse in valore infinito operum, quem non nisi ex gratia unionis hypostaticæ obtinebat? Huc ergo tendit præposterus ille Divinæ gloriæ zelus, quem suo errori fucando potissimum prætexunt. Eodem certè ariete quatitur meritorum Christi condignitas, quo hominum justorum quorumcumque, sed impio consilio, irrito conatu utrobique. Necessarium quippè est ex ipsa natura rerum, ut creaturæ intellectuales, ad ultimi finis consecutionem constitutæ in via, per operationes liberas ideoque laudabiles, & meritorias præmii à Conditore propositi, in termino vitæ sint compotes, aut viceversa sint miserrimæ in omnem æternitatem. Impossibile autem est ulli creaturæ, in quocumque statu, habere operationes bonas, laudabiles, & meritorias præmii à Conditore præfixi, nisi auxiliis congruis ab eodem Creatore fuerit adjuta. Necessariò ergo admittendum, rationem meriti verè, & propriè dicti non tollere omnem gratiam, quin potiùs multiplicem includere essentialiter.

V. Attentè considerandum est, non omnia universim, etiam propriè dicta, merita esse ejusdem rationis. In nonnullis intervenit contractus, & jus strictissimum ultrò citroque obligans; ut in milite, qui meretur stipendium promissum, & in omnibus, qui locant operam suam conductori. In aliis nullus intercedit contractus, imò neque intentio præmii consequendi, sed gratuitus, & generosus affectus obsequiis laudatissimis demerendi Principem, qui sanè, si vicissim juxta legalis justitiæ dictatum operari velit, tantò ampliùs illic remunerabitur obsequia, quantò ea fuere liberaliora, & ab omni affectu proprii commodi magis aliena. Lumine ergo naturæ notum est, majus præmium deberi operanti honestè, sine spe præmii. Debetur quippè remuneratio copiosior naturaliter ob superatam difficultatem per libertatem operanti in electione objecti honesti ex solo motivo virtutis, & sine ullo illicio emolumenti. His præmissis, adstruimus merita bonorum operum in justis.

Præcipuè ac I. ex Sacris literis. In iis vita æterna nominatur *Merces*: Ergo bona opera, quibus redditur, sine dubitatione sunt *Merita*. Nec evadit Amesius, cùm suscitatur: *An igitur sine dubitatione meruit aliquid à Deo Nabuchodonosor, quia Ezech. 19. Ægyptus promittitur ipsi tamquam merces, ob laborem, quem subierat adversùs Tyrum?* Resp. Etiam meritis naturalibus sine dubio retribuit Deus præmia homogenea: id enim ad Provisorem & Gubernatorem totius universi spectat. An autem Nabuchodonosor verè, & formaliter meruerit hanc mercedem à Deo obsequiis suis eò directis, (uti cum S. Hieron. nonnulli volunt;) an verò fuerint tantùm materialiter Merita, & merces, parùm hic ad rem facit. Quidni enim posset liberalis, & locuples Dominus remunerare etiam ea, quæ per accidens, & non ex intentione operantis cedebant in obsequium ejus? Porrò, quæ Amesius assumit ex definitione Meriti, ex suprà dictis evanescunt. Ferus ab Amesio laudatus optimè cum prædictis concordat, & juxta Not. 5. verissimè dixit Ferus: *Si Dei gratiam conservare cupis, nullam meritorum tuorum fac mentionem*; certè non, quòd nulla sint, (quæ vel maximè supponit Feri dictum,) sed, quòd non mercedem affectet, qui maximè meretur, puri amoris affectus. Optimè S. Bernard. lib. de dilig. Deo. *Non amanti promittitur, amanti redditur præmium. Charitas* (meriti radix,) *non est contractus, sed affectus*. Nullius momenti est, quod Amesius prætendit: *Vitam æternam in Sacris Scripturis vocari hæreditatem; quæ pertinet ad filios propriè, quia sunt filii, non, quia laborant*. Futilis objectio. Cur non pari ratione objici posset: Vita æterna vocatur *Merces*, quæ datur *Operariis in vinea laborantibus*: *Bravium*, quod datur in stadio currenti, certanti, & vincenti: *Corona justitiæ*, quæ confertur *bonum certamen certantibus*, *&c.* Ergo non est hæreditas, quæ gratis defertur filiis, laboris, cursus, certaminis adhuc per ætatem incapacibus. Numquid hoc esset perspicuè cavillari, imò nugari? Nimirum diversi illi tituli, (filii, hæredis, operarii, militis, palæstritæ, &c.) optimè se mutuò compatiuntur in eodem subjecto. Decrevit quippè Deus filios suos adoptivos, qui usum rationis habent, etiam propriis laboribus, & meritis vitam æternam, (aut potiùs ejus augmentum,) acquirere. Magis enim honorificum est, non solum ipsis hominibus, sed etiam Deo magis gloriosum, ut creaturæ rationales felicitatem supremam acquirant etiam suis meritis, & non tantùm pura donatione, uti infantibus baptizatis obtingit. Verùm Amesius concoquere nequit hanc certissimam veritatem, ideoque in eam evomit stomachum cum densa grandine conviciorum, & calumniarum. Ait 1. Ejusmodi *superbos Christianos, qui operantur tamquam confidentes in seipsis quærere justitiam quasi ex operibus*, adeoque *Judaizare*, *ostendere se filios genuinos talium Patrum*, (Judæorum,) *qui ideò non recipiebant Evangelium, nec voluerunt esse subjecti justitiæ Dei. Horum mensuram implent Pontificii. 2. Hæc est illa paupertas Spiritus, & abnegatio sumet ipsorum, qua Monachi Papales ad perfectionem grassantur. Sordent ipsis dona DEI. Pudet ipsos vitam suam largitioni Divinæ debere. - - - - - Etsi esset magis honorificum homini habere vitam ex merito, esset tamen honorificentius Deo salutem dare miseris, quæ superat spem omnem, quam sanus quisque ex suis meritis concipere potest. 3. Honor iste disertis verbis excluditur ab Apostolo Rom. 5. vers. 37. ubi* gloriatio *exclusa est. Ubi notatu dignum est, quàm pulchrè consentiant Pauli & Bellarmini sensus. Paulus docet hominem ex operibus non justificari, quia tum haberet, quod gloriaretur: Bellarminus docet, hominem suis meritis vitam æternam acquirere debere, quia hoc est* magis *honorificum, idest, quia debet aliquod habere, quo glorietur*. Resp. Sycophantica hæc cavillatio jam suprà excussa est. Longissimè à piis, & perfectionis Evangelicæ studiosis abest illa gloriatio, & præsumptio Judaica. Confidebant Pharisæi in se, in operibus legis, è viribus naturæ, non ex fide in Christum prodeuntibus, & ista palàm jactabant. Quis autem Catholicorum hanc arrogantiam in Stoicis, Pharisæis, Pelagianis non damnat? Quis econtrario omnia sua bona opera, & merita non fert accepta Deo? Hujus gratia profitentur se præventos congruè, & efficaciter adjutos. An, quia gloriari in se superbæ impietatis est, ideò etiam *gloriari in Domino*, christianæ demissioni adversabitur? At neque gloriationem ipsam, quæ habetur in Domino, exigit meritorum ratio per se in viatoribus, sed tantùm per accidens, in casu scil., cùm ipsa Dei major gloria, & proximorum ædificatio ità imperat, uti

suo

suo exemplo luculenter edocuit Paulus. 2. Corint. 11. De cætero satis ex maximorum Sanctorum actis constat, quantò ipsi meritis apud Deum fuere locupletiores, tantò fuisse in se humiliores; nec sibi quidquam, sed gratiæ Divinæ omne suum bonum adscripsisse. Nimirum imitantur in hoc ipsum Deum, qui cum prædefinitione, præparatione, & collatione auxiliorum, cooperatione, & concursu naturæ indebito, ad summa quæque, (salva tamen in omnibus libera creaturæ cooperatione,) provexerit electos suos; ità magnificè tamen illorum opera coronat, acsi in illis nullam haberet ipse partem. Itaque, sicut mensura meritorum sursum versùs est Charitas: ità deorsum versùs est humilitas. Nemo certè Christo majora babuit merita, utpotè infinita: nemo vicissim eo humilior. Eodem modo Sancti omnes *divites in bonis operibus*, & gloriosis meritis, solam DEI gloriam, suæ propriæ obliti, in omnibus sollicitè intendebant. Unde patet putidissima calumnia Amesii. Recolantur, quæ alibi de meritis Christi dicta sunt. Sed instat adhuc Amesius: *Cùm Bellarm. ipse lib. 4. cap. 7. concedat*, non solùm infantes, sed etiam homines adultos, recens baptizatos salvari, si continuò ex hac vita decedant *sine meritis. Quærimus*, inquit Amesius, *à Bellarmino: annon æquè honorificum sit illis, donatione sola salvari, acsi ex Lege vitam æternam acquisivissent? Si sic, tum Bellarm. hic sophisticè nugatur: Si non, tunc major est honor Legis, quàm Evangelii, quod est absurdum.* Respond. Amesius tam insulsa interrogatione, & cerastino indè constructo ostendit, se cavillatorem nugacissimum. Scit enim nos Catholicos repudiare illam justitiam legis ex fide Christi non pullulantem, & cum Apostolo *reputare, ut stercora.* Quomodo ergo ea venire potest in comparationem cum prima gratia in Sacramento obtenta? Simpliciter autem negandum est, tam esse honorificum, & laudabile, cum uno gradu gratiæ sanctificantis salvari absque ullo proprio merito, quàm cum meritis S. Pauli. Mirum est, sani cerebri hominem, (qualitercumque christianum,) posse hoc in dubium vocare. Numquid passim Deus in Scripturis docet, *se glorificantes se glorificare*, si multùm, multum: si parùm, parum? Nonne de Principibus Ecclesiæ suæ tanto antè prædixit, quòd *nimis honorandi* essent, qui vitam, & omnia sua in Christi obsequio absumpserint? Quid aliud illa *mansionum* diversitas *in domo Patris*, differentia fulgoris in stellis &c. quàm meritorum, indeque emergentem præmiorum distantiam designat? *Magnus & parvus ibi sunt*: pro cujusque labore, & humiliatione erit mensura gloriæ, & honoris. Sicut enim justissimè, *quantum* quisque reproborum *glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum datur ei tormentorum, & luctus*: ità, quantum quisque electorum humiliaverit se, & laboraverit propter Deum, tantum dabitur ei gloriæ, & beatitudinis.

Et hinc sumitur II. Argumentum: Quia proportio hæc meritorum & præmiorum passim traditur in Scripturis. Psalm. 61. vers. 13. Matth. 16. vers. 27. Luc. 6. vers. 38. Rom. 2. vers. 5. 1. Corinth. 3. vers. 8. Gal. 6. vers. 8. Apocal. ult. vers. 12. Ubique dicitur, *reddendum unicuique juxta opera sua*. Frustrà Amesius negat, evidenter hinc colligi, in præmio conferendo haberi rationem dignitatis, & efficaciæ operum ipsorum. Quid ergo obstat? *Si enim*, inquit, *omnis congruentia proportionis dignitatem inferret, tum nulla esset differentia inter meritum de congruo & condigno.* Respondeo: Neque nos dicimus, solam illam congruitatem proportionis, (si gratis admittatur,) sufficere ad meritum de condigno, cùm insuper requiratur, ut opus sit filii Dei, habeat promissionem Divinam &c. Unde æquè vana est evasio Amesii, ac aliæ duæ à Bellarm. benè præclusæ; quod etiam suo silentio agnoscere videtur Amesius.

III. Argumentum. Ratio, eur detur vita a
in operibus ponitur. Matth. 25. vers. 34. *Esurr*
& dedistis mihi &c. Et vers. 21. *Quia in pauca f*
delis. Apoc. 7. vers. 14. *Venerunt ex tribulatione*
&c. ideò sunt ante thronum Dei, &c. Particulæ
enim, quia, ideò, sunt omnes causales. Amesii
nihilo meliora sunt Calvinistico, quod rectè à
mino præclusum, silentio suo approbat. Quàm
falsum est, particulam illam: *Enim*, non hab
in *versione non probanda*. Habetur certè etiam i
cis γὰρ. Reliqua loca beneficio almæ Quodl
eludere satagit. At, cur ità dissimulavit Bel
gravissima verba, quibus omnia ejusmodi effug
clusit? (At, si licet ità omnia eludere, (ut Ca
Ames. faciunt,) nullæ erunt formæ loquendi,
sententias nostras explicare possimus. Fingam
voluisse Christum ostendere opera esse veram
cur justis in judicio reddenda sit merces salut
næ: Quibus, quæso, verbis brevius, apertius
modius id explicare potuisset, quàm illis: (
regnum, esurivi enim, & dedistis mihi manducare
elinguis est Puritanus.

IV. Argum. Præmium bonis operibus ex ju
citur esse reddendum 2. Thessal. 1. vers. 4. 6. 2.
vers. 7. 8. Hebr. 6. vers. 10. Jac. 1. vers. 12. Ap
vers. 10. Prov. 19. vers. 17. 1. Cor. 9. vers. 24. 2
vers. 12. Amesius. *Nulla fit mentio justitiæ, nisi*
sal. 1. vers. 6. 2. Tim. 4. vers. 8. Hebr. 6. vers. 18
verò aliquando significat condecentiam Divinæ
Durand. in 4. dist. 47. quæst. 3. Aliquando veracit
fidelitatem, ut Filliucius Jesuita habet, qua Deus
bis simpliciter sit debitor, sed sibi ipsi, ut Thom
tur 1. 2. qu. 114. art. 1. Vasq. denique in 1. pag.
cap. 7. aliquid ampliùs addit: qui tamen acerrimè c
nullam justitiam propriè dictam, sive commutativ
distributivam inter Deum, & homines locum haber
re autem cum Bellarmino: Deum injuriam fa
vincenti præmium non daret, *est juxta Durand.*
rium, & blasphemum, Et Parisiis damnata est e
tio Guidonis anno 1354. *ut falsa, hæretica, bla*
Respon. 1. Verum quidem est, accipi subinde j
generalissimè, & impropriè pro omni virtu
verò, cùm de retributione meritorum tam fre
mentio fit justitiæ, ità ut etiam Hebr. 6. ver
catur: *Non est injustus Deus &c.* non possint
omnipotentis Quodlibeticæ à Tropistis ad i
proprietatem tot apertissima Scripturæ loca d
ri. 2. Itaque admittenda est omnino propriè
stitia in Deo, saltem illa legalis, & provid
quia tamquam optimus Gubernator Republic
nalis procurat bonum commune per retrib
pœnarum, & præmiorum pro cujusque me
hoc sufficere absolutè posset ad verificanda il
turæ dicta, quibus retributio meritorum a
justitiæ Divinæ. 3. Etsi inter Scholasticos mu
ceptetur, utrum ex fidelitate, & promissi
tùm; an verò etiam ex particulari justitia, f
mutativa, sive distributiva Deus remuneret n
re ipsa tamen quoad nostram controversiam
Lutherano-Calvinianis, nulla potest esse di
Nam qui cum S. Thom. 1. pag. quæst. 21. art
Lugo, Pallav. &c. negant, Deum esse cap
stitiæ commutativæ, utpotè, qui à nullo po
& in quo (cùm ex seipso essentialiter determ
ad servanda promissa,) consequenter omn
tio strictæ justitiæ essentialiter superflua, 8
sit, &c. Hi nihilominus libenter admittun
illam perfectionem in DEO, quæ in part
stitia, (commutativa & distributiva,) rel
test. Videturque Suarez lib. 12. de gratia
cùm aliàs in peculiari Opusculo oppositam
tiam, (quam post eum etiam tenent

Arriaga, &c.) fortissimè propugnasset, tandem in hanc quasi conciliationem inclinare, dum numer. 28. docet: *Constituendam in Deo fortassis unam tantùm virtutem, quæ eminenter contineat, quidquid est perfectionis in commutativa, & distributiva; ità tamen, ut hæc eminentia non excludat formalitatem perfectionis utriusque virtutum in Deo, sed denotet altiorem, & simpliciorem modum illius formalitatis, &c.* Cur verò non eadem eminens formalitas fidelitatis cum commutativæ & distributivæ formalitatibus, seclusis omnibus imperfectionibus, (qualis præcipuè apparet in illa obligatione Dei respectu creaturæ,) constitui possit, vix ratio assignati potest. Effatum Durandi, (passim heterocliti,) itemque censuram illam Guidonis, non est, quòd curemus, cùm securè cum S. Augustin. lib. de natur. & grat. cap. 2. juxta Hebr. 6. vers. 10. dicamus: *Non est injustus Deus, ut justos fraudet mercede justitiæ.* Evidens hic est illatio: Ergo, si (per impossibile,) fraudaret, esset injustus, sicut fore infidelem, si promissis non staret, nemo negaverit.

V. Argument. Vita æterna promittitur bonis operibus. Matth. 19. vers. 17. 29. 1. Timoth. 4. vers. 8. Jac. 1. vers. 12. At promissio facta cum conditione operis, facit, ut qui opus impleverit, meruisse rem promissam, eamque ut mercedem jure suo exigere posse dicatur. Amesius 1. *Quæstio nostra de meritis secundùm esse; hæc autem Conclusio infertur de meritis secundùm dici.* Respond. Hac una distinctione possunt Tropistæ Sacramentarii non tantùm merita, Corporis Christi realem præsentiam, veritatem Incarnationis Verbi, sed totum Christianismum funditus evertere, ut jam sæpè ostensum est. Amesius 2. *Promissio essentiam Evangelii complectens, non est*: Fac hoc, & vives; *sed*: Crede, & servaberis. Resp. Ut hoc verè dicatur de *essentia Evangelii* secundùm Calvinum & Lutherum; secundùm quatuor Christi Evangelistas nimis falsum est. Nonne in Evangelio S. Luc. cap. 10. vers. 28. Legisperitum sciscitantem: *Quid faciendo vitam æternam esset possessurus?* ad præceptum charitatis Christus induxit, hoc adjuncto monito: *Hoc fac, & vives!* O quàm lata, longaque discrepantia est inter vetus, & verum Christi Evangelium, & novum, falsumque Lutheri & Calvini; quod promissionem Christi audet facere *accidentalem*!

VI. Argum. Variis in locis fit mentio dignitatis. Sed dignum esse præmio, & mereri præmium, idem sunt. Propositio constat ex 2. Thes. 1. vers. 5. Luc. 20. vers. 35. Apocal. 3. vers. 4. Amesius. *Hoc sophisma neque cœlum, neque terram attingit. Nihil habet* de operibus, *aut eorum dignitate, sed de dignitate personarum tantùm, quæ præcipuè in fide consistit.* Respon. Amesius hæresin hæresi, mendacium mendacio fulcit, & apertæ Scripturæ verba pervertit. Quid enim est persona *Operarii, qui dignus est mercede sua*, nisi homo operibus honestis reddens se dignum præmio? Sed piger in re plana hærere.

VII. Argum. Deus est judex justus, & non Acceptor personarum: At acceptio personarum est vitium contrarium justitiæ distributivæ, cùm scilicet, judex dat præmium sine meritis, aut majus præmium minoribus meritis, vel contrà. Deus igitur in retributione præmiorum merita hominum considerat, & pro meritorum diversitate vitæ æternæ mansiones designat. Amesius 1. *Non concluditur Quæstio, opera scil. mereri vitam, sed pro eorum diversitatem mansiones assignari in vita.* At quid ea mansionum diversitas, nisi augmentum felicitatis æternæ? Neque enim de prima gratia, aut gloria nobis hic sermo fit, sed de incremento pro operum merito. Amesius 2. *Receptissimum est apud Scholasticos*: acceptionem personarum non habere locum in gratuitis, *juxta illud*, Matth. 20. vers. 15. Annon licet mihi, quod volo facere in meis. Respond. Sic est in merè gratuitis, ut in gratiæ congruæ auxiliis, gratiis gratis datis, &c. At bona opera, etsi fundentur in auxiliis gratiæ, quia tamen liberè ponuntur ab homine superatis difficultatibus, sicut laudem, ità & præmium non minùs merentur, ac mala reprehensionem, & pœnam. Et talis retributio prorsus necessaria est ad bonam gubernationem Reipublicæ rationalis in quocumque statu, ut suprà dictum est.

Ad CAPUT IV.

TEstimonia Sanctorum Patrum, quæ pro meritis operum Bellarminus hic recitat, clarissima sunt; ut in hac re minùs reprehensibilis sit Amesius illa planè dissimulans, quàm Titius, qui suis auditoribus, (mirè utique ejus opinioni credulis,) persuadere voluit, Patres suo favere errori. Loquatur nomine omnium S. Augustin. Epist. 105. *Sicut merito peccati, tamquam stipendium redditur mors: ità merito justitiæ, tamquam stipendium vita æterna.* Sed nimirum judicio Kemnitii & Titii, cùm sic loquuntur Patres, *dura catachresis* est; cùm nos sic loquimur, impia & blasphema in Deum gloriatio.

Ad CAPUT V.

I. OBjic. hæretici: *Beatitudo cœlestis danda Sanctis, tribuitur expressè misericordiæ Dei.* Psal. 102. vers. 4. Matth. 5. vers. 7. Jac. 2. vers. 13. Respond. Dupliciter hæc loca exposuit S. August. Epist. 105. & libro de correption. & grat. cap. 13. Prior est, quòd Beatitudo tribuatur misericordiæ, non, quia non sit vera merces meriti, sed, quia merita ipsa ex misericordia data sunt: non enim potest opera meritoria facere homo, nisi priùs justificatus; justificatus autem non ex operibus, sed ex misericordia. Sic idem S. Doctor distinguens ait: *Ipsi justitiæ vitam æternam esse mercedem, non gratiam; ipsi autem homini esse gratiam, non mercedem, quoniam homini justitia gratia est.* Posterior est, quòd in ipsa coronatione, quæ merces est meriti, sit etiam misericordia necessaria, quæ peccata venialia remittat, sine quibus nulli vivunt, & pauci vitam hanc finiunt. Addit verò S. Augustinus, hanc ipsam misericordiam debitam esse bonis meritis Sanctorum. Amesius nulla S. Augustini mentione facta, pauculis verbis ejus excerptis, plurima verba, nihil rei solidæ reponit, quæ proinde nec tantillum infirmant Augustini solutiones. Manet interim verissimè, etiam juxta nos, electi omnes *vasa misericordiæ*, sicut reprobi *vasa iræ*, juxta Apostolum: *Omnia opera Domini misericordia, & veritas*, (seu justitia,) quo tamen sicut non impeditur, ut, sicut justitia in reprobis cum modico temperamento misericordiæ; (nam citra condignum eos puniri, & cum multa patientia ad pœnitentiam expectari à Divina misericordia, satis constat,) ità misericordia præcipuè cum temperamento justitiæ locum habeat in Electis.

II. Isai. 55. vers. 1. *Emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac.* Quid verò hoc contra operum merita, tam multis, tam perspicuis SS. Scripturæ locis asserta? Ubi hic vel umbra vitæ, & gloriæ æternæ? Sed Quodlibetica omnipotens, quid non audet? Certè locus ille Prophetæ planè similis est illis Christi verbis. Joan. 7. vers. 37. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*; quod de doctrina, Sacramentis, & gratia Christi verissimè accipitur: unde & Chaldæus Interpres ità vertit: *Audite absque pretio, absque pecunia doctrinam meliorem vino, & latte.* Nihil hic de gloria nullis meritis acquirenda.

III. Dan. 9. vers. 18. *Non in justificationibus nostris, sed*

in

in miserationibus tuis magnis, &c. Verissimè, sanctissimè ità Daniel petit liberationem populi à captivitate, in quam populus propter peccata devenerat. Quid verò hinc contra merita Sanctorum? Amesius vicissim interrogat: *An igitur mereri possint opera illa vitam æternam, quæ temporalia bona non merentur?* Resp. 1. Omnino, ità fit quotidiè; vitam æternam, (seu ejus augmentum,) merentur justi, non tamen vitam longævam, opes, honores, sanitatem, &c. Resp. 2. Populi Judaici, cui Daniel precibus Deum conciliare humiliter volebat, non merita bonorum operum, sed scelera poterat prætendere, ac solam Dei misericordiam allegare; non etiam volebat propria sua merita, quæ sanctissimi coram Deo allegare non solent.

IV. Luc. 17. vers. 10. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus*: Ergo nulla sunt bonorum operum merita? Quomodo, nisi arte Quodlibetica hoc inferatur? Sanè æquè facilè inferre possemus: Nec Christum quidquam meruisse etiam nobis, uti ex suprà dictis patet. Omissis ergo variorum satis probabilibus ejus loci interpretationibus, brevis & genuina hæc est apud Tirinum: scilic. Christus hic apertè loquitur non de mancipio, sed de servo, qui mercedis promissæ causa, opera ex pacto debita præstat. Qui si ea sola præstiterit, nullas sanè gratias, condictam tamen mercedem promeretur, & accipit. Quòd si ultra pactum etiam alia servitia Domino grata præstiterit, gratias insuper & honorarium merebitur & accipiet. Sic ergo & nobiscum aget Deus, si vel sola præcepta, vel insuper etiam consilia Christi compleverimus. Petes: Quare ergo dicimur servi inutiles? Respond. Non sic nos vocat Christus, (qui alibi ait: *Euge serve bone, & fidelis!* Item: *Jam non dicam vos servos, sed amicos,*) sed jubet, ut ipsi sic nos vocemus, humilitatis fovendæ causa, quia scilicet nostris operibus nihil utilitatis Deo, (qui nullo indiget,) afferimus. Quia tamen sic obsequimur nutui Divino, ejusque gloriam propagamus, mercedem, & præmium merito referimus. Et ita evanescunt replicæ, seu cavillationes Amesii.

V. Rom. 6. vers. 23. *Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna*: Ergo non ex merito. Respon. Neg. sequel. Gratia enim dicitur vita æterna, non, quia non est merces debiti, sed quia ipsa merita habemus ex gratia. Amesius. *Si verè, & propriè dici potest*: Stipendium bonorum operum est vita æterna, *antithesi prioris sententiæ*, (stipendium peccati mors,) *hoc pullulasset*. Sed cui potius credamus, huic nuilleo Puritano, an M. Augustino? qui tanto antè in epist. 105. & in Enchir. cap. 107. & lib. de grat. & liber. arbitr. cap. 8. & 9. docet 1. Potuisse Apostolum rectè dicere: *Stipendium justitiæ vita æterna, sicut dixit: Stipendium peccati mors.* Quæ S. Augustini confessio causam adversariorum penitùs jugulat. 2. Non tamen esse dictum: stipendium justitiæ *vita æterna*, sicut stipendium peccati dicitur *mors*, nè quis existimaret, nos ex nobis habere justitiam, sicut habemus peccata. Itaque gratia dicitur vita æterna, non, quia non est merces meriti, sed, quia ipsa merita habemus ex gratia. Verùm quid curet Amesius Augustinum, si pro se putet stare excentricum Cajetani commentum!

VI. Ephes. 2. vers. 8. *Gratia salvati estis*. Ad Tit. 3. vers. 7. *Secundùm magnam misericordiam suam salvos nos fecit.* Quis dubitat? Creati enim ex magna gratia, & misericordia, *in Christo Jesu sumus, in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut ambularemus in illis.* Optimè convenit gratia Christi cum meritis nostris, quæ ideo datur, ut mereamur. Neo-Evangelici meritum oppugnando ipsam quoque gratiam re ipsa pessumdant, dum meritem eam fingunt, quæ nequeat elevare operationes filiorum DEI ad id, ad quod sinaptè natura tendunt. Ad quid enim spectant actiones fidei, spei,

charitatis, & quas hæc imperat, nisi ut, qu
dimus & amamus, aliquando digni simus cl
intueri?

VII. Rom. 3. vers. 27. *Lex fidei excludit gl*
riationem, quæ ex operibus nascitur. Ergo etia
excludit. Antecedens falsum esse, ostensum
riùs. Apostolus suis verbis, factisque men
guit omnes Neo-Evangelicos, ibid. allegatis

VIII. *Injuria fit meritis Christi, si meritis n*
buitur salus, tamquam debita merces: quia hoc
prius finis & fructus meritorum Christi. Verissi
nuntiat Bellarminus: Hoc argumentum qua
gis ab adversariis rethoricè, immò tragicè
catur, tantò cùm discutitur, inanius reperit
dem merita justorum non opponuntur mer
sti, sed iis subordinantur, à quibus & nasc
cut causæ secundæ activitas non evertit prin
supponit eandem, à qua essentialiter depen
eam obscurat, sed illustrat. Itaque quidqu
justorum laudis habent, id totum redunda
dem meritorum Christi. Amesius. *Nova hæc*
logia, Prophetis, & Apostolis ignota. Christu
ut nos mereremur nobismetipsis vitam ætern
pondeo: Hæc assertio patitur duplicem sensu
pè 1. Christus meruit, ut nos omnia, quæ
æternam conducunt mereremur; & hic est
hæreticus; quem tamen tacitè subdoleque a
tholicis. 2. Christus meritò suæ passionis
nobis omnia auxilia gratiæ, quibus excita
juti gratis justificaremur, & justificati gra
remur augmentum gratiæ, & coronam g
hæc est Apostolorum, & Prophetarum c
tio, quæ nonnisi per tropos Quodlibetic
merita detorquetur. Esto: posset *aliquis*
opera nostra bona, quæ nascuntur ex meritis (
illud minimè redundet in laudem meritorum Chr
sane sine gravi errore non posset fieri,) an
possint verè, & laudabiliter prædicari,
meritorum Christi, intra terminos, quos
natura rerum posuit? Equidem merita nost
quiruntur propter insufficientiam meritorum
sed propter maximam eorum efficaciam:
mes non debet ferre fructum propter insu
virtutem vitis, sed propter ejus efficaciam,
ab illa trahat, & fructum ferat, abscinde
ignem mittetur: ità & justi sunt palmi
Christo, in quo ferunt fructum multum o
ritoriorum. Amesius. *Si Christus sufficienter*
salutem perfectam, tum non opus est, ut
eam nos mereamur. Respond. ut aliàs sæp
stus, ut causa universalis, meruit nobis
salutem perfectam necessaria, inter ea aut
etiam sunt Sacramenta, & opera merito
quid, quia Deus meruit nobis salutem p
ideo non debemus nos applicare, saltem
(ut fingunt Neo-Evangelici.) Cavilli, &
quas deinceps usque ad finem capitis, et
ctis Bellarmini perversè acceptis nectit, p
luntur ex illa ipsa speciali sola fide Luthe
vinianorum; doctrinam verò solidissimam
ni hic nec leviter terunt. Testatur enim pa
tura, meruisse Christi opera apud Deum
lum, ut salutem consequeremur, sed etiam
per merita propria consequeremur. Sicut et
Deus sole utatur ad mundum illustrandu
ad calefaciendum, aura, & pluviis ad refrig
non est in causa imbecillitas Dei, quasi ip
let per se absque sole, igne, aura, mundum
calefacere, frigefacere; sed omnipotentia
potuit non solum ista facere, sed etiam vi
rebus creatis tribuere; servata nihilominus s
pria excellentia primæ & universalis, ac ind

causæ. Neque verum est, sic saltem dividi gloriam inter Deum, & hominem. Nam merita nostra dona sunt Christi: & quamvis in bono opere, quod nos Deo juvante facimus, nihil sit nostrum, quod non sit Dei; neque aliquid sit Dei, quod non sit nostrum, sed totum faciat Deus, & totum faciat homo: tamen ratio, cur id opus sit dignum vita æterna, tota pendet à gratia. Denique nos ipsi non minùs salutem nostram totam, atque integram illi acceptam referimus, cùm illam meritis nostris acquirimus, quàm si absque ullis meritis nostris illam acciperemus: imò multo magis nunc illi nos debitores esse fatemur, quandoquidem non tantùm per ejus gratiam salvamur, sed etiam per eandem nobilissimo modo honorificentissimoque salvamur. Hæc omnia valde solida, & vera Amesius per puram omissionem *enervavit*.

Gerhardus diversi, ac novi aliquid vix hìc habet præter insulsitates pueriles. Recito unicum specimen. Disp. XXVIII. Th. 112. sic colligit: *Quo modo parvuli justificantur, & salvantur, eo modo etiam adulti justificantur, & salvantur. Ratio est, quia una est justificationis, & salvationis ratio in omnibus justificatis, & salvatis. Sed & Christus disertè dicit Marc. 10. v.* 15. Amen dico vobis, qui non receperit regnum Dei, velut parvulus, non intrabit in illud. *Bellarm. ipse lib. 6. de amiss. grat. cap. & §. 3. sic disserit*: Quod Catharinus ait, propter Christi justitiam omnes justificari, æquè valet in majoribus, ac parvulis. *Subsuminus ergo: Parvulis baptizatis vita æterna donatur solo jure hæreditatis: Ergo etiam adultis baptizatis, & credentibus vita æterna donatur solo jure hæreditatis.* Auderetne Titius negare, hanc argutationem esse *puerilem*, ubi tot vitiis laborat unica illa Major propositio cum suis fulcimentis ficulneis? Si enim omnimoda paritas in dispositione ad justificationem, & salutem requiritur: (nam de dispositione, non de causa formali potest loqui ea propositio;) ergo etiam parvuli debent habere fidem illam actualem specialem, quæ per dilectionem operatur, servat omnia præcepta, &c. quæ sunt mera deliria, ut ostensum est Tomo III. Ratio, qua fulcire vult Majorem, est mera petitio principii, aut potiùs variatio phrasis. Christi verba Quodlibeticè, (si non flagitiosè,) in rem præsentem trahuntur, cùm (etiam juxta Glossam Jenensem,) aliud Christus ibi non doceat, quàm: Nisi conversi fuerimus ab ambitione illa primatus, & efficiamur sicut parvuli, id est, quales illi sunt per ætatem, tales nos per voluntatem reddamur, puta humiles, simplices, ambitionis, & invidiæ expertes, &c. Bellarminus Bellarmino ex ejusdem Quodlibeticæ Regulis opponitur, ut loca conferenti patebit.

Ad CAPUT VII.

Fiduciam in meritis esse collocandam, Neo-Evangelici absolutè negant; consequenter ad illum errorem, (cujus Amesium videtur puduisse,) quòd omnia opera justorum sint peccata mortalia. Affirmabat simpliciter Joannes Wicleff contrarium, secutus in hoc Pelagium. Veritas Catholica mediam viam tenet, pro qua, ut per seqq. assertiones declaretur, Notandum est 1. Fiduciam nihil aliud esse, nisi spem perfectam, ut docet S. Thom. 2. 2. quæst. 129. art. 6. & Senec. Epist. 16. Not. 2. Aliud esse fiduciam nasci ex meritis, aliud fiduciam esse ponendam in meritis. Potest enim fieri, ut quis exiguam, aut penè nullam fiduciam in meritis propriis constituat, eò quòd non certo sciat, an habeat vera merita, & tamen veris magnisque meritis abundet, & ex illis fiducia in ipso erga Deum maxima oriatur. Ex qua distinctione tota quæstio absolvi, ac varia Scripturarum, ac Patrum testimonia conciliari poterunt: unde tribus Assertionibus res tota exponi potest. Amesius, dum arguit clarissimam hanc distinctionem *obscuritatis insidiosæ*, ostendit se tergiversari, metuereque suis suorumque cavillationibus ab usu ejus distinctionis. Cùm verò ait: *Rationem Bellarmini*, (posse scil. maximam fiduciam ex meritis oriri in eo, qui non certo scit, an habeat vera merita,) *omni rationi*, (Puritanicæ,) *adversari. Ex meritis enim non oritur fiducia physicè. Illud autem, ex quo moraliter oritur, debet necessariò cognosci, & ad maximam fiduciam gignendam, debet certissimè cognosci.* Resp. Fatemur, non physicè, sed moraliter oriri fiduciam ex meritis; hæc verò sufficit, ut sit cognitio probabilis, aut moraliter certa. Cur enim ex persuasione probabili, aut moraliter certa de beneficiis gratiæ Divinæ, quibus excitantibus, & cooperantibus puto me ad majorem Dei gloriam omnia mea fecisse opera, non nascatur fiducia de Dei bonitate, quòd bene cœpta nutrire, & ad fœlicem exitum perducere velit?

Assertio I. Fiducia Sanctorum, quam in Deo constituunt, non ex fide sola, sed etiam ex bonis meritis nascitur; atque adeò summo studio merita quærenda sunt, ut apud Deum fiduciam habere possimus. Probatur ex Tob. 4. v. 12. *Fiducia magna erit coram Deo eleemosyna.* Job. 11. vers. 14. 15. Rom. 5. vers. 3. 1. Timoth. 3. v. 13. Hebr. 10. v. 34. 1. Joan. 3. v. 21. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Amesius ait: His Scripturæ, & SS. Patrum testimoniis, *ambigua vocis ambiguitate lectoribus illudere Bellarminum*; ideoque distinguendum esse vult. *Nascitur ex fide sola, tamquam ex causa apprehendente causam tam spei, quam rei speratæ; sed nascitur etiam ex obedientia nova, & conscientia bona, tamquam ex argumentis confirmantibus, & erigentibus illam apprehensionem unà cum fructu ejus.* Resp. Commentitiæ hujus distinctionis fundamentum supra eversum est; & ipsa Scripturæ Patrumque testimonia nonnisi violentè quodlibeticam illam distinctionem patiuntur. Ratio, quam addit Bellarm. planè idem evincit, quam Amesius nec extremo digito attigit. Est verò hæc: Quia, cùm Deus promiserit coronam vitæ diligentibus se, ex duobus pendet adeptio gloriæ, scil. ex fidelitate Dei, qui præstat, quod promisit: & ex operibus nostris; diligere eum oportet non verbo, & lingua, sed opere & veritate. Proinde, sicut spes certa non esset, si nos bene operaremur, sed Deus fidelis non permaneret: ita nec certa esse potest, si Deus quidem fidelis sit, sed nos non bene operemur, nec diligamus opere & veritate.

II. Assertio. In bonis meritis, quæ verè talia esse compertum sit, fiducia aliqua collocari potest, modò superbia caveatur. Id probatur exemplo Nehemiæ, Esdr. 5. vers. 19. Davidis Psalm. 17. vers. 23. Ezechiæ Regis apud Isa. 38. vers. 3. Et Esther cap. 14. vers. 16. Apostoli Pauli 2. Timoth. 4. vers. 7. *Bonum certamen certavi, cursum consummavi; in reliquo reposita est mihi corona justitiæ.* Et suffragatur ratio: Quia, sicut misericordia Dei, ità & bona merita sunt vera causa salutis; licet autem confidere in omni vera causa. Neque hoc est confidere in propria virtute, sed in Deo, & ejus gratia, cujus munera sunt omnia merita humana. Amesius nihil hìc reponit, præter inania verba in superioribus perspicuè convulsa.

III. Assertio: Propter incertitudinem propriæ justitiæ, & periculum inanis gloriæ, tutissimum est, fiduciam totam in sola Dei misericordia & benignitate reponere. Hoc tantùm, & non plus probant ea loca S. Scripturæ, quæ adversarii contra merita adducunt; habetque usus Ecclesiæ, quæ in Canone Missæ post consecrationem orat: *Intra quorum nos consortium non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte.* Idem evincit Ratio manifesta: Vel enim habet homo vera merita, vel non habet. Si non habet, per-

nicio-

niciosè fallitur. Si verò habet, nihil perdit ex eo, quo ipse ea non intuetur, & in solo Deo confidit. Deus enim ea bene novit, & intuetur, nec remunerata esse patietur. Amesius ad calumnias de more vertitur: *Bellarminum confert Balaamo, qui post varias incantationes, quibus conatus est maledicere Israelitis, divinitus tandem adigebatur, ut benediceret ipsis. Sic Bellarminus postquam integris aliquot libris omnes nervos intenderit, meritis humanis contra gratiam Dei omni genere sophismatum propugnandis, subitò hic in fine mutatus, meritorum usum omnem tollit, & ad gratiam solam confugit.* Ita nugacissimus Sycophanta ad obesa mendacia, dum omnia alia deficiunt, convertitur. *Misericordia & veritas* in negotio salutis nostræ *obviant sibi, justitia & pax* se invicem *exosculantur*. Misericordiæ Divinæ est, velle creaturam rationalem *per semitas justitiæ*, & opera laude digna, meritoriaque promovere *ad coronam justitiæ*. Declamationes Luthero-Calvinianæ omni Scripturæ, Patrum, Conciliorum, & Rationis suffragio destitutæ, ad rude vulgus decipiendum compositæ, sub prætextu commendandæ Gratiæ Divinæ, re ipsa inertem, & Deo indignam comminiscuntur. Ad populum phaleras! Quid, quæso, consequentiæ habent istâ Amesiana? 1. Bellarm. dicit tutissimum esse, fiduciam in sola Dei misericordia ponere: *Ergo agnoscit incertam, & periculosam esse doctrinam de justificatione ex meritis*. 2. Bellarm. dicit, spem in sola misericordia, non in meritis tutissimè defigi: *Ergo communicatio vitæ speratæ non est tribuenda justitiæ*. Ergo Apostolus Gratiæ detractor fuit, cùm dixit, Meritis sui *certaminis, & cursus consummati repositam esse coronam justitiæ, quam reddet sibi justus Judex &c.* 3. Tutissimum est, (juxta Bellarm.) fiduciam totam in sola misericordia Dei defigere: Ergo perniciosum, & impium est exemplo SS. Davidis, Nehemiæ, Esther is, Ezechiæ, Pauli &c. in causa congruarum circumstantiarum, aliquam fiduciam in bonis meritis ponere; Dignissimæ, inquam, sunt hæ, similesque Quodlibeticæ illationes desperato Lutheri & Calvini Evangelio, ad miserum popellum dementandum. Ad hunc locum communem amplificandum plurimum etiam confert Gerhardus in suis Pandectis Cretensibus à pag. 898. usque ad 924. ubi ex Strigelio, Simone Pauli, Lysero, Wolfio, Mornæo, ejusdemque farinæ Fabulonibus, vanissima commenta miscet plurimis Catholicorum Theologorum testimoniis, nihil prorsus ad confirmandam vanam Lutheranorum præsumptionem facientibus, sed tantum ad replendas vacuas paginas, & locupletandas populares rabularum declamationes.

Ad CAPUT X.

AMesius Caput suum ultimum hoc modo inscribit: *Speculationes quædam Bellarmini De non ente.* Quid hic mysterii? *Hactenus*, inquit Amesius, *contendit Bellarm. opera bona esse merita, sed nedum explicavit, quid sibi velit ista voce* Meriti, *ne scil. certum & fixum scopum haberet, à quo in probationibus non liceret vagari, aut aberrare. Jam tandem post disputationem illam peractam, promittit se dicturum, quid sit illud de quo disputavit: secundum perversam, & ineptam illam methodum, qua primò quæri solet*: An sit? *& postea*: quid sit? *Neque tamen hoc potuit elicere, sine novo conflictu cum suis gregalibus, inter quos de hoc ideò certamen certatur non leve, non unum. Nos hic spectatores agemus, illa tantùm annotantes, quæ meritorum doctrinam adhuc illustrare magis posse videantur.* Verùm Amesius rectiùs inscripsisset hoc Caput ultimum. *Cavillatoria Draconis cauda.* Quàm enim perversa, & futilis sit illa methodus Lutherano-Calvinianis, (ac

præcipuè Amesio & Gerhardo,) propè in
controversiis frequentata, dum ex variis p
busque Scholasticorum opinionibus circa m
circumstantias, ipsam (in qua omnes omni
veniunt,) substantiam dogmatum Catholic
rietate satagunt, passim in hoc Opere; sed p
Tom. 3. cùm de actionibus Missæ, (in qua
maliter ratio Sacrificii consistat,) disputaret
si ad oculum ostensum est; ut superfluum
idem denuò repetere. Brevissimè igitur Bell.
næ doctrinæ summam trademus, & præcip
storis Puritani sycophantias adnotabimus.

Ut opus aliquod possit verè ac propriè d
torium fœlicitatis æternæ, septem condition
runtur. 1. Ut sit opus bonum. 2. Ut fiat
quium Dei. 3. Ut, qui meretur, sit Viato
sit opus liberum. 5. Ut, qui meretur, sit
& gratus Deo. 6. Ut intercedat promissio
opus ex Charitatis virtute procedat. Tre
conceduntur ab omnibus. Quarta etsi à R
cot fuerit in dubium vocata; communis ta
vera SS. Patrum & Theologorum sententia
omnino requiri libertatem. Quod de impe
te Christi objici posset, ad Scholasticos u
S. Thomæ pertinet. De reliquis conditionibu
capitibus.

Ad CAPUT XII.

QUinta conditio: Ut, qui meretur,
Deo, etsi à Michaele Bajo, ejusqu
bus Jansenistis fuerit negata; com
men & certa Theologorum sententia asser
ri statum gratiæ. Opposita Bajana à tribu
cibus confixa est; Uti & altera ejusdem B
negabat promissionem Dei gratuitam deb
cedere.

Ad CAPUT XV.

SEptima conditio: Ut opus bonum actu
tute à Charitate procedat, est nonnih
versa inter Scholasticos. Negari tamen n
affirmativam sententiam, (quam cum SS.
Bonavent. tuetur hic Bellarm. uti est con
ita etiam esse tutiorem in praxi,) & nil
incommodi; cùm tamen opposita sententi
vino judicio falsa sit, possit esse noxia. Et f
tis certè solidis niti videtur; Tum, quia
verf. 29. 1. Corinth. 10. verf. 31. Col. 3. ve
valdè exprimitur, *quòd opera nostra in nom
ni, in gloriam Dei, propter nomen Christi*,
oporteat: Tum, quia communis ratio M
lat, ut opus fiat in alterius gratiam. Nu
opus simpliciter fit in Dei gratiam, nisi
tualiter à charitate procedat: Tum, quia
ciliatur gratia, (saltem extra Sacrament
præcedat actus charitatis, saltem virtualis.
gloria, quæ potior est gratia.

Ad CAPUT XVI.

CAtholici omnes agnoscunt, opera ju
se meritoria vitæ æternæ; sed ta
censent, non esse utendum his vocibus
& *de congruo*, sed absolutè dicendum:
justorum esse meritoria vitæ æternæ, ut
aut *condigna largo modo*, ut Durandus, q
rejicit communis & verissima Theologor
tia. Amesius hæreticè sycophantatur, dum
*neque veram, neque Theologorum dicendam,
Theologiam*, (Lutherano-Calvinianam,

Deinceps operosè Amesius defensionem suscipit Durandi, qui studio magis impugnandi ingeniosè doctrinam S. Thomæ, quàm solidè & piè confirmandæ & illustrandæ doctrinæ Catholicæ, in plerisque materiis quàm proximè accessit ad errores hæreticorum, ut etiam in superioribus monui; ideoque quantùm vapulat plerumque à cæteris Scholasticis, tantùm laudatur à Puritanis. Propositiones Durandi hæ sunt. 1. *Temerarium & blasphemum est dicere, Deum fore injustum, quòd meritis hominum justorum non reddit mercedem promissam.* 2. *Non exstat in SS. literis promissio, quæ Deum obliget ad reddendam mercedem; sed tantùm quæ doceat, Deum disposuisse vitam æternam dare iis, qui mandata servaverint.* 3. *Rectè 2. Tim. 4. vers. 8. ponitur justus judex, non, justo judicio: quia Deus, qui reddit præmia justis, & pœnas injustis, justus & misericors est, & ut justus justo judicio pœnas reddit injustis; ut misericors, liberaliter præmia tribuit justis.* Hæ tres propositiones satis profligatæ sunt suprà, ubi actum est de meritis Christi. Et per hæc ipsa Christi merita difflatur etiam 4. Durandi assertio, nempè: quòd *Nemo possit ex justitia mercedem ab alio petere, nisi reddat ei omnia, quæ illius sunt, & aliquid amplius, cùm omnia ipsius sint.* Manifestum est, hoc totum æquè posse opponi meritis Christi ac nostris. Bene igitur pro utrisque respondit Bellarm. Absolutè non potest homo, (etiam hypostasi Divina subsistens,) aliquid à Deo exigere, cùm omnia sint ipsius: tamen posita ejus voluntate & pacto, quo non vult à nobis exigere opera nostra gratis, sed mercedem reddere juxta proportionem operum, verè possumus ab eo mercedem exigere. Nec ullam habet vim *instantia Durandi*, tam insolenter à Puritano debuccinata, tamquam ineluctabilis & peremptoria, hæc scilic. *Quod redditur non ex debito præcedentis operis, sed ex promissione præcedente; non quidem redditur ex merito operis de condigno, sed solùm vel principaliter ex promisso: & ita non est ibi illud debitum, de quo loquitur. Et quia ex dono gratuito nemo obligatur ad dandum amplius, sed potiùs recipiens magis obligatur danti; ideò ex bonis habitibus, & ex bonis actibus, sive usibus, nobis à Deo datis, Deus non obligatur nobis ex aliquo debito justitiæ, ad aliquid amplius dandum, ita ut si non dederit, sit injustus, sed potiùs nos sumus Deo obligati.* Respondeo, Si hæc omnia, & quidquid ulteriùs quoad justitiam meriti excogitari potest, accommodentur meritis & satisfactionibus Christi, manifestum est, quòd eandem vim habeant, quam habent contra meritum nostrum. Quid enim habuit Humanitas Christi, quod à Divinitate non accepit? Est ergo in hoc nobis par. Disparitas autem, quòd ille infinities plura & majora quàm nos acceperit, potiùs munuet in ipso justitiam meritorum præ nostris. Itaque vel neganda pariter sunt merita & Satisfactiones Christi cum impiis Socinianis, vel pariter nostra admittenda. Immotum ergo manet, Merita nostra esse propriè dicta: etiam ex justitia remunerari ea à Deo, sive illa sit tantùm legalis, (quod absolutè negari nequit,) sive commutativa, sive distributiva, sive etiam fidelitas continens eminenter, quidquid perfectionis habet commutativa & distributiva; quod ad Controversiam fidei prorsus nihil, sed tantùm ad Scholasticam disceptationem pertinet, ut suprà ostensum est.

Ad CAPUT XVII.

OPera bona justorum esse meritoria vitæ æternæ ex condigna ratione operis, etiamsi nulla exstaret Divina conventio, docet Cajetanus & Sotus. Econtrà non esse illa meritoria ex condigno ratione operis, sed tantùm ratione pacti & acceptationis Divinæ, tenet Scotus, Vega &c. Nobis media via probabilior videtur, quæ docet: Opera ea esse meritoria ex condigno ratione pacti & operis simul. Ita SS. Thom. Bonav. & alii plerique. Quid ad hæc *Cauda Draconis*? *Alterutrum*, inquit, *horum statuere, est hominis fatui, ac temerarii; sed utrumque simul conjungere, est hominis planè insani.* Nimirum, hoc est per se notum, probatione non eget.

Porrò requiri ad opera meritoria promissionem, patet ex locis Scripturæ, & Patrum suprà relatis, quæ ferè semper mentionem faciunt promissionis Divinæ. Nec obstat, quòd filio debeatur hæreditas, si bene se gesserit, licèt nulla conventio inter Patrem & filium intercesserit. Nam aliud est loqui de merito personæ, aliud de merito operis. Et rursus: aliud de vita æterna, ut est hæreditas: aliud, ut est merces. Nam ex eo, quòd aliquis est filius Dei per gratiam, meretur ex condigno hæreditatem vitæ æternæ sine alio pacto, sed merito personæ, non operis. Nam etiam infantibus baptizatis ita decedentibus tamquam filiis Dei debetur jure hæreditas; & dici possunt mereri, non merito operis, sed personæ. Ideoque bona opera non requiruntur ad vitam æternam acquirendam ut hæreditatem, sed ne filius excidat ab adoptione, & jure mereatur exhæredari; adeoque ut sic non meretur vitam æternam acquirere ut hæreditatem, sed meretur eam non amittere, ut patet in infantibus ita decedentibus, & docent SS. Augustin. Bernard. &c. At verò ut filius Dei adoptivus vitam æternam obtineat ut mercedem, stipendium, & bravium, omnino præter gratiam adoptionis requiritur promissio. Etsi enim Pater teneatur filium admittere ad hæreditatem, non tamen opera ejus ad obtinendum bravium, nisi pactum vel promissio interveniat. Quid hìc *Cauda Draconis*? *Hoc commentum*, inquit Amesius, *est una ex præcipuis profunditatibus Satanæ, quarum fit mentio Apocal. 2. vers.* 24. Nempè hoc dicit Apocalypsis juxta Quodlibeticam Sycophantiæ hæreticæ. Annè sensu literali? Res ipsa negat. At etsi nusquam valeat sensus mysticus & accommodatitius, juxta Regulam Lutherano-Calvinianam: excipe tamen cùm adversus Romanum Anti-Christum dimicandum est. Quidquid tunc libet, licet, valetque.

Non sufficere autem ad condignitatem meriti solam promissionem & acceptationem, sed requiri etiam, ut in opere bono ex gratia procedente sit quædam proportio, & æqualitas ad præmium vitæ æternæ:

Probatur 1. Quia vita æterna est *gratia pro gratia*, idest, gratia mercedis, pro gratia meritorum, sive, Charitas patriæ pro charitate viæ, juxta S. August. lib. de grat. & liber. arbit. cap. 9. At inter gratiam & gratiam sine dubio magna proportio est. Amesius ait: *Tale argumentum ex condigno meretur irrisionem multò majorem, quàm illa nostra ferent.* Et quia vidit irrisoriam hanc solutionem nimis levem, fulcit eam splendido mendacio, dum affingit Bellarmino *æqualitatem* inter meritum & præmium vitæ æternæ, cùm ille tantùm similitudinem & proportionem conceptis verbis docuerit.

Prob. 2. Quia fons habet proportionem ad flumen, & semen ad fructum. At vita æterna est *flumen lætificans civitatem Dei.* Psalm. 45. vers. 4. Gratia verò bene operandi est *fons aquæ salientis in vitam æternam.* Et semen est gratia. Joan. 4. vers. 14. & gloria est fructus: Ergo. Amesius negat hoc totum. Et cur? quia, inquit, *Sicut fons superat flumen dignitate; ita merita nostra forent majoris pretii, quàm vita æterna.* At cui persuadebit, fonticulum Rheni, Danubii &c. majoris æstimari, quàm integrum fluvium reliquum? & radicem plus, quam totam arborem cum fructibus?

3. Vita æterna est *denarius diurnus* laborantium in vinea. Matth. 20. vers. 13. At denarius diurnus est justum pretium laboris diurni. Amesius ait: Non probari ex Matth. 20. intentum, nisi simul admittatur, hominem non electum, *cui est oculus nequam*, posse vitam æternam *auferre*, *& abire*. Resp. Non omnia complementa parabolarum debere accipi tamquam directè ad scopum parabolæ præfixum necessaria, sed ut adjuncta, & *emblemata*, rectè cum S. Chrysostomo docet Maldonatus in cap. 20. Matth. ubi & ostendit, totam illam parabolam operariorum conductorum pro mercede, &c. directè & apertè nostrum dogma Catholicum de merito bonorum operum firmare. Vide & Suarez 1. part. lib. 2. cap. 30.

4. Vita æterna est actio quædam supernaturalis ex parte objecti & principii tum efficientis, tum etiam formalis. At meritum quod in dilectione consistit, est etiam actio supernaturalis ex parte objecti & principii, tum efficientis, tum formalis. Ergo proportionem habent inter se. Amesius admittit proportionem, negat æqualitatem. Sed neque nos asserimus æqualitatem absolutam, sed tantùm proportionis. Quis enim laboraret aut certaret pro mercede aut bravio absolutè & physicè æquali? Anne labore & discrimine comparare quis velit æqualem laborem & discrimina?

5. Deus est, qui electos per merita ad vitam æternam, ut ad coronam justitiæ perducendos esse decrevit. Ergo sine dubio ea merita illis donat, quibus ex condigno verè & propriè perveniant ad coronam justitiæ. Fingit hic Amesius nescio è quibus antiquis Scholasticis *merita* quædam *interpretativa*, quibus Deus *ex sola liberalitate sua* retribuat æternam gloriam. Sed quid opus fingere, cùm veritatem liquidam habeamus vel in sola *corona justitiæ à justo judice reddenda*?

6. Denique, Merita nostra pendent à meritis Christi; tum, quia ille meruit nobis virtutem merendi, tum, quia nos meremur ut viva membra Christi per influxum ejus. Ergo detrahitur de gloria Christi, si merita nostra sint ita imperfecta, ut non sint merita ex condigno, nisi ratione acceptationis Dei. Amesius. *Detestanda est hæc impudentia, qua gloria Christi prætextus fit vanissima gloria mercenariorum hominum, & meritorum ipsorum*. Respond. Rabiosè calumniari non est solvere argumentum. Quis dubitet, detrahi de gloria meritorum Christi, si non tantummodo nostra, sed etiam ipsius Christi meritoria opera, (quibus nostra subordinantur non minùs, ac fructus palmitis ipsi viti,) dicantur non esse perfecta & condigna, sed solùm ex acceptatione Dei habere, quod habent? Nec potest salva Evangelii veritate negari, Christum per suam gratiam adoptionis *influere nobis*, *& actionibus nostris dignitatem*, non quidem suam propriam & Divinam identicè; sed participatam, creatam, ordinis tamen altioris universa natura.

Ad CAPUT XVIII.

Contra doctrinam à Bellarmino in cap. 17. propositam Amesius nil præter inania verba opponit. Nec urgent argumenta Scoti. Nam 1. cùm SS. Scripturæ & Patres dicunt, *Opera nostra non esse digna vita æterna*, intelliguntur vel de operibus secundùm suam substantiam, non ut à Spiritu Sancto, & gratia Dei proficiscuntur; Vel intelliguntur de æqualitate omnimoda, quam nos non asserimus, sed proportionis tantùm, ut mox iterum dicetur. 2. Cùm S. Augustin. lib. 1. Conf. cap. 4. ait: *Reddis debita, nulla debens*, intelligitur de absolutè & rigo-

rosè debito, nullam supponente gratiam, q
stat supponere nostra merita: prima &
debiti ratio nascitur ex promissione Dei.
inter Deum & hominem non possit esse justitia
cundùm quid, explicatum est in superioribus
opera nostra, (*etiam ut ex gratia procedunt*,
titudinem, *quòd adhuc cernatur inæqualitas max*
hil obstat: quia inter meritum & præmium
quiritur absoluta æqualitas, secundùm just
stributivam, ut dici possit, præmium debe
ex condigno, etiam ex parte operis; sed su
sit proportio quædam. Sic qui doctrina & b
ribus præditus est, & pro Ecclesia aliquam
ravit, dignus Episcopatu judicari solet, qu
piscopalis dignitas absolutè sit amplissima,
pretio comparabilis. In rebus quoque na
dispositio ad formam multò imperfectior
forma: tamen ex naturali quadam justit
gentia subjecto ritè disposito debetur. I
præsenti.

Ad CAPUT XIX.

Communis sententia Theologorum est
ex sua liberalitate remunerare merita
pra condignum, & è contrario, operibus
nam reddere citra condignum, quod ta
probat Amesius. Quidquid porrò sit de
Scoti, & altera opposita probabiliori, co
ma fidei neutra pugnat, adeoque si Adver
cuerit Scoti opinionem tenere, non dissent
bis in fidei articulo. Idemque est in eo,
ta nonnullos primus gradus gloriæ non
meritum, aliis probabilius id asserentibu
enim una eademque res diversis titulis deb
quæ ultima dispositio post infusionem gra
nuata, meritoria erit vitæ æternæ, ut
Thom. 1. 2. quæst. 112. art. 2. ad 1. At me
sius: *Hoc non potest non absurdum esse, ut*
titulum hæreditatis, eo non contentus, quærat
lum ex miseris suis meritis. Resp. Non pote
nestissimum esse, velle, quod Deus vult
Vult verò Deus vel maximè, ut adulti
pueri centum annorum, sed tamquam *ope*
rent strenuè in *vinea* sua, *militent bonam*
bonum certamen certent, *currant*, *ut bravium*
dant, fiant *divites in bonis operibus &c.* ade
lo etiam meritorum bonorum acquirant re
lorum. Nec ideò opus est, (etsi licitum s
bat Bellarm. cap. 8. tacitè annuente Am
operari intuitu mercedis: præstat non inte
si beneplacitum Dei. Nemo quippè plus
& titulo meriti ampliorem gloriam accip
qui sine illicio ullo proprii emolumenti c
roria multiplicat; ut dixi suprà.

Ad CAPUT XXI.

Gratiam justificationis neque ex con
que ex congruo posse obtineri m
rium, solis viribus liberi arbitrii effectoru
sus Pelagianos docet fides Catholica. A
Draconis pertinet falsi crimen, quo Am
istos Pelagianos, ait, *censeri multos Magistros*
tificios, *Durandum*, *Scotum*, *Nominales*, *Aa*
que dicere Medinam 1. 2. quæst. 109. Ve
na expressè ait in 4. Conclus. *Nos hanc*
authoribus non imponimus, *licèt Lutherus Sc*
pter Scotum omnibus Scholasticis hanc notam
giana imponat. Videatur Tannerus quæst. 3
& seqq. Eandem gratiam justificationis no
tineri ex condigno, sed solùm ex cong

operum ex fide, & auxilio Dei ſpeciali procedentium, conſtat ex ſuprà dictis, ac proinde calumniari Ameſium, cùm ait: *Verbis tantùm differt iſta ſententia à priore* Pelagiana; *eò quòd ſpeciale auxilium hoc (ex ſententia Bellarm.) nulli libero arbitrio deſit, ita ut mereri ex ſolis viribus liberi arbitrii, & mereri ex auxilio ſpeciali omnium hominum communi, ſit unum & idem*. Hoc eſſe mendacium Sycophanticum, patet ex alibi dictis. Quod iterum falſi crimine amplificat, dum verba Medinæ, quæ pertinent ad opera ex puris naturalibus facta, aperta violentia torquet ad meritum congruum operum ex fide, & auxilio Dei ſpeciali procedentium.

Denique, ſicut certum eſt, non poſſe unum alteri ex condigno gratiam promereri; ita non eſt dubium, poſſe id ex congruo fieri: uti conſtat precibus S. Stephani converſu fuiſſe Paulum, & lachrymis S. Monicæ Auguſtinum. Abſurdè Ameſius hinc infert: *Poſſe unum infallibiliter procurare, ut alter, quem amat, convertatur, cùm Deus meritis nunquam deneget, quod ipſis ex congruentia debetur*. Anne hoc per ſe notum? ubinam ſcriptum eſt? Sed nimirum calumniis, cavillis, ſannis & nugis exornanda erat hæc *Cauda Draconis* Ameſiana. *Sic enim credebat percommodè* Opus hoc *finiri in meritorum exploſione, ut omnium clauſula ſit: Soli-Deo gloria*. Quaſi verò glorificantes ſe non glorificet, & in Sanctorum ſuorum honoribus non honoretur; atque ad illud infinitum pelagus omnis boni non redeat, unde emanavit omne meritum bonorum operum, omniſque debita laus & gloria? Regnum & Dominium Dei non obſcuratur, aut minuitur ex eo, quòd ipſe ſit *Rex Regum, & Dominus Dominantium*, & cauſa cauſarum, ſed vel maximè hinc ſplendeſcit, & amplificatur. Quidni ergo merita quoque & coronæ Sanctorum omnium ante pedes Agni projectæ, multò veriùs efficaciuſque proclament: *Soli Deo gloria!*

Finis Vindiciarum R.P. Viti Erbermanni, & Tomi Quinti.

Erra-

Errata Typographorum.

Pag.	*Col.*	*Lin.*	*Error.*	*Correct.*	*Pag.*	*Col.*	*Lin.*	*Error.*	*Correct.*
6	1	8	e gum	Regum	132	2	19	ovet	oves
9	2	1	Antonius	Antoninus	146	2	4	novorus	novorum
20	2	61	Arbiteii	Arbitrii	146	1	4	perdallis	perduellis
25	2	1	univesè	universè	157	2	6	Brevem	Breve
32	2	3	temporibus	temporalibus	176	1	25	Henricus	Henricum
39	2	27	Zonora	Zonara	191	1	42	Judæis	Judæi
42	2	13	Valantem	Valentem	211	1	59	Bellarmino	Bellarminus
44	2	21	malitia	militia	simil.	2	31		
48	1	34	Ursupergensis	Urspergensis	232	2	4	Caput II.	Caput I.
		58	illæ	ille	237	2	21	turpussimæ	turpissimæ
50	1	23	intolerabilem	intolerabilium	241	2	33	derelinquens	derelinques
61	1	56	superior	superiori	246	1	38	Caput II.	Caput III.
64	1	11	alia	aliis	282	2	54	Caput XVII.	Caput XXIV.
		18	doponere	deponere	306	1	46	sexcentes	sexcenties
67	2	10	se	sed	309	1	39	Caput XXII.	Caput XII.
74	2	7	homines	homine	348	2	38	posteriror	posterior
		31	separari	separati	369	1	63	riquirntur	requiritur
84	1	18	benficio	beneficio	395	1	3	omines	homines
	2	53	dicent	dicens	422	2	14	ablutionibos	ablutionibus
112	1	45	temptus	tempus	411	1	5	Caput XVII.	Caput XIII
119	1	18	Hoft	Hoc	506	1	38	actuapia	actualia

JOANNES CORNELIUS DEI GRATIA DUX VENETIARUM &c. Universis, lis Magistratibus hujus Urbis Nostræ Venetiarum, nec non repræsentantibus nostris, eorumque praesentibus, & futuris, ad quos Hæ Nostræ pervenerint, & earum executio spectat, vel spect rit, significamus hodie in Cons. Nostro Rogatorum captam fuisse partem tenoris infrascripti, videlic sciò questo Consiglio dall'informatione giurata hora letta de' Reformatori dello Studio di Padova l tudine d'annuir all'instanza di chi implora stamparsi solo qualche Libro, da cui possa rissultar vantaggio, ed ornamento a' Letterati. Con tali considerationi però si permette à Zuanne Mala braro di poter, come supplica, stampar, e vender esso solo per il corso d'anni vinti il Libro in titolato Disputationum Roberti Bellarmini Societatis Jesu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, de versiis Christianæ fidei adversus hujus temporis Hæreticos, opera, che ridotta dal lungo corso d in numero molto ristretto, s'è posto all'impegno, con grave suo dispendio, d'ampliare. Non do tanto questa, durante esso tempo, da chi si sii altro, nè nella Dominante, mà fuori nello Stato esser ristampata, e venduta, sotto pena a chi contravenisse, di Ducati cinquecento, d'esser dato zo de' quali al Denuntiante, e gl'altri al Magist. che ingiongerà il levo della pena, ed all'Arsena Quare auctoritate supradicti Consilii mandamus Vobis, ut ita exequi debeatis? Datæ in Nostro D latio Die quarta Aprilis, Indictione XV. MDCCXXII.

Angelo Nicolosi Seg.

NOI REFORMATOR

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede di revisione, & approbatione del *P. F. Tomaso Maria Gennu Gener.* nel Libro Intitolato *Variorum Operum Roberti Bellarmini S. R. E. Cardinalis ad ejusd versias spectantium Collectio, cum Vindiciis Bellarminianis &c.* non v'esser cos' alcuna contro Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Prencipi, & bu mi, concedemo Licenza à *Zuanne Malachini Stampatore*, che possi esser stampato, osservando g materia di Stampe, & presentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Pa

Dat. 17. Decembre 1722.

(*Alvise Pisani Kav. Proc. Ref.*
(*Zan Piero Pasqualigo Ref.*

Agostino Gadaldi

